VENI DE LIBANO SPONSA MEA VENI

ANTONII DE ESCOBAR, ET MENDOZA,

Vallisoletani, è Societate IESV Theologi,


IN EVANGELIA SANCTORVM

Commentarij Panegyricis Moralibus illustrati.

VOLVMEN TERTIVM.

...RIA vera Sunamitis Spiritus sancti Sponsa, Christi & Ecclesiæ Mater, non sub arbore malo suscitata, sed ipsa ARBOR VITALIS *exsurgens.*

LVGDVNI,
Sumpt. Hær. Prost, Philippi Borde, & Laurentij Arnaud.
M. DC. XLVIII.









REVERENDISSIMO
P. N. VINCENTIO
CARRAFFA,
SOCIETATIS IESV
GENERALI PRÆPOSITO.

TERTIVM lignum vitale nostrum, id est, Deiparentis Volumen, quod multis annis excultum communi vtilitati expono, meritò tibi colono præstantissimo defendendum, curandúmque committo. Tua est Arbor, tui specialis affectus materia, tuus Auctor. Cùm primum te vidi Reuerendiss. P. ad Societatis clauum assumptum felici tot filiorum suffragio, memoriæ meæ dictum Periandri restituitur. *In parentis solemni esse assolent Gratissima filiorum munera.* Porrò hoc mente versanti, *immensa* (vt cum Plinio seniori loquar) *præter cæteras subit cura, vt quæ tibi dicantur, te digna sint.* Contemplor in te Basilij Magni imaginem, quam Nazianzenus Gregorius expressit. *In Basilio* (in Vincentio inquam) *habent nobiles illustrissimorum stemmatum contemptum, simplices itineris ducem, calamitosi solatium, hilares frænum, Religiosi perfecti Pædagogum, literarum studiosi Præceptorem, ægrotantes animi affectu Medicum, sani sanitatis custodem. Omnes denique eum, qui Præpositus egregius omnia omnibus factus est, vt omnes* Societatis IESV alumnos *lucrifaceret.* Ideò, ô Pater, quoduis munus haud te dignum adspicio. Attamen dum te Patrem contemplor, filij munuscula grato excipienda pectore non ignoro Plinius adhæc, *Verum & Diis Patriis lacte rustici, multæque gentes supplicant: & mola tantum salsa litant, qui non habent thura. Nec vlli fuit vitio Deos Patres colere quoquo modo possit.* Profectò quamuis ex filio offerente haud acceptabile exponeretur opusculum, gratum admodum tibi ex materia. *Adfero enim ad te* (verb. vtor Nysseni Præf. ad lib. de hominis opificio ad Petr. fratrem) *hominem præclarum, Deóque*, ac Deiparæ *acceptum munus non illud qui-*

dem ex Authore te dignum, mea tamen facultate propè maius. Deiparæ quo possum studio magnalia recenseo, nil tibi gratius Virginis obsequentissimo. Quod si adhuc munus ex Auctore vilescat, affectui parces, si exaudias Ausonium, *Augusti sanguinis est, minima gratitudinis obsequia non repellere.* Scio te augustissimum Carraffarum sanguinem, illustrissima stemmata Gentilitia solummodo æstimare, vt haberes quæ Religiosæ humilitati præstantiora litares obsequia. Attamen qui pompam altissimi generis exuisti, retinere (quia virtus) cogeris nobilitatis benignitatem. Accipe igitur obsequentissimi filij documentum, Arborem Marianam protege, Societatis quæ iam pertinet ad Hortum, vt, tua custodia à cuiusuis impugnationis formidine liberetur, & fructus gustui succum dulcem possint ad profectus animi ministrare. VALE Reuerendiss. Pater, & viue Societati, mihique filio obsequentissimo,

ANTON DE ESCOBAR,
ET MENDOZA.

LECTORI

LECTORI.

CVRANS me totum Deiparæ Dominæ litare ditioni, primæ ætatis ei flosculos carminum præsentaui meæ quidem obsequium seruitutis. Iam tunc cœpi meditari, quonammodo possem ad illam fructus eis floribus indicatos adferre. Scripsi tunc Historiam Patrum testimoniis roboratam. De nouem solemnitatibus Mariæ Commentarios ad Euangelia attexui moralibus ornatos Panegyricis. Quam quidem tractationem à vigesimoquinto anno cœptam, & trigesimo perfectam ad quintum supra quinquagesimum consultò seruaui, cùm vt plura possem Deiparæ elogia colligere, tùm vt laudum eius liber esset filius senectutis meæ. Me certè à Commentarij huiusce euulgatione ætas immatura absterrebat plena piaculis. *Verebar enim, cum loquebar de Virgine* (verbis vtor Bernardi hom. 3. sup. Missus) *ne audirem illud non quod dicit Isaias cap. 6. Væ mihi, quia tacui: sed, Væ mihi, quia locutus sum ineleganter, & non satis pro dignitate. Supereminentem etenim* (cum Anselmo lib. de Excel. Virg. cap. 1. loquor) *omnis quod post hominem Deum creatum est excellentiam Matris Dei quomodocumque contemplari anhelans, horreo peccatorum, quibus premor enormitatem: & valde timeo, ne mihi alta petenti obiiciatur illud: Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Isa. 26. Sciebam equidem Procerum sanctitatis, & sapientiæ munus esse, Deiparam laudare. Sanctitatis planè, quia *Reginæ laudauerunt eam.* Cant. 6. Vbi Damascenus Orat. 1. de Assumpt. *Reginæ, id est, Sanctorum animæ beatam me dixerunt, atque in sæcula collaudabunt.* Sapientiæ autem, Quia *non est quorumlibet* (inquit Basilius Seleu. Orat. de Assumpt.) *promeritas laudes Virginis persoluere sed eorum, qui insigniter illustrati sunt.* Ideò expectans, si fortè ætas matura & virtutis, & sapientiæ fructus exponeret, tot annos curaui Dominam silentio humili collaudare carminis Dauidici memor, *Te decet hymnus Deus in Sion.* Psal. 64. Hieronymus ex Hebræo, Tibi silentium laus Deus in Sion. Caietanus, *In Sion Deus laudaberis, vbi structum est Tabernaculum.* Illud scilicet, de quo Maria, *Et qui creauit me, requieuit in Tabernaculo meo.* Eccli. 24. Cæterùm post tot annos silentij intendens spiritum colligere, vt Dominæ meæ concepta eniterer elogia, me sicut heri, & nudius tertius inelegantem comperi, & impurum. *Exili adhuc voce sum* (Epiphanius de laud. Virg.) *tardáque lingua, & minimè disertus, vt sic verba facere possim de percelebri, sancta, Deiparáque Maria, de qua leuiter loqui non debet humana lingua. Quid enim dicam, & quid loquar de Virgine? Desiderium me trahit, vt de Deipara tandem verba faciam, & formido adhuc me retinet in silentio, vt qui non habeam* (& ob inelegantiam, & ob impuritatem) *facultatem dicendi.* Fateor ingenuè, decreuisse me opusculum hoc intra septa natalitij supprimere: sed mox mihi illud Bonauenturæ Prol. spec. Virg. occurrisse legendum. *Laudare compellimur, ne tacendo maneamus ingrati.* Nam (vt addit Hesychius Orat. 2.) *Iure omnis grati animi lingua laudat Virginem, ac pro viribus Gabrielem Angelorum Principem imitatur*, &c. Ergo iam non potest senectus grata post

tot replicata Dominæ meæ beneficia, de eius conceptis laudibus conticescere. Vnde impura adhuc, & insipiens cum Bernardo proclamet cirato. *Vtinam mundarentur calculo labia mea, & purificarentur sicut labia Isaiæ, cum de Maria locuturus sum.* Aut cum Augustino Opusc. de Assumpt. recurrat ad Patrem. *Venerabile mihi est, & præcordiis* (post tot annorum præparationem) *reuerendissimum de Matre Filij tui loqui. Mariæ dignitatis, & gratiæ effectum, nec cor concipere, nec lingua valet exprimere. Oro, vt me inoffensè de tanta sanctitate loqui tribuas: & si non totum, vt est, quod est impossibile omni humanæ linguæ: tamen ipsum ex parte, quod est, dicatur, vt est.* Te simul rogo, (cum Ildephonso de Mar. laud.) *te oro, ô Virgo, vt habeam spiritum Filij tui, vt de te digna* dignè *loquar.*

Expono igitur Arborem vitalem Mariæ duodecim fructibus stipatam, quorum nomina,

1. Maria Innupta, seu Virgo antè Nuptias,
2. Maria Nupta,
3. Maria Vidua,
4. Conceptio,
5. Natiuitas,
6. Præsentatio,
7. Annunciatio,
8. Visitatio,
9. Expectatio,
10. Purificatio,
11. Dedicatio ad Niues
12. Assumptio,

Quos quidem vitalis ligni partus, dum è germine proferuntur, plaudenti celebro Panegyride.

R. P.

R.P. Prouincialis Prouinciæ Castellanæ Facultas.



EGo Franciscus Antonius Societatis IESV in Prouincia Castellæ Præpositus Prouincialis, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre nostro Vincentio Carraffa Præposito Generali facultatem facio, vt Opus inscriptum *In Euangelia Sanctorum Volumen tertium , Arbor vitalis Deipara, Authore P. Antonio de Escobar Vallisoletano nostræ Societatis Theologo*, eiusdem Societatis grauium, Doctorúmque hominum iudicio approbatum typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Vallisoleti in nostro D. Ignatij Collegio die 28. Iulij 1646.

FRANCISCVS ANTONIVS.

Approbationes.



NOs infrà signati Doctores in Theologia Facultatis Parisiensis peruoluimus *in Euangelia Sanctorum Volumen tertium, Arbor vitalis Deipara, R. P. Antonij de Escobar & Mendoza, è Societate* IESV, nihilque reperimus Orthodoxæ fidei, nec bonis moribus contrarium; imò omnia planè & maximè Concionatoribus vtilia. In quorum fidem nostrum chirographum apposuimus huic tertio Volumini hac vigesima die Februarij anni Domini 1647.

Fr. STEPHANVS MOLIN Carmelitâ.

Fr. PAVLVS LOMBARD Carmelita.

Licentia

Licentia Ordinarij.

VISA per nos RR. Patrum in Facultate Parisiensi S.Theologiæ Doctorum authentica Approbatione & Attestatione, qua asserunt Paraphrases, Obseruationes, & Panegyricos Morales in Euangelia Sanctorum, hoc tertio Volumine contentos, R.P.Antonij de Escobar & Mendoza,è Socierate IESV, esse Orthodoxæ Fidei, & bonis moribus ex toto conformes, prælo demandandos quoque meritò censemus. Lugduni 20. Februarij 1647.

DEVILLE, Prouicar. Generalis.

Facultas R. P. Præpositi Prouincialis Societ. IESV, in Prouincia Lugdunensi.

CLAVDIVS MAVCLER, Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. Henrico IV. & Ludouico XIII. concessum,quo omnibus interdicitur editione ac diuenditione librorum ab hominibus eiusdem Societatis conscriptorum,nisi Superioris consensus accedat; annuo vt Hæred.Petri Prost,Philippus Borde,& Laurentius Arnaud, excudant ac diuendant lucubrationes Antonij de Escobar & Mendoza, Societatis IESV, ad Euangelia Sanctorum Tomum tertium. Scripsi Lugduni 10. Februarij 1647.

CLAVDIVS MAVCLER.

PANEGY



PANEGYRICORVM MORALIVM SYLLABVS.

In hoc Indice vox illa *secundò* post numerum paginæ additur, quia primus centenarius à 101. ad 199. in ordine paginarum duplicatur.

Vitalis arboris Marianæ duodecim Fructus.

Fructus primus. FRVCTVS PRIMVS.

Maria Innupta.

1. PANEGYRICVS V.

Ex Mariæ prosapia.

Lib. 1. sect. 1. num. 13. pag 9.

OBSERVATIO I. AD Deiparæ præconium spectat regiâ exornari oobilitate. *Vbi de temporaria nobilitatis ad augustissima quaque spiritualia aptitudine. num. 13. pag. 9.*

II. Saoctitatis nobilitate excelluit Maria. *Nobilitas námque temporaria sine spirituali laudabilis minimè. num. 20. p. 11.*

III. Licèt è regali stirpe Maria non esset exorta, Dei Mater omnium oobilissima existeret. *Vide de humilitate nobilitati adnata. n. 18. p. 12.*

IV. Mariæ regoum. *Vbi de subditorum gloria sub domino illustri. c. 34. p. 13.*

2. PANEGYRICVS II.

Ex Mariæ parentibus.

Lib. 1. sect. 2. n. 22. p. 10.

OBSERVATIO I. DE Ioachim & Anna in Mariæ commendationem pauca prælibo. *Innuo illustri nomini debere opera respondere. Sanctissimum quemque minimè à querela securum. Filios parentibus assimilari. Laudabile admodum esse vidua non nubere. n. 22. p. 10.*

II. Nazareth felix Patria Matiæ. *Vbi ostendo mores frequenter Patria respondere. n. 43. p. 23.*

III. Cur tam serus ex Ioachimo & Anna Mariæ exortus? *Vbi commendo utilia Miracula: Vberes gratia fœtus: Orationem rebus difficilibus præmittendam: Cælestia munera desideranda. n. 47. p. 25.*

IV. Matia ex sterilibus parentibus lacrymarum germen suauissima homioibus profertur. *Vbi de salutari profluuio lacrymarum. num. 45. p. 28.*

V. Maria totius sanctitatis filia. *Vbi edoceo vberem retributionem Eleemosynæ, Ieiunij satietatem, mentisque integritatem suadeo. n. 81. p. 29.*

Ant. de Escob. & Mend. Tom. III.

PANEGYRICVS III. 3.

Ex Nomine Mariæ.

Lib. 1. sect. 3. n. 14. p. 32.

OBSERVATIO I. AMarissimum Pelagus in Filij Passione, Maria. *Vbi innuitur felicia quaque proximo communicabilia, non aduersa. n. 14. p. 32.*

II Maria omnium gratiarum immensum Pelagus. *Hinc colligo communicandam proximis à iusto acceptam bonorum abundantiam. n. 2. . p. 33.*

III. Omnium Maria creaturarum Domina. *Vbi innuo adnatum esse Imperio subditorum saluti operam impendere. n. 2-. p. 34.*

IV. Maria æquori stella turbulento. *Vbi de mundialis pelagi periculis. n. 40. p. 36.*

V. Maria humilis simul & excelsa. *Vbi de adnata humilitatis exaltatione n. 49. p. 37.*

VI. Maria nostra illuminatrix. *Vbi de tenebris peccatorum n. 58. p. 38.*

PANEGYRICVS IV. 4.

Ex Mariæ Typo.

Lib. 1. sect. 4. n. 7. p. 41.

OBSERVATIO I. MAriæ laudes ex Typo excitantur. *Vbi de fallaci hominum commendatione. n. 7. p. 41.*

II. Eua viuentium Mater, aptius Maria simile homini adiutorium. *Vbi de uxore virum & filios custodiente, fouente. n. 13. p. 42.*

III. Mariam Hebræa Moysis soror figurauit. *Vbi innuo virginitatem communis salutis esse operatricem. n. 20 p. 43.*

IV. Maria vera Esther humano extitit generi. *Colligo, prudenter te debere inter communia pericula timore affici. n. 25. p. 44.*

V. Bethsabee Maria peccatoribus salutaris. *Ostendo Sanctorum intercessionem nostris iustis operibus compleri. n. 32. p. 45.*

VI. Maria fortissima Iudith hostibus exitialis. *Vbi de laudabili contra animi, fideique hostes iracundia. n. 39. p. 46.*

VII. Alma Rebecca Maria. *Edocet sanctas virgines apud absconditam commorari. n. 4?. . 47.*

VIII. Maria scandentibus cælū hominibus Iacobea apponitur scala. *Innuo facilem hominibus à terra in superos transitum n. 48 p 48.*

IX. Gedeonis vellere Maria præsignata. *Vbi de*

e Incarna

*Incarnationis mysterio.*n 52.p.49.

X.Clausa Ezechielis porta Mariam adumbrauit.*Vbi de Virginũ a viris abstractione.* n. 59 p.51.

XI. Hebræorum manna Mariæ vmbraculum. *Vbi ostenditur suauitatem seueritate admiscendam.*n. 64.p.52.

XII. Fœderis venerabilis arca Mariam exprimebat.*Vbi de cordis interruptione ad hospitium Domino praeparandum.*n.70.p.52.

XIII.Leuis olim nube, Mariam figurauit.*Vbi de peccati onere premente peccatores* n.76.p.54.

XIV. Mariã Aaronis virga præsignauit.*Vbi de Deipara potentissima protectione*.n.79.p.54.

XV.Lignum vitæ Mariam præsignarat.*Innuitur vitam iustorum iucundam,plenam,placidam omnine.*n.83.p.55.

XVI.Terra promissionis Mariæ gloriam referebat. *Ostendo fructus sanctitatis debere simul flores esse,fructuam quidem spem aliorum,*n.90.p 56.

XVII Mons Danieli Mariam portendebat.*Vbi de immaculata Mariæ Conceptionẽ.*n.98.p.57.

XVIII Rubus absq; læsione conflagrans Mariæ fulgorem exhibebat.*Vbi de mirabili protectione à Deo exhibita eis, qui ipsi præstant hospitium.* num. 102.p.58.

XIX. Paradisus Mariæ gloriam germinabat. *Vnde colligo animum floribus, ac fructibus virtutum vernantem locum Deo voluptatis præparare.* n.107. p.59.

5 PANEGYRYCVS V.

Ex Mariæ infantia.

Lib.1.sect.5.n.39.p 66.

OBSERV.I. IVxta probaticam nascitur Maria futura hominum piscina ægrotantium. *Vbi curpuntur, qui consulto peccatis addicti sunt,sine Mariana protectionis.*n 39.p.66.

II Mense Septembri nata Deipara,nouæ lunæ comparatur. *Vbi forma nascitur Deipara solemnia celebrandi, nempe iniquitatem omnem resecando.* n. 45.p.67.

III.Angelorum custodiæ Virginis assignatorum satellitium illustro.*Vbi assero bonorum operum munitionẽ Angelorum custodia addendam,ad omnimodam animi securitatem.*n.52. p.69.

IV. Diuæ Annæ vberibus aptè Virgo potata. *Oportet enim filios materno lacte nutriri.*n.56 p.69.

V.Sese Maria Templo dedit speculũ ab omnibus virginibus adspiciendum.*Vbi ostendo fœminas perfectioni vacantes arma decere, non specula.*n. 60.p.70.

6. PANEGYRICVS VI.

Ex Mariæ educatione.

Lib.1.sect.6.n.31.p.75.

OBSERVATIO I. VIræ Contemplatiuæ & Actiuæ exercitamenta à puella Maria expressa confirmo,& illustro.*Vbi moneo operibus externis addictos debere contemplationi copulare ministeria,dum Dei obsequio referant.*n.31.p.75.

II. Puellæ Mariæ ab Angelo nutritæ priuilegium commendo. *Vbi innuo,communionis die debere inopem satiari, pro cibo cælesti communicanti præstito,inopi temporario refectio.*n 45.p.77.

III.Dignitas voti Virginitatis corporeæ Deiparæ expenditur,& confirmatur.*Vbi virginitatis, seu castitatis gloriam celebro.*n.51.p.78.

IV.Virginitatis mentis Mariæ votum illustro, vnde immunitatem ab originali peccato colligo. *Innuens corporis integritatem non proficere, mente corrupta.*n 60.p 80.

V.Curauit Deus nasci ex Maria voto Virginitatis astricta. *Edocemur, eam corpoream commendabilem Virginitatem,quæ est cum animi incorruptione coniuncta.*n.64.p.81.

VI. Mariam signiferam, Ducem, Magistram, matrémque omnium Virginum puritatis, voto alligatarum illustro. *Collige quodcunque virtutis magisterium apud Deum esse augustissimum, sicut pessimum vitij exemplar.*n.75.p.82.

VII. Quàm ingens gloriæ pondus apud cælicolas Mariæ Virginum Magistræ respondit. *Vbi expositio speciali Virginibus præmio respondente, ad specialem allicio puritatis affectum.*n.87.p.84.

FRVCTVS SECVNDVS. Fructus secundus.

Maria Nupta.

PANEGYRICVS I.

Ex Mariæ Nuptiis.

Lib.2.sect.1.n.37 pag.101.

OBSERVATIO I.  Iui Iosephi senecta illustratur. *In senecta virtutum canis ornanda documentum.* n. 37.p.101.

II. Fabrilis Iosephi ars honorabilis commendatur. *Vbi honestæ paupertatis gloriam expendo in solatium artificum.*n.43 p.101.

III.Ioseph Deiparæ ex eo similis,quod fuerit lege in veteri figuratus. *Innuo speciale sanctitatem filiorum, specialem parentum dilectionem requirere, munera seu dona specialia.*n.53.p.103.

IV. Deiparæ prædestinationem & electionem D.Iosephi imitatur electio.*Innuo prædestinatio cursque adnatos esse labores.*n.55 p 104.

V. Mariæ & Iosephi persimilis nobilitas. *Vbi assero nobiliori gratia repleri qui celsioribus Diuis adhærent alumnus.*n 58.p.105.

V.Iosephi in vtero sanctificationem expendo. *Vnde colligo Pastores animarum sanctissimos futuros vt dignè tanto muneri incumbant.*n.61.p.106.

VII. Iosepho extinctum peccati assero fomitem, & illustro, vt Mariam referret sponsam. *Innuo,bello,effectu sopito in senibus, posse illis affectu illustres reportare triumphos.* numero 65. pagin. 107.

VIII.Communis Mariæ ac Iosephi patria Nazareth commendatur. *Moneo te posse cuilibet difficili ministerio operam incumbere, si eligaris a Deo, minimè de aptitudine dubitando.* numero 71. pag. 107.

IX. Iosephi votum Virginitatis effero,quod ab vxore didicit Virginum Magistra. *Edoceantur vxores fieri coniugum magistra, eos & exemplo, & precibus ad virtutem allicientes.* numer. 74. pagin. 108.

X. Mariæ ac Iosephi nomina mirificè cohærent. *Vbi sanao, tantò iustum promtiorem ostendi ad proximos subleuandos, quantò meritis est augustior.* n.80.p.110.

XI.Parentem

XI.Parentem Iesu Iosephum illustro *Vbi ostédo, Iosephum filiis sese tenerrimum præstare parentem, precipuè iis qui cum preces Mariæ persoluunt, simul orant Iosephum* n.89.p.181.

XII.Mariæ ac Iosephi similis pulchritudo.*Vbi innuo, ex pulchritudine argui sanctitatem, ex fœditate morum corruptionem.* n.:03.p.114.

XIII.Mariæ ac Iosephi patrocinium, potestasque hominibus subueniendi. *Innuitur, Diuos eis propensiori affectu succurrere, qui eorum curant virtutes imitari.* n.107.p.114.

XIV. Iosephi resurrectionem, ad cælosque translationem confirmo. *Inde amantium arguo identitatem.* n.114.p.185.

2. PANEGYRICVS II.

Ex Mariæ Conceptu.

Lib.2.sect.2.n.18.p.120.

OBSERVATIO I. TEmporis quo peractus Mariæ cóceptus, expendo mysterium. *Vbi innuo, formationem indicere reformationem, cunam ante sepulchrum exponere.* n.18.p.120.

II. Archangeli Gabrielis encomia. *Innuo Angelum custodem valde hominum addictum saluti.* n.24.p.121.

III. Verbum à Virgine concipiendum carne indutum ipsam cælestibus donis præparauit. *Edocemur cõmunicaturos virtutẽ noua germana proferre, vt tanto Hospiti specialiter domus preparetur.* n.32.p.122.

IV.Christi conceptũ cælestia charismata in illo instanti collata Virgini comitantur. *Edocemur gratiam referre pro munere accepto.* n.38.p.123.

V.Angelicæ salutationis cõmendatio.*Vbi Mariani Rosary edicentur cuncti reuerentem recitationem omnino salutarem.* n.47.p.125.

3. PANEGYRICVS III.

Ex Virginis Cantico.

Lib.2 sect3 n.16.p.130.

OBSERVATIO I. MVltipliciter Deũ Maria magnificauit. *Vbi ostendo ab illo Deum magnificari qui peccati tyranno non paret, qui Dei imaginem, seu propriam animam efficit grandem, quique Deum laudibus effert.* n.16.p.130.

II. Humilitas ineffabilis Virginis illustratur. *Edocemur cunctas virtutes condiendas humilitate vt grata componantur conditori.* n.25.p.132.

III.De magnificata à Deo Virginis humilitate. *Vbi de humilium exaltatione pulchra recenseo.* n.36.p.134.

IV.Dei potentia priuilegiorum Deiparæ mẽsura est.*Vbi ostendo, quã studiosè Spiritus sanctus de virtute in virtutẽ suos promoueat alũnos.* n.51.p.136.

4. PANEGYRICVS IV.

Ex Iosephi Timore.

Lib.2.sect.4.n.14.p.142.

OBSERVATIO I. EXcellentiæ egregiæ Deiparæ elucent in Iosephi supplicatione. *Vbi ostendo fulgorem virtutis mediis in tribulationibus amplius innotescere.* n.14.p.142.

II.Iosephi timor Virginis gloriam manifestat. *Edoceris non fugiendum esse ab egregiis muniis tibi iniunctis à Domino, humilitatis affectu. Qui munus iniunxit te aptitudine donabit.* n.21 p.143.

III.Perfecta D.Iosephi iustitia prædicatur.*Vbi ostendo homines à iusto iustissimos, seu perfectissimos à tribulatione reddi.* n.28.p.144.

PANEGYRICVS V. 5.

Ex Virginis puerperio.

Lib.2.sect.5.n.20.p.149.

OBSERVATIO I. MAriani partus elogia. *Vbi innuitur Virginitatem Diuinitatis esse imitatricem.* n.20.p.149.

II.Partum Mariæ absque dolore celebro. *Vbi ostendo dolorem sequi voluptatem.* n.30.p.151.

III.Maria rationalibus cunctis lætitiam enititur. *Vbi ostendo ad solemnitatum lætitiam admitti qui à peccatis recedunt.* n.37.p.152.

IV.Virginis silentium illustratum.*Ostendo silẽtio condiri sermonem: tacendum quidem, sed in Dei gloriam, proximique salutem loquendum.* n.47.p.154.

V.Nominis Iesu elogia. *Vbi ostenditur, quam amabilis Deus, si vel nomen eius pace, felicitate, victoria, suauitate, omnibúsque bonis diffluit.* n.55.pag.155.

VI.Regnum Mariæ à Regibus adoratæ encomiis prosequor.*Vbi ostendo quam sit adnata Regi cura subditorum.* n.89.p.161.

PENEGYRICVS VI. 6.

Ex gladio Simeonis.

Lib.2.sect.6.num.15.p.166.

OBSERVATIO I. HVmilitas Deiparæ vltrò legem Purificationis implentis commẽdatur. *Vbi assero Principes legum iugo submittendos, in subditorum instructionem.* n.5.p.166.

II. Plusquam Martyrem Deiparam ostendo. *Vbi probatur, assiduam laborum sustinentiam Martyrium augustum imitari.* n.21.p.167.

III. Martyrium subiit Deipara amoris gladio vulnerata. *Innuo interim ex doloris affectu amorem in proximum comprobari.* n.28.p.168.

IV.Ex Iesu ac Mariæ identitate hæc Martyr asseritur. *Collige filios matrisare; vnde matres virtutibus ornari debent, quas filij similes referre valeant.* n.35.p.170.

V.Martyrium igitur Mariæ, horribile prorsus illustro. *Vbi vlterius ostendo diligentem in dilectum efformari.* n.50.p.172.

PANEGYRICVS VII. 7.

Ex Mariæ exilio & reditu.

Lib.2.sect.7.n.27.p.180.

OBSERVAT. I. EXilij Mariæ ac Iosephi gloria. *Vbi mancipia Virginis edoceo cuncta bona per Mariæ manus hominibus è Iesu manu deriuari.* n.27.p.180.

II.Deus per Mariam Iosephúmque inueniendus. *Vbi ostendo Deum solummodo à requirentibus inueniri, non ab otio torpentibus.* n.33.p.181.

III.Subiectio Iesu Mariæ ac Iosepho, mirũ in mo-

dum dignitatem manifestat eorum. *Moneo filios, parentibus subiici debere, præcipuè sanctitate decoratis.* n.37.p.182.

Fructus tertius.

FRVCTVS TERTIVS.

Maria Vidua.

1. PANEGYRICVS

Ex Canæ nuptiis.

*Lib.3.sect.1.n.*20.*pag.*194.

OBSERVATIO I. Quàm gloriosè Maria à filio mulier appellatur. *Vbi ostendo non verborum sonum, sed loquentis attendendam mentem, ne iudicandi temerè adsit periculum.* n.20.p.194.

II. Christus curat ex Virginis intercessione hominibus Eucharisticum calicem exhiberi. *Vbi innuimus ad dignam Eucharistiæ sumptionem animum disponendum mandatorum obseruatione.* n. 30. p.195.

III. Ex nuptiis Canæ Deiparæ munificentissimam misericordiam laudibus effero. *Vbi colligo nobis sæpè delinquentibus misericordiam Mariæ, quæ in morem fontis non exhauritur, esse necessariam.* n.40. p.197.

IV. Potentissimam Mariæ intercessionem confirmo. *Iuuenes, ineptè intercessoris munus obire, qui eleuandis manibus non præfert puritatem.* num. 52. p.199.

2. PANEGYRICVS II.

Ex Maria Iesu sectatrice.

*Lib.3.sect.*11.*n.*13.*pag.*108.secundò.

OBSERVATIO I. Quàm gloriosum Deiparæ primam omnium fidelium sacrâ fuisse Eucharistiâ refectam. *Vbi de purissimis sacerdotum futuris manibus.* n.23.p.108.*secundò.*

II. Filium Deiparens pro hominum salute libentissimè obtulit. *Vbi innuimus, natura repugnantiam obedientia meritum non minuere.* n. 29.p. 109.*secundò.*

III. Maria quodammodo mundi redemptrix. *Inde ostendo, quàm necessarium nobis Deiparæ præstare obsequium, ad salutis efficaciam.* n.38. p.110. *secundò.*

3. PANEGYRICVS III.

Ex Maria curæ Ioannis addicta.

*Lib.3.sect.3.n.9.pag.*113.secundò.

OBSERV.I. Incredibilis Mariæ iuxta crucem dolor, num Filij dolorem vicerit. *Innuo non benè munus parentis explere, qui filiorum incommoda propria non reputat.* num. 9. pag. 113. *secundò.*

II. De Mariæ patientis solitudine. *Vbi patientibus sine leuamine solatium quoddam adhibetur Mariæ exemplum.* n.16.p.114.*secundò.*

III. Patientis in solitudine Mariæ constantia. *Vbi innuo, nos à tentatione liberari, ac constantiâ pollere, speciali Dei esse misericordia.* n. 25.p. 116. *secundò.*

IV. Fidelium Maria (peccatorum licèt) Mater à Domino assignatur. *Vbi adnoto virginitatem speciali Virginis curæ addictam.* n. 34.p.117. *secundò.*

V. Quàm verè, quàm dulciter Maria sibi à filio iniunctum matris nostræ munus implêrit. *Vbi innuitur Diuos exorandos esse, vt miseris subueniant.* n.40.p.118.*secundò.*

VI. De specialissima Mariæ maternitate erga eos qui apud Societatis Iesu scholas Virginis ineunt sodalitium. *Ibi illos laudo, qui astutam serpentis tartarei prudentiam astu debellant.* n. 49. p.120. *secundò.*

VII. Ioannis Euangelistæ ex custodiâ Virginis, elogia. *Aliquorum Diuorum quasi necessarium nobis obsequium ad salutem.* n 57 p.122.*secundò.*

PANEGYRICVS IV. 4.

Ex eiusdem ob Iesu necem solitudine.

*Lib.3.sect.4.n.1.p.*124.secundò.

OBSERVATIO I. Mariam solitudo dilectionis in inferni mystici dolores deturbauit. *Vbi amoris diuini vehementiam, & efficacitatem exprimo.* n.1.p.124.*secundò.*

II. Inferni dilectionis Marianæ quasi æternus sensuum cruciatus. *Vbi dilectionis durissimam passionem expendo.* n.6 p 125.*secundò.*

III. De pœna damni, quâ apud dilectionis Infernum Deipara afficitur. *Vbi innuo, solos Dei ex animo recessus luctu esse prosequendos.* n. 10.p. 126. *secundò.*

IV. Nulla apud infernum dilectionis Mariæ (ex solitudine) redemptio. *Vbi adnoto, illa mala timenda, è quibus redemptio minimè speratur.* n.14. p.126.*secundò.*

V. In inferno dilectionis non permitti tui lacrymarum solatium. *Vbi lacrymarum vim ad quamlibet passionem propellendam ostendo.* n. 19. p. 127.*secundò.*

VI. Pia inferni Marianæ dilectionis pertinacia. *Vbi Deiparentis validissimum apud Deum patrocinium confirmo vel inimicis veniam impetrans.* n.24. p.128.*secundò.*

PANEGYRICVS V. 5.

Ex Maria Christo superstite.

*Lib.3.sect.5.n.*35.*p.*135.secundò.

OBSERVATIO I. Mariæ spiritus cum Iesu cômortuus, cum ipso exsurgente resurgit. *Edoceo passionum socios, & consolationis participes esse futuros.* n.35.p.135.*secundò.*

II. Perfectissimum Mariæ magisterium. *Vbi Euangelici ministri proprietates assigno.* n.44.p.136. *secundò.*

III. Superstitis Christo Virginis sanctitatem illustro. *Vbi ostendo perfectissimum animum simul premi exilio, ac beatitudine patria potiri.* num.70.p. 139.*secundò.*

V. Speciales sanctitatis actiones Mariæ superstitis recolo. *Vbi innuo, quam sit apta regimini prudens Principis sinceritas.* n.78.p.141.*secundò.*

PENEGYRICVS VI.

Ex Cæsaraugustana apparitione.

*Lib.3.sect.6.n.8.p.*143.secundò.

OBSERVATIO I. EX Iacobi precibus necessitas Marianæ inuocationis ostenditur. *Vbi innuitur Rosary vis aduersus inuisibiles animi hostes.* n.8.p.143.*secundò.*

II. Cæsaraugustæ gloria ex Deipara Ipsam quærente. *Vbi innuitur Deum a peccatoribus requirendum haud a Deo requiri spectaturis.* n.13.p.144.*secundò.*

III. Cæsaraugustanorum seu Hispanorum ex Virginis apparitione salus. *Moneo Sanctos excitandos non esse precibus indignis, id est ad animæ salutem non spectantibus.* n.19.p.146.*secundò.*

IV. Specialis Deiparę erga Hispaniam affectus. *Vbi innuo specialem in nos Diuorum curam ex speciali in ipsos nostra ortum ducere deuotione.* n.24.p.147.*secundò.*

V. Verum erga Virginem Hispaniæ studium est, eiusdem virtutum imitatio. *Diuos enim eorum facinorum imitatio non vacua precula honorant.* n.30.p.148.*secundò.*

7. PANEGYRICVS VII.

Ex vitali eius morte.

Lib.3.sect.7.n.35.p 155.secundò.

OBSERVATIO I. QVàm anxiè Virgo expectaret vitam cum morte commutare. *Vbi exily huius miseria innuitur, & æterna felicitatis gloria, quantoque exulans iustus solatio afficiatur lacrymarum profluuio, ac vtilitatis proximorum consideratione.* n.35.p.155.*secundò.*

II. Vitalis Marianæ mortis elogia. *Vbi doceo mortis incorruptibilitatem sæpe virginitatis integritati respondere.* n.45.p.157.*secundò.*

III. Mariæ mors non solùm vitalis, sed gloriosa. *Vbi Sanctorum gloriosum obitum licet contemplari.* n.55.p.158.*secundò.*

IV. Testamento Deipara specialissimum iustis legat affectum. *Edocens iustos semper iniustis esse præferendos, seu ad præmium, seu ad regimen.* n.61.p.159.*secundò.*

V. Testamento Maria legat peccatoribus se nunquam ab illis recessuram. *Edocemur salutis, ex obsequio Virginis, facilem esse viam.* n.70.p.161.*secundò.*

VI. Primam conditionem ad legati huius validitatem confirmo, scilicet: si peccator nunquam à Deiparæ obsequio recesserit. *Edisćimus diuis vsque ad obitum obsequia à peccatoribus libanda.* n.77.p.162.*secundò.*

VII. Secundam conditionem ad legati huius validitatem illustro, videlicet, si peccator Virgini præstet obsequium non eo prætextu, vt illa ad crimina indulgeat protectionem; sed vt ad pœnitentiam impendat auxilium. *Edocemur non diuis inseruire, vt delictis illigemur impunè, sed vt à delictis recedamus.* n.82.p.163.*secundò.*

8. PANEGYRICVS VIII.

Ex ipsius sepultura, & translatione.

*Lib.3.sect.8.num.16.p.*167.secundò.

OBSERVATIO I. ASsumptæ Deiparæ volatum illustro. *Vbi innuitur quanta laboribus gloria præparetur à Domino.* n.16.p. 67.*secundò.*

II. Marianæ gloriæ vis ineffabilis confirmatur ex Dei maternitate. *Vbi filij parentibus honorem impendere edocentur.* n.31.p.169 *secundò.*

III. A nobis hodie recedit Deipara, ac nobiscum in protectionem & auxilium commoratur. *Innuo enim, qui proximo auxiliantur, posse simul contemplationis dulcedine frui.* n.38.p. 70.*secundò.*

PANEGYRYCVS IX. 9.

Ex Virginea pulchritudine.

*Lib.3.sect.9.n.26.p.*176.secundò.

OBSERV. I. COrporea Mariæ pulchritudo æterna, immarcessibilis, quia vera. *Vbi prophanæ communis pulchritudinis recenseo defectus.* n.26.p.176.*secundò.*

II. Corporea Mariæ pulchritudo nunquam fefellit, quia aspectata fuit genitrix puritatis. *Vbi edocemur, nec sanctas pulchras fœminas aspectandas, vulnerat enim qualibet pulchritudo.* n.31.p.177.

III. Virginis corporea pulchritudo non homines arripit ad libidinem, sed Deum pellicit, vt pacem, seu veniam peccatoribus impertiat. *Vbi ostenditur solummodo castam pulchritudinem Deo notam esse, minimè impudicam.* n.38.p.178. *secundò.*

IV. Spiritualis Mariæ pulchritudo Deum & creaturas debellauit. *Vnde excito ad humilitatis Mariæ, cunctarum virtutum exercitium moderatricis imitationem.* n.45.p.1-9.*secundò.*

V. Spiritualem Virginis pulchritudinem describo. *Innuens, quarumnam virtutum apparatu Deo sponsa ornanda sis.* n 52.p.180.*secundò.*

FRVCTVS IV. Fructus quartus.

Mariæ Conceptio.

PANEGYRICVS I.

Ex libri Titulo, ac Proœmio.

*Lib.4.sect.*1.*num.*18.*pag.*188.secundò:

OBSERVAT. I. LIbet Marianus sine væ Dei filij manu scriptus. *Vbi innuitur, illum vere Deipara Conceptionem celebrare, qui omnino à culpa curat abstinere.* n.18.p.188.*secundò.*

II. Mariæ Conceptioni purissimæ Christi purissima Conceptio assimilatur. *Vbi quàm filij parentibus similes.* n.22.p.189.*secundò.*

III. Nomen Iesu Mariam ab originali contagio præseruauit. *Vbi de grato animo dulciter liberatoris nomen proferente.* n.27.p 190 *secundò.*

IV. Iunior Dauid contra naturæ leges seniori Abrahæ prælatus, asserit Mariam haud naturæ, sed gratiæ legibus subiacere. *Vt discamus non conqueri, dum videmus nobis præferri, qui posthabendi videbantur.* n.31.p.190.*secundò.*

PANEGYRICVS II. 14

Ex primo libri generationis Iesu tractat.

*Lib.4.sect.2.n.27.p.*196.secundò.

OBSERVATIO I. ABrahamus stelliferam omnino Mariam progignit obedientem,

xb inobedientium capriuitate immunem. *Vbi ostenditur, quàm cælo proxima obedientia, quàm inferis inobedientia addicta.* n. 27. p. 196. *secundò.*

II. Isaac celebrat Deiparæ in Conceptione exultationem, ex qua mundi lætitia. *Vbi edocemur, veram exultationem à conscientiæ puritate exoriri.* n. 31. p. 197. *secundò.*

III. Iacob bis pugnax Marianæ Conceptionis victoriam repræsentat. *Vbi moneo, vel ab vtero hominem ab bestibus tentari: ad cælestinmque contemplationem carnis frenationem requiri.* n. 36. p. 198. *secundò.*

IV. Iudas gignit Virginem Reginam verè liberam, vt Iesu, ac Angelis omnino liberis imperaret. *Vbi ostendo fidelium subditorum Principem debere esse immaculatum.* n. 46. p. 200.

V. Ministrante Zaram Christi sanguinem ex vtero, Phares fidelis exiuit, signans Mariam ex sanguine Iesu redemptam, ne maculam contraheret. *Vbi edocemur, quàm debitores simus Angelis, aut diuis, quorum ope à cadendi periculo liberamur.* n. 50 p. 201.

VI. Esron arcum significans præsignat arcum contritum, bella communis labis sopita, Vrbem Mariam ob Iesu sanguinem liberatam. *Innuo simul, quàm difficilis sit conuersio hominis in flagitio inueterati.* n. 60. p. 203.

VII. Aran ostendit specialissimè electam à Deo Mariam, specialissimo præ aliis hominibus munere fuisse donatam. *Vbi doceo specialiter electum ad munus Sacerdotij, aut Religionis specialiter viuere teneri.* n. 65. p. .04.

VIII. Aminadab Mariæ voluntariam spontaneámque exprimit paupertatem, quâ à nuditate infami libera, nec latibula petut, nec folia requisiuit. *Vbi de voluntaria paupertate primæua innocentia imitatrice.* n. 71. p. 205.

IX. Naason astum Mariæ prædicat, quo serpentis infrænauit audaciam. *Adserens simul, nobis opus esse serpentis astutia vti, ad Diaboli astum, artémque superandam.* n. 76. p. 206.

X. Salmon ducens Rahab vxorem, Mariam asserit specialissimè à Iesu liberatam, ipsiusque cruore redemptam. *Vbi assero eum, qui crucem meditatur cruciformem exurgere, laboribus adnatum.* n. 81. p. 207.

XI. Booz asserit Mariam Spiritus S. sponsam sēper hærentē coniugi, nunquam in domo Adami, & Euæ, commoratam, vnde sponsi conditionem secuta. *Vbi admoneo coniuges omnino à domo parentum separari debere si adsit discordiarum occasio.* n. 88. p. 209.

XII. Obediens Obeth ex obedientibus parentibus innuit Mariam ex obedientia conceptam, inobedientiam Adami non incurrisse. *Simul ostēdo, quàm securus à delicto incedit, qui ex obedientia currit.* n. 96. pagin. 210.

XIII. Iesse radix, ex quâ virga & flos germinat Marianæ Conceptionis exprimit puritatem. *Vbi ostendo, non semper ex prauis parentibus improbos filios exoriri.* n. 102. p. 212.

XIV. Rex Dauid resonanti citharâ duodecim carmina profert in Marianæ Conceptionis gloriam, totidem stellis Reginæ cingens tempora. *Vbi ostendo sacra pagina testimonia aduersus passiones esse arma validissima.* numero 109. pag. 213.

PANEGYRICVS III.

Ex libri Dominicæ generationis secundo Tractatu.

Lib. 4. sect 3. n. 29. p. 221.

OBSERVATIO I. SAlomon autem Rex Reginæ filiæ primum gressum commendat, pedes Conceptionis Mariæ, Incarnationis, ac Passionis Iesu calceamento munitos laudat. *Vnde constat, quàm necessaria sit perfecta gressuum custodia.* n. 29. p. 221.

II. Quatuor fœminæ Euangelicæ Bethsabee, Thamar, Rahab, & Ruth immaculatam Mariæ celebrant Conceptionem. *Simul ostendo & vitiorum radicem curandam; & Diabolo puritatem exitialem esse: & non omnia omnibus à Deo concedenda; & magnam vitæ puritatem vel hîc in gloriam conuerti.* n. 38. p. 223.

III. Roboam commotionem populi, communemque plausum circa immaculatam Mariæ Conceptionem adstruit. *Colligo curam habendam cuique de vulgari opinione, si populi vox Dei esse perhibetur.* n. 60. p. 227.

IV. Abias Mariam prædicat Patris æterni filiam ex Ierosolymâ gloriosâ matre, vnde in gratiâ, & in gloriâ concipitur. *Doceo inde filias plerumque parentibus assimilari.* n. 75. p. 229.

V. Asa Regnum expurgans ab vniuersis sordibus idolorum, Regnum Dei Mariam omnino pulchram sine vllis sordibus celebrat. *Vbi innuitur, a corde, Dei futuro habitaculo idolorum sordes ablegandas.* n. 8x. p. 230.

VI. Iosaphath Ignatius Iesuitas clericalem scilicet ordinem immittit, ad doctrinam de purissima Conceptione euulgandam, quam ex nomine Iesu specialim acceperat. *Innuitur Principum obligatio circa Magistros subditis premendos.* num. 89. p. 231.

VII. Ioram corruptus dum hæret Athaliæ, adnotat, quàm prudenter Maria sola processit ex Adamo, ne omnibus iuncta contaminaretur. *Edoceo, prauam iusto societatem exitialem esse.* num. 94. p. 233.

VIII. Ozias ostendit Mariam paradisum eleuatissimum nunquam tenebris interfusum. *Vbi innuitur, terrenis voluptatibus hærentes cælesti lumine priuari, tenebris obrui.* n. 101. p. 234.

IX. Ioatham profectum indicit eorum, qui profitentur Mariam mox à primo Conceptionis instanti profecisse. *Vbi assero eos, qui proprio tenaciter hærent consilio non proficere.* n. 106. p. 235.

X. Achaz signum virginitatis verè aspicit, dum Mariam adnotat omnimodæ prodigium puritatis. *Vnde elicio vitam immaculatam Diui sine vllâ peccati tenebrâ miraculorum locum obtinere.* n. 112. p. 236.

XI. Ezechias Solis tenententis imagine ostendit Mariam generalibus legibus non fuisse illigatam. *Vbi assero non omnes in communitate legibus onerosis pergrauandos.* n. 117. p. 238.

XII. Manasses exprimit, nullam causam fuisse, cur Maria pœniteret, si ex delicto oritur pœnitudo. *Simul ostendo, fugiendum delictum, in cuius medicamen semper amaritudo est necessaria.* num. 123. p. 239.

XIII. Amon nutritius Mariam filij Dei nutritiam eximit omnino à seruitute. *Vbi innuitur nobilitatem*

*bilium filios honestis ac bonis moribus imbutis nutricibus committendos.*n.129.p.240.

XIV. Iosias à Templo, ac luco cunctas idololatriæ reliquias ablegat, adumbrans Mariam; quæ sola cunctas peccati hæreses interemit. *Innuo abscindas à corde Dei habitaculo, idolorum, seu amorum reliquias.*n.135.p.241.

XV. Iechonias asserit, Virginem nec in captiuitate genitam, nec vnquam ad Babyloné transmigrasse. *Innuo interea, nec particulam festi dies violandam.*n.140.p.242.

4. ## PANEGYRICVS IV.

Ex tertio libri generationis Iesu tractatu.

Lib.4.sect.4.n.15.pag.247.

OBSERVATIO I. MAria non dicitur filia resurrectionis, sed præparationis Domini; quia nunquam cecidit præparata in Filij Dei parentem. *Vnde collige, plerumque non præpare à Domino ad augusta munia, qui frequentibus lapsibus obnoxius est.*n.15.p.247.

II. Salutatio Angelica Mariam adstruit ab originali immunem. *Vbi innuo laetitiam ex gratia oriri omnem locum aptum ad virtutem volenti: Dei præsentiam peccatum excludere: fœminas laudabiles ex fortitudine ad vitia superanda: parentesque ex filiis bonis commendari.*n.19.p.248.

III. Magister Zorobabel edocet per cuncta secula vsque ad seculum futurum æternùm purissimæ Conceptionis gloriam à Patribus, & Doctoribus prædicari. *Interim salutaria ingero moribus documenta.*n.42.p.252.

IV. Abiud adstruit Mariam speciali iure Patris æterni filiam eius referre puritatem. *Vbi colligunt filios patrissare frequenter, vt parentes cuiori morum cōpositioni studere in filiorum exemplū.*n.135.p.268.

V. Ostendit Eliacbin Mariam à Domino creatam, vt à Conceptione omnis respectus ad generationem (ex qua culpa) tollatur. *Vbi innuo eum qui Deum creatorem appellat, vitiis non inficiendum.* n.161.p.269.

VI. Azor Mariam adiutricem Iesu ad mundi redemptionem appellans, eam adstruit à crimine immuné. *Innuo, ministros Euangelicos, aliorum saluti incumbentes, integrâ salute operaturo.*n.168.p.270.

VII. Sadoch asserit Deiparam originalis culpæ debitum non incurrisse, speciali ex Christi meritis priuilegio. *Innuo vel obnoxietatem ad crimina iusto esse formidabilem.*n.172.p.271.

VIII. Conceptio Mariæ à Trinitate celebrata. *Vbi innuitur cor humanum puritate decorandum, vt Deo Tabernaculum exhibeat: iacturam in iusto non esse irati numinis documentum. Similem esse debere Christo, qui accipit Eucharistiam: coniugesque similes etiam ad vnionem futuros.*n.178.p.273.

IX. Mathan obiicit Deum donantem Mariam humano generi, Thesaurū in primo Conceptionis instanti Dei cor arripienté. *Vbi assero nos iam à concepta Maria, in ipsa, bona possidere.*n.195.p.276

X. Iacob memorat Mariam futuram cælestis Iacobi sponsam, & matrem, omnimodâ à Deo fuisse innocentiâ præparatam. *Innuo puritati debere operam dare eum qui Eucharistici Agni nuptiis præparatur.*n.201.p.277.

XI. Ioseph sponsam liberat à furti calumniâ, eius pulchritudinem commendans. *Vbi assero, pulchritudinis specialis leges, pulchris operibus operam exhibere.*n.209.p.279.

PANEGYRICVS V. 5.

Ex Libri generationis Iesu tractatu quarto.

Lib.4.sect.5.n.9.p.281.

OBSERVATIO I. MAria ipsa sine vllo respectu méti obiecta ex nimia pulchritudine suadet sine communi labe fuisse conceptam. *Innuitur viri actiones eius natalitij nobilitatem exprimere.*n.9.p.281.

II. Vel ipsum augustissimum nomen Mariæ originalem Virginis halat immunitatem. *Collige, illustria opera cognomini celso debere copulari.*n.18. p.283.

III. Maria Christi Mater purissimi, quomodo non filij prælibaret in Conceptione puritatem? *Edocemur, parentes ex probis filiis commendare.*n.24. p.284.

IV. An Christus ex Maria nasceretur, quam aliquando maculatam dignouisset? *Assero parentum gloriam, aut opprobrium, in filios exundare.*n.48. p.289.

V. Religionum Chorus immaculatæ conceptionis concinit priuilegium. *Vbi doceo prauos socios fugiendos; pium iudicem esse beneuolentiam: Maximum Dei donum, à culpâ præseruari: pulchrum esse, piè de proximo opinari: debitores Deo, qui a malis imminentibus liberantur: vnum hominem fidelem magnum Dominum Deū efficere: institutam vel hîc beatam: Sanctorum sequenda vestigia.*n.54.p.290.

FRVCTVS V. Fructus quintus.

Mariæ Natiuitas.

PANEGYRICVS I

Ex Virginei natalitij triumphali euectione.

Lib.5.sect.1.num.2.p.302.

OBSERVATIO I. MAria Natiuitatis die tâta sanctitate ornatur, vt cunctos Ecclesiæ proceres facilè superet. *Innuo sanctitatis documentum non ex miraculis, sed ex vitæ perfectione sumendum.*n.2.p.302.

II. Maria cú aurora exurgit ex vtero quasi solis iustitiæ lumine completa perfectum diei gratiæ efficit diem. *Innuo plus illuminari, qui plus ad iustitiæ solem accedunt.*n.9.p.303.

III. Ex gloriâ natiuitatis Mariæ quasi pendebat filij gloria, imò diuinitatis fulgor. *Vbi parentum ac filiorum identitatem adnoto.*n.18.p.304.

IV. Maria dum nascitur vincens cunctorum proauorum, imò Sanctorum omnium perfectionem ostentatur. *Vbi innuo à cunabulis sanctitatem decere Reginas, seu illustres fœminas.*n.23.p 305.

V Maria ex gratiæ vtero oritur primogenita, vt primogenitum pariens fratrum commodis inuigilet. *Vbi doceo primogenitos debere fratrum commoda procurare.*n.27.p. 06.

VI. Necessariò nascitur Maria vt Christus nasceretur nec enim digna tanto hospite alia domus inueniretur. *Interim moneo hominus præcordia præparanda ad Eucharistiā excipiendā.*n.34.p 307.

PANE

PANEGYRICVS II.

Ex lætitia vniuersi.

Lib.5.sect.2.n.2.p.309.

OBSERVATIO I. Natus Isaac domus exultatio celebrat natalem Mariæ, è quo vniuerso lætitia exoritur. *Vbi ostendo solemnia sacra veram siquis exul attenem.* n.1.p.309.

II. Isaac typus Saluatoris ostendit ideò in Mariæ natali gaudendum, quia ex ipsa salus exoritur. *Interim moneo ex spirituali lætitia vitam hominum quodammodo beari.* n.6.p.310.

III. Iacob natiuitatem Mariæ colit, eam natam Rebeccam ostentans, vt peccatores cælestem benedictionem assequerentur. *Vnde patet, necessarium omnibus Mariæ patrocinium.* numero 13.p. 311.

IV. Duodecim tribus gestiunt dum memorant per Mariam mundo æternam salutem à Domino donatam. *Vbi asseritur peccatoris diligentiam necessariam esse ad sanitatem.* n.16.p.312.

V. Iubilans Thamar Mariam celebrat natam ex palma, homines victoriis donaturam. *Vbi admoneo vitam hominis solere infantium imitari.* n.23.p. 313.

VI. Exultans Rahab præcinit Mariam exorituram, vt potentiâ vtatur, ad peccatorum reductionem, vt eos donet plenitudinis redundantia. *Vbi assero, legem potentiæ esse, aslatari ad miserorum sublevationem.* n.27.p.314.

VII. Lætatur Ruth nata Maria, præsignans futuram despectatam spicarum, seu peccatorum collectricem. *Interea doceo, nullum viuentis desperatam salutem; ideòque operam vtilitatorum spiritualis vtilitati.* n.35 p.315.

VIII. Gestit gaudio Bersabee, dum prædicat natam Mariam peccatorum causis procurandis. *Vbi ostendo, quam necessarium sit delinquentibus Virginis patrocinium.* n.39 p.316.

3.

PANEGYRICVS III.

Ex Virgine hominibus exorta.

Lib.5.sect.3.n.2.p.317.

OBSERVATIO I. Fortis Dauid colit Mariam natam, vt Angelorum exercitus sit aduersùs dæmones in hominum custodiam. *Vbi innuo virtutum odore dæmones effugare, Angelorum præsidium hominis necessarium.* n.2.p.317.

II. Salomon pace ac lætitiâ affluens, signat Mariam nasci, vt prædestinatorum Virgo Mater existat. *Moneo Virginitatem fœcunditatis esse parentem* n.7.p.318.

III. Roboam asserit Virginem nasci abyssum cum impetu hominum aridam irrigantem. *Innuo diuitias in communione commodum exponendas.* n.11.p. 319.

IV Abias Deum Patrem signans docet Mariam ex gratiâ primogenitam natam esse hominibus fratribus subleuandis. *Moneo primogenitos debere infirmioribus fratribus subuenire.* num.16.p. 320

V. Asa enunciat Mariam natam laborantibus hominibus releuandis *Vbi innuimus quam dura sit peccatoribus sine Deo & Mariâ laborum susti*nentia. n.20.p.320.

VI. Iosaphat docet Mariam nasci vt iudicem cælestem emolliat, homines ex hædis in agnos mutans. *Interim moneo, quonam modo à sinistra in dexteram ex eleemosyna operibus properandum.* n.25. p.321.

VII. Ioram habitator excelsorum profitetur homines, duce nata Maria ad Patriam æternam progressuros: num aliter? *Vbi doceo, quam necessaria sit ad pœnitentiam Mariæ intercessio.* n. 18.p. 322.

VIII. Ioatham indicat Mariam natam, vt suauissimum, efficacissimum medicamen generi humano vulnerato adhiberet. *Vbi quàm plerumque efficacia suauia sint medicamenta.* 34.p.323.

IX. Achaz innuit Mariam cælestem paradisum nasci, cuius visione homines quodammodo beantur, & comprehensores fiunt. *Ostendo exterim, animum virtutibus ornatum Dei, constitui paradisum.* n.40.p.324.

PANEGYRICVS IV. 4

Ex ipsius Christi natiuitate.

Lib.5 sect.4.num.2.pag.326.

OBSERV. I. Iechonias *Præparatio Domini* docet in Mariæ natalitio quasi præparatam fuisse filij sanctissimi perfectionem. *Ibi ostendo parentes sancti filij ducere sanctitudinem.* n. 2.p 326.

II. Zorobabel docet Virginem natam, vt idem cum Domino esse videatur. *Vbi patet adeo similes plerumque euadere filios parentibus, vt aut virtum, aut vitium illorum his soleat attribui.* numero 6. pagin. 327.

III. Abiud probat, Mariam non solùm Matrem sed & quodammodo Patrem Iesu, æternum parentem imitatam. *Vbi vim orationis eximiam licet contemplemur.* n.18.p.329.

IV. Eliachim ostendit Mariam Christo natam, dum natus ipse ex Maria Dominus Deus ostenditur. *Vbi adnoto, Virginitatem dignam Deo esse parentem.* n.22 p.329.

V. Sadoch probat Mariam natam inimicorum amatricem, vt ex eius censu Christus amorem inimicorum trahat. *Edocemur inibi mutua charitatis operam dare alumni Mariæ.* numero 27. pag. 330.

VI. Achim annunciat Mariam natam ipsam misericordiam quodammodo, vt Christum non solùm misericordem, sed & ipsum misericordiam enitatur. *Vbi parentes moneo, iustitiâ pollere, vt filij eorum indolem referant.* numero 33. pagin. 331.

VII. Matham exprimit Mariam exortam, vt Deum munificum hominibus exhibeat. *Vbi patet cælestia munera obsequiis humanis esse acquirenda.* n.37.p 331.

VIII. Ioseph docet natam Mariam vt diuinæ pietatis fructus visibiliter efficiat augeri. *Vbi adnoto visibilem Dei munificentiam nos ad amorem excitare.* n.42.p.332.

FRVG

Fructus sextus.

FRVCTVS VI.

Mariæ Præsentatio.

1. ### PANEGYRICVS I.

Ex piæ fœminæ vocis elatione.

Lib.6 sect.1.num.8.pag.336.

OBSERVATIO I. MAriam laudaturus Spiritus sancti eget afflatu, nec enim vox sufficiens humana. *Taxo huius temporis concionatores, qui spiritui capiendo operam non impendunt, sed solummodo audientium aures curant demulcere inani præconio.* n.8.p.336.

II. Nec impius audet vti voce in Deiparæ iniuriam. *Ediscimus, comprimenda iudicia, quæ non possint sine iniuria proximi diuulgari.* n.16. pagin. 337.

III. Cùm Virgo laudanda est, vocis requiritur elatio, vt non communibus elogiis, sed excogitatis exaggerationibus Deipara commendetur. *Innuo aliquando expedire in Diuorum præconium exaggerationibus vti, modò seruato.* n.20 p.338.

IV. Extollente fœmina vocem, vt Mariã commendaret, adhuc eleuatiori voce vsus Dominus, ad Matris elogia proferenda, siue ad hodierni muneris Deo præsentati præstantiam indicandam. *Vbi monetur, eum, qui sese infantem Deo nadicit, incundum ei libare sacrificium.* n.25.p.339.

2. ### PANEGYRICVS II.

Ex vteri ac vberum commendatione.

Lib.6.sect.2.num.7.p.341.

OBSERVATIO I. MAriæ vteri, ac vberum gloriam expendo. *Innuens plane Virginem parentem peccatorum esse.* n.7.p.341.

II. Maria in Templum adducitur; Templum augustius, Sancto Sanctorum sistitur; Sãcto Sanctorum eleuatior. *Innuitur charitatis affectu possemus inanum merces nostra efficere.* n.24.p.344.

III. Filia Dei Maria apud delubrum Virginum Mater ostentatur. *Ostendo Virginitatem, Dei, Angelorum, ac hominum esse parentem.* n.38.p.346.

IV. Maria infans sine exemplo prima vouens virginitatem Virginum Magistra. *Innuo, specialẽ aut præmium, aut supplicium virtutis, aut vitij inuentoribus respondere.* n.44.p.346.

V. Beata Maria prædicatur antequam Domino vbera exhibeat nutriendo. *Moneo iustos sanctitate ad vberiora munera praparari.* n.50.p.347.

VI. Maria beata appellanda, priùs quàm Mater efficitur, quia eius virginitas semper Deum incolam sortita est. *Vbi ostendo castitatis gloriam, infamiam impudicitiæ.* n.55.p.348.

VII. Vt Mariæ Virginitas Dei esset Paradisus, eam omnino abstraxit à terrâ, Angelico cibo educandam. *Ostendo virginitatem in solitudine conseruandam esse.* n.61.p.349.

PANEGYRICVS III.

Ex Marianæ sanctitatis elogio.

Lib.6.sect.3.n.6.pag.351.

OBSERVATIO I. DEi verbum Maria audiuit, & apud Templi adyta sese in Domini præparauit sponsam. *Ostendo Virgines, illas præcipuè, quæ Monasterio dedicandæ sint, decere in adytis commorationem.* n.6.p.351.

II. Maria Templo clausa tantæ exædificationi à cunabulis iecit fundamina. *Moneo (fœminas præcipuè) virtuti repentè exortæ minimè credendum.* n.11.p.352.

III. Hostes Maria à cunabulis apud Templi adyta debellauit. *Ediscimus apud infantiam superandas esse passiones, vt perfecta victoria comparari valeat.* n.16.p.353.

IV. Maria vt gratissimum Deo offerat holocaustum, à parentibus separatur. *Moneo gratissimum Deo, filios relictis parentibus, ad claustra confugere.* n.22.p.354.

V. Maria ante quàm Christum conciperet, sanctitate fulgere ostẽtatur. *Educandarum iuuencularum normam expono.* n.27.p.355.

VI. Maria orationi intenta verbum audiebat, quod actioni studens exequebatur. *Contemplationis, & actionis copulandæ exhibeo documenta.* n.33. p.356.

VII. Maria apud Templum misericordiæ in egenos oliua, fructibus virtutum ornatà: orationis vigilantia custodiens puritatem. *Vbi ostendo, eleemosyna domo Deum excipi; in Monasterio virtutes augeri continuo rigatu: Castitatémque orationis exercitiis conseruari.* n.40.p.357.

VIII Parentes Virginis verbum Dei audiunt, & custodiunt, dum vota emissa de addicendâ ad Templum puellulâ adimplent. *Innuo, ex votorum impletione homines quasi in Deos conuerti.* n.47 p. 358.

IX. Scalam Mariam gradus quindecim scandentem sequamur. Hæc enim via, hic ducatus necessarius nobis ad ascensum. *Vbi necessitas Mariani obsequij ostenditur.* n.52.p.359.

FRVCTVS VII.

Fructus septimus.

Mariæ Annunciatio.

PANEGYRICVS I. 1

Ex nuncio ad Virginem.

Lib.7.sect.1.n.12.p.364.

OBSERVATIO I. PRæscribit Deus Angelo quidquid Mariæ prolocuturus est, à Deo solo dignè laudandæ. *Innuo concionatores terrenis affectibus exuendos, ad Diuorum magnalia celebranda.* n.12.p.364.

II. Principi Gabrieli appositè Incarnationis committitur arcanum. *Edocemur regiam esse secreti obseruationem.* n.16.p.365.

III. Gabriel Dei fortitudo Mariam fulcit, vt Deum valeat sustinere. *Innuo Deum spirituali exædificationi adhibendum, ne pondere corruat beneficiorum.* n.20.p.365.

IV. Ad Virginem humanæ salutis perficiendæ anxiam lætus Angelus aduentauit. *Edocemur custodum Angelorum sollicitudinem circa salutem nostram venerari.* n.24.p.366.

V. Galilææ ac Nazareth circa elogia Virginis circunstantiæ. *Interim moribus documenta do.ibi.* n. 28. p. 367.

VI. Virgo nuptias honorat, sed amplius commendat virginitatem. *Vbi ostenditur virginalem, seu calibem statum coniugali esse praferendum.* n. 44. p. 369.

VII. Mariæ virginitas digna Deo. *Vbi virginitatem Deitati affinem ostendo.* n. 48. p. 369.

VIII. Virginitatis Deiparæ Martyrium. *Ostendo Virginitatem diuturnam gloriam Martyrij æmulari.* n. 54. p. 370.

IX. Virginitas Mariæ pulchri adolescentis deterretur obiectu. *Innuo Virgines pudore afficiendas in virorum conspectu.* n. 58. p. 371.

X. Tam firmum virginale Mariæ propositum vt eligeret Dei Matrem non esse, si virginitas posset ex fœtu violari. *Innuo ad virginitatis seu castitatis conseruationem lapideum futurum esse propositum.* n. 61. p. 371.

XI. Cur è Virgine desponsata Christus exoritur? *Vbi moribus varia interiero documenta.* n. 65. p. 372.

XII. Nonnulla nominis Mariæ elogia. *In peccatorum quidem solatium.* n. 97. p. 376.

2. PANEGYRICVS II.

Ex salutatione Angelica.

Lib. 7. sect. 2. n. 14. p. 381.

OBSERVATIO I. Virgo reclusa domo ab Angelo reperitur. *Contra Virgines huc illuc diuagantes.* n. 14. p. 381.

II. Maria apud domum residens duplici ostio custodiebatur. *Vbi doceo urata haud vnquam superuacanea Virginum custodia* n. 21. p. 382.

III. Manuum operibus dedita forsassè ab Angelo Maria reperitur. *Decet enim Virgines & nuptias pauperes operibus manuum incumbere in pudicitia documentum.* n. 25. p. 381.

IV. Orationi vacans Maria ab Angelo inuenitur. *Vbi ostendo Deum ex orationis exercitatione adesse.* n. 28. p. 383.

V. Haud vsus Angelus amatoriis vanis sermonibus salutans innuptam. *Vbi innuo fœminas, spectatim Virgines, ad virorum amatorium sermonem obmutescere debere.* n. 31. p. 384.

VI. Deus, Angeli, homines, voce alterna Angelicam recitant salutationem. *Vbi ostendo hominum salutem ex Rosarij recitatione ducere frequenter exortum.* n. 35. p. 385.

VII. Salutationis Angelicæ prima dictio expenditur. *Vbi contemplari licet, quam sit saucia humana natura, quam Deipara debitrix.* num. 40. p. 385.

VIII. De Marianæ gratianæ plenitudine. *Vbi innuo eam præcipuè commendabilem donorum plenitudinem, quæ possessori non deficiens, proximis exundat.* n. 57. p. 388.

IX. Specialissimè cum Virgine conditor. *Vbi innuo ex Dei societate plura iustis commoda exoriri.* n. 86. p. 392.

X. Dominus apud mentem Deiparæ, vt verũ Verbi efficeret capacem. *Innuitur cor iusti Deo plenum pectus disponere ad Eucharistia receptionem.* n. 94. p. 393.

XI. Cunctis Virgo benedictionibus stipata. *Vbi innuo profusis laudibus compensanda à nobis Mariæ collata beneficia* n. 98. p. 394.

XII. Ex mulieribus præcipuè Mariæ insonant benedictiones. *Moneo, commendabile bonum, quod communitatis vtilitati cedit.* n. 104. p. 395.

PANEGYRICVS III.

Ex prudenti Mariæ consensu.

Lib. 7. sect. 3. n. 25. p. 400.

OBSERVATIO I. Turbationis Deiparæ causas recenseo. *Vnde moribus sponsa Christi inte:sero documenta.* n. 25. p. 400.

II. Virgo prudentissima, & cogitabat, & tacebat. *Prudentis enim cogitare quid sit respondendum, & tacere, ne temere loquatur.* n. 38. p. 402.

III. Angelo sub viri forma apparẽte, nihil mali Virgo est suspicata. *Dedecet enim Virgines nobiles de aliis suspicari turpia quæque.* n. 45. p. 403.

IV. Angelus Mariam à turbatione eripere curat vt excitatiorem ad contemplationem reddat. *Ad spiritualia enim exercitamenta attentio accuratissima necessaria est.* n. 49. p. 404.

V. Turbata Virgo, suimet nominis Mariæ auditione quiescit. *Vbi de Mariæ nominis ad depellendas animi perturbationes efficacia.* n. 52. p. 405.

VI. Angelus necessitate compulsus Mariam nominat, à cuius nomine reuerenter abstinuerat. *Vbi innuo Mariæ nomen cum pondere, & non ex consuetudine solum ore pronunciandum.* num. 58. p. 406.

VII. Non quæsitam maternitatis gratiam Maria inuenit, imo quæsita à gratia illa inuenta est. *Vbi eorum Diuorum excellentia innuitur, quos Deus requirit sibi ministros.* n. 61. p. 406.

VIII. Gratiã Maria nobis quæsiuit, & inuenit. *Vbi assero gratiam fructum esse laborum, non desidibus vltro imperitiri.* n. 64. p. 407.

IX. Vt Deus ipse à Maria acceperit. *Vbi innuitur filios augustu fortuna barentes, vulgares parentes profiteri debere, vt honore afficiant.* n. 69. pag. 408.

X. Mariæ Virginitas nobis peperit Saluatorem. *Quia largitatis calestia dona communitati præparantur.* n. 72. p. 409.

XI. Deipara Iesum infantem appellans, gratias pro hominibus tanto munere cumulatis reddit. *Vbi innuo, Deo pro beneficiis nos reddere gratias, quoties nomen Iesu piè proferimus.* numer. 78. pag. 409.

XII. Maria quasi se dubitare simulat, vt cunctos interimat errores. *Vbi ostendo sæpè nos ex verborum sono menti non respondente proximum non vere indicare.* n. 80. p. 410.

XIII. Maria in virginitatis proposito sese non solùm fortem, sed ipsam ostendit fortitudinem. *Quam constantiam decentem fœminas, debent præcipue virgines imitari.* n. 83. p. 411.

XIV. Maria iam sanctissima Spiritus sancti noua effusione ad Domini receptionem præparatur. *Sacerdotes taxo, qui non sese quotidie speciali præparatione ad corporis Dominici receptionem exornant.* n. 88. p. 411.

XV. Super plenam Virginem Spiritus sanctus quasi immensam adhuc confinxit capacitatem implendam. *Vbi edocemur de Virgine altissima sapere.* n. 90. p. 412.

XVI. Tam magna Deipara, vt sola Altissimi

Altissimi virtus eam potuerit obumbrare. *Vbi innuitur ad muneris celsitudinem pertinere, quod accipientis aciem non perstringat.* n.94.p.413.

XVII. Mariæ conceptus Elisabethæ nunciatur, ne à consiliis Regis, in vniuersi vtilitatem Virgo putaretur aliena. *Vbi innuitur, sociabus beneficia domesticis impendenda esse.* n.97.p.413.

XVIII. Reuelatur Mariæ Elisabeth fœcunditas, vt mox cogitet de obsequio cognatæ impendendo. *Vbi innuo cogitationem, seu præmeditationem grauibus negotiis præmittendam.* n.101.pag.414.

XIX. Non dixit: *Non est impossibile apud Deum omne factum,* sed *omne verbum,* vt ostendat Deo & Mariæ idem esse facere, quod loqui. *Vbi innuo Deificum esse circa Dei obsequium potius factis vti, quàm verbis.* n.104.p.415.

XX. Mira Mariæ humilitas mundo edidit Saluatorem è cælis abstractum. *Vbi innuo Deum ob hominum superbiam recedentem, ob humilitatem redire.* n.107 p.415.

XXI. Celsitudo Marianæ humilitatis ostenditur. *Innuo nouissimum ac supremum locum nunquam non copulari.* n.115.p.417.

XXII. Matris obedientiam Christus illustrat, dum sibi eam obiicit aduocatam. *Vbi innuo, obedientiam virtutum existere ornamentum.* n.122.pag.418.

XXIII. Deus humanitate induendus Virginis consensum expectauit, & noluit sumere carnem, nisi dante ipsa. *Vbi quanti Deus æstimet hominis offerentis voluntatem.* n.126.p.418.

XXIV. Consensus virginei præstantia ac valor expenditur. *Vbi innuitur à Deo præmium & coronam, & operibus iustorum ineffabile præparari.* n.135.p.420.

XXV Verbum fiat, precum loco profudit Deipara, vt tantum beneficium impetraret. *Vbi innuitur, orationis exercitamenta ad salutem conferre.* n.141.p.421.

XXVI. Incarnationis die vineam Domini Deiparam ostendo. *Vnde moribus documenta elicio.* n.145.p.421.

Fructus Octauus.

FRVCTVS VIII.

Mariæ Visitatio.

1\.

PANEGYRICVS I

Ex Virginis festina profectione.

Lib.8.sect.1.n.17.pag.428.

OBSERVATIO I. MAriam Deum vtero excipientem consequenter sequitur circa cæleste obsequium volatus. *Vbi innuitur eos, qui Eucharistia reficiuntur, mox debere ad perfectionis verticem properari.* n.17.p.428.

II. Maria Deum socium in vtero ac in animo gestans difficilium quorumque verticem conculcauit. *Vbi innuitur Eucharistiæ refectione tentamina superari.* n.21.p.429.

III. Exurgens tunc præcipuè Virgo ostenditur, cùm profundissimæ humilitatis abysso additur. *Vbi humilitatis eleuationem licet contemplari.* n.25.p.430.

IV. Non sola exurgit Virgo, sed copiosissimo comitatu stipata in montana perrexit. *Vbi assero, eum qui soli Deo hæret, copiosissimo cingi comitatu.* n.29.p.430.

V. Quodammodo Maria velocissimum circa Ioannem sanctificandum euicit Saluatorem. *Vnde nos segnes circa nostram procurandam salutem, proximùmque subleuandum pudere debet.* n.33 pag.431.

VI. Erga hominum commodum affecta Virgo conceptum filium iam ex effectibus natum esse manifestat. *Monentur spirituales parentes sollicitè prolis commodo prouidere.* n.37.p.432.

VII. Maria Dauid præcepto excitata voluntarium festinanter prosiliuit in opus. *Eos carpens, qui à supererogationis operibus abstinentes, vix præceptis satagunt obedire.* n.44.p.433.

VIII. Festinanter quidem Virgo ad perfectionis cumulum peruenit, non autem repentè, sed gressu replicato. *Vnde taxantur repentina quorumdam perfectionis summa ostentationes.* n.51.p.434.

IX. Sese concham exhibet, dum prius totâ Deitatis gratiâ plena Ioanni ac parentibus eius communicat. *Vbi innuitur sapientem priùs propriæ plenitudini, mox proximorum vtilitati curam expendere.* n.57.p.435.

X. Maria è domo occasione pietatis egressa miro silentio labia obfirmauit. *Docens fœminas, exitialem esse pudicitia extra domum cum viris sermocinationem.* n.67.p.436.

PANEGYRICVS II. 2.

Ex Ioannis ob præsentiam Mariæ sanctificatione.

Lib.8.sect.1.n.16.p.440.

OBSERVATIO I. IOannes in vtero existens perfectissimo sanctitudinis gradu ex Mariæ donatur ministerio. *Innuo, à cunabulis virtuti præstandum obsequium bonáque proximo à nobis faciliter dispensanda.* n.16.p.440.

II. Tota Zachariæ domus ex salutante Deipara bonis cælestibus exundauit. *Vbi edisceimus maxima nobis obuenire ex Diuorum vicinio bonorum incrementa,* n.25.p.441.

III. Maria pugnax peccatum originale, quo Ioannes tenebatur, comminuit. *Vbi innuitur totum auditorum profectum concionatori iuste tribuendum.* n.32.p.442.

IV. Ioannis liberatio Mariæ tribuitur, quia Deus non vult vincere nisi ex Mariæ consortio. *Vnde colligo, Diuorum necessarium auxilium.* num.36.p.443.

V. Maria euertit humanæ naturæ domum, vt deperditam drachmam Ioannem inueniat. *Innuo vel circa opera eleuatissima, naturæque morem superantia non audere ex Diuorum exemplo operæpretium esse.* n.46.p.444.

VI. Ioannes fœlicissimè sub stella Mariæ exoritur futurus omnium fortunatissimus. *Vbi puerorum felicitatem adnoto, qui Deiparæ mancipantur obsequio.* n.52.p.445.

3. PANEGYRICVS III.

Ex Eliſabetha Virginem commendante.

Lib.8.ſect.3.n.23.p.448.

OBSERVATIO I. MAria à conditore & ante cunctos electa. *Vbi oſtenditur veram benedictionem, deſtinationem eſſe ad gloriam, non temporariorum incrementa.* n.23.p.448.

II. E Ieſu fructu præcelſo Mariæ ſublimis Arbor agnoſcitur. *Vbi innuitur parentes ex probis filiis commendari.* n.32.p.449.

III. Maria vt granum ſiue verbum accipiens ſatiandis hominibus multiplicarit. *Innuitur communionis ato nos impendere operam cæleſtis panis multiplicationi.* n.36.p.450.

IV. Quia Mater Domini, ac Domina Maria, ideo pergit obſequium præſtare cognatæ. *Adrata cum Imperio, imò & ipſi humilitas Deitati.* n.42. p.451.

V. Priùs Mariæ beneficia hodie quàm Saluatoris declarantur. *Innuitur Mariæ deuotionem operibus egregiis neceſſariò quodammodo præmittendam.* n.49.p.452.

VI. Deiparæ ex fide beatiſſimæ gloria commendatur. *Vbi fidei effectus vitales innuuntur, nimirum affectio.* n.54.p.453.

FRVCTVS IX.

Fructus Nonus.

Mariæ Expectatio.

1. PENEGYRICVS I.

Ex Virgine omnium ſpe.

Lib.9.ſect.1.num.1.p.455.

OBSERVATIO I. OPtatiſſimus nobis Mariæ partus. *Vbi admoneo, neceſſariam ad ſalutaria quæque conſequenda, imò ad ea quæ prædeſtinata ſunt, precum multiplicationem.* num.1.pag. 445.

II. Maria Iris eſt, ſiue, O, ſpei noſtræ, ex quo Deum hominem in vtero claudit. *Vbi protegentis ſpei magnalia recenſeo.* n.9.p.456.

III. Maria verè ſpes noſtra eſt, quia vitam ac dulcedinem exhibet. *Vbi innuitur, ſpem veracem cum vita ſpiritus, ac ſpirituali dulcedine copulari.* n. 13.p.457.

IV. Ex Maria prægnante totum Deum totum hominem expectamus. *Edocentur ſacri miniſtri, non ſibi ſapientiam acceptam retinere ſolùm, ſed proximorum ſaluti profundere.* n.19 p.458.

V. Filium apud Mariam depoſitum nobis ab ipſa reddendum fideliter expectamus. *Vnde edocemur gratis proximis reddere, quod gratis à Domino accipimus.* n.26.p.460.

VI. Maria piiſſima Chriſtum iudicem excipeos ita emollire curauit vt amicum nobis euiteretur. *Vbi edиſcimus, filium plerumque mores matris exhibere.* n.30.p 460.

VII. Profuſis vocibus ô, ô ô. Mariam prægnantem optatiſſimum excitamus ad partum. *Vbi innuitur orationis vis, ad ſalutares effectus maturandos.* n.36.p 461.

2. PANEGYRICVS II.

Ex noſtra expectatione ob ſalutationem Angelicam.

Lib.9.ſect.2.n.1.p.462.

OBSERVAT. I. EX Maria abſcondita Dei filium expectamus, quia Dei Matrem decet reclusio pudica. *Edocentur nuptæ, reclusionem prolis eſſe parentem.* n.1.p.462.

II. A Maria Euæ correctione Deum orriturum expectamus. *Vbi edocentur iuuenes, iuuencula vt oculorum, linguæque adulantis vitare pericula.* n.5.p. 463.

III. Ex Mariâ humanâ ac diuinâ quodammodo Chriſtum Deum & hominem expectamus. *Vnde colligo plerumque natos parentibus ſimiles exoriri.* n.18.p 461.

IV. Maria mare redundans non potuit apud ſe Chriſtum retinere, vnde mundus expectat à munificentiſſima Saluatorem. *Edocemur proximorum vtilitatis curam impendendam à Chriſtiferis.* n.22.p. 465.

V. Expectamus ex Mariæ liberaliſſimæ nimiū ingenio, diuitiis Regis cæleſtis proculdubio ditari. *Vbi innuitur, liberalitatem elogiorum eſſe parentem.* n.27.p.466.

VI. Expectamus Deum naſciturum Virgine elogiis turbata. *Turbari enim fæminam, dum eius elogia proferuntur, dum ſub viri ſpecie Angelus loquitur, ſignum eſt domus ſalutare.* n.32 p.467.

VII. Deipara Regina, aut Domina Chriſtum conceptum non ſibi retinebit, ſed ad communem ſalutem exponit. *Oſtendo Principatum toti eſſe communitati ſalutarem.* n.37.p.468.

3. PANEGYRICVS III.

Ex Virginis conſenſu.

Lib.9.ſect.3.n.1.p.469.

OBSERVATIO I. EX optante Maria eligi in Dei matrem ob hominum ſalutem, fæliciſſimum partum expectamus. *Innuo, poſſe quem dignitates cupere, ſi affectu puro in ſolam proximorum vtilitatem deferatur.* n.1 p.469.

II. Chriſtus in vtero Virginis adhuc clauſus, quaſi noſtro commodo natus oſtenditur, quia ſpes ex Maria poſſeſſio eſt. *Vbi innuimus, puritatis cultores Deo potiri ſocio in proximorum vtilitatem.* n.4.p.470.

III. E Maria nupta, & tamen Virgine Deum oriturum expectamus. *Vbi aſſeritur, coniuges puritatis cultores poſſe in Virgines Dei parentes eligi, & ipſum parere.* n 9.p.471.

IV. A Maria obuelante Dominatū, præſeotante ſeruitutē, proculdubio expectamus natalitium illius, qui in vtero operiens gloriam, miſeriam humanitatis

manitatis cunctis est reseraturus. *Edocemur, gloriosa quaque operire, miseriam præsentare.* n. 13. p. 471.

V. Dùm ex voluntate Mariæ pendet nostra ex Christi natalitio salus, patta hominum expectatio. *Edisc imus, haud expectandum præceptum, vt proximorum saluti incùbamus, sed voluntati e accurrendum.* n. 17. p. 472.

VI. Maria prægnans nos ineffabili lætitia replet, quid cùm enitatur Saluatorem? *Innuimus solummodò è cælestibus vere nos gaudiis oppleri.* n. 22. p. 473.

Fructus decimus.

FRVCTVS X.

Mariæ Purificatio.

1. ### PANEGYRICVS I.

Ex Purificationis Lege.

Lib. 10. *sect.* 1. *num.* 18. *p.* 479.

OBSERVATIO I. T nobis purgetur Deipara; vt nobis purificationis dies impleantur. *Vbi dies pœnitentia panes, dies delictorum vacuos ostendo; innuimus Euangelicos Ministros posse in se proximi maculas diluere.* numer. 18. pag. 479.

II. Adhuc completis vitalis curriculi diebus, Mariæ intercessione non semel peccatoribus purgationis locus exhibetur. *Vbi peccatorem admoneo preces ac pia opera non deserere, dum flagitiis illigatur.* numer. 26. pagin. 480.

III. Maria purissima adhuc purificationi operam impendit. *Edocem puritatis cultores, peccatoresque amplius, & amplius ablui.* num. 31. p. 481.

IV. Deipara legi Purificationis parens. *Nos edoces obedientiam.* n. 43. p. 483.

V. Deipara legi Purificationis subijcitur. *Magistra humilitatis.* n. 50. p. 484.

VI. Maria legem Purificationis obseruat. *Vt edoceat nos amouendo scandalo operam expendere.* n. 56. p. 485.

VII. Legi paret Deipara, quia omniũ creaturarum dominatrix. *Edocens Principes singulariter decere humilitatem, & submissionem.* n. 59. p. 486.

VIII. Maria legi paret antiquæ, vt in exordio legis nouæ haud contumaci ingenio prædita videretur. *Moneo, magnam adhibendam curam circa legis recenter datæ obseruationem, contra desides noua Religionis alumnos.* num. 64. p. 486.

IX. Ex præuiso insidiarum Herodis periculo Virgo pergit in Templum legem obseruatura. *Innuitur, nihil timendum vobis, dum legis studemus obseruationi.* n. 68. p. 487.

X. Dei Filius quodammodo in solâ Mariâ, patris relicto sinu, degebat, vnde potuit ipsa cum Domino sistere. *Hominis præcordia commendo, quæ totum Deum possunt excipere.* n. 71. p. 488.

PANEGYRICVS II. 2.

Ex Deiparæ oblatione.

Lib. 10. *sect.* 2. *n.* 12. *p.* 491.

OBSERVATIO I. Deipara communis puerperæ obtulit sacrificium ob mysticam vuluæ reserationem, quâ enixa est Ecclesiam. *Vbi innuo, iustos masculis esse fortitudine; peccatores autem fœminea infirmitate.* n. 11. p. 491.

II. Maria dona paupertatis offert pauper ipsa, Deumque quodammodo inopem reddens. *Vbi maiores familias monentur diuitias, quas & coniugis, & liberorum licitè possint, egenis impendere.* n. 15. p. 491.

III. Paruum munus Deo Maria offert, ingentem affectum. *Vbi admoneo, exigua munera pauperibus data ex affectu largitoris accrescere.* n. 20. p. 493.

IV. Maria aues gementes offert. *Vt edoceat homines pœnitentiæ vim ad animi purificationem.* n. 24. p. 493.

V. Maria Turtures, aut Columbas offerens, vtrumque Religiosorum commendat statum. *Vbi admoneo, vitam contemplatiuam, & tam in vitam Religiosorum, valdè commendabilem, contra perfectiorum Ordinum censores.* n. 27. p. 494.

PANEGYRICVS III. 3.

Ex Simeonis occursu.

Lib. 10. *sect.* 3. *num.* 22. *pag.* 491. secundò.

OBSERVATIO I. Virgo Deum vlnis gestat, vt iustis & peccatoribus tradat. *Nec enim Deus inuenitur peccatoribus abnegandus.* n. 21. pag. 491. *secundò.*

II. Deipara nobis tradit Iesum pauperculum excipiendum, vt in pace moriamur. *Vbi ostendo, eleemosynam ad obitum in pace conferre.* n. 24. p. 492. *secundò.*

III. Simeon visâ, inuentâ Deiparâ, se Deum vidisse, inuenisse putauit. *Vbi innuitur Dominum ampliùs, ampliùsque requirendum à iustis.* n. 28. p. 493. *secundò.*

IV. Simeon in pace moriturus, aptè adit Mariam. *Vbi de specialissimo Deipara alumnis obeuntibus dato patrocinio.* n. 32. p. 494. *secundò.*

V. Maria secundùm consuetudinem operatur, singularitatem fugiens. *Vbi edocetur Religiosus communitatis iura seruans singularitatis osor esse.* n. 39. p. 495. *secundò.*

VI. Tantilla munera in manibus Deiparæ ingentia sunt. *Admonemur oblaturi diui potentissimi manus adire, quibus exiguum munus Domino præsentetur.* n. 44. p. 495. *secundò.*

VII. Solis Simeoni, & Annæ Virgo Iesum ostendit hodie, ne salus hominum impediretur. *Edocet nos, non externa lætitia indulgere, sed salutis negotium procurare.* num. 48. pag. 496. *secundò.*

4. PANEGYRICVS IV.

Ex Simeonis cantu.

Lib.10.sect.4.n.16.p.497.

OBSERVATIO I. INnouandus Orbis senio confectus à Maria Iesum excipit Infantem. *Vbi innuitur, vitã corporea productionem expetendam à nobis solummodò ob morum correctionem.* n.16.p.497.

II. Simeon, cunctique fideles per Mariam verâ pace donamur. *Vbi innuitur, iustos ex virtutum exercitamento hîc quodammodo gloriâ potiri.* n.19.p.500.

III. Totius orbis salutem in Virgine præparatam Simeon præcinit. *Vbi de vi prædicationis Euangelicæ, quâ vnus Xauerius tot Regna Gentium ad fidem adduxit.* numero 23. pagin.500.

IV. Iesu lumen propter Mariam Gentiles illustrat. *Vbi adnoto, Euangelij ministros Virginis imitatores esse, dum veram lucem Gentibus inferunt.* n.27.p.101.

V. Israëli gloriam tempore nouissimo Maria est consequutura. *Vbi assero Prælatos teneri subditorum prouidere saluti.* n.30 p.502.

VI. Luminaria Purificationis die accensa commendo. *Vbi spiritualis lætitia, puritas, misericordiæ opera, ceremoniæ sacræ, piique sumptus laudantur.* n.34 p.503.

VII. Hodierna lucernarum accensio Gentilicas extirpat ceremonias. *Vbi Deipara circa Purgatorij vinctos protectio laudatur, imo & damnatis proficua ostenditur.* numero 40. pagin.503.

Fructus XI. FRVCTVS XI.

Mariæ Dedicatio ad Niues.

1. PANEGYRICVS I.

Ex Virgineis laudibus.

Lib.11.sect.1.n.1 pag.506.

OBSERVATIO I.  Ratissimam sese Domino mulier illa exhibuit Mariæ laudes efferendo. *Vbi adnoto, infrenandam linguam, ne Diuos prætextu vllo corrodere audeat.* n.1. p 506.

II. Deficit vel elata fœminæ vox, solus Christus beatâ fruens visione potest vteri Mariani beatitudinem dignè proferre. *Edoceris ineptam Concionatorum eloquentiam ad commendandos Diuos, nisi ex Spiritu eleuato profluat eloquium.* n.6.p.507.

III. Maternitatis Mariæ priuilegium vix elata vox poterit commendare. *Immo, Deo gratissimæ vocales Diuorum laudes.* num. 11. pagin. 508.

IV. Pia fœmina Mariam laudat Dominum laudatura; quia ipsam Matrem esse Dei, ipsius Dei est Panegyris. *Innuo ex filiorum iustitia parentes apprime commendari,* n.17.p.509.

V. Laudans fœmina Mariam quasi Christum inducit Matrem Panegyricis efferentem. *Doceo filios, ex honore parentibus exhibito commendari.* num.29.pag.511.

PANEGYRYCVS II. 2.

Ex Mariæ vtero.

Lib.11.sect.2.n.1.p.512.

OBSERV.I. TAnta Mariani vteri beatitudo, vt Deo ipsi locum constituat deliciarum, cælestémque irriget gloria Paradisum. *Innuimus animum immaculatum deliciarum Deo locum præparare.* n 1.p.512.

II. Vterus Mariæ inclamatur beatus, quia apud ipsum nimium thesauri in Diaboli debellationem præparati. *Innuo filios mores parentum sapere.* n.7. p.513.

III. Memor Mariani vteri Dominus, quodammodo cuncta pro nihilo reputat. *Vbi de honore à filiis parentibus exhibendo.* num. 13. pag.514.

IV. Vteri Mariani diuinitas fulgurat. *Adnoto, ex filio augusto egregiam gloriam in parentes exundare.* n.19 p 515.

V. Vteri Mariani illæsio manifestè Dei præsentiam specialissimam suadet. *Vbi doceo, Castitatem Dei præsentiâ conseruari debere.* num. 30. pag 517.

VI. Christus ab vtero Mariæ fulgorem ne sanctitatis accepit? *Innuitur, prolem vterum sapere, sine morte plerumque parentum moribus assimilari.* n.34.p 517.

VII. Mariæ vterus influens hominibus pœnitentiam, Mundum reformauit. *Vbi videmus, hominis ex pœnitudine reformationem.* num. 39. p.518.

VIII. Mariæ vterus hominum hostes inuisibiles debellauit. *Innuo homines Deo plenos, siue Dei præsentiam sentientes, horribiles obiici Dæmonibus.* n 43.p.519.

IX. Virgineam Deiparæ fœcunditatem illustro. *In Virginitatis fœcunda præconium.* n. 50. pag.520.

PANEGYRICVS III. 3.

Ex Virginis vberibus.

Lib.11.sect.3. num.1.pag.522.

OBSERV.I. SImul commendari necesse est, & vbera Mariæ Christum alentia, & eadem nobis lac pietatis propinantia. *Moneo, ab vberibus Mariæ ablegari, qui & puritati, & famæ vitæ non studeat.* num. 1. pagin.522.

II. Maria pariens, & lactans Christum nos simul parit, & lactat ad Patris audienda & custodienda verba. *Parentes temporariæ moneo, filios salutaribus præceptis imbutos lactare ad salutem.* n.8.p.523.

III. Mariæ Maternitas nobis exponitur tota misericordia, tota pietas. *Edoceo parentum affectum in filios hinc dulcius ostendi, cum eos cu-*

rant ad pœnitentiam peccatorum allicere. n. 16. p.524.

4. ## PANEGYRICVS IV.

Ex Niueâ eius Basilicâ.

Lib. 11. sect. 4. n. 1. p. 527.

OBSERVATIO I. Nioea Virginis puritas, quâ Deum mente enixa est, Deo niueam Basilicam præparauit. *Innuo laudabilem minime corpoream virginitatem, qua ex niueâ animi incorruptione non exoritur.* numero 1. pagin.527.

II. Niueâ puritate Deiparæ designatur locus Templo Dei exædificando. *Innuo Deum minimè commorari vbi fœditas animi.* num. 8. p.528.

III. Mariæ niuea puritas, niuis thesaurus hostes inuisibiles comminuit, Deum ipsum aduersus homines iratum pacauit. *Edocemur, puritatem Castitatis valida aduersus hostes arma ministrare.* n.12.p.528.

Fructus duodecimus.

FRVCTVS XII.

Mariæ Assumptio.

1. ## PANEGYRICVS I.

Ex vtriusque sororis ministerio.

Lib. 12. sect. 1. num. 18. pag. 533.

OBSERVATIO I. MARIA sollicita actionis operibus, ob quæ propeранter adeò ad Regnum auolauit munitissimum. *Admoneo peccatores vacuitate laborantes, otiosos, minimè ad Regnum volaturos iudicij die.* num.18. p.533.

II. Mariæ castellum speculatore contemplationis (quâ acquisiuit thronum) custoditur. *Vbi adhuc innuitur, ex operibus Regnum comparandam esse.* n.23.p.534.

III. Cùm sit qoodammodo Castellum immensum Maria, qood transferri noo potest, cùm ad cælos auolat, apud eos permanere cogitur. *Hinc fidelium felicitatem rimor, qui Deum in Eucharistia capiunt.* numero 26. pagin.535.

IV. Iesus noo inuitatus in Castellum intrat, quia post Mariæ Assumptionem gloria vltrò ad homines descendit. *Vbi de obitu filiorum innocentium lætitiâ prosequendo.* num. 34. pag.536.

V. Maria, instar Auroræ, ascendit, simul sua opera refereos ad terricolas, vode egressa est. *Qui ad verticem dignitatum, assumuntur, hinc miseris concitibus succurrere edificant.* n. 37. p.536.

VI. Virgo assumitur hodie *Maria*, vt ex discedentis Nomine terricolarum fælicitatem suspiceremur. *Vbi praclaris sati praenis admonentur, nominibus illustribus debere egregia respondere opera.* n.44.p.538.

VII Maria *Martha* nostra ex contemplatione sollicitior redditur ad misericordiæ opera post asceosum. *Ostendo necessariò præmittendam Orationis exercitium, vt extrema opera feruenter exerceantur.* n.48. p.538.

VIII. Maria assumpta ad Regnum, noo tam quia Deiparens, quàm quia Marthæ & Magdalenæ opera gessit. *Vbi edocemur, solis meritis præmia preparanda.* n.53.p.539.

2. ## PANEGYRICVS II.

Ex Marthæ querimonia.

Lib. 12. sect. 2. n. 9. p. 543.

OBSERVATIO I. MAria plus penetrans in cælis miserias nostras, velociùs exurgit, vt laboranti Ecclesiæ succurrat. *Edocentur & docti principes, & ij qui furum aspiciant miserias festinantiùs debere surgere ad subueniendum.* n.9.p.543.

II. Dum Regio Throno Maria addicitur, ampliùs debitrix est miseris succurreodis, quam terricola. *Vbi edocentur Principes ex dominata debere promptiùs succurrere laboranti.* num. 14. p.544.

III. Maria assumpta quodammodo Deitate induitur, vnde necessariò, plus Ecclesiæ intimè præsens ostentatur. *Vnde ostendo principes Deum imitari, si sui communitati prouideant.* n. 20.p.545.

IV. Virgo assumpta adhuc, imò sollicitior è cælo vniuersa misericordiæ opera, *Martha* effecta, molita. *Edocentur Regina, haud impedire thronum, ne pauperibus faueant,* num.27. pagin.546.

V. Quonam modo Maria assumpta posset laborantem sororem deserere? *Edocemur strictiori iure debere egentibus succurrere cognatis.* n.37. p.547.

VI. Maria assumpta adhuc soror est Ecclesiæ Marthæ & conturbernalis, ad hoc assumpta præcipuè vt Ecclesiæ corda pace donaret. *Edisciamus, varij instituti Religiones sorores esse debere cordium vnitate. Pacem autem precibus profusis comparandam esse.* n.41.p.548.

VII. Maria hodie ab omoi maculâ immunis aligera ascendit Ecclesiam prouocans ad volatum, vt depositâ peccati grauitate ascendat. *Edocemur, quam homines graues ex criminibus quam ex innocentiâ aligeri.* n.47.p.549.

VIII. Maria assumpta sua nobis reliquit vestigia, quæ cutar non obturibus, sed beneficiis agnosci. *Vnde colligo, ex operibus hominem necessariò referari.* n.53. p.550.

3. ## PANEGYRICVS III.

Ex parte Mariæ optima.

Lib. 12 sect. 3. n. 12. p. 554.

OBSERVATIO I. MAriæ à Domino datum, vt sibi eligeret gloriæ throonum, quam operibus impleret. Vode arguitur ad deificium quodammodo verticem fuisse eleuatam. *Vbi edificimus, ex operibus posse nos thronum gloria eligere.* n.12.p.554.

II. Tam

II. Tam ineffabili gloriæ parte hodie Maria donatur, vt tota videatur ornata gloriâ, imò ipsius Dei ac Beatorum gloriam esse. *Innuitur virtutum aspectu homines latificari. Num gloria virtutis?* n. 22. p. 555.

III. Assumpti Corporis Deiparæ gloriam recenseo. *Innuens ex puri corporis obiectu Deum placari, vt corporibus parcat immundis.* n. 28. p. 556.

IV. Optima hodie pars Mariæ contigit, dum elargitioni donorum præficitur; partem enim gloriæ reputat miseris succurrere. *Edocemur, nos minime amittere quod proximo egenti impendimus.* n. 36. p. 558.

V. Maria è Regno Filij elegit sibi misericordiæ parti præfici, vt peccatoribus succurrere cælicola valeat. *Vbi innuitur, Principem necessariò munificentiâ ornari.* n. 41. p. 558.

VI. Sollicitudinem, quam Maria assumpta præsefert (vera Martha) circa hominum salutem confirmo. *Vbi moneo, peccatores, quorum causa geritur, simul sollicitos esse oportere.* num. 51. pag. 559.

VII Quasi omnipotens vti Deus Deipara assumpta, ad partem Regni, seu misericordiæ administrandam. *Vbi filij monentur, parentum præceptis subiacere.* n. 60. p. 561.





ANTONII DE ESCOBAR ET MENDOZA, E SOCIETATE IESV, IN EVANGELIA SANCTORVM,

VOLVMEN TERTIVM.

ARBOR VITALIS MARIA DEIPARA.

DVODECIM FRVCTVS.

POST Christum viuificum lignum, mox Deipara vitalis Arbor exsurgit, clamante Bernardo serm. de Mar. *O verè cælestis planta, pretiosior cunctis, sanctior vniuersis, ô verè lignum vitæ!* Profectò Maria cælestis arbor vocitatur apposité, quæ cælestes Diuinitatis dulcedinem referentes fructus producit. Annon rubus Mosi obiectus, igne cælesti indutus eãdem Dei parentem referebat? *In hoc* (ait Gregorius Nyssen.) *mysterium Virginis figuratum est: ab ea enim Deitatis lux illuxit hominibus.* Cur eo in rubo Maria figuratur, qui captus, temporario redditu solum ignem Diuinitatis imaginem, loco fructus, ostentat? quid infrugiferæ arbori cum vitali ligno duodecim fructuum parente? Certè vt

Bernard. Nyssen.

appareat Marianam arborem non tam creatos, quàm diuinos fructus parturire: Filij namque Diuinitas, ex Patrum mente, in igne arboris indumento fulgurans, totum lignum, siue vniuersam Mariæ causam collustrat. Diuini equidem fulgores visendi obiiciuntur, seu innuptam contempleris puellam, seu nuptam aspicias, seu viduam meditêre. Conceptionem si videas, ignis diuinus gratiæ rutilat; si Natiuitatem lustres, miraculorum fulgor spargitur; si Præsentationem menti præsentes, diuinatum virtutum emicant luminaria. Nuncius adolescentulæ adstat Archangelus? Tantus cælestis affectus ignis, vt Diuinitatis egeret vmbraculo. Inuisendæ dat operam cognatæ? Diuini grauidæ puellæ fulgores Elisabethæ reuelantur. Numnon partum expectantis inaccessibilis maternitatis Dei ignis splendet? Annon ipsa puritati legali studente Purificationi, eadem lux Mariam communi eximit à natura? Profectò ad cælos adsumpta omnium Regina celebratur; excitatóque ob niuium miraculum Templo, mediis in niuibus lucis æternæ candor aspicitur. Iustè igitur vitale lignum Maria nudus Rubus obiicitur, cuius solus ignis fructus, cuius sola quodammodo Diuinitas duodecim per menses singulos fructus videtur germinare.



LIBER



LIBER PRIMVS.

MARIA INNVPTA.

Paraphrases, Commentariíque Literales ad Patrum contextum de innuptæ Mariæ Historia.

PANEGYRICI MORALES CIRCA literam in Mariam nondum coniugem.

PROLVSIO.



RIVSQVAM nouem solemnitatum, queis potissimum Deiparæ causa agitur, seriem attexam: operæpretium duxi Virginalem Historiam Panegyricis illustratam expedire, vnde sequenti tractationi lucem vberiorem adferam. Aiebat Richardus Laur. lib. 1. *Triplex Mariæ status, Virginalis, Coniugalis, Vidualis. Per quatuor mulieres figurata est: per Rachel, & Rebeccam Virgines, quia virgo ante partum, & post partum, per Esther coniugatam, & Iudith viduam.* Hoc triplici statu præmisso, lecturo postmodum Euangelistas, qui de plúribus Mariæ gestis conticescunt, viam quidem supplemento Patrum planiorem sternam. Fateor Deiparæ Historiam, authore Ruperto, murenularum instar, ab Ecclesia gestari, aurium scilicet ornamentum, veriùs, *linguas aureas* (vtì adnotat ille) vocitabis. *Quia non est, vbi vox Virginis gestorum non exaudiatur.* Ast ego Deiparentis Historiam linguas vltrò clamantes adferam in concentum.

Vitalis arboris Mariana FRVCTVS PRIMVS.

Historia contextus ex Patribus.

NVM. I. FOEMINA Dei hominis futurâ parente nascitura, Regia ac Sacerdotalis stirpes de eius prosapia concertantes, gemina nobilitate, partu vnico produxére.

PARAPHRASIS.

1. GENS *illa delicia Conditoris, Mosis ministerio à Tyranno Pharaone liberata (quam diuturna tyrannus!) familia ornabatur illustri & regia Dauidis ex Tribu Iuda corona, & sacerdotali diademate ex Triba Leui. Huius caput Ioachim alio nomine Heli, filius Mathath, & Estham, qua ex primo coniuge Mathan peperit Iacob patrem Ioseph Deipara sponsi: & Zebedæum Ioannis & Iacobi parentem; ex secundo autem Mathathens enixa est Ioachimum, qui Annã nobilissimam sibi adscripsit coniugio, filiam scilicet Estolani, & Emerentianæ, & sororem Esmeriæ, quæ ab Aprano Sacerdote ducta peperit Elisabetham Ioannis Baptistæ matrem. Nazaraeus Ioachim, Anna Bethlehemita vrbes exiguas magno orbi præposuere.* Hieron. Cedren. & alij.

2. Parentum muneri electi Ioachim & Anna, sanctitate conspicui, vt sanctissimam filiam progignerent: sterilitate laborantes, vti fœtus mirus nouæ Legis miracula præsignaret eleemosynis consequendus.

2. Vtriusque coniugis præcipua cura, Legis obseruatio, virtutis obsequium, vnde omnium nobilium exorta laus, vulgarium admiratio; nec vulgaris virtus quæ vel à vulgo commendatur. Pace fruuntur, vinculum cordium minimè rumpente discordia, quãuis filiis carerent dulci animorum illigatione. Attamen dolore afficiebantur, non quia infames ex sterilitate; sed quia index hæc Numinis irati. Post annos viginti coniugij sterilis sexagenarij, vltra communem redituum diuisionem, qua sua æqualis pars, & Templo, & pauperibus, & familiæ cedebat: adhuc ex familiæ portione pauperibus detrahunt, recepturi à Domino prolis honorem. Damasc.

3. Apud Ierosolymitanum Templum lacrymantur steriles, voto emisso curantes infamiam propulsare: addita nouæ notæ occasione, dum à Pontifice vt steriles consequenter à Deo maledicti deturbantur.

3. Triginta leucarum itinere exacto, iuxtà consuetudinem Israëlis, Ierosolyma Templum inuisunt Encaniorum solemnis, vbi coram fœcunda coniugum multitudine crescente infamia, crescit affectus, conserant aris cælestibus promissionem, se prolem accipiendam Templo reddituros, alterius Annæ referentes piam gratitudinem: (Facilius etenim consequeris, quod reddendum Domino curas accipere) Pontifex Isachar conuenit infœcundos, & reputans indignos qui vel preces profunderent, fatur. Prudenter infœcundus à delubra fertilitatis fonte discedet, vt solitarius contegat infamiam, dum & fontium scaturigines sicca cisternæ dedecus augent, & aurei manipuli grauiori nota prædium sterile afficiunt. Ablegantur à Templo minimè ad propria redituri, donec à facie rubrica infamiæ ablegaretur.

4. Coniuges separantur, vt ex solitudine crescat affectus. Apud montana Ioachimus plorat, Anna apud hortum lacrymas profundit coram illo, qui suadebat preces, vt precum Filiæ adnatum esset pro peccatoribus exorare. Oratio cum lacrymis quando non debellat luctatorem?

4. Quàm grauis rubor, qui à dulcissima sponsa iustum coniugem absterruit, vt ille apud montana balantium gregum augeret angustias, & illa apud hortum tunc sterilitate autumni pressum propriæ ægritudinis sortiretur imaginem. O quàm dira infamiæ vulnera, quando iusti verentur à Numine læso prodiisse. Iratus procul dubio Ioachimo ò Conditor (ille clamat) abnegans mihi delinquenti quod vberrimo munificentiæ partu cunctis indulges, vt miserè lachrymas profundam, dum illi felices proli effundunt amores. Abrahamus parens Isaacum amplectitur, hic Iacobum duodecim fructuum vitale lignum osculatur, Iudas Phares progignens nepotem sortitur Esron parentem Aram, ex quo Aminadab exurgit. Dauid exoritur sapientissimi Filij parens, nec Babylonis captiuitas sanctam potuit interscecare progeniem deducta ad Ioachim, vt patris Matthath gloriam obscurans, vulgariter cantetur: Periit sanctæ propaginis recta series, maledicti à Domino Ioachimi delicta. Nec Anna tacebat, quando lachrymæ & preces victoriam erant benedictionis à cælesti luctatore reportaturæ.

5. Peruolat Angelus parentes Virginis de felicitate proxima certiores efficiens, sterilitatis causas innuendo: nec enim orationis iustæ exitum

5. Ex dolore sopore correptos cælicola inuisit Gabriel aperiens Ioachimo, minimè à Conditore obliuioni datum, si orationis, lacrymarum, eleemosynæ filia Maria nascitura erat, cui ex ortu adnatum esset pro miseris exorare. Non mox consecutos, vt vberiori merito tanta filia pergerent in parentes, Cedren. Damasc. & alij. Poza.

protrahit sine causa. Coniuges ad auream remittit Portam aureum Mariæ ingressum prę-signantem.

tes, vt patientia diadæmate stiparentur, vt parentum sterilitate prolis gloria commendaretur, vti actidit Ioanni, Sampsoni, & Samuëli; vt quæ à virgine non exoriebatur puella, ab sterili orneter, vt Mariæ incrementa Deo, non parentibus adscribantur, vt precibus manca corriperetur natura, vt Virgo sit gratitudinis occasio, vt plus gratiæ, quàm naturæ filia esse videatur, vt ex Maria miracula exordirentur. Recedit Archangelus, coniugem vtrumque ad auream Ierosolymæ Partam immittens.

6. Concipitur sacer fœtus labis expers communis, cunctæ sanctitudinis, cælestium munerum stipatus satellitio exoritur, appellatur Maria, quod nomen futurorum magnalium gerebat mysterium, eius quidem, quę à priscis fœminis præsignata, typis expressa præclarissimis, iam mũdi innouatrix à mundiali illuxit exordio.

6. Exurgunt cælesti nuncio hilares, assignato in loco plus silentio profundunt, quàm verbis. Nazareth remeant, vbi ex Dei præcepto conuenientibus sacra proles concipitur in gratia, in gloria, repentè ex rupibus fluuio exorto hac lege inundante, vt solummodo Sabbathi die terram dilueret, designans iam feriam Virgini consecrandam. Aperuit mox puellulæ Angelus perfectionem diuinam, miseriam humanam, vt primo halitu profunderet preces, quæ ante halitum mente iam virginitatis votum emiserat. Profecti Ierosolymam sacri coniuges apud Probaticam Piscinam proprio quodam in prædio commorantur, vbi sine parturitione Anna peperit illam, quæ dolorum causam ablatura erat; cuius simulacro Romæ trans Tyberim fons olei prosilit firmans in campis iam oliuam speciosam, inter ouium balatum natam agni cælestis ouem futuram, à sacris iam fœminis præsignatam typis expressam præclarissimis. Aquis Piscinæ abluitur, vt habeat vnde præstet ægrotis medicamina. Archangelus Gabriel puellulæ assignatur, an custos? an minister? Nomen accipit Maria à creaturis, vt cunctæ sacræ mancipentur inuocationi. Mundus literam M, exhibet; A Aër, Terra R, ex centro quidem puriori; I, dat Ignis; A secundum Aqua præstat, æterni vtique obsequij in documentum.

7. Nutrix Anna Puellulæ, quæ sese ab vbere proripit, vt citiùs in Templum referretur Tẽplo, emissi voti gratia, traditur viuificum Deitatis delubrum. Ascendit domicilium minimè descensura, nisi parentum odedientia, aut Dei præceptum illam à requie deturbasset.

7. Aliquot hebdomadæ diebus puellula abstinebat à lacte, sabbati ieiunium Fulbotus in Matt. 2. *indicens, vtque parentes mox votum implerent, vltrò infans ablegatur à lacte. Trimula perfertur ad materiale Templum viuum Dei delubrum, aliquibus ex propinquis comitantibus, cunctis ex cælicolis prosequentibus. O Isachar (clamat Anna) possumue iam in fœcundarum apparere conspectu? Accipe an cisternam? an fluuium? En triticum quo ditescet Ecclesia, quo Bethlehem panis domus vocitabitur. O Maria (profatur Ioachimus) sis lætificantis fluuij fons, horreum, venter, & torcular, æterno Sponso adapteris in coniugem Messiam paritura. Egressa Infans gradus scandit domus apud Templum præparatæ virginibus, superiùs expectante Zacharia, Anna Prophetissa, virginibus reliquis, accensis lampadibus. Hæret Tabernaculo nubes, Oliua Dei horto radicatur, Aurora pergit ad Solis domicilium. Conuerte oculos dulcis puellula, in salis statuam minimè conuertenda: Vltimo vale labiorum sales profundit.*

8 Anna parens abscedit, Anna accedit Prophetissa ma-

8 In Nazaretham vrbem parentes reuertuntur morte insequente, quia vita Ierosolyma morabatur. Semel & iterum

tris functura munere, dum Dei parentem veneratur. Speculum Puella consecrat, spirituale quidem: nec enim speciem tantam vnquam materiale expresserat.

sacra collustrant mœnia, mirati corpus vestigia posse dirigere, imperio animi deficiente. Quemadmodum vacca aratra addicta, dum vitulus recluditur in stabulo, ferro terram rumpit, æthera fremitu. Custodiæ & educationi virginum viduarúmque illustrium modestia, & honestate domus apud Templum deputatur, vbi fœmina Deo soli vacotura speculum consecrant habitaculo aneo mari materiem. Hic Anna Prophetissa Phanuelis, quæ post breue coniugij solatium, custodiæ addicta, non tam mundialem deflebat sponsum, quàm colebat æternum. Hæc Mariam ex futurorum præuisione exhibita obsequio adoptauit in filiam.

9. Reddita Virgo vtriusque viæ exercitamentis, contemplationis scilicet, & actionis totius sanctitatis domicilium. Adoratur ab Angelis ex virtutum præstantia cognita Regina. Sanctum Sanctorum frequens habitaculum eius, quæ Dei propitiatorium. Cibis cælestibus reficitur, vt innueretur haud materialē terrenam increscere vitam, sed spiritualem cælestem accipere incrementum.

9. Vix Angelico spiritu contemplari quis posset gesta puellula apud Delubrum: quonā modo voce exprimentur? Media illa noctis cursu ad Sancta-Sanctorū properat, semel in anno sacerdotalibus summis Præsulu plantis concessum. Ibi profundit preces & lacrymas, donec Sol exurgens crystallos penetrans, lacrymas lambit, affectum impedit orationis. Pergit Maria ad Marthæ exercitamenta, aut fusum fortis mulieris intorquendo, aut textrinæ operam dando, vt sacerdotalibus vestimentis addat ornatum, vt Iesu filio inconsutilem tunicam præparet: non sine lacrymarum profluxu, si militum mittendas sortes præuidebat. Rursum Martha properat ad Mariam; sed quando non Maria, quæ contemplationis materiam exponit actionem? Hæret mensa à Gabriele apposita naturæ leuamen, haud voluptatis illectamentum. E redditibus Templi alitur, aut cibo cælesti Angelica pane saginatur. Gratias exhibet largitori, cum Anna Prophetissa, aut vna ex sociis sanctis sermonem instituit an precarium? Sanctorum colloquia vices orationis ex Dei præsentiâ necessaria exerunt. Non semel Zacharias propinquus allocuturus, puellam accedit, vidénsque Angelos specie visibili cum ipsa colloquentes, vocem profundit in silentio: Quantam Mariam cælicolæ adorant! Angelas superat dignitate. Vesperum sine tenebra Deiparâ & orante, & texente, & Hebraicæ lingua intelligentia operam nauante. Vndecima noctu hora lecto decumbit, vt soporatis membris, vigilanti corde, requiem exiguam impenderet actioni, non intelligentia nunquam è somno soporata.

10. Decedunt è vita parentes Mariæ, non absente puella, quæ norit parentes honorare. Iusta eis persoluit, remeánsque ad Delubrū Deum strictiori iure Patrem appellat, votúmque virginitatis renouat, aut emittit.

10. Attigerat Maria vndecimum ætatis annum, cùm parentes è vita decedunt, quarum oculos clausit, cadaueribus sacra persoluit, Templum corpore fortè relinquens, non affectu Hæres relicta diuitias pauperum manibus ad cælos remittit, domo Nazareth reseruata, & sepulchro apud vallem Iosaphat, ad templum reditura. Vbi emissum in conceptionis instanti renouat votum virginitatis, vt virginibus signifera exsurgat, quam Agatha, Dorothea, Catharinæ sequantur, Emerentiana, Margarita, Apollonia imitentur. Luciæ, Pudentianæ, Praxedes concelebrent, Vrsula, Rufina, Daria venerentur, Agnetes, Barbara, Nympha colant, Martha, Cæcilia, Domitilla prosequantur.

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Mariæ Prosapia.

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. I. FOEMINA Dei hominis futura parente nascitura, Regia ac Sacerdotalis stirpes de eius prosapia concertantes, gemina nobilitate, partu vnico produxêre.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Probo Mariam ex Dauide, Regúmque Iudæorum stirpe procedere.

1. *Sanctorum parentes laudandi, vera nobilitas virtus, nil nobilius Dei Matre.* Ambros. Hieron.

REGIA *stirps, &c.*] *Non solùm mores* (cum Ambr. loquor, ad cap. 1. Luc.) *sanctis, qui prædicabiles sunt, sed etiam parentes oportet laudare, vt veluti transmissa immaculata puritatis hæreditas, in his, quos volumus laudare, præexcellat.* Scio veram nobilitatem apud Christicolas, Deo Regum Principi per recessum à vitiis, virtutúmque exercitamenta hærescere totius fonti claritatis, ac celsitudinis. *Ille* etenim (adnotante Hier. Epist. ad Demet.) *clarus, ille sublimis, ille nobilis, ille tunc integrè nobilitatem suam se seruare putet, si dedignetur seruire vitiis, ab eísque non superari.* Nec ignoro Virginem, ex eo quòd Deiparens, omnium nobilissimam creaturarum, licèt à regibus non fuisset exorta, Ambros. libr. 2. de Virg. profante, *Quid nobilius Dei Matre?* Attamen & ipsi Deiparæ dignitati adnatum existimo Mariam suprema nobilitate condecoratam extitisse. Vnde Albertus Mag. super *Missus*, ait. *Debuit beata Virgo esse nobilissima secundum omnem modum nobilitatis, & dignitatis, in summo adeò, vt excepto Filio, fuit nobilior indiuiduum omnibus indiuiduis, quæ in humana natura fuerunt. Vt de Domini Matre dici possit illud Apoc. 21. Claritas Dei illuminauit eam.*

2. *Maria virga ex Regia radice.* Isa. 11. Tertull. Ambros. Hieron.

Maria igitur ex Dauide Regúmque Iudæorum serie duxit exordium. Isaiæ testimonio ostendam. *Egredietur virga de radice Iesse.* cap. 11. Virga Deipara florem Iesum Nazarenum vtique germinans ex Iesse Dauidis parente obiicitur. Tertullian. lib. aduer. Iud. cap. 9. *Et quoniam ex genere Dauid genus trahere deberet Virgo, ex qua nasci oportuit Christum, euidenter Isaias Propheta dixit: & nascetur virga de radice Iesse, quod est Maria: Neque enim vlli hominum vniuersitas spiritualium documentorum competebat, nisi in Christum, florem quidem ob gratiam.* Et D. Ambros. lib. 2 de Spiritu sancto cap. 5. *Radicis*, inquit, *Iesse Patriarchæ familia Iudæorum, virga, Maria, flos Mariæ Christus, qui bonum odorem fidei toto sparsim orbe virginali ex vtero germinauit. In hac ergo Spiritus sanctus virga Regalis flore requieuit.* Contestatur D. Hieron. fatus. *Nos virgam de radice Iesse sanctam Mariam Virginem intelligamus, & florem Dominum Saluatorem.* Adnotat mox Pater Achilam, Symmachum, & Theodotetum pro radice *truncum*, pro flore *germen* transtulisse. *Vt ostendatur, quòd multo post tempore Babylonicæ captiuitatis, nullo de stirpe Dauidis regni antiqui gloriam possidente, quasi de trunco Maria, & de Maria Christus exortus sit.* Idem asserunt Epiph. ser. de laud. Virg. Leo ser. 4. de Nat. Andre. Cret. encom. 2. de Dormit. Deip. Beda hom. in galli Can. Pet. Dam. ser. 3. de Nat Mar. & ser. de Annunc. Ruper. lib. . de Vict. Verbi cap. 3. & 18. Bern. ser. 2. de Adu. & hom. 2. super *Missus*. Confirmo ex Matthæo. *Liber generationis Iesu Christi filij David.* cap. 1. Math. 1. Profectò vbicunque Scriptura sacra Christum Dauidis secundùm carnem edocet filium, eius Matrem euidenter ostentat ex eadem stirpe profectam, cùm Christus Patre in terris caruisset. De quo lib. 4. vberior sermo recurret.

3. *Regum filia Mar. ex Patribus.* Ambros. Damian. Nazian.

Superuacaneum ergo regiæ Marianæ prosapiæ veritatem Patribus vlteriùs confirmare; vnum tamen, aut aliud testimonium accipite. D. Ambrosius lib. 3. in Luc. cap. 1. *Certum est etiam Mariam de Dauid generatione manasse.* Petrus Dam. hym. de Deip. *Arcem nobilitatis de Iessæ stirpe trahens, filia quidem Regum, sed Regis Regum Mater. Legendus* Eusebius lib. 7. demons. 8. capitis 7. Ephrem de laud. Virg. Bern. ser. *Signum.* Nazianzenum concinentem audite. de Christ. geneal.

Dauide námque Nathan fluxit, Salomonque parente
Quorum alter, velnti magnum de flumine riuum,
Sic traxit Regale genus, sceptrúmque superbum:
A patre sacrificum duxit genus alter eodem.
At Christus simul & Princeps erat, atque Sacerdos,
Sic ille ex Maria Regali sanguine cretus.

4. *Maria hæres mediata regni Dauid.* 3. Reg 7.

Imò certum omninò Mariam futuram Dauidici regni legitimam hæredem, nisi ab alienigenis, iusto Dei consilio morum impiorum flagello, Imperium fuisset vsurpatum. Probatur, quia Christus Dominus Rex ille fuit de Dauidico semine ipsi promissus Imperatori 3. Reg. 7. Cùm ergo cunctas respectu sanguinis nobilitates à sola Matre sine viro concipiente traxerit, constat apertè recta linea è Dauidis

genere prodiisse, eique Iudaïcum Imperium
deberi, vt regiam ipsa Regina dignitatem in
Psalm.44. Filium transmitteret. Astitit *Regina à dextris*
tuis. Psal.44. Quare Regina vocitatur? *Audi*
filia. Regina verè, quia vnica filia Dauidis,
quando ex ipsa matripatre (sic fari liceat)
Christus Rex fuerat nasciturus. Huc refero
Hieron. datam Hieronymi ex Symmacho & Aquila
translationem. *Egredietur virga de trunco Iesse.*
Vt ostenderet, quòd multo post tempore Babylonicæ
captiuitatis, nullo de stirpe Dauidis antiqui regni
gloriam possidente, quasi de trunco Maria, & ex
Maria Christus exortus sit. Quid à trunco Mariam
germinari, cùm nullus de stirpe Dauidica
regnum possideret, nisi Mariæ veluti immediatæ
hæredi deberi coronam? Verùsne à
Pilato titulus exaratus in cruce; *Iesus Nazarenus*
Rex Iudæorum. Ita planè Doctoribus cunctis
attestantibus. Si Rex verus Messias, à Matre
profectò generationis decursu accepit im-
Bernard. Senen. perium, vti adnotat Bernardinus Sen. ser. de
B. Ioseph. Plura in Paneg.

§. II.

Etiam è sacerdotali tribu Maria.

5. *Sacerdotalis tribus an Maria.* CHristus non solùm Rex, sed & Sacerdos
exortus ex Virgine ex regia simul & sacerdotali
tribu profluente. Sic D. Hilarius
Hilar. Can. 1. in Matth. probat. *Dum Matthæus paternam*
originem, quæ ex Iuda proficiscebatur, recenset:
Lucas verò acceptum per Nathan ex tribu
Leui genus edocet: suis vterque partibus Domino
nostro Iesu Christo, qui est æternus & Rex,
& Sacerdos, etiam in carnali ortu vtriusque generis
Ambros. *gloriam probauerunt.* Et D. Ambros. citat.
Fuit verè secundum carnem regalis, & sacerdotalis
familia, Rex ex regibus, Sacerdos ex sacerdotibus.
Bene igitur vterque tenuit fidem, vt Matthæus
per reges ductam originem comprobaret, &
Lucas per sacerdotes, à Deo transmissam in Christum
seriem generis deducendo, sanctiorem ipsam
originem declararet, lege D.Epiph.hær.78. August.
lib.2. de Cons. Iulian. Tol.Episc. lib.3.
cont. Iudæ. Beda in cap. 3. Lucæ, & recole
proxima Nazian. expressa carmina.

6. Admonuerim Virginem non à tribu sa-
Si prodiit à regia, cur sacerdotalis etiam esse dicatur? cerdotali Leui, sed à regia tribu Iuda prodiisse:
pater enim Ioachim ex Mathan Dauidis filio
originem traxit: Anna verò mater ex parentibus
etiam tribus Dauidicæ fuit exorta,
Hebr.7. adfirmante Apostolo ad Hebræos cap. 7. *In*
quo hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus
altari præsto fuit, Manifestum est enim quod
de Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil
de Sacerdotibus Moyses locutus est. Quonam
modo ergo Mariam ex regia simul, ac sacerdotali
tribu dicimus exortam? Quia hæ duæ
Epiph. tribus mutuis coniugiis colligabantur. Epiph.
verbis. *Iuxta duos modos*, ait, *Maria est cognata*
Elisabeth. Nam hæ duæ tribus solæ coniungebantur
inter se regia sacerdotali, & sacerdotalis
Eucher. *regia.* Et Eucher. quæstionibus in Matth. *Cuius*
Maria, quia cognata fuit Elisabeth, quæ fuisse
scribitur de filiabus Aaron, manifestissimum
est quod in Christo secundum carnem ex vtroque
genere conuenerit, regum scilicet, sacerdotúmque
successio. Matthæus Ioseph prosapiam per regiam
originem texuit, Lucas generationem eius sacerdotali
successione deduxit. Plura lib. 4.

§. III.

Parentum Virginis iuxta Euangelistas syllabum describo.

SYnodus Ephesina tom. 6. *Iesum natum,* 7. *Difficultas huius descriptionis.*
quia cognatorum natiuitatem, tum ipsum quoque
vterum sanctificandum existimaret. Id est,
Dominus satagebat, vt cognationis iura, &
cognatos omnes illustraret. Vnde operæ pretium
duxi singulos Iesu ac Mariæ parentes
rectà in linea describere. Mitor vicina illa ortui
Saluatoris sæcula exiguam lucem circa ipsius
proauos, & maiores habere: vnde non
omnino certam chronologiam exhibebo; attamen
omnibus probabiliorem. Hæreo Philonis
Lucidi, Bellarmini, Georgij Vvitellij,
Claudij Guilialdi, & Galaræ authoritati.

Ex Luca igitur sic Dei parentu generationis 8. *Series Mariana generationis ex Luca.*
seriem expendo. *Adam & Eua*, *Gen.*2.3.4.5.
Seth. Gen. 4.5. *Enos, Gen.*4.5. *Cainam*, Gen.5.
Malaleel, Gen.5. *Enoch*, Gen.5. *Mathusalem*,
Gen.5. *Lamech*, Gen.5. Noë, Gen. 5.6.7.8.9.
Sem, Gen.5.6.7.8 9.10. *Arphaxad*, Gen.10.11.
Cainam, Luc.3. Sale, Gen.11. *Heber*, Gen.11.
Phaleg, Gen.11. *Ragau*, Gen.11. *Sarug*, Gen.11.
Nachor, Gen.11. *Thare*, Gen. 11. *Abraham*,
Gen.11. vsque ad 25. *Isaac*, Gen. 21. vsque
ad 25. *Iacob*, Gen. 25. vsque ad 49. *Iudas*,
Gen.29.35.37.38.49. *Phares*. Gen.38. Ruth.
4. *Esron*, Ruth 4. *Aram*, Ruth 4. Aminadad,
Exod.6. Ruth 4. *Naason*, Ruth.4. Num.7.
17. *Salmon*, Ruth.4. Booz, quem alij Abesam,
Ruth 2.3.4. *Obeth*, Ruth.4. & 1.Par. 2.
Iesse aut *Isai*, Ruth 4. Eccles. 45. *Dauid Rex*,
2. *Reg. vsque ad* 3. *Nathan*, 2. Reg.5. *Mathata*,
Menaa, *Melea*, *Eliacim*, *Iona*, *Ioseph*, *Iuda*,
Simeon, *Leui*, *Mathath*, *Iorim*, *Eliezer*, *Iesu*,
Her, *Elmadam*, *Cosam*, *Addi*, *Melchi*, *Neri*,
Salathiel, *Zorobabel*, *Resa*, *Ioanna*, *Iuda*, *Ioseph*,
Semei, *Mathatias*, *Mathat*, *Nagge*, *Hesli*.
Naum, *Amos*, *Mathatias*, *Ioseph*, *Ianne*, *Melchi*,
Leui, *Mathat*, *Heli*, *siue Ioachim*. *Maria Deipara.*
Hæc ex Doctoribus.

Enimuerò vt Matthæi tuear catalogum, 9. *Mea deductio ex Matthæo.*
existimo paternam, & maternam Deiparæ
prosapiam continere. Vnde apparet Mariam
ex Dauide exortam meritò regis filiam appellari.
Dauid itaque Rex qui annis quadraginta
imperauit, *Salomon*, qui totidem, *Roboam*,
qui 17. *Abias*, qui 3. *Asa*, qui 41. *Iosaphat*
qui 25. *Ioram*, qui 8. *Ochozias*, qui vnum. *Ioas*,
qui 40. *Amasias*, qui 29. *Azarias*, siue *Ozias*,
qui 52. *Ioatham*, qui 16. *Achaz*, qui 16. *Ezechias*,
qui 29. *Manasses*, qui 55. *Amon*, qui
duos. *Iosias*, qui 31. *Ieconias*, siue *Ioachim*, qui
11. *Iechonias*, qui 3. *Salathiel* Dux Iuda, *Zorobabel*
dux, *Abiud*, *Eliacim*, *Azor* tritauus paternus
Annæ & Ioachim, *Achim* abauus paternus
Annæ & Ioachim, *Eliud* proauus paternus
Annæ & Ioachim, *Eleazar* auus paternus
Annæ & Ioachim, *Mathan* auus paternus
Ioseph, & Mariæ. *Iacob* & *Ioachim* fratres
ex parente *Mathan*, *Ioseph* sponsus Virginis,
& ipsius patruelis. Plura lib. 4.

§. IV.

§. IV.

Non angusta fortuna Mariam, sed ampla parentum substantiæ hæredem ostendo.

10. *Hæres Mariæ. Euseb. Emiss.*

CONtra quosdam sectarios à Canisio memoratos insurgo, Deiparam pauperrimam affirmantes. Euseb. Emis. hom. de Nat. Mar. *Fortasse dicis eam non habuisse hæreditatem. Lege in Leuitico, & inuenies, quòd nemo hæreditatem suum ex toto vendere poterat, etsi vsum eius vendere potuisset. Veniente namque Iubileo omnis hæreditas ad proprium dominum reuertebatur. Quomodo ergo sine hæreditate esse poterat, quæ nobilissimis parentibus orta fuerat.* Cùm igitur hæreditas sit successio in vniuersum ius, quod penes defunctum erat mortis tempore l. *Nihil aliud*, ff. de verb. signif. & Deipara sit Ioachimi & Annæ vnigenita, certum est, omnia paterna, & materna bona immobilia, mobilia, se mouentia, aduentitiàque Mariæ contigisse. Idem Euseb. *Manifestissimum est, Virginem nobilissimam hæredem parentibus suis in hæreditatem successisse; siquidem nec fratres habuit, nec habuisse legitur, & Vincent. Ferrar. ser. 2. Nat. Mar. diuitem eam, & vnicam parentum* appellat hæredem.

11. *Hæreditas immobilium.* Germ. Antioch. Epiphan. Abul. Ildeph.

Occurrunt primò res immobiles, siue prædia, fundus, & domus. Hortum Anna, & prædium in Nazareth possidebat, vt supponit German. Encom. de Præsent. *Ego cùm essem sub dio in meo horto.* &c. Antioc. hom. 107. *Anna Ioachim vxor flens in horto suo.* Et Epiph. de Laud. Virg. *Anna precabatur in horto suo.* Aderant præterea Annæ, & Ioachimo ad pascendos armentorum, reliquique pecoris greges, pascuæ syluæ à D. Hieron. de ortu Virg. expressæ. *Ioachim ad pastores, qui cum pecudibus erant, in pascuis suis secessit.* Abulen. q. 91. in cap. 2. Matth. Ioachimo vnum tribuit Sephori domicilium. Fauet Salmer. prolog. 41. scribens Sephorum à pluribus existimatam patriã Ioachimi. Aliud domicilium parentum Mariæ apud Nazareth. Ildeph. ser. 5. de Assump. *Quando Angelus à Deo mittebatur ad eam, erat in domo parentum.* Imò in Bethlehemo asserit Nicephor. lib. 1 cap. 13. Mariam & Ioseph habuisse domicilia. *Congruebat*, ait, *vt ad domicilium suum in Nazareth redirent propter eam, qua tunc eis erat ibi substantiam, & possessionem; vtrobique enim habitabant, quòd vtroque in loco prouentum aliquem, vt coniicere licet, habebant.* Præterea Damasc. lib. 4. cap. 15. domum aliam Ioachimo tribuit Ierosolymis. *In lucem editur Virgo in domo Probatica Ioachim.* Item. *Editur partu Maria in domo ouilis Ioachim.* Quid quod Damasc. idem Ioachimum pecudum pastorem nominauit, eo equidem nomine gaudentem, etiamsi locuples esset paterfamilias, quia veterum Patriarcharum exemplo magnam rei familiaris partem in pascuis, armentis, & ouium, ac caprarum gregibus collocauit.

Nicephor. Damasc.

12. *Mobilium & se mouentium, & aduentitiorum.* Hieron. Genebr. Molan.

Bona deinde mobilia, se mouentia, & aduentitia assigno; siquidem mobilia à se mouentibus nonnunquam separantur. Incipio à se mouentibus, qualia sunt animalia omnia, quæ possidemus. Annon constat Mariæ parentes multos ouium, caprarum, & armentorum greges habuisse, vel saltem numerosam vnius generis aggregationem? D. Hieronym. de Ortu Deip. Pastores plures pro cura pecorum Ioachimi annumerat, quos non sine magnis gregibus aluisset. De rebus autem mobilibus, quæ penus, & supellectilis nomine continentur, obscurior coniectura. Lubet quædam non tam probare, quàm numerare. Genebr. lib. 4. Chronog. ad annum 868. de Mariæ pronubo annulo, hæc habet. *Mandubij in Burgundia à Gerardo Comite annulum pronubum Diuæ Virginis è transmarinis partibus habent.* Alium Deiparæ annulum habere se prædicant Monachi Achicintini Monasterij, vt refert Molan. in Nat. SS. Belgij 16. Octo. Alia ex industria parta supellectilia, & instrumenta ad lanicinium vbique terrarum dispersa Authores annumerant. Mitto sepulcrum hæreditarium (quod in patrimonio Doctores collocant vniuersi) collocatum Ierosolymæ, Mariam accepisse, in eóque nunquam à se abdicato fuisse sepultam. De quo alibi sermo redibit.

IN MARIAM INNVPTAM
PANEGYRICVS PRIMVS MORALIS
Circa literam.

Ex ipsius Prosapia.

OBSERVATIO I.
Ad Deiparæ præconium spectat regia exornari nobilitate.

Vbi de temporariæ nobilitatis ad augustissima quæque spiritualia aptitudine.

13. Ambros.

EX D. Ambrosio præmisimus è nobilitate parentum Mariæ præexcelsam ipsi gloriam increscere; quia nobili ex stirpe progeniti quadam veluti necessitate constringuntur ab antiquorum claritate non degenerare. Hieron. epist. ad Paulam. *N[illegible] litas videtur esse quadam laus de meritis v[illegible]ens parentum, quare splendidum te, si tuam non habes, aliena claritas non efficiet. Quòd si quid est in nobilitate*

[illegible] necessarium [illegible] bili vt[illegible] operari.

nobilitate bonum, id eſſe arbitror ſolùm, vt impoſita nobilibus neceſſitudo videatur, ne à maiorum virtute degenerent. Haud ſuperfluè Tobias priùs quàm Azariæ, quem Angelum ignorabat, filium committeret, precatione requiſiuit, quánam ex tribu originem duceret? *Rogo te indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es tu?*

Tob. 5.

Tob. 5. Reſpondente autem Angelo, *Ego ſum Azarias Ananiæ magni filius*; Protinus parens, *Ex magno genere es tu!* nec minori confidentia filium ſuum ei ducendum tradidit, fatus: *Benè ambuletis*, &c. Quia ex ſtirpis accepta nobilitate dignouit ſenex prudentiſſimus Azariam ad miniſterium fideliter implendum quaſi neceſſitate illigari. *Vt impoſita nobilibus neceſſitudo videatur.*

14.
Laudabilis abſolute nobilitas.

Profectò vel huiuſmodi reſpectu de neceſſitate quodammodo nobilibus impoſita rectè operandi, non dubium, quin, Hieronymi veniâ, magno nobilitas pretio habeatur, præcipuè quæ à regno ac ſacerdotio ducit originem. *Audite*, Deus ait, *reges, auribus percipite principes.*

Iud. 5.
Orig.

Iud. 5. Quem locum expendens Orig. hom. 6. fatur, *Exulta popule Dei, audiens tua nobilitatis inſignia. Vocaris ad audiendum verbum Dei, non vt plebs, ſed vt rex. Tu es enim genus electum, & regale ſacerdotium. Vnde Chriſtus Rex noſter dicitur, Rex regum, & Dominus dominantium.*

Iſa. 1.

Iſaïam audite, *Viſio Iſaiæ, filij Amos, quam vidit ſuper Iudam, & Ieruſalem.* cap. 1. Quiſnam Amos? Affirmat

Hier.

Hieronymus Iſaiam de tribu Iuda natũ Ieroſolymis ex patre Amos, non quidem inter minores Prophetas numerato ex poſterioribus Tecue, ſed fratre Amaſiæ Regis Iuda. Cur igitur ſub propheriæ veſtibulo nobilitatis Iſaiæ rutilans claritas obiicitur, niſi in Prophetæ Euangelici illuſtriſſimi Saluatoris præconis commendationem? Hieronym. audiendus, à quo veniam petieram. *Iſaias fuit ex tribu Iuda natus ex Amos, qui iuxta Hebræos frater fuit Amaſiæ regis, vt hanc in primis habeat ex patris regia ſtirpe commendationem Iſaias.*

Porrò à viris doctis obſeruatum reperio

15.
Ideò patrum nomina ſolita in ſacris adhiberi.

patrum nomina in Sacris ſolita adhiberi, vel cauſa diſtinctionis perſonarum, ſicut Iacobus Alphei ad Iacobi Zebedæi diſcrimen; vel vt filius ex paterna nobilitate clarior, illuſtriórque reddatur.

Marc. 1.
Prou. 1.

Marcus ſic, *Initium Euangelij Ieſu Chriſti Filij Dei.* cap. 1. Et Salomon, *Parabolæ Salomonis Filij Dauid regis Iſrael.* Prou. 1.

Soph. 1.

Sophonias, *Verbum Domini, quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi.* cap. 1.

Kimhi.

Dauid Kimhi. conicit hinc Sophoniæ parentes nobilitate eximios, ideóque in Prophetæ commendationem memorari. *Maiores eius fuerunt ſine dubio celebres, & propterea eorum meminit.* Et Lucas, *Vir quidam erat in Cæſarea nomine Cornelius religioſus, ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper.*

Act. 10.

Act. 10. Cornelius hic ex nobiliſſima Corneliorum Romana familia fuit, auctore Bozio

Bozius.

l. 22. c. 1. citante Fulbium Vrſinum Aptiùs dixiſſet, ex gente Cornelia: nam quaſi partes huius gentis erant familiæ Rufinorum, Scipionum, Lentulorum, Dolabellarum, Sullarum, Cinnarum, Cethegorum, Balborum, Merularum, Maluginenſium, …rum, Siſenarum, Blaſionum, Rutbulorum, aut Arbinarum, Priſcorum, Tacitorum, Frontonum, & aliorum quamplurium, quos videre licet apud Richard. Streim. qui l. de Stemmat. gentium omnium familiarum, ampliſſimam, nobiliſſimámque Corneliam. Iam verò D. Chryſoſt.

Chryſoſt.

exprimi appoſitè à Luca Centurionem è nobiliſſima Cornelia familia exortri affirmat, quo ampliùs huiuſce viri ſanctitatem illuſtrè redderet. *Cornelius erat?* Ergo *religioſus ac timens Deum, & faciens eleemoſynas.* Legendus Auguſt. 8. Conf. 4. non piè minùs, quàm eloquenter argumentum complens, dum narrat Victorini Rhetoris nobiliſſimi côuerſionem.

Quid moror Deiparam ex regibus ac ſacerdotibus exortam? A cælo ſic Mariæ nobilitas 16.
commendabilis obiicitur. *Signum magnum apparuit in cælo mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Apoc. 12.

Maria nobilitas in conſpectu maternitatis cõſpicitur.
Apoc. 12.

Quàm pulchra, quàm laudibus efferenda, quàm extollenda in ſuperos Maria appaiet & ſolis & lunæ, & ſtellarum collegium ſplendoris. Annon ſole induitur, dum Ieſum vtero claudit? Numnoo ornatur Luna, dum cunctis virtutibus plena exhibetur? Ita planè. Quænam igitur illæ ſtellæ, quæ in ſolis ac lunæ conſpectu non abſconduntur, ſed mirificè micant? Quodnam hoc priuilegium, quod in maternitatis Dei, tantique fulgoris virtutum præſentia prædicabile oſtenditur. Profectò ſidereum in Maria, quòd fuerit à regibus exorta. D. Bern. Bernard.
Serm. *Signum* pulchrè, *Quid ſidereum micat in generatione Mariæ? Planè quod ex regibus orta, quòd ex ſemine Abrahæ, quod ex generoſa ſtirpe Dauid.* Ingens profectò claritas, quam ſolis ac lunæ ſplendor, ſiue maternitas & virtutes fulgentiſſimæ non in fugam emittunt. Commeodabilem certè Matthæus Mariam Matth. 1.
ex regio præuidebat exortu, dum non priùs matrem Chriſti prædicaret, quàm Dauidis filiam oſtenderit. *Virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus.* Annon Maria ex eo fulgore commendabilis, qni io Solis conſpectu non euaneſcit.

Profectò Ieſus, in quo diuitiæ Aluſtinii, 17.
hominibus egenis donandus, mundo munificentiſſimus exhibetur, dum Mariam parentem tanta nobilitate conſpicuam effecit. Quæ enim nobilitate floret, ita beneficia expendit, vt magis ſe debitorem oſtendat, quàm munificum donorum largitorem.

Maria ex nobilitate erga nos liberaliſſima.

Vnde D. Gregor. text. in literis aureis c. 1. de donat. Gregor.
Hanc ſibi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere ſe, quod ſponte tribuit exiſtimet, & niſi in beneficiis creuerit, nihil ſe præſtitiſſe putet. Aptè nobilitatis legem liberalitatem appellat, non conſilium. Nobilis enim magis quaſi ex lege ligatus ſoluit munera, quàm vltrò largitur. D. Bern. Serm. 98. in Cant. pulchrè planè. Bernard.
Maria omnibus ſapientibus, & inſipientibus copioſiſſima charitate debitricem ſe fecit. Quid mirum, ſi ex præclara progenie Dauid? Ruper. Ruper.
l. 3. in Ioan. aiebat, *Poterat quidem Chriſtum nouum hominem de terra, quam ſibi aſſumeret Deus plaſmare, & eſſet quidem caro & ſanguis: ſed non noſtra caro, & noſter ſanguinis.* Quare? Quia terra rudis, & ignobilis vel ipſum nobis debitum abnegaret, quantumuis exigeretur. At Dominus *Totus mihi datus, & totus in*

meos

meos vsus expensus (vti aiebat Bern.) nobilissimæ sese parenti commisit, vt illud ipsum ab illa exoriri, iam tradi nobis esset omninò, iuxta Propheticum, *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Illud enim ipsum à nobilissima Maria nasci, iam dari nobis est.

18. *Gloria arboris Marianæ nobilitate nititur.* Eccl. 24. Hugo.

Ipsa profatur, *Quasi cedrus exaltata sum in Libano.* Eccl. 24. Augustissima Deiparæ præconia ex cedri exaltatione innuuntur. Et vnde nam tanta cedro exaltatio? Annon ex radicum profunditate? Profectò nostri cedri radices Mariæ nobilitatem Hugo Card. interpretatur, *Cedrus magnas, & altas habet radices, & beata Virgo similiter magnas & altas radices habuit, ex quibus orta est, Abraham, Iesse, Dauid.* Quò radices profundiùs immittuntur, eò plerumque altiùs arbor ascendit. Miraris Deiparentem cedrum staturâ giganteâ verticem Libani excedentem? Nobilitatis radicibus innititur. Quid magis celsum Mariæ nobilitati dari, immo excogitari potest, si arcano quodam modo quasi in immensum crescenti arbori virtutem ministrauit?

19. *Abundo vtiliter e sacerdotibus Maria exoritur.* Ambr. Can. 4.

Quid quòd ex sacerdotali stirpe, ob mutua connubia tribus Iudæ, & Leui, Mariæ nobilitas eius gloriam in nostram vtilitatem recidentem faciat prædicari? Ambr. l. 3. in Luc. *Fuit vero sacerdotalis familiæ.* Iam clamet Sacerdos magnus Iesus, *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Cant. 4. cur non Balsamum, non Cinnamomum, aut nardum Deiparæ spirant vestimenta? Imò Cinnamomi, Balsami, Nardi, reliquarúmque virtutum diffundentia spiracula, odorem thuris quasi præualentem Virginis vestiméta immittunt; quia sacerdotalis nobilitas inter Virginis magnalia debet annumerari. Quanto humani generis fructu? Aris enim à sacerdotibus thura ingeruntur, eáque incenduntur in irati numinis placationem. Proh incensi à Maria in Domini conspectu more Sacerdotali oblati, ne iratum Numen in hominum delinquens genus exsurgat!

Observatio II.

Sanctitatis nobilitate excelluit Maria.

Nobilitas námque temporaria sine spirituali laudabilis minimè.

20. Chrysost. *Commendabilis generatio ex filiorum virtute.*

NVm laudabilis parentum nobilitas apud filios asseclas viriorum? Taxans D. Chrysost. hom. 9. in Matth. Moysis filios non aptos præfecturæ. *Vidisti, inquit, quia non suffecerit liberis paterna nobilitas, vitia siquidem voluntatis vicerunt priuilegia naturæ.* Virtus equidem filiorum efficit generationem commendabilem. *Hæ sunt generationes Noe. Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis.* Gen. 6. Miror eam subducendæ generationis seu genealogiæ formam; sed & Chrysostomus hom. 23. miratur. *Vidisti, ait, admirabilem genealogiam. Sequamur igitur nos diuinæ scripturæ regulas, & aliquorum genealogiam enarrando, non patres,* (Gen. 6. — Chrysost.) *auos, & abauos in medium afferamus, sed eius solum, cuius est genealogia, virtutem detegamus. Hic optimus genealogiæ mos est.* Ambros. Pressiùs Ambr. de Noë, c. 4. *Probati viri genus virtutis prosapia est.* Et Nazianz. Orat. 28. *Triplex genus nobilitatis, vnum quod superne originem traxit, quod quidem si consideremus, omnes peræque nobiles sumus, quippe ad imaginem Dei creati, alterum quod à sanguine proficiscitur, cuius ratione haud quidem scio, an quisquam nobilis dici possit, si corruptione constat, si corruptibilibus inhæreat voluptatibus.* Nazianz.

O vera nobilitas in morum claritate, in vitæ sanctitudine constituta! Dauid, *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur.* Psal. 33. Ac si diceret; Vera nobilitas minimè dedecus extimens, Deo ob virtutum exercitamenta colligari. D. Gregor. Nys. Orat. de Thaumat. *Vna est generis amplificando propinquitas cum Deo, quæ non casu cuiquam contigit, quemadmodum mundana claritudo generis, quæ etiam ad improbos defertur; sed quæ non aliter ac electione voluntatis acquiri possit.* Et Magn. Gregor. 1 Reg. 9. *Nobilis dicitur, qui a superna conuersatione conspicuus est, & de mundana vita rusticitate nihil habet.* D. Naxianz. citat. tertium nobilitatis genus expendens, ait, *Tertium aut à virtute, aut à vitio agnoscitur, cuius vel vberiùs, vel exiliùs participes efficimur, prout opinor diuinam imaginem vel integram seruauerimus, vel corruperimus. Atque hanc demum nobilitatem amplectetur quisquis verè sapiens fuerit.* 21. *Vera nobilitas claritas morum.* Psal. 33. Nyss. Gregor. Nazianz.

Maria profectò hinc cunctarum creaturarum nobilissima, quia cunctas præcelluit sanctitate. Id quod appositè D. Hieronym. confirmat profatus, epist. ad Melant. *Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas, neque obscuriores quoque humiliori loco natos inferiores putes. Nescit religio nostra personas accipere, nec conditiones hominum, sed animum suscipit singulorum, seruum & nobilem de moribus pronunciat, sola apud Deum libertas est, non seruire peccatis, summa apud Deum nobilitas est clarum esse virtutibus. Quid beata Maria illustrius, quæ sponsa fabri describitur? Hæc sponsa fabri meruit esse Mater Dei.* 22. *Maria hinc cunctarum nobilissima creaturarum.* Hier.

Quòd si, teste Dauide, qui accedit ad Deum, illuminatur, & auctore Gregorio Magno, Nysseno, & Nazianz. quo magis propinquus, magis nobilis, & adfirmante D. Thom. 3. p. q. 27. art. 5. *Quanto aliquid magis appropinquat suo principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principij:* vnde Dionysius de cælest. Hierar. c. 4. affirmat *Angelos, qui sunt Deo propinquiores, magis participare de bonitatibus diuinis.* Nobilissimorum quorumque Deipara facilè princeps ex specialissima, arctissima coniunctione, quæ non iam proxima gratiarum fonti, sed colligata fuit. D. Thom. citat. *Ioan. 1. dicitur; Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Beata autem Virgo Maria propinquissima Christo fuit secundum humanitatem, quia ex eo accepit humanam naturam; & ideo præ cæteris maiorem debuit à Christo gratiæ plenitudinem obtinere.* Vt concludat August. ad 2. Ioan. miram fuisse gratiæ Virginis excellentiam, hoc vtitur argumento, *Tanto perfectior vnaquæque res appellatur* 23. *Deo magis appropinquans, omnium sanctissima.* Thom. Dion. August.

latur, quanto magis unitur, & coniungitur Deo.

Coniunctissima filio, & ipsi similis. Cant. 1.

24. Quid si magis similis Iesu, quàm proxima prædicetur? *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea.* Cant. 1. Septuaginta pro amica, *proxima* transcripsère. Equitatus virga Mosis, autore Ruperto, virga autem illa Christus Dauidi fauti, *Virgam virtutis suæ emittet Dominus ex Sion.* Psal. 109. ex Arnoldi, & aliorum interpretatione. Assimilatur ergo Maria Filio ex specialissima proximatione. Ildephon. l. de Virg. Mar. *Tu Virgo es electa à Deo, assumpta à Deo, proxima Deo, & coniuncta Deo.* Ex qua quidem approximatione Mariæ Petrus Dam. colligit excellentiam. Ser. de Assump. *Tanto dignitate cæteris est effecta excellentior Maria, quanto propinquior erat Verbo.* Et D. Thom. 1. p. q. 25. a. 6. *Dignitas diuina maternitatis est suo genere infinita, quia est suprema quadam coniunctio cum persona infinita.* Damianus autem rursum ser. 1. de Nat. Mat. *Deus cum Virgine unius naturæ habet identitatem, quia idem est quod illa. Hinc taceat, & contremiscat omnis creatura, & vix audeat aspicere tanta dignitatis immensitatem.*

Ildeph. — Dam. — D. Thom. — Dam.

Felicior Maria ex morũ nobilitate quàm ex necessitudine cũ Iesu Dauid filio. Luc. 11. August.

25. Pia aliquando fœmina nobilitatem Mariæ efferens ex propinquitate corporea cum Dauidis filio proclamat, *Beatus venter qui te portauit.* Iesus autem, *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Luc. 11. Ad quæ August. l. de Virginit. c. 3. *Felicior partus spiritualis, quàm carnalis; beatior enim Maria concipiendo Christum fide, quam carne; materna ei propinquitas nihil profuisset, nisi feliciùs ipsum fide, quam carne gestasset.* Et epist. 38. asserit *maternum nomen etiam in Virgine esse terrenum in comparatione cælestis propinquitatis, quam illi contrahunt, qui voluntatem Dei faciunt.* En vera & suprema Mariæ nobilitas. Iustin. Mart. l. de fide q. 136. *Beata Virgo beatior prædicanda est ob virtutem, quam habuit, propter quam meruit esse mater Dei, quàm ob ipsam Matris dignitatem. Dei genitrix* (Beda ait) *inde quidem beata, quia Verbi incarnati ministra facta est temporalis, sed inde multo beatior, quia eiusdem semper amandi custos manebat æterna.*

Iustin.

Ab Adamo, regibusque accipiens certenam nobilitatem, eis spiritualem impertiendi ministra. Luc. 1.

26. Maria igitur est omnium nobilissima, quia omnes superat sanctitate, & omnium propinquorum prosapiam illustrat, dum sanctitatis immensæ præstat eis claritatis portionem, à quibus sanguinis acceperat claritatem. Quare existimas Lucam processisse à Maria in Adamum, dum Matthæus ab Abrahamo in Virginem fuerit profectus. Contemplor ex Matthæi processu adnotari nobilitatem quam Maria à proauis accepit, ex Lucæ autem serie signari Mariæ gratitudinem, dum pro temporaria nobilitate, quam à maioribus accepit, eos vera nobilitate donat, sanctitatis aspersione. Ideò Lucas non sistit in Abraham à quo Matthæus sumpsit exordium, sed ad Adamum vsque peruenit, quoniam ille in totam progeniem nobilissimam terreno splendore peccati dedecus deriuarat. Pulchrè Irenæus l. 3. c. 33. *Maria mater viuentium facta, quoniam Adã initium morientium factus est. Propter hoc & Lucas initium generationis à Maria inchoans in Adam retulit, signans, quòd si ille hanc generauit, hæc & illum & illos regenerauit.*

Iren.

27. Iam verò si Maria temporaliter omnium nobilissima, quia Patriarcharum, regum, ac ducum extitit filia: spiritualiter equidem omnes facilè superat claritate, si omnium spiritualium honorum eam Deus collegium constituit. O quàm accommodatior Deiparæ sententia Nysseni in funere Placillæ. *Tulit ætate nostra humana natura extra suos terminos egressa, consectisque modis superatis, tulit natura, immo natura Dominus humanam animam in fœmineo corpore, supra omnia superiora virtutis exempla; in qua omnis tum corporis, tum animi virtutis concursu facto, miraculum incredibile vita humana exhibitum est. Quod honorum concursu in vna anima, in vno corpore contineat.* Non hæc Placilla, sed Maria *collegium sanctitatis*, iuxta Epipha. gratiæ autem autore Dam. *miraculum* stupendum, omnium corporalium, ac spiritualium honorum colligatio.

Maria sanctitatis collegium omnes superat claritate, seu nobilitate. Nyssen. — Epiph. Dam.

OBSERVATIO III.

Licèt è regali stirpe Maria non esset exorta, Dei Mater omnium nobilissima existeret.

Vbi de humilitate nobilitati adnata.

SED quid immoror, & temporalis, & spiritualis Mariæ nobilitaté expendens, si vnico ex D. Ambr. verbo cuncta cõplectimur, si exclamamus, *Quid nobilius Dei Matre:* Ad quod equidẽ munus omnia vtriusque nobilitatis stemmata vna in Maria colligauit, qui ex ipsa erat exoriturus. *Omnes* (pergit Ambr.) *præclaritates, dignitates, & nobilitates, quæ possunt esse in aliquo indiuiduo humano, posuit Deus in hac egregia puella.* Vberior Petri Dam. ser. 2. de Nat. sermo profunditur, *In humano genere ille nobilis ducitur, qui claris maiorum titulis insignitur. Beata vero Maria licet de generosa sit patrum stirpe progenita, ab illo tamen traxit excellentissima nobilitatis gradum, qui de illa est nouo nascendi genere procreatus; & præclarissimam sobolem omnem humani stemmatis excedit nobilitate. Clara proauorum titulis, sed incomparabiliter clarior generositate prolis, filia siquidem regum, sed mater Regis regum.* 28.

Ambros.

Profectò ex Dauide procedens Maria, eius nobilitas regium splendorem imitatur, sancta ipsa spiritualiter verè Regina est; verus námque Rex se regere agnoscens. Mater autem Iesu non iam temporario regi, non spirituali solũm, sed æterno Imperatori assimilatur. Id quod pulchrè adnotauit Guarric. serm. 1. de Annun. *Regalis ex progenie Virgo electa est generositatis quidem regia nobilis proles, virtutis regiæ nobilior indoles, æterno regi materna nobilitas reginam* æternũ quippe *honorem defendit.* Dum scilicet huiusmodi maternitas æternum, ac diuinum splendorem præsentat. Excellit igitur materna nobilitas, si filia Dauid regem temporarium refert, sancta quidem spirituale regnum exprimit, mater autem Dei Diuinitatis fulgores imitatur. 29.

Nobilitas maternitatis æterno imperio assimilatur. Guarric.

30. *Maria stemma Iesum filium.* Meritò ergo Deipara nullis aliis vtitur stemmatibus, quàm ipso filio suo, qui matrem tedit augustissima nobilitate conspicuam. Annon stemmata, quæ communiter nobilium arma vocitamus, adinuenta ad diuersarum familiarum prosapiam agnoscendam? De omnium [illegible] sic tradit Tiraquel. de nobil.
Tiraquel. 6. Annon Catholica in Ecclesia Diui variis emblematibus insigniuntur, vti eorum spiritualis nobilitas dignoscatur? Apostolorum Princeps claues, Paulus ensem, Augustinus sagittam gestat; Franciscus impressis vulneribus, Dominicus cane, & face accensa, Laurentius craticula gaudet, Catharina nouacularum rotatam machinam, Sebastianus iacula, Ignatius parens meus sanctissimum Iesu nomen ostendit. Deipara verò ipsum Iesum filium se gestantem omnibus exhibet, nec alios parentum titulos aperit, nec sceptrum & coronam Angelorum Regina gestat: nihil enim æquè augustum excogitari potest, quàm ipsius Dei Matrem existere. Aduentantibus
Matth. 2. Chrysost. Magis ex D. Chrysost. sententia, Maria Christum sustulit, super genuaque collocauit. Matth. 2. Num vt adoratores accommodatiùs puerum intuerentur? Affirmat Salmer. tom. 3. tract. 40. Aptiùs crediderim id à Deipara effectum, vt ex Iesu insigni, ac stemmate præclarissimo eius augustissima nobilitas in maxima rerum inopia, & egestate ostenderetur, filiúsque & agnosceretur, & glorificaretur ex
Prou. 31. matre. De forti fœmina sic Sapiens *Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.* Prouerb. 31. Euthym. affirmat ad domus portam Mariam virum quem circundederat, siue Iesum Magis terræ senatoribus sapientibus ostendisse ab ipsis adorandum. Tunc ex stemmate diuino Maria mirum in modum præcelsa innuitur, cuius suprema nobilitas in filij viri iam diuinam nobilitatem recidit augustissimam. Vt dicat Goarte. *Materna nobilitas regionem [illegible] æterno regi.* Ex matris quippe celsitudine documentum assumimus, si talis ac tanta creatura parens, qualis, ac tantus Filius eius?

31 *Plus solem decet in Maria nobilitas maternitatis.* Vidit Ioannes reginam Mariam mulierem amictam *sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Apoc. 12.
Apoc. 12. Sole amicta, ob sanctitatis spiritualis nobilitatis fulgorem obiicitur, stellis Dauidis filia, vti vidimus suprà, coronatur. Parum quidem, quasi Mariæ esset & temporaria, & spirituali fulgere nobilitate, mater insuper Iesu innuitur, fante Euangelista. *Et in vtero habens.* Fulgens equidem duplici ex titulo temporalis ac spiritualis nobilitatis; ideò etenim & solis & stellarum fulgore exprimuntur; sed
Damian. vno Iesu stemmate clarissima. Petrus Dam. citat. *Clara titulis*, temporalis scilicet & spiritualis nobilitatis, *Sed incomparabiliter clarior*
Thom. *generositate prolis.* Vnde D. Thom. 1. p. q. 25. a. 6. esse Matrem Dei dignitatem quandam vocitat infinitam haud terminandis laudibus efferendam. *Virgo beata ex hoc quòd est Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus, & ex hac parte non potest fieri aliquid melius ei, sicut non potest aliquid melius esse Deo.*

32. Aliter expendo supremam Matris Dei no-

Ant. de Escobar & Mend. Tom. III.

bilitatem. Quo nobilior quis, eo humilior. *Nobilitas maternitatis penè infinita, quia penè infinitè humiliauit.*
Tullius lib. 1. offic. *Quanto superiores sumus, tanto nos submissius geramus.* Accipite quæso piissimi Thomæ de Villan. Archiepisc. Valent. sententiam. *Qui genere ab antiquo nobiles* Villan.
sunt, magis splendescunt humilitate: nam sicut sanguine nobiliores, ita & ingenio humiliores sunt. Nec mirum: non enim ex hoc magnitudinis iacturam timent, quam tot seculis in progenitoribus fundatam, radicatámque conspiciunt. Illi verò qui casualiter acquirunt nobilitatem quasi aduentitiam, & nouam in sua humiliatione periclitari pertimescunt, faciliterque posse ab hominibus contemni, quasi à leui filo pendere. Eò quis nobilior quò humilior exhibetur? Igitur Maria ex quo Dei mater penè infinitè nobilissima, quia penè infinitè se humilem præstitit. D.
Bernard. hom. 4. sup. Missus. *Mater Dei eligitur, & ancillam se nominat. Magna prorsus & rara virtus humilitas exaltata.* Penè infinita, autore D. Thom. exaltatio maternitatis, si se ancillam Maria profitente penè infinitam humilitatem ostentat. Quid hinc? Constat apertè Mariam penè infinitè se nobilem ex submissa maternitatis maiestate exhibuisse. Ambr. ad Ambros.
Luc. 1. *Simul ancillam dicendo, nullam sibi prærogatiuam tantæ gloriæ vendicauit.* Sed excogitationem elegantèr illustrat Bernardus profatus, serm. *Signum magnum. Maria quanto maior erat*, mater effecta, *humiliabat se non modo de omnibus, sed & præ omnibus; & meritò facta est nouissima prima, quæ cùm prima esset, omnium se nouissimam faciebat. Meritò facta est omnium domina, quæ se omnium exhibebat ancillam.* Nunquam enim (loquor cum August.) *beatissima* August.
Virgo fuisset super omnes choros nobilitata Angelorum, nisi fuisset super omnes homines humiliata. En penè immensa humilitas Matris Dei eam non omnium hominum, immò & Angelorum efficit nobilissimam.

Huiusmodi equidem matris nobilitas ex 33.
prolis præstantia. Tullius 3. de Offic. agnouit. *Ex filio Maria nominatur.*
Vt cæteri ex patribus, sic hic, qui illud tamen genuit, ex filio est nominandus. Cui consentit lex Tull.
à Q. Claudio Tribuno data, quam refert Liuius l. 1. secundi belli Punic. Vt demonstratio patris fiat aliquando à nomine filij, qui nobilior est patre. Ideò solemnior appellatio Mariæ à Iesu filio pendet. Annon hæc cælestis legislatoris doctrina? *Deus honorauit patrem in filiis.* Eccles. 3. Ideo Concilia, & Patres frequentiùs Mariam *Deiparam* appellant, quòd Eccles. 3. Damian.
ex Filio nobilitatis fonte maior dimanet splendor. Damian. Hym. de Virg. *Artem nobilitatis ac prolis stirpe trahens.* Habes hinc nobilitati adnatam esse humilitatem.

Observatio IV.

Mariæ regnum.

Vbi de subditorum gloria sub domino illustri.

Nnvimvs ex Hieronymo non solùm Mariam ex Dauide 34.
rege originem ducere, sed & legitimam regni futuram hæredem, ni à tyranno fuisset vsurpatum.

patum. Licèt autem temporario regno potita non fuerit, verè eam Reginam nostram à Deo mundus accepit. Vtrumque confirmo.

Capvt Primvm.

Maria Regni legitima hæres Dauidici.

35. *Si Christus Rex, ex Maria.* NVm ius regni temporalis in Iudæos aliqui Christo Domini adscripsêre? ita planè. Idem ipsi profectò propriè, & hoc metaphoricis locutionibus ex temporaria generatione Mariam Israelis reginam agnoscent, ad illud vsque tempus, quo natus est Iesus, postquam mortui sunt Ioachimus & Anna: neque enim aliunde Hebræus Principatus deuoluitur in Iesum quàm per Mariam. Mansit ergo aliquando in Maria ius regni, quod defuncto Iesu rediit ad Matrem, atque annis pluribus ad mortem vsque perseuerauerit. Hæc sententia nititur auctoritate Armac.l. 4.qq. Armen.c.16.Ioan. Bacco.in 4. q.1.prol.a.2.Burgen.addit.1.in 1.Matth Medin,relect.Theol. de vniuers. Christi Regno. Azor.l,3.institut. mor.c.15. *Armac. Medin.*

36. *Probatur Christi ius ad regnum Israel. Athan. Hier.* Hanc propositionem, *Christus ius regni temporarij in Iudæos habuit*, ostendo. D. Athan. serm. de Deip. *Accepit Iesus sibi nunc Dauidis temporaliter ratione prosapiæ, quæ patet illi Dauid fuit.* D. Hier. ad cap. 22. Ierem expressè asserit Christum eodem iure, quo Iechonias & Salomon sedisse super thronum Dauid. D. Bernardinus Sen. tom.3. ser.1. de S. Ioseph. hanc sententiam tuetur. Epiph. hæres. 9 inclinat, & ex modernis plures. *Bernard. Epiph.*

37. *Ex Matthæo, cap.21. Abul.* Probo ex Scriptura. Matthæus ex Zacharia sic, *Ecce venit Rex tuus.* cap.21. Vbi Abulen.q. 30. *Dixit, Rex tuus, quia de Messia loquebatur, quia rex erat; de semine enim regali Dauid erat, & cui promissum erat, quod regnaret. Luc.1. & Ierem.23* & post breue interstitiú. *Christus vocatus est Rex Iudæorum in titulo crucis, qui titulus Deo placuit tanquam conueniens. Ideo licet Iudæi voluerint illum delere, Deus non permisit, dans in mentem Pilato, quòd sic maneret titulus, Ioan, 19. & cùm Christus omnium Iudæorum esset specialiter rex, adhuc specialiter erat rex Sion, & Ierusalem, quia ibi erat metropolis regni.* Certè si ex vnione personali ad Verbum, vti aliqui exponunt Doctores, diceretur Rex Christus, non Iudæorum solùm, & specialiter Ierusalem, & Sion princeps crederetur, sed totius orbis.

38. *Ex eodem. cap.27.* Eodem scribente Matthæo Præses Iesum interrogauit, *Tu es rex Iudæorum?* Quærebat planè, an ius aliquod haberet in regnum? Annuit Iesus interrogationi, dicens, *Tu dicis.* Quod autem adiicit, *Regnum suum non esse de hoc mundo*, ad vsum & exercitium referendum est, non ad ius Principatus.

39. *Apud Ioachimum Deiparæ parentem hoc ius. Bern.* Apud Iesum regni ius Israelis? Ergo apud Ioachimum & Mariam, per quos Christo ex generationis successione deuoluitur imperium. In cuius robur vnam D. Bernardini Senen. citati sententiam exhibebo. *Quòd beata Virgo adhuc viuens futura esset successor legitima regni Dauid nisi ab Herode, & aliis alienigenis fuisset vsurpatum, probatur, quia Christus Dominus fuit Rex ille de semine Dauid promissus ipsi Dauid 3. Reg.7. Cum ergo omnes nobilitates, & dignitates respectu sanguinis habuisset Christus à sola matre sua, constat, quòd ipsa Virgo benedicta recta linea descendit de genere Dauid, & ei debebatur regnum Iudaicum, & hanc regni dignitatem transmisit Virgo in Christum Filium suum; quia fuit filia Dauid, qui in Psalmo 44. ait, Astitit Regina a dextris tuis, & subiungit immediate, Audi filia, & vide. Et sic verum titulum scripsit Pilatus, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Quia scilicet à Maria in Christum Iuda Regnum fuerat transmissum.

Vndenam autem ius regni pertinere ad Ioachimum Mariæ parentem potuisset, ostendam. Maria & Ioseph eundem auum Mathan habuêre, cuius filius erat Iacob pater Iosephi & Ioachimi Mariæ parentis; aut saltem eundem proauum Eleazar, à quo ducerentur Mathan & Ioachimus. Vnde facilis via consignandi regnum Ioachimo, vt qui octauus fuit, vel nonus à Zorobabel duce Hebræorú, cuius auus paternus fuerat Iechonias. Profectò linea paterna (ex rege Dauide) Salathiel in Iechonia regno priuatur, & vt demus omnia aduersariis, priuatur etiam iure ad regnum. Liberum erat Hebrææ genti, & posteris Dauid aliam notare lineam, quæ susciperet reipublicæ regimen. Resederant annis ducentis octoginta quinque in linea paterna Ioachimi duces vniuersi populi: nullus deinceps ex tribu Iuda in illud regimen conscendit sed bellorum motibus conturbata respublica, quod tempore Iudicum accidit, ex aliena tribu, id est, familia Aaron præposuit militiæ Magistros: paulò pòst, vel a Pompeio, & Romanis Iudæa subiugata, vel variis attrita casibus commodè non potuit connectere interruptú filum Imperaturum vsque ad Ioachim Deiparæ parentem; erat tamen illis debitus principatus ex successione; quare & Maria & Iesus duces erant populi, aut reges ex iure; quòd si eligendi forent principes, non alij poterant ex semine Dauid in regnum euehi. 40. *Vndenam ius regni pertineret ad Virginem.*

An aduersariorum argumentis retardabimur? Iesus (inquiunt illi) ex fœmina sanguinem traxit à Dauid; neque verò fœminæ Hebræorum substitui, aut institui poterant regni in hæredes. Non admitto: nam vbi filius deerat, omnis hæreditas etiam regia ad fœminam deuoluebatur. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. Num. 27. Obibat, fateor, fœmina hæreditatem cum onere nubendi alicui summa necessitudine coniuncto cum linea paterna; ne hæreditas vel ad exteras tribus, vel ad remotas eiusdem tribus familias distraheretur. Athalia . ais, quæ inuasit regnum, iussu sacerdotis summi Ioiadæ fuit interfecta, ne mulier imperaret. Haud equidem quia fœmina, sed quia nimis audax, occiso regis semine, per vim in regnum irruperat, illo est spoliata. 41. *Primum fundamentum aduersariorú infirmatur.*

Mariæ tempore (inquit Vasquez noster) viri aderant de familia Dauid, ad quos regnú pertineret. Fuêre profectò viri quamplures per diuersas lineas paternas, comparatione filiorum plurium descendentium à Dauid. Ex iis lineis illa sola habebat ius regni primarium à quo erat Ioachim: nam Iacob pater Ioseph 42. *Et secúdum.*

sponsi

Sponsi Mariæ erat frater minor Ioachimi, atque adeo Ioseph & Maria filij erant duorum fratrum ex eadem linea paterna, id est, ex Mathan quem Matthæus efficit auum Ioseph.

43. *Et tertium.* Maria instant) licèt ex familia Dauid, non tamen per Salomonem, ad cuius posteros regnum pertinebat, sed per Mathan lineam duxit paternam. Quòd autem Ioseph pater esset putatiuus Iesu, sat non erat, vt vel filius, vel mater regia dignitate fruerentur, quando ipse Ioseph, quia à Dauid & Salomone trahebat originem, ius ad regnum haberet. Recole tamen meum de generatione Mariæ catalogum in Comment. exhibitum, vbi statuo lineam paternam Virginis eandem esse vsque ad Mathan auum Ioseph, & patrem Ioachimi, qui fuit frater natu maior quàm Iacob pater Ioseph.

44. *Et quartum.* Numnon (clamant illi) audisti contra Iechoniam, qui postremus est Regum in linea Matthæi, Ieremiæ imprecationem? *Hæc dicit Dominus; Scribe virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prosperabitur: neque enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda.* cap. 22. (Ier. 22.) Proh inutilem argumenti probationem! Quòd Iechoniæ filij imperio fuerint deturbati, nec vllus è posteris ad debitum sibi principatum euectus, non probat iure ad regnum esse spoliatos. Permisit Dominus hæc in vindictam scelerum Iechoniæ; quòd tamen iniusta exhæreditatio, etiamsi, Deò iustè permittente, contingat, non priuet iure ad regnum, haud indiget probatione. Longiorem texerem proculdubio tractatum, ni viderer ab interpretis munere decessisse.

CAPVT II.

Vniuersi Regina Maria Regi similis Filio.

45. *Verum Regnis Deipara.* Esto, ius ad temporalem principatum Maria non haberet, Mater Regis totius creaturæ potéstne à vero, & augustissimo turbari dominatu? Mulier illa, quæ cæleste miraculum, typum Virginis exerebat, stellarum corona stipata describitur. *Et in capite eius corona stellarum duodecim.* Apoc. 12. (Apoc. 12.) Quid mirum Virginem coronari, quæ habens Filium Dei in vtero properabat ad partum? D. Bern serm. (Bern.) Sign. mag. *Maria eo quòd Mater Dei est, Regina cælorum & Domina mundi iure esse probatur. Et sic Maria veluti Regina, ac Principi corona stellarum duodecim posita est.* Et Athan. ser. 1. de (Athan.) Natiuit. Mar. *Quandoquidem Christus Rex est, qui natus est ex Virgine, idémque & Dominus, & Deus: eapropter & mater, quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè, & verè censetur.*

46. *Rex Christus eam ad regnum suscipiendum inuitat.* Eam Rex Christus ad accipiendam coronam inuitat. *Veni coronaberis.* Cantic. 4. (Cant. 4.) Ad cælorum verticem Deipara aduocatur, hominum, & Angelorum Regina constituenda, quasi parum esset matri Filij Dei apud terricolas coronari. Vnde Ru-

pert. (Rupert.) *Ita coronaberis, vt in cælis Regina Sanctorum, & in terris Regina sis regnorum.* Vbicúmque etenim Christi imperium prædicatur, Regnum Mariæ peruulgari necessum est. *Vbi prædicatum fuerit* (adiicit ille) *illud de dilecto tuo*, Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, *prædicabitur & de te, ô beata Virgo, quòd sit eius dilecta, & mater huius coronati, ac proinde Regina cælorum, totum possidens iure Filij Regnum. Atque hoc intuita reges, & Imperatores te coronis suis coronabunt, Palatia sua nomini tuo sacrabunt, & nomini tuo dedicabunt.*

Quid non ad Iuda regnum ius haberet, si hæreditario iure Dei parens erat toti vniuerso præponenda? Audi Diuum Bernardinum Senensem tomo 1. sermone 71. capite 7. *Secundùm leges, quibus regitur mundus, iure hæreditario Virgo beatissima omnem huius mundi meruit principatum, & regnum; quia Filius eius in primo instanti suæ conceptionis Monarchiam totius promeruit, & obtinuit vniuersi, sicut Propheta Psal. 23. testatur, Domini est terra, & plenitudo eius, &c. Ex quo apertissimè claret, quòd mater Iesu Maria, hæreditario iure, omnium quæ sunt infrà Deum, habet regale dominium, & inclytum obtinet principatum.* Consonat Anselmus de Excel. Virgin. cap. 8. *Deus eam cuncta secum creatura perenni iure dominaturam in throno gloriæ suæ collocauit. Sicut enim Deus omnia creando pater est, & Dominus omnium: ita Maria suis meritis cuncta reparando mater est, & Domina rerum.* 47. *Toti vniuerso Maria Regina præponitur.* (Bern.) (Ansel.)

Cur existimas ab Ecclesia Virginem Reginam præcipuè Angelorum vocitari? *Aue Regina cælorum, aue Domina Angelorum.* Quia parum est, tantæ Reginæ imperium à terricolis denominari. Ipsos testor spiritus. Numnon ô Archangele Gabriel præpeti ad Mariam volatu delatus gestiebas, & de mundi salute, & de tanta Cælicolis Regina comparata? *Missus est Angelus Gabriel ad Virginem.* Luc. 1. Vbi D. Chrysostom, homil. de Annunciat. *Mittitur*, inquit, *Gabriel Angelus, & egreditur de Rege ad Reginam, de Imperatore ad Imperatricem, de ciuibus cæli ad Dominam palatij, & eo fortè alacriùs, vt cùm Angeli priùs Regem haberent, habituri essent & Reginam.* 48. *Præcipuè Angelorum Regina cur?* (Luc. 1.) (Chrys.)

O quanto id terricolarum fructu! si enim Maria Angelorum Regina, Angeli eius parent obsequio circa Ecclesiæ præsidium. Habet sub se milites sub potestate constituta, & dicit huic, Vade, & vadit. D. Bonauentura in speculo cap. 3. (Bonau.) *O quantum gaudendum est nobis miseris hominibus, quòd Angeli Dominam habeant ex hominibus! Omnibus enim Angelis Maria innititur suo imperio.* Numnon dicit huic, *Vade, & vadit*? Michaël ad animorum suscipiendorum auxilium accurre. *Michael* (adiicit Pater) *Dux, & Princeps militiæ cælestis cum omnibus spiritibus administratoriis tuis, Virgo, paret præceptis, in defendendis in corpore, &* 49. *Magno id terricolarum fructu.*

in suscipiendis de corpore animabus fidelium, specialiter tibi, Domina, & die, & nocte se commendantium.

Parum iam Mariam Reginam esse regnorum. Ne autem Angelica felicitas ex Mariæ cælesti dominatu humanæ sit stimulatio inuidiæ, Virginem homines Reginam nostram veneramur, regnorum facilè dominatricem.

50. *Terricolarum simul Regina Reginarum.*

Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matris suæ, electa genitricis suæ. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt; reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam. Cant 6. Vniuersa hominum hic familia designatur eorum qui spirituali connubio Domino Regi colligantur. (Can. 6.) Guilhel. (Guilhel.) *Habet Rex Regum Reginas sibi nuptiali fœdere sociatas, habet concubinas absque fœdere nuptiali, gratia tamen prolis adhibitas, habet & adolescentulas in eius connubium transituras.* Aptiùs equidem, Nysseno, Theodoret. Philo. Psello, Cassiodor, & aliis Doctoribus, triplex Ecclesiæ ordo designatur Reginarum, seu perfectorum, concubinarum, seu proficientium, adolescentularum, id est, eorum, qui ex pœnarum formidine exsurgunt à crimine haud ad iter spirituale prouecti. *Vna est ergo columba mea.* Reginis, reliquisque in domo Regis futuris consortibus Maria vna præficitur Reginarum, Principúmque cunctarum facilè Imperatrix. *Vna* (inquit Guilhel.) *est columba mea. Quasi diceret, Multa filiæ congregauerunt diuitias, scilicet Reginæ, & multa filiæ congregauerunt necessaria, scilicet concubinæ, & multa etiam meam spem dederunt, quod suo tempore eas congregarent, scilicet adolescentulæ; sed vna Maria supergressa est vniuersas. Ex his omnibus vna est perfecta mea, Regina Reginarum, Domina concubinarum, Imperatrix adolescentularum.* Quàm gloriosum humanæ naturæ Mariam misericordiæ Reginam sortiri, quam Angeli apud terricolas exortam experiunt in Principem. De Mariæ Regno plura passim,

SECTIO SECVNDA.

Mariæ Parentes.

CONTEXTVS.

NVM. 1. PARENTVM muneri electi Ioachim, & Anna sanctitate conspicui, vt sanctissimam filiam progignerent: sterilitate laborantes, vti fœtus mirus nouæ Legis miracula præsignaret, eleemosynis consequendus, *&c. vsque ad Num 5.*

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Ioachimo Mariæ parente.

1. *Ioachim & Anna.* NON constat ex Scripturæ testimonio Ioachimum parentem Mariæ; sed Patrum communi comprobatur assensu. (Epiphan.) Epiphan. hæres. 48. *Ex Matre Anna, & ex Patre Ioachim Maria.* & hær. 79. *Si Angelos adorari non vult, quanto magis eam quæ genita est ab Anna, quæ ex Ioachim donata est Annæ.* (Hieron.) Hieronymus de ortu Mar. *Pater eius Ioachim, Mater Anna dicebatur.* (Serg.) Sergius Hieropol. Orat. de Nat. Mar. *Nascetur Prophetarum præconium, & iustorum Ioachim & Annæ germen.* (German.) Germanus de Nat. Mar. *Commune mundi gaudium ex iustis hominibus Ioachim & Anna hac die nascitur.* Omnes ferè Patres contestantur illustrantes Ecclesiæ traditionem.

2. *Ioachim alio nomine Eli. Luc. 3.* Porro Ioachim alio nomine Eli. *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Eli.* Luc. 3. Ioachim autem illum Eli fuisse, de quo Lucas, satis comprobat eorum Patrum authoritas, qui existimarunt Matthæum regiam Christi generationem retulisse, Lucam verò sacerdotalem. Hilarius can. 1. in Matth. (Hilar.) *Matthæus* (inquit) *paternam originem, quæ ex Iuda proficiscebatur, recenset: Lucas verò acceptum per Mathan ex tribu Leui genus edocet.* Confirmat Nazianz. Carm. de Christi gene. (Nazian.) Iudas Hakidoseth lib. *Galarazeo* hoc est Reuelator secretorum, ad tertiam Antonini Imperatoris, & Populi Romani petitionem inquit. (HaKid.) *Quod autem petistis, cuius esset filia Mater Messiæ, ex quâue Tribu? animaduertere debetis parentem eius duplex habiturum nomen, vnum Heli; alterum Ioachim.* Et Acanas Nehumiæ filius (Acan.) Episcop. de generatione Messiæ. *Erat quædam puella in Bethlehem Iuda nomine Maria, filia Ioachim Eli ex genere Zorubabelis filii Salathielis ex tribu Iuda* sed præstat ex Augustino audire quæstioonibus veteris ac noui Testamenti quæstion. 56. *Iesus filius æstimabatur Ioseph & non solum Ioseph*

ſephi erat filius, ſed & Eli. Non quia Ioſephum filium dicit Eli; ſed eodem genere, quo Ioſeph vocabatur filius eſſe Ieſus, ita etiam erat filius Eli propterea quod fratrum filij erant Ioſeph & Eli, id eſt Salomonis & Mathan filiorum Dauid.

3. *Nominis Ioachim significatio.* Varias habet nomen Ioachim ſignificationes eiuſdem ſanctitati congruentes. Hakidoſeth citat. *Eli, quod eſt nomen deriuatiuum oſtēdit eum ad ſublimē gradū aſcenſurum: Ioachim verò, quod eſt nomen compoſitum, ſignificat Deum in manu eius ſuſcitaturum Saluatorem Iſraëlis maximum.* D. Epiphan. orat. de laud. Virg. *Ioachim interpretatur, Præparatio Domini. Eo quòd ex illo præparatum ſit Templum Domini, nempe Virgo.*

4. *Ioachimi Parentes. Luc. 3.* Duxit ille à Dauide originem per Mathan. Patrem autem Ioachimi Eli conſtat fuiſſe Mathath. *Qui fuit Eli, qui fuit Mathath.* Luc. 3. è regio planè Dauidis genere ducentem originem. Mater fuit Eſthao vidua, quæ quidem ex Mathan viro priori ex eiuſdem Dauidis per Salomonem orto proſapia Iacobum genuerat patrem Ioſeph Mariæ ſponſi, & Cleophé parentem eorum, qui fratres Domini appellantur. Id quod ex Iulio Africano collegi epiſt. ad Ariſt. geneal. *African. & alij.* Ambroſio lib. 3. in Luc. Hieron. ad illud: *Iacob genuit Ioſeph.* Auguſt. lib. 2. Retract. cap. 7. Euchet. qq. in Matth. Damaſc. lib. 4. Fidei. cap. 15. Beda in 3. Lucæ. Theoph. & Euth. ibi. Zacharia Epiſc. Chryſopol. in vnum quatuor Euangel. cap. 5. Egeſip. lib. 5. Epiphan. hær. 66. Theodor. ad Gal. 1. Cedreno in comp. Chryſt. ibid. Nicephoro lib. 5. cap. 9. & aliis.

5. *Ex Nazareth Ioachim. Hippol. Hiero.* Ex vrbe autem Galilææ Nazaretha oriundus. Hippolytus apud Nicephor. lib. 3. cap. 3. *Nupſit Anna in terra Galilæa.* Adnoto tamen ex D. Hieronymo lib. de locis, duas Galilęas, quarum vna gentium vocatur, vicina Tyriorum finibus, vbi Salomon viginti quinque ciuitates donauit Hiram regi Tyri in ſorte tribus Nephtalim: altera circa Tyberiadem, & ſtagnum Geneſareth, vnde Ieſus Galilæus appellatur. Rogas cur Ioachim Bethlehemites cùm ſit Dauidis filius, in Nazareth fuerit exortus? *Epiph.* Reſpondeo cum D. Epiphanio hær. 51. *Qui diſperſi erant à tempore bellorum in Machabæis factorum, per omnem terram diſperſi erant, & pauci omninò manſerunt in Bethlehem habitantes.* Vnde Ioachimo contigit Nazareth.

§. II.

De Anna matre Deiparæ.

6. *Significatio nominis. Damaſc.* ANna verò Deiparæ mater *Gratia* interpretatur. Damaſcenus lib. 4. Fid cap. 15. *Anna Gratia interpretatur, propterea quod Ioachim & Anna gratiam receperunt, vt, accedentibus precibus, talem fructum germinarent.*

7. *Annæ Parentes.* Profectò Anna etſi paterna via ex Dauide, materna tamen à Leui tribu ſacerdotali deſcendit, filia quidem Stollani ex Dauide progeniti, & Emerentianæ, quæ quidem priùs Eſmeriam pepererat ſacerdotis Apeani coniugem, matrémque Eliſabethæ; Annam autem poſt Eſmeriam ſecundam eduxit. Hinc conſtat, quàm habeat Deipara cum Eliſabetha Ioannis Baptiſtæ parente propinquitatem. Didici tum ex traditione, tum ex D. Auguſtino ſer. 25. ad Fratres. Sigiberto in Chron. ad annum 399. Hippolyto apud Niceph. lib. 2. cap. 3. & aliis. *Auguſt. Hippol. Niceph.*

8. *Anna patria, & nuptiæ. Hieron.* Bethlehemitidem Annam Dauidis filiam D. Hieronymus affirmat lib. de Ortu Mar. fatus. *Domus paterna eſt ex Galilæa, & ciuitate Nazareth: maternum autem genus ex Bethlehem erat.* Nupſit autem Anna Ioachimo in Nazareth Hippolyto authore. *Hippol.* *Tres*, inquit, *fuêre ſorores Bethlehemiticæ. Nupſit prima in Bethlehem Maria, & peperit Salomem. Nupſit quoque ſecunda iisdem in Bethlehem Sobe, & genuit Eliſabetham. Nupſit poſtremò tertia in Galilæa Anna, & peperit Mariam Dei genitricem.* Itaque Salome, & Eliſabeth, & Maria Dei Mater trium ſororum reperiuntur filiæ; propterea Ioannes Baptiſta, & Ieſus conſobrini eſſe dicuntur.

9. *Anna à regibus, & ſacerdotibus. Germ.* Adnoto Hippolytum Annam Mathan ſacerdotis filiam appellare, vnde aliqui præcipue Annam ad tribum Leui aſſeruot pertinere. Germanus orat. de Oblat. Virg. Annam ſic ad Zachariam locutam inducit. *Ego ſum Anna grato nomine*, (quia inſonat gratiam) *nata quidem ex genere ſacerdotali tribu Aaronitica, radice Prophetica, & Regia: Dauidis autem, & Salomonis, & eorum, qui deinceps fuerunt, ſum ramus. Sum autem cognata tuæ vxoris Eliſabeth.* Semper autem mihi magis placuit Ambroſius, qui lib. 1. in Luc. affirmat Eliſabetham ad tribum Iuda pertinuiſſe, eo ex capite, quo cognata erat Deiparæ. *Ambroſ.* *Cognata, inquit, Deiparæ inducitur Eliſabeth, quia ambæ erant ex tribu Iuda.* Licèt (vti vidimus ſuprà) negari non poſſit Annam aliqualem à tribu ſacerdotali originem traxiſſe: vel ſaltem Eliſabetham Mariæ cognatam, vti Deipara Filium inniteretur, qui verè Rex, & Sacerdos poſſet agnominari. Anna itaque præcipuè ad regiam tribum, minùs principaliter ad ſacerdotalem pertinebat.

§. III.

De Joachimi, & Annæ ſanctitate.

10. *Obſeruatio Legis.* EXimiį ſanctitudine Deiparæ parentes à Patribus efferuntur primò ex accuratiſſima Legis obſeruatione. Gregorius Nyſſen. hom. de human. Chriſt. gener. *Erat*, inquit, *inſignis in accurata vita, quæ eſt ex Lege, inſtitutione, & inter omnes optimos apprime notus Pater Virginis.* Nicephor. autem. lib. 1. Hiſtor. cap 7. *Ioachim & Anna ambo accuratiori iuxta præſcriptum Legis vita præſtantes, & clari. Nec non primis quibuſque & ſplendidiſſimis, nobiliſſimiſque genere connumerati.*

11. *Iuſta opera. Hieron.* De operibus deinde iuſtis collaudantur. D. Hieron. de Natiu. Mar. *Subſtantiam ſuam trifariàm diuiſerunt. Vnam partem Templo, & Templi ſeruitoribus impendebant; aliam peregri-*

nis, & pauperibus erogabant; tertiam suæ familiæ vsibus, & sibi reseruabant. Ita isti Deo chari, & hominibus pij. Et D. Epipban. ser. de Laud. Virg. *Ioachim, Anna, & Maria, hi tres Trinitati palam sacrificium laudis offerebant.* Hieronymus item irreprehensibilem eorum vitam affirmat, quod cumulum innuit perfectionis. *Vita, ait, eorum simplex, ac recta apud Dominum, apud homines irreprehensibilis erat, & pia,* D. Cyprianus de Laud. Virg. *sancta Virgo Maria, & sanctorum virorum filia.* Et Damascenus. *Diua Anna nomen Hebræis gratiam sonat, quia non minùs meritum, quam matrimonij iuge cum Ioachim copulata erat.* Æquales Pater Ioachimum & Annam sanctitate veneratur; si illorum mores matrimonij iugo submittebantur, Nec enim bene *inæquales veniunt ad aratra iuuenci.* Ideo vtrumque coniugem *virum* Cyprianus vocitauit; quia in Anna viragine nil fœmineum.

Epiph.

12. *Sanctitas Mariæ Parentum commendat sanctitatem.* Cyprian.

Fortius adhuc sanctitatis Parentum ex filiæ Mariæ sanctitate documentum assumo. Quare D. Cyprian. cùm præmisisset: *sancta virgo Maria,* quasi ex necessitate consequentiæ profitetur: *Et sanctorum virorum filia.* Quodnam etenim sanctitatis fastigium non tenuerint, qui filiam sanctitatis portentum gennere? Subiungit Doctor: *Ioachim, & Anna in vita sua placuerunt, atque etiam fructum eiusmodi germinarunt sanctam virginem Mariam.* Illa preme: *Fructum eiusmodi*, id est, parentum imaginem, arbore quidem bona bonos fructus parturiente.

Eorum puritas.

Puritatem denique Parentum sanctissimorum commendat D. Damascenus, Orat. 1. de Nati. Mar. fatus: *Castissimum par turturum ratione præditarum Ioachim, & Anna* Turtur quidem castimoniæ typus coniugalis, mortuo nempe primo coniuge haud secundum admittit, sed perpetuò remanet solitaria. Defuncto equidem Ioachimo, (si superstes) turtur Anna nunquam alij se coniugio illigauit.

§. IV.

De parentum Virginis sterilitate.

13. *Anna inepta proli.*

VNa Ioachimo & Annæ temporaria cura ex spirituali existimato vulnere pie exorta, quòd liberis à Domino multis elapsis annis minimè (vt illi timebant) in criminum vindictam donarentur. Porrò ex Annæ ineptitudine ortã sterilitatem Nyssenus arbitratur Orat. de Nati Dom. fatus. *Virginis pater fuit insignis quidam ciuis, obseruantia legis, & vitæ probabitate in primis nobilis, qui sine liberis ad senectutem peruenerat, cùm minùs idoneam ad gignendum vxorem haberet.* Metaphrastes de Dorm. Deip. *Pater Virginis consenuerat sine liberis, quod non erat apta coniux ad procreandos filios.* Nicephorus lib 1. cap. 7. *vitam autem ad senectutem sine prole edita produxerant; erat enim ad liberorum procreationem Anna aluo infæcunda.*

Nyssen.

Metaph.

Niceph.

14. *Quotnam annis sine liberis.*

Quot nam annis illi sine liberis permansere? Respondet D. Hieronymus de Ortu Mariæ. *Isti Deo chari hominibus pij per annos circiter viginti castum domi coniugium sine liberorum procreatione exercebant.*

Nec leui ideò nota apud homines afficiebantur, queis liberorum abundantia inter cœlestia virtutum munera computanda videbatur: sterilitas autem occultorum criminum flagellatio erat. *Seruietis* (aiebat Dominus) *Deo vestro, & benedicam panibus tuis, & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui, non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua.* Deut. 7. Et Oseas, *Da eis, Domine, quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia.* cap. 9. Ideò Rachel post partum quasi ab opprobrio liberata, *Abstulit,* inquit, *Deus a me opprobrium meum.* Gen. 30. Et Anna olim grauiter tulit sibi ab æmula vuluam à Domino clausam exprobrari. 1. Reg. 2 Sacra denique Raguëlis filia cùm ab vna ex ancillis audisset: *Amplius non videamus a te filium, aut filiam super terram?* cubiculum ascendens Dominum flagitabat ab huiusmodi se improperio liberari. Ideo itaque Ioachimo, & Annæ tot annorum probro dabatur sterilitas.

15. *Ex sterilitate infamia.*

Deuter. 7. Ose. 9.

Gen. 30.

1. Reg. 2.

§. V.

Preces fundunt, & vota libant.

16. *Ardentes orant & vouent.*

VErùm cùm liberorum munus à Deo vuluam claudente, & reserante debeat effluere, continuas profundunt illi preces, votóque emisso, suscipiendam à Deo prolem illi litant. Samuelis exemplo. Nyssenus ad hæc. *Quapropter Anna imitata id, quod de Matre Samuelis scriptum est, ad sanctum sanctorum accedit, & supplex Deum orat, ne se Legis benedictione sinat excidere, cùm nihil vnquam admiserit contra legem. Quod si mater euaserit, se quodcunque pepererit, ei dicaturam.* Et D. Hieronym. de ortu Mar. *Vouerunt, si fortè Deus donaret eis sobolem, eam se Domini seruitio mancipaturos, cuius rei gratia, & Templum Domini singulis per annum festis frequentare solebant.* Adhuc adiicit Andreas Cret. Encom. 1. de Dorm. Deip. *Pro sterilitate frequentes interpellationes, & crebra sacrificia, in quibus Deum orabant, rogabant, supplicabant, vt vincula soluerent sterilitatis, & vt qui carebant liberis, fœcundi fierent ex sterilibus, & ex infertilitate datam fructum producerent.* Damasc. lib. 4. cap. 15. & Niceph. lib. 1. cap. 7. contestantur.

Nyssen.

Hieron.

Creten.

17. *Depelluntur à Templo.*

Enimuerò Templum illi de more ingressi Encæniorum solemni Casleu mense, nostro Nouembri, & Decembri ex parte respondente, solitu celebrari ab Isachar non summo illius anni Pontifice (illud quippe munus Simon Boëthi Alexandrini filius Herodis Socer, authore Iosepho lib. 15. Antiq. cap. 12. obibat) sed vel Templi præposito, vel sacerdote ex minoribus, qui munus vicis suæ fungens suspiciebat oblationes: vti steriles repelluntur. Quam Parentum Mariæ repulsam Germanus asserit, Hieronymus eleganter verbis hisce describit, *Factum est autem, vt Encæniorum festiuitas appropinquaret, vnde cùm nonnullis contribulibus suis Ierosolymam & Ioachim ascendit. Ea verò tempestate Isachar cùm inter cæteros conquies suos etiam Ioachim cũ oblationes sua videret, despexit eum, & munera sua, interrogans,*

Ioseph.

Germ.

Hieron.

interrogans. Cur inter fœcundos infœcundus ipse stare præsumeret? Dicens munera nequaquam Deo digna posse videri, quem ipse prole indignum iudicasset, Scriptura dicente, maledictum omnem esse, qui non genuisset masculum in Israel. Dicebat ergo, prius eum ab hac maledictione soluendum, & sic demum in conspectu Domini cum oblationibus esse venturum. Cuius opprobrij obiectu pudore magno suffusus Ioachim.

§. IV.

Parentibus Mariæ deprecantibus soboles est ab Angelo promissa.

18. *Secessus Ioachim & Annæ.* QVin, ne amplius apud propinquos & notos eis sterilitas probro daretur, Anna ad hortum, Ioachimus ad montem, vbi eorum pastores greges custodiebant, secedere coguntur, vti liberiùs possent Dei munera promereri. D. Hieronym. audiatur. *Hieronym.* *Cuius opprobrij obiectu Ioachim pudore magno suffusus, ad pastores, qui cum pecudibus erant in pascuis suis, secessit: neque enim domum repetere voluit; ne fortè a contribulibus suis, qui simul aderant, & hoc à sacerdote audierant, eodem opprobrij elogio notaretur.* D. Epiphan. *Epiph.* *Ioachim siquidem precabatur in monte, & Anna in horto suo.* Antiochus autem Monachus. *Antioc.* *Anna Ioachim vxor flens in horto suo, cùm petitionem suam obtulisset pro impetrando filio, &c.* Germanus denique *German.* legendus, qui locutam inducens Annam, profatur. *Cùm essem sub dio in meo horto, oculos in cælum tollens, pectus autem meum manibus verberans, clamaui ad Deum. Meus autem coniux, cùm esset solus in monte, & ieiunaret quadraginta dies, eadem à Deo supplex petebat.* Ieiunium equidem quadraginta dierum instituit, vti efficax oratio redderetur? Infero igitur quadraginta hosce dies haud esse à festo Encæniorum annumerandos, quòd vigesimo quinto Nouembris incipiebat. Sequeretur enim conceptam non fuisse octauo die Decembris mox secuto, sed anni sequentis, quod & ipsi Germano repugnat, qui statim post ieiunium conceptam affirmat. Id quod in Decembris finem seu Ianuarij initium recidisset. Verosimilius arbitror Ioachimi ieiunium ante Encæniorum solemne fuisse institutum.

19. *Vtriusque coniugis querela.* Queisnam itaque Ioachim apud montana vocibus Deum emollire curaret? Quod profunderet gemitus? Me miserum! prole captum inter parentum sanctissimorum filiorum cæterarum constitutum. Diuitias à te, ô Dominator accepi, prolem denegasti. Quid confert hæreditas, si non sum sortitus hæredem? Pater Abraham Isaacum cælesti munere accepit, risum, ac lætitiam parentum, hic Iacobum constituit hæredem, in quo tota sancta progenies benedicitur vsque ad Ioachim, cui quidem, magis quam Esau fæces maledictionum propinantur, dum radicitus arbor optima auellitur propter vnum Ioachimum à cælo maledictionis vulnere affectum. Sed quid moror Annæ querelas, si ex teneriori affecto prior sese profudit in lachrymas? Sic à Germano *German.* Enco. de Præsent. Virginis, plorans Anna depingitur. *Ad Deum confugi* (ait vxor) *Qui solus potens, & ea reddis facilia, ex quibus non datur exitus. O Domine, qui dolore affectus animas audis ocyssimè, cur me reddidisti diuersam à natura maiorum meorum? Cur me fecisti parabolam in genere meo, & motionem capitis in tribu mea? Cur maledicti tuorum Prophetarum me fecisti participem, dans mihi matricem filios non producentem, & vbera arida? Cur fecisti, vt mea dona non essent accepta, vt quæ sum sterilis? Cur me fecisti subsannari à notis meis, irrideri à famulis, & vicinis haberi opprobrio? Respice Domine, exaudi Domine, miserere sancte, fac me similem volucribus cæli, bestijs terræ, piscibus maris. Quoniam quoque est fœcunditas apud te, ô Domine. Ne brutis videar deterior, quæ facta sum ad similitudinem tuam. Tibi donum gratiarum actionis dicabo, quem mihi dederis filium, vt maneat in tuo sanctuario, tanquam sacrum donarium, & munus pretiosissimum, quod mihi datum est à te, qui es perfectissimus dator pretiosorum donorum.* Sic illa.

Cùm igitur lachrymæ plurium dierum terminum transiliissent, boni nuntique nuncij Angelus à clementissimo Domino immittitur, qui Ioachimo sterilitatis Annæ ablationem ingenti mundi commodo peruulgaret. Id quod simul nutu cælesti Annæ fuit reseratum, vti à Patribus accepi. Vnum dabo Hieronymum. 20. *Angelus apparet coniugi vtrique.* *Hieronym.* *Verùm cùm ibi aliquandiu cum pastoribus Ioachim esset, quadam die dum esset solus, Angelus Domini ei cum ingenti lumine adstitit. Qui cùm ad eius visionem turbaretur, Angelus timorem compescuit dicens: Noli timere Ioachim, nec in visione mea turberis; ego enim sum Angelus Domini missus ab ipso ad te, vt annunciem tibi, preces tuas esse exauditas, & eleemosynas tuas ascendisse in conspectu eius. Videns quippe vidit pudorem tuum, & audiuit sterilitatis opprobrium non rectè tibi obiectum. Peccati námque, non naturæ vltor est Deus. Et ideò cùm alicuius vterum claudit, ad hoc facit, vt mirabilius denuò aperiat: & non libidinis esse, quod nascitur; sed diuini muneris cognoscatur. Prima vestra gentis Sara mater nónne vsque ad octogesimum annum infœcunda fuit, & tamen in vltima senectutis ætate genuit Isaac, cui promissa fuerat benedictio omnium gentium. Si ergo ratio verbis meis tibi non persuadet credere dilatos diu conceptus, & steriles partus mirabiliores esse solere: proinde Anna vxor tua pariet tibi filiam, & vocabis nomen eius Mariam. Hæc enim erit, vt vouistis, ab infantia Domino consecrata, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex matris vtero; & ætate procedente sicut ipsa mirabiliter ex sterili nascetur, ita incomparabiliter virgo generabit Altissimi Filium, qui Iesus vocabitur. Et hoc tibi eorum, quæ annuncio signum erit: Cùm perueneris ad Auream in Ierosolymis portam, habebis ibi obuiam Annam vxorem tuam, quæ de tua regressionis modo sollicita, tunc in conspectu tuo gaudebit. His dictis, Angelus discessit ab eo. Deinde apparuit Annæ dicens: Ne timeas Anna; ego sum Angelus ille, qui preces, & eleemosynas vestras obtuli in conspectu Domini, & nunc missus sum.* Vt annunciem vobis filiam nasciturum, quæ Maria vocata, supra omnes mulieres erit benedicta. Igitur iuxta Angeli præceptum, vterque è loco, in quo erant, promouentes, ascenderunt Ierusalem: & cùm ad locum peruenissent Angelico vaticinio de-

signatum, ibi sibi inuicem obuiauerunt. Tunc de mutua sua visione læti, & promissæ prolis certitudine securi, debitas Domino humilium exaltatori gratias egerunt. Itaque adorato Domino, domū regressi, *Diuinum promissū certi, & hilares expectabant.* Huc vsque Doctores cōsonant: Epipha. hær. 75. Germanus citatus, & Damascenus orat. 1. de Dormit. Mariæ. O quàm hinc solatio afficiuntur qui doloribus, aut opprobriis agitantur! Angustiam excipit felicitas, sterilitas superabundanti munere ablegatur. Post longas preces iustus exauditur. Iustitiæ operibus manca natura reparatur. Eleemosyna precis socia, eam efficit efficacem. Tardat munus, sed infallibiliter est recipiendum.

IN MARIAM INNVPTAM

PANEGYRICVS SECVNDVS MORALIS Circa literam,

Ex ipsius Parentibus.

OBSERVATIO I.

De Ioachim & Anna in Mariæ commendationem pauca prælibo.

Innuo illustri nomini debere opera respondere.
Sanctissimum quemque minimè à querela securum.
Filios parentibus assimilari.
Laudabile admodum esse viduæ non nubere.

21. PLVRA Tom. 6. de Ioachimo & Anna scripturus, paucis hîc eos celebrabo, quæ in Filiam recurrant. Aiebat D. Cypr. *Sancta Virgo Maria, & Sanctorum filia,* Ad Filiæ etenim laudem spectat à tam sanctis parentibus prodiisse. Cyprian.

CAPVT I.

Ioachim & Annæ laudes ex Nomine.

22. Epiphan. RECOLE D. Epiphanium profantem. *Nomen Ioachim interpretatur, Præparatio Domini, eo quod ex illo præparatum sit Templum Domini, nempe Virgo.* Quis non colligat præparationis præstantiam ex Templi magnitudine.

23. *Ex præparatione Dauid ad Templum, colligitur Dei præparatio ad Mariam.* 1. Par. 29. Olim Dauid Rex potentissimus construendo materiario Templo impensas præparauit, *Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini.* 1. Par. 2. Affirmat se pauperem exædificare Templum Domino, & tamen Textus adiicit *Auri talenta centum millia, argenti millia millia talentorum, æris verò & ferri non est pondus: vincit enim numerus magnitudine.* 1. Paral. 29. Quid plura? *Lapides Onychinos, & quasi stibinos, & omnem pretiosum lapidem, & marmor Parium abundantissime.* Num talia de pauperis penu exhibeantur? *Ego de paupertate mea præparaui impensas.* Pulchra adiicitur ratio, *Opus grande est: non enim homini præparatur habitatio, sed Deo.* Si igitur homo impensas domui Domini huiusmodi nouit, ac potuit præparare in paupertate quidem: cùm Dominus ipsi Mariæ domum habitaturus constructioni præparat impensarum loco Ioachimum, quantum eum virtutum ac meritorum pretio constituit?

24. *Ioachim super sanctorum colles.* Nunquamnon Deus homines in admirationem abripit, cùm aliquid regia præparat munificentia. Instituit Rex regum non regi, sed egeno conuiuium. En præparationem. *Cœli distillauerunt à facie Dei Sinai; à facie Dei Iacob, pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, animalia tua habitabunt in ea.* Psal. 67. Psal. 6. Vbi D. August. *Hæc est illa suauitas, de qua alibi dicitur, Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* August. Cuinam regi potentissimo conuiuium apponitur? *Parasti,* adiicit Vates, *in dulcedine tua pauperi Deus:* licèt enim pauper inuitandus sit, Deus non aliter nouit præparare. *Flumen Dei,* alibi Dauid, *repletum est aquis, parasti cibum illorum.* Psal. 67. Et vndenam homuncioni tam magnifica præparatio? *Quoniam ita est præparatio eius.* Psal. 64. Nihil Deus, quod magnificum ac supereffluens non sit, nouit præparare. Si ergo pauperi tam magnificum conuiuium, si hominibus tam regales impensæ præparatur, qualem præparationem Deus instituit Mariæum templum, Filio habitaculum constructurus? Qualis Ioachim, non hominis homini, sed Dei Deo præparatio? *Et erit in nouissimo dierum mons domus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles.* Mich. 4. Mich. 4. Annon mons Ioachimus domus Domini fundamentorum, & impensæ supra montium verticem, supra sanctissimorum perfectionem adiicit radices, vt complurium perfectionis colles Ioachimi fundaminibus subiiciantur? Alibi respondebo.

24. *Apud Annā gratia mutrix inuenitur.* Proh Annæ nomen cælestis gratiæ munere diffluens! Erit quando Mariam gratiæ inuentricem Angelus vocitabit. *Inuenisti gratiam apud Dominum.* Luc. 1. Apud Annam hodie cuilibet licet gratiam inuenire; quid enim gratia, nisi gratiam enitereris, Damascenum audite, *Natura gratia cessit, ac tremula stat, progredi non sustinens.* Damasc. *Quoniam itaque futurum erat vt Dei genitrix ex Anna oriretur, natura gratiæ fœtum anteuertere ausa non est, verùm tamen per expectauit,*

ctauit, donec gratia, id est, Anna, *fructum suum pro auxisset*. Num gratiæ fructus gratia? Profectò Dei gratia apud Deum est inuenienda à Maria, sed ingens hominibus gratia per Annam ministratur, dum apud ipsam inuenimus Mariam, quam verè gratiam apud Deum inuenturam accipimus. Nomini illustri hinc collige operibus respondendum esse.

Capvt II.

Ioachimi & Annæ conuersatio apud homines sine reprehensione.

26. *Vix possumus querela vitari.* Hieronym.

QVid quod Hieron. auctore, *Vita eorum apud homines irreprehensibilis erat?* Quis perfectione conspicuus apud homines sine querela vixit? Impossibile quidem cordati arbitrantur. Idem Hieron. epist. ad Furi. *Fieri non potest, vt absque morsu hominum vita huius curricula quis pertranseat.*

27. *Sanctissimi non sine querela.*

Quisnam olim Mose, & Aarone exequendis cælestibus monitis obsequentior, educendis charitatis feruore Hebręis ex Ægypto potentior, promptior? Porrò vel ipsa charitas illorum minimè sine hominum reprehensione fulgurauit. *Vociferans omnis turba murmurati sunt contra Moysem & Aaron* Num. 14. (Num. 14.) qui equidem tam perfectè tam sine reprehensionis notula sese Domino obsequentes, populo autem munificos exhibuere, vt ipse Dominus illo populi murmure percussum conqueratur. *Vsquequo detrahet mihi populus iste?* Et inferiùs *Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me; querelas filiorum Israel audiui.* Ibid. vbi Lyran. (Lyra.) acutè. *Vsquequo? Quasi dicat, ab exitu de Ægypto incœperunt, & continuauerunt vsque modo.* Quonam modo potest quantumuis sanctitate fulgidus sine querelarum degere vulnere, si vel ipsa munifica Moysis & Aaronis populi ex captiuitate eductio querulæ de more multitudini materiem ministrauit?

28. *Quisnam à querela passiua immunis?*

Profectò multos milites numerat cælestis exercitus, qui tantæ perfectionis ad cumulum fuère eleuati, vt sine reprehensionis actiuæ nota, viam vitæ percurrerint. Attamen quis eorum homo, simplex cùm esset, non passiuè suscitatas ex perfectione ipsa pertulit querelas? Qui tanto munere cælitus donatus esset, haud simplex homo, sed Dei simplex filius aptè vocitaretur. Ad hæc Apostolus, (Phil. 2.) *Vt sitis sine querela & simplices filij Dei, sine reprehensione.* Phil. 2. sine querela ac reprehensione actiua, ac passiua versamini? O vos iam non simplices homines, non Dei imitatores tantùm, sed simpliciter quodam modo filios Dei? Lyran. (Lyra.) *Vt sitis sine querela actiuè, & passiuè, ita viuendo vt non moueatis querelam, nec conquerantur alij de vobis; ideò subditur, vt simplices filij Dei.* Quis enim nisi simplex Dei filius ita vitam ducet, vt nec actiuè, nec passiuè ansam præbeat querelæ multitudini?

29. *Nec Christus.*

Porrò vel simplex ipse Dei Filius, si actiuè minimè actionibus, aut verbis querelas suscitauit, passiuè autem iniusta hominum consuetudine non semel fuit reprehensione affectus. Paterfamiliâs hora vndecima pergit ad forum, vagantem multitudinem immittit ad vineam. (Math. 20.) *Ite & vos in vineam meam.* Mat. 20. Cur non priùs de mercede paciscitur? Annon prudentissimè querelarum occasionem præscinderet? Nouit certè Dominus hominum genus querulum, apud ipsósque vel iustissimas actiones tam obnoxias non quidem actiuè, sed passiuè querelæ, vt quasi necessariò obuentura reprehensio minimè præcauenda sit. Audite Imperfectum (Imperf.) perfectissimè argumentum confirmantem. *Cum istis non facit pactum: Benignus enim paterfamiliâs sciebat largitatem suam, quia tantum paratus est retribuere, quantum mercenarij recipere non sperabant. De dato enim eius nemo iuste conquestus est, quia amplius dat quam omnis homo desiderat.* Actio autem illa munificentissima licèt actiuè, seu iustè querelam minimè excitarit, tamen passiuè, iniustè planè à querulis hominibus reprehenditur.

Quales igitur Ioachim & Anna, quos Dei Filius parentes sic optimos honorauit, vt non solùm sine querela actiuè excitata degerint, sed sine passiua reprehensione? De sanctissimis Zacharia & Elisabeth, Lucas, *Incedentes in omnibus iustificationibus sine querela.* cap. 1. Num similes parentibus Mariæ? Profectò Lyran. ex eo querelam, & reprehensionem distinguit, quòd querela ea sit quæ ex actionis, actiuè quidem, occasione suscitatur; reprehensio autem quæ passiuè sine vlla ansa exhibita ab vltronea populari, seu vulgari consuetudine exsurgit. Parentes itaque Ioánis à querela actiua immunes, non autem sine passiua reprehensione vixisse reor. Proh Mariæ parentes *quorum vita* (testante Hieron.) (Hieron.) *apud homines* non solùm sine querela, sed omnino *irreprehensibilis erat?* Filiæ ex hoc veri parentes, de qua Sponsus, *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Cant. 4. (Cant. 4.) Hebræi *& reprehensio non est in te.* Verba olim irreprehensibilia Iudith apparuerunt. Laudibus enim, populo efferente, viduæ sermonem, illinc fœminæ sanctitas fulgurauit. *Non est*, aiont, *in sermonibus tuis vlla reprehensio. Ergo ora pro nobis, quia mulier sancta es.* (Iud. 8.) Ex vno irreprehensibili sermone Iudith illis sanctitas innotuit? ex vita efficaciùs apud homines irreprehensibili vos sanctissimos esse comperimus Ioachim & Anna. Ergo pro nobis deprecamini, quoniam nimia sanctitate prorsus nitetis. Nullum à querela, hinc edisce, securum.

30. *Ex Dei munere parentes Mariæ sine reprehensione passiua.*

Capvt III.

Sanctitas parentum Virginis ex fructu colligitur.

AIebat Cyprian. Ioachimi & Annæ præstantiam ex fructu dignoscendam. Id quod D. Epiphan. serm. de laud. Virg. confirmat, fatus, *Sancta Virgo Sanctorum filia, qui quidem fructum eiusmodi*, id est, similem, *germinauerunt.* (Epiph.) Annon tota fructus gloria paterno præparatur in ligno. Potéstne ficus fatua fructuum maturitate nitere? 31. *Similis Mariæ parentibus.*

Quàm verè Dominus, *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Matth. 7. Quare? Respondet apud Lucā *Non est arbor bona, quæ facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum: bonum vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur;* 32. *Ex fructu dignoscuntur.* Matth. 7. Luc. 6.

neque

neque enim de rubo vindemiant vuas. cap. 6. D. Damascen. orat. de Nat. Mat. hæc Deiparæ parentibus hisce verbis accommodat. *Profectò ex fructu vestro immaculati dignoscimini : ex fructu enim arbor cognoscitur. Optima ergo arbores Ioachim & Anna, ex quibus eximius fructus productus est. Ex fructu ergo ventris vestri immaculati dignoscimini.* Et orat. 1. de Dorm. Mar. *Ex fructu ventris vestri immaculati agnoscimini, ô Ioachim, & Anna, quemadmodum Christus dixit : Ex fructibus eorum cognoscetis eos ; vt Deo gratum erat, & dignum ea, quæ à vobis orta est vita vestra rationes instituistis.* — Damasc.

33. *Parentes refert Maria.* Mariam immaculatam veneramur, Mariæ fulgor præclarissimus cunctas illustrans Ecclesias? Annam connotat, ex qua exorta, præclarissimam. Cælum Maria empyreum, cuius in gremio Deus conspicitur? Annam cælum, imò ipsam contemplor beatitudinem. Pulchrè Damascenus de Nat. Mar. *O immaculatos Ioachimi lumbos, ex quibus prorsus immaculatum semen fluxit. O præclaram Annæ vuluam in qua formatus fuit fœtus præclarissimus! O beatum Annæ vterum, qui viuum cælum cælis ipsis latius peperit, beata vbera quæ eam quæ mundum nutrit, nutricem lactauerunt.* — Damasc.

34. *Anna cælum, & thronus.* Pondera illa, *qui viuum cælum peperit:* Annon Anna cælum? Quid quæso, fulgebit in filia, quod non quodammodo præfulgeat in matre? Audite D. Epiphan. serm. de Laud. Mar. *Anna, quæ gratia interpretatur, grauida effecta cælum, & thronum Cherubicum peperit sanctam Mariam.* Proh nouitas partus! Si filia parentis refert imaginem, quonam modo cælum, ac Cherubicum thronum Mariam enititur ipsa non cælum, ipsa non thronus. Nunquid spinæ vuas germinabunt? Profectò quæ cælu & thronum peperit ipsa cælũ & thronus reperitur. Vnde reddens mox Pater vndénam Anna cælum & thronum peperisset, rationem, adiicit, *Illa enim reperitur esse cælum, & thronum.* Quid mirum, si Anna cælum, & thronus, ex pariente similem, cælum, & thronus exoriretur. — Epiph.

35. *Ex posteritatis gloria credibilia quæque parentum præconia.* Quàm pauca Patres de Ioachimo & Anna, quàm de illorum laudibus Euangelistæ conticescunt. Sed quàm multa efferuntur eorundem præconia, dum Deiparæ filiæ laudes contemplamur. Maria sanctissima quidquid præclarum dixeris de parentibus egregiè confirmat. Pulchram do Cassiodori sententiam 3. Var. c. 6. *Sicut indigna posteritas laudes antiqui generis abnegat, ita præclara de patribus dicta egregiè confirmat. Creditum est de iis omne, quod legitur, dum præconia veterum præsens docuit vena virtutum.* Quidquid ergo libuerit de Ioachimo & Anna peruulga. Quódque certè præclarum credibile prorsus ex Mariæ sanctitatis præclaræ quidem posteritatis obiectu. — Cassio.

36. *Ex miraculoso fructu terra miracula cernuntur.* An Parentum Virginis præfulgent miracula, vnde sanctitas pristinæ innouatur. Aiebat Chrysost. l. 2. de comp. memorans Lucæ testimonium, *Dominus non dixit, Ex signis, & mirabilibus cognoscetis eos, sed ait, ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Gloriam vis Virginis Parentum dignoscere. Quid requiris miracula, si arboris præstantia solo reuelatur in fructu? Prodigiosa prorsus terra Hebræis promittitur, nempe quæ miraculoso rigatu lacte fluat ac melle. Pergunt exploratores, visuri, num terra miraculis eiusmodi redundaret, arrepto autem ex vinea miraculoso admodum botru humerorum fortium non facili pondere reuersi proclamarunt, *Venimus in terram, ad quam misisti nos, quæ reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest.* Num. 13. Verùm prodigia quæcunque de Ioachimo, & Anna prædicentur. Proh fructus prodigium prodigiosam terram mirificè commendans! Id profectò ad Virginis laudes peruulgandum Mater præstat Ecclesia, quæ silentio obuoluens Dei parentis prodigia solum illud miraculum prædicat, *De qua natus est Iesus.* Mat. 1. Ex fructu námque purissimo certè botro pleno miraculis, prodigiosa Engaddi vinea facilè innotescat. — Num. 13.

37. *Maiorẽ participationem habuit Anna ex Maria.* Vter, quæso, perfectior extiot sanctitate? num vir Ioachimus? D. Vincentius Fer. respondet, licèt Ioachim fuit sanctus, & benedictus amicus Dei, tamen maioris sanctitatis fuit beata Anna. Ratio, *quia maiorem participationem habuit cum Virgine Maria mater eius, pater verò medicum participat cum filiis suis, sed mater quæ nouem menses portat, & post natiuitatem lactat, nutrit, & osculatur. Ista est,* adiicit, *ratio, quare sit festum de beata Anna, & non de beato Ioachim.* Profectò tamen cùm spirituum ponderator sit Dominus, nullatenus existimo quæstioni respondere; nec enim, tanti viri venia, vna, alteráue coniectura firmo nititur fundamento; non vna, quia maior aut minor externa participatio non est internæ maioris aut minoris perfectionis documentum; nec altera, cùm iam Ecclesia solemniter D. Ioachimi celebret magnalia, quòd si non publicè coleret, nec ideo sanè Ioachimi sanctitas minùs augusta apparet: plurimos etenim cælestis Ierosolyma solemnissimè celebrat Diuos, de quorum vel nominibus terrena conticescit. Non tamen abnegabo ex Maria Annæ vberrimos munerum riuos plus fonti appropinquanti deriuatos. Vnde aptè Vincent. *Cogitate quanta sanctitas remansit in Anna, quæ ipsa portauit, & nutriuit, dando sibi illa quæ habebat, Virgo Maria dabat matri sanctitatem.* Nec ideo ausus fuerim affirmare aut Ioachimum non frequenter fonti os admouisse, aut fontem non fuisse minùs appropinquantem insecutum. Habes hinc filios frequenter parentibus assimilari. — Vinc. — Vincent.

Capvt IV.

Anna semel nupta, Maria vnigenita.

38. *Turtur viduitati præbet exemplum.* C*Astissimum par turturum ratione præditorum* Ioachimum & Annam Damascen. orat. 1. de Dorm. Virg. vocitabat. Turtur equidem, coniuge vita functo, ita sese ab aliarum consortio volucrum separat, tantique mœroris exempla exhibet, vt nunquam inde societatem inire cum altero patiatur, sed quod reliquũ est vitæ, absque coniuge in perpetuo degat cœlibatu. Vnde D. Basil. Exam. hom. 4. exemplo turturis illas, quæ vidualem statum non firmiter tenent, taxat, fatus, *Aemulant mulieres volucris morem, vt etiam apud anima-* — Basil.

lia

hac ratione non prædita viduitatis honestas indecoro iterati coniugij anteponatur.

39. *Semel nupta Anna.* Circumferebatur olim cuiusdam historia conficta de tribus Annæ filiabus à pluribus post Ioachimum maritis acceptis, quam reijcit taxans D. Thom. ad cap. 1. Gal. & Iansen. in Conc. c. 143. asserit non esse verosimilem, quòd parum Annæ dignitati conueniat plures ipsi maritos successiuè acceptos adscribere, Lipoma. in vita Iosephi, & Baron. tom. 1. Annal. pag. 15. contestantibus. Noster Canisi. (*Canisi.*) audiendus, *Hoc multiplex Annæ coniugium vulgi opinione magis, quam veterum authoritate niti, ac recentiores duntaxat habere suffragatores, qui Deiparæ matrem nescio quam prudenter & solidè tam malè castam proponunt.*

40. *Ostenditur.* In cuius certè probationem reiectis pluribus, vna ratione nitor. Quia non tam decens erat dignitati Mariæ, quam optimam in cunctis partem sortitam cum Bernard. (*Bernard.*) epist. 174. profiteor. *Fas certè non est suspicari, tanta Virgini fuisse denegatum, quod vel paucis mortalium constat collatum fuisse.* Annon asserendum Deiparam post Iosephi obitum nunquam se alij coniugio tradidisse, & si secundo minimè esset violanda virginitas? Ita planè, nec enim Filij dignitati appositum, eius matrem viduali in statu, qui coniugali præferendus, non turturem perstitisse. Profectò indecorum appareret Mariæ matrem, Iesu auiam perfectiorem statum minimè tenuisse, præcipuè cum Apostolus dignas Ecclesiæ subsidio temporario minùs reputarit viduas ex altero reliquas coniugio, si turtures aliæ inuenirentur. *Vidua eligatur, quæ fuerit vnius viri vxor.* Tim. (*Tim. 1.*) 5. Rationem reddit D. Thom. (*Thom.*) *Vidua enim vnius viri habet laudabile signum castitatis.* Obijcis Paulum vocitantem, *Melius est nubere, quam vri.* 1. Cor. 7. (*1. Cor. 7.*) Audi Hieronymum (*Hieronym.*) interpretem Apol. aduer. Iouin. *Ego libera voce proclamo licere in Ecclesia quintò, sextò & vltra nubere; sed quomodo non damnantur in Ecclesia istæ nuptiæ, ita neque prædicantur. Solatia miseriæ sunt, non laudes continentiæ. Habeat quælibet octauum maritum, & desinat esse prostituta. Tolle ardorem libidinis, & non dicit, quia melius est nubere. Melius semper ad comparationem deterioris respicit, non ad simplicitatem incomparabilis per se boni, veluti si diceret, Melius est vnum oculum habere, quam nullum.*

41. *Viduitatis perpetuæ laude Anna coruscauit.* Hujusmodi igitur laude Anna nostra non caruit, nec decens ab Anna illa Phanuëlis superari, de qua Lucas, (*Luc. 1.*) *Processerat in diebus multis, & vixerat cum viro annis septem à virginitate sua, & hæc vidua erat vsque ad annos octoginta quatuor.* cap. 1. Talis post Ioachimi obitum Mariæ mater, quam Ioachim alter Sacerdos vtrique laudibus posset efferre, quemadmodum olim castissimam Bethuliæ Iudith. (*Iud. 5.*) *Ioachim autem benedixit eam, dicens, Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quòd castitatem amaueris, & post virum tuum alterum nescieris, & ita benedicta eris in æternum.* Iud. 5. Vbi facinoris augustissimi à vidua patrati causa assignari videtur, eam à secundo thoro abstinuisse.

42. *Maria vnica Matri Annæ.* Numnon hinc filiæ Mariæ commendatio exoritur? *Vna est*, inquit Sponsus, *columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ* Cant. 6. (*Cant. 6.*) Cur columba vocatur? Damasc. (*Damasc.*) ser. de Annunc. *Hæc vna speciosa, & electa, dilectáque columba, omnis peccati felle, & amaritudine vacans, & suum semper natiuum candorem retinens.* Mox Dilectus eam filiam matris vnicam esse commendat, illa verborum geminatione omnem auferens dubitationis occasionem, vti adnotat Consult. l. *balista* ff. ad Trebelianum. Nec enim decens tantæ Mariæ puritati videretur à matre exortam multiplicis coniugij notatam incontinentia. Quæsierim, num Anna precibus à Deo impetrarit, sterilitate ablegata, Mariæ effici parentem? Ita planè. Quare? Quia altera Anna eodem fuit donata munere, à qua non decuit Annam Mariæ matrem superari. Apprimè Dam. l. 4. c. 15. *Quemadmodum prisca illa Anna, cùm sterilitatis morbo laboraret, & per orationem & promissionem Samuelem procreauit: eodem modo hæc sanctissima Anna etiam per obsecrationem & promissionem Dei genitricem à Deo accepit, vt neque hæc cuiquam ex illustribus matronis cederet.* Non cessit Anna Helcanæ vxori, & cederet Annæ Phanuëlis alteri thoro tradita, Mariam non vnicam matris constituens, vel volucribus facilè postponenda? Viduas edocet Anna rursum nuptias non instituere.

Observatio II.

Nazareth felix Patria Mariæ.

Vbi ostendo mores frequenter Patriæ respondere.

Hippolytus, Nicephor. Hieronymus, & alij Galilææ ciuitatem Nazaretham patriam Deiparæ extitisse, quæ quidem & Mariam certo modo nobilitauit, & ab ipsa mirum fuit in modum ornata. *Hippol.*

Profectò, experimento doctore, ex patriæ bonis aut malis qualitatibus mores recti, aut nequam insurgunt. Hippocr. l. de aëre, locis, & aquis, Plato in Tym. Arist. 1. Polit. & Plin. l. 2. cap. 30. asseuerant. Firmicus Matern. l. 1. Astrol. cap. 1. *Quædam gentes, ait, ita à cælo formatæ sunt, vt propria sint morum vnitate conspicuæ. Scythæ immanis crudelitatis feritate grassantur; Itali fiunt regali semper nobilitate præfulgidi; Græci leues, Syri auari, Afri subdoli, Siculi acuti, luxuriosi semper Asiatici, & occupati voluptatibus.* Plutarch. autem in Apophteg. *Quod*, inquit, *cùm monstruosa esset Persarum regio, & aspera, vellént que propterea ipsi Persæ, regnante Cyro, campestrem, ac mollem capere, id quidem non passus est Cyrus, inquiens & plantarum, & hominum mores & ingenia regionum quoque similitudinem trahere, hoc est, naturale esse, vt in mollibus locis molles homines proueniant. Vnde profectum videtur antiquum adagium, Mores hominum, & plantarum semina ad regionis habitum respondent.* Hinc Vlpian. l. *quod si nolit*, §. *qui mancipia*, ff. de Ædilitio edicto. *Qui mancipia vendunt, nationem cuiusque in venditione* 43. *Mores patriæ respondent.* *Firmic.* *Plut.* *Vlpia.*

pronunciare

pronunciare debent. Plerumque enim natio serui aut prouocat, aut deterret emptionem. Idcircò interest nostra scire nationem; præsumptum etenim est, quosdam seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamatæ; quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Porrò Concilium Nannetен. citatum *C. si quando* decernit ordinãdorum patriam quæsitari, *Vt proinde sciatur, quibus ipsi sint moribus imbuti.* Legi apud Iob, *Ecce Behemoth; fortitudo eius in lumbis eius, &c.* Causam autem tantæ reddens turpitudinis, adiicit Textus, *Sub vmbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus.* cap. 40. Ex loci etenim patrij qualitate mores trahebat. D. Gregor. 33. Mor. c. 5. *Loca humentia, in quibus Behemoth dormit, sunt voluptuosa, & luxuriosa.*

Concil. Nann. — Iob 40. — Gregor.

44. Nazareth laudes. Isidor. Hieron.

Quænam ciuitas Nazareth? Optimam, feracem, fructibus fœcundam, homines candidiores progignentem Isidor. 14. Ethi. c. 3. affirmat. Cãpos latissimos tradit Hieron. epist. ad Eust. Quid quod terræ proprietates vel ipsius nominis significatio recolet? *Nazareth* quidem idem ac *Flos*, adnotante eodem Hieron. epist. ad Marc. & *Custodia florida*, aut *virgultum*, authore Bernard. epist. ad milit. temp. vel *separatio* doctore Salmer. de Salu. infan. tract. 4. Item *Sanctitas*, *Consecratio*, *Vnctio*, *Munditia*, vt aduertit non infimæ notæ modernus. Denique *Flos virtutum* interpretatur. Vnde Hieron. congruentiam inuenit, cur Christus fuerit in Nazareth nutritus? *Hic est Iesus Propheta à Nazareth, quia ibi educatus fuerat, vt flos campi nutriretur in flore virtutum.*

45. Ex florida Nazareth florida Maria. Cant. 4. Hugo.

Profectò ex florida patria, ex terrà sanctitate conspicua, tot benedictionibus redundante quid nisi sanctissima floridàque Virgo nasceretur? *Tota* (inquit Sponsus) *Pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Cant 4 Vbi Hugo Vict. *Maria pulchra in corpore, pulchra in mente, corpore decora, mente syncera*; quia ex Nazareth candidiores homines progignente, quid nisi candida synceritas emanaret? Num Nazareth æthera complet suauitate? Maria virtutum suauissimum spargit odorem. *In plateis sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.* Eccl. 24. D. Ambr. l. 1. de Virg. *Beatissima*, ait, *Virgò fuit sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij; quia multis erat repleta virtutum odoribus; & sic ex ea flagrabat suauissimus odor etiam spiritibus Angelicis.* Et Hieron. serm. de Assum. *Verè hortus deliciarum beata Virgo, in quo consita sunt omnium florum genera, & odoramenta virtutum.* August denique, *Virgo est flos campi de qua ortum est speciosum lilium conuallium, quo deletur & culpa.* Quid Mariæ augustius posset excogitari, si floris campi appellatione insignitur, qua se signauit Sponsus, *Ego flos campi*? Nec enim satis Mariani floris præstantia exprimeretur, nisi filij imaginem exprimeret. Quòd si Nazareth *Sanctitas*, ac *segregatum Deo* sonat, conuenit testante Salmerone citat. *Maria sanctissima ab omni re profana, a peccato præcipuè etiam originis segregata, diuinòque cultui mancipata appellatio.*

Eccl. 24. — Ambros. — Hieron. — August.

46. Aliqualem Maria à Nazareth patria decorem accepit? O quàm à tanta Ciue nobilitata caput extollit! Numnon è ciuium præstantia ciuitates decorantur? Aristippi confirmat exemplum. Nam cùm Dionysius (Laërt. autore) *in Aristippum indignatus illum extremum omnium fecisset accumbere: ille, Illustrem, inquit, hunc locum fieri, & apparere voluisti.* Et Agesilaus adbuc puer, sed rex prolatus in Gymnicorum ludorum celebratione, loco parum honorifico à magistro chori collocatur, fertur profudisse, *Benè sanè est* (cum Plutarch. loquor in Apop.) *Ostendam, non loca viris, sed viros locis dignitatem conciliare.* Si viri illustris exigua commoratio cuicumque vel nouissimo loco tantùm exhibet ornamenti, quidnam patriæ natiuitas illustris, mirabilis educatio, commoratio, ac conuersatio æterna? Specialiter circa argumentum scribit Galenus in Exhort. ad bonas art. Anacharsum, cùm esset genere Barbarus, à quodam exprobratum, quòd esset Scytha, respondisse, *Mihi quidem patria dedecori est, tu [illegible] patriæ.* Viri enim aut famam, aut vitiis patriam obscurant, aut virtute efficiunt fulgurare. Annon Iudith victricem concti acclamarunt ciues, *Vna voce dicentes, Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri.* cap. 5 Quid motor Canisium elegãter testimonium hoc Deiparæ aptantem in mei argumenti confirmationem? *Hæc sancta* (inquit l. 1. de Virg. c. 2.) *Et seculis omnibus celebrata Iudith Maria scilicet eleganti aspectu prædita, & decora nimis, quasi superbissimum caput amputat Holophernis, de qua propriè dixeris, quòd de illa miranda victrice gratus Dei populus prædicabat, Tu honorificentia populi nostri.*

Nazareth à Deipara illustrata mirificè. Laert. — Plutar. — Iud. 5. — Canis.

Annon propter tantam ciuem vrbs paruula totius Galilææ, quæ *Rota* interpretatur, imò apsis totius rotæ orbis obtinuit principatum? Hinc equidem Nazareth *Coronata* simul exponitur, orbis regina veneratur. Exig[illegible]am Hieronymi laus epist. 17. ad Marcel. [illegible]mus *ad Nazareth, & iuxta interpretationem [illegible] nominis eius florem videbimus Galilææ.* Florem dixeris vniuersi, si ex Maria Christus huiusce floris fructus exstitit, fante Bernard. serm. ad mil. tem. c. 7. *Cernitur & Nazareth, quæ interpretatur Flos, in qua is, qui natus in Bethlehem, erat tanquam fructus in flore coalescens.* Et floris fragrantiam, & pulchritudinem admiratus Nathanael proclamat, *A Nazareth potest aliquid boni esse.* Ioan. 1. Proh ciuitatula, cuius in conspectu iam Roma tugurium? *Nazareth* (inquit Bernard.) *interpretatur Flos, senserat hunc florem Nathanael quod super omnia aromata suauè redoleret. Vnde aiebat. A Nazareth potest aliquid boni esse? Mira illius admodum suauitatis respersione delectatus, haustique boni odoris factus saporis auidior, odore ipso duce, ad fructum vsque sine mora peruenire curauit.* Vulgaris equidem comparatio orbis caput Nazareth constituere, si tanta ciuitas patria Mariæ appositè *segregata* nuncupatur, quia sæculo humili prorsus minimè comparanda est, quæ instar paradisi deliciarum Domino consecratur. Vnde Andreas Ierosol. *Nazareth*, inquit, *Edem hortumamnulata, ipsius Edem [illegible] sinu suo complectitur.* Proh paradisus melioris Adami domicilium!

Hieronym. — Bernard. — Ioan. 1. — Bernard. — Andr. Ierosol.

lium ! Constat hinc mores sæpè Patriæ respondere.

OBSERVATIO III.

Cur tam serus ex Ioachimo & Anna Mariæ exortus ?

Vbi commendo vtilia Miracula : Vberes gratiæ fœtus : Orationem rebus difficilibus præmittendam : Cælestia munera desideranda.



47. *Maria non libidinis fœtus, sed gratiæ.* Hieronym.

IGINTI annos Parentes Virginis sine liberis coniuges extitêre, cuius Doctores plures exhibent rationes. Nónne Maria gratiæ fœtus, non libidinis ? Id ergo sterilitas præcurrens affirmabat. D. Hier. *Cum alicuius vterum claudit Deus, ad hoc facit, vt mirabilius denuo aperiat, & non libidinis esse quod nascitur ; sed diuini muneris cognoscatur.* Adde inde magnã futuram Mariam, prædicari, factum scilicet totum gratiæ adscribendum potiùs quàm naturæ. Confirmo ex Ioanne sterilitatis quidem fructu opimo. *Diuinitus procuratum est,* (loquor cũ Beda) *vt ex sterili matre, & vtroque parente prouectioris ætatis Ioannes nasceretur, quatenus etiam ortus eius miraculo patesceret, virum magnæ virtutis futurum esse, qui nascebatur, vbi desinenti omni concupiscentia carnali, constaret quia nulla in conceptione causa voluptatis, sed sola cognita fuit spiritualis gratia prolis.* Hanc innuisse sat, vberiùs ad reliqua. (Beda.)

CAPVT I.

Oportuit Deiparam viam miraculorum sternere.

48. *Maria vtilium miraculorum parenti exoritur.* Damasc.

REquirit Dam. orat. 1. de Nat. Virg. *Quid est cur Virgo ex sterili matre orta sit ?* Et respondet, *Quoniam scilicet oportebat, vt ad id, quod sub sole nouum erat, ac miraculorum omnium caput, id est, ad incarnationem via per miracula sterneretur.* Dixerim miraculo Mariam exortam, & mirabilibus innumeris stipatam & cõceptam esse & prodiisse, vt mater futura vtilium salutariúmque hominibus miraculorum ostenderetur. Vnde idem Damasc. *miraculorũ abyssum* in ipsius Puellulæ natalibus agnouit. D. Anselm. de Excellen. Virg. c. 2. *Illud,* ait, *cõiscio apud me natiuitatem Deiparæ magna quædam, atque miranda diuinorum signorum indicia præcurrisse. Quæ tamen illa fuerint, solus ipse sine scrupulo nouit, qui eam antè quàm nasceretur in matrem elegit. Quod in ea, vt æstimo & non incongruè actum credi potest, quatenus eo maior veneratio fidelium circa eius ortũ exsisteret.* Fulbert. autem de Nat. Mar. *Hæc quidẽ Virgo mater priusquam nasceretur, diuinis est miraculis designata.* Num prodigia hæc hominibus vtilia contigêre. Ita planè. Nec enim *vtilitas est* (loquor cũ Clemente Rom. l. 3. Recog.) *ostendere statuas ambulantes, latrare lapideos canes, &c.* (Anselm. Fulbert. Clemens Romanus.)

49. *Maria sterilitatem terræ* Profectò decimotertio Herodis anno maximæ Galilææ regionẽ calamitates ingruerũt, *siue ea fuit* (inquit Ioseph 15. Ant. c. 12.) *vindicta irati Numinis, siue ita ferebant fata temporum vicissitudines.* Primùm siccitas diuturna obtinuit, inde sterilitas secuta est, ne illis quidem fructibus prouenićtibus, quos sponte sua terra solet offerre. Posteà per inopiã mutata victus ratione, morbi inualuerunt. Anno autem decimoctauo eiusdem Regis, iuxta plurium sententiam, concepta, & exorta Maria ex sterili parente terræ fœcunditatem, hominibus restituit valetudinem. Iosephum audite. *Decimooctauo sui regni anno Herodes eximium illud concepit animo Dei templum denuò constituere. Fertur toto tempore, quo templum extruebatur, nunquam interdiu pluisse, noctu tantum imbribus descendentibus, ne interrumperetur ædificatio.* Maria concipitur ? Maria exoritur iuxta templum ? En nubecula parua Heliæ de mari visa ascendere, quæ vniuersam hominum progeniem imbribus donet, & vbertate repleat. Ioannes Ierosol. de inst. Monach. c. 32. *Per hoc, quod ille puer Heliæ vidit nubeculam paruam oriri, reuelauit Deus Heliæ, quòd quædam infantula, scilicet beata Maria per illam nubeculam significata, & instar illius nubeculæ per humilitatem paruula nasceretur.* (*ablegauit.* Iosephus. Ioan. Ierosol.)

50. *Ex nascitura Maria vi probatica Piscina sanitas impertitur.* Nonnus.

Quid referam Piscinę prodigium à Ioanne celebratum ? *Illic* (Nonnus ait) *effugium erat omnium morborum etsi incurabilium scientiis humanis.* Comperi apud Doctores huiusmodi curationum prærogatiuam nouissimam fuisse, neque anteactis seculis cognitam : non casu illam contigisse, sed Deo miraculosè disponente in eximiæ loci illius sanctitatis documentum : contemplor eam religionem locum illum non traxisse à templo, extra quod sita piscina ? nec ab alio Dei beneficio, quod vel ex Scriptura, vel Patribus innotescat : scio ibi natam Deiparam, vt dulcissimum diuinæ pignus charitatis : nulla igitur ratio, vel occasio, vel miraculi origo verosimilior, quàm Virginis exortus. Quid, ô lacrymarum vallis habitatores, vocem querelarum extollitis ? Fœminam non habemus piscinam vtrique curationum. *Tollite vocem, seu querelas auferte,* (loquor cum Dam. orat. 1. de Nat. Mar.) *Quoniam nata est nobis Dei Mater in sancta Probatica.* An in illa (vt verbis Basilij Seleu. orat. 31. vtar) *densissima miracula, curationum maria* ? In hac equidem curationum Maria. Hîc *Verbum Dei* (Paulin. Epist. 12.) *spissatur, auaritia lepram, inuidia ferruginem, intemperantia cæcitatem, iracundia phrenesim, & luxuria paralysim depellens.* (77. Damasc. Paulin.)

51. *Fluminis Sabbatici prodigium Maria facile celebrans.* Psalm 113.

Mirum planè quod circa Mariæ tempora natalitij, aut conceptionis, flumen, quod ideo Sabbaticum appellatum, Sabbatis vniuersis aruisse, reliquis hebdomadæ diebus decurrentibus vndis. Annon id quia facies Deiparæ rutilabat, cuius ope cunctæ creaturæ iugum seruitutis excutiebant ? *In exitu Israel de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro, mare vidit, & fugit, & Iordanis cõuersus est retrorsũ.* Ps. 113. Quid tibi Iordanis, Sabbaticum flumen, quòd cõuersus es retrorsú, quòd singulis sabbatis arescis ? Certè quia aduentante Maria facies Domini Dominæque rutilabat, cuius triumpho vniuersæ creaturæ captiuitatis antiquæ vincula perfringebant. Quã pulchrè D. Anselm. de Excel. Virg. c. 10. *Ingerebatur operibus Dei contumeliosa quadam oppressio, nempe illo seruiebant,*

feruiebant, propter quem se nequaquam iustitia sciebant, at obsequium quippe iusti hominis condita fuerant. Durauit hac in rerum substantiis iniuria, quousque venit in carnem illa, de qua loquimur, Virgo Maria. Si cuncta creata per Mariam *contumeliosa iugam* (vti subdit Pater) *seruitutis* exeuriunt, quid mirum in exitu operum Dei de Ægypto flumen sabbaricum instar Iordanis, conuerti retrorsum? Quid plura? Multa apud authores leges, quæ cùm in natalem Christi coniiciantur, paulò antè ortum Virginis accidère, eam vtique prænunciantes, quæ *miraculum miraculorum fuit*, sic eam vocitat Bernardinus Sen. serm. 61. a. t. & anthore Bernardo serm. 2. de Assump. *ipsis Angelis locus miraculum.*

Bernard. Senen. Bernard.

CAPVT II.

Ex sterilitate Parentum, Mariæ sanctitas, & gratia innotescit.

52. *Ex sterili parente exorti reliquos extollùere.* Genes. 18.

ILli profectò inter cæteros homioes sunt habiti singulares, quos Deus ex sterilibus parentibus supra vires naturæ fecit oriri. Isaac de sterili Sara natus familiæ benedictionibus cumulandę caput exurgit. Gen. 18. Iacob & Esau ex Rebecca sterili in Amalechitarũ, Idumæorum, ac Israëlitarum electi sunt Principes. Ioseph iosucundæ Rachelis filius ad Ægyptiorũ regnũ administrandum vocatus, famis ablegauit iniurias. Gen. 30. & 45. Samuël proles Annæ sterilis Propheta sublimis exotitur. 1. Reg. 1. Sampson denique sterilis parẽtis soboles Philisthũm potentiã concussit. Iud. 13. Beda ad hæc hom. 1. in Luc. *Isaac, Iacob, Ioseph, Samuel, Sampson steriles diu corpore, sed fœcundas semper virtutibus habuère genitrices; vt miraculo natiuitatis natorũ dignitas nosceretur. Et probarẽtur sublimes in vita futuri, qui in ipso vita exortu conditionis humana iura transcenderent.*

Gen. 30, & 45. 1. Reg. 1. Iud. 13. Beda.

53. *Hi Dominũ præsignarunt.*

Quid ni non solùm cæteris sublimes, sed & singularibus gestis Christi Domini præsignarint aduẽtũ? Porrò Isaac domus paternæ lætitia legis gratiæ expressit natalitiũ. Iacob Iesu, Ecclesiæque nuptias depinxit Ioseph Eucharisticam præsentauit abundantiam. Samuël Christi stabile regoum prædixit. Sampson suffixi cruci victorias prælibauit. Rupertus ad Mat. c. 1. *Qui ex sterilibus nati fuerũt, magni fuerunt, & in plerisque factis suis admirabiles quasdam similitudines Domini probuerunt.*

54. *Imò sancti ex pueritia.*

Parum esset & reliquos superauisse temporario incremẽto, & Dominica gesta pręsignasse, si non sanctitate plerúmque fulgidi fuissent. Si Sampsonis pœnitudinem contemplari nõ lubeat. Isaaci, Iacobi, Iosephi, Samuëlisque sanctitudinẽ laudibus extollere necessum est. Annon hi ex sterilitatis spinis pulcherrimi flores? D. Cyrillus Ierosol. orat. de Occur. Dom. *Samuel, & Isaac, & Iacob. & Ioseph è sterilibus præter spem orti, vocati sunt sancti.* Ac si diceret: Ideo vicit sterilitatis iura Deus, vt prolis sanctitatem innueret. Et Origen. hom. 12. in Gen. *Post sterilitatem omnes* (scilicet Sara, Rebecca, Rachel, Anna) *Sanctum ediderunt partum.*

Cyril. Ierosol. Origen.

55. *Sic Baptista.*

Vnus sit tibi Ioannes Baptista in documentum. Sterilitatis fœcundissimæ fructus ille magnus apparuit, & cunctis celsior. *Inter natos quippe mulierum non surrexit maior Ioanne: &* Dominici verbo ac gestis præcursor aduẽtus & virginitatis, ac martyrij, reliquarúmque virtutum gloria condecoratus, Beda facit; *Diuinitus procuratum est, vt ex sterili Ioannes nasceretur, vt patefieret magna virtutis futurum, qui nascebatur.* Beda.

56. *Hi ortum Mariæ præsignarunt.*

En Dei parentis causa. Ex sterili nascitur, vt & benedicta præ mulieribus cunctis, & Spiritus sancti donis plena, & non Nati typus, sed Mater exsurgat. D. Hier. de ortu Virg. sic profatur. *Crede* (Gabriël sic ad Ioachimum) *dilatos diu conceptus, & steriles partus mirabiliores esse solere. Spiritu sancto replebitur benedicta inter fœminas Maria, adhuc ex vtero matris sua, & atate procedente, sicut ipsa mirabiliter ex sterili nascetur. ita incomparabiliter virgo generabit.* Hieronym.

57. *Maria si non ex virgine matre, saltem ex sterili orta est.*

Adde non decuisse Mariam à virgine generari, huiusmodi priuilegio Dei solo filio potituro; sed neque debuisse communiter à fœcũdi edi natura. Quare si nõ à virgine editur, ab sterili paritur, quæ quidem virginitatis gloriã imitata. Audiendus Antipater apud Metaph. Iunij 24. *Inter autem sterilem & virginem nihil est intermedium, quod attinet ad pariendum.* Annon virginitas sterilis, quæ non parit? Christus igitur ab sterili virginitate nasciturus, Mariam voluit à senectute sterili generari. Bellè Rupertus ad c. 1. Mat. *Christus de virginitate nasciturus, quæ naturaliter sterilis est, & nõ parit.* Nũnon sic via ad Christi mirabilem natiuitatẽ sternebatur? D. Ambr. l. 6. in Luc. c. 8. *Paritura sterilis indicatur, vt conceptura Virgo credatur.* Igitur *Maria* (loquor cum Germ. orat. de Nat. Mar.) *omnium sterilium exempla supergressa, omne punctum tulit.* Id est, conceptus ab sterili genitrice laudationis punctum & apicem complectitur vniuersum.

Antip. Ruper. Ambros. German.

58. *Serior magnus Annæ fructus.*

Arbores quidem vberioribus ac dignioribus fructibus stipandi non mox ab exortu maturant ad partũ; sed longo tẽporis interstitio iugẽ præcoquunt abundantiã. De spirituali germine Dauid. *Erit tanquã lignũ, quod plantatum est secus decursus aquarũ, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Ps. 1. Tẽpus aliud mali, aliud oliuæ, aliud palmæ. Huius longè præcelsior fructus post longioris temporis expectatur instantiam. Huc ades *Palma exaltata in Cades!* Mariæ parens, cuius tẽpus proferendi fructus differtur, vt tota simul oriretur vbertas. D. Petrus Chrys. ser. 89. *Sterilitas ista non erat maledicta, sed mystica, in qua partus non ablatus est, sed dilatus; nec erat pignori clausa, sed tempori. Colebatur tẽpore, virtute ferebatur, maturabatur atate, senectute crescebat, vt in filia singulari tota fœcunditas pensaretur: quando in vna nascebatur numerositas congesta virtutum. Beata sterilitas, qua vnum seruabatur ad partum.*

Psal. 1. Chrysol.

59. *Bonorum sterilitas per Mariam aufertur.*

Proh huiusce partus vberrimi fructus! Dam. orat. 1. de Nat. Mar. profatur. *Humana sterilitatis depulsionem celebremus quã sã quidem bonorum sterilitas, ac mutilatio à nobis sublata est.* Et orat. 1. de dormit. *Sterilitatis depulsio apertissime indicabat fore, vt bonorum sterilitas, qua mundus laborabat, submoueretur, arcanaque beatitudinis seges produceretur.* Iam per Mariam bonorum cælestium seges abundat. Damasc.

60. *Partum erat natura gratia factum expectauit.*

Et quidẽ simul cũ Anna gratia erat paritura mater Sion filiorũ vbertate mirabilis. At natura expectauit, quousq; gratia tãtũ fœtũ maturaret

taret ad portum. Nec [illegible] vbertas parua fit temporis instantia [illegible] emplatus id D. Dam. citat ait. *Natura gratiam cessit, ac tremula stat, progredi non sustinens. Quoniam vtique futurum erat, vt Dei genitrix Virgo ex Anna oriretur, natura gratiæ fœtum antecurrere minime ausa est: verum tantisper expectauit, dum gratia fructum suum produxisset.* Et vndenam tam reuerens natura, nisi quia ex partu gratiæ, bonorum sterilitate ablegata, deperditam resumebat stolam.

61. *Deus ab æterno Mariam parturiebat.* Certè virgineus fœtus tātus est, vt gratia ab æterno quasi parturiens semper grauida Annæ festinaret ad partum. *Ante omnes colles* (ait Maria) *ego parturiebar*. Eccl. 24. De Maria prodigioso Diuinitatis partu D. Bernard. serm. 29. in Cant. inquit. *Et peret mater charitatem, cuius Pater est charitas Deus parturiens.* Expectauit itaque natura donec gratia tantum fœtum disponeret emittendum in lucem.

62. *Anna gratia vicario a parte Deiparā.* Iam verò postquam gratia in vtero habens decreuit Annam, quæ *Gratia* sonat, partus vicariam constituere, adhuc sterilitate præmissa, expectatur exilium omninò naturæ, vt Anna gratiæ aptiùs referret imaginem. Chrysolog. ser. 91. de Elisabeth Ioannis parēte profabatur; *Partus non est ablatus, sed dilatus, donec ira si et tempus carnis, voluptatis causa, cupiditatis sensus. Mundabatur enim longo tempore sanctitatis hospitium. Demque vbi tota corporis fœda a querela est, & in totum facti sunt sine querela: mox sterilitas fugit, emarcescit senectus, fides concipit, parit castitas.* Id quod Virginis parentibus haud difficilè aptabis.

Chrysol.

CAPVT III.

Ex sterili Gratia Deipara editur precum filia pro hominibus oratura.

63. *Anna seu gratia Deipara virtus in Mariam oritur.* PRæmitto Damascenum orat. 1. de Dorm. Mar. fantem. *Anna, quæ gratiam sonat, non minùs moribus, quam matrimonij iugo cum Ioachim copulata erat. Verùm quamuis omnium virtutum genere floreret: tamen arca a quadā ratione sterilitatis morbo tenebatur. Etenim sterilis vere gratia erat, vt quæ in animis hominum fructum edere minime posset.* Anna itaque, seu gratia, omnium virtutum genere florens, sterilitate depulsa, vnam Deiparam euiritur: vt gratiæ ac virtutum ipsa Nata parētis referret imaginem. Verùm Anna seu gratia exigente sterilitatis opprobrio, huiuscemodi virtutibus condecorata fuit, quæ quidem maximè Dei decebant genitricem.

Damasc.

64. *Anna preces effudit sterilitatis pressa morbo.* In primis ergo Maria precum extitit filia, vt nostras faciliùs preces exaudiret. Vtiliùs pretiosus quàm Samuelis parēs Anna sterilitatis opprobrio pressa, Anna Mariæ mater preces effudit. Nyssenus orat. de Nat. Christi. *Anna imitata, quod de matre Samuelis scriptum est, in Sanctum sanctorum accedit, & supplex Deum orat, ne se Legis benedictione sinat excidere, cùm nihil vnquam admiserit cōtra Legem.* D. Epiph. hær. 78. *Maria ex Ioachim donata est Annæ, quæ per preces patri, & matri donata est.* Cōtestatur Hieron.

Nyssen.

Epiph.

Hieronym.

65. *Rebecca & Rachel effusis precibus fœcundantur.* Illustra ex simili Isaaci prece, vti Rebeccæ ager post transactos viginti sterilitatis annos fœcundaretur. *Deprecatusque est Isaac pro vxore sua, eo quòd esset sterilis, qui exaudiuit eam,* (simul exorātē,) *deditque conceptum Rebeccæ.* Gen. 25. Ad quæ D. Chrys. *Manifestum est, quòd annis viginti Isaac se fatigauerit orans pro Rebeccæ fœcunditate. Hunc omnes imitemur, & precibus ita simus assidui. Fortassis enim Dominus continuam nostram sedulitatem blanda arte inducens ita differt, vt mercedē quoque patientiæ assequamur.* Quid memorem Rachelem precibus mancam naturam corrigentem? *Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eā, & cōcepit.* Gen. 30. Quod ponderans Lipomanus, ait. *Potuit ante filios desiderare Rachel dudum: sed eos a Deo obtinere non potuit, antè quam oraret.* Haud aliter Parentes Mariæ precibus sterilitatem ablegarunt.

Gen. 25.

Chrysost.

Gen. 30.

Lipom.

O quàm efficax eorum oratio, perpeti comitāte ieiunij volatu ad cælos ascēdente! Cōstat ex Germano quadraginta dies operā dando precibus expleuisse apud Ierosolymæ mōtana. Quid non oratio pennis ieiunij deferretur? En Moyses pensatus. *Perseuerans in montibus quadraginta diebus & noctibus, aquam non bibēs.* Deut. 9. Exorauit prorsus illicò dono cœlesti profuso. *Nam oratio ieiunans* (ait Chrys. hom. 71. ad Popul.) *binas, obtinet alas, quibus ventos ipsos volando prætergreditur.* 66. *Orationi ieiunium addit alas.*

Deuter. 9.

Filiæ igitur precum Mariæ adnatū pro hominibus continuò exorare. Quod planè argumentum piè admodū à Richardo Laurēt. l. 2. de laud. Virg. sic illustratur. *Assidue exoranda est à nobis Maria, quia assidue exorat pro nobis. Hæc est enim fratrum amatrix, & populi Israel, hoc est Christianorum. Hoc est, quæ multum orat pro populo, sicut legimus de Ierem. 2. Mac. 15. Ipsa est Bersabee, id est, puteus salutaris, quæ peperit Christum, quæ pro nobis impetrat a vero Dauid, id est, Deo Patre, filiis suis regnum Israel, id est, visionis æternæ, sicut legitur 3. Reg. quod ipsa impetrauit Salomoni filio suo regnum.* 67. *Maria adnatum, pro homini ibus exorare.*

Richard. Laurent.

Cur existimas primam pro homine orationem à Deipara profusam? Quia orationis filiæ adnatū, quasi nō edoctam exorare, vti pro nobis exoret & nos edoceat preces profundere. Apud nuptias Chanæ; *Fili, vinum non habent.* Ioā. 2. Id quod ex Apoc. 12. testimonio sic cōfirmat Laurent. *Maria est os nostrum, quia assiduè pro nobis interpellat filia vtique deprecationis. Vnde Apoc. 12. terra, id est, Maria aperuit os suum, ad filium exorandum pro muliere, id est, anima, quam serpens Diabolus infestabat. Et ipsa est, quæ primò legitur in nouo Testamento pro homine exorasse, dicens:* Vinum non habēt. *Nā vt Christus veritatis filius, ad hoc natus, vt primus testimonium perhibeat veritati:* Sic Deipara *filia deprecationis in hoc nata vt non edocta* (sic liceat fari) *preces effundat.* Habes ex præfatis orationem efficacissimam, præcipuè cum ieiunio copulatur: filiósque ea faciliùs exequi, quæ à parentibus ebiberunt. 68. *Maria deprecationum filia in hoc nata vt preces pro hominibus profundat.*

Richard.

CAPVT IV.

Maria diu à parentibus desiderata sterilibus est, vt futura appareat vnicum hominum desiderium.

TAndiu & parentibus & orbi dilata Mariæ conditio, quòd vellet eam Deus desiderabilem nobis prædicare. *Nihil Ioachimo & Annæ Maria nisi desiderium erat,* vt cum Nysseno loquar. O quamdiu desiderata, quotiens per ardentia desideria fuerit expetita, *quæ ex Ioachim donata est Annæ* (ait 69. *Parentum Maria desiderio.*

(ait Epiph. Hær. 78.) *per omne desiderium!*

Tanta certè Maria, vt inepta hominum
70. natura tanto muneri capiendo, nisi sese per desideria dilataret. Dauid de Eucharistico pane locutus. *Dilata os tuum, & implebo illud.* Augustin. *Quantum desiderio dilataueris, tantum accipies.* Tete per desiderium dilatare cura, vt Mariæ ingenti munere opplearis. Quasi penes te sit capiendi potestas. Audiendus idē Doctor in epist. 1. Ioan. tract. 4. *Sicut si velis implere aliquem sinum, & nosti, quòd magnum est, quod dabitur, extendis sinum vel sacci, vel vteris: sic Deus differendo extendit desiderium, desiderando extendit animum, extendendo facit capaciorem. Videte Paulum extendentem sinum, vt possit capere quod venturum est. In ea autem quæ antè sunt, extendens meipsum. Extentum se dicit, & secundum intentionem sequi se dicit. Maiorem se sentiebat ad capiendum, quod oculus non vidit.* Igitur vt capacior redderetur Apostolus ad gloriæ immensum pondus quasi per desiderium se extendebat.

Inepta natura tanto muneri capido, nisi per desideria dilataretur.

Doni à parentibus sanctissimis Mariæ accepti quis poterit immensitatem verbis æquare?
71. Anoon *Mariam fecit Dominus* (verbis vtor D. Thom. opusc. de Charit.) *bonitatis suæ infinitam imaginem:* Quid mirum tot annorum millibus desiderante natura, Ioachimo & Anna diuturna cupiditate, incredibili mentis affectu expetentibus, fœminæ quodammodo infinitæ fuisse locum præparatum? Dilatate, ô sæcula, sinum. Bernardus. *Sicut ad negotium sæculorum omnium respiciunt & qui in cœlo sunt, & qui in terra.* Dilatate Diui. Metrophanes, *O Sanctorum sancta expectatio!* Desiderat Dauid, Damasceno authore; Abraham, ex Bernardo; omnes Patriarchæ, & Prophetæ, ex Sophronio. Quid referam Protoplastorum desideria? D. Vincent. serm. 2. de Nat. Mar. *Reuelauit Deus parentibus primis ab eis processuram Virginem sanctissimam, quæ afferret maius bonum, quàm ipsi perdidissent: quare conceperunt Virginem Mariam ipsam desiderando.*

Immensitas Mariæ replet omnium desiderantium capacitatem. Thomas. Bernard. Metroph. Bernard. Sophro. Vincen.

Num tot desideriorum expectante capacitate tota Virgo à nobis excipitur. Instat Tho-
72. mas. *Hanc Dominus bonitatis suæ infinitam imaginem.* Ergo sola capacitas infinita desideriorum infinito quodammodo muneri sufficit excipiendo. Infinitus igitur Dominus, cuius ipsa infinita imago, desideriis infinitatis feratur in Virginem. D. Athanasius ad Marcel, *Desiderauit Rex, ô Virgo, formam tuam.* Id est, formationem. Quæquidem desideria corde cōcepta ore prophetico exhibebat. Ildeph. de Virg. c. 3. *Spiritus sanctus de illa per Prophetas prædixit.* Hieron Mich. 6. *Maria vaticinium Prophetarum.* Vincent. serm. de Concep. *Virgo Maria in omnibus libris sacræ Scripturæ, & in omnibus Canticis, imò etiam in singulis versibus directè vel indirectè est mysticè contenta.* Sola igitur infinita desiderij capacitas potuit infinitæ certo modo fœminæ commensurari.

Solo desideria infinita excipiebant infinitam quodammodo Mariam. Athan. Ildeph. Hieronym. Vincent.

Obiicis. Si Deus expetiuit Virginis formationem, si muneri penè infinito iam Dei infi-
73. nitus sinus fuerat præparatus; cur Deus munus hoc à nobis expetendum moratus est? Vt à creatura, præmissis desideriis, reciperetur illa, quæ ad ipsius reparationē immittebatur. Desiderant Angeli, *vt euersa* (ait Vincent.) *illorum respublica [...] retur. Nam sancti Angeli conceperunt Virginem in mentibus, per quam eorum ruina repararetur; & inceperunt tripudiare, & facere festum magnum.* Hominum autem sub eadem ratione desideria sic exprimit Ioannes Geomet. hym. 1. *Salue gratia desideriorum iucunda piorum, quæ generis soluis probra scelusque vetus.* Edisce hinc cælestia desiderare munera, ne capacitate exceptura deficiente, è sinu excidat. Nam sicut Eusebius Emisse. hom. 21. de Pasc. dixit: *Non potest beneficium custodire, qui nescit desiderare. Periclitatur munerantis donum, si non inueniat suscipientis affectum.* Geomet. Euseb. Emis.

Ad hunc desiderant creaturæ.

Audi denique quonam modo omnium ex- 74.
pectantium Mariæ exortum capacem expleuit illud donum affectum. *Omnia entia* (loquor cum D. Bernardino Sen. ser. 61.) *vnum ens nobilissimum appetebant, viuentia vnum nobilissimum viuens, sentientia vnum nobilissimum sentiens, conceptiones nobilissimum conceptum, natiuitates optimum nascibile, rationalia singularissimum rationale, spiritualia excellentissimum spirituale, & breuiter omnes creaturæ appetebant vnum quoddam optimum purum creatum. His sic existentibus, promissum est mundo de vna fœmina super omnibus benedicta, quæ vnico suo partu omnibus generibus rerum summam, & vltimam perfectionem adduxit.* Aduerte diligens anima, quòd hæc benedicta puella tantam perfectionem attulit vniuerso, quòd *vlterioris perfectionis* (attende) *non est capax.* Eo Maria tanta puella tanti orbis capacitati omnino sufficiens. Plura ex prædictis obserua documenta. Primum miracula inutilia soli aspectui seruientia haud decere Dei, aut Mariæ munificentiam, quæ quidem vtilibus modis semper miris incumbit. Secundum, quàm vberes sint gratiæ ab æterno grauidæ partus. Tertium, præmittendam orationem ad magna quæque munera recipienda, specialiter quidem ad prolem, quod quidem soliu[s] Cōditoris est munus. Quartum denique, cælestia munera (vti innuimus) desideranda, vt accipiantur, si desideria excepturam capacitatem debet adstruere.

Explet omnium desideria vna Maria. Bern. Senen.

Miracula vtilia. Vberes gratiæ fœtus. Oratio in rebus difficilibus præmittenda. Cælestia munera desideranda.

OBSERVATIO IV.

Maria ex sterilibus parentibus lacrymarum germen suauissima hominibus profertur.

Vbi de salutari profluuio lacrymarum.

ARIDAM Annæ terram D. Germanus descripsit, quæ vbi conquesta est, se non producentem filios vterum accepisse, addit habuisse se *vbera arida,* & 75.
quæ lactare non possent infantem. Annon lacrymarum imbre arida irriganda ad germinum productionem? Origenes in suo, planctu. *Moueantur fontes lacrymarum, fluant super terram, & humectent eam.* Petrus Cellen. de Panib. cap. 2. *Lacrymæ humectant arida,* Anastasius Syoaïta lib. 10. *Mortua & arida arbor lacrymæ aqua irrigata statim germinabit.*

Lacryma arida fecūdāt. Orig. Abbas. Synai.

Miraret, si tā generosa Mariæ plāta nō priùs in paterno solo lacrymis fuisset saturanda, quā

à

à supremo agricola sereretur. Eccles. 24. Maria Cedrus, Cypressus, Palma, Oliua, Platanus, Cinnamomum, Balsamum, Myrrha, Libanus, Terebinthus & Vitis nominatur. Irrigatur arida lachrymarum profluuio, & Marianum germen vel spiritibus cœlestibus admirabile exsurgit. Vti in simili D. Ephrem de compunct. *O lacrymarum virtutem, quando quidem & vniuersa virtutes etiam potestatem admirantur. Quæ est ista quæ ascendit sicut virgula?* Quid si non quasi virgula, nec sicut virga Iesse, sed sicut vniuersa paradisi ligna germinaos ostendatur.

Eccles. 24.
Ephrem.

77. Arida olim Anna lacrymarum profusione fœconda protulit Samuëlem, huiusmodi irrigationis potentia arborem proceritate mirabili fulgidam. D. Chrysost. hom. de Anna. *Fontes lacrymarum irrigantes faciunt in summam altitudinem excurrere.* Quàm desiderabilis vnius aspectus Samuelis? sed quàm mirabilis ex profluoio lacrymarum Mariæ vniuersi agri pompæ, paradisi germinis vniversi productio.

Samuël arbor ex lacrymis, quid Maria?
1. Reg. 1.

78. Sed quisnam mundo fructus ex Maria, filia lacrymarum? Profectò quasi à natura edocta cōtinuò deflet hominum crimina. Et quidem ipse Spiritus Paracletus columba est gemens, & inenarrabilibus non dedignatur gemitibus seipsum placabilem hominibus reddere. Prob Mariani oculi! Clamat Sponsus. *Oculi tui columbarum.* Can 4 cur non oculi vnius columbæ? Quia Dei parentis pietas Iesum columbam adducit, vt defleat hominum iniquitates. Nam quia ipsa non potest abluere crimina, diuinis lacrymis abluenda, lacrymas ipsa profundit, vt deploraturum simul alliciat Sponsum. Egregiè Richardus Laur. lib. 2. *Oculi tui columbarum misericordes praabundantia lacrymarum, vt adiunctis lacrymis Mariæ fletui Iesu* (de quo Paulus, *cum lacrymis, & clamore valido*) *tolleretur squaliditas animarum.*

Quasi à natura edocta Virgo deflet hominum crimina alliciens Iesu lacrymas.
Cant. 4.
Richard.

79. Rursum Sponsus. *Oculi tui quasi Piscina in Hesebon.* Cant. 7. Non in singulari. *Piscina*, sed *Piscina* Virginis oculi vocitantur, vt ex vtriusque sponsi lacrymarum profluuio ægrotantium hominum crimina diluantur. Respiciés Richardus Probaticam, contemplatúsque nō solum modo quinque porticus, sed & quinque salutaris vndæ riuulos habuisse, sic pulchrè profatur. *Fuerant oculi Mariæ velut Piscina, vt quasi quadruplici irriguo, quod manauit de Christi corpore, sudoris, & fletus, aqua & sanguinis adiunctis lacrymis beata Mariæ quasi quinto loco tolleretur hominum immunditia.* Quid ineffabilius quàm Deiparæ lacrymas Christi & lacrymis, & sanguini immisceri, vt redimendo mundo lauacrum præpareret? Redimuntne Deiparentis lacrymæ? Minimè, sed ad nos alliciunt lacrymas Redemptoris.

Lacrymæ Mariæ Iesu lacrymis, & sanguini commiscentur.
Cant. 7.
Richard.

80. Aiebat Dauid: *Oculi Domini super iustos.* Super peccatores autem iustitiæ & seueritatis, non pietatis, qui quidem specialiter Domini oculi vocitantur. At oculi Mariæ super iustos & peccatores Dei allicit oculos pietatis ad crimina diluenda, dum gemere lacrymarum filia natum edocuit. *Vox turturis audita est in terra nostra.* Cant. 5. Si vnius turtur vocem emittit, quonam modo turturum plurium vox exauditur? Quia turtur Maria filium, imo Spiritum sanctum (qui *gemitibus inenarrabilibus* plorat) quodammodo edocet gemere, vti aiebat Bernardus. *Turtur hæc multos gementes facit.* Do præclarum Richardi citati testimonium. *Oculi olim Domini super iustos. Oculi Dominæ Mariæ super iustos & peccatores.* Hinc Iesus Puer lacrymas profundere, ac super peccatores respicere edocetur, *quia oculi bonæ Matris super Puerum.* Vtilitas hinc lacrymarum apparet, si quemadmodum Maria Iesum, ac Spiritum sanctum excitat ad plorandum, iusti compunctio proximum excitat ad compunctionem.

Quasi docent Filium flere lacrymarum filia.

Ant. de Escobar & Mend. Tom. III.

OBSERVATIO V.

Maria totius sanctitatis filia.

Vbi edoceo vberem retributionem Eleemosynæ, Ieiunij satietatem, mentisque integritatē suadeo.

PARENTES Mariæ sanctitate conspicuos sterilitas reddidit præstantiores, vti Anna valeret inclamare, *ne se legis benedictione sinat excidere, cùm nihil vnquam admiserit contra legem*, vt aiebat Nissen. orat. de Nat. Christi *Nihil* prorsus. An peccata lethalia? *Nihil*, ait, *admisi contra legem.* Vnde existimo Annam & Ioachimum (si alius quisquam in hominum vniuerso genere) nullam etiam leuissimam culpam commisisse. Nam (vti ex sexta Synodo verba desumam) *Nazareni in sanguine purpurati deiecerunt hostem, & cunctum agmen eius hus illúcque disperserunt. Eorum vbique triumphus portabatur in pilo.* Audi Birgittam ser. Ang. de Virg. excel. *Deus vultum similem Ioachimi & Annæ coniugio in omni diuina charitate, & honestate prauidit. Et idcirco ei placuit de hoc sancto Coniugio honestissima sua matris corpus generari.* Omnem igitur in Ioachimo & Anna diuinam charitatem agnoscamus. 81.

Parētū Mariæ sanctitas egregia.
Nissen.
Sexta Synod.
Birgit.

CAPVT I.

Maria filia Eleemosynæ.

PArentes Mariæ eleemosynæ gloria præfulsere, vt sterilitatis tenebras propulsarēt, Angelo canente apud Hieron. *Non in visione mea turberis, ô Ioachim; ego enim sum Angelus Domini missus ab ipso ad te, vt annunciem tibi eleemosynas tuas ascendisse in conspectu Domini. Videns quippe vidit tuum pudorem, & audiuit sterilitatis opprobrium.* Hospitalitatis parentū Mariæ fuit centupla remuneratio. Nec enim semel abolita ex eleemosynæ elargitione sterilitatis macola. 82.

Eleemosyna à parentibus exhibita fuit Mariæ remuneratio.
Hieronym.

Apud Abrahæ tabernaculum olim Trinitas beatissima sub adolescentum peregrinorum adoratur specie. Et cur pauperet abluendi, excipiendi, pascendi Abrahæ domum ingrediūtur Trinitatis sanctissimæ Personæ, & non potiùs sub splendenti amictu tabernaculo adorādæ præsentātur? *Habebis* (inquit Dominus) *filium Sara vxor tua*, quæquidem sterilitate laborabat Gen. 18. Vt autem sterilitas ablegari valeat, adeò confert eleemosyna, vt noluerit Deus prolem Abrahamo promittere, nisi ex præmissæ obiectu hospitalitatis. Blesensis ad hæc, epistola 27. *Hospitalitatis* 83.

Hospitalitas Saram fœcundauit.
Gen. 18.
Blesen.

gratia suscepit Abraham de Sara sene & sterili filium, in quo Dominus benedictionem omnium gentium repromisit.

83. *Hospitalitas relegauit Sunamitidi opprobrium sterilitatis.* 4.Reg.4.

Quid memorem Sunamitidem sine liberis plorantem, quæ quidē ad maritum: *Animaduerto, quod vir sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam. Facta est ergo dies quadam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi.* Quid plura? Mercedē hospitij præparat Elisæus, nec aliud beneficium accommodatius officio eleemosynæ apparet, quàm sterilitatis ablegatio. *In tempore isto, in hac eadem hora, habebis in vtero filium.* 4. Reg. 4. Hospitalitatis enim merces sterilitatis delet opprobrium. Idem Blesensis citat. *Hospitalitas Sunamitidis dedit ei filium precibus Elisei.*

Blesen.

84. Editur planè filia eleemosynæ ac hospitalitatis Maria. Vnde mysticè ab Eliezer ex Rebeccæ typo, ex misericordiæ insigni prænoscitur. Gen. 24. Adest puella desiderabilis, hydriam portat, aquam exhaurit, viro ac camelis potum largiter exhibet. Richardus Laurent l. 2. Ipsa enim Rebecca, quæ de hydria sua potauit Eliezer, & camelos. Deuotè ergo seruias, ô pauper, matri pietatis, & cibabit te pane vitæ & aqua salutari potabit te. Edocta enim subuenit à natura.

Capvt II.

Filia ieiunij Deipara.

85. *Proles ex ieiunio.* Chrysol. Tertul.

Illi ieiunio instituto sterilitatem relegare nituntur. *Ac prementes* (verbis vtor Chrysol. ser. 7.) *ieiunij aratrum, abscindentesque gulæ gramina*, suauissimum Mariæ fructum protulerunt. Tertul. adul. Psyc. c. 7. *Natura mutationem ieiuniis de Deo merebantur.*

86. *Anna ex ieiunio fœcundata.* Germ. Tertul.

Beata Anna ieiunio munita coniugis sic abstinentiam apud D. German. prędicauit. *Meus coniux Ioachim cum esset solus in monte, & ieiunaret quadraginta dies, eadem à Deo supplex petebat.* Dum igitur ieiunium Annæ vires corporeas frangebat, ad habendam sobolem viuificabat. *Impetrauitque* (Tertullian. sic) *facilè à Deo inanem filio ventrem implere.*

87. *Maria est illius ieiunij promissa saturitas.* Matth. 8. Strabus. Hieronym.

Hinc exsurgit Maria iugis orbi abundantia. *Beati qui esuriunt*, (inquit Dominus) *quoniam ipsi saturabuntur.* Mat. 8. Filia ieiunij Maria non solùm parentes, sed & cunctos homines oppleuit abundantia bonorum. Strabus in Luc. 1. apud Albertum Mag. c. 162. super *Missus. Elisabeth quæ interpretatur Dei mei saturitas Mariam significat.* Satietate omnium bonorum apud paradisum homo ob saturitatem vetitam priuatur; nec enim *abundantia beatitudinis* (Hieronym. lib. 2. adu. Iouin.) *absque abstinentia cibi potuit dedicari.* Parentum Virginis ieiunium omnium bonorum abondantiam, Dei nempe sui saturitatem accepit, dum Mariæ non solùm paradisi satietate, sed ipso paradiso donantur.

88. *Abundantia Maria Filij abundantiā imitatur.*

Quid præcinebat Isaac? *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Gen. 26. Ad quæ Richardus Lauren. lib. 8. *Ager plenus Maria gratia plena.* Tam plenos equidem ager, vt quodammodo nihil florum, seu virtutum redoleat in Christo, quod non traxerit ex Maria. Bellè adiicit Doctor. *Est odor Christi sicut odor agri pleni; quia talem suauitatis odorem emittit Filius, qualis procedit a Matre, de qua dicitur Cant. 4. Odor vnguentorum tuorū super omnia aromata. Delectatus ergo Pater æternus suaueolentia virtutum Filij, in quibus spirat, & redolet odor Matris, inquit: Ecce odor Filij mei sicut odor agri pleni Maria.*

89. *Mons est pinguis & sibi & orbi.* Psal. 67. Richard.

Dei itaque saturitate plena Maria mons est bis pinguis, & sibi, & orbi satiando. *Mons Dei, mons pinguis.* Psal 67. Quia scilicet à Deo vniuersam accepit abundantiam. Laurentius ibidem. *Maria est mons pinguis dulcedine charitatis, adipe deuotionis, vbertate fœcunditatis, oleo misericordiæ, & pietatis, butyro mā̃suetudinis, melle cōtemplationis, crassitudine gratiæ singularis. Et bis dicitur mons pinguis; quia & pro se, & pro omnibus nobis data sunt ei a Deo omnium charismata gratiarum.* Quale ieiunium, cuius tanta saturitas effectus? *Quoniam ipsi saturabuntur.*

Capvt III.

Maria filia castitatis.

90. *Ioachimi & Annæ coniugalis castitas excelluit castitatem Abrahami & Saræ.* Thom.

Enimvero Deipara Castitatis pariter filia. Castitate coniugali Ioachim & Anna fortassè Abrahamum excelluere, de quo D. Th. 2. 2. q. 15 a. 1. 4. *Habuit Abraham animum sic dispositum, vt paratus esset virginitatem seruare, si esset tempori congruum. Ex quo meritum continentiæ coniugalis in ipso æquatur merito continentiæ virginitatis in Ioanne.* Putásne Abrahami castitatem excelluisse parentum Virginis puritatem? Ex Abrahami castitate Isaac Iacobi parens futurus non virgo, sed castus coniux. Ex Anna & Ioachimo Maria Dei futura mater Virgo. Assero igitur Ioachim & Annæ longè cunctos coniuges castitate coniugali excelluisse.

91. *Maria filia castitatis & corpore, & spiritu.* Ephr. Chrys.

Equidem puritate huiusmodi Spiritus sancti parabatur hospitium vt clamare liceat cū D. Ephrem. *O castitas, in manibus haud contemnendas diuitias contines! O castitas præcursor, & cohabitator Spiritus sancti.* D. Chrysost. & corporis, & spiritus sic castitatem definit. *Castitas carnalis est nescire virū aut fœminā. Castitas spiritualis fidelem esse Deo. Et hæc est propriè hyssi thesoria.* Eua genitrix virgo corpore, sed superba animi priuata integritate. Virgines illæ Euangelicæ integritati corporis haud mentis integritatē fatuæ vtique conionxerunt. Mat. 25. At Mater viuentium Maria prudens Virgo & corpore & animo præsentatur. Præclarè Richardus Laurent. l. 4. *Est duplex virginitas, quarum altera claudit, & altera aperit paradisum, quod videre est in Eua & Maria. Eua enim virgo, sed superba, inobediens præcepto Dei, vna de numero virginum fatuarum, imò omnium fatuissima, E contrario Maria Virgo humillima in omnibus se subdens Deo. Vnde vna de prudentum virginum, imo omnium prudentissima.*

Richard.

92. *Maria Porta clausa viro, & Diabolo.* Ezech. 44. Richard.

Ezechiel huiusmodi virginitatis Marianæ gloriam decantauit. *Vir non transibit per eam, eritque clausa Principi.* cap. 44. Transitu viri corporis maculatur integritas, Principis, seu Diaboli gressu spiritus incorruptio violatur. Porta autem Maria & corpore, & spiritu viro, ac Diabolo reclusa. Bellè Richardus citat. *Maria Virgo illibata. Vnde de Porta,*

per

per quam designatur, dicitur: Vir non transibit per eam, id est, maritus suus Ioseph. Et in hoc notatur carnis eius integritas. Sequitur: Eritque clausa Principi, id est, Diabolo, qui dicitur Princeps mundi, Ioan. c. 4. Quia nulli patuit tentationi Diaboli. In hoc ergo, quod dicitur: clausa Principi, perfecta mentis eius munditia commendatur. Et ab hac duplici integritate dicitur Virgo illibata. Sed quid diutiùs immoror? Vniuersa sanctitas in Mariæ parentibus pressis sterilitate illuxit, vt Maria omnis virtutis signifera proderetur, Deo habitaculum paratura. D. Ildephonsus serm. de Purific. *Vexilla omnis virtutis in Maria offulserunt, in qua tota Maiestas Deitatis versatur.* Plura hinc elicis documenta. Primum eleemosynam, & hospitalitatem ad sterilitatem ablegandam conferre. Qui eleemosynam munerat prole, an non diuitiis munerabit? Secundum, ieiunium esse comitem insequentem abundátiam. Tertium, nil conferre corporis integritatem mente non integra, spiritu superbo

Filia omnis sanctitatis Maria. — Ildeph.

SECTIO TERTIA.

Nomen Mariæ.

CONTEXTVS.

NVM. 9. APPELLATVR Maria, quod nomen futurorum gerebat mysterium.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Nomen inditum Infanti.

1. *Quonam die inditum Puellæ nomen?*



OCTAVO die solita inuenimus post natalitium nomina maribus imponi apud Iudæos, cùm ex lege Circuncisionis gladio feriebantur. At fœminis quando imponeretur, dubium. Num octauus etiam dies esset designatus, vt consuetum Romanis legimus apud Plutarchum in Problem. Rom. cap. 102. (Plutar.) An tunc Iudæi nomen fœminis imponebant, cùm loco Circuncisionis legis naturalis eis applicabantur sacramenta, seu oblationes aliquæ, seu fides parentum? Num fortasse sicut maribus post septem dies immunditiei, octauo die, quo circuncidebantur, imponebantur nomina; sic post duas hebdomades, quibus immunda manebat mater iuxta ritum fluxus menstrui (de quo Leu. 12.) ipsis fœminis imponeretur? (*Authoris sententia.*) Existimo statim post natalitium Mariam nominatam puellam, ne tam iucundo nomine vel paruo interstitio orbis priuaretur. Nicephorū sequor, qui lib. 1. cap. 7. inquit. (Niceph.) *Diuino motu ad eam, quam potuerat, gratiam Anna confirmata, atque roborata, postquam puella ex maternis prodiit locis, Mariam eam statim nominauit, anigmaticè latenter acceptam gratiam declarans.*

2. *Anna nomen imposuit.* Illa particula: *Vocauit*, indicat Annam sacrum puellæ nomen indidisse. Quod confirmo ex Nysseno orat. in Nat. Dom. *Quamobrem cum voti compos effecta Anna filiam suscepisset, eam vocauit Mariam, vt ipso etiam nomine testaretur acceptum munus à Deo.*

§. II.

Nominis Mariæ etymologia.

3. *Mariæ nomen* MAriæ nomen Hebræum est & sanè peruetustum, illi quondam inditum Fœminæ, quæ multo ante Vrbem conditam, & primam Olympiadem, adeóque ante Troiam captam, ex Hebræis parentibus Amram, & Iochabed nata puellares tunc annos excessit. Hoc sororis Mosis nominis sono iam tunc prælusit, & adumbrauit Deus venturam aliquando Mariam alteram, virtute præstantem, nulli secundam, quæ huiusce appellationis mysterio satisfaceret. (*altera Maria præsignauit.*)

Potest equidem (Hebraicæ ac Syriacæ inhæreo linguæ) nomen *Maria* deriuari à *Mor*, *myrrha*, & *iam*, *mare*, quasi *Myrrha maris*. D. Epiphan. de Laud. Virg. *Nomen Maria interpretatur Myrrha maris. Myrrham verò, dicet aliquis, de immortalitate, eo quod paritura esset myrrham immortalem in mari, seu in mundo, cui Virgo serenitatem contulit, dum Portum peperit Christum.* Aliter de amaritudine Mariani pelagi interpretor in Panegyrico. 4. *Maria Myrrha maris.* Epiphan.

Deduci item valet *Maria* à *Iarah docere*, *proiicere*, quasi *Doctrix maris*. Idiota sic. *Dicere tibi possumus, Lucerna Domina, id est, Maria, quæ doctrix, & magistra maris interpretatur.* 5. *Doctrix maris.* Idiot.

Vel ducit *Maria* exortum à *Moreh*, *pluuia maris*. Nubes enim optatissima extitit, de qua Vates: *Et nubes pluant iustum.* Huc spectat D. Hieronymi interpretatio *Mariam smyrnam maris* vocitantis. *Maria illuminatrix mea, aut smyrna maris.* 6. *smyrna maris* Hieron.

Aut procedit ex *Min* præpositione, & nomine *Rehem*, quod matricem, vuluam, vterum, aut ventrem significat: & ex nomine Dei *Iah*, ita vt sit compositum quoddam *Mirahmiiah*, & per compendium *Miriah*, id est, *ex vtero meo Deus*. Ita sentire videtur D. Ambrosius fatus. *Speciale Maria Domina hoc nomen inuenit, quod significat: Deus ex ventre, seu genere meo.* Sic ille de Inst. Virg. cap. 5. 7. *Ex vtero meo Deus.* Ambrof.

Præterea *Maria* licet interpretari *Munus à Deo*, de quo Nyssenus Orat. de Nat. *Mater*, 8. *Alia inter-*

pretationes. Nissen Chrysol.

de quo Chrysolog. ser. 146. Ego quidem hærendo genuinæ magis vocabuli significationi quinque etymologias recenseo.

§. III.

Quinque adnoto potissimas Mariæ *nominis significationes.*

9. *Mare amarum.* Ambros. Hieronym.

IN primis, si deducatur *Maria* à *Marar*, quod est, *amarescere*, significat *Mare amarum*. In hunc sensum Ambrosius citat. *Maria Soror Aaron amaritudo maris vocabatur. Venit Dominus in amaritudinem humanæ fragilitatis, vt conditionis amaritudo dulcesceret.* Et Hieronymus. *Melius autem est, vt dicamus Mariam sonare Amarum Mare.*

10. *Domina.* Hieron. Epiph. Chrysol. Damasc.

Secundò, si efferatur ex sermone Syro *Mar*, qui tempore, quo exorta Virgo Hebræis erat in vsu, idem est *Maria ac Domina maris*, vt adnotauit Hieronym. exponens dictionem illam *Maranatha*, id est, *Dominus noster venit*: vt sit compositum quoddam ex Syro *Mar*, & Hebræo *Iam*, quo fuit præsignatum, Virginem totius futuram Dominam vniuersi. D. Epiphanius. *Mariam interpretari solemus Dominam, atque etiam spem. Peperit enim Dominum, qui est spes totius mundi.* Et Crysologus ser. 142. *Ante causam Virginis dignitas annunciatur ex nomine. Nam Maria Latinè Domina nuncupatur. Domina reuera* (loquor cum Damasc. lib. 4 Fid. c. 5.) *Facta est omnium creaturarum, cùm Conditoris omniũ effecta est Mater.*

Tertiò, si ex Hebræo *Meriab* exoriatur, 11 *Stella maris.* Hieron.
idem est, ac *stella maris*. D. Hieron. in Psalm. 18. *Maria illuminans eos, vel stella maris.* Item: *In sole posuit tabernaculum suum, seu in vtero Mariæ. Illuminauit sol Christus stellam maris Mariam, vt esset sicut sol. Ideò posuit tabernaculum suum in sole, quando corpus assumpsit ex vtero suo.* Appositè Bernardus hom. 2. super *Missus*. (Bernard.) *Super hoc* (inquit) *nomen Maria, quod interpretatum stella maris dicitur, loquamur pauca. Ipsa equidem aptissimè syderi comparatur, quia sine sui corruptione sydus suum emittit radium: sic absque sui læsione Virgo parturiit Filium. Nec syderi radius suam minuit claritatem, nec Virgini suam filius integritatem.*

Quartò, idem est Maria ac *stella maris*, siue 12. *Humilis, & excelsa.* Hieron.
gutta, quia *Mar* significat *guttam*, & *Iam* denotat *mare*; vnde *Maria Gutta maris*, authore Hieronymo. Hinc planè Virginis præsentatur humilitas. Attamen vt Mariæ humilitatem adnata comes adsit celsitudo, nomen *Maria* simul sonat *excelsam*, seu *sublimem* deducta syllaba *riam* ex *Ram*, quod est *excellere*, *eminere*, vt Canisus de locis Noui Test. cap. 13. aduertit. (Canis.)

Quintò dènique, nomen *Maria Illumina-* 13. *Illuminatrix.* Hieronim.
trix nostra, seu *Illuminans eos* interpretor cum Hieronymo sante. *Maria illuminatrix nostra, vel illuminans eos.* Et alibi. *Mariam plerique existimant interpretari, Illuminans me isti, vel Illuminatrix.* Quis non videat Mariani nominis mysterio totam Deiparæ causam obuelari?

IN MARIAM INNVPTAM

PANEGYRICVS TERTIVS MORALIS

Circa literam.

Ex ipsius Nomine.

OBSERVATIO I.

Amarissimum Pelagus in Filij Passione, Maria.

Vbi innuitur felicia quæque proximo communicabilia, non aduersa.

14. Hieronym. Niceph. Bonauent.



VIDIMVS ex D. Hieronymo Mare amarum nomen Mariæ. Quòd si à Deo Virgini impositum velut ęnigma Deiparæ magnalia complectens, vti aiebat Niceph. lib. 1. cap. 7. *Mariam eam Anna nominauit ænigmate latenter acceptam gratiam declarans*: nomen amaritudinis recolit Mariam iuxta crucem myrrhæ pelago immersam. D. Bonauent. *Maria mare est amarum Filio compatiendo.*

15. Vnde tanto vulnere saucia Virgo clamat. *Non vocetis me Noëmi, sed vocate Marah, quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens* Rut. 1. Ad quæ Bonauent. *Maria valdè amara fuit, quando suam ipsius animam doloris gladius pertransiuit.* Et D. Bernardinus Sen. *Fuit Maria Mare amarum dulcissimi Filij sui dilectione. Nam secundum intensionem amoris intensio est doloris. Sed Christus à Matre sua summè fuit dilectus. Igitur subtractio sua summa ei fuit amaritudo.*

Tota amara Maria ex Filij doloribus. Rut. 1. Bonauent. Bernard. Senen.

16. *Omnia equidem flumina intrant in mare, & mare non redundat.* Eccli. 1. Ad hæc Senensis. *Verè amarum mare Maria, in quod tot flumina & fluctus amarissimi intrauerunt. Propterea ad eam meritò dici potest illud Threnorum: Magna est velut mare contritio tua.* An mare redundat? Gratiæ profectò fluctus exundant, sibi absorbet amaritudinem. *Hoc* (inquit ille) *mare per impatientiam non redundabat; sed omnia ista flumina in se absorbebat. Redundabat tamen in nos per mare largitatis diuinæ; quia de plenitudine eius accepimus omnes in præsenti gratiam, & in futuro gloriam.*

Mare est dolorum non redundans. Eccli. 1. Bernard. Senen.

17. *Veni* (ait Filius) *in altitudinem maris, & tempestas*

Instar terræ inuisibilis, Maria aquis amaris immersa. Psalm. 68. Halgr.

tempestas demersit me. Psal. 68. Vnde obfuscatus est, instar terræ inuisibilis & incompositæ aquis immersæ. Sic Maria quasi incomposita, inuisibilis obfuscatáque doloris pelago. Halgrin. ad cap. 1. Cant. *Virgo loquitur de dolore, quem habuit tempore Passionis Filij sui. Nigra sum, ait, animi mœrore confecta obfuscata, obscurata, & quasi inuisibilis* aquis doloris obruta. *Quia decolorauit me sol moriens. De quo Isaias: Vidimus eum, & non erat aspectus, virum dolorum. Ipso sic obfuscato, obfuscata est Mater.* Vterque inuisibilis & incompositus, quia terræ instar dolorum vndis obruebatur.

Mare amaritudinis æquat pelagus gloriæ quodammodo. Arnold.

18\. Cuiuslibet Diui gloria pelago comparatur, intrat enim iustus in gaudium Domini. Quid si tantum fuit mare doloris Virginis, quãtum gloriæ pelagus? Quanta gloria Mariæ? Arnoldus Carnot. de Laud. Virg. *Vna est Mariæ ac Christi caro, vnus spiritus, vna charitas. Vnitas diuisionem non recipit, nec secatur in partes. Atque adeò Filij gloriam cum Matre non tam communem iudico, quàm eandem.* Ergo si æqualis glorificatio Matris atque Filij quodammodo, par dolor vtriusque? quia gloria doloribus respondeat necesse est, iuxta illud Propheticum: *secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Psal. 19.

Psal. 19.

Mare huiusce tempestas. Arnold.

19\. Arnoldus Marianum mare in passione Filij intumescentibus fluctibus agitatum sic depingit ad illud verbum: *Ecce Filius tuus. Suspiras intrinsecus, & erumpentes reuocas lacrymas, & eo amplius anxietas intumescit, quo prohibetur egredi, & per luctus, lamentáque dissolui. Emergebant vtique aliquando gemitus, sed increpati reprimebantur, reuertebat túrque in sinum mentis, de quo prodibant; & collidebant se adinuicem introrsus, erátque in anima illa tempestas valida, occurrentibus sibi procellis, ebulliebant amaritudines, &c.*

Mare huiusce myrrha.

20\. Quòd si Maria idem quod *Myrrha maris*, indicare necessum, quænam Mariani pelagi myrrha seu amaritudo fuerit Cuncti Iesu dolores huius maris amaritudinem confecerunt. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Cant. 1. En myrrha Mariani maris Iesu dolores. Id quod ponderans Rupertus ait, *Nolite solùm attendere horam, & diem illam, in qua vidi talem dilectum ab improbis comprehensum malè tractari, scilicet illudi, spinis coronari, flagellari, &c. Nam tuncquidem gladius animam pertransiuit. Sed antequam sic pertransiret, longum per me transitum fecit. Prophetissa eram, & ex quo mater facta sum, sciui ista passurum. Hoc est quod dico: Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. O commoratio dulcis quidem, sed plena gemitibus inenarrabilibus.* En Maris amaritudo.

Cant. 1. Ruper.

Mare exundans in diabolum amaritudo. Bonauent.

21\. Dixi huiusce pelagi non exundare amaritudinem infideles. Exundat quidem in hostes tartareos. Id enim mare Deiparæ Diabolo, quod Rubrum pelagus Pharaoni. D. Bonauentur. in spec. *Maria est amarum mare Diabolum submergendo, quemadmodum mare Rubrum amarum fuit Ægyptiis in ipso submersis. O quàm amarum & timendum est illud mare Ægyptiis! O quam amara & timenda est Maria Dæmonis!* Mare etenim Mariæ quot nobis crystallos propinat, tot igneis vndis obtuendo Dæmoni rubescit. Quàm imitabilis hinc apparet Deipara, quæ sibi retinens amaritudines, fidelibus salutares vndas immittit! Communicabiles sint tuæ proximo felicitates, non angustiæ.

Observatio II.

Maria omnium gratiarum immensum Pelagus.

Hinc colligo communicanda proximis à iusto acceptam bonorum abundantiam.

MARE insonare Mariæ nomen ex Ambrosio comperimus. Porrò gratiarum pelagus immensum aptè Maria vocitatur. 22. Ambros.

Maria non mare, sed maria gratiarum. Gen. 1. Albert.

Olim Deus: *Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt in locum vnum, & appareat arida. Congregationésque aquarum appellauit Maria.* Gen. 1. vulgare illud Alberti: *Congregationem aquarum vocauit Deus maria, locus autem omnium gratiarum appellatur Maria.* Ego autem vim pondero vocabuli in numero multitudinis: *maria.* Congregatio aquarum *maria* vocitatur, maria explentur aquarum congregatione. At vti Maria repleatur, non vna gratiarum sufficit congregatio, sed plures congregationes vnum replent Mariæ pelagus. D. Chrysol. ser. 146. *Congregationes gratiarum appellauit Maria.* (si authore Alberto, *congregationem aquarum appellauit maria.*) *Nomē hoc renascentibus salutare, hoc virginitatis insigne, hoc pudicitiæ decus, hoc collegium sanctitatis.* Chrysol.

Tot gratiarū maria in Maria quot guttulæ pelago.

Multiplicis maris adeo Maria pelagus, vt quot aquæ guttulas mare contineat, tot Virgo sanctitudinis maria complectatur. Hinc nomen Mariæ Maris stilla, seu gutta nuncupatur; quia qualibet huiusce pelagi in guttula ita Mariæ maris vtique signatur immensitas, ac si eius gloria vniuerso pelago refunderetur. Tot igitur marium numerus, seu immensurabilium Mariæ gratiarum, quot maris stillæ. Audiendus Carthusianus Dionys. de Laud. Virg. *Maria interpretatur mare, quia sicut nullus valet guttas maris dinumerare, sic misericordiam, gratia excellentiam, gloriámque Mariæ nullus valet exprimere.* Vbi equidem non intensio misericordiæ, gratiæ, excellentiæ, ac gloriæ Virginis immensurabili guttularum maris numero comparatur; sed misericordiæ, gratiæ, ac gloriæ Mariæ maria stillarum numerationi adhærescunt. 23.

Dionys. Carth.

Mare vitæ, veritatis, & spei in Maria.

Annon omnis aquæ collegium mare vocitatur? Maria ergo omnium gratiarum ac virtutum marium vtique, mare existit. Sit tibi omnis gratia iustificans mare vnum, dum omnium iustorum cœlestibus vndis oppletur. Omnis autem iustorum spes aliud immensum pelagus constituat. Profectò huiuscemodi, ac similium complurium marium Mariam profundissimum mare conspicimus. *In me,* (clamat Deipara) *gratia omnis vitæ, & veritatis,* 24.

Eccli. 24.

tatis, in me omnis spes vitæ, & virtutis. Eccli. 24. Numnon omnis *gratiæ vitæ* mare? Annon omnis *spes virtutis* pelagus? De gratiæ plenitudine sic Hieronymus apud Bonauent. in spec. *Benè plena, quia cæteris per partes præstatur, Maria verò tota se infudit gratiæ plenitudo.* Nec aliter de spei, reliquarúmque virtutum pelago libet contemplari.

Hieron.

25\. Proferebat Salomon aliquando: *Omnia flumina intrant in mare.* Eccles. 1. Vbi Bonauent. Flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, ac Virginum intrare in Marianum pelagus affirmat. Vulgare hoc, sed pulchrum. Attamen argumento accommodatius, vnusquisque Propheta sit tibi flumẽ, gratia autem omnium Prophetarum ex plurium fluuiorum copia mare coalescat. Patriarcharum, Apostolorum, Martyrum, Confessorũ, Virginúmque gratia similia sigillatim maria efforment. Hæc cuncta maria Mariæ solum mare complectitur. Pulchrè Chrysost. de Deip. *Quid illa sanctius? Non Prophetæ omnes, non Patriarchæ omnes, non omnes Apostoli, non denique aliud quippiam inter res creatas maius, aut excellentius inueniri potest.* Aiebat Damascenus, *Abyssus gratiæ Maria.* Abyssorum iam appellaret Abyssum.

Omnium sanctorum maria sola Maria complectitur abyssorum abyssus. Eccl. 1. Bonauent. Chrysost. Damasc.

Quid plura? Profectò & *aquæ quæ super cælos sunt*, gratiarum scilicet Angelorum maria, Archangelorum, reliquorúmque spirituũ maria ad Mariæ sese mare demittunt, Celebris opinio diebus Noë cælestium aquarum molem ad terras descendisse; quia *cataractæ cæli apertæ sunt*. Gen 6. Bonauentura iam clamat. *Flumen gratiæ Angelorum omnium intrat in Mariam.* Et Chrysostomus. *Non Angeli, nõ Throni, non Dominationes, non Seraphim, non Cherubim maius inueniri potest.* Quid mirum, si vniuersa cælestium maria in Mariæ pelagus prolabuntur?

Gen. 6. Bonauent. Chrysost.

26\. Mirum esset, si Mariæ tam plenum mare haud in peccatores exundaret. D. Ambrosius lib. 3. Exam. cap. 3. *Bonum mare primò, quia terras necessario suffulcit humore. Bonum mare tãquam hospitium fluuiorum. Bonum mare fons imbrium.* Maris equidem necessario terras humore suffulcit; quia gratiarum vndis in vnum locum, siue in vnam Mariam cupulatis, *apparet arida*. Gen. 1. Quàm affecta est humana natura ariditate, si Mariæ maris ministerio aquis cælestibus non irrigaretur! Vnde D. Hieronymus: *Nullus est*, inquit, *qui saluus fiat, nisi per te Virgo sanctissima. Nemo est, qui liberetur à malis, nisi per te, ô purissima. Nemo est, cui bonum concedatur, nisi per te, ô castissima.* Annon Mariæ pelagos fluuiorum hospitium? *Quid fluuij nomine* (inquit D. Gregor. lib. 33. Mor. cap. -.) *nisi humani generis decursio signatur*? Quæ quidem sub Mariæ maris præsidium gressu confugit properante. Bellè D. Ephrem de Laud. Virg. *Aue vallum fidelium, aue tranquilitas portus, aue refugium peccatorum, aue hospitium.* Nonne maria imbrium fons, si nubecula ascendens è mari orbem irrigatura? Edisce cælestium bonorum abundantiam non soli iusto esse congestam, sed vt proximis valeant communicari.

Exundat Mariani maris plenitudo in peccatores, & iustis. Ambros. Gen. 1. Hieron. Communicanda bonorum abundantia.

OBSERVATIO III.

Omnium Maria creaturarum Domina.

Vbi innuo adnatum esse Imperio subditorum saluti operam impendere.



ARIÆ Nomen Dominam insonare ex Epiphanio liquet. Quæ quidem significatio Virgini apprimè congruit, cui cælestia, terrestria, infernáque præstant obsequium. Bonauenturam præmitto. *Maria verè Domina est cælestium, terrestrium, & infernorum.* 27.

Bonauent.

Christo Pater *dedit nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum.* Phil. 2. Annon simili nomine donauit Mariam? Idiota de Laud. Virg. *Dedit tibi Maria, tota sancta Trinitas nomen, quod post nomen Filij tui est super omne nomen. Vt in nomine tuo omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum.* 28.

Mariæ nomen simile nomini Filij.

Non æqualis Mariæ ac Iesu nomini potestas tradita? Minimè. Sed tamen valde simili præfulget imagine. Deus primis generis nostri Proceribus: *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli & vniuersis animantibus.* Mysticè de Christo expendo, non de Adamo ad literam. Gen. 1. Angelos equidem volatilia, pisces, homines, animantia verò Dæmones videntur exprimere. Cunctæ Regi Adamo Iesu creaturæ subiciuntur, quæ planè potestas Euæ secundæ Mariæ viuentium parenti communicata est. Vnde Damasc. ser. a. de Assump. Omnes res conditas Filium Matri in seruitutem tradit addixisse. Præstat audiri ex Arnol. Carn. de Laud. Virg. profante, *Maria lingua Syriaca Domina dicitur; Christus Dominus, Maria Domina: & licet ipsa se Christi profiteatur ancillam, hoc seruitutis genus omni regno sublimius esse intelligitur. Constituta quippè est super omnem creaturam, & quicunque Iesu curuat genu, Matri quoque pronus supplicat; & Filij gloriam cum Matre non tam communem indico, quam eandem.* Illud expende, *Quicumque Iesu curuat genu*, quæ quidem particula respicit Apostolicum illud, *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum.* Quicunque ergo nomini Iesu curuant genu, exaudito Mariæ nomine prouoluuntur. 29.

Mariæ Euæ secundæ omnia subiiciuntur. Damasc. Arnol.

Cælestia planè huic dulcissimo nomini præstant obsequium. Ruper. ad cap. 4. Cant. *Ita coronaberis ô Virgo, vt in cælis Regina sis Sanctorum. Prædicabitur de te, quod sis Mater Christi, ac proindè Regina cælorum.* Cecinit Virgo, *Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius*, Luc. 1. Ac si diceret, Nomen Iesu, cui cælestia obsequuntur, hæc mihi magnalia adinuenit, vt parum quodammodo esset nomen meum à terricolis adorari, si non mea potestas scanderet cælos. Damian. de 30.

Maria cælestia subiiciuntur. Luc. 1. Damian.

de Laud. Virg. ſic. *Fecit in te magna, qui potens eſt, & data eſt tibi omnis poteſtas in calo.* Et in Epithalamio, *Dilectus* (ait illa) *meus mihi, & ego illi.* Cant. 1. Me etenim, cunctáque mea ego dum conſecro Dilecto, ſe ille, cunctáque cæleſtia mihi parere dignatur. D. Anſel. de Excel. Virg. *Tota tua eſt ô Domine, Maria, totaque parte tua caleſtis curia, ſua.*

Cant. 1.
Anſel.

31. *Aſſumpſit* aliquando Eſther *duas famulas, & ſuper vnam innitebatur, altera autem famularum ſequebatur Dominam*, Eſth. 5. Ad quæ Bonau. ſpec. c. 3. *Dua famula, quarum eſt Domina Maria, ſunt Angelica & humana natura. Intelligentia Angelica eſt famula, ſuper quam Domina innititur in calo.* Cònfirmat ex illo Auguſtiniano; *Si Dominã Angelorum vocem, per omnia eſſe comprobaris. Vnde reuera* (adüicit ille) *Maria domina eſt caleſtium.*

Eſther eſt ſuprà Angelos omnium.
Eſt. 1.
Bonauent.

32. Quid iam non terreſtria tam eleuato, præexcelſóque nomini ſubmittantur? Dami. citat. *Data eſt tibi ô Virgo, omnis poteſtas in terra.* Ruper. *O Virgo, ita coronaberis, vt in terris Regina ſis Regnorum.* Et Bonauent. expendens adhuc Eſth. teſtimonium, profatur, *Anima humana eſt famula, qua Dominam ſuam ſequitur in mundo, colligens veſtimenta Domina, virtutes ſcilicet, & exempla Maria.*

Maria terreſtria parent.
Dam.
Ruper.
Bonauent.

33. Quid peccatores? Annon Reginæ miſericordiæ ſubmittuntur imperio? Sic coniugi Aſſuerus, *Quid vis Eſther Regina? qua eſt petitio tua? Etiamſi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi.* Eſt. 5. *Duo hac* (Maria ore Dauidico profatur) *audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine, miſericordia.* Pſal. 61. Vbi Gerſon tract. 4. in Magnif. adſerit Mariæ dimidium Regni à Deo adiudicatum, eam ſcilicet partem, quæ ad miſericordiæ diſpenſationem ſpectat.

Defendit peccatores.
Eſther. 5.
Pſalm. 61.
Gerſ.

34. Iam clamat Sponſa, *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Cant. 2. Id eſt charitatis, ſeu miſericordiæ Regina inaugurata ſum; mihi imperanti, peccatoréſque patrocinanti omnia præſtant obſequium. Cancellarius Pariſienſ. appoſitè, *Gloriabatur antè, ſe introductam in cellaria Regis, qua quaſi ſub clani cuſtodiebantur; modò ei tanquam Regina patent omnia.* Vnde non abs te à Deo poſſumus contendere, quod ſuo Cæſari Vates poſtulabat à Ioue, vti ſcilicet ſibi addicta potentiæ gubernatione, delictorúmque vindicta, Cæſari terras piè regendas committere dignaretur. Canit hic l. Od. 12.

Imperatrix miſericordia.
Can. 2.
Gerſ.

Te minor latum reges aquus orbem,
Tu graui curru quaties Olympum,
Tu parum caſtis inimica lucis
Fulmina mittes.

Horat.

35. Pſalmiſta ad hæc, *Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.* Pſal. 88. Vbi ex mente Hugon. Card. dictio illa, *Tu dominaris poteſtati maris* Deo potentiſſimè Pharaoni obruenti accommodanda; illa autem particula, *Motum autem fluctuum eius tu mitigas*, aptanda Deipatæ, quæ ſub Mariæ Moyſi ſororis typo ſalutaris fidelibus *terra, ac mari clauſum* (loquor cum Ambr.) *Hebraorum populum per maria duxit.*

Mitigat maris fluctus.
Pſalm. 88.
Hugon.

36. Hinc ergo quàm ſis Virgini Dominæ addicendus edifce. *Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, & ſicut oculi ancilla in manibus Domina ſua: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.* Pſal. 121. Quia Deo aliquod conſequi intendit munus, Mariæ Dominæ manus adſpiciat. *Vt per manus eius* (loquit D. Bonauent.) *aliquid boni accipiamus, & per manus eius quidquid boni agimus offeramus. Nihil enim* (verbis vtor Bern. de aquæd.) *nos Deus habere voluit, quod per Maria manus non pertranſeat.*

Omnia nobis à Domina manu.
Pſalm. 121.
Bonauent.

37. Inferna denique Mariæ audito nomine contremiſcunt. Bonauent. *Optimè competit tanta Imperatrici nomen Maria, qua reuera Domina eſt Damonum, Domina in inferno.* Michææ locum expendo. *Eduxi te de terra Ægypti, & de domo ſeruientium liberaui te, & miſi antè faciem tuam Moyſem, & Aaron, & Mariam.* cap. 6. ſic doctus Ribera noſter expoſnit, De terra eduxit nos Ægypti, cùm è ſpirituali ſeruitute Dæmonis liberauit, qui nos immundis cupiditatibus ſeruientes affligebat operibus duris luti, & lateris: & antè faciem noſtram miſit Moyſem, & Aaron, Chriſtum ducem, & ſacerdotem. Miſit etiam Mariam vt Domina, quæ regeret nos, ab incurſúque Diaboli liberaret. Hactenus Interpres.

Inferi dominatrix Maria.
Bonauent.
Mich. 6.
Riber.

38. En nomen Mariæ eiſdem, ac nomen Ieſu creaturis venerabile. Pulchrè obſeruat R. Hachados apud Galat. l. 7. c. 13. Nomen *Miriam* illis in verbis Iſai. 9. contineri, *Ad multiplicandum imperium*, pro quo nos habemus, *Et multiplicabitur imperium eius*, id eſt, Meſſiæ, de quo ad literam ſermo propheticus. Ex mente itaque Doctoris, (quem Iudæi Magiſtrum ſanctum noſtrum appellant) prædicta ſententia hæc duo nomina continentur, *Miriam ſalah*, id eſt, *Maria Domina.* Vt indicaretur imperium Mariæ cum Filij Meſſiæ imperio multiplicandum. Quòd ſi cauſam requiras, Maria parens Saluatoris. Vnde verbum, *Lemarbeh*, ſeu *multiplicandum*, quo nomen Mariæ adumbratur, & continetur, habet M, clauſum præter Hebræorum morem, quo Meſſias innuitur, noſtro Blaſ. Vieg. adſertore. Hebræi equidem duplici M, vtuntur, vno clauſo ad finem dictionis, ad principium, & medium nunquam; altero aperto ad medium, & principium. Hebræi igitur non ſine maxima Virginis commendatione edocent, in medio huiuſce dictionis, in qua nomen Mariæ Dominæ adeſt, M, clauſum ineſſe, per quod Meſſias repræſentatur; non modò vt explicari queat Meſſiam clauſa ex Virgine naſciturum, (vti Vieg.) ſed vt innuatur ex eo Mariam verè Dominam, eiúſque imperium longè latéque patere, quod Meſſiam Regem cæli & terræ ſubditum ſortiatur, dicente Luca, *& erat ſubditus illis.*

Imperium Maria cum Ieſu imperio multiplicatur.
Galat.
Vieg.

39. Deipara ergo *vocabitur Virago, quia de Viro ſumpta.* Gen. 2. Nomen ſcilicet ex Ieſu adſumet poteſtate. Num quia de Viro ſumpta? Aptius equidem quia Vir ſumptus ex ea. Eſt enim matris dignitas prima & ſumma regula, per quam dimetiendum quidquid imperij à Deo Virgini præſtitum. Ideo in Baptiſta laudando, aliiſque deſcribendis Proceribus Euangeliſtæ copioſiùs immorantur, de Deipara tam conciſè locuti. Num Viraginis magnitudine preſſi obticuerint rati ſilentio magis reuerendum illud diuinæ omnipotentiæ prodigium,

Ex Ieſu nomen accipiſti, accepis & imperium.
Gen. 2.

digium, quàm pauculis, iiſque longè inferioribus laudum encomiis celebrandum? Placet; ſed accommodatiùs dixerim abundè Euangeliſtas ſummatim vno verbo complexos quidquid poteſtatis Dei omnipotentia Virgini impertita eſt, dũ omnes illam Mariã eſſe Dominã ex qua natus IESVS cõteſtãtur. Proh hominũ gloria ſub tantæ præſidio Imperatricis! Hinc edoceor quàm ſit adnatum Imperio ſubditorum ſaluti operam impendere, ſi Mariæ dominatus inde præfulget, vnde hominibus ſeſe ſalutarem oſtendit.

OBSERVATIO V.

Maria æquori ſtella turbulento.

Vbi de mundialis pelagi periculis.

40. Hieron. & alij. VID mirum Hieronymum, Eucherium, Iſidorum, Bedam, Bernardum, alióſque quamplures Doctores nomen adtexere Mariæ idem ac maris ſtellam, ſi mundus mare feruens, ac periculoſum, vbi homines, diris fluctibus agitantur?

41. *Mundus mare.* Pſal.146. Hier. Hinc Pſaltes, *Qui deſcendunt mare in nauibus.* Pſal. 146. Ad quem locum Hieron. *In hoc mari ſeculi, in quo ſanctorum numerus coarctatur, & in tribulatione poſitus eſt, deſcenderunt Apoſtoli, & Dominus, vt nos de amaris fluctibus liberarent.* Alibi Dauid, *Qui conuertit mare in aridam.* Pſal. 65. Vbi Auguſt. (Pſal.65. Aug.) *Mare erat mundus, amarus ſalſitate, turbulentus tempeſtate, feruens fluctibus perſecutionum.* Item, *Hoc ſeculum mare eſt. Habet amaritudinem noxiam, habet fluctus tribulationum, tempeſtates tentationum, habet homines ſicut piſces de ſuo malo gaudentes, & tanquam ſe inuicem deuorantes.*

42. *Maris pericula.* Pſal.103. Hieron. Quantæ nautis hoc in pelago ſirtes? *Hoc mare magnum* (adhuc Vates) *& ſpatioſum manibus, illic reptilia, quorum non eſt numerus.* Pſal. 103. Expeodit ſic Hieron. Epiſt. 1. ad Helio. c. 5. *Et hoc ego non integra rate, vel mercibus, nec quaſi ignarus fluctuum præmoneo; ſed quaſi nuper naufragio eiectus in littus doctus nauta timida nauigaturis voce denuncio. In illo mundi æſtu charybdis luxuriei ſalutem deuorat, ibi ore virgineo ad pudicitiæ perpetranda naufragia ſcilla libido blanditur. Hic barbarum littus, hic Diabolus pirata cum ſociis portat vincula capiendis. Nolite credere, nolite eſſe ſecuri. Licet in modum ſtagni fuſum æquor arrideat, licet vix ſumma iacentis elementi terga criſpentur. Magnos hic campus montes habet, intus incluſum eſt periculum, intus eſt hoſtis, expedite rudentes, vela ſuſpendite.*

43. *Maris ſolitudo.* Iſai.21. Profectò præcipuum maris mundialis periculum, homines in deſerto conſtitui, dum pelagi fluctibus flagellantur nullum habentes ſubleuatorem. Pulchrè Iſaias, *Onus deſerti maris*, cap. 21. O quam in deſerto mundiales commorantur, dum huiuſce pelagi ſuſtinent vulnera! D. Hieron. (Hieron.) *Hic cernitur à Propheta, quantis tentationibus mundus hic plenus ſit. Hæc autem tempeſtas à deſerto venit.* Ac ſi diceret, ideo tam acris homini tempeſtas oboritur, quia in deſerto omni carens ſubſidio conſtituitur.

Ideo equidem Mulier illa, cuius in capite 44. (*Sola auis nautis Maria ſtella ſolatium.*)
ſtellæ fulgurabant, Apoc. 12. ducitur in deſertum, vt nautæ ſolitarij Mariæ, huius ſtellæ maris præſidio ſuffulti fluctus æquoris valeant ſuperare. Requirit Innocent. (Inno.) *Quibus auxiliis poſſint naues inter tot pericula pertranſire vſque ad portum patriæ?* & reſpondet, *Certè per duo, per lignum, & ſtellam, id eſt, per fidem Crucis, & per virtutem lucis, quam peperit nobis Maria maris ſtella.* D. Epiphan. conteſtatur, (Epiph.) *Maria interpretatur ſtella maris. Nautis enim mare tranſeuntibus vocare eſt opus ſtellam maris longè a ſupremo cardine coruſcantem. Simili modo fratres, oportet vniuerſos Chriſticolas inter fluctus huius ſeculi confugere ad Mariam, quæ ſupremo rerum cardine Deo proxima eſt. Quod qui fecerit, non iactabitur vana gloria vento, nec frangetur ſcopulis aduerſorum, nec abſorbebitur voragine voluptatum; ſed proſperè veniet ad quietis æternæ portum.* Et Bernard. ſerm. de Nat. Mar. (Bern.) *Tolle Mariam maris ſtellam, maris vtique magni, & ſpatioſi, quid niſi caligo mortis, ac denſiſſima tenebræ relinquuntur?*

Quòd ſi *mare magnum, & ſpatioſum manibus* plenum ſit reptilibus, ſeu Dæmoniis, (vti 45. (*Stella eſt ſtellarum.* Hugo.)
Hug. Card. exponit) aduersùs tot principes tenebrarum Maria maris non iam ſtella vna, ſed ſtellarum ſtella nobis præſentatur. Ideo mulier amicta ſole duodecim fulgentiſſima lumina præfert. (Apoc.12.) *Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Apoc. 12. Quaſi vna ſtella Maria omnium luminarium collegium innuatur. Beda fatur, (Beda.) *Ipſa eſt ſtella, immo ſtella ſtellarum, cuius ductu, & interuentu ad patriam transfretamus.*

Stellarum Maria ſtella? ſol eſt planè, è quo 46. (*Immò ſol fulgentiſſimus.* Sap.6.)
luminis fonte cuncta præſidij exoriuntur luminaria. Sapiens appoſitè, *Eſt hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata inuenitur purior.* cap. 6. Id quod ſic D. Bonauent. interpretatur, (Bonau.) *Stella Maria nauigantes per mare mundi in naui innocentiæ, ſeu pœnitentiæ dirigit ad littus cæleſtis patriæ. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole. Eſt enim Maria ſtella radioſiſſima. O verè radioſiſſima ſtella, cuius radius non modo mundum, immò etiam cælum, immò etiam infernum penetrauit.*

Maſculam profectò vim in terras illam 47. (*Virilis huiuſce ſtellæ virtus.* Num.24.)
ſtellam exerere Venetus adfirmauit. Maſcula Mariæ ſtellæ maris virtus ad hominum nauigantium tot inter pericula protectionem. *Orietur*, Balaã inquit, *ſtella ex Iacob.* Num. 24. Chal. *Exurget Rex.* Quid ſtellæ Mariæ cum Rege exurgente? Haud fœmineus huiuſce ſtellæ influxus, virilis, regiáque virtus Marianæ protectionis aduerſus inſidiatorum potentiam. Rem attigit Galfrid. profatus, (Galf.) *Quæ eſt iſta ſtella ex Iacob? niſi ea, quæ nobis auxiliatrix nata eſt Maria? ſtella prorſus maſcula magis re, quàm nomine; quæ auxilio lucet.*

Annon *ab Aquilone pandetur omne malum?* 48. (*Apud Aquilonem ſita.* Ierem.)
Ier. 1. Si cuncta mala, tentationes ſcilicet, perſecutiones, crimina apud Aquilonem locum exortus adipiſcuntur, inibi Deiparæ ſplendor, de marinæ ſtellæ more, laturæ opem oboritur. Excogitauit D. Bernardin. Sen. ſer. 5. de (Bernard. Senenſ.) nom. Mar. *Neque inconuenienter*, ait, *ſitus ſtellæ maris cum ſit in Aquilone, conuenit Mariæ; quippe per Aquilonem perſecutio, vel tribulatio deſignari ſolet. Ideò locus Mariæ in Aquilone eſt, vt*

per

per eam austeritas persecutionis instilla humanis temperetur, & mitigetur. Solet etiam per Aquilonem peccatum significari, siquidem ab Aquilone omne malum. Ideò conuenienter locus Aquilonaris ei appropriatur, eo quod ipsa media inter peccatores & Filium statuitur, & ex vna parte iram eius mitiget, & ex altera peccatum exterminet. Quamobrem O *quisquis* (cum Bernard. hom. 2. super *Missus* clamo) te intelligis in huius *seculi* Aquilonaris scilicet, *profluuio magis inter procellas, & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare, ne auertas oculos a fulgore huius syderis, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractionis, respice stellam, voca Mariam.* Iam innoco, iam cum Vida cano,

Bernard.
Hieron.
Vida.

Nunc, ô stella maris, nostri nos aspice præsens,
Eripe tot pelagi perhaustos fluctibus atris,
Nunc lucem, lucisque tuæ iubar exere, & orbi,
Exora, ac radiis nigrantem discute nubem.

Observatio V.

Maria humilis simul & excelsa.

Vbi de adnata humilitatis exaltatione.

49. Hieron. Ex D. Hieron. & Canis. vidimus Mariam *stellam maris* simul ac *sublimem* & excelsam efferri. Id quod apprimè Deiparæ humilitati quæquidem augustissimam præ se fert celsitudinem, accommodari ostendam.

50. *Christus ex humilitate exaltatur.* Vis profectò agnata humilitati, homines ad sublime fastigium euehere. Paulus de Iesu, *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum.* Philip. 2. Propter quod? quæso Num propter Crucem, an propter humilitatem? Certè Iustus Lips. aduertit exaltationem hic non referendam ad Crucem, quia crucifixio vtcumque contingat, opprobrium significat; sed referri debere ad humilitatem. Ac si diceretur, Quia Christus humiliauit semetipsum à Deo fuit exaltatus vel tunc cùm humilis apparuit; exaltatio etenim ipsa in humilitate reperitur.

Phil. 2.
Lipsius.

51. *Abraham à puluere ad stellas fig.* Gen. 13. Gen. 15. *Faciam* (Deus inquit Abrahamo) *semen tuum sicut puluerem.* Gen. 13. Rursum autem, *suspice cælum, & numera stellas, si potes. Et dixit ei, sic erit semen tuum.* Gen. 15. Quid, quæso, pulueri cum stellis? Si Abrahæ posteri puluerem referunt, quonam modo stellis assimilantur? Equidem qui pulueri æquatur, haud potest simul ad stellarum eleuari fulgorem. Hugo Card. *Boni sunt puluis per humilitatem; quia se instar pulueris pedum omnibus viliores reputant, ideòque ad stellas vsque eueluntur; quia ita se abiecerunt sicut puluis.* Nec enim puluis humilitatis potest non apud cælestis fulgoris reperiri fastigium.

Hugo.

An non Baptista sub pedum Iesu calceamento prouoluitur? *Non sum dignus soluere eius corrigiam calceamenti.* Mat. 1. At Iesus illum super capitis verticem collocauit, dum abluendo Christo operam Præcursor impendit, & quanam vi è puluere eleuatur ad verticem nisi humilitati adnata exaltatione? D. Chrys. fatur, *Ideo Ioannes amicus Sponsi, & qui se calceamento esse dixit indignum, hunc super caput suum Christus attraxit.* Quasi adnatum humilitati, vt attrahatur à vertice, quemadmodum ferro datum à natura vel eleuatissimo in vertice locatæ magneti copulari. Iob, *Deus ponit humiles in sublimi.* cap. 5. Ad quem locum Gregor. Mor. 6. cap. 10. *In sublimi humiles ponuntur, quia cum se ex humilitate substernunt, cuncta temporalia transeunt; cùmque se indignos in omnibus æstimant, rectè huius mundi gloriam transcendentes calcant.* Illa expende. *Cum sit, Cùmque.* Non enim post submissionem ascendunt ad sublimia, sed tunc *cùm*, se substernunt, mirum in modum ex humilitatis essentia reuelantur. 52. *Baptista à calceamento ad caput.*

Iob. 5.
Greg.

Hinc Dominus, *Qui se humiliat, exaltabitur; & qui se exaltat, humiliabitur.* Matt. 23. Tunc scilicet exaltatur, cùm se humiliat; sicut tunc deprimitur, dum eleuatur. Ad hæc August. 14. de Ciuit. cap. 13. *Est aliquid humilitatis miro modo quod sursum faciat cor; & est aliquid elationis, quod deorsum faciat cor. Hoc quasi contrarium videtur, vt elatio sit deorsum, & humilitas sursum. Sed pia humilitas facit subditum superiori: nihil est autem superius Deo; & ideo exaltat humilitas, quæ facit subditum Deo. Elatio autem, eo ipso, quod respuit subiectionem, cadit ab illo, quo non est quidquam superius, & fit, quod scriptum est,* Deiecisti eos, dum eleuarentur. *Non ait, dum eleuati fuissent, vt prius extollerentur, & postea deiicerentur; sed cùm extollerentur, tunc deiecti sunt. Illud quippe ipsum extolli, iam deiici est,* sicut scilicet ipsum illud deprimi, iam est eleuari.

Humiliari exaltari est. Mat. 23.
August.

Quid ergo mirum veram humilitatem suos quoque eleuare solitam, Mariam ad supremum verticem euexisse? De luna Salomon, *Minuitur in consummatione, & crescit mirabiliter in consummatione.* Eccl. 43. Aptius dixisse videbatur, & crescit mirabiliter in diminutione. Nam si in consummatione minuitur, quonam modo mirabiliter in consummatione, & non in contractione seu diminutione excrescit? Quia ipsum illud Deiparam in maternitatis, reliquorúmque meritorum, ac priuilegiorum humilitatis affectu imminui, mirum in modum est crescere ampliúsque consummari. Vnde ipsa diminutio adeò est consummatio, vt si consummanda adhuc sit, à consummationis fastigio, non à diminutionis ascendat affectu. De matertatio Plinius luminari, *Humilis est, & excelsa; vna alias aduersa cælo, alias contigua montibus.* D. Petr. Dam. ser. de Assump. *Quamuislibet alia stella reluceat, luna tamen & magnitudine præeminet, & splendore. Sic vtrum-* 53. *Mariam humilitas euexit.*

Eccl. 43.
Plin.
Damian.

quæ naturam lunæ Virgo singularis exuperat, & immensitate gratiæ, & fulgore humilitatis. Nec enim gratiæ immensitas poterat non immensurabilem humilitatis vacuitatem explere.

54. *Dum se clamat ancillã, Regina ostẽditur.* Cant. 7.

Quam quidem præexcelsam humilitatem Mariæ laudat Sponsus, fatus, *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis.* Cant. 7. Dum se Deiparens futura ancillam profitetur, *Ecce ancilla Domini*, calceamentis de ancillarum more spoliatam affirmat. At Rex, quia illud ipsum humilitatis prætextu calceos deponere idem est ac augustius calceamentis ornari, profert, *Quàm pulchri gressus tui in calceamentis.* Verum quæ se vocitauit ancillam, meritò filia Principis appellatur. Rem illustrat Bernard. serm. *Signum mag.* pendens illud Elisabeth, *Beata quæ credidisti.* Luc. 1. *Beatam esse dicis*) Maria ait) *quia credidi: sed credulitatis, & beatitudinis causa respectus est supernæ pietatis, vt ex hoc magis beatam me dicant omnes generationes* Principis filiam & matrem effectam, *quia ancillam humilem, & exiguam respexit Dominus.* Quid enim in humili & exigua reperiet ancilla nisi celsitudinis immensitatem, matrem quidem omni creaturæ præcinenti exhibentem.

Bernard.

55. *Paruus fons crescens.* Esther. 10.

En *paruus* ille *fons, qui creuit in fluuium, & in lucem; solémque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit.* Esth. 10. Maria Esther est Lyrano, cuius quidem humilitas paruus fons, è quo sol Christus, immensurabilisque cælestis abyssi vndæ hominibus prodiere. D. Augustin. serm. 35. de Sanct. *O verè beata humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælos innouauit, mundum purificauit, paradisum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit. Facta est Mariæ humilitas scala cælestis.* Pulchra conclusio. Nec enim lapsus ad humilitatis abyssum poterat non ad celsitudinem esse profectus. Audi Bernard. serm. *Signum mag. Quæ nihil*, inquit, *aliud quàm exiguam sese reputabat ancillam, ad incomprehensibile hoc mysterium nullatenus se tamen dubitauit electam.* Quid ergò tantæ humilitatis demissioni cum tanto volatu maternitatis, vt se reputando ancillam, non dubitauerit ad maternitatis verticem assumendam? Quia humilitatis descensio ascensio proculdubio est. Nunquam magis Maria ad celsitudinem scalæ, quàm cùm velociùs percurrit ad centrum.

August.

Bernard.

56. *Vt signetur prima, se nouissimam posuit.*

Humilitas certè nouissimam Mariam primam nouit efficere. Recensens Lucas viros ac fœminas in precatione persistentes, omnibus supposuit Deiparam, fatus, *Petrus, & Andreas, Iacobus, & Ioannes, &c. Hi erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu.* Act. 1. Quare non prima nominatur, quæ prima omnium exsurgit? Immò quia prima non modò hominum, sed & Angelorum, nouissimo in loco collocatur, vt omnium prima ostenteretur augustius; quia in profundiori humilitatis Mariæ abysso eleuatissimus celsitudinis gradus obiicitur. Bernard. cit. sententia roborabo. *Legis in Actis, quòd redeuntes à monte Oliueti vnanimiter perseuerabant in oratione. Si Maria adfuit, nominetur prima, quæ super omnes est tam Filij prærogatiua, quam priuilegio sanctitatis. Itáne & mulierum se vltimam exhibet, vt nouissima omnium poneretur? Meritò facta est nouissima prima, quæ cum prima esset, omnium sese nouissimam faciebat. Meritò super Angelos exaltata, quæ infrà viduas, & pœnitentes, infrà eam, de qua eiecta erant septem dæmonia ineffabili sese mansuetudine enclinabat.* Parum erat à Luca ante fœminas, antè viros Mariam collocari, si super Angelos statuendam prædicat, dum eius affectum, quo post peccatores abiici curauit, ostendit.

Act. 1.

Bernard.

57. *Ab ipso hæc gloria nomine profertur.* Appon.

Numnon huiusmodi gloria etiam ab ipso Mariæ nomine prædicatur? Profectò Apponius Mariam affirmat *Miseram* insonare. Paruulam, seu stillam interpretor. Quid humilius? At nomen hoc mirabile tetragrammaton est sicuti Iesu nomen; quatuor enim hisce literis constat מירם Quid si nomen dulcissimum non tetragrammaton solum, sed suo modo non tantùm hominibus, sed & Angelis ineffabile? Idcirco arbitror Gabrielem, cùm primum est Virginem allocutus, non dixisse, *Aue Maria*, vti integram ab Angelo salutationem acciperemus; sed *Aue gratia plena.* Quia nimirum non est ausus præ reuerentia nomen Mariæ ineffabile efferre, nisi postquàm ex colloquio familiarior iam redditus, tandem effudit, *Ne timeas Maria.* Quid eleuatius?

Observatio VI.

Maria nostra illuminatrix.

Vbi de tenebris peccatorum.

58. Maria equidem illuminatrix mea siue Illuminans eos, peccatores scilicet, autore Hieron. vocitatur, si peccatum tenebrarum nomine exprimitur.

Hieron.

59. *Peccati tenebræ, cæci.* Psalm. 8. August.

David, *supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Psalm. 8. Igne enim concupiscentiæ inter tenebras nos necessum commorari. D. August. *Ignis supercecidit, ignis fumosus, ignis concupiscentiæ, & non viderunt solem; ergo errauimus à via.* Alibi Psaltes, *Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum.* Psalm. 39. D. Basil. exponit, *Quando peccaui, dereliquit me virtus, & aliud quiddam graue accidit: nam lumen oculorum meorum illuminans animæ visum non erat mecum.*

Psalm. 37. Basil.

60. *Confirmatur ex Prodigo non videnti.* Psalm. 39. Chrysol.

Adhuc Rex sapientissimus, *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem.* Psalm. 39. D. Petrus. Chrysolog. serm. 2. prodigi adolescentis accessum exprimens, ait, *Pater vidit illum, & ille patrem posset attendere; patris visus illustrantis filij venientis aspectum, vt tota fugaretur obscuritas, quæ circumfu-*

fa

ſa fueras de ventre. Non ſunt tales tenebræ noctis, quales illa ſunt, qua de confuſione veniunt peccatorum. Audi Prophetam dicentē, Comprehenderunt me iniquitates, & non potui, vt viderem.

61. *Maria lucidiſſima.* Hieron. Bernard. Proh inter tenebras magnum Maria luminare! D. Hieron. in Soph. *Taceo de Anna, & Eliſabeth, & cæteris ſanctis mulieribus, quarum velut ſydcrum igniculos clarum Mariæ nomen abſcondit.* Et D. Bernard. ſerm. *Sign. mag. Nouum fecit Deus in cœlo, vt mulier ſole appareret amicta. Quis ſtellas nominet, quibus Mariæ regium Diadema compactum eſt? Nos duodecim ſtellas duodecim intelligimus priuilegia Virginis.* Nil apud Mariam, quod non ſolarem emittat ſplendorem. Ideò meritò *pulchra vt luna* vocitatur. Damian. Damiao. ſerm. 2. de Nat. Mar. *Quemadmodum nullum eſt aſtrum, excepto ſole, adeo pulchrum vt Luna, ſic ſumma gloria eſt poſt Deum videre Mariam.* Tam lucida planè Virgo, vt viſus ſibi Rupert. l. 6. in Cant. neceſſum adſerere lunam Mariam à Deo ſole lumen accepiſſe. Ruper. *Luna lucet, & illuminat luce non ſua. Sic tu ò beatiſſima, hoc ipſum, quod tam lucida es, non ex te habes, ſed ex diuina gratia.* Ac ſi diceret, Tam ſolares tui Virgo, fulgores, vt quoddammodo oporteat ad tuam memoriam afferre, te minime iuſtitiæ ſolem è quo fonte lucis omnia ſuccenduntur luminaria.

62. *Maria luna vti ſol.* Pulchra etenim Maria vt luna ſi ſuccenſum à iuſtitiæ ſole expectes luminare. At ſi eiuſdem iubaris claritatem perpendas, à te veluti ab Areopagita *electa vt Sol* deprædicabitur. *Sol*, inquit Salmon, *illuminans per omnia reſpexit, & gloria Domini plenum eſt opus eius.* Eccl. 42. Ad quem locum D. Bonauent. Eccl. 42. Salmer. Bonauent. Spec. c. 3. *Maria*, inquit, *eſt illuminatrix per lucidiſſimam vitam ſuam, per lucidiſſimam miſericordiam ſuam, per lucidiſſimam gloriam ſuam, qua per omnia illuminant cælum, ſicut ſol mundum. Sol illuminans eſt Maria, qua eſt pulchra vt Luna, electa vt ſol. Per omnia reſpicit, quia per omnes Angelos, & per omnes Sanctos gloria ſua illuminationem oſtēdit.* D. Bern. hom. 2. ſuper *Miſſus*, conteſtatur, Bernard. *Tolle corpus hoc ſolare, quod illuminat mundum; vbi dies? Tolle Mariam, quid niſi caligo inuoluens, & vmbra mortis, & denſiſſima tenebræ relinquuntur?*

63. *Effugat peccatorum tenebras.* Fulgen. Mirum eſſet, ſi tanta Mariæ lux peccatorum tenebras non effugaret. Aurora eſt? Noctem exterminat, lucis feneſtra efficitur. Sic Fulgen. ſer. de Laud. Mar. *Facta eſt Maria feneſtra cæli, quia per ipſam Deus verum fudit ſeculis lumen.* Quid Sponſus? *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens.* Cant. 6. Vbi Rupert. Ruper. *Quando nata es ò Virgo beata, tum vera nobis aurora ſurrexit, aurora prænuncia diei ſempiterni. Quia ſicut aurora quotidiana finis præteritæ noctis eſt, & initium diei ſequentis: ſic ortus tuus finis dolorum, id eſt, peccatorum, &c.*

64. *Luna Maria præſes diei, noctis extinct.* Cant. 6. Luna eſt à iuſtitiæ ſole ſuccenſa? Profectò morem ſolis exercens tenebras committet in fugam. *Pulchra vt luna, electa vt ſol.* Cant. 6. Luna Maria, ſed quæ ſolis in morem præſes diei noctem reformat in diem. Dauid, *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas.* Pſal. 17. Pſalm. 17. Si luna Maria à ſole accepto lumine coruſcat, ipſa tenebras effugabit. Cur ergo Propheta à ſole efflagitat vti diſpergat tenebras peccatorum? Quia Deipara ſic ex accepto fulgore eleuatur in ſolem, vt noſtræ tenebræ ab ipſo magno luminari Deo illuminatæ eſſe videantur. De proprio ſic Ieſus fulgore profatur. *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.* Quæquidem ſententia à D. Bernard. ſic Mariæ accommodatur, Bernard. Senen. c. 3. *O Maria, ſic tu noctem noſtram illuminas, vt qui vias tuas inſectatus fuerit, non ambulet in tenebris, ſed habeat lucem vitæ.* At D. Bonauent. citat. ad illud, Bonau. *Quoniam tu illuminas lucernam meam. Hanc, inquit, verè lucernam Deus illuminauit pleniſſimè, & per hanc illuminationem tenebras animarum noſtrarum fugat, & fugabit.*

65. *Ignis columna ſemper illuminans.* Proxima hæc verba expendamus, *Fugat, & fugabit.* Nec enim Marianus ſol agnouit occaſum. Dies eſt? ſol Maria Nox inſtituitur? luna ſolis vices gerens exſurgit, adhuc tenebras fugatura. Annon Deus *deduxit Hebræos in nube diei, & in illuminatione ignis per noctem?* Pſal. 75. Pſalm. 75. Bonauent. *Sicut* igitur (cum eodem Patre loquor) *quandoque filij Iſrael per columnam ignis illuminati fuêre corporaliter, Maria nobis eſt columna nubis, quia tanquam nubes protegit etiam ab æſtu Diaboli, & tentationis. Maria quoque columna ignis eſt illuminans nos, imò illuminans mundum multis miſericordia ſuæ beneficiis. Quid nos miſeri, nos obtenebrati, quid in nocte huius ſeculi faceremus, ſi tam lucidam lucernam, ſi tam luminoſam columnam non haberemus.* Non illa ignea nubes cognouit occaſum, dum Hebræi apud deſertum commorati dulciſſima exularunt à patria? Tenebras proculdubio Maria effugabit, donec milites ductrix fulgentiſſima poſt ſeculi tenebras cæleſtem ad patriam introducat.

SECTIO QVARTA.

Mariæ Typus.

CONTEXTVS.

NVM. 9. PRISCIS Fœminis præſignata, typis expreſſa præclariſſimis mundi innouatrix vel à mundiali illuxit exordio.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Certissimis Mariæ oraculis promissa, clarissimis imaginibus adumbrata.

1. *Eisdem oraculis Iesus & Maria præsignati.*



DECENS equidem Mariam, quæ Deum paritura erat, & oraculorum promissione, & perspicuo figurarum vmbraculo à superioribus sæculis celebrari. Id quod longiori haud indiget probatione. Nam si Christus Mariæ Filius ab origine sæculi, & inuolutis simulacris, & clarissimis oraculis, & typis celeberrimis ab Spiritu sancto promittebatur: eisdem proculdubio aut tacitis, aut manifestis Côditor Filij Parentem promittebat. Annon vniuersa IESV Ecclesia, singuli eius status, Apostoli, Ioannes Baptista prænûciati, quia pertinebant ad Christum? Strictiori ergo iure fuit Deiparens adumbrata, quæ quò magis coniuncta Filio, eò vberiùs ad Saluatoris œconomiam, totiúsque Ecclesiæ summum attinebat ornamentum.

2. *A Prophetis promissa Maria.* Cyrill. August. Cretens. Ildeph. Damasc. Bernard.

Porrò de Prophetarum vaticiniis sic D. Cyrillus hom. 6. contra Nest. *Te Propheta prænunciarunt.* Et D. August. de Assumpt. *Sola meruit Deum, & hominem paritura suscipere facta Thronus Dei, & aula Regis æterni, secundùm quod nos docuit per sanctos suos Patriarchas, & Prophetas.* Andreas autem Cretens. Enco. 2. de Dorm. Mar. *Hæc est summa diuinorum oraculorum, & de te resonarunt omnes Spiritus interpretes.* Concinit Ildephons. de Virg. fatus. *Quod Spiritus sanctus de illa per Prophetas prædixit, per oracula intimauit, te negante, ego credidi.* Approbat Damasc. lib. 4. cap. 5. *Ipsa quo omni antiquior variis Prophetarum imaginibus, ac sermonibus per Spiritum sanctum adumbrata, atque antè prædicata.* Nec enim omnes Spiritus interpretes (vti aiebat Cret.) satis Mariæ gloriam exprimerent, nisi à supremo Spiritu agerentur. Bernard. denique epist. 174. *Prædica, ait, venerendam Angelis, desideratam gentibus, Patriarchis, Prophetisque præcognitam, electam ex omnibus, prælatam omnibus.*

3. *Prænunciata figuris.* August. Sophr. Ildeph. Anselm.

Fuisse prætereà Virginem præclaris figuris effigiatam docet Sophron. serm. de Assumpt. *Est figuris, & ænigmatibus præsignata.* Et August. lib. de Assumpt. *Sola meruit Deum & hominem paritura suscipere, sicut nos docuisti figuris, &c.* Ildeph. cit. *Hæc est illa Virgo gloriosa, cuius ineffabile meritum longè antè figuris legalibus prænunciabatur.* Tandem D. Anselm. de Excel. virg. cap. 2. *Istud conicio apud me, Natiuitatem eius, quamquidem ex linea generationis humana non nescio descendisse, magna quædam, atque miranda diuinorum signorum indicia præcurrisse.* Nec enim figuræ, quæ signa, siue miracula non essent, appositæ Deiparæ stupendam gloriam prænunciarent.

§. II.

Plura Mariani fulgoris antiqua vmbracula recenseo.

4. *Varij Deiparentis Typi.*

SI Prophetarum vaticinia Mariæ gloriam balantia ad tractationem conarer adducere, nunquam finem scribendi calamus efficeret. Profectò nonnullos ænigmatum fulgores tanti prænuntios luminaris aperiam: nec enim vel Mariæ vmbracula possunt capta esse splendore. Quid Sara miraculo puerpera, Arca Noë humani generi salutaris, Arca Testimonij, columbaque vitæ prænûcia retulêre? Quid Mater Mosis, Iesse Virga, Sancta Domus, sanctificatum Altissimo Tabernaculum, sol, luna, stellæque effuderunt? Quid Propitiatorium, Aula Regia, Thalamus, Salomonis lectulus, Dauidis Turris, aurea Vrna, Lilium, Aurora, Olea frugifera, Rosa Ierichuntina præsignarunt? Hanc Mulier Prophetissa, ac Fœmina fortis describit, Ciuitas Sion, vox Turturis, Mons, Petra annunciat, Virga Aaron, Arcus cælestis, Sulamitis proclamat. Audi Methodium in Hypop. Dom. hæc in verba fluentem: *Benedicta in celeberrima, & desideratissima. Tu speciosissimi floris Radix, tu Porta, per quam in carnem ingressus est Deus, tu purificantis carbonis Forceps, tu incomprehensibilis illius roris Vellus, tu Bethlehemitica illa cisterna, quam velut vitæ refocillatricem Dauid desiderauit, & ex qua immortalitatis poculum mortalibus emanauit. Tu Propitiatorium, per quod Deus humanam naturam indutus, mortalibus innotuit. Tu impollutum illius indumentum, qui luce vti vestimento circumfunditur.* Method.

5. *Mariam antiquæ sacræ Fœminæ præsignarunt.* Epiph. Hieron. Strab. Damian. Hieron. Bernard.

Enimuero si speciatim velis tanti splendoris vmbracula quædam contemplari, & illustres Fœminæ, & præclara sacræ antiquitatis monumenta vnam Deiparam prædicarunt. Epiphanio etenim Maria Eua fuit verè viuentium mater, per quam verè obedientem vita nobis perditis restituitur. D. Hieronymus ad Mich. 6. Dei Matrem in Maria Mosis sorore contemplatus, ait: *Misit ante faciem nostram Mariam vaticinium Prophetarum.* Esther Regina, Strabo authore, misericordiæ Principem præsignauit. Vnde ad illud cap. 3. *Assumpsit duas famulas*, fatur: *Dua famulæ, quarum est Domina Maria, sunt Angelica, & humana creatura.* Profectò Petrus Damianus sic Bersabee Mariam alloquitur: *Audi nos, ô Virgo; nam filius tuus nihil negans, honorat te.* Et D. Hieron. Virginem affirmat Iudith morem gerentem Holophernis, seu Serpentis caput comminuisse. Bernardus autem asserit Mariam Iesum pelle mortalitatis, quemadmodum Iacobum Rebecca, induisse. *Non tamen* (adücit) *sic illum induit, sed Maria.* Nec enim tam salutaris illa filio existeret, nisi Mariæ gereret personam.

6. *Sacris symbolis promissa.*

Iam verò ex antiquis & naturæ, & Legis temporis monumentis Iacob scala Deiparam

iam

August. ram annunciauit. D. August. serm. 15. de Temp. *Maria scala, per quam Deus ad terram descendit, ut per eam nos ascendamus ad calum.* Ambros. Figurauit Gedeonis vellus. D. Ambrosius serm. 13. de Nati. *Rectè Maria Vellere comparatur.* Ezechielis clausa Porta Mariæ fulgorem emisit. Hieron. Hieronymus lib. 13. in cap. 24. Ezechiel. *Pulchre portam clausam, per quam Deus solus ingreditur, cui porta clausa est, Mariam Virginem intelligunt, quæ ante partum, & post partum Virgo permansit.* Manna olim Mariæ vi dulcedinis sapiebat. Ambros. Ambros. ser. 13. in Psalm. 21. *De Manna vermiculus gignitur, & Dominus Christus de Virgine procreatur.* Testamenti Arca Deiparæ quidem custodiuit arcana. Bern. D. Bernardus serm. *Aue Maria*, ait: *Arca Testamenti typum tenet sancta Genitricis Dei.* In Nube leui gloria Mariæ volitabat. Ambros. Ambrosio ad cap. 13. Exod. profante: *Columna nubis mysterio significabat Dominum Iesum in nube venturum leui, hoc est, in Virgine Maria.* Quam præterea Aaronis virga signauit ex sententia Augustini serm. 3. Aduent. *Virga potuit contra naturam nuces producere. Virgo non potuit contra natura vtra Dei filium generare?* August. An non ligni vitalis fructus ex Mariæ dulcorati respectu? Bernardus de Laud. Virg. *O vere lignum vita, quod solum fuit dignum portare fructum salutis.* Bernard. Numnon promissionis Tellus hanc Israëli promissam gloriam germinabat? Augustin. serm. 100. de Tempore *Terra promissionis Maria videtur imaginem prætulisse.* August. Quid aliud Mons, è quo sine manibus lapis abscissus portendebat? Augustinus idem serm. ad catechu. tom. 6. *Ipse est lapis abscissus sine manibus concutientium ad est, natus de Virgine sine manibus complectentium.* Cui nisi Virgini exardescentis sine nocumento Rubi gloria debebatur? Bernard. serm. de Virg. *Hæc Virgo est Rubus, &c.* Bernard. Paradisus denique hunc fontem hæc ligna, huiusmodi aromata (authore Ruperto lib. 4 in Cant.) proferebat. Rupert. Cuncta hæc proximo Panegyrico confirmabo.

PANEGYRICVS QVARTVS MORALIS

Circa literam.

IN MARIAM INNVPTAM

EX IPSIVS TYPO.

OBSERVATIO. I.

Mariæ laudes ex Typo excitantur.

Vbi de fallaci hominum cõmendatione.

7. VIDIMVS Deiparæ à Patribus haud infirmam laudem tribui, quod à Prophetis fuerit promissa, & veteris Testamenti figuris præsignata. Magnũ priuilegium Virginis agnosco tot vmbrarum illustriorum lumen extitisse, quæ lumina merito antiquæ præcesserunt ætatis.

8. *Antiqua lumina Maria vmbra. nla. Cant. 6*

Congruit hinc Deiparenti illud Cant. *Pulchra vt luna, electa vt sol* cap. . Nam quemadmodũ fulgente sole, seu luna emicante, stellarum quasi obnubilatur splendor: sic antiquitatis perspicua illa luminaria ad exortum Mariæ adserunt, vmbras solummodo se tũc, cùm splendidiora, Mariani fulgoris præluxisse. Rectè Petrus Dam. ser. de Assump. Damian. *Quantumlibet alia stella reluceant, luna tamen & magnitudine præeminet, & splendore. Sic vtrãque naturam Virgo singularis exuperat fulgore virtutum.*

9. *Fulgentissimum in aurora, à Propheta fuisse prænunciatam, typis expressam. Apoc. 12.*

Ioanni videnti *signum magnum apparuit in calo, Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarũ duodecim*, Apoc. 12. Proh Mariani luminis pondus! Non miror toto Deiparam ornari fulgore, quando mũdo recés paret exorta, si tot antiquis vmbris splẽdorem impertita est. Rogas, cur præcipua hæc præfulgens fœmina *magnum signum* vocitetur? An quia prodigioso splendore coruscat. Credo ex eo specialiter tunc Mariam rutilare, quòd promissa fuerit à Prophetis, ac variis typis præfigurata. D Bernar. ser. *Signum magnum*, Bernard. approbat. *Quid sydereum micat in generatione Maria: Plane quod ex Regibus orta, si id parum videtur, iam altioris Ordinis præconium instituit.) addo quod longè ante eisdem Patribus promissa calitus, quod mysticis præfigurata miraculis, quod oraculis prænunciata Propheticis.*

10. *Propter humilitatem, ac charitatẽ meruit à Deo prævalente olim præsignari. Luc. 1*

Egregiis titulis, augustissimis encomiis à Patribus Deiparẽtis humilitas celebratur, quæ ipsam ad omnium creaturarum fastigium euexit. *Quia respexit humilitatem ancillæ sua, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Luc. 1. Feruor item Marianæ charitatis à primo Cõceptionis instanti præstantissimus pluribus incrementis auctus vsque ad vitæ terminum, culmen non narrabile tenens clarissimis præconiis à Doctoribus effertur. Verùm inter ingentia præmia, quæ Deus præscius futurorum ob humilitatis præstantiam, & charitatis cumolum in Virginem conferre disposuit, haud nouissimum obtinet locum, Lege in veteri fuisse præsignatam. D. Laurentius Iustin. Laurent. Iustin. lib. de casto Cõnu. cap. 9. *Hac propter humilitatis meritũ, & feruentissimũ charitatis affectum in Scripturis præsignatur, a Prophetis prænunciatur.*

11. *Magna Maria laus ex ore calesti,*

Inde equidem huiusmodi laudis emergit vis, quòd Maria à Prophetis prænunciata, precelsisque antiquitatis promissa monumentis, à cælesti lingua quæ seduci non potest, effertur. Hinc Psalmista: *Cali enarrant gloriam Dei* Psalm. 18. siue, authore Strabo, Prophetæ Psalm. 18. Euãgelici, qui Deo specialiter cæleste adstruebat domicilium, gloriam Dei euulgant. Quæ

quidem laudandi ratio præstantissima ex infallibilis veritatis præconio. Cæli, ô Virgo beatissima, tuam gloriam enarrant. Quid illustrius? Sophronium cogitatio hæc habet
Soph. obseruatorem ser. de Assump. *Quidquid humanis dici potest verbis, minus est a laude cæli; quia diuinitus est Maria laudata præconiis excellentius. à Prophetis annunciata, figuris, & ænigmatibus præsignata.*

12. *Ex præfiguratione credibilia magis Mariæ encomia.* Quid quod fides maternitatis Mariæ augustius apud fideliumque præcordia sortitur hospitium, dum Prophetarum audimus oracula? Quis crederet puram creaturam ad tam præcelsum dignitatis fastigium euectam, vt Dei Filium enitteretur, nisi à Prophetis fuisset prænunciatum? August. lib. de Assump.
August. *Solummerus Deum & hominem paritura suscipere facta Thronus Dei, & aula Regis, secundum quod nos docuisti per sanctos tuos Patriarchas & Prophetas figuris, & sermonibus, quibus credimus, & certi sumus, quia nunquam fefellisti.* Hinc collige hominum laudes, quæ seduci possunt, esse fallaces, nec multum his te niti debere.

Observatio II.

Eua viuentium Mater, aptiùs Maria simile homini adiutorium.

Vbi de vxore virum & filios custodiente, fouente.

13. Ansel. EX D. Anselmo, & Epiphanio vidimus Mariæ Euam typum extitisse. Maria etenim à secundo Adamo Cruci suffixo, & in profundum mortis somnum coniecto præexcellentem illam virtuté accepit, vt instar Euæ, & ipsa omnium fœminarum, imò & mentium humanarum pulcherrima simul, & purissima prodiret in orbem. Quidquid igitur de Eua cum laude dicitur, de Maria conuenientius affirmandum assero cum Canisio.

14. *Maria viuentium Mater.* Eua nomen accepit vt mater, viuentium appellaretur. Eandem Mariæ appellationem
Epiph. tribuit Epiph. *Quando quidem (ait) vt è primæ illa quæ primanam nobilitatem vitiauit, omnis hominum generatio infeliciter exorta est: sic vera vita, qua Deo secundum spiritum viuimus, per Mariam verè obedientem, nobis perditis restituitur, dum vitæ fontem nobis exhibet.* Et Pe-
Damian. trus Damianus ser. 3. de Nat. *Per hanc,* inquit, *beatissimam Virginem non solum amissa olim vita hominibus redditur, sed etiam beatitudo Angelica sublimitatis augetur; quia dum homo ad superna reducitur, illorum numerus, qui diminutus fuerat reparatur.* Vti mater viuentium Maria homines enititur ab Angelis adsumendos in socios.

15. *Inimica singularis serpentis.* Quid si sententia illa à Deo prolata, *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, inter semen tuum & semen illius.* Gen. 3. non Euæ, sed Ma-
Gen. 3. riæ congruere videatur? Affirmant enim Hebraicæ linguæ periti non simpliciter, sed cum articulo, hoc loci pronunciari, *Inimicitias ponam inter te, & illam mulierem,* Nos diuino spiritu admonente selectam prorsus, & sublimem mulierem ad beatissimum illud semen procreandum Dei consilio esse prædestinatam. Apertiùs id ex illa particula confirmatur, *Inter semen tuum, & semen illius.* Affirmantur etenim hæc de illa fœmina, cuius singulariter illud semen innuitur. Vnde Ruper. Ruper.
l. de Tri. & oper. eius, c. 19. fatur, *Quo de semine hæc dicuntur, nisi de vno, qui est Christus. Ipse namque solus ita semen mulieris est, vt non etiam viri semen sit.*

Verùm ex munere, cuius gratia Eua exædificata fuit, apertiùs patebit Virginis imaginem extitisse. *Non est,* inquit Dominus, *bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.* Gen. 2. Pro *simile sibi* Chald. *sustentaculum, quod sit penes eum,* valde emphatica oratione. Ad eos etenim fit respectus, qui subleuandis oneribus mutuas sibi manus porrigunt. *Semach* significat sustentaculum, fulcrum, adminiculum, Doctore Pererio, *Chechible* autem proximè, penes aliquem, & iuxta aliquem adesse; ac si diceret Deus, *Faciamus ei adminiculum, sustentaculum, quod sit penes & iuxta illum.* Haud bonum igitur hominem esse solitarium tot inter pericula constitutum, sustentaculum, fulcrum ei adiciatur Maria similis sibi, quæquidem nunquam non *iuxta illum* opem afferat laboranti, subleuet excidentem. 16. *Hominis adiutorium.* Gen. 2.

Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. Apoc. 12. Mulier hæc Methodio, & Aretæ Ecclesia est, Mariæ autem luna fulcrum, seu sustentaculum Ecclesiæ apponitur, interprete Aleas. vti, instar Lucinæ, parturienti magnæ parenti ferat opem. A dracone impugnatur Ecclesia, vnde Mariæ sustentaculo apposito, corruere non veretur. Ideò clamat Maria, *Ego murus, & vbera mea sicut turris.* Cant. 8. Miserationis Marianæ vbera in morem turris homini corruenti præstant sustentaculum. Guilhelm. Paru. Guilh.
apud Delrium. *Paruula* (Ecclesiæ delicatæ, siue homini solitario Maria) *es, nondúmque idonea stare in acie aduersus hostes rigidissimos, Principes, & potestates tenebrarum? Ergo ad me veni, apud me mane: ego enim murus ad protegendum, murus inexpugnabilis circumcingens eos, qui ad me confugiunt. Planè qui hoc muro circundatur, tutus est ab his, qui in circuitu ambulant.* 17. *Fulcrum murus homines sustentans, & protegens.* Apoc. 12.

Num quæ fulcrum viro præstat, filiorum 18.
ideò educationi operam non impendit? Pro- *Maria & nutrit, &*
fectò ea est primæ parentis cura, vt adiuto- *protegit*
rium simile viro addicta simul curæ studeat *filios.*
filiorum. Proh secundæ Euæ Mariæ in filios munificentia! Eua nutriuit quidem, sed minimè protexit, Abele vel ab ipso fratre interempto; Maria autem & nutrit, & protegit. *Et vbera,* inquit, *mea sicut turris.* Can. 8. Vti inde Cant.
protectionem accipiamus, vnde lac exugimus. Guilhel. ad hæc. *Ego murus, simul &* Guilhel.
mater, murus ad protegendum, mater ad nutriendum; murus infirmis, mater paruulis. Propter insufficientiam virium campum times? Murus sum, intra me abscondere à facie inimici. De paruitate tua confunderis, & crescere vis? Mater sum, meo lacte nutrire. Murus sum per fortitudinem, & mater per pietatem. Ego murus inexpugnabilis,

expugnabilis & excelsa habens propugnacula, ego mater amabilis, & grandia habens vbera.

19. *Maria non perdidit virũ ac filios, sed custodiuit.* Chrysost. Profectò viuentium mater, quæ & outrix & propugnaculum hominis creata fuerat, & virum & filios deturbauit. At Eua secunda matertera correxit effectum. D. Chrysost. ser. 142. sic alloquitur primam Euam, ac si cum Maria loqueretur. *Quomodo*, ait Virgo, *fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Luc. 1. *Mulier*, inquit Pater, *quem virum quæris? quem tu in paradiso perdidisti?* Eua te, ô mater, expressit, sed non in omnibus tenet comparatio. Illa perdidit virum, filios trucidauit; tu virum secundùm Adamum pectore custodiendo, filios in vitam peperisti. *Redde virum mulier, redde depositum Dei, redde ex te, quem perdidisti per te*, id est, quem perdidit prima Eua & sibi, & filiis, tibi autem minimè, quæ & Euæ, & filiis recuperasti; *Inuenisti* enim *gratiam apud Dominum. Prætermitte naturæ ordinem, recognosce ordinem Creatoris. Ille ex te assumet, & faciet virum, qui in principio te fecit, & assumpsit ex viro. Ne quæras virum, cesset opus hominu; quia ad recuperationem hominis sufficit ars diuina.* Alibi plura.

Observatio III.

Mariam Hebræa Moysis soror figurauit.

Vbi innuo virginitatem communis salutis esse operatricem.

20. Ambros. EX D. Ambrosio, & Hieron. constat Mariam Moysis & Aaronis sororem Deiparæ typum extitisse. Nam præter quam quòd nomen Mariæ duabus est commune, illa Moysis soror, & Aaronis, hæc Christi summi verique legislatoris ac Sacerdotis soror simul ac mater est, sicut Ambros. adnotauit, epist. 81. & in cap. 2. Lucæ.

21. *Maria primã noui Testamenti prophetissã egit.* August. Illa quidem propheticum accepit spiritum in Lege veteri, hæc nouo in Testamento primam egit prophetissam quæ antè Ioannem etiam, (vti August. 17. de Ciu. c. vlt. comprobat,) diuino afflata Spiritu vaticinatur. *Ipsa*, inquit, *Virgo mater Domini ante Ioannem prophetasse inuenitur.* Isaias Virginem prophetissam appellauit. *Et accessi ad Prophetissam, & concepit filium.* Cap. 8. Id probat Basil. interpres, Hieronymúsque de nomin. Hebr. confirmat, imò & Mariam Prophetissam Prophetarum, & magistrorum Doctricem Mich. 6. compellat, quem Rupert lib. 2. in Cant. imitatur. Basil.

22. *Peritissima Maria cælestium laudũ modulatiõe vacat.* August. Illa tympano vsa hymnum piè cantauit, alias canere edocens, ad prædicandam Dei gratiam, qui suum populum ad libertatem reuocasset. Peritior planè diuinis laudibus modulandis nostra Tympanistria (sic illam vocitat August. ser. 17. de Nat. Dom.) præsertim quando post inchoatam generis humani liberationem, cùm promissus Emanuel ad Sathanæ regnum euertendum coram adesset, illa in Spiritu sancto exultauit, & gratulabunda suauissimum Deo canticum in ædibus Zachariæ persoluit, ac piis demùm omnibus vbique gentium ad finem vsque mundi decantandum reliquit. *Sumpsit Maria Prophetissa tympanum in manu sua, & præcinebat dicens, Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est.* Exod. 15. Bis Israëlitæ redempti prædicantur. Exod. 15. Primò enim à iugo Pharaonis, quo actu premebãtur, libertati sunt, de qua redemptione Dominus, *Educam vos de ergastulo Ægyptiorum, ac redimam in brachio excelso.* Exod. 6. Exod. 6. Postmodum à captiuitate, in quam fuerant reducendi, nisi misericorditer operante virga Moysis liberati fuissent, redempti prædicantur, canente Duce, *Dux fuisti in misericordia tua populo tuo, quem iterum* equidem *redemisti.* Exod. 15. Liberatio etenim illa, seu præseruatio appositè redemptio vocitatur. Exod. 15. Cur igitur Maria haud tympanum arripuit modulatura mox populo, ipsáque à prima actuali captiuitate liberata, sed secunda præseruatiua redemptio eam excitauit ad carmina proferenda? Profectò illa Deiparæ gerens personam non gratias profundit, quòd eam Deus ab actuali captiuitate liberasset, sed quòd munificentissimè eripuisset à labe, qua fœdanda fuisset, nisi virgæ, seu Crucis ministerio cedentibus communis diluuij vndis, columba immaculata auolaret ad arcam, felix Israëlita properasset ad ripam.

23. *Dux hominis Maria, vt à peccati ergastulo liberetur.* Nec solùm Maria Deipara ab actuali ac originali crimine liberatur; sed dux exsurgit hominum, vt ab actualis peccati ergastulo liberemur. Hûc spectat Michæas fatus, *Eduxi te de terra Ægypti, & misi antè faciem tuam Moysem, & Aaron, & Mariam.* Cap. 6. Mich. 6. Vbi D. Hieron. Hieron. *Misit ante faciem nostram Mariam vaticinium Prophetarum.* Hæc nos, vndis præcedenti virginitati decedentibus, eduxit in portum D. Ambros. Exhort. ad Virg. Ambros. *In veteri Testamento terra, ac mari clausum Hebræorum populum Virgo per maria pedes duxit. In Euangelio Autorem mundi, & Redemptorem Virgo generauit.* Mater etenim Redemptoris effecta viuentium parens, redemptorum ductrix constituitur. Vnde aptè asserit Doctor, *Multas fœminas Scriptura diuina in lucem euexit, palmam tamen publicæ salutis solis Virginibus dedit.* Vtraque enim Virgo Maria populo extitit salutaris.

24. *Maria ductrix sponsarum Agni virginum.* Quid quod Ambrosius idem Mariam Moysis sororem ducem virginum appellauit? Ambros. Non quia Deiparam figurabat sponsarum Agni ductricem, doctricem puritatis? Apponius lib 6. in Cant. Appon. Cant. 1. vtramque Mariam ex virginitate componit, in veterique ac nouo Testamento virginum Principes appellat. *Pulchra sunt genæ tuæ sicut turturis.* Cant. 1. Vbi Origen. per genas virgines, quas turturi castæ adsimilari asserit, adumbrari existimat. Quænam autem sunt Ecclesiæ genæ, nisi duplex Maria, quarum vna veteri in Testamento, altera in nouo ductrix virginum perhibetur? *Quæ primæ* (Apponius adiicit) *cœperunt sponsæ Ecclesiæ genas mirandas efficere.* Nec dissentit ab Appon. Nyssen lib. de Virginit. c. 6. Nyssen. Quòd si Iosephus 3. Ant. c. 5. & 4. & Abulens ad cap. 35. Exod. Iosephi. Hier. Mariæ antiquæ virum assignet: virginitate tamen vel alligatam matri-

 monio

monio floruisse ex eo liquet, quòd in sacris matrimonij tam illustris fœminæ, ae liberorum procreationis nulla memoria fiat; vti augustius Mariæ Deiparæ Virginis nuptæ gloriam præsignaret. Disce hinc virginitatem communis salutis operatricem.

Observatio IV.

Maria vera Esther humano extitit generi.

Collige, prudenter te debere inter communia pericula timore affici.

25. Bonau.
X D. Bonauent. ae Lytani sententia apparet Reginam Esther Deiparę adumbrasse fulgorem. Paucis confirmabo.

Maria incredibilis pulchritudo. Esther 2.
De illa augustissima Assueri sponsa Textus, *Erat formosa valdè, & incredibili pulchritudine.* Estb. 2. An Deiparæ veræ Esther pulchritudo incredibilis? Profectò adeò Altissimo placuit Mariæ pulchritudo, vt quodammodo eius intuitu in superbiam rapiatur. Quid difficilius creditu? *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona* [Gen. 1.] Nec tamen ex vllius aspectu creaturæ periculum elationis subiit; Mariam autem sic aspectatam alloquitur, *Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt.* Cant. 6. Hebraicè pro *auolare fecerunt*, est *roborare, superare, extolli, superbire.* Vnde R. Abrah. sic interpretatur, *Auerte oculos tuos a me, quia ipsi fortiores fuerunt me, præualuerunt mihi, & abstulerunt mihi robur meum, & dominium meum.* Incredibilis planè pulchritudo, quæ tam saucium charitate reddidit creatorem. Incredibilior tamen adhuc affectus, quem exprimit R. Salom. legens. *Quia ipsi me superbire fecerunt.* Nec id pugnat eum vulgata Editione; nam qui volant, se extollunt in altum, quæ est superbientium conditio Vnde Sponsus fatetur se ad Virginis conspectum quodammodo de sua potentia, ac sapientia superbire, qui tam eximium opus valuit effingere.

26. *Præ omnibus à summo Rege dilecta.* Cant. 1.
Deinde pulcherrimam Esther *adamauit Rex plusquam omnes mulieres.* Estb. 2 Annon Deipara præ omnibus dilecta à Domino creaturis? *Recti diligunt te.* Cant. 1. L X X. *Rectitudo diligit te.* Quæ verba Græci Patres tribuiit adolescentulis, quæ dum viderent Sponsum ad Virginis aspectum quasi animo deficere, ac mētis pati deliquium quodammodo, prudenter colligunt maximo in illam super cunctas amore inflammari. Vnde profantur Te felicem, si ipsamet rectitudo siue Sponsus rectissimus te iustè præ cæteris suo dignam amore iudicauit. Alibi Deus. *Quam pulchra es, & quam decora charissima in delicijs!* Cant. 7. Alij ex Hebr. transferunt, *Quàm pulchra es, ô amor in delicijs?* Ita enim Deipara amatur, vt amor Dei erga ipsam amor ipse per antonomasiam valeat nominari. [Guilhel.] Vnde acutè ponderat Guilhel. apud Delrium Virginem non simpliciter pulchram, & decoram sed quàm pulchram, & quàm decoram monstrari; similiter non charam, sed charissimam appellatam, vt amoris diuini præstantia præ cæteris meritorum respondens qualitate innueretur. *Non simpliciter (ait ille) dicitur, Pulchra es, & decora; sed quàm pulchra, & quàm decora; & non tantum chara, sed charissima dicitur in delicijs, per quod in suis delicijs insigniter præ omnibus Deo placuisse monstratur.*

27. *Omnium intuentium Maria fulgor arripit præcordia.* Esther 2. Cant. 1. Ruper.
Porrò Esther non solùm Regis, *sed omnium oculis gratiosa, & amabilis videbatur.* c. 2. Proh Deiparæ fulgor omnium rectè intuētium abripiens præcordia! *Recti diligunt te.* Cant. 1. Eo etenim ipso, quod recti sunt, non possunt non in Deiparam purissima ferri dilectione. Rupert. *Recti hoc ipso, quod recti sunt, memores ò Virgo, uberum tuorum, diligunt te.* Quónam fructu? Diligentibus profectò Maria bonorum cælestium, ae temporalium exhibet abundantiam, æternęque demum beatitudinis fruitionem. Quærit Ruper. *Quis fructus dilectionis huius?* Et respondet, vnico verbo, *Abundantia*, iuxta illud, *Abundantia diligentibus te.* Psal. 121. Expendit Doctor, *Cuius res abundantia diligentibus te, ô sancta Ierusalem Maria, nisi eius, qui diligitur in te?*

28. *Idem est Mariam diligere, ac seipsum amare.* Cant. 1.
Num Virginem diligendo, à nostrûmmet abstinebimus dilectione? Profectò qui rectè diligit, se primum amare contendit: At Deiparam diligens à seipso instituit dilectionem. Idem namque est Mariam amare, ae t. ipsum ardenter charitate prosequi. Rursum illum locum expendo, *Recti diligunt te.* Cant. 1. Ac si diceret. Qui rectè diligunt, qui à se ordinant charitatem, qui seipsos amant, te amore prosequuntur. Impossibile nàmque peccatorem seipsum amare, quin diligat Mariam. [Guilhel.] Audi Guilhel. eleganter profantem. *Recti diligunt te, non omnes diligunt te, quia nec omnes se diligunt. Nam si diligerent te, vtique diligerent seipsos, & accurrerent ad vbera sua. Nam qui sibi nequam, cui bonus? Nunc autem diligendo iniquitatem, oderunt animas suas. Itaque recti soli & se prius per odium iniquitatis diligentes, diligunt te, & hi soli fructuosè veniunt ad te.* Admonuerim tamen Mariam minimè ob propria commoda diligendam. Vnde adiicit Doctor, *Porrò eos qui diligunt lac suum, & non te, (hoc est, amant te propter se, & commoda sua, non propter te, & honorem tuum) quantumlibet adulentur tibi, repelles eos ab vberibus consolationis tuæ.*

29. *Sola Maria sufficit placando.* Esther 14.
Quid Regina Esther audita aduersus populum Hebræorum sententia? *Confugit ad Dominum, pauens periculum, quod imminebat, & deprecabatur dicens, Domine mi, qui Rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius.* Esth. 14. Maria equidem immmente non sibi, sed peccatoribus periculo, Deo sistitur solitaria. Sola sufficit Virgo, sola veniam impetrat, quæ solitaria apparet nulla nitens creatura, sed soli addicta Creatori. [Ruper.] Pulchrè Rupertus illam ponderat clausulam, *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum?* Cant. 3. *Talis (ait,) ô beata Virgo Maria, ascendisti per desertum, id est, animam habens valdè solitariam. Si enim vera cuiusque animi humilitas etiam inter turbas potest esse solitaria, ita videlicet vt in nullo alio, præterquam in Deo spem habeat: quemadmodum Esther, Regina cùm esset, veraciter dicebat, Adiuua me solitariam.*

litariam. Quantò magis tu vera solitaria, quæ virum non cognoscebas, nec cognoscere cupiebas, & ab illo, cui desponsata fuisti, penè fuisti deserta.

30. *Nullo Maria pauens periculo obiecto.* Adnota particulam, *Regina quoque Esther pauens periculum* Esther quoque? Regina pauore afficitur? Esther maximè, Maria minimè, quæ gratiam apud Dominum inuenerat, Angelo profanee, *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum.* Luc. 1. Ad quæ D. Petr. Chrysol. serm. 142. *Verum est, quia qui inuenit gratiam, nescit timere.* Et serm. 144. *Ne timeas Maria? Quare? Quia inuenisti gratiam. Timet non qui inuenit, sed qui perdit. Inuenit, inuenit hæc concipiendo superni germinis gratiam, quæ pariendo non perdidit virginitatis insignia. Quid timet, quæ securitatem rerum concipit, parit gaudia sæculorum?*

Luc. 1. Chrysol.

31. *Virgo exempta à lege damnante cunctos Adæ filios.* Esth. 14. Num aliquod vel primo saltem conceptionis instanti Mariæ Reginæ imminuit periculum, quemadmodum Regina Esther verita est, ne sententia damnans vniuersum populum Hebræorum se Hebræam morti addiceret? *Quid habes* (clamat Rex) *Esther? Ego sum frater tuus, noli timere. Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. Accede igitur, & tange sceptrum.* Esth. 4. Lege itaque Hebræos omnes damnate, Esther non comprehenditur, quia lex propter omnes subditos lata est, ipso attestante legislatore, non propter Reginam. Petr. Comest. Hist. Esther c. 5. *Pro subditis lex lata est, tu verò mihi conregnas.* Nam licèt *Augusta* (cum Vlpiano, leg. *Princeps*, §. *de legib. loquor*) *legibus soluta non sit, Princeps tamen eadem priuilegia illi concedit, quæ ipsi habet.* Non equidem propter te, ô Virgo Princeps creaturarum lex hominibus lethalis indicitur, sed pro omnibus subditis in protoplasto delinquentibus. Plura alibi. Vnde & prudentis timoris inter communia pericula, & gratiæ securitatis pulchra habes documenta.

Comest.

Observatio V.

Bethsabee Maria peccatoribus salutaris.

Ostendo Sanctorum intercessionem nostris iustis operibus compleri.

32. Mariæ vmbram Bethsabee extitisse Petr. Damian. ostendebat. In cuius expositionem ponendum ex D. Chrysost. Bethsabee idem esse ac *puteum*; siue, vt obseruat Georg. Venet. Probl. 474. *puteum septem.* D. Hieronym. qq. Hebr. in Gen. 21. docet puteum iuramenti vocatum *Berchenabh*, *beer* autem *puteus*, *Schenabh septem* significat. Itē adnoto Bethsabee, siue vt aptiùs ex Symmacho, & aliis, Bersabe idem esse ac *filia deprecationis, exclamationis, saluationis.* Hier. qq. ad Paral. explicans verbum *bethschbuabh* ex quo nomen Bethsabee ducit originem. *Filiam* etiam *Potentis* Chrys. interpretatur. His positis.

Chrysost. Venet. Hieronym.

33. Deipara rectè in Bersabe, siue puteo septem fuit adumbrata; puteus enim plenus existit, non septem superiorum influxuum, quibus à Dauide Salomon est generatus, vti Venet. obseruat; sed septem cælestis donorum spiritus. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Cant. 4. E fonte Dominico aquæ vitalis fluminis in capacissimum puteum septem congregantur, vt inde velut ex fonte in homines refluant. Bernardus serm. de Nat. Mar. *Quis verè fons vitæ, nisi Christus Dominus? Deriuatus est fons, vsque ad nos, descendit per aquæductum vena illa cælestis. Plenus equidem aquæductus, vt accipiant omnes de plenitudine.* Proh putei profundissimi præstantia in morem aquæductus seu fontis aquam non retinentis, sed vberrimè emittentis!

Maria Pu- teus septem Spiritus sancti donorum. Cant. 4. Bernard.

34. *Deus Virginem puteum effecit gratiæ plenitudinis.* Gen. 2. Infante mundo, *non pluerat Dominus super terram, sed fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ.* Gen. 2. Num Deus immediatè pluit, seu hominum corda arida irrigat? Certè puteum Marianum replet imbribus gratiarum, quas illa humana profundat in præcordia. Rup. 4. Cant. *Sicut enim initio fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ, & fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita; sic ex te ô amica, ô benedicta, fons ille ascendit, qui apud Deum erat, & in te puteum fecit. Ascendit ad irrigandam superficiem terræ, ad instruendam, & excolendam Ecclesiam per vniuersum orbem terræ.* Qui quidem septem quasi portionibus, seu partitionibus sectus, vti ex cosmogr. constat, appositè non iam quatuor capitum fluminis diuisione, sed septem putei septem Mariæ irrigationibus fœcundatur.

Ruper.

35. *Huius putei profunditas, aquarum plenus.* Cant. 4. Huiusce putei aquarum præstantiam expendo. Viuentium certè aquarum seu salientium in vitam abysso puteus septem oppletur. Rursum explico locum Cant. *Puteus aquarum viuentium, quæ fluunt cum impetu de Libano.* c. 4. Proximè asserebam è Libano Christo gratiarum flumina in Marianū puteum profluere; iam affirmo ipsam Deiparentem & puteum & simul Libanum eleuatissimum existere, vnde cum impetu ad homines aquæ salutares prolabuntur. Cardinalis Hailgrinus apud Delrium. *Maria propter multiplicem inscrutabilem profunditatem* (en puteum septem) *gratiarum, quæ in ipsa congesta sunt, dicitur puteus aquarum, non simpliciter, sed viuentium, hoc est salientium. Hæ fluunt cum impetu, quia illis resistere non valent aduersarij nostri Dæmones, & Hæretici. Fluūt de Libano, hoc est ipsa Virgine, quæ de se dicit, Ego quasi Libanus.*

Hailg.

26. *Homines, & Angelos irrigat semper plena.* Guilhel. Parum esset ex putei septem profunditate, capacitate tanta solis hominibus gratiam profluere, si non etiam Angelis beatis profunderetur, sine plenitudinis equidem putei imminutione. Id quod Guilhelm. Paris. adnotauit. *Vt puteus aquarum viuentium Maria continet sibi abyssos vitæ, & immortalium gaudiorum. Sed non continet ita sibi, vt non effundat & aliis. Effundit Angelis, & hominibus participationem pro captu singulorum, Angelis quidem torrentem voluptatis, hominibus in hac peregrinatione riuulos sanctitatis, & sanitatis, donec & ipsi ciues effecti inebrientur ab vbertate domus eius, & torrente

rente voluptatis eius potentur. Proh immensam putei septem profunditatem, cuius tantæ torrentes tot Angelis sufficiunt, cuius copiosissimæ vndæ Francisco, Dominico, Ambrosio, Ignatio, Apostolis, Martyribus, Confessoribus, Virginibus, Patriarchis, Prophetis effusæ, riuuli & non maria plenissima vocitantur! Num exhaustus puteus quantumuis septem immensis finibus dilatetur? Respondet Pater, *Sic puteus hic effundit, vt non minus contineat.* Et Alanus, Alan. *In te, ô Virgo, est fons saliens in vitam æternam, qui fons puteus est, id est, inexhaustibilis.* O creatura immensitatem quodammodo exprimens Creatoris!

37. *Filia sui mater deprecationis.* 3. Reg. 2. Iam Mariam *Filiam deprecationis* ostendo. Adonias Bersabe, *Petitionem vnam precor a te, ne confundas faciem meam. Vt dicas Salomoni Regi: nec enim negare tibi quidquam potest, &c.* 3. Reg. 2. Cui Regina, *Bene ego loquar pro te Regi.* Parenti autem augustæ deprecanti Rex, *Pete mater mea, nec enim fas est vt auertam faciem, &c.* 3. Regum 2. Illa expendo, *Nec enim negare tibi quidquam potest.* Aliquidne Deiparæ Iesus denegare valebit? Damian. Damianus serm. 1. de Nat. *Audi nos o Virgo, nam filius tuus nihil negans honorat te.* Arnol. Vberior Arnoldi Carnot. de laud. Virg. sermo profluit. *Habet homo mediatorem causa sua Filium ante Patrem, & ante Filium Matrem. Christus Patri ostendit latus, & vulnera; Maria Christo pectus, & vbera. Nec potest vllo modo esse repulsa* (neque ipsis negare Deus quidquam potest) *vbi concurrunt, & orant omni lingua disertius hæc clementiæ monumenta, & charitatis insignia.* Quonam modo enim Filius quidquam Matri petenti poterit abnegare, si deprecante Maria ipse ex iudice transit in patronum Patrem simul deprecaturus? Damian. Petrus Damian. citat. *In cælo, & in terra, o Virgo, data est tibi potestas. Quomodo ergo illa potestas tua potentia poterit obuiare, quæ ac carne tua carne suscepit originem?* Ac si diceret. Negare Filius tibi quidquam minimè potest, quia cùm tibi suam potestatem quodammodo Filius tradiderit, quomodo illa potestas iam quasi tua tuam potest inhibere potestatem? Vnde absolutè Bernardus serm. de Nat. Virg. *Quæramus*, inquit, *gratiam*, Adoniæ in morem, *per* Bersabe *Mariam; quia quod quærit inuenit, & frustrari non potest.*

38. *Orationem Mariæ nostris operibus compleamus.* Miror equidem quòd Bethsabee Adoniæ consequuta non sit, quidquid deprecabatur. Quid causæ, nisi quia pœnitenti ficto reconciliando operam impendebat? Quonam modo igitur filia deprecationis aut Bersabe, aut Maria siue Regem terrenum, siue cælestem Imperatorem exorabit? Deprecante Regina pro Adonia, pro peccatore, à Propheta Nathan personam Adoniæ gerente sermones perficiuntur. *Adhuc ibi te loquente,* (ait ille) *ego veniam post te, & complebo sermones tuos.* 3. Reg 1. 3. Reg 1. Haud satis Mariam deprecationis non filiam, sed matrem pro nobis efflagitare Deú, ne Adonias superbus, siue Diabolus regnet in populo, sed Salomon pacificus Christus Dominus, nisi nostra sequatur dispositio. *Cùm subuerteret Dominus ciuitates regionis illius,*) id est, Sodomæ & Gomorrhæ) *recordatus est Abrahæ, & liberauit Loth.* Preces etenim Patriarcha profudit, *Ne simul perdas iustũ cum impio.* Gen. 18. & 19. Abrahæ ergo prece propugnatrice Loth ab igne eripitur, dum ipse Gen. 19. iustitiæ operibus Patriarchæ sermonem confirmat. D. Chrys. *Propter orationem Patriarchæ iustus Loth seruatus est. Iustus,* inquam: Chrysost. *Quando enim quod ex nobis est simul afferimus, & accedit intercessio Sanctorum, plurimum nobis confert. Quod si negligentes fuerimus, & spem in illis solis collocamus nostræ salutis, nihil ampliùs nobis prodest. Non quòd infirmi sint sancti, sed quia propter desidiam nos ipsos perdimus.* Ideo Dominus Ieremiæ, *Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te.* c. 7. Num quia infirma Prophetæ sanctissimi deprecatio? Rectè idem Chrys. ad Gen. *Vt intelligerent Iudæi, quòd nihil eis prodest Propheta, nisi & ipsi, quæ sua sunt proferre velint. Id scientes charissimi, confugiamus ad Sanctorum preces, sed non illorum precibus tantùm confidamus; sed & ipsi nostra rectè dispensemus, & ad meliora semper conuertamur.*

OBSERVATIO VI.

Maria fortissima Iudith hostibus exitialis.

Vbi de laudabili contra animi, fideique hostes iracundia.



VDITH virtute præstantissimam fœminam Holophernis caput resecãtem Mariæ gessisse simulacrum ex D. Hieronymo dignouimus. Ipsa etenim serpentis caput comminuit, iuxta illud. *Ipsa conteret caput tuum.* Gen. 3. 39. Hieron.

40. *Maria Diabolum iugulans.* Profectò si Diabolus serpentinus Holophernes Origeni, Basil. Gregor. Chrys. Cyril. & aliis est: Maria Diaboli caput amputauit. D. Bern. hom. sup. *Missus est. Ipsa proculdubio caput contriuit venenatum, quæ omnimodam maligni serpentis suggestionem tam de carnis illecebra, quàm de mentis superbia deduxit ad nihilum.* Bernard. Proh facinoris difficultas! Ad tantam hoste extincto victoriam, *mulierem fortem, quis inueniet?* Pro. 31. Respondet Pater vbi suprà. Pro. 31. Bernard. *Nouerat sapientissimus huius sexus infirmitatem, fragile corpus, lubricam mentem: quia tamen & Deum legerat promisisse, vt qui vicerat per fœminam, vinceretur per ipsam, vehementer admiratus aiebat, Mulierem fortem quis inueniet? Ne autem hoc quæsisse putetur desperando, subdit prophetando, Procul, & de vltimis finibus pretium eius. Non vile, non paruum, non mediocre, non denique de terra, sed de cælo, nec de cælo proximo terris pretium huius mulieris, sed à summo cælo egressio eius.*

41. *Peccatum spolians capite.* Quòd si Cyrillo, Chrys. Eliæ Cret. Nazianzenóque Holophernes serpens peccatum obiicitur, cuius *caput*, vti ait Aug. l. 11. de Gen. c. 27. *Subiectio peccati originalis est.* Contriuit, amputauitque Iudith Maria caput Holophernis. August. *Cum subiectio* (inquit Pater) *originalis peccati caput sit, tale caput Maria contriuit, quia nulla peccati subiectio ingressum habuit in animam Virginis; & ideo ab omni macula immunis fuit.*

Liceat

Fern. Liceat doctiſſimi viri noſtræ Societatis ſanctitatis gloria fulgentiſſimi Ioannis Fernãdez ſententia doctrinam confirmare. *Ipſa* (inquit in Theſau. verbo *Calcaneus*) *cõteret caput tuum, Ipſa ſignificat beatam Virgine Mariam, quæ prima contriuit caput ſerpentis, id eſt, peccatũ originale, à quo fuit immunis.* Proferat ergo noſtra Iudith verba illa, quæ Bethuliæ gloria profudit, (Iudith 13.) *Viuit Dominus, quòd nõ permiſit Dominus me ancillã ſuã coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me gaudentẽ in victoria ſua, & in euaſione mea.* Iud. 13. Euaſit equidem impolluta Maria redemptoris victoria. Vnde illius loco particulæ. *Ipſa conteret caput tuum.* Pereira noſter legendum approbat, *Ipſe conteret.* Nam quia electa parentis Ieſu Regis muneri tanta fortitudine eſt condecorata, vt conterens ipſa peccati caput, ipſum regem potentiſſimum, ex quo matris robur viciſſe proferatur. Vt probaret Zorobabel mulieres fortitudine pollere, hoc vtitur argumento. O viri, cur non ſunt fortiores mulieres rege, & vino? *Mulieres genuerunt regem, & omnem populum, qui dominatur, & ipſæ educauerunt eos.* 3. Eſdr. 4. (3. Eſdr. 4.) Annon Maria quæ peperit educauitque regum Imperatorem auguſtiſſimo robore donata eſt?

42. *Caput infidelitatis amputauit.* Si denique Hæreticos vniuersámque infidelitatem in Holopherne ſerpente deſignari Gregorius, Beda, & Auguſt. affirmant, Deipara cunctas hæreſes, vniuerſam infidelitatẽ decollauit. Vnde Sponſus, *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Cant 8. (Cant. 8.) Ad quæ Ruper. *Cor, & brachium* Scripturæ veritatis. *Quid cor tuum, & quid brachium tuum niſi Scriptura veritatis, quæ ſcripta ſunt ſecundum cor tuum?* Virgo itaque Iudith fortiſſima profatur, *Pone me vt ſignaculum ſuper illud cor tuum, pone me vt ſignaculum ſuper illud brachium tuum. Quam ob cauſam? Nimirum vt triplicem, quæ contra me latrant, inſaniam Iudaicam, Paganicam, Hæreticam* (en Rabidum Holophernem canem trifaucem.) *Prompta ſum, expedita ſum o contra fortiter defendere cor tuum, protegere brachium ſicut fidele teſtimonium mira fortitudine, miranda duritie, quam nullus poſſit effringere.* Quidnam quæſo, cum immenſa Mariæ pietate hoſtium exitium? *Mater* eſt planè *pulchra dilectionis* peccatoribus infidelibus autem *timoris* parens eſt, fons fulminum, vulnerum officina. Rupert. (Rupert.) *Maria cum in remittendis peccatis piiſſima ſit, illos dumtaxat qui loquuntur extra vel contra verbum veritatis, mortificat, & inferno addicit illorum animas. Quidpiam tolerare poteſt, quod Scripturæ veritatis contrarium eſt? Illos, qui ſunt in hoc, eliminat, & gladio trucidat.* Zelus huiuſmodi à fidelibus imitandus. Id quod eleganter Abbas perſequitur profatus, *Nulla re magis offenditur, nullo malo exacerbatur ampliùs anima iuſti, quàm ſi audiat de Scripturis quippiam contra ſenſum cordis huius amici. Quamuis natura ſit mitis, ſtatim ad rem iſtam fit intractabilis, & videtur aduerſariis eius motus eius quaſi motus mortis, & ira eius quaſi ira infernalis.* Subiicit Moſis exemplum. *Cùm eſſet mitiſſimus omnium, qui morabantur in terra, vbi cauſa popoſcit, ſic immitis factus eſt quaſi mors, ſic durus quaſi infernus.* Sic ille.

Observatio VII.

Alma Rebecca Maria.

Edocet ſanctas virgines apud abſcondita commorari.

43. Typum Deiparæ fuiſſe Rebeccam vidimus ex Bernardo. Recognoſcenda noſtri doctiſſimi Caniſij verba (Caniſ.) profantis, *Hæc eſt illa Rebecca vere alma, hoc eſt, adoleſcentula abſcondita, viro incognita, eximiè ſpecioſa, inter plurimas electa, a magno Patre conquiſita, pretioſis donata monilibus, & ſingulari pudore cohoneſtata Virgo, ſoláque digna reperta, cui verus Iſaac, Omnipotens nempe Patris riſus, idémque noſtra vera lætitia fons beatiſſimo ſpiritualium nuptiarum vinculo coniungeretur.* Nonnulla ponderabo.

44. *Maria Alma ſeu ſancta abſcondita.* Inprimis Maria verè alma vocitatur. *Ecce ſto iuxta fontem aquæ, & Virgo, quæ egredietur ad hauriendam aquam audierit à me, Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum de hydria tua. Et dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriam, ipſa eſt mulier, quam præparauit Dominus filio Domini mei.* Gen. 24. (Gen. 24. Hieronym.) D. Hieron. pro, *Et Virgo, quæ egredietur* legit, *Et adoleſcentula.* Hebr. *Alma*, quod eſt, *abſcondita, ſecreta, cuſtodia addicta.* Doctor ſic, *Ergo Alma non ſolùm puella, vel virgo, ſed cum epitaſi Virgo abſcondita dicitur, & ſecreta, quæ nunquam patuit aſpectibus, ſed magna Patrum diligentia cuſtodita ſit. Noſtro quoque ſermone* Alma *ſancta dicitur.* Itẽ, Alma, *quod interpretatur Abſcondita, maioris mihi laudis eſſe videtur, quàm virgo. Virgo quippe poteſt eſſe corpore, non ſpiritu. At quæ abſcondita eſt iuxta idioma linguæ Hebrææ conſequenter & virgo eſt.* Igitur verè Alma Maria, verè ſancta, quia abſcondita Virgo. Vnde *ingreſſus Angelus ad eam.* Luc. 1. (Luc. 1. Emiſſ.) Quia (vti Euſeb. Emiſſ. ait) *non in plateis erat, non in publico morabatur, intus erat, in penetralibus ſola ſedebat; nec tamen ſola tanto virtutum exercitu circũſcripta.* En Virgo verè Alma, verè Sãcta, ſiue virtutum ſtipata exercitu obiicitur, vti decet abſconditam. Abſcondita eſt Virgo? Sancta igitur verè vocitabitur.

45. *Incognita viro, ſiue viris non patens aſpectibus.* Deinde *viro incognita* indicitur. Annon Archangelo Maria, *Quoniam virum non cognoſco.* Luc. 1. De Rebecca Textus, *Ecce Rebecca egrediebatur puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro.* Gen. 24. (Gen. 24.) Quare cùm præmiſiſſet *Virgo pulcherrima*, replicat, *Et incognita viro?* Clem. Alex. 4. Strom. & (Clem. Orig.) Orig. hom. 10. in Gen. cenſent hoc loci virginis nomine innui corporis incorruptionem, illâ autem particulâ, *& incognita viro* manifeſtari, nullatenus illam hominum aſpectui patuiſſe, tam abſcondita adoleſcentula mota batur. Hinc conſpecto Iſaaco *tollens citò pallium ſuum, operuit ſe*, fœminis cunctis modeſtiæ exhibens exemplum. *An verò* (ait D. Ambroſ. l. 3. de Virg.) (Ambroſ.) *mediocre pudoris exemplum eſt, quod Rebecca cùm veniret ad nuptias, ſponsúmque vidiſſet, velamen accepit?* Incognita prorſus Maria viro, *quæ cùm audiſſet, turba-*

ta

Luc. c. Ambrof. *ta est in sermone eius.* Luc. 1. Ambr. Disce virginem motibus, disce verecundia. Nec solùm Maria virgo corporis integritate, sed & mente, non mudò *virgo*, sed *incognita viro. Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari.* Annon quæ se virginem iactat, si absit pulchritudinis velamen, quasi à viro cognita perhibetur? Abimelech Rex Geraræ Saræ, Gen. 20. *Ecce dedi mille argenteos fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum, & quocunque perrexeris, memento te esse deprehensam.* Gen. 20. Ac si diceret, Inconsequenter te innuptam simulas, virginem Abrahæ uxorem profiteris, si ob defectum velaminis te à viro aspectari permisisti. Virgo pulcherrima es? Virginem ergo decet obuelatio. Appositè Tertul. de velan. Virg. Tertul. *Vera, & pura virginitas, confugit ad velamen capitis, quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat aduersus ictus tentationum. Indue igitur armaturam pudoris, circumduc vallum verecundiæ.*

46. *De munificentia signo dignoscitur apta, quæ munificentissimo sponso colligetur.* Gen. 24. Chrys. Ruper.

Præterea de munificentiæ signo Rebecca dignoscitur. *Et dixerit mihi, Tu bibe, & camelis tuis hauriam, ipsa est mulier, quam præparauit Dominus filio domini mei.* Gen. 24. Vbi acutè Chrys. *Vide serui prudentiam. Nam quia sciebat Patriarchæ hospitalitatem, & quia virginem ducendam connumeraverat eisdem præditam esse moribus, quibus Dominus suus: nullam aliam quærit coniecturam, sed characterem virginalis animi ex hospitalitate vult agnoscere.* Consonans Ruper. ait, *Credidit ille, quòd hospitalitatis argumento explorata, & tali indicio deprehensa virgo domini sui moribus conueniens digna eius foret coniugio.* Vis dignoscere, num Maria apposita Deo spirituali coniugio colligari? Munificentissima est? hospitalitate gaudet, Dei charitatem imitatur, omnibus potum exhibet salutatem. Bernard. D. Bernard. serm de Nat. Mar. *Sanè ipsa sese plenitudo exinaniuit, vt fieret nobis iustitia, sanctificatio, redemptio. Deriuatus est fons vsque ad nos, descendit per aquæductum vena illa cælestis. Nostis enim cui dictum sit, Aue gratia plena.* Plena equidem Maria, quia puteus est, ac simul Rebecca nos instar aquæductus diuina compotans plenitudine. Nec enim sat Deiparæ, si nobis putei pleni aquis propinaret, dum cælestis abyssi pelagus immensum non quodammodo nobis exhauriret. *An verò*, adiicit Pater, *inueniri potuisse miramur, vnde tantus, ac talis fuerit aquæductus, qui nimirum instar scalæ illius, quam vidit Iacob, cælos tangeret, immò & transcenderet, vt viuidissimum illum aquarum, quæ super cælos sunt, possit attingere fontem.* Ecce Rebecca Maria Sponsum imitatur, dum puteus illa fonti illi adhærescit, vt ex fonte ac puteo, hospitalitatis gratia, cuncti bibamus. Apta equidem Maria, quæ spiritualium nuptiarum vinculo nostro Domino colligari queat.

47. *Induit Christum nostris pellibus, vti nobis benedictionē consequeretur.* Gen. 27. Rom. 8.

Denique de Rebecca Moyses, *Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat, domi induit eum, Iacob scilicet, pelliculasque hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.* Gen. 27. Vti dilectus Iacob benedictione donaretur à patre. Diuus August. lib. cont. mendac. cap. 10. affirmat non mentitum Patriarcham, quia Saluatorem præfigurauit, similitudine peccatoris indutum, iuxta Apostolum, *Deus mittens Filium suum in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne.* Rom. 8. Sed accommodatiùs argumentum, *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu.* Gal. 3. In Gal. 3. morem etenim Iacob peccatorum maledictionis vulnere sauciorum pelle indutus æterni Patris nobis acquirit benedictionem. Augustin. ad hæc, August. *Iacob hædinis pellibus membra contexit, si causam proximam requiramus, mendacium putabimus; hoc enim fecit, vt putaretur esse, qui non erat. Si autem hoc factum ad illud, propter quod significandum re vera factum est, referatur, per hædinas pelles peccata; per eum verò, qui eis se operuit, ille significatus est, qui non sua, sed aliena peccata portauit.* D. Bernard. Bernard. serm. 28. in Cant. ad illud, *Sicut pelles Salomonis, Agnosco*, inquit, *sub pelle hædi, qui peccatum significat, & manum, quæ peccatum non fecit, & collum per quod mali contagium non transiuit. Noui, quòd sis lenis natura, mitis, & humilis corde, blandus aspectu, suauis spiritu. Vnde ergo nunc instar Esau pilosus, & hispidus: vnde hi pili? Mei sunt: nam pilosa manus similitudinem proximi exprimunt peccatoris. Meos agnosco hos pilos, & in pelle mea videbo Deum Saluatorem meum.* Quam itaque peccatoribus vtile, se cælesti benedictione donari, Christo nostris pellibus induto? Profectò mirum esset, si tanti muneris pondus ab induente Iesum Maria vera Rebecca non obuenisset. Vnde adiicit pulchrè Pater, *Non tamen Rebecca sic illum induit, sed Maria, tantò dignior em qui benedictionem acciperet, quantò sanctior quæ peperit. Et bene in meo habitu quia mihi benedictio vendicatur, mihi postulatur hæreditas.* Illa pondera, *Tantò digniorem qui benedictionem acciperes, quantò sanctior, quæ peperit.* Num ob præstantissimam Mariæ sanctitatem dignior Christus, qui benedictione nobis vberiori donaretur? Visus affirmare audax ex pietate Bernardus, ego autem tacitus inclamo, Proh prodigiosam Mariæ sanctitatem! Ediscant virgines sanctitate fulgidæ idem virginem sanctam ac absconditam esse.

Observatio. VIII.

Maria scandentibus cælum hominibus Iacobea apponitur scala.

Innuo facilem hominibus à terra in superos transitum.

Ex D. Augustino legimus Mariam 48. scalam, qua Deus ad homines de- Aug. scendit, vti per ipsam homines ad cælum exsurgerent. In cuius expositionem adnoto primò scalam Iacob, si sensui literali hæredum, diuinam significare prouidentiam, & gubernationem. Deus scalæ innititur primus omnium motor ac rector, Angeli ascendunt, & descendunt, imperiorum ministri, à cælo in terram scala demittitur, quia Deus inferiora per superiora gubernat. Sic Theod. Theod.

Aben-

Abenesra.

Abenesra, & recentiores apud Peret. Deinde præmitto per scalam illam, Christi generationem, Adamo quidem in supremo, Maria autem in vltimo gradu apposita. Ita Diodor. Vatab. Rupert.

49. *Maria nos suscipit euntes, & ascendentes, & volunt vos, & scala vos Domino tradit.*

Deus igitur omnia fortiter ac suauiter disponens homines apud primum terræ hærentem gradum, Mariam scilicet, homines constituit, vt fortiter ad finem, salutem videlicet æternam, suauiter auolarent. Christus ad terras descensurus ab Adam, imò à Patre perrexit ad Mariam, nec sine Maria apud terricolas commoratus est, quasi inoueret necessariò quodammodo in cælum ascensuris primum gradum inire, siue Deiparæ obsequium præstare. Augustinum audite serm. 15. de Temp. *Facta est Maria scala cælestis, quia per ipsam Deus descendit ad terram, vt per ipsam homines ascendere mereantur ad cælum.* Et Diuus. Fulgent. serm. 2. de Virgine, idem simili affirmat sententia. Et Diuus Bernardus serm. 2. de Adu. profatur, *Filioli, hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia, hæc tota ratio spei meæ.* Vbi adnota Virginem absolutè non gradum scalæ, sed vocitari scalam, quia licèt Maria primus scalæ gradus sit, qui in gradu Mariæ collocatur, putet sibi reliquos tenuisse. Nam si, Theodot. autore, scalæ varij gradus varia sunt media, queis homines salutem consequuntur, feruntur in superos, vnus Mariæ gradus te excipiens ita plerúmque infallibiliter te aliis gradibus committit, vt quasi totam viam conficias, qui primo in Mariano gradu pedes collocasti. Vnde egregiè Bernardus serm. de laudi. Virg. *Virgo regia ipsa est via, siue scala. Teneamus ergo viam, studeamus ad Deum per eam ascendere.* Non gradum scalæ, nec viæ principium, sed absolutè scalam, ac regiam viam Virginem vocitauit. *Per te*, adiicit, *accessum habemus ad Filium, ô benedicta, inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis; vt per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis.*

August.

Fulgent.

Bernard.

50. *Est via compendiaria ad Deum.*

Gen. 28.

Rupert.

Erat, quando Dominus in augustissimo inaccessibili supremo gradu scalæ commorabatur. *Et Dominum innixum scalæ.* Genes. 28. Iam in nouissimo magis quidem cælesti gradu Deipara scilicet, autore Ruperto, aspicitur, *de qua natus est Iesus.* Christi enim generationem iuxta Matthæum scalam Iacobi Abbas appellauit. Via igitur longissima iam nobis à terra in cælum exhibet facilem meatum. Via aderat ad diuinitatem legis naturæ, ac scriptæ cultoribus, sed longissima. At Christus descendens à gradu supremo, infimóque Mariæ sistitur, viam compendiariam docuit euntes. Idem námque viam instituere, ac cælesti in patria conquiescere. *Habentes*, inquit Paulus, *fiduciam fratres, in introitu Sanctorum, initiauit nobis viam nouam, & viuentem.* Hebr. 10. Maria profectò Sanctorum introitus, noua quidem via, quæ non teritur, sed inchoatur: ipsum enim introire, viam est consummare. Confirmat. August. 9. de Ciuit. cap. 15. *Beatus, ac beatificus Deus particeps humanitatis nostræ compendium præbuit participandæ Diuinitatis suæ.* Mariam enim viam nobis *initiauit*, non totam exhibuit; initium enim viæ longissimæ, quod Maria est, nobis est per compendium itineris perfectio. Quare autem *viuentem* viam eam Apostolus vocitauit? Quia regia, quia attrita ex properantium multitudine. Inde Bernard. serm. de laudi. Virg. *Virgo*, inquit, *est regia via, per quam Rex aduenit, studeamus per ipsam ad eum ascendere.*

Hebr. 10.

Aug.

Bernard.

51. *Commercium cælestium ac terrestrium per Mariam.*

Chrysol.

Iam pulchrè affirmet Chrysolog. serm. 3. de Annun. Incarnationem in Mariæ vtero Diuinitatis ac carnis esse commercium. Per Mariam etenim scalam ac viam libera vltrò citróque commeandi, ac mercium commutandarum facultas hominibus ac Angelis, imò diuinis Triadis personis exhibetur ab ipso Mariæ Conditore. Deus quippe hominibus per Virginem exhibet gratiam, ab hominibúsque humanam accipit naturam, ipsósque peccatores fideles effectos Mariæ recipit intercessione. Per Mariam terram Spiritus sancti replet benedictione, terráque homines cælestes effectos immittit ad superos. Portitor siue portuum apertor Gabriel volitat, quiquidem per Mariam gratiæ hominibus plenitudinem affert, *Aue gratia plena*, hominúmque refert fidem & obedientiam, *Ecce ancilla Domini.* Luc. 1. Pulchrè Chrysolog. citat. *Ad Virginem aligerum Deus portitorem mittit, qui fert gratiam, refert fidem.* Portitor Angelus iure vocatur; est enim propriè *portitor*, qui per apertos & liberos portus mercibus inuehendis, ac euehendis incumbit. Hinc collige quàm facilis fidelibus terricolis ad superos transitus. Annon *Angeli ascendentes ac descendentes* per scalam duas inter se cælestem ac terrestrem familias inde coniunctas esse affirmant, quia crebros hinc inde se cum mandatis, ac muneribus nuncios ostentant? Ita planè.

Luc. 1.

Observatio IX.

Gedeonis vellere Maria præsignata.

Vbi de Incarnationis mysterio.



52. EX Ambrosio docuimus Mariam Gedeonis in vellere figuratam, vbi incarnationis præsignatum mysterium affirmat Orig. Proc. & Chrys. è Psalm. 71. *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Id quod duo respicit miracula, quæ Gedeonis in vellere contigerunt, & solummodo vellere madente, cùm terra arida relinquitur, & inani vellere relicto, sola terra humore perfusa. Annon iuxta priùs mirabile Maria vellus est, quod sanctissimo illo de cælo lapso rore permaduit, dum vtero concepit, gestauit, ac soluit? Alibi enim terrarum secundùm humanitatem nusquam erat diuinus ille ros, omnéque solum cælestium penuria imbrium siccum, penéque torridum arebat. Iuxta

Chrys. Psal. 71.

posterius autem fuit post partum purissimus Virginis vterus totis eiusdem inanis, ac vacuus; alibi verò tum iam versabatur Christus, terrámque exemplo ac merito, doctrina, & Euangelio suo totam humectabat.

Vellus Mariæ verum induit Agnum, vt nostra crimina operiret.
Hieronym.

53\. Age, cur Deipara vellus vocitatur? Inprimis equidem, quia Dei Agnus mundi laturus crimina Mariæ vellere indutus apparuit, Pastoribus præcipuè gregis custodibus. In epist. Paulæ Hieronymus, *Pastores nocte vigilantes audire meruerunt*, Gloria in excelsis Deo; *dúmque seruant oues; inuenerunt Agnum Dei è puro, & mundissimo vellere, quod in ariditate totius terræ, cælesti rore completum est.* In hanc sententiam veniens Ambrosius fatur, serm. 13. de Natal. Dom. *Appellatur Maria vellus, quia de molli sinu eius Agnus est egressus, qui & ipse Matris lanitium, hoc est, carnem gestans molli vellere cunctorum operit vulnera populorum. Omne enim peccati vulnus Christi lana suffunditur, Christi fouetur sanguine, & vt sanitatem recipiat Christi indumento vestitur.* Illud pondera, *Qui & ipse Matris lanitium gestans, molli vellere cunctorum operit vulnera peccatorum.* Illud etenim quod à piissima erga peccatores Matre primum acceperat, quomodo non mox vulneribus peccatorum medicandis expenderetur?

Ambros.

Sine strepitu, ac læsione Incarnationis mysterium in Maria operatum.
Ambr.

54\. Deinde Maria vellus, quia quemadmodum sine inquietudine vellus imbrem silenter recipit, haud aliter in vtero virgineo Incarnationis mysterium silenter operatum est. Tum etiam quia sine velleris scissura aqua recipitur, & cælestis fœtus est cum Mariæ receptus integritate. Citatus Ambros. *Quid tam silenter & sine strepitu fit, quàm cùm imber in lana vellus infunditur? Nullius aures sono verberat, nullius corpus humore repercussionis aspergit, sed sine inquietudine hominum totum imbrem per multiplices effusum partes, toto corpore in se trahit, vnius meatus scissuram nesciens, solida mollitie plures præbens meatus, & quod clausum videtur per densitatem, est patulum per tenuitatem. Rectè ergo Maria velleri comparatur, quia ita concepit Dominum, vt toto eum hauserit corpore, nec discissuram corporis passa sit; sed omninò mollis fuerit ad obsequium, solida ad sanctimoniam.* Queis in verbis illam Virginis specialiter approbo descriptionem; *Mollis ad obsequium, solida ad sanctimoniam.* Solida etenim ostentatur, cùm Angelo ei dixit, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.* Ad obsequium autem mollis, dum adiicit, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c.*

Vellus Maria nudos nos induit.
Ambr.

55\. Præterea vellus vocitatur, ex quo hominibus è transgressione nudis, ne fugitent, vestimenta texuntur. Ita Ambrosius vbi suprà. *Rectè Maria velleri comparatur, de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur.* Annon particula, *de cuius fructu*, innuit Mariam arborem vitalem quidem è cuius non foliis, vti Adamo ex ficu, sed fructu salutari homines induimur, ne ampliùs cum Protoplasto fugiamus.

Christus de

56\. Cæterùm, quia sicut vellus sine carnis læsione ab oue eripitur, Christi caro de Virginis carne assumitur, sed sine virginitatis corruptione. Diuus Bernardus hom. 2. super *Missus. Quid Gedeonis vellus significat (quod vtique de carne tonsum, sed sine vulnere carnis) nisi carnem assumptam de Virginis carne, & absque detrimento virginitatis?*

Maria sine puritatis læsione.
Bernard.

57\. Ad hæc, quia pluuia Christus primum in vellus, deinde descendit in terram; priùs enim in Virgine sese sine strepitu demisit, posteà verò haud sine strepitu verborum & miraculorum per vniuersum orbem diffunditur. *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Psalm. 71. Vbi velleris & areæ innuitur madefactio. Diuus Bernardus citatus sic Dauidicum testimonium expendit, *Gedeonico facto propheticum dictum pulchrè satis conuenire videtur, vbi legitur; Descendet sicut pluuia in vellus. Nam per hoc, quod sequitur, Et sicut stillicidia stillantia super terram, idem datur intelligi, quod per aream rore madidam. Pluuia quidem voluntaria, quam segregauit Deus hæreditati suæ, placidè priùs, & sine strepitu operationis humanæ suo se quietissimo illapsu virgineum demisit in vterum; postmodum verò vbique terrarum diffusa est per ora prædicatorum, non iam sicut pluuia in vellus; sed sicut stillicidia stillantia super terram, cum quodam vtique strepitu verborum, & miraculorum.*

Silenter vt vellus tingit, mox cum strepitu terrã abluit.
Psal. 71.
Bernard.

58\. Denique, quia sicut priùs plenum rore vellus fuit, quàm terra arida potaretur: omnis gratiæ plenitudo primùm replet Mariam, mox cunctis ex eius plenitudine accepturus. Idem Bernardus hom. 2. super *Missus. Quid*, inquit, *vellus Gedeonis significat (quod in area ponitur, & nunc quidem lana, nunc area rore perfunditur) nisi carnem assumptam de carne Virginis, cui, distillantibus cælis, tota se infudit plenitudo Diuinitatis, adeò vt ex hac plenitudine omnes acceperimus, qui verè sine illa, scilicet Maria, non aliud, quàm terra arida sumus.* Apertiùs serm. de Natal. Mar. *Cælesti*, inquit, *rore Deus aream rigaturus, totum vellus priùs infudit, redempturus humanum genus, pretium vniuersum contulit in Mariam.* Hinc colligo nullam partem areæ, seu nullum purum hominem, ad plenitudinem Mariani velleris ascendisse, si tota priùs plenitudo, quæ in aream deriuatur, quasi in vna stagnatur Maria. Bernard. serm. 3. de Annunc. *Singularem*, ait, *quod sola inuenoris plenitudinem; generalem, quòd de ipsa plenitudine accipiant omnes: sic nimirum olim ros totus in vellere, totus in area fuit, sed in nulla parte areæ totus, sicut in vellere.* Vt autem illustrior reddatur hæc de incarnatione Verbi in Virginis vtero allegoria, ipsum Gedeonis nomen incarnati Verbi exhibet mysterium: Gedeon enim *circumiens in vtero* interpretatur. Ad quæ Rupert. *Quid est*, circumiens in vtero, *nisi Omnipotens Deus sua dispensatione nos redimens, & sua diuinitate cuncta complectens; vt in vtero incarnatus esset, & clausus non esset?*

Priùs vellus Marianum impletur, mox omnes replemur ex ipso.
Bernard.

Bernard.

Rupert.

***

Obser

OBSERVATIO X.

Clausa Ezechiëlis porta Mariam adumbrauit.

Vbi de Virginum à viris abstractione.

59. Hieronym.

CONSTAT ex Hieronymi sententia Virginem Ezechiëlis portâ figuratam. Id quod & de virginitate Dei parentis, & de eiusdem Conceptione immaculata expendam.

60. De Virginitate Mariæ locus Ezechiëlis expenditur. Ezech. 44.

Et quidem de Mariæ virginitate apprimè Ezechielis quadrat testimonium. *Et conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem, & erat clausa. Et dixit Dominus ad me, Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transibit per eam; quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa Princ.pi.* cap. 44. Vbi adnoto ter clausam portam vocitari, vti Mariæ ante partum, in partu, ac post partum figuretur integritas, profanè Canisio lib. a. cap. 6. Hæc prophetica Ezechiëlis verba crebrò citantur à Patribus, & ad Mariam verè portam perpetuò clausam, nullique nisi summo Principi peruiam sedulò accommodantur. Sic Chrys. hom. de Ioan. Bapt. Hier. hic, Ambr. de instit. Virg. c. 8. Aug. serm. a. de Nat. Dom. Euseb. Emyss. hom. 1. de Natal. Dom. Rufin. in exp. symb. Vnum, aut alterû profero testimonium. Ambros. epist. 81. *Quæ est illa porta Sanctorum, illa exterior ad Orientem, quæ manet clausa, & nemo transit per eam, nisi solus Deus? Nónne est hæc porta Maria, per quam Deus mundum intrauit?* Augustin autem serm. 14. de Natal. Dom. *Quid est*, inquit, *quòd Dominus solus intrat, & egreditur per eam, nisi quia Spiritus sanctus impregnauit eam? Quid est porta in domo Domini clausa, nisi quòd Maria semper erit intacta? Et quid est, Homo non transibit per eam, nisi quia Ioseph non cognouit eam? Et quid est, clausa erit in æternum, nisi quia Maria virgo ante partum, virgo in partu, & virgo post partum?* Hieronym. serm. variis de Natal. Dom. Virginem sic loquentem inducit, *Porta facta sum cæli, ianua facta sum Filij Dei, illa facta sum ianua clausa, qui post suam resurrectionem ingressus est per ostia clausa. Qui natus de vêtre meo me matrê demisit intactã, adimpleuit ventrê meũ diuinitate, & vterũ meum nõ euacuauit castitate. Exiuit de ventre meo gigãteo cursu magnificus, & vêter meus non est pudore euacuatus. Ingredientem, & egredientem habui in palatio ventris filium Imperatoris, & de manibus meis non amisi clauem regni pudoris. Porta facta sum cælo, ianua facta sû Filio Dei, illa porta facta sum clausa, quam in visione diuina Ezechiel vidit.* Proclus denique sic ad Mariæ tuendum honorem in Synodo Ephes. *Iste Emanuel natura quidem portas aperuit, vt homo, virginitatis autem claustra non fregit, vt Deus. Sic nascitur, vt est conceptus, impassibiliter introiuit, ineffabiliter exiuit, secundum quod Propheta Ezechiel dixit.*

Chrysost. Hieron. Euseb. Rufin. Ambros. August. Hieron. Procl.

61. Vel domus porta soli Angelo peruia.

Colliges hinc, cur Angelo legationem ad Virginem commiserit, quam poterat de more alicui Prophetæ tradere, vt supplicium Niniuitarum Ionæ, aduentum Saluatoris Isaiæ, reliquisque Prophetis, qui mundo cæleste arcanum aperuêre? Significatum equidem Mariam clausam esse portam, qua hominibus nullatenus aditus reseratur. *Angelus*, non homo *ingressus ad eam*, vti vel externus ingressus portæ huiusce veram clausulam celebraret. *Propterea* (inquit Diuus Ambrosius ad Luc.) *Angelo legatio commissa ad Virginem, vt ingressus ille hominibus significaretur imperuius.* Nec enim vel externa ingressio homini ad Mariæ aulam permittitur, vt spiritualis aulæ regiæ denotetur immunitas, quasi ab homine salutata puritatis speculum degeneri affatu pollueretur. Vnde idem Ambrosius. *Ne quo degenere deprauaretur affatu, ab Angelo salutatur.* Hinc *turbata est in sermone eius*; quia mirum sibi vel ad externam aulam materialis domus eum, quem hominem existimabat, portam potuisse perrumpere. Ambrosius a. de Offic. cap. 18. *Salutata ab Angelo tacet, & mota est ad introitum eius, quia ad virilis sexus speciem peregrinam turbatur aspectus Virginis.* Pende illud, *Mota est ad introitum.* O quàm vel domus portam patere viro timent, quæ integritatis portæ clausulæ operam impendunt! Vnde Maria vera porta prophetica æternùm obseranda pauet, dum virum domus portam videt penetrare potuisse.

Luc. 1. Ambros.

62. Porta lucida semper longè à peccati tenebris dissita. Ezech. 44. Maxim.

Ad immaculatæ Conceptionis venio fulgorem: Orientalem enim portæ respectum Propheta affirmat. *Et conuertit me ad viam Sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad Orientem.* cap. 44. Nec deceret portam illam per quam Deus Israël ingressus, ad Aquilonem, vnde panditur omne malum, respicere. D. Maximian serm. de Virg. *Hæc porta clausa, quæ fuit admirabilis Dei thalamus, cæleste templum, tabernaculum gloriæ de quo speciosus prodiit sponsus, lux gentium, condecenter & congruè nulla macula, seu vmbra originali contaminata est.* Quid Orientali portæ cum tenebris?

93. Per quam draco nunquam ingressus. 1. Esdræ 2.

Nehemias profatur, *Egressus sum per portam vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam stercoris. Et considerabam murum Ierusalem dissipatum, & portas eius consumptas igne. Et transiui ad portam fontis, & ad aquæductum Regis, & non erat locus bestiæ, cui insidebam, vt transiret.* cap. 2. Porta equidem, qua cunctis hominibus ad lachrymarum vallem patet ingressus draconis est, stercoris aptè vocitatur, vniuersæ portæ huiusmodi & exitiali igne cõsumptæ, & bestiæ peccati originalis exhibent ingrediendi copiã. Proh fontis, seu fluuij ciuitatẽ Dei lætificantis portam, Regis cælestis aquæductum, bestiæ omninò præclusam! Confirmat Gregorius Ezech. 9. asserens portam superiorem, de qua Propheta, *Sex viri veniebant de via portæ superioris*, initium esse conceptionis humanæ, peruium vtique & draconi, & bestiis terræ, vna equidem porta Maria omninò obserata.

Gregor.

Observatio XI.

Hebræorum Manna Mariæ vmbraculum.

Vbi ostenditur suauitatem seueritate admiscendam.

64. Ambros. Exod. 16. VIDIMVS ex Ambros. & Epiphan. Virginem apposité Mánæ Hebræorum cibo comparati; Manna etenim olim *vermibus cœpit scature.* Exod. 16. Anoon Christus Dominus vermis assignatur vocabulo? Dauidico ipse ore próficetur, *Ego autem sum vermis.* Psal. 21. Vbi Ambros. ser. 3. *Cur ita: Dominus creatura vermiculo se voluit comparari? Possumus hoc humilitati assignare, quæ Sanctorum virtus est maxima. Sicut Moyses antè Deum animal se irrationale profitetur, Dauid pulicem se commemorat.*

Psal. 21. Ambros.

65. Maria Manna ex qua vermis Iesus. Manna profectò *scatere cœpit vermibus,* quia Christus ex Manna, siue ex Maria generatus est. Quemadmodum enim ex Manna absque seminis commistione vermis exoritur, sic sine virilis seminis ope Christus nascitur ex Maria. Rupert. ad Exod. locum, *Scatens de Manna vermiculus ille est, qui loquitur in Psalmo, Ego autem vermis sum, & non homo. Sicut enim vermis sine concubitu de Manna scaturit, sic solus sine virili semine de virgineo ventre conceptus, & natus est Christus Filius Dei.* Et Ambros. ad Psal. 21. *Vermis nulla extrinsecus admistione alieni corporis, sed de sola & de pura terra procreatur; ideo illi Saluator noster comparatur, quoniam de sola, & pura Maria generatur. Et de Manna vermiculus gignitur, & Dominus Christus de Virgine procreatur.*

Rupert. Ambros.

66. Maria Manna ob subtilitatem, splendorem, & vermes. Iam verò quàm appositum Manna Deiparæ vmbraculum! Num subtile Manna? num splendore rutilans? De Maria Ambr. *Mariam Manna dixerim, quia est subtilis, & splendida, suauis, & Virgo.* Rupertus autem inde Mariam cum Manna componit, vnde illa cælestis dum esset anoona, Iudæis infidelibus computruit. *Hæc,* inquit, *vbi prædicatur infidelibus Iudæis, scandalum est illis. Sordidum enim, & indignum Deo reputant, de fœmina potuisse nasci. Computruit ergo talibus Manna verum Maria, quod de cælo descendit. Sed quod hoc pacto infirmum est eis, fidelibus virtus est, & sapientia.*

Ambros. Rupert.

67. Quia dulcis. Deinde Maria cælorum pabulo comparatur, quia super mel dulcis Mater Dei, super mel dulcem protulit Saluatoré. Annon Christus fauus dulcissimus? *Comedi fauum meum cum melle meo.* Cant. 5. *Fauus,* (ait Ambr.) *corpus est sacrosanctum Christi in aluearı purissimo apiculæ immaculatæ* (dico Mariæ vterum) *fabricatum.* Alanus, *Sicut fauus est mel latens in cera, ita anima Christi latuit in cellula carnis.* Honorius autem; *Per fauum, corpus, per mel, Christi anima accipitur.* Tantæ dulcedinis parens Deipara. Audiendus D. Ambr illo serm. 3. in Ps. 21. *Maria fauus, quæ velut cælitus veniens, sicut Manna, cunctis Ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit, quẽ qui manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit.*

Cant. 5. Ambros. Honor. Ambr.

68. Et quia fidelibus cibum, infidelibus vermes profert. Mannæ denique Maria assimilatur, quia sicut illud aliis cibum, vermes aliis proferebat: haud aliter Virgo fidelibus vitalem panem, infidelibus autem Iesum iudicij vermem exhibet puniturum. Diuus Ambrosius citat. *Ipse cibus potiùs in iudicium conuertitur.* (Loquitur de Maria) *Manna enim filiis Israel contra diuina præcepta tractantibus vermis effectus est, contumaciæ vltores, & iudices. Pulchra* (Saluator ait) *es amica mea. suauis, & decora sicut Ierusalem; terribilis vt castrorum acies ordinata.* Cant. 6. Egregiè locum meo arguméto Honorius accommodat Deiparam profantem inducens. *Sic blandè locutus est ad me, Pulchra es in castimonia; & ideo amica mea; Suauis hominibus; & ideo decora in cælesti gloria, sicut Ierusalem; terribilis contra vitia, vt castrorum acies, & aduersus Hæreticos ordinata.* Mitto Alanum in similem sententiam effusum, & do Gulielmum Paruum magnum Mariæ præconem, *Pulchra dicitur propter virtutem iustitiæ, suauis propter virtutem prudentiæ, decora propter virtutem temperantiæ, terribilis dicitur propter virtutem fortitudinis, quæ dum hostiles impetus constanter tolerat, hostilem audaciam potenter frenat.*

Ambros. Cant. 6. Honor. Guil.

69. Terribilis Dæmonibus. Aliter in peccatorum solatium locum expono. Maria dulce Manna hominibus, Dæmoni autem vermes indignationis pullulat. Sic interpretor proximum Cantici testimonium, *Suauis, & decora, terribilis,* &c. Vbi Hailgrin. *Suauis es per animi clementiam, terribilis es Principibus tenebrarum vt castrorum acies ordinata.* Nil enim magis timent tartareæ turbæ, quàm ordinem castrorum, si apud inferos nullus ordo reperitur. Vnica Mariæ protectio totus spiritibus immundis exercitus est. *Dilectus* (adiicit Doctor) *vt piam . . . cum demonstrare cunctis malignis spiritibus vehementer terribilem, dicit eam terribilem vt castrorum aciem ordinatam. Quia te sciunt aëreæ potestates esse matrem meam, matrem triumphatoris, & spoliatoris sui, verentur te matrem Terribilis, & eius qui aufert spiritum Principum.* Quid mirum Diabolo Mariam esse exercitum castrorum, si supremus Imperator in Matre decertat? Tota igitur hominibus cibus, quæ Diabolo vermes præparauit.

Hailg.

Observatio XII.

Fœderis venerabilis Arca Mariam exprimebat.

Vbi de cordis incorruptione ad hospitium Domino præparandum.

70. DIXIMVS hæreotes Ambrosio, & Bernardo Deiparæ typum Arcam fœderis extitisse, Deo profante, *Arcam de lignis setim compingite.* Exod. 25. R. Cbimchi, & alij per setim cedrum intelligunt, sed errant. Nam Hieronymo autore in Isai. 41. *Setim est genus arboris nascentis in eremo.* (dixerim in deserto Arabiæ, & fortè in

Exod. 25. Hieronym.

loco

loco [illegible] Setim, vbi filij Israël fornicati sunt cum Beel Phegor. Num. 25.) *spina albæ hab ns similitudinem, ex qua omnia ligna Arca, & Tabernaculi facta sunt instrumenta.* Estque lignum à putrefactione immune, vti vertunt Septuag. cuncta ligna & soliditate, & pulchritudine facilè superans.

71. *Maria orta ex Iudæorum spinis.* *Bernard.* Maria igitur Arca est ex lignis Setim de spinoso Iudæorum populo exorta D. Bernard. serm. *Aue Maria. De lignis*, ait, *Setim Arca facta est, & Maria de spinoso, & hispido Iudæorum populo, & arido procreata, qui vtique spinosus detractione, hispidus superstitione, aridus fuit vnctione diuina gratiæ; vnde spinosus spineam coronam Regi suo exhibuit, & in eum sicut ignis in spinis exarsit.* *Guil.* Congruentiùs Guillelm. *ortam*, inquit, *ex Eua, omniúmque progenitorum spinis sine aculeo peccati.* *Orig.* Origen. autem hom. 2. in Cantic. & 7. in Ierem. affirmat cunctos hominum filios spinas, si sponsæ Mariæ comparentur. *Bernard.* Bernard. *Reuera*, ait, *Eua spina fuit, quæ & virum suum ad mortem pupugit, & posteritati suæ peccati aculeum infixit.* Maria autem *sicut lilium inter spinas*. Cant. 2. Ad quæ idem Abbas, *Eua spina fecit, Maria rosa extitit, Eua spina vulnerando, Maria rosa omnium affectus mulcendo; Eua spina infigens omnibus mortem, Maria rosa reddens salutiferam omnibus sortem. Maria rosa fuit candida per virginitatem, rubicunda per charitatem, candida carne, rubicunda mente, candida virtutem sectando, rubicunda vitia calcando.* *Rupert.* Rupert. asserit Christum peccati spinas confregisse, Mariamque Potentissimi imitatam triumphum cuncta peccata intermisisse.

Cur autem ex incorruptibilibus Arca fuit
72. *Incorrupti lignis Arca Maria, quia Legislatoris hospitium.* *Bernard.* lignis fabricata, nisi quia Virgæ & Mannæ futura receptaculum? Annon Maria ex corruptione naturæ incorruptibilis excitatur, quæ Virgam, & Manna, Christum scilicet, erat conditura? Bernardū audité cit. *De lignis Setim Arca, in qua Manna, & virga Aaron sunt recondita; quia Maria licet de Patrū natura per peccatum vitiata duceret originem, prælecta tamen per Spiritum sanctum* (ante vitiatam naturam) *& præseruata ad partum*, siue in puritate, *Deum nobis obi dit, & hominem.* Tabulas item Testamenti arca recludebat: Maria Legislatorem potentem communi in lege dispensare. Ad quem sensum Ambrosij allicio ser.
Ambr. 81. *Arca portabat testamenti tabulas, Maria autem ipsius testamenti portabat heredem. Illa Dei vocem habebat, hæc Verbum. Arca intus forisque auri nitore radiabat, Maria intus forisque splendore fulgebat; illa terreno ornabatur auro, illa cælesti.* Ac si diceret; Si arca illa vocem iam legislatoris expressam habebat, Maria non vocem, sed Verbum prolaturum equidem legis vocem, charitatis communem legem, humanæ naturæ derogans in Maria; quia materialis arca Legis iam prolatæ hospitium, spiritualis autem Legislatoris matrem præse ... naturi à lege reliquis hominibus iam indicta.

Si verò arcæ artifices spectemus Beseleel,
73. *Sub Dei vmbra ac protectione fabrica.* & Oliab, eo, *Vmbra Dei*, & *Protectio mea* interpretari comperiemus. Annon Dei vmbra,

Ant. de Escobar & Mend. Tom. III.

eiusdémque protectio veram arcam Deiparam fabricarunt? Quid igitur mirum sub Dei vmbraculo, specialique diuina protectione Virginem ab omni peccati communis ardore immunem extitisse? Adnotauit
Bernard. Bernard. vbi suprà. *Illam arcam fecit Beseleel Oliab in opere socium habuit; Beseleel interpretatur vmbra Dei, Oliab Protectio mea; prior ille Spiritus sancti; iste verò typum tenet Filij. De illo dicitur ad Mariam, Virtus Altissimi obumbrabit tibi; Filius verò ad Patrem clamat, Protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt. Beseleel ergo cum socio arcam Testamenti fabricauit, sancta Trinitas Virginem sibi sanctificauit, hospitiumque mundissimum sibi præparauit: neque enim Pater abesse potuit, vbi eius Spiritum, & Filium cooperari voluit.*

Aliter tabularum Legis in arca expendo 74. *Maria ad vnguem legem obseruanis quodammodo impeccabilis.*
reclusionem: Maria etenim sic legem diuinam custodiuit, vt ne tenuissimum quidem vnguem ab illa discederet, assequuta ob humilitatem, quod Eua propter superbiam amiserat, hoc est, absque peccato degere, quod Deo maximè affine. *Eritis*, ait serpens, *sicut dij.* Quod transgressores protoplasti non sunt consequuti, Maria Legis obseruatrix adipiscitur, Deo vtique impeccabili assimilate. Ego, Deus ait, *flos campi, & lilium conuallium* Cant. 2. Hebraïcè *lilium Susanna*, vt Kimchi fatetur, *Susanna* autem idem ac *rosa inter spinas.* Christus ergo lilium inter spinas impeccabilis, (expositore. Ambr.) inter *Cant. 2. Ambr.*
peccatores. *Eum enim vita statum*, (loquor cum Nazianz. ora. 4. adu. Iuli.) *qui omni* *Nazian.*
prorsus peccato vacet, Deus supra humana naturæ modum constituit. Et orat. 40. *Omni peccati labe carere, Dei est, primæque, non composita naturæ; peccare autem terrena humana compositionis.* Vel gentilis Solon agnouit, *nihil peccare est Deorum.* Proh, Mariæ gloria, id quod Dei naturæ est, habens ex munere! Ideò postquam Sponsus asseruit, *Ego lilium conuallium*, mox annectit, *sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cant. 2. Illam particulam *sicut* expende. Non enim lilium absolutè Maria, sed *sicut lilium*, hoc sensu, Omnes homines ob peccatum spinæ, Christus impeccabilis natura diuina & humana Diuinæ colligata lilium inter spinas est, Maria sicut lilium: eam enim filij impeccabilitatem cælesti ex munere imitatur. Vnde Richard. Victor. in Cant. cap. 39. *Maria*, inquit, *super homines est, in eo quod nunquam peccatum commisit sicut homines.* Super homines, inquam, est Deo vtique proxima.

75. *Maria ipsa quodammodo charitas.*
Quid quod arca illa splendenti obtecta auro rutilabat, Mariam charitatis fulgore nitentem præsignans? Quantam existimans Mariæ charitatem? Profectò & ex hoc similis admodū Filio prædicatur. De quo illud, *Caput eius aurum optimum* Cant. 5. Vbi Nysse Christum *Cant. 5. Nyss.*
caput exponit nimia quidem aurum optimum charitate. *Deus charitas est.* 1. Ioa. 4. Maria verò *1. Ioa. 4.*
adeò charitatis rutilat auro, vt quodammodo possit proferri, *Maria charitas.* Vnde Christus ipse *ne suscitetis*, inquit, *dilectam.* Cant. 3. Hebr. *Cant. 3.*
Ahaba seu *charitatem.* LXX. *Ne suscitetis dilectionem siue amorem.* Quid mirum si Dei amicissima id quodámodo sit, quod Deus, *Amicus* *Aristot.*

Aristot. enim (Arist. Ethic. 9. autore) *est alter ego.*
Psal. 81. De amicis Deus, *Ego dixi, Dij estis.* Psal. 81.
Aug. August. Tract. 2. in epist. Ioan. *Deum diligis, quid dicam? Deus eris.* Hinc *Lampades* Deiparæ
Cant. 8. *lampades ignis, atque flammarum* Cant. 8.
Hebr. *Lampades eius lāpades ignis, flamma Dei.*
Hoc est, flamma vehementissima, quæ enim
maxima, Dei ab Hebræis vocitantur. *Montes*
Psal. 35. *Dei*, siue maximi. Psal. 35. Proh maximam
Deiparæ charitatem Dei referentem flāmam!
Ex dictis collige quàm incorruptibile debeat
esse pectus, arca scilicet, vbi Christus reconditur, si Maria ex impeccabilitate dignum reddita est Mannæ sacratissimi hospitium.

Observatio XIII.

Leuis olim nubes Mariam figurauit.

Vbi de peccati onere premente peccatores.

76. Isa. 19. PROPHETICO vaticinio Mariam
adumbratam, *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum & commouebuntur simulacra Ægypti*
Ambros. *à facie eius.* Isa. 19. præter Ambrosium citatum
Athan. in Commentario affirmant Athan. de Incar.
Chrys. Verbi. Chrys. hom. 2. Imperf. Hier. & Procop.
Hieron. Procop. hîc. Meritò quidem asserunt nubem vocitari
Mariam, quia eius ministerio Deus Christi
gratiam copiosissimam in orbem profudit, leuem planè iure optimo nuncupatam, quia
nec virili pergrauata semine, nec peccati,
passionis vllius, aut fomitis pondere pressa.
Canisius noster lib. 1. cap. 6. *An Maria*, inquit, *leui nubi non ritè confertur, vt quæ nullo peccati onere grauaretur, omni autem benedictione, gratiâque compleretur?* Leuis itaque Maria
crimine, onusta imbre cælesti hominibus profundendo.

77. Peccati onus incomportabile. O quàm peccati onus humanis humeris
formidandum. Zacharias, *Ecce talentum plumbi portabatur.* cap. 5. Mirum quod plumbum
Zac. 5. portetur: nam si peccatum est, incomportabile est.
Chrys. Chrys. hom. de Iona. *Nihil æque graue, & onerosum inuenies, quam peccatum, & ideò Zacharias plumbo peccatum significauit.* Humeris equidem peccatum hominum apponitur, sed minimè portari potest, cùm necessariò pressus pondere corruat peccator. Vnde
Dauid, *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ super me.* Ps.
Psal. 37. Isai. 1. 37. Et Isaias, *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate.* cap. 1. Quàm grauis iniquitas? Tam
grauis equidem, vt humeris humanis exposita, super hominem pressum pondere supponatur.
Hieron. Hieron. ad Isai. *Populus grauis iniquitate dicitur, vt recorderis, quòd plumbi iniquitas sedeat super talentum plumbi, & quod ex persona peccatorum dicatur in Psalmo, sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Vbi Pater iniquitatem
plumbeam vocitat, iniquum autem plumbi
talentum. Plumbum igitur super plumbum
portatúrne, an necessariò terræ addicitur ita,
vt minimè miser homo possit incedere. Ideò,
autore Chrysol. sedebat in teloneo Matthæus,
quia peccati pondere premebatur.

O Marianæ nubis leuitas nunquam crimine pergrauata, semper alas exerens ad volatum! *Dominum en super nubem leuem*, inquit, 78. Sine peccati pondere Maria leuis nubes, columna ad Diuinitatis pondus.
Interlin. *Hoc est, carnem pondere peccati minunem, corpus sanctæ Virginis.* Annon Maria nubis columna, de qua Moses, *Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis.* Exod. 13. Interl. Exod. 13.
Nubes Maria nun leuis ad portandum, columna etenim est Diuinitatis & humanitatis Domini immensum
pondus sustinens, sed leuis vtique ad volatum nullo crimine pergrauata. Diuus Am- Ambros.
bros. hîc. *Hæc columna nubis specie quidem præcedebat filios Israel, mysterio autem significabat Dominum Iesum in nube venturum leui, hoc est, in Maria, quæ nubes erat secundum hæreditatem Euæ, leuis erat, quæ non iniquitate conceperat.*
Imò nec fuerat concepta in delicto. Columna igitur Dominum Iesum portat, nubes leuis volitat ad suprema, vti gratiæ imbre oppleta profundat in homines. *Quæ nullo* (Canisius, ait) *peccati onere grauaretur, omni ideò benedictione, & gratia compleretur.*

Observatio XIV.

Mariam Aaronis Virga præsignauit.

Vbi de Deipara potentissima protectione.

PERSPICVVM ex Aug. sententia Mariæ gloriam Aaronis Virgam 79. August.
proclamasse. *Nam si illa* (loquor
cum Canisio l. 2. c. 6.) *arida siccata plurimis sine* Canis.
aqua reuixit, in templo floruit, nuces produxit, ipse Dominus fecit filiam Dauid sine semine generare.

In primis igitur Maria Virga Aaronis, quia 80.
mater & Virgo. D. August. serm. in Dom. Virginis integritatem & fœcunditatē Virga figurabat.
ante Natal. Dom. *Virga potuit contra naturam nuces educere, Virgo non potuit contra naturam Dei filium generare? Dicas mihi Iudæe incredulus; quemadmodum arida virga floruit, &* Aug.
fronduit, & nuces protulit. Et dicam illi, quemadmodum Virgo conceperit, & pepererit? Sed profectò Iudæus nec conceptum potuit virga explicare, nec Virginis partum. Et D. Bern. hom. 2. Bern.
de Mariæ laud. *Quid, rogo Virga Aaon florida, nec humectata, nisi Mariam concipientem, quamuis virum non cognoscentem portendebat? Nec Virgæ virorem floris læsit eruptio, nec Virginis pudorem sacri partus editio.* Idem Pater ser. 4. Assump. *Hanc*, inquit, *sacerdotalis Virga, dum sine radice floruit, præsignauit.* Mariæ itaque fœcundam virginitatem Virga hæc sacerdotalis
adumbrat, quæ neque mortali manu concita,
neque terreno succo irrigata, & cælitus concipiendo floruit, & sine cruciatu pariens viuificum edidit fructum.

Vberiùs tamen Virgam Aaronis Virginis 81.
patrocinium expressisse confirmo. Ad mentem referas illud Cantic. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea.* cap. Maria Virga totum contra hostes exercitum. Cant. 1.
1. In cuius expeditionem ex Ruperto præmitto & Pharaonis exercitus potentiā, & cōtra tātū copiarum hustiliū numerū vnicam Aaronis Rupert.
Virgam

Virgam validissimum equitatum extitisse. *Currus*, inquit Doctor, *Pharaonis valde multi ferro armati, plerique etiam auro, vel argento insigniti fuerunt. Equitatus Dei virga vna fuit, Virga Moysi, & Aaron. Virga illa contra sublimes currus Pharaonis taliter equitauit, hoc modo militauit. Primo, versa in colubrum deuorauit virgas Magorum, deinde percutiens aquas fluminis vertit in sanguinem.* (pergit singulas annumerare plagas, flagella recensere) *Nouissime eleuata super mare, vertit illud in siccum, & diuisit aquam, & transierunt filij Israel per medium maris, iterumque reducta super mare, operuit aquis currus, & equites vniuersi exercitus Pharaonis. Recte ergo Virga talis dicitur equitatus Domini, quæ contra tot currus, & equites Pharaonis sola suffecit, & victoriam peregit.* Iam Pater Virgæ magnalia Virgini accommodat. *Illi signo, illi equitatui meo assimilaui te, ô Maria: sicut enim Virga illa virgas maleficorum deorauit, & omnem superbiam Ægyptiacam obtriuit, ac deinde germinauit, fronduit, floruit, & fructum protulit, non plantata non succo terræ animata: sic tu pulcherrima mulierum, amica mea cunctam prauitatem hæreticam interemisti, superbiam Diaboli deiecisti, conceptu florida, partu fructifera.* Scio Rabanum, Abulensem, & Caietanum abnegare Virgam Moysis victricem non eandem Aaronis extitisse, quæ floruit? sed in præsenti Rupertum sequutum Bernardum hom. 2. super *Missus*, lubens sum imitatus.

Raban. Abulen. Caieta.

Nec solùm Mariana Virga populo est protectioni aduersus hostium impugnationem, sed & Deum in peccatores insurgere curatem pia oppositione debellat. Iam virga floruerat, cùm Dominus profatur, *Refer virgam Aaron in Tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, & quiescant querela eorum à me, ne moriantur.* Num. 17. Id quod Rupertus Mariæ eleganter accommodat: Deipara etenim est Virga illa in tabernaculo, seu in Ecclesia asseruata, vti rebelles peccatores filiis Israel rebellibus designati ad huiosce Virgæ florentis aspectum quiescant, Deo obsequium impendendo, non extinctis peccatoribus ob potentissimum Mariæ patrocinium.

...sum ...facit. — Num. 17. Rupert.

Observatio XV.

Lignum vitę Mariam præsignarat.

Innuitur vitam iustorum iucundam, plenam, placidam omnino.

83. Bernard. — LIGNVM vitæ typum Deiparæ extitisse D. Bernard. in Comment. citat. affirmat Pulchra semel & iterum memorata sententia adhuc exaudienda & ponderanda. *O vere cælestis planta, pretiosior cunctis, sanctior vniuersis, ô verè lignum vitæ, quod solum fuit dignum portare fructum salutis.*

84. *Maria lignū vitæ pretiosius cunctis, Sanctis vniuersis.* — Primum sanè Maria lignum vitæ est, quia *pretiosior cunctis Sanctior vniuersis.* In cuius robur, adnoto vitalem arborem à cunctis dissimilem prodiisse, quia vis illa seruandi hominem ab interitu erat illi arbori naturalis, vti Strab. Hugo Vict. & D. Thom. asseruêre. Hic consulendus 1. p. q. 97. a. vlt. Illi exaudiendi. *Lignum vitæ*, *Strab. hanc naturaliter virtutem habebat, vt qui ex eius fructu comederet, perpetua soliditate vestiretur, nulla infirmitate, vel anxietate, vel senij lassitudine fatigandus. Lignum vitæ*, *Hugo, habuit in se naturam, vt perpetuaret hominis vitam, si competenter ederetur. Factus est enim homo & mortalis, & immortalis; immortalis quidem, quia poterat non mori per cibi sustentationem, quo egebat; mortalis autem, quia perire poterat per extrinsecam violentiam.* Diuersa igitur operatio & effectus arboris diuersam proculdubio arguit naturam, omnium equidem præstantissimam. Quemadmodum itaque Christus sicut malus inter ligna, quia verè vitale lignum (vti Ioan. Apoc. 21.) nec habuit similem, nec potest habere sequentem: Deipara quidem malus est, lignum vitæ est inter syluarum ligna omnium præstantissima creaturarum; quia nulla vnquam simili fructu apparuit onusta. *Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios.* Cant. 2. Delrius noster, sicut malus, id est, sicut lignum vitæ cunctas superat arbores, sic omnes simul Diui à Christo infinito adhuc interuallo superantur. Annon communis Patrum sententia omnia de Sponso dictitata Sponsæ aut Ecclesiæ, aut Virgini ob charitatis vinculum congruere? Exponendus planè locus hic de Maria in Iesum ex charitatis ardore conuersa. Nec enim *vllus hominum, aut Angelorum* (verbis vtor Ansel. de excel. Virg. c. 3.) *ipsius amoris immensitatem penetrare, quem Deus ad Virginem habuit*, Virgo autem consequenter ad Deum. Quemadmodum ergo vitalis arbor cunctis arboribus pretiosior, vniuersis sanctior, sic dilecta mea inter filios.

D. Thom. Strabus. Hugo Vict. — Apoc. 21. — Cant. 2. — Ansel.

Quænam ligna syluarum? Num homines mali? Sic Nyssen. Theodor. Ruper. Num boni? Placet Ambrosio serm. 5. in Psal. 118. Iusto, Psello, & Apponio. Num boni, & mali simul? Affirmant Nilus, Maxi. apud Theodor. Greg. Phil. & Honor. Ego autem viros sanctos interpretor, Abrahamum, Dauidem, reliquásque præexcellentis coruscos sanctitudinis. D. Bern. ser. 3. in Cant. Apud historiæ Scripturæ paradisum *inueniuntur viri virtutum tanquam ligna fructifera in horto Sponsi, de quorum bonis actibus, ac moribus quos sumis exempla, tot carpis poma.* Et Ambros. ser. 2. Psalm. *Quid fuit Abraham? quid fuit Dauid? quid reliqui iusti, nisi fructifera arbores? Audi David quid de viro bono canat, Erit tanquam lignum. Psal. 1. Iustus vt palma florebit. Psal 91. Ego autem sicut oliua. Psal. 51.* Maria igitur inter omnes sanctissimos *sicut malus*, siue lignum vitæ *inter ligna syluarum.* Apud ipsam etenim præstantior reperitur Abrahæ obedientia, Dauidis mansuetudo, Iacobi vigilantia, Salomonis scientia, non mali, sed boni. Præter hosce singularem fructum inuenies, quem sola protulit, scilicet vitam, vnde vitalis arbor appellatur. Confirmat excogitationem August. ser. 20. de Nat. Dom. *Propterea Maria mater electa est, & super omnes creaturas electa præelecta, omnibus gratiis fæcundata, omni virtute & sanctitate*

85. *Superat Maria sanctissimos.* — Nyssen. Theodor. Rupert. & alij. — Bernard. — Ambros. — August.

sanctitate in vtero repleta. Et sicut in cælo Filius vitalis arbor *habet Patrem immortalem, & æternum: sic in terra habet Matrem omni corruptione carentem*, imò à corruptione instar vitalis
Ansel. arboris præseruantem. Et D. Ansel. de Laud. Virg. c. 9. *Pura sanctitas, & sanctissima puritas piissimi pectoris eius omnem omnis creaturæ puritatem, & sanctitatem transcendens, incomparabili sublimitate hoc promeruit, vt reparatio perditi orbis dignissimè fieret.* Homo etenim, qui ligni prohibiti esu mortuus fuerat, Mariani vitalis arboris, cuius fructus Christus cibo exsurgens reparatur.

86. *Angelis superior.* Creten. Quod si Origeni hom. 3. in Cant. & Iacobo de Val. ligna syluarum sunt Angeli spiritus, non solùm homines Maria, sed Angelos superat sanctitate. Andreas Cret. de Dorm. Deip. *Quid grandius Maria, quæ magnitudinem summæ Diuinitatis intra sui ventris conclusit arcanum? Attende Seraphim, & videbis, quidquid maius, est minus Virgine, solùmque Opificem opus illud, supergredi.* Si ergo quiquid Deus non est, minùs Deipara, rectè clamat
Bernard. Bernard. *O verè cælestis planta, pretiosior cunctis, sanctior vniuersis* Cunctis quidem hominibus, vniuersis Angelis, syluarum lignis excellior Maria.

87. *Singulari Mariæ nullus assimilatur.* Abul. Nullus equidem aut Angelus aut homo purus singulari Marianæ arbori potest assimilari. In cuius robur fauet Abulen. ad cap. 13. Genes, q. 163. affirmans vitalem arborem vnam fuisse, minimè eiusdem speciei plures. *Nam si fuissent*, ait, *plures vna, vel illa fuissent extrà paradisum, vel intra. Non extra paradisum, sic enim potuisset homo post peccatum ex illis edens mortem effugere. Nec intrà paradisum, quia vbicumque Moyses loquitur de hac arbore vitæ, eam vocat numero singulari, & ait eam fuisse in medio paradisi, quod in multis arboribus verè dici non potest.* Non sunt plures Mariæ, nec vllus aut intra paradisum Angelus, aut extra paradisum homo purus ei potest assimilari.

88. *Lignum vitarum Maria.* Augnst. Epiph. Vlteriùs Bernard. *O verè lignum vitæ.* Mariani arboris fructus vita est. D. August. de Symbo. l. 2. c. 4. *Per fœminam mors, per fœminam vita; per Euam interitus, per Mariam salus.* D. Epiph. hæt. 78. *Beata Maria mater Dei per Euam significata, quæ per ænigma accepit, vt mater viuentium vocaretur. A Maria verè hæc vita mundo genita est, vt viuentem gigneret, & fieret mater viuentium. Eua causa mortis facta est, Maria causa vitæ, per quam genita nobis est*
Cret. *vita.* Et Andreas Cret. de Assump. *O vitæ suppeditatrix, & vita viuentium, & causa vitæ.* Cui equidem argumento Hebraïca lectio fauet, *Produxit etiam Deus lignum vitæ in medio paradisi.* Gen. 2. Ibi est, *lignum vitarum.* Cur vitarum lignum? Respondet Perer. l. 3. ad cap. 2. Gen. Quia non solùm præstabat homini vitam lõgissimam, sed etiam quietissimam, iucundissimam, omniúmque malorum expertem. Virgo igitur *lignum vitarum*, quia nõ solùm nobis vitam impertit à morte æterna liberatis, sed spei dulcedinem, melleam conscientiæ securitatem. Ideò inclamitamus, *Vita, dulcedo, & spes nostra.* Quia non solum vita, sed omni dulcedine vitæ ab ipsa donamur.

Testor sapientem, *longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria. Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus.* Prou. 3. Plures en apud *Longitudo vitæ placido homini per Maria.* Pro. 3.
Mariam vitas reperies; naturalem, *longitudo dierum*, hanc tamen cunctis bonis abundantem, *Diuitiæ, & gloria*; quam equidem duplicem vitam cælestis consequitur beatitudo, *& qui tenuerit eam beatus.* Et vndenam hæc? *Lignum vitæ, siue vitarum est his, qui apprehenderint eam.* Alibi Salomon, *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino*, cap. 8. Vitam præstat Maria eámque bonis Pro. 8.
necessariis abundantem, quæ salutis nomine designantur.

De Arbore denique vitali sunt qui asserant, virtutem obtinuisse homines apud hanc vitam conseruandi immortales. Aptiùs tamen Scotus 2. sent. dist. 19. q. 1. affirmat vim minimè vitali ligno insitam hominem hic tempore infinito conseruandi, sed aliquo spatio definito, quo exacto homo in vitam cælestem esset transferendus. Proh Mariani arboris virtus, non ad homines in lacrymarum valle infinito tempore fouendi, sed solummodo dum illi crimine ablegato, cordéque pœnitudine disposito, ad vitam beatissimam consequendam præparantur. Habes hinc iustorum vitam vacuam minimè, si longitudo dierum pace, quiete, & abundantia copulatur. 89. *Vitam nostrã Maria conseruat, vt disponat ad salutem.* Scotus.

Observatio. XVI.

Terra promissionis Mariæ gloriam referebat.

Ostendo fructus sanctitatis debere simul flores esse, fructuum quidem spem aliorum.


ERRAN promissam Deiparæ laudes præcinuisse Augustinus testatur 90. Aug. t.
serm. 100. de Temp. exploratorum memorans historiam Num. 13. profatus, *Sicut vua illa Christum Deum significauit, ita & terra promissionis, in qua natus est, Maria videtur imaginem prætulisse. In ipsa enim impletum est illud [illegible] ra orta est. Quomodo autem beata Maria non fuit [illegible] a promissionis, quæ per Prophetam multò ante promissa est: Nam per Isaiam dicitur, Ecce Virgo concipiet & pariet filium.* Illustro sententiam Augustinianam.

91. *Maria vinea botri Iesu.* Cant. 1. Alan. *Sicut vua illa.* Respicit equidem illud Epithalamij, *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Cant. 1. Christus botrus? ergo vineæ Mariæ. Ideo Alanus Iesum botrum vocitat vineæ fructum Marianæ. *Christus, ait, gloriosæ Virginis fuit botrus.* Annon *Engaddi fons hædi* Interpretatur? Fons Deipara, è qua non solùm iustæ oues, sed & peccatores hædi salutem exhauriunt.

92. *Quàm appositum ei no-* *Ita terra promissionis Maria videtur imaginẽ prætulisse.* Idem affirmat serm. 2. & 16. de Temp. & ser. 60. & 62. ex diuers. & Tract.

... terræ promissa. 41. in Ioan. Fauet Hier. ad cap. 11. Isai. Hugo Vi... audiendus, *Terra est Maria, quia humilis, in ea fundanda omnia bona nostra, cadentes recipit, eius auxilio leuamur, immota permansit in fide, viuunt omnes de illa, in Psalmo 84. nostra vocatur quia nobis data est, lacte, & melle manans, quatenus filium genuit hominem simul & Deum.* (Hugo.)

93. *Veritas ex promissa terra Maria. Psal. 84. Lactant.* Inducit prætereà August. Dauidis testimonium, *Veritas de terra orta est.* Psal. 84. Quasi terra sit promissa per Prophetam Maria, è qua *veritas* siue Christus, qui sic Ioan. 1. vocitatur, habuit exortum. Lactant. l. 4. cap. 12. *Emanuel, id est, nobiscum Deus.* Ad quod ostendendum locus ille inducit. *Veritas de terra orta est. Quia Deus, in quo veritas est, ipsissimáque Veritas est, de terra promissionis Maria terrenum corpus accepit.* De Deipata planè testimonium exponit Ireneus l. 3. c. 5. D. Hieron. (Hieron.) *Qui se veritatem vocauit, de terra ortus est, nempe de Virgine, quæ Isa. 45. dicitur germinasse Saluatorem.*

94. *Lacte ac melle diffluit à captiuitate præseruata. Psalm. 84.* Vt autem terra hæc lacte manaret & melle, germinando vtique Saluatorem, Deus operæ pretium duxit eam cælestibus benedictionibus redundare. Ideo hoc loci Dauid præmisit, *Benedixisti Domine, terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.* Psal. 84 Quam redundans benedictione terra, dum Iacob captiuitas, siue originalis peccati seruitus auertitur, antequam terra fœdaretur. *Iacob* idem ac *calcaneum.* Ac si diceret Vates, Auertisti à terra tua Maria calcanei captiuitatem, ne serpens, qui eius calcaneo, siue primo conceptionis instanti insidiabatur, in sanctam Virginis terram culpæ captiuitatem induceret. D. Hieron. transfert, *Placatus es, Domine, terra tua.* Vnde Iacobus Faber Stapul. Mariæ purissimam conceptionem colligit, *quasi à Vate declaretur non esse terram ira, a reliquaque filiorum Ada terra excipi.* (Hieron. Faber.)

95. *Maria non reddit, sed dat germina innocentiæ. Psalm. 84. Hilar.* Aonon & alij huius promissæ *terræ fructus sublimes.* Vberrimos equidem gratiæ partus edit, quos non reddit, sed dat. Mentem expono Dauidicam sententiam illustrans. *Etenim Dominus* (adiicit) *dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Psal. 84. D. Hilar. fructum Mariæ promissæ terræ *innocentiam* esse affirmat, distinguitque inter *dare,* & *reddere.* Reddit enim qui accepit ab aliquo quod exhibet; dat autem qui quod non accepit ab alio, ex proprio penu depromit. Terra itaque sub mundi vestibulo nec aratro vexata, nec semine immisso & arborem vitalem & omne lignum vltrò proferebat, hoc dare quidem est. Post maledictionem verò dat quidem spinas & tribulos, sed reddit fruges, arbores, geminàque cuncta in hominum vtilitatem, quasi seminis censum accipiens, ad redditum præstandum cogeretur. Non aliter hominum terra antè maledictionem gratiæ fructus dabat, post maledictum semen vitale excipiens reddit eosdem. Proh terræ Mariæ gloria! Non reddit illa, Hilario autore, fructus, sed nunquam maledicta dat germina innocentiæ. *Etenim Dominus* vberem profudit benignitatem, huiusmodi matrem botri priuilegio donans.

96. *Maria vberes fructus flores vocantur, quia sublimiorum fructuum spes. Cant. 2. Hail.* Ipse in Cantico profitetur, *Flores apparuerunt in terra nostra,* Cant. 2. Vbi Hailgrin. *Hæc promissa terra est beata Virgo, quæ illum fructum sublimem produxit, de quo Isaias, & fructus terræ sublimis, cap. 4. Huius terræ flores sunt decor, & odor gratiarum, virtutum, & operum.* Quàm vbertate plena terra, quæ opera & virtutum exercitamenta, quæ sanctissimi quique fructuum sublimium loco parturiunt, ipsa veluti flores germinauit. Profectò sublimem ipsa Iesum fructum producens, iam fructus vberrimos quantumuis augustos edens, quasi floribus aliorum fructuum excellentiorum quidem spe coronatur; vt nunquam non Rachel Maria excellentiori per momenta singula cesset à partu. Pondero illam particulam, *Apparuerunt,* siue præter spem vltrò sunt præsentati. Si terra triticum repente proferret, quam minimè ferro subegistis, nec semine honorasti, diceres fructus huiuscemodi tibi apparuisse, quos minimè expectabas. Terra ergo Maria vltrò ex Domini benignitate fructus gratiæ efficit apparere.

Non præteribo symbolicam terræ imaginem ab Aiguauo terræ promissæ Mariæ accommodatam. *Terra,* ait ille, *effingebatur mulier nomine Matris almo, cuius corona in capite esset, insidebat curruì, quem leones vectabant, vna manu clauem, alia gestabat cymbalum, eius aurigæ vibrabant gladios, procedentem galli sequebantur.* Profectò Maria Dei mater est alma, Regina, ac parens omnium, leonem rugientem deuincinens, ne hominibus exciter nocumenta, cælum aperiens, aduocans peccatores, Ecclesiam defendens, pro peccatoribus concertans, fideles negantes coarguens, eisque errorum recordationem immittens. Plura mitto. 97. *Terra imago Mariæ accommodata. Aigua.*

Observatio XVII.

Mons Daniëli Mariam portendebat.

Vbi de immaculata Mariæ Conceptione.



VT confirmem, recolo Daniëlis visionem. *Donec abscissus est lapis sine manibus de monte, & factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram.* Daniel. 2. D. Hier. *In fine horum Regnorum auri, argenti, æris, & ferri, abscisus est lapis Saluator sine manibus, hoc est, sine humano coitu de vtero virginali, & contritis omnibus regnis factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram.* Et D. Iren. 3. cont. hær. c. 18. *Daniël prævidens eius aduentum, lapidem, ait, sine manibus abscisum aduenisse, hoc est enim quod sine manibus significabat, quod non operantibus humanis manibus, hoc est, virorum illorum, qui solent lapides cadere, in hunc mundum eius aduentus erat, id est; non operante in eum Ioseph, sed sola Maria cooperante,* siue patris ac matris munus exercente. Contestantur quicunque Daniëlem exponunt. 98. (Dan. 2. Hieron. Iren.)

Mons igitur Maria est, Dauide canente, *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Psal. 86. 99. *Fundamina.*

Fundamen

Mariani mõtis supra sanctorum verticem. Fundamen equidem Marianæ exædificationis eleuatissimos sanctitudinis vertices excellit. *Erit*, (inquit Isai.) *in nouissimis preparatus mons domus Domini in vertice montium.* cap.2. super omnem enim aut hominum, aut Angelorum verticem eleuatissimum vel primum domus regiæ Mariæ fundamentum præponitur. D. Gregor. in 1. Reg. 1. *Potest montis nomine beatissima semper Virgo, Maria Dei genitrix designari. Mons quippe fuit; qui omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. Annon mons sublimis Maria, quæ vt ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum choros vsque ad solium Deitatis erexit? Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ super omnes sanctos refulsit.* Congruentior adhuc Petr. Damian. ser. de Nat. Mar. profatur, *Quid mirum si hæc ineffabilis Virgo in suis laudibus montem humanæ vocis exuberat, cùm & ipsam humani generis naturam excellentium meritorum dignitate transcendat? Non excellentissimus ille Patriarcharum chorus, non prouidens Prophetarum numerus, non iudex Apostolorum senatus, non Martyrum victor exercitus, non aliquis antiquorum, non quisquam sequentium Patrum huic beatissimæ Virgini poterit comparari. Quid enim sanctitatis, quid iustitiæ, quid religionis, quid perfectionis singulari huic Virgini deesse potuit, quæ totius diuinæ gratiæ charismate plena fuit.* En supra sanctorum montium vtique verticem montem Mariam Deus constituit. Præfatur Amos, *Formans montes, & creans ventos.* cap.4. Montes Ribera exponit Apostolos, Prophetas, Martyres, & quotquot altitudine sanctitatis eminuêre, de quibus Vates. *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.* Psal. 71. & alibi, *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Psal. 75. Ex D. August. desumpsit. Omnium profectò montium Maria prorsus maximus, quæ in omnium vertice constituitur.

Psal. 86. Isa. 2. Gregor. Damian. Amos 4. Riber. Psal. 71. Psal. 75. August.

100. Quidnam montis Mariani fundamina nisi conceptio? Hæc quidem super sanctorum verticem collocata prædicat Mariæ in primo conceptionis instanti vberiorem fuisse gratiam donatam, quàm reliquis diuis in eleuatæ sanctitudinis colophonem. Apud Ecclesiast. profatur, *Et radicaui in populo honorificato.* cap.24. Hoc est, meæ conceptionis radices, siue meæ exædificationis fundamina super honoratum populum seu sanctorum cœtum iacta obiiciuntur. D. August. ad Psal. 86. & populi huiusce ciues ex Paulo enumerat, & Deiparæ conceptioni submittit. *Ciuis inde Propheta, ciuis inde Apostolus, sed hi Prophetæ, & Apostoli etiam ipsi sunt montes, super quos fundamenta sunt huius Ciuitatis,* (montanæ scilicet Mariæ) *cuius portas diligit Dominus.* Fundamenta vtique, queis congruè conceptio designatur. Adiicit consequenter Dauid, cuius meminit August. *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.* Psal. 86. Annon portæ montis Sion ingressus, & ascensus primi ad Mariani cumuli perfectionem, siue immaculata conceptio? Iacob autem tabernacula sanctorum augustiora virtutis incrementa vocitantur? Plus igitur Mariam Deus in primo conceptionis instanti diligit constitutam, quàm reliquos iustos apud celsiora virtutum incrementa fulgore conspicuos.

Maria in cõceptione gratia omnes sãctos præcellebat. Eccles. 24. August. Psal. 86.

101. Si montis radicum tanta gloria, quid verticis fulgor; *Caput tuum sicut Carmelus.* Cant. 7. Vbi Honor. *Caput Virginis vt Carmelus, id est, circunspectum in virtutibus.* Rupert. refert ad sapientiam Deiparæ singularem, vt per Carmelum significetur in Maria fuisse scientiam circuncisionis carnis propter originis peccatũ; quia callebat vetus illud sacramentum cessare debuisse, ex quo manifestatum est semen, cuius venturi fidem habens Abraham signum circuncisionis accepit fidei iustitiæ signaculũ. In cuius expositionem adnoto *Carmelum scientiam circuncisionis interpretari.* Guilhel. sic. Vertex igitur Mariani montis Carmelo comparatur: Eius enim cognitioni peruium diuino quodam priuilegio sibi circuncisionem in medelam culpæ cessasse. Comperiens etenim Virgo à primo conceptionis instanti se in Christi Parentem electam, dignouit apertè cessare debuisse apud familiam Iesu circuncisionem corporalem, & spiritualem in culpæ remedium, siquidem Christus naturâ, Maria gratia immunes à labe.

Vt mons Carmelus intellectus Deiparæ sciẽs cessasse Circuncisionem in culpa remedium, qua carebat. Cant. 7. Ruper. Honor. Guilhel.

Observatio, XVIII.

Rubus absque læsione conflagrans Mariæ fulgorem exhibebat.

Vbi de mirabili protectione à Deo exhibita eis, qui ipsi præstant hospitium.



X Bernardo innuimus, ardẽti, & minimè combusto in rubo Mariam & illæsa virginitate concipientem, & parientem fuisse repræsentatam. 102. Sic Exod. 3. locum exponunt Chrys. Eucher. & alij quamplurimi. Confirmat idem Bernard. serm. *Signum magn. Magna planè visio rubus ardens sine combustione, magnum signum mulier illæsa manens amicta sole.* Nyssen. expendens Moysi verba; *Transibo, & videbo visionem hanc magnam*, serm. de Nat Chris. *Non de loco*, inquit, *ad locum, sed de tempore ad tempus. Quod enim tunc in rubo per figuram disponebatur, in eo quod in Virgine contigit mysterio apertè reuelatum est. Vt enim ille frutex incendit ignem, & non crematur, itidem Virgo & lumen parit, & non corrumpitur pariendo.*

Bernard. Nyssen.

103. In conceptione itaque, & in partu Virginem video rubo ardenti impune assimilari. Concepit vtique in se cælestem ignem, quo tamen tantùm abest vt fuerit ambusta virginitas, vt viridior inde, & floridior euaserit. Quocirca Rupert. l. 1. in Cant. inde Virginem mirabilem prædicat, quòd ipso fuerit conceptu Verbi florida, cùm conceptus alioqui cæteras nouerit deflorare. *Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis.* Cant. 7. Et quidem ob conceptus fœcunditatem triticeus Maria aceruus increscit, ex virginitatis autem præserua-

Virginitas Mariæ magis rutilans in conceptu. Rupert. Cant.

Ambros.
tione pulcherrimis liliis stipatur. D. Ambr. de inst. Virg. *In ventre virginis summa fuit fœcunditas cum summa virginitatis integritate coniuncta.* Illud, *Vallatus liliis* ponderandum. Certè antè quàm venter Mariæ cælesti oppleretur frumento, siue Christum conciperet, purus erat, liliis ornabatur castitatis. At post Iesum conceptum vallatus, siue coronatus liliis prædicatur. Gloriosior enim, ac augustior post conceptum purissimum virginitas Deiparæ euasit. Vnde Chrysol. ser. 146. *Quod virgo conceperit, honor est.* Ideò Maria ante conceptum *ancilla* vocitatur, *Ecce ancilla Domini*; mox autem post Verbum conceptum *Exurgens Maria,* siue Domina, cunctarúmque Regina creaturarum, quasi regia purpura virginitatis tingeret candorem in ipsius fœcundæ puritatis ornamentum. Bellè Hieron. ser. de Assump. *Ante hoc vterus Virginis licèt mundus, siue florens liliis, tamen adhuc vilitate humilitatis induitur, lana quidem cādidissima, sed suo colore dealbata; ad quam cum accessisset Spiritus sanctus* (in conceptione Verbi) *vt lana infecta cochilio vertitur in purpuram*, Reginæ indumentum, *versa est & ipsa in Matrem Dei, vt non sit iam quod erat.* Vnde Ioanni amicta solis igne Marianus rubus describitur, candidissimis coronata luminaribus. Nam eoipso quòd parturiens mulier igne sit fulgentissimo induta, Deo scilicet homine, necessum erat omnium effecta Regina stellis micantibus coronari: Conceptus etenim honor ex eo apparet, quòd ardens rubus non combuitur, Virgo sole non lædatur amicta, paritura liliis ac stellis coronetur.

Chrysol. — Hieron. — Apoc. 12.

104. *Rubus Maria sine læsione in partu.* Hilar.
In partu equidem apud Mariam similiter rubi miraculum contemplor? edidit enim filium suum virginitatis non passa detrimentū. D. Hilar. serm. de Assump. *Signum Virginis inuiolabiliter pertransiit, sicut reuerenter intrauit.* August. serm. de Nat. *Vbi virginitas concepit, virginitas parit. Tanta partus puritas, vt non iam Virgo, sed ipsa virginitas eniteretur Saluatorem.* Annon sine rubi quasi tortura ignis ramos efficit conflagrare? Dolor equidem à Virgine abscedens in partu. D. Bernard. serm. 4. Nat. Virg. *Vt fiduciam nobis daret, quod tolleret hac à nobis, id est, dedecus, & dolorem: prius matrem suam immunem ab vtroque seruauit; vt neque in conceptione quidem pudoris, nec in partu quidquam doloris existeret.* Quare & D. Leo serm. 1. de Nat. *Meritò,* inquit, *virgineæ integritati nihil corruptionis intulit partus salutis, quia custodia fuit pudoris editio veritatis. Oportuit, vt primo genitricis integritatem incorruptio custodiret, & complacitum sibi claustrum pudoris, & sanctitatis hospitium diuini Spiritus virtus infusa seruaret, qui statuerat deiecta erigere, confracta solidare, & superandis carnis illecebris multiplicatam pudicitiæ donare virtutem.* Vti vel augustissima priuilegia in Maria emicantia in nostræ sint felicitatis documentum.

August. — Bernard. — Leo.

105. *Lætatur in filij exortu.* Gen 21. Imperf.
Rebecca Isaacum enixa inclamitat, *Risum fecit mihi Dominus.* Gen. 21. In typum planè illius, quæ verè sine parturitionis cruciatu de prole delectaretur. Imperf. hom. 5. *Noster Isaac producitur à Matre gaudium cunctis, quomodo ergo risus ipse dolorem faceret;* D. Bern. ser. 4. in Vig. Nat. *Cui poterit asper, & durus videri, qui nec ipsi Matri in natiuitate quidquam intulit asperitatis, quidquam læsionis.* Ipse etenim Puerulus, eodem auctore Abbate, *in se vagiendo, & lacrymando* Matris dolores suscepit Isaac seu risus planè parenti.

Vndénam, precor, huiusmodi in rubo miracula, nisi quia Deo præstat hospitium? Haud aliter in Maria. August. ser. 16. de Nat. *Intelligo natum Deum, & non mireris Virginis partum.* Quia doctore Bern. sup. *Missus: Deum huiusmodi decebat natiuitas, qua non nisi de Virgine nasceretur. Voluit itaque esse virginem, de qua immaculata immaculatus prodiret omnium maculas purgaturus.* Proximior autem rubi symbolo Hugo Vict. ad illud Luc. 1. *Spiritus sanctus superueniet in te.* ait, *Quia in corde eius amor Spiritus sancti singulariter ardebat; ideo in carne eius virtus Spiritus sancti mirabilia faciebat.* Vt ediscas non iam spiritualibus bonis, ac temporariis lucris redundare eum, qui Deo apud præcordia præbet hospitium, sed & miraculis protegi, si ad eius liberationem sint necessaria. 106. *Ex igne inhabitante Rubi Mariani mirabilia.* August. — Hugo.

Observatio XIX.

Paradisus Mariæ gloriam germinabat.

Vnde colligo animum floribus, ac fructibus virtutum vernantem locum Deo voluptatis præparare.

RVPERTO autore, Mariam antiquo in paradiso vidimus adumbratam. Pulchra quidem verba Doctoris profantis l. 4. Cant. ad illud. *Hortus conclusus soror mea. Hortus conclusus Dei genitrix. Ecce nouus paradisus, noua plantationes, quas plantauit vnus, idémque antiqui paradisi plantator Dominus Deus. Ille est paradisus antiquus, paradisus terrenus; iste est paradisus nouus, paradisus cælestis. Vtriúsque plantator est vnus idémque Dominus Deus. In illo posuit hominem, quem formauerat, in isto formauit hominem, qui apud ipsum in principio erat. De illa humo produxit omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, lignum etiam vitæ in medio paradisi; istam humum, istam terram suam benedixit, & ex ea cunctarum germina gratiarum, & cunctarum exempla virtutum produxit, ipsum quoque Christum lignum vitæ Deum & Dominum paradisi cælestis. De illo voluptatis loco egrediebatur fluuius ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita; de isto paradiso illud flumen egressum est, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei, qui inde diuiditur in quatuor Euangelia.* Contestantur Epiph. de Laud. Virg. Hesich. Orat. 2. de Deip. Honor. in sigil. Iust. Orgel. hic, & Hieron. l. 1. cont. Iouin. 107. Rupert. — Epiph. Hesich. Honor. Iustus. Hieron.

Maria ergo Dei paradisus deliciarum, vndique eius aromatibus fluentibus Austrino Spiritus sancti afflatu. *Surge Aquilo* (indicit Sponsus) *veni Auster perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Cant. 4. In cuius expositionem 108. *Mariani paradisi germina.* Cant. 4.

tionem præmitto Aquilone peccatum desi-
Ierem. 1. gnari, *Ab Aquilone pandetur omne malum.* Iet. 1.
Vnde Lucifer sedem expetit Aquilonarem.
Isai. 14. Isa. 14. Sic D. Greg. ad illud Iob 26. *Qui ex-*
Gregor. *tendit Aquilonem.* Austro autem, Spiritus san-
August. cti gratiam exprimi affirmat D. August. epist.
120. *Auster est Spiritus gratiæ flans de meridie, vbi Spiritus cubat. Surge* igitur *Aquilo*, quidquid mali culpæ portendit abeat, ne ausu horribili ad Marianum paradisum irrumpat. *Veni Auster*, Spiritus sancti flatus suauissimi aduocantur in hortum, vt fluentibus virtutum aromatibus locus deliciarum Domini nomine-
Bern. tur. D. Bern. serm. de Nat. Mat. *Hortus planè deliciarum est Maria, quia non solùm afflauit veniens, sed etiam perflauit superueniens Auster ille diuinus, vt vndique fluant aromata illius.* Siue apriùs aromatibus Christus significetur tunc producendus è Virgine, cùm & Aquilonaris originalis culpæ recessu, siue non accessu, & Spiritus Australis perflatione Marianus paradisus digna est Adami secundi habitatio. Quonammodo etenim sanctus è non
Habacuc. sancta aliquando prodiret? Cecinit Habacuc, *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan.* cap. 3. LXX. *Et sanctus de monte vmbroso, & condenso.* Vmbrosus & condensus mons frondium viridi coma coronatur? Euidens documentum Aquilonem arbores foliis spoliantem minimè accessum reperisse, vti Christus sanctus veniat ab Austro, siue fructuosus sit hortus montis, siue frondosi, & condensi, nunquam diri venti Aquilonaris flatibus agitati.

109. Plures equidem ex Patribus laudes Maria-
Paradisi Mariani laudes. ni paradisi collegi, tu lege, tu pondera. D. Au-
August. gust. in Genes. *Maria paradisus dicitur, in cuius medio positum est lignum vitæ, cuius foliis sanantur infirmi, cuius odor viuificat mortuos, cuius sapor dulcorat amaros, cuius vmbra refrigerat mi-*
Ephrem. *seros, cuius aspectus lætificat Angelos.* D. Ephr. orat. in Deip. *Aue paradise deliciarum, cotiúsque amœnitatis, & immortalitatis; aue lignum vi-*
Chrysip. *tæ, gaudium, & voluptas.* Chrysip. orat. de Virg.
Cretens. *Aue quæ es hortus Patris.* Andreas Cret. orat. de Annunc. Mariam affirmat, *Intellectualem viuidi salutis nostræ ligni paradisum, quæ ipsius horti Edem colonum Christum intra se habet figuris in ea adumbratum, qui ineffabili quadam potentia, fluminis instar, viuiparum vterum tuum egressus, quatuor velut initiis per Euangelium suum orbis faciem irrigauit.* Damasc. orat. 2. de Dorm. Virg. Damasc.
Hodie Edem noui Adam paradisum suscepit animatum, in quo sublata est condemnatio, in quo plantatum est lignum vitæ, in quo operta fuit nostra nuditas. Et orat. 1. *In hoc paradiso non patuit serpenti aditus.* D. Bonau. in spec. c. 5. *Gra-* Bonau.
tia mentem, & animum Mariæ fecit deliciosum deliciis spiritualibus tanquam Dei viui spiritualem paradisum, iuxta illud Eccles. Gratia sicut paradisus in benedictionibus. Cap. 40. *Verè paradisus Dei fuit in benedictionibus multiplicium deliciarum spiritualium,* de quibus Bern. *Quidni delicias dixerim decus virginitatis cum munere fœcunditatis, insigne humilitatis, distillantem charitatis fauum, misericordiæ viscera, plenitudinem* Chrys.
gratiæ, prærogatiuam gloriæ singularis. D. Chrys. orat de Annunc. Gabrielem immittentem ad Virginem Dominum fantem introducit; *Vade ad paradisum meam ratione præditam.*

Annon paradiso Mariano loco Dei volu- 110.
ptatum illa congruunt Sponsi, *Quæ est ista, quæ* *Affluit deliciis.*
ascendit de deserto deliciis affluens. Cant. 8. Quæ Cant. 8.
egregiè expendit Petrus Dam. serm. de An- Damian.
nunc. fatus. *Locum voluptatis Virginis vterum intelligo, in quo cumulauit omnes delicias deliciarum Dominus.* En deliciarum affluentia. *De cuius deliciis Spiritus sanctus admiratorio sermone in amoris Cantico sic eructauit. Quæ est ista quæ ascendit deliciis affluens? Nunquid in Angelis voluptatem habet Altissimus, in quibus ipse reperit prauitatem? Nunquid in constellatione, vel scintillatione stellarum, quarum aliæ conuertuntur in sanguinem, aliæ cadunt de cælo, aliæ in tenebras obscurantur? Nunquid in aëre, igne, vel ventis? Nequaquam, quia non in igne Dominus, non in commotione Dominus, non in Spiritu Dominus: si verax est ille, qui curru igneo, & equis igneis est assumptus in cælum. Nunquid in aquis, vbi furans, & tortuosus Leuiathan immoratur; aut in terra, sub maledicto Adæ spinas emittit, & tribulos? Non est locus voluptatis nisi vterus Virginis.* Consentiens Sophron. de Assumpt. profatur, Sophr.
Verè Virgo hortus deliciarum, in quo consita sunt vniuersa florum genera, & odoramenta virtutum: sicque conclusus, vt nesciat violari, neque corrumpi vllis insidiarum fraudibus. Lege Bonau. in Bonau.
spec. cap. 9. Guilhel. Hailgri. & Honor. ad Guilhel. Hailgr.
cap. 4. Cant. Honor.

SECTIO QVINTA.

Mariæ Infantia.

CONTEXTVS.

Nvm. 6. Oncipitvr sacer fœtus labis expers communis, cunctæ sanctitudinis, cælestium munerum stipatus satellitio exoritur. 7. Nutrix Anna Puellulæ, quæ sese ab vbere proripit, vt citiùs in Templum referretur. Templo emissi voti gratia traditur viuificum Deitatis delubrum. Ascendit domicilium minimè descensura, nisi Parentum obedientia, aut Dei præceptum il lam à requie deturbasset.

COMMEN

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De primæ gratiæ Mariæ intéſione.

Concipitur ſacer fœtus labis expers. Cunctæ ſanctitatis, cæleſtium ſatellitio munerum ſtipatus exoritur.

1. *Non fuit Mariæ gratia conſummata in prima ſanctificatione.*

ATVM Virgini in primo conceptionis inſtanti origiois haud infici crimine, exhibitum è debitrici exortæ familia non debere, vt è Theologorum aula ſuppono, & libro 4. confirmabo. De gratię illius primæ intenſione, de illiúſque virtutum ſatellitio agendum in præſenti. Sentio cum Suario 3.p.q.27. diſp. 4. ſect.1. gratiam Virgiois prima in ſanctificatione non fuiſſe conſummatam; quia gratia huiuſmodi gloriæ indicit ſtatum; Maria autem à primo conceptionis inſtanti viatrix exſurgit, non comprehenſione donatur huiuſcemodi priuilegio ſola Chriſti anima ſingulari, cui ſoli vnionis ratione gloria connaturalis fuit, qui ſtatum viatoris nos docturus, ac redempturus aſſumpſit. Noo igitur Maria accepit inibi gratiam ſummè intenſam, vt matris iuſtorum ſemita quaſi ſplendens lux procederet, & ad perfectum vſque diem incrementum acciperet. (Suar.)

2. *Intenſiori gratia donata Virgo in Conceptione, quàm Angeli & homines in ſua ſanctificatione.* (Bernard.)

Huic itaque fundamini adiicio, in illo primo inſtanti intenſiorem Virgini gratiam quàm vlli Angelorum aut hominum in ſua prima ſanctificatione exhibitam. Annon ex vi huiuſce primæ gratiæ Maria eſt in bono confirmata, omni ad malum carens propenſione? Hic ergo effectus, vt perfecto, & connaturali modo fiat, magnam gratiæ requirit intenſionem. Vnde Bern. epiſ. 174. & Laurent. Iuſtin. ſerm. de Nat. colligunt perfectiſſimo fuiſſe Virginem more ſanctificatam.

3. *Imò vicit ſupremam gratiam, in qua homines, & Angeli conſummantur.* (Pſal. 86. Iſai. 2. Gregor.)

Imò gratiam, in qua Angeli ac homines cõſummantur, in illo primo inſtanti vicit. Nunnon fundamina Mariæ in *montibus ſanctis?* Pſal. 86. Profectò vbi cuncti vtriuſque militiæ Proceres conſummantur, ibi adeſt Marianæ exædificationis initium; quia *diligit Dominus portas Sion ſuper omnia Iacob tabernacula.* Quid mirum, ſi *Deus homo factus in ea*; Annon Maria *præparatus mons in vertice montium?* Iſai. 2. Gregor. lib. 1. Reg. cap. 1. *Poteſt huius montis nomine beatiſſima Virgo ſignari.* Id Laurent. Iuſt. efficaci probat argumento. Virgo in ſuæ ſanctificationis inſtanti plus à Verbo filio futuro, quàm vllus Angelus aut homo amabatur. Dic mihi; Gratia non reſpondet amori? nonne quaſi illius obiectum? Ergo Mariæ gratia homines & Angelos etiam beatos ſuperauit. Damian. ſer. de Annunc. *Attende Seraphum, & videbis. Quidquid maius eſt, minus Virgine, ſolúmque Opificem opus iſtud ſupergredi.* Tunc ſcilicet cum opificio nauata eſt opera. Vincent. Ferrer. ſer 1. de Nat. fuiſſe Virginem aſſerit in vtero ſupra vtriuſque rationalis creaturæ Diuos ſanctificatam, conteſtantibus Bernardo, & Damaſceno. (Damian.)

4. *Omnes virtutes per ſe infuſæ, & cuncta Paracleti donata dona Mariæ.* (Athan. Bernard.)

Exhibitæ præterea Deiparę ſimul cum gratia omnes virtutes per ſe infuſæ, & cuncta

Spiritus ſancti dona, quæquidẽ veluti ex natura Dei gratiam conſequuntur. Vnde Athanaſ. ſer. de Deip. ad illud: *Sanctificauit Tabernaculum ſuum Altiſſimus*. in eam aſſerit Paracletũ cum ſuis virtutibus eſſentialibus deſcendiſſe. Et Bern. ſer. de Aſſump. exponens illud: *Sapientia ædificauit ſibi domum.* Septem columnas Spiritus ſancti dona interpretatur. Num excludendæ virtutes illæ, quas propter imperfectionem beatitudini repugnantem in anima Chriſti fuiſſe negamus? Minimè. Nam cùm Deiparens vt viatrix fuerit ſanctificata, fide & ſpe indiguit, gradu equidem ſuæ gratiæ proportionato perfectiſſimo.

5. *Quæ imperfectionem dicunt, quatenus hanc cõnotant à Virgine exularunt.*

Adſunt quædam virtutes imperfectionem contrariam connotantes ſeu, virtuti heroïcæ & perfectæ, vt continentia: ſeu perfectæ innocentiæ, vt pœnitentia. Has quatenus imperfectionem cõtinent, à Virgine exulaſſe affirmo. Continentia quidẽ virtutem in ſtatu imperfecto innuens affuit, nec propterea Maria vlla caruit virtute; quia continentia virtutem re & eſſentia à reliquis diſtinctam non ſignificat. Infuit certè Virgini virtus illa, quæ in nobis pœnitentia vocitatur, ſiue ſit eadem quæ Religio, vel Charitas, ſiue diſtincta à reliquis. Nũ ſub hoc nomine: *Pœnitentia* Mariæ tribuenda? Negatiuè reſpondeo; quia pœnitentia retractationem alicuius propriæ actionis ſignificat, qua Deipara caruit, nullum huiuſmodi actum admittens. At quia pœnitẽtiæ virtus nõ actũ, ſed habitum ſignificat; ideo fuiſſe Virginem huius virtutis capacem affirmo; quia ex ſe capax erat delicti, ni diuina gratia muniretur.

6. *Collatæ & virtutes morales per accidens infuſæ.*

Cunctas ſimul Virtutes morales etiam per accidẽs infuſas collatas Virgini docemus, quas Adamo & Euæ ſua in ſanctificatione datas profitemur. Annon eleuatiori modo Maria mater viuentium excitatur? Quid ni & Ieſu ſecundo Adamo ſimillima prodiret?

§. II.

Num Maria in gratia fuerit tunc cõfirmata.

7. *Affirmatiuè reſpondeo.*

DE fide ſtatuendũ, gratiam in prima ſanctificatione, ſeu cõceptione acceptã nũquã à Virgine amiſſam, in illáque fuiſſe cõfirmatam, ac infallibile perſeuerandi donũ accepiſſe Fateor ſuperfluã huius veritatis elucidationem, niſi hæretici impio ore Virgini grauiſſima crimina imputarent. Eccleſiáne Virginis natalitiũ celebrans, hoc ipſo non ſentit iam tũ inamiſſibilem gratiam habuiſſe? Ita planè: Eccleſia enim ſolenni ritu nunquam periturã colit ſanctitatem. *Claudat* (cum Ambroſio loquor epiſt. 79.) *ora ſua perfidia, nec Matrem Domini aliquo audeat temerare commitio.* (Ambroſ.)

8. *Mariæ fides commendatur.* (Luc. 1. Ambroſ.)

Oblatrant illi: Dubitauit in fide, cũ Archãgelo affirmanti Matrem futuram, obiecit: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Luc. 1. Reſpondet D. Ambroſ. lib. 2. de Abra. cap. 8. Tunc minimè dubitauit potiùs rem certò faciendam ſupponens, modum quo perficienda erat, de virginis verecundia. ſeu de virginitatis propoſito requiſiuit. Vnde meritò concludit Pater à Virginis fide Abrahę tũc fidẽ fuiſſe ſu-

Luc. 1. Ireneus. Richard. Origen. Cant. 5. Richard. Hugon. Richard.

peratã. Hãc fuisse Deiparę mentem confirmat Elisabeth prolata: *Beata qua credidisti.* Luc. 1. Ad quæ D. Ireneus lib. 3. cap. 33. *Quod Eua alligauit per incredulitatem, hoc Maria soluit per fidem, qua & altissima mysteria statim credidit, & sine mira obediendo consensit.* Richardus Laur. lib. 4. *Quæ virginitatem vouerat, & parituram se, docente Angelo, nouerat, mirabili fide & votum suum implendum credidit, & diuinæ ordinationi se non subduxit. Maxima autem magnanimitas fidei fuit, quod in se fieri posse credidit, & sperauit, quod nunquam auditum fuerit nec in cælo, nec in terra.* Tanta magnanimitas Marianæ fidei, vt Origen. in Matt. adeò vel Incarnationi cooperatam fuisse affirmet, vt extiterit Spiritus sancti aduentantis sponsa. *In conceptione Filij Dei fides Mariæ vxor extitit Spiritus sancti.* Quàm blasphemus qui in ipsa fide Sponsa electissima defectum aliquem extitisse defendat. *Misit* (ait Virgo) *dilectus meus manum suam per foramen.* Cant. 5. Vbi Richar. citat: *In conceptione Filij misit Deus Pater manum suam, id est, Filium in eam, per foramen auris suæ.* Et Hugo Victor *Virgo credula Verbum concepit per verbum, vt immaculatam conceptionem generatio incorrupta sequeretur.* Adiicit Richardus. *Si Abraham in tantum commendatur ab Apostolo, Rom. 4. quòd contra spem naturæ in spem gratiæ credidit, scilicet quod senex posset de Sara sene & sterili filium generare: quanto magis commendanda est Maria, quòd primo verbo Angeli credidit, quòd filium posset generare sine semine viri, & parere manens virgo non solum hominem, sed Filium Dei.*

9. *Cùm Filium amisit, non peccauit.*

Rursum canes latrant in lunæ plenæ conspecto: Negligentiæ peccatum commisit, cùm Filium apud Ierosolymam reliquit. Annon ab ipso excusatur Euangelista? *Et non cognouerunt parentes eius.* Luc. 2. Vt enim Beda existimat, vterque coniux putauit alterum secum filium adduxisse.

10. *Nec in fide defecit in Passione Filij.*

Instat canis: In fide defecit in Iesu passione, dum de eius diuinitate dubitauit. Id gladio præcordia virginis transuerberante indicatum fuisse aliquis affirmauit. Annon Christi mors gladius iuxta communem Scripturæ phrasim, qui animam Virginis dicitur penetrasse, quia eam summo dolore affecit? Ita Ambros. Beda, Oecumen. Euth. Damasc. Paulin. Nyssen. Bernard. & alij.

§. III.

Num impeccabilis Maria?

11. *Donum accepit in Conceptione, vt nec leuissimam culpam vnquam committeret.*

Concil. Clarom. Tridcnt. August. Bernard. Richard.

ASsero Mariam in prima sanctificatione fuisse in bono confirmatam, & donum gratiæ, ac singulare Dei auxilium accepisse, vt nec leuissimam culpam vnquam committeret. Hæc veritas quoad rem, quæ intenditur, nempe Virginem nunquam venialiter deliquisse, de fide est, definita in Concil. Claromon. sub Vrbano II. & Tridentinum sess. 6 Cant. 23. supponit, dum docet Ecclesiam tenere Mariam ex speciali Dei priuilegio omnia peccata venialia vitasse. August. lib de Nat. & Gra. cap. 36. *Cum de peccatis agitur, nullam de beata Virgine volo habere quæstionem.* Bernard. ser. 2. de Assump. *Absit, vt proprij quidquam inquinamenti hæc aliquando habuisse dicatur.* Et Richard. Vict. lib. in Cant. cap. 39. *Omnes virgines sunt species Christi, beata autem Virgo est specialis eius species, quæ speciem suam nunquam per aliquod peccatum mortale, vel veniale maculauit.*

12. *An impeccabilis facta ab exordio suæ creationis.*

Trident.

Rogas an ab exordio suæ creationis facta fuerit impeccabilis? Respondeo à prima sanctificatione talia gratiæ habuisse dona & auxilia, vt infallibiliter nunquam peccaret; quia huiusmodi gratia necessaria est ad nunquam venialiter peccandum, & hoc speciali priuilegio Maria iuxta Trid. donata est. Vnde simpliciter concedo in prima sanctific. tione fuisse in bono confirmatam, vt nunquam peccaret; & consequenter assero, in sensu composito peccare non potuisse; apertè enim repugn[illegible] [illegible]um tali dono gratiæ pecc[illegible]tum existere. An confirmatio hæc cum libertate arbitrij componatur? Communis hæc omnibus in gratia confirm[illegible]tis difficultas. Suarius 3 p. consul[illegible]tur.

13. *Ob[illegible] Maria ambi[illegible] apud nuptias.*

Ioan. 2. Cyril. Bernard. Iustin. Cyril.

Canum crescit latratus, lunæ crescente pulchritudine; obiiciuntque Deip[illegible] [illegible] [illegible]bilitati, quòd humana ambitione à [illegible] [illegible]culum postularet in nuptiis, qua r[illegible]tione ab ipso fuerit reprehensa: *Quid mihi [illegible] est, [illegible]lier.* Ioan. 2. Porrò inibi potiùs signum charitatis eximiæ licet contemplari. Annon ipso probauit effectus Mariam exora[illegible]? Cyrillus in Ioan. lib. 2. cap 22. idem Virginis in hac petitione reseruari affirmat, quia omnia Filio credidit possibilia, quamuis nondum miracula edidisset. Et cap. 24. adiicit. *M[illegible] [illegible]ritatem, & dignitatem deferri sibi a Domino Mater non ignorauit, quæ pe[illegible], vt par erat, Filio, ministros præparat.* Et Bernardus ser. 46. in Cant. prudentiam verborum Deiparæ ponderans, ait. *Quia non precatur, non imperat, sed tantum a sellum vini nunciat; quia cum beneficijs, & ad liberalitatem propensis, non gratia violenter exprimenda, sed solum est occ[illegible] præuenienda.* An ipsa Christi verba reprehensionem continent? Iustinus Mart. q. 36. ad gent *Non verbe Matrem obiurgauit, qui facto honorauit.* Et Cyrillus lib. 2. cap. 23. *Quantus honor parentibus debeatur, facile ostendit, cùm statim ad actum propter Matrem accedat.* Quidnam igitur de verborum sensu: *Quid mihi & tibi [illegible]?* Iustinus. Christus ostendit neque ad Matrem, neque ad sese pertinuisse, vinum prouidere. Vberiùs proprio in loco.

14. *Etiam obiicitur alibi ambitio.*

Mat. 12. Hilar.

Adhuc canes. Christum publicè prædicantem ex humana quadam ambitione interpellauit, propter quod à Domino acerbè reprehensa: *Quæ est Mater mea?* Mat. 12 Verùm Christus curauit spiritualem temporariæ ac carnali præferri coniunctionem, Hilarius Cant. 12. in Mat. *Christum non fastidiose de Matre sua sensisse, sed docere voluisse propinquitatis ius, atque nomen, non tam de conditione nascendi, sed de Ecclesia communione retinendum.* Addit en facto signatam Synagogæ repulsam, quod etiã Gregor. adnotauit, cuncta D. Ambrosio complectente lib. 6. in Luc. Quàm bellè post Lucæ expressam pulchritudinem, quam latratu inutili canes persequuntur, scripsit ingeniosus ille:

Et latrat, frustráque agitur vox irrita ventis,
Et peragit cursus surda Diana suos.

§. IV.

§. IV.

De Fomitis extinctione.

Nunquã actũ Fomitis habuit.

15. SVppono fomitem esse ipsam naturalem inclinationem appetitus sentientis quatenus inordinatè, & absque rationis consensu sensibilia interdum potest appetere; quæ imperfectio peccati originalis effectus est, quamuis nõ semper auferatur ablata originali culpa, vt in renatis constat. Fomitémne habuit Maria? Certum omninò nunquam actum fomitis habuisse. D. Thoma affirmante hîc act 4. Bernardus ser. *signum. Nihil in ea, non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minus lucidum, sed nec tepidum quidem aliquid, aut non feruentissimum licet suspicari.* Richardus Vict. lib. 1. de Eman. cap. 28. *Virgini omnis otiositas fuit sublata, sola pœna fuit relicta. In cæteris sanctis magnificum fuit, quod a vitiis non sunt expugnati, in Virgine autem quòd nec impugnata fuit.* Hoc sensu Damascenus orat. de Assump. Virginem vocit *immaculatam, quæ cum terrenis affectionibus nihil habuit commune.*

D. Thom. Bern. Richard. Damasc.

Omnino extinctus.

16. Sulo igitur in modo loquendi potest esse controuersia: Alij enim affirmant fomitem in Virgine fuisse à prima sanctificatione illigatũ, non autem prorsus vsque ad secundam extinctum; alij autem prorsus omnino sublatum asseruère. Sentio à prima sanctificatione extinctum, in secunda autem hunc effectum auctum, & perfectum. Vberiorem quæstionis enodationem requirens, adi Suarium 3. part. q. 27. sect 5. Alibi sermo redibit.

§. V.

De effectibus originalis iustitiæ in Maria fulgentibus, vsu rationis contemplatione, ac voto virginitatis.

Potissimi effectus iustitiæ originalis in Virgine.

17. A Primo Conceptionis instanti potissimi originalis iustitiæ effectus fulserunt in Virgine, non tamen cuncti, qui ad innocentiæ pertinebant statum. Annon originalis iustitia quoddam donum sanans naturam, constituendo inter Deum & hominem, & inter partes, seu appetitus hominis inter se ordinem perfectum; ita vt inferiora superioribus, & omnia Deo essent perfectè subiecta? Habuit igitur Maria superiorem portionem perfectissimè Deo subiectam, & inferiorem appetitum superiori, absque vlla discordia, submissum; & ideò rectè assero integritate naturæ in ordine ad humanas operationes fuisse donatam. Non cunctis effectibus stipatam dixi, quia fuit capax tristitiæ, timoris, doloris, & similium affectionum, quas innocẽtiæ ignorauit status. Vnde si iustitia originalis sumatur pro horum effectuum collectione, in Virgine non fuit, quia tota collectione stipata non est. Absolutè tamẽ dici potest iustitia originali eam quoad præcipuos & formales ipsius actus fuisse donatã.

18. Num actualem vsum rationis in primo conceptionis habuit instanti? Habuit quidem Bernardino Senen. authore ser. 51. de Mar. c. 2. art. 1. Caiet. hic art. 3. & aliis. Si enim Ioanni in sanctificatione concessum, cur Virgini in conceptione negatum? *Exultauit infans.* Luc. 1. Ambrosius lib. 1. *Habebat intelligendi sensum, quò exultandi habebat affectum.* Hinc colligo Virginem per propriam dispositionem (ex Bernardino citato collegi) fuisse sanctificatam. Maria enim in instanti illo, Dei cognitione polluit. An verisimile habuisse illam otiosam, & quasi emortuam? Profectò liberi arbitrij actum in Deum protulit, quo illum super omnia dilexit; huiusmodi enim cognitio in hunc finem potissimùm ei fuit exhibita.

Polluit actuali vsu rationis. Bernard. Senens.

Addo actui amoris erga Deum coniunctam 19.
eximiam Dei contemplationem, & gratiarum actionem ex illo primo instanti. Bernardinus Senens tom. 2. serm. 51. a. 1. c. 2. profatur. *Secundum quosdã Virgo in vtero Matris fuit in sublimiori contemplationis statu, quam vnquam fuerit creatura aliqua in ætate perfecta.* Et tom. 1. ser. 61. *Tanto lumine illustrata fuit B. Virgo cum etiam esset in vtero matris, quòd non tantùm plena fuit lumine rationis, sed etiam altissimæ cõtemplationis. In quo quidem lumine perfectè hæc saltem intellexit secundum genera singulorum. Primò, naturam creatam irrationalem. Secundò, naturam creatam rationalem. Tertiò, naturam creatam spiritualem. Quartò, naturam increatam diuinalem; quæ distinctio cognitionem Creatoris, & omnis creaturæ in se comprehendit. Ad tantam enim contemplationem sublimata est, vt perfectius etiam in ventre matris contemplaretur Deum, quàm vnquam fuit contemplatus aliquis in perfecta ætate.*

Actu contemplationis exarsit. Bernard. Senens.

Denique ne Virgo in illo conceptionis in- 20.
stanti Dei maiestatem, pulchritudinémque contemplata, igne flagrans ardentissimi amoris, cum sibi vnicum sponsum elegit, perpetuæ virginitatis voto emissu? Huius opinionis, eiusque auctorum meminit Iacobus de Valentia Episc. Chrysopolit. in Cant. Virg. ad illa verba: *Quia fecit mihi magna. Dicunt* (inquit) *viri quidam contemplatiui, quòd Virgo illico post sanctificationem fecit votum perpetuæ virginitatis in vtero matris, quod posteà per successionem temporis ostendit.* Multæ Virgines amore Dei accensæ, ætatis tenerrimæ articulo virginitatem Deo vouerunt. Quid non virginum Magistra ardentiori in ipso conceptionis instanti amore flagrans, ac rerum expetendarum vberiori prædita cognitione sese virginitatis voto obstrinxerit?

Votum virginitatis emisit in primo instanti conceptionis.

§. VI.

Natalitij Mariæ nonnullæ circumstantiæ.

VErosimile diuam Annam Ioachimum se- 21.
cutam reuertentem ad pastores, eiuibus reuiuentem apparere antè acceptam prolem, vt inter pastores & greges puellam eniteretur bonum Pastorem simul & Agnum post modum parituram Damascen. lib. 4 fidei, c. 15. *Parit ergo gratia* (sic Anna interpretatur) *Dominam quod profectò indicat Mariæ nomen;*

Inter oues nascitur Virgo. Damascen.

nam revera facta est Domina omnium creaturarum, cùm Conditoris omnium effecta est Mater. Editur partu in ouilis ipsius Ioachim domo.

22. *Quo tempore, anno, mense, die.* Profectò cùm octauo die Decembris fuerit concepta, nouem mensibus à natura requisitis completis, in lucem edita est die octauo Septembris, luna 14. Augusti in Sabbato; quia eo anno littera Dominicalis erat G, vt curiosè adnotat Christophorus de Castro Hist. Deip. cap. 2. Anno ante Christum natum 55. qui erat 4. Olympiadis 190. & Vrbis conditæ 738. Conf. L. Domitio, & P. Cornelio Scipione. Augusti verò à primo consulatu 27. & à victoria Actiatica 15. Herodis Regis 18. ab Orbe condito 4075. à diluuio 2417. à prima Abrahæ promissione 2020. ab exitu Israël de Ægypto 1590. à primo Dauidis anno 1553. à Templo Salomonis fundato 1110. à captiuitate Babylonica 583. à fundato secundo Templo 513. Anno Hebdomadarum Daniëlis 439. nempe anno 5. hebdomadæ 63. Denique iuxta Hispanicam enumerationem æra Augusti 24

23. *Gabriel designatus custodia Virginis.* Natæ Infanti designatus Gabriel Archangelus cælestis custos paradisi. Annon pro cuiusuis hominis officio, & dignitate excellentior spiritus, imò multi ad custodiā designari soliti? Meritò igitur credo Matri Dei Gabrielem Archangelum, Dei vtique fortitudinem custodem deputatum. *Euseb. Emiss.* Docet Eusebius Emissen. hom. de Nat. Virg. *Ecce Gabriel consiliator Virginis, eiúsque consors castitatis.* *Ildephons.* Ildephonsus serm. 5. de Assumpt. *Si quis adhuc studio pietatis indagare voluerit, quid post Ascensionem Domini egerit, quàm sanctè, & iustè vixerit, & cum quibus habitauerit: soli Deo cognitum esse videtur, & Gabrieli Archangelo, cui eius tota causa commissa esse prædicatur à Domino, & Angelis sibi collocantibus, secúmque colloquentibus.* Et *Petr. Dam.* Petrus Damian. serm. 1. de Nat. Mar. *Duo leones sunt Gabriel Archangelus, & Ioannes Euangelista, quorum alter dextera Virginis, alter sinistra deputatus est. Gabriel enim mentem, Ioannes carnem peruigili solicitudine seruauerunt.* Videndus *Salmer.* Salmeron tom. 4. p. 3. tract. 8. ad finem.

24. *Plures Angeli deputati custodes Virginis.* Verùm non solùm Gabrielem, sed & alios plurimos designatos Angelos Mariæ custodiæ, præter ea quæ innuit Ildephonsus citatus, asserit Anselmus lib. de Excel. Virg. cap. 3. & Bernardinus Senens. tom. 2. serm. 51. a. 3. c. 2. fatus. *Adfuit Virgini Angelorum protectio. Assidebant enim illi innumerabiles multitudines Angelorum in eius protectionem. Piè enim credo, quòd plurimas legiones habuit Angelorum ad protectionem, & custodiam suam, cùm & Elisæus, vt legitur 4. Reg. 6. Angelorum multitudinem habuerit ad sui defensionem.*

25. *Anna vberibus lactata Maria.* Lactanda Puellula vberibus B. Annæ parentis excipitur: huiusmodi enim munus à piis matribus exercendum alienæ nutrici commisisse innuit Gregorius Nazianzen. canens: *Nazianz.*

Simul atque nata sum, patris tui, vt arbitror,
Ex mente summa, me meus nutrit pater.

Nyssen. Sed Gregorius Nyssen. apertè. *Illam igitur cùm iam grandiuscula esset, nec vbere matris amplius indigeret, ducens ad Templum, Deo reddidit.* *Niceph.* Nicephorus autem lib. 1. Hist. cap 7. *Vt Infans à lacte materno iam abhorruit, & mammam attingere noluit, promissionem mater adimplet.*

Igitur Virgo non diu in domo paterna commoratur, sed veluti arbor nobilissima in solum pinguius ex materno gremio transfertur, canente Dauide. *Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt.* Psal. 91. & concinente Damasceno lib. 1. Fid. cap. 15. *Ad Templum adducitur Virgo, & in domo Dei plantata instar oliuæ frugiferæ, virtutum omnium domicilium efficitur.* 26. *In domo Dei plantata.* *Psal. 91.* *Damasc.*

§. VII.

De Infantis oblatione.

QVidni ad Templum properè defertur Maria, instante parentum promissione? Nicephorus lib. 1. cap. 7. *Promissionem mater Anna adimplet, & in Templum ascendens iuxta votum eam Deo consecrat.* Annon Sponsus præmiserat Spiritus, *Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis, & stulta promissio: sed quodcumque voueris, redde.* Interl. *Cito redde.* Eccles. 45. Huiusmodi consilium implentes Ioachim & Anna, votum suum sine cunctatione expleuerunt. Nyssenus citat. *Non cunctata est Anna eam ad Templum adducere, & Deo reddere, ac promissum præstare.* 27. *Properè ad Templum defertur infans.* *Niceph.* *Eccles. 45.* *Nyssen.*

Profectò parentes pulcherrima, ac vnica filia orbandos mœror deceret. At illi hilaritate affecti votum reddiderunt, cognoscentes, à Deo hilarem diligi largitorem. *Vnusquisque, prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus.* 2. Corinth. 9. D. Germanum audite. *Hinc ergo deposito ablactato, vota mea* (Anna inquit) *reddo Domino, quæ distinxerunt labia mea, & locutum est os meum in afflictione; & ideò virginum cateruas coegi cum lampadibus, conuocaui Sacerdotes, congregaui cognatos meos, omnibus dicens: Omnes mihi congratulamini, quòd hodie & mater, & productrix effecta sum, non Regi terreno meam offerens filiam; quoniam nec par quidem erat: sed Deo cælesti & Regi dicatam.* Porrò huius diei lætitiam apertiùs indicat Gregorius Nicomed. orat. de Oblat. Deip. profatus. *Atque iam quidem hi, qui Virginem genuerant, ad Templi eam fores adducebant, Angelis eam circumcirca stipantibus, & supermundanis virtutibus omnibus simul collætantibus. Nam etsi ignorabant arcanum modum mysterij, vt serui tamen iussu Domini seruiebant eius processui; & primùm quidem considerabant videntes eam esse pretiosum vas virtutum, & ferre signa incorruptæ puritatis, & habere corpus prorsus remotum à vitiorum colluuie. Deinde autem iussu parentes munus implebant, tunc lampades luminis ingressum lætificabant, & omnia, quæ Templo continebantur, ad lætitiam ipsius, vtpotè inanimatis cum Angelis lætantibus.* 28. *Hilares datores Mariæ parentes.* *2. Cor. 9.* *Germ.* *Gregor. Thaum.*

Ergo post ablactatam Infantem, ad profectionem institutam opportunum expectauêre tempus, nempe festum Encæniorum, seu dedicationis Altaris à Iuda Machabæo institutum. 1. Machab. 4. per dies scilicet octo à quin- 29. *Die Encæniorum oblata Maria.*

ta

ta & vicesima die Mensis *Cesleu* nostro Nouembri respondentis, celebrandum. Eiusdem etenim Festi instantia tribus ante annis sacrosanctam Puellulam accipere meruerunt. In cuius solemnis vberiorem celebritatem Virginem Encæniorum profestis, siue quatuor ante diebus vicesimoprimo Nouembris Deo in gratiarum actionem consecrarunt, atque sacerdotibus obtulerunt. Dedicationis itaque Altaris die Templum Deo viuum consecratur, fante Germano. *Prompto, & alacri animo accedamus ad Dei Parentem, & quæ in ea œconomicè priùs perfecta sunt, diuina mysteria intueamur. Quemadmodum à parentibus hodie Virgo sacratissima in Templum Dei per eius sacerdotes adducitur; quemadmodum Templum Domini animatum Templo inanimato dedicatur.*

German.

30. Trimulam Infantem Templo dicatam Doctores affirmant. Nicephorus lib. 2. cap. 3. *Siquidem trimula cùm esset, in Templum est præsentata.* Hieronymus de ortu Mar. *Cùmque trium annorum circulus volueretur, ad Templum Domini Virginem cum oblationibus adduxerunt.* Congruit Germanus orat. de oblat. Deip. *Puella autem valdè lætans, & exultans ibat in Templum Dei tanquam in thalamum, cùm ætatis quidem ageret annum tertium, esset verò perfecta diuina gratia.* Legendus Epiph. de vita Virg. Georgius Cedre. in Comp. & Nicephor. lib. 2. cap. 7.

Trimula an oblata fuerit. Niceph. Hieron. German.

31. Attamen ego, tantorum venia Patrum, cum ex Kalendario Græcorum, Emmanuele Imper. in suis Const. tit. de Feriis const. 1. & Kalendario Romano constet Præsentationem Virginis vigesimaprima die Nouembris incidisse, assero non posse affirmari absolute Mariam trimulam; nec enim tertius annus erat expletus. Virgo tunc duos annos nata, duos menses, & tredecim dies proculdubio erat. Vnde propriè locutos reor illos, qui affirmant, oblatam Virginem tertium annum agentem, non trimulam. Sic Germanus, & Nicephorus *Eamh*, inquit, *Deo consecrat tertium iam suæ ætatis agentem annum.*

Authoris assertio absolutè nô credam trimulam. German. Niceph.

32. Anna igitur eùm iam satis Infantem sanctissimam aluisset, sæpéque animaduertisset tẽpus adesse, quo vota sua oporteret impleri, id Ioachimo reuocat in memoriam, petitque Ierosolymam vt adeant, Puellã Domino tradituri. Annuit ille, & viam ineuntes, Ierosolymã peruenere, ac sacerdoti, qui tunc rei diuinæ præerat Infantem cum oblationibus consuetis offerunt, Diua Anna huiusmodi commiscente verba ex ore Germani in Encom. Deiparæ. *Accipe, Propheta, meam a Deo datam Filiam, & intro ductam planta in loco sanctuarij, in prompto Dei habitaculo, in domo exultationis, & lætitiæ: nihil curiose inquirens, donec Deo, qui illam hinc vocauit, visum fuerit, quæ ad eam attinent, ad finem perducere.*

Anna offert Infantem Pontifici. German.

33. Existimo sacerdotem Virginem suscipientem Zachariam extitisse, hisce verbis, eodem Germano affirmante. *Intueamur, quemadmodum Propheta Zacharias eam sua manu accipit, & ducit in adyta, nihil ægrè ferens, neque dicens eius parentibus: Non faciam hanc rem maximè nouam, atque puellam introducam in Sancta sanctorum, vt in eis habitet assiduè, in quæ semel in anno iussus sum intrare. Nihil tale dixit Propheta Zacharias, sed vt præsciens futurum, quoniam erat Propheta, eam expectans, sicut qui post eum fuit Simeon illius Filium, eam is quoque ex spiritu prompto, & alacri animo.* Consentit Cedrenus. Profectò etsi non alienum à ratione putem Zachariam tunc functum officio suo Virginem excepisse: vel cum aliis cognatis fuisse inuitatum ad illud munus obeundum, eo quod Elisabetham Mariæ consobrinam haberet vxorem: tamen fuisse Põtificem summum (quod innuit Germanus & Ambrosius) improbabile arbitror. Dum enim Lucas eum dicit *de vice Abia*, manifestè docet, vnum fuisse de minoribus sacerdotibus, qui in ordine vicis suæ munere sacerdotali fungeretur. Deinde constat summum Pontificem hoc anno, quo oblata Deipara, fuisse alienigenam Simonem Boethi filium, & Herodis socerum. Legendus noster Salmeró tom. 2. in Euang. tract. 33.

Zacharias suscepit. German. Cedren. *Assero Pontificem summum tunc non fuisse.*

Oblatione facta à Virginis parentibus, cùm essent ipsius Templi quindecim gradus, in primo Infans constituta cunctos sine ducentis, aut leuantis adminiculo ita fortiter ascendit, ac si perfecta polleret ætate, fante Hieronymo de Ortu Mar. *Erant circa Templum, iuxta quindecim graduum Psalmos, quindecim ascensionis gradus. In quorum vno Mariam paruulam parentes constituerunt; cúmque ipsi vestimenta, quæ in itinere habuerant, exuerent, & cultioribus vestibus se ex more, & mundioribus induerent, Virgo cunctos ita gradus ascendit, vt perfectæ ætati in hac dumtaxat causa nihil deesse putares. Iam quippe Dominus in Virginis suæ infantia magnum quid operabatur, & quanta futura esset, huius miraculi indicio præmonstrabat.* Quæquidem sententia mihi ideò verisimilis obiicitur, quòd horum graduum Iosephus lib. 6. de Bello, cap. 6. memoriam efficiat. *Gradus quindecim a muro, qui mulieres segregabat, ad maiorem portam ducebant.* Et Arias Mont. lib. de Arcæ fabrica. *Quindecim gradus, quosquidem in Templo constituunt, ad quos Psalmi canerentur.* Quos vel similes, qui in secundo Templo extitissent, Virgo potuit ascendere. Dixi in Templo secundo; loquitur enim Iosephus de Templo ab Herode constructo, quod post ortam Deiparam est fabricatum; cœpit namque extrui octauo Herodis anno, ante quam Maria exoriretur. 34.

Scandit Infans quindecim gradus. Hieron. Ioseph. Arias.

§. VIII.

De loco custodiendis virginibus deputato.

Templum, seu Tabernaculum (vt constat ex cap. 26. Exod. & 3. Reg. 6.) tria complectebatur. Adytum, siue Oraculum, aut Sanctum sanctorum, vbi sola aderat Arca, in quod solus summus Sacerdos solèniter decima die Septembris in festo expiationis oraturus pro peccatis populi ingrediebatur. Aderat deinde ante Adytũ Tabernaculum, seu Templũ tria continens, ad Austrum Cãdelabrum aureum, ad Aquilonẽ mensã panum propositionis, in medio Altare aureum seu thymiamatis, in quo summus Præsul quotidie mane & vespere adolebat thymiama. Præterea ante Templũ 35.

Descriptio Templi Ierosolymitani. Exod. 26. 3. Reg. 6.

atrium quoddã amplum iacebat, in duas partes diuisum, in atrium quidem interius, vbi ara ingens spectabatur, quæ dicitur holocausti altare, in quod atrium omnes Sacerdotes & Leuitæ ingrediebantur: & in atrium exterius ab illo diuisum septo quodam, in quo populus consistebat purus modò, ac castus, & iuxta legis præscriptum obseruans.

36. In hoc atrio exteriori (vt tradit Iosephus citatus) locus aderat muro separatus mulieribus, ad quem per quindecim gradus ascenditur. Verùm in eodem loco peculiare fuit virginibus habitaculum separatum ad portam Septentrionalem ad altaris holocaustorum læuam, quod erat in atrio interiori, asserente Iosepho, & Cedreno confirmante. *Erat in Templo secretus locus Aræ vicinus, vbi sola virgines stare solebant.* Et Anselmo in vita Virg. *Erat locus distinctus in domo Domini, scilicet in Templo prope lanam altaris, vbi stabant virgines solæ, & diuino Officio peracto, ibant omnes ad propria.* In loco quidem mulieribus communi Annam Prophetissam Phanuelis filiam assero commoratam. *Hæc vidua vsque ad annos octogenta quatuor, quæ non discedebat de templo ieiuniis, & obsecrationibus seruiens nocte ac die.*

Locus virginibus ac aliis solutis fœminis in Templo deputatus.

Cedren.

Ansel.

Luc. 2.

Luc. 2. Propterea à Cyrillo Ierosol. cat. 10. *Continens, religiosissima, & monialis appellatur.* Fœlix quæ Puellam Mariam ab Anna parente Templo expositam materno affectu suscepisti.

Cyrillus Ierosol.

Tam virgines, quàm viduæ speculum Templo consecrabant, non iam corporeæ pulchritudini operam daturæ. *Fecit & labrum æneum de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio Tabernaculi.* Exod. 38. Vbi R. Abraham. *Erant in Israel mulieres Deum colentes, quæ, spreta mundi vanitate, sua specula Domino offerebant; quia non erant illis opus; quæ per singulos dies veniebant ad ostium, vt orarent, & Dei audirent præcepta.* 37.

Speculũ oblatum à fœminis Templo custodiendis.

Exod. 38.

R. Abrah.

An locus ille mulieribus deputatus filiorum Heli intemperantia maculatus fuit? Iosephus lib. 5. Antiquit. cap. 11. *Heli Pontifici duo filij fuerunt Ophnees & Phinees. Hi contra omne ius, & fas, omnia sibi licere volebant. Mulierum insuper Religionis ergò confluentium ad sacrum locum pudicitiam, vel vi, vel dolo expugnabant.* Existimo tamen nullatenus virgines habitaculo remotiori degentes fuisse intemperantia filiorum Heli deprauatas. 38.

Num intemperantia filiorum Heli hic locus maculatus?

Ioseph.

IN MARIAM INNVPTAM
PANEGYRICVS QVARTVS MORALIS
Circa literam.

Ex Virginis Infantia.

OBSERVATIO I.

Iuxta Probaticam nascitur Maria futura hominum Piscina ægrotantium.

Vbi carpuntur, qui consultò peccatis addicti sunt, spe Marianæ protectionis.

39. EX Damasceno vidimus Virginem in domo ouilis Ioachimi exortam, quam Probaticam appellauit. Confirmo ex eodem Doctore orat. 1. de Natiu. Virg profante. *Fausta tibi sint omnia, ô Probatica, futurum Reginæ domicilium. Fausta tibi sint omnia, ô Probatica feminum Ioachim vetus fanum, nunc autem ouilis ratione præditi: Ecclesia cælum imitans, atque olim semel quotannis Angelum Dei excipiens aquam turbantem, & vnum valetudini restituentem.* Extat eo loci Templum, virginum olim cœnobium D. Annæ nomine insignitum in natæ Mariæ iuxta Probaticam memoriam. Quònam mysterio Virgo iuxta Piscinam nata, Piscinæ aquis diluitur? Annon innuebatur futuram ægrotanti orbi salutarem? Richardus Laurent. lib. 9. *Piscina est aquarum collectio sine piscibus, & dicitur piscina quasi per contrarium. In Maria autem fuit congregatio omnium aquarum, id est, gratiarum, sine piscibus mundanarum curiositatum. Hæc Piscina Probatica.* De qua Ioãnes. *Est autem Ierosolymis Probatica Piscina, quæ cognominatur Bethsaida, quinque porticus habens. Angelus autem Domini descendebat in Piscinam secundum tempus.* cap. 5. *Bethsaida*, aut *Bethesda*, Maldonato authore, idem est ac *locus misericordiæ*, seu *benignitatis*, sic dictus, quòd diuinam inibi erga se benignitatem ægroti, recuperata sanitate experirentur. Appellatur, eodem Doctore, & *locus effusionis*, quòd in eum locum multis aquæductibus riuuli vndique profunderentur. Quinque præterea porticus habuisse dicitur, quibus ægrotantibus pateret ingressus. *Credo* (ait Ambrosius) *quod non sunt vacua aqua*, mysteriis quidem scaturientibus Probaticam Mariam.

Piscina salutaris Maria.

Damasc.

Richard. Laurent.

Ioan. 5.

Maldon.

Ambr.

Illa semel quotannis Angelum Dei turbantem aquam excipiebat? Maria ex quo domo sua Gabrielem excepit, è cuius sermone *turbata est*, virtutem interminabilem sanitatis excepit, Damiano interprete. An vnus sanatur? Ita planè, sed vnus fidelis populus panis instar ex innumeris hominibus collectus. Pulchrè Richardus Laurent. *Hæc est Piscina Probatica, in quam Angelus Domini secundùm tempus descendebat, & vnus sanabatur. Tempore enim Incarnationis descendit Angelus magni consilij in Mariam, & mota est aqua, quando ad nouam salutationem turbata est Maria, & sanatus est vnus, id est, quotquot crediderunt Deum.* 40.

Turbata Mariana Piscina salutaris vnis, scilicet fidelium vnitati.

Damian.

Richard.

Locus illa misericordiæ? Maria non piscina, 41.

Misericordiæ locum Piscina Maria, quia vel in extremo iudicij die peccatoribus salutaris. Bernard.

na, ſed abyſſus miſericordiæ eſt, ſante Bernardo ſer. 4. de Aſſump. *Quis miſericordiã tua, ò Virgo benedicta, longitudinem, latitudinem, ſublimitatem, & profundum queat inueſtigare? Nam longitudo eius vſque in diem nouiſſimum inuocantibus eam ſubuenit vniuerſis. Latitudo eius replet orbem terrarum, vt tua miſericordia plena ſit omnis terra. Sic & ſublimitas Ciuitatis ſupernæ inuenit reſtaurationem. Et profundum eius ſedentibus in tenebris, & in vmbra mortis obtinuit redemptionem.* Illud expende: *Longitudo eius vſque in diem nouiſſimum.* An peccatores in die nouiſſima, quando *ſigna in ſole, & luna, & ſtellis*, Deiparam exorabilem ſortientur? Certè, cum Altiſſimus citra condignum pœnas ſit inflicturus, Dei parentis interceſſione ingentem molem è condigna pœna ſubtracturus eſt, vt Mariæ miſericordia vſque ad diem nouiſſimam pertingat, de quo alibi fuſiùs.

Ideò Ecclesia poscit à misericordibus Mariæ oculis respici, quia piscinæ, vt flammeos Iesu oculos fugiat. Cant. 7. Apoc. 1. Hugo. Vict.

42. Clamat Eccleſia: *Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte?* Maria etenim reſpicere non poteſt, quin miſereatur. Vnde oculi Deiparæ non Piſcinæ ſingulari, ſed pluribus Piſcinis comparantur. *Oculi tui ſicut Piſcinæ.* Cant. 7. Verumque luminare miſericordia redundat, nequam nullum. *Tanquam flammam ignis* Ieſu oculi apparent, Apoc. 1. Fugis à facie iudicis, auerti curas Oculos Ieſu? Reſpice ad Mariam, cuius oculi Piſcinæ ſalutares. Hugo Vict. in ſentent. *Si pertimeſcis ſupplicaturus ad Deum accedere, reſpice ad Mariam; non illic inuenies quod timeas.* Haud flammea Deiparentis lumina, ſed Piſcinæ. D. Bernardus ſer. de Verb. Apoc. *Fidelis planè, & potens Mediator Dei & hominum Chriſtus, ſed diuinam in eo reuerentur homines maieſtatem. Non ſola illi cantatur miſericordia, cantatur pariter & iudicium. Deus noſter ignis conſumens eſt, oculos habet tanquam flammam ignis. Quidni vereatur peccator accedere, ne quemadmodum fluit cera à facie ignis, ſic pereat ipſe à facie Dei? Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil auſterum in ea, nihil terribile, tota ſuauis eſt.* Nam oculi eius Piſcinæ locus miſericordiæ, & pietatis.

Bernard.

Quinque Marianæ Piscinæ Porticus, quæ omnibus vel desperatis patet ingressus. Richar.

43. Num quinque Porticus in Piſcina Mariana? *Quinque Porticus habens*, qua omnibus ad locum miſericordiæ pateat ingreſſus. Richardum Laurent. citatum audite. *Quinque Porticus habes, id eſt, quinque principalia genera miſericordiæ. Prima, quòd conuerſis errantes, cùm ſit via. Secunda, quòd illuminat in tenebris ambulantes, cùm ſit ſtella. Tertia, quòd viuificat mortuos, cùm ſit vitæ vena. Quarta, quòd ſe infundit deſperatis; vnde dicit. In me omnis ſpes vitæ Vnde & dicit Eccli. 10. Penetrabo inferiores partes terræ, id eſt, deſperantes recolligam, & inſpiciam oculis miſericordiæ. Quinta, quòd multis, quorum iam dictata erat ſententia, impetrauit à Filio ſpatium pœnitentiæ, ſicut Abigail à Dauid Nabal ſtulto.* Si Porticum infernum verſus oſtentat Maria, quàm deſperatis pateat ad ſalutem ingreſſus, cuinam medicamen abnegabitur. *Omnibus miſericordiæ ſinum aperit* (loquor cum Bernardo citato) *vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi, captiuus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam.* Vt ſcilicet quinque

Bernard.

languentium genera apud Marianam Piſcinam quinque Porticibus ingreſſa inueniant ſanitatem. An obicient ægroti: *Hominem non habeo*; Minimè. *Mulierem* enim habent, & *homo natus eſt in ea*, qui Matris interceſſione & manum porrigat, & donet ſanitate. Libet cum ſtudioſo Mariæ apud Richardum concinere: *O Maria*,

Richard.

Tu Piſcina puritatis,
Rore plena pietatis,
In quam Deus maieſtatis
Voluit deſcendere.
In quam reus, & peruerſus,
Si contritus, & conuerſus,
Se deponat, exit terſus
A peccati vulnere.

44. Vbi illud ad mores obſerua: *In quam reus, & peruerſus, ſi contritus & conuerſus, &c.* Pœnitentibus enim Maria miſeretur. *Oculi tui ſicut Piſcinæ in Heſebon.* Can. 7. Heſebon *cingulum timeris*, ſeu *mœror cingens* interpretatur. Vt oſtendat ſponſus Mariæ oculos miſericordes eſſe Piſcinas eis, qui pœnitudinis cingulo illigantur. Accipe ex Richardo Laurent. vbi ſuprà profante. *Heſebon mœror cingens interpretatur, quia mœror pœnitentiæ cingit hominem, & cohibet peccatorum ſaniem, & fluxum peccati, ſicut vitta cingit vulneratum, & ſtringit ſanguinis fluxum. Et hoc cingulum competit pœnitentibus, qui in mœrore animi recogitant peccata ſua, & inde humiliantur. Et talibus ſunt oculi Mariæ, ſicut Piſcinæ, id eſt, reſpectus miſericordiæ eius multiplex lauatorium; & ſunt oculi eius in porta filiæ multitudinis, id eſt, Eccleſiæ, cuius ipſa eſt porta.* Haud fauet Maria peccatoribus voluntariè obduratis, & conſultò ſuperbis ſed curantibus ab ægritudine liberari, & ſeſe demittentibus, Piſcinam miſericordiæ, ſeu pietatis pelagum expandit. Arguantur hinc peccatores conſultò peccatis indulgentes, quia Deiparæ ſubiacent protectioni, cuius oculi miſericordes, quidem inſtar Piſcinarum, ſed in *Heſebon* cingulo pœnitentiæ.

Pœnitentibus subuenit Maria, humilibus fauet. Contra impœnitentes voluntariò freti Maria patrocinio. Richar.

Observatio II.

Menſe Septembri nata Deipara, nouæ lunæ comparatur.

Vbi forma indicitur Deiparæ ſolemnia celebrandi, nempe iniquitatem omnem reſecando.

45. CVm ex Beda conſtet Septembri menſe diuina prouidentia ortam Deiparam, myſterium veſtigandum. Caniſius l. 1. cap. 11. affirmat ideò Mariæ natalem hunc in menſem incidiſſe, quia prima mulier hoc menſe mirabili Dei opificio condita fuit, ſuique veri Adami oculos ob eximiam corporis elegantiam mirificè oblectauit, præſignans ſecundam Euam Mariam ſic ſingulari Conditoris beneficio efformandam, & exorituram, vt (ſi humano more loquendum) lætioribus

Nata vt Eua mense Septembri, oculos Conditoris rapitura. Caniſ.

quidem oculis nunquam Deus aspexerit viuum hominem, in quo post Christum nihil maculæ, & plus gratiæ ac iustitiæ originalis deprehenderet. Sic ille.

46. *Festum nouæ lunæ Mariæ natalem desi gnabat.*

Ast ego celebrem mensem Septembris affirmo apud Hebræos ob festi Tabernaculorum celebrationem, vt constat Leuit. 23. & nouæ Lunæ, quod Mense hoc maiori celebritate quàm reliquis Hebræi prosequebantur. Annon illa in Deiparæ typum nouam Ecclesiæ lunam mundi pulcherrimum luminare? Dauid ad festum Mariani exortus inuitat. *Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob. Sumite Psalmum, & date tympanum, psalterium iucundum cum cithara. Buccinate in Neomenia tuba in insigni die solemnitatis vestræ.* Psal. 80. *Neomenia* idem est ac *noua luna*. Per Neomeniam autem seu nouam lunam (authore D. Thoma 1. 2. q. 102 art. 4.) *significabatur illuminatio noua Ecclesiæ*. Qua noua illuminatione noua luna Maria innuebatur, eodem Doctore, qui q. 103. art. 3. profatur. *Festo Neomeniæ succedit in Ecclesia festum B. Virginis.* Quæquidem natalitio die noua luna hominibus effulsit.

Psal. 80. Thom.

47. *Maria condita in plenilunio, & nouilunio.* Beda.

An decens Mariam lunæ nouæ mutationibus addictæ comparari? Beda asserit lunam in plenilunio conditam, vt nocti præesset perfectè illuminando. Alij ex aduerso contendunt lunæ primò exorientis lumen fuisse nouilunij; nam cùm luna menses suo cursu definiat, congruum fuit à prima luna primi mensis fieri inchoationem. Si creata fuisset in plenilunio, non primus, sed decimus quintus primi mensis dies proferretur. Porrò Augustinus lib. 2. de Gen. ad lit. cap. 15. neutrum horum audet improbare. Vtrumque Mariano in luminari amplector Noua luna exoritur, de nouo enim hominibus apparuit. At omnium gratiarum incremento ornata apponitur Ecclesiæ polo, vt tenebras hominum illico queat ablegare.

August.

48. *Lunæ salutares proprietates Mariæ congruunt natalitio.* Eccl. 43. 2. Cor. 6.

Mariæ lunæ nouæ proprietates indicat Spiritus Sponsus. *Luna in omnibus in tempore suo ostensio temporis, & signum æui.* Eccl. 43. Mariam tempus illud optatissimum inchoauit, de quo Paulus, *Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere.* 2. Cor. 6. Rursum de luna inibi. *A luna signum diei Festi, luminare, quod minuitur in consummatione.* Annon lunæ nouæ Mariæ Natiuitas omne gaudium hominibus futurum præsignauit? Petrus Damian. serm. 2. de Natal. Mariæ, *Natiuitas*, inquit, *beatissima, & intemerata Dei genitricis Mariæ merito præcipuum, & singulare præbet hominibus gaudium, quia totius extitit humanæ salutis exordium.* Vberiùs Hailgrinus Cardin. apud Delrium ad cap. 6. Cant. *Luna in tempore suo ostensio temporis, & signum æui: nam B. Virgo in omnibus nationibus tempore sua Natiuitatis ostensio est illius temporis, de quo Paulus. Et ipsa est signum æui insigniens omnem ætatem præteritam, & futuram. Et benè de ipsa subditur: A luna signum diei festi; nam ab ipsa omnis nostra festiuitas. Luminare, quod minuitur in consummatione, secundùm nomen eius est crescens mirabiliter in consummatione, quod de luna materiali nequaquam intelligi potest, quæ non antè minuitur, & postea crescit: sed è conuerso; nec minuitur in consummatione, sed post consummationem. Sed hic verborum ordo rectè exprimit B. Virginem, nam ipsa cùm audisset sibi promissam tantam magnitudinem, quòd foret Mater Dei, sese minuit vsque ad ancillam, & in hac minutione concepit, & facta est luna plena.*

Hailgrin.

49. *Maria noua luna bicornis, siue nauis mundo naufraganti, natiuitatis die.* Psal. 80. Richard.

Rursum Vates. *Buccinate in Neomenia tuba.* Psal. Vbi Richardus Laur. lib. 7. *Figurata fuit eius Natiuitas in solemnitate, quæ antiquitus fiebat in Kalendis, & eius Natiuitas omnem inchoauit solemnitatem nostram.* Vnde *noua luna* vocitatur. Quid cum luna bicorni Mariæ? Multùm planè in orbis mundialibus fluctibus obruti commodum. Audistine Mariam factam quasi nauem? In Natiuitate igitur noua luna bicornis exurgit, vt nauis naufragis præparata mirabiliter innuatur. *Luna noua* (inquit Richardus) *bicornis apparet, quasi habens similitudinem nauis; quia Maria nauis est, quæ ducit amicos,* *et in portum voluntatis eorum. Et quia luna videtur quasi nauis, signum est quòd portat amicos suos sursum, hoc est, in cælum. Propter hoc de hac noua luna, id est Maria, dicitur: Facta est quasi nauis.* Prou. 31.

50. *Nascitur Maria noua luna diuino solis splendore coruscans nobis solis implens proprietates.* Cant. 6. Rupert.

Marianæ Natiuitatis solemni Cælicolæ inclamant. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies.* Cant. 6. Ad quæ Rupertus. *Quando nata es Virgo beata, tunc vera nobis aurora surrexit, aurora prænuncia diei sempiterni. Tunc tu & ex tunc pulchra pulchritudine diuina, pulchra inquam vt luna.* Scilicet solis radios exprimens. Vnde electa vt sol. *Tunc tu & ex tunc electa vt sol nobis.* Exoritur ergo Virgo noua luna, eiúsque formæ bicorni, proprio orbe quasi obnubilato, adhæret sol Diuinitatis, vt & ipsa diuina fulgeat pulchritudine, & nobis sol vetus existat oritura planè *super bonos & malos.*

51. *Noua luna seu nouacula in morem Maria nata resecat hominum iniquitatem.* Isai. 7. Richard.

Additur illud: *Terribilis vt castrorum acies.* Nec enim luna noua dignè à mundo excipitur solis proprietates imitatura, nisi inferni potestas ablegetur, peccatique corruat imperium. Quare existimas Mariam natam nouæ lunæ comparari bicorni? Formam rum nouaculæ ostentat, expilationem criminum hominibus indicens. Postquam Isaias Virginis natalitium expresserat: *Ecce Virgo*, adiicit. *In die illa radet Dominus in nouacula conducta caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam.* cap. 7. In die vtique natalis Mariæ omnem ab hominibus conditor ablegauit iniquitatem nouæ lunæ, seu nouaculæ ministerio. Audi Richardum Laurentinum citatum. *Apparet Maria noua luna quasi habens formam nouaculæ; quia Dominus, quantum in se est, in exemplis Mariæ quasi in quadam nouacula resecat, & tollit à nobis omnem superfluitatem. Vt de hoc possit exponi illud Isaiæ. In die illa*, seu in Mariæ natiuitate, *radet Dominus ministerio huius nouæ lunæ, seu nouacula pilos pedum, id est, motus illicitos, & paruam affectionem, & barbam vniuersam, id est, omnem præsumptionem.* Nec enim dignè Marianum celebrat natalitium, qui tanta fretus protectione, resecandis vitiis operam non impendit.

* * *

OBSER

OBSERVATIO III.

Angelorum custodiæ Virginis assignatorum satellitium illustro.

Vbi assero bonorum operum munitionem Angelorum custodiæ addendam, ad omnimodam animi securitatem.

52. ROSVIMVS ex Ildephonso & Bernardo non solùm Gabriëlem, & quàm plures Angelos fuisse custodiendæ dicam, an mioistrandæ, Virgini deputatos. An lectulus, an Paradisus?

Maria Lectulus Salomonis sexaginta fortibus stipatus.

En *Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios.* Cant. 3. Guillelmus Paruus affirmat Virginem lectulum vocari comparatione sinus Paterni, qui infinitus, & ideò *Lectus*. Profectò ex qoo Deipara vt Altissimo accubitum præstet, præparatur, Lectulum Angeli plurimi ambire cœperunt, & circa quiescentem io animo Virginis post Angelorum tumultus Deum sacræ excubias agere. Addit Doctor commixtionem numerorum perfectorum denarij & senarij indicare nobiliores qoosque, & excellentiores Angelos ad hoc muous electos. Honorius, *Per fortissimos*, inquit, *illos sexaginta Angeli significantur supremorum Chorum custodes potentissimi corporis Deiparæ, quæ Lectulus Christi, contra Dæmones.*

Honor.

53. Paradisúmne Mariam vocitato? *Collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim.* Genes. 3. Vbi Canisius lib. 1. cap. 11. Sic de Mariæ Natiuitate. *Paradisus ille voluptatis, hoc est, omnium spiritualium deliciarum, omniúmque virtutum, & gratiarum floribus adornatus, in quo diuina sapientia consitus hodie primùm apparuit, in cuius medio lignum vitæ, adeóque salutis æternæ fructus non sine summo Dei munere mortalibus debuit exhiberi. Paradisus singulari cura à Deo plantatus, in quo nihil lethale, nihil noxium, nihil spinis obductum: sed omnia suauia, lenia, & salutaria. Paradisus generis omnis floribus pulcherrimis exornatus, quibus apis illa cælestis, hoc est, incarnata sapientia ibidem habitatura pasceretur.* Pressiùs Petrus Damian. serm. de Annunc. *Hic locus voluptatis, in quo delicias deliciarum Deus ipse cumulauit.* Decuitne sine custode Cherubino Paradisum huiusmodi proferri? *Collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubim.* Canisios, *Hic est Paradisus, quem Angelicum præsidium vndique cingeret, ac muniret.*

Maria Paradisus Angelorum custodia munitus. Gen. 3. Canis. Petrus Damian. Canis.

54. Ideo reor Virginem Hortum cõclusum appellari. *Hortus conclusus soror mea, Hortus conclusus.* Cant. 4. Conclusus quidem Angelorum excubiis. Hesichius orat. 2. de Deipar. Epiphan. serm. de laud. eiusdem Hieronym. lib. 2. cont. Iouin. locum de Deiparæ Angelica custodia expendont. Audiendus Alanus. *Maria est hortus, in quo rosa Dominici corporis, & sanguinis, in quo lilium castitatis. Conclusus, quia Angelorum custodia circumseptus.*

Maria ideò Hortus conclusus appellatur. Cant. 4. Alanus.

Enimuerò haud dignè custodiretur Lectulus & Paradisus Angelorum exercitu præparato, si non ipsis operibus & virtutibus Deiparæ ostium fortius communiretur. Et sexaginta fortes, & hortus conclusionem operum satellitium interpretor. De fortibus Alanus, *Per hos fortes*, ait, *intelligitur bonorum operum vniuersitas, quæ sunt fortia contra Dæmones, & vitia. Decies sex sunt sexaginta. Per senarium opera misericordiæ, quæ leguntur in Euangelio, intelliguntur: per denarium verò decem præcepta legis significantur. Et ideò per sexaginta perfectissima opera exprimuntur, quæ vndique beatissimam Virginem munierunt. Quia semper Maria meliora, & fortiora opera habuit, quæ ad sui custodiam deputauit.* De conclusione autem idem Doctor, *Conclusus*, ioquit, *quia vtrobique clausus studio bonæ intentionis, & consideratione rationis.* Vt ediscas noo nimium credere Angelorum custodiæ; vbi bonis operibus, studióque rectæ intentionis adhibito Angelica custodia non obfirmatur. 55.

Bonorũ operum custodia aptiùs Virgo cingitur. Alanus.

OBSERVATIO IV.

Diuæ Annæ vberibus aptè Virgo potata.

Oportet enim filios materno lacte nutriri.

NYSSENVS asserebat Annæ vberibus Virgunculam nutriẽdam fuisse à diuina prouidentia traditam: decet enim generosam prolem materna lactatio. 56.

Illas certè, qui externis nutricibus nutriendos committunt infantes Deus feris ipsis crudeliores appellat. *Sed & lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos suos, filiæ populi mei crudeles, quasi struthio in deserto.* Thren. 4. Comparantur struthioni, cui quidem oullius curæ sunt filij, Iobo profante, *Struthio duratur ad filios suos, quasi non sint sui, priuauit enim Deus sapientia eam, nec dedit illi intelligentiam.* cap. 39. Vbi Lyranus. *Duratur ad filios, quia sicut videtur negligens in fouendo oua, ita in nutriendo pullos natos. Frustra laborauit concipiendo, eo quod non curat de pullorum nutritione, sed dimittit.* Quasi enim nou matres, quæ alienis radiis lactis, si non solis vt struthio fouendum committunt infantem.

Carpuntur matres, quæ infantes alenũ nutricibus sine causa committunt. Thre. 4. Iob 39. Lyran.

An ancillæ, aut famulæ vbera lac maternum influent infanti? Proh mores cum lacte profluentes! Lege Tacitum in Dial. de oratore, profantem; *Si quis fortè scire desiderat, cur tantopere antiqui illi Romani floruerunt, in rebúsque omnibus excellentes fuerunt; nullam aliã esse causam reperiet, quam liberorum educationem vigilantem: suum enim quisque filium ex casta natum parente non empta nutrici, sed propria matri alendum relinquebat. Postquam autem garrulæ ancillæ filios nutriendos acceperunt, infans dominus impudicitiam cum ipso lacte sugere incœpit.* D. Hieronymus ad Lætam de filiæ institutione. *Nutrix ipsa non sit temulenta, nõ lasciua, non garrula,* 57.

Nutriendi lacte materno infantes, ne alienæ nutricis prauos operos mores. Cornel. Tacit. Hieronym.

Mariani mõtis supra sanctorum verticem. Psal.86. Isa.2. Gregor. Damian.

Fundamen equidem Marianæ exædificationis eleuatissimos sanctitudinis vertices excellit. *Erit,* (inquit Isai.) *in nouissimis præparatus mons domus Domini in vertice montium.* cap.2. super omnem enim aut hominum, aut Angelorum verticem eleuatissimum vel primum domus regiæ Mariæ fundamentum præponitur. D. Gregor. in 1. Reg. 1. *Potest montis nomine beatissima semper Virgo, Maria Dei genitrix designari. Mons quippe fuit; qui omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. Annon mons sublimis Maria, quæ vt ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum choros vsque ad solium Deitatis erexit? Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ super omnes sanctos refulsit.* Congruentior adhuc Petr. Damian. ser. de Nat. Mar. profatur, *Quid mirum si hæc ineffabilis Virgo in suis laudibus montem humanæ vocis exuberat, cum & ipsam humani generis naturam excellentium meritorum dignitate transcendat? Non excellentissimus ille Patriarcharum chorus, non prouidens Prophetarum numerus, non iudex Apostolorum senatus, non Martyrum victor exercitus, non aliquis antiquorum, non quisquam sequentium Patrum huic beatissimæ Virgini poterit comperari. Quid enim sanctitatis, quid iustitiæ, quid religionis, quid perfectionis singulari huic Virgini deesse potuit, quæ totius diuinæ gratiæ charismate plena fuit.* En supra sanctorum montium vtique verticem montem Mariam Deus constituit. Præfatur Amos, *Formans montes, & creans ventos.* cap.4. Montes Ribera exponit Apostolos, Prophetas, Martyres, & quotquot altitudine sanctitatis eminuêre, de quibus Vates. *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.* Psal. 71. & alibi, *Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis.* Psal. 75. Ex D. August. desumpsit. Omnium profectò montium Maria prorsus maximus, quæ in omnium vertice constituitur,

Amos 4. Riber. Psal.71. Psal.75. August.

100\. Quidnam montis Mariani fundamina nisi conceptio? Hæc quidem super sanctorum verticem collocata prædicat Mariæ in primo conceptionis instanti vberiorem fuisse gratiam donatam, quàm reliquis diuis in eleuatæ sanctitudinis colophonem. Apud Ecclesiast. profatur, *Et radicaui in populo honorificato.* cap.24. Hoc est, meæ conceptionis radices, siue meæ exædificationis fundamina super honorarum populum seu sanctorum cœtum iacta obiiciuntur. D. August. ad Psal. 86. & populi huiusce ciues ex Paulo enumerat, & Deiparæ conceptioni submittit. *Ciuis inde Propheta, ciuis inde Apostolus, sed hi Propheta, & Apostoli etiam ipsi sunt montes, super quos fundamenta sunt huius Ciuitatis,* (montanæ scilicet Mariæ) *cuius portas diligit Dominus.* Fundamenta vtique, queis congruè conceptio designatur. Adiicit consequenter Dauid, cuius meminit August. *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.* Psal. 86. Annon portæ montis Sion ingressus, & ascensus primi ad Mariani cumuli perfectionem, siue immaculata conceptio? Iacob autem tabernacula sanctorum augustiora virtutis incrementa vocitantur? Plus igitur Mariam Deus in primo conceptionis instanti diligit constitutam, quàm reliquos iustos apud celsiora virtutum incrementa fulgore conspicuos.

Maria in cõceptione gratia omnes sãctos præcellebat. Ecclesi.24. August. Psal.86.

101\. Si montis radicum tanta gloria, quid verticis fulgor; *Caput tuum sicut Carmelus.* Cant.7. Vbi Honor. *Caput Virginis vt Carmelus, id est, circumspectum in virtutibus.* Rupert. refert ad sapientiam Deiparæ singularem, vt per Carmelum significetur in Maria fuisse scientiam circuncisionis carnis propter originis peccatũ; quia callebat vetus illud sacramentum cessare debuisse, ex quo manifestatum est semen, cuius venturi fidem habens Abraham signum circuncisionis accepit fidei iustitiæ signaculũ. In cuius expositionem adnoto *Carmelum scientiam circuncisionis interpretari.* Guilhel. sic. Vertex igitur Mariani montis Carmelo comparatur: Eius enim cognitioni peruium diuino quodam priuilegio sibi circuncisionem in medelam culpæ cessasse. Compeciens etenim Virgo à primo conceptionis instanti se in Christi Parentem electam, dignouit apertè cessare debuisse apud familiam Iesu circuncisionem corporalem, & spiritualem in culpæ remedium, siquidem Christus naturâ, Maria gratiâ immunes à labe.

Vt mons Carmelus intellectus Deiparæ sciebat cessasse Circuncisionem in culpa remedium, qua carebat. Cant.7. Ruper. Honor. Guilhel.

OBSERVATIO. XVIII.

Rubus absque læsione conflagrans Mariæ fulgorem exhibebat.

Vbi de mirabili protectione à Deo exhibita eis, qui ipsi præstant hospitium.



102\. X Bernardo innuimus, ardẽti, & minimè combusto in rubo Mariam & illæsa virginitate concipientem, & parientem fuisse repræsentatam. Sic Exod. 3. locum exponunt Chrys. Eucher. & alij quamplurimi. Confirmat idem Bernard. serm. *Signum magn. Magna planè visio rubus ardens sine combustione, magnum signum mulier illæsa manens amicta sole.* Nyssen. expendens Moysi verba; *Transibo, & videbo visionem hanc magnam,* serm. de Nat Chris. *Non de loco,* inquit, *ad locum, sed de tempore ad tempus. Quod enim tunc in rubo per figuram disponebatur, in eo quod in Virgine contigit mysterio apertè reuelatum est. Vt enim ille frutex incendit ignem, & non crematur, itidem Virgo & lumen parit, & non corrumpitur pariendo.*

Bernard. Nyssen.

103\. In conceptione itaque, & in partu Virginem video rubo ardenti impunè assimilari. Concepit vtique in se cælestem ignem, quo tamen tantùm abest vt fuerit ambusta virginitas, vt viridior inde, & floridior euaserit. Quocirca Rupert. l.1. in Cant. inde Virginem mirabilem prædicat, quòd ipso fuerit conceptu Verbi florida, cùm conceptus alioqui cæteras soleret deflorare. *Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis.* Cant.7. Et quidem ob conceptus fœcunditatem triticeus Maria aceruus increscit, ex virginitatis autem præserua-

tione

Virginitas Maria magis rutilans in concepta. Rupert. Cant.

Ambrof. tione pulcherrimis liliis ftipatur. D. Ambr. de inft. Virg. *Ia ventre virginis fumma fuit fœcunditas cum fumma virginitatis integritate coniuncta.* Illud, *Vallatus liliis* ponderandom. Certè antè quàm venter Mariæ cælefti oppleretur frumento, fiue Chriftom conciperet, purus erat, liliis ornabatur caftitatis. At poft Iefum conceptum vallatus, fiue coronatus liliis prædicatur. Gloriofior enim, ac auguftior poft cooceptum puriffimum virginitas Deiparæ euafit. Chryfol. Vnde Chryfol. fer. 146. *Quod virgo conceperit, honor eft.* Ideò Maria ante conceptum *ancilla* vocitatur, *Ecce ancilla Domini*; mox autem poft Verbum couceptum *Exurgens Maria*, fiue Domina, cunctarúmque Regina creaturarum, quafi regia purpura virginitatis tingeret candorem io ipfius fœcundæ puritatis ornamentum. Hieron. Bellè Hieron. fer. de Affump. *Ante hoc vterus Virginis licèt mundus, fiue florens liliis, tamen adhuc vilitate humilitatis induitur, lana quidem cãdidiffima, fed fuo colore dealbata; ad quam cum acceffiffet Spiritus fanctus* (in cooceptione Verbi) *vt lana infecta cochillo vertitur in purpuram*, Reginæ indumentum, *verfa eft & ipfa in Matrem Dei, vt non fit iam quod erat.* Apoc. 12. Vnde Ioanni amicta folis igne Marianus rubus defcribitur, candidiffimis coronata luminaribus. Nam eoipfo quòd parturieos mulier igoe fit fulgentiffimo induta, Deo fcilicet homine, neceffum erat omnium effecta Regina ftellis micantibus coronari: Conceptus etenim honor ex eo apparet, quòd ardens rubus non combutatur, Virgo fole nou lædatur amicta, paritura liliis ac ftellis coronetur.

104. *Rubus Mariæ fine læfione in partu.* In partu equidem apud Mariam fimiliter rubi miraculum contemplor? edidit enim filium fuom virginitatis oon paffa detrimentũ. Hilar. D. Hilar. ferm. de Affump. *Signum Virginis inuiolabiliter pertranfiit, ficut reuerenter intrauit.* Auguft. Auguft. ferm. de Nat. *Vbi virginitas concepit, virginitas parit. Tanta partus puritas, vt non iam Virgo, fed ipfa virginitas eniteretur Saluatorem.* Annon fine rubi quafi tortura ignis ramos efficit conflagrare? Dolor equidem à Virgine abfcedens io partu. Bernard. D. Bernard. ferm. 4. Nat. Virg. *Vt fiduciam nobis daret, quod tolleret hæc à nobis, id eft, dedecus, & dolorem: prius matrem fuam immunem ab vtroque feruauit; vt neque in conceptione quidem pudoris, nec in partu quidquam doloris exifteret.* Leo. Quare & D. Leo ferm. 1. de Nat. *Meritò*, inquit, *virgineæ integritati nihil corruptionis intulit partus falutis, quia cuftodia fuit pudoris editio veritatis. Oportuit, vt primo genitricis integritatem incorruptio cuftodiret, & complacitum fibi clauftrum pudoris, & fanctitatis hofpitium diuini Spiritus virtus infufa feruaret, qui ftatuerat deiecta erigere, confracta folidare, & fuperandis carnis illecebris multiplicatam pudicitiæ donare virtutem.* Vti vel auguftiffima priuilegia in Maria emicantia in noftræ fint felicitatis documentum.

105. *Lætatur in filij exortu.* Rebecca Ifaacum enixa inclamitat, *Rifum fecit mihi Dominus.* Gen. 21. In typum planè illius, quæ verè fine parturitionis cruciatu de prole delectaretur. Gen. 21. Imperf. Imperf. hom. 1. *Nofter Ifaac producitur à Matre gaudium cunctis, quomodo ergo rifus ipfe dolorem faceret?* D. Bern. fer. 4. in Vig. Nat. *Cui poterit afper, & durus videri, qui nec ipfi Matri in natiuitate quidquam intulit afperitatis, quidquam læfionis.* Ipfe etenim Poerulus, eodem auctore Abbate, *in fe vagiendo, & lacrymando* Matris dolores fufcepit Ifaac feu rifus planè parenti.

Vndénam, precor, huiufmodi in rubo miracula, oifi quia Deo præftat hofpitiom? 106. *Ex igne inhabitante Rubi Mariani mirabilia.* Haud aliter in Maria. Auguft. Auguft. fer. 16. de Nat. *Intellige natum Deum, & non mireris Virginis partum.* Quia doctore Bern. fup. *Miffus: Deum huiufmodi decebat natiuitas, qua non nifi de Virgine nafceretur. Voluit itaque effe virginem, de qua immaculata immaculatus prodiret omnium maculas purgaturus.* Proximior autem rubi fymbolo Hugo Vict. ad illod Luc. 1. Hugo. *Spiritus fanctus fuperueniet in te.* ait, *Quia in corde eius amor Spiritus fancti fingulariter ardebat; ideo in carne eius virtus Spiritus fancti mirabilia faciebat.* Vt edifcas non iam fpiritualibus bonis, ac temporariis lucris redundare eum, qui Deo apud præcordia præbet hofpitium, fed & miraculis protegi, fi ad eius liberationem fint uecefſaria.

Observatio XIX.

Paradifus Mariæ gloriam germinabat.

Vnde colligo animum floribus, ac fructibus virtutum vernantem locum Deo voluptatis præparare.

RVPERTO autore, Mariam antiquo in paradifo vidimus adumbratam. 107. Rupert. Pulchra quidem verba Doctoris profantis l. 4. Cant. ad illud. *Hortus conclufus foror mea. Hortus conclufus Dei genitrix. Ecce nouus paradifus, noua plantationes, quas plantauit vnus, idémque antiqui paradifi plantator Dominus Deus. Ille eft paradifus antiquus, paradifus terrenus; ifte eft paradifus nouus, paradifus celeftis. Vtriúfque plantator eft vnus idémque Dominus Deus. In illo pofuit hominem, quem formauerat, in ifto formauit hominem, qui apud ipfum in principio erat. De illa humo produxit omne lignum pulchrum vifu, & ad vefcendum fuaue, lignum etiam vitæ in medio paradifi; iftam humum, iftam terram fuam benedixit, & ex ea cunctarum germina gratiarum, & cunctarum exempla virtutum produxit, ipfum quoque Chriftum lignum vitæ Deum & Dominum paradifi celeftis. De illo voluptatis loco egrediebatur fluuius ad irrigandum paradifum, qui inde diuiditur in quatuor capita; de ifto paradifo illud flumen egreffum eft, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei, qui inde diuiditur in quatuor Euangelia.* Epiph. Hefich. Honor. Iuftus. Hieron. Conteftantur Epiph. de Laud. Virg. Hefich. Orat. 2. de Deip. Honor. io figil. Iuft. Orgel. hîc, & Hieron. l. 1. cont. Iouin.

108. *Mariani paradifi germina.* Maria ergo Dei paradifus deliciarum, vndique eius aromatibus fluentibus Auftrino Spiritus fancti afflatu. *Surge Aquilo* (indicit Sponfus) *veni Aufter perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Cant. 4. Cant. 4. In cuius expofitionem

tionem præmitto Aquilone peccatum deſignari, Ierem. 1. *Ab Aquilone pandetur omne malum.* Ier. 1. Vnde Lucifer ſedem experit Aquilonarem, Iſai. 14. Iſa. 14. Sic Gregor. D. Greg. ad illud Ioh 26. *Qui extendis Aquilonem.* Auguſt. Auſtro autem, Spiritus ſancti gratiam exprimi affirmat D. Auguſt. epiſt. 120. *Auſter eſt Spiritus gratiæ flans de meridie, vbi Spiritus cubat. Surge* igitur *Aquilo*, quidquid mali culpæ portendit abeat, ne auſu horribili ad Marianum paradiſum irrumpat. *Veni Auſter*, Spiritus ſancti flatus ſuauiſſimi aduocantur in hortum, vt fluentibus virtutum aromatibus locus deliciarum Domini nominetur. Bern. D. Bern. ſerm. de Nat. Mar. *Hortus planè deliciarum eſt Maria, quia non ſolùm afflauit veniens, ſed etiam perflauit ſuperueniens Auſter illa diuinus, vt vndique fluant aromata illius.* Siue aptiùs aromatibus Chriſtus ſignificetur tunc producendus è Virgine, cùm & Aquilonaris originalis culpæ receſſu, ſiue non acceſſu, & Spiritus Auſtralis perſlatione Mariãus paradiſus digna eſt Adami ſecundi habitatio. Quonammodo etenim ſanctus è non ſancta aliquando prodiret? Habacuc. Cecinit Habacuc, *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharam.* cap. 3. LXX. *Et ſanctus de monte vmbroſo, & condenſo.* Vmbroſus & condenſus mons frondium viridi coma coronatur? Euidens documentum Aquilonem arbores foliis ſpoliantem minimè acceſſum reperiſſe, vti Chriſtus ſanctus veniat ab Auſtro, ſiue fructuoſus ſit hortus montis, ſiue frondoſi, & condenſi, nunquam diri venti Aquilonaris flatibus agitati.

109. *Paradiſi Mariani laudes.* Plures equidem ex Patribus laudes Mariani paradiſi collegi, tu lege, tu pondera. Auguſt. D. Auguſt. in Geneſ. *Maria paradiſus dicitur, in cuius medio poſitum eſt lignum vitæ, cuius foliis ſanantur infirmi, cuius odor viuificat mortuos, cuius ſapor dulcorat amaros, cuius vmbra refrigerat miſeros, cuius aſpectus lætificat Angelos.* Ephrem. D. Ephr. orat. in Deip. *Aue paradiſe deliciarum, totiúſque amœnitatis, & immortalitatis; aue lignum vitæ, gaudium, & voluptas.* Chryſip. Chryſip. orat. de Virg. *Aue quæ es hortus Patris.* Cretenſ. Andreas Cret. orat. de Annunc. Mariam affirmat, *Intellectualem viuidi ſalutis noſtræ ligni paradiſum, quæ ipſius horti Edem colonum Chriſtum intra ſe habet figuris in ea adumbratum, qui ineffabili quadam potentia, fluminis inſtar, viuiparum vterum tuum egreſſus, quatuor velut initiis per Euangelium ſuum orbis faciem irrigauit.* Damaſc. Damaſc. orat. 2. de Dorm. Virg. *Hodie Edem noui Adam paradiſum ſuſcepit animatum, in quo ſublata eſt condemnatio, in quo plantatum eſt lignum vitæ, in quo operta fuit noſtra nuditas.* Et orat. 1. *In hoc paradiſo non patuit ſerpenti aditus.* Bonau. D. Bonau. in ſpec. c. 5. *Gratia mentem, & animum Mariæ fecit delicioſum deliciis ſpiritualibus tanquam Dei viui ſpiritualem paradiſum, iuxta illud Eccleſ. Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus.* Cap. 40. *Verè paradiſus Dei fuit in benedictionibus multiplicium deliciarum ſpiritualium,* de quibus Bern. *Quidni delicias dixerim decus virginitatis cum munere fœcunditatis, inſigne humilitatis, diſtillantem charitatis fauum, miſericordiæ viſcera, plenitudinem gratiæ, prærogatiuam gloriæ ſingularis.* Chryſ. D. Chryſ. orat. de Annunc. Gabrielem immittentem ad Virginem Dominum fantem introducit; *Vade ad paradiſum meum ratione præditum.*

110. *Affluit deliciis.* Annon paradiſo Mariano loco Dei voluptatum illa congruunt Sponſi, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſeṙto deliciis affluens.* Cant. 8. Cant. 8. Quæ egregiè expendit Petrus Dam. ſerm. de Annunc. Damian. fatus. *Locum voluptatis Virginis vterum intelligo, in quo cumulauit omnes delicias deliciarum Dominus.* En deliciarum affluentia. *De cuius deliciis Spiritus ſanctus admiratorio ſermone in amoris Cantico ſic eructauit. Quæ eſt iſta quæ aſcendit deliciis affluens? Nunquid in Angelis voluptatem habet Altiſſimus, in quibus ipſe reperit prauitatem? Nunquid in conſtellatione, vel ſcintillatione ſtellarum, quarum alia conuertuntur in ſanguinem, alia cadunt de cælo, alia in tenebras obſcurantur? Nunquid in aëre, igne, vel ventis? Nequaquam, quia non in igne Dominus, non in commotione Dominus, non in Spiritu Dominus: ſi verax eſt ille, qui curru igneo, & equis igneis eſt aſſumptus in cælum. Nunquid in aquis, vbi ſuṙrans, & tortuoſus Leuiathan immoratur; aut in terra, ſub maledicto Adæ ſpinas emittit, & tribulos? Non eſt locus voluptatis niſi vterus Virginis.* Sophr. Conſentiens Sophron. de Aſſumpt. profatur, *Verè Virgo hortus deliciarum, in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera, & odoramenta virtutum: ſicque concluſus, vt neſciat violari, neque corrumpi vllis inſidiarum fraudibus.* Bonau. Guilhel. Hailgr. Honor. Lege Bonau. in ſpec. cap. 9. Guilhel. Hailgri. & Honor. ad cap. 4. Cant.

SECTIO QVINTA.

Mariæ Infantia.

CONTEXTVS.

NVM. 6. CONCIPITVR ſacer fœtus labis expers communis, cunctæ ſanctitudinis, cæleſtium munerum ſtipatus ſatellitio exoritur. 7. Nutrix Anna Puellulæ, quæ ſeſe ab vbere proripit, vt citiùs in Templum referretur. Templo emiſſi voti gratia traditur viuificum Deitatis delubrum. Aſcendit domicilium minimè deſcenſura, niſi Parentum obedientia, aut Dei præceptum il lam à requie deturbaſſet.

COMMEN

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De primæ gratiæ Mariæ intẽsione.

Concipitur sacer fætus labis expers. Cuncta sanctitatis, cælestium satellitio munerum stipatus exoritur.

1. *Non fuit Mariæ gratia consummata in prima sanctificatione.* DATVM Virgini in primo conceptionis instanti uriginis haud infici crimine, exhibitum è debitrici exortæ familia non debere, vt è Theologorum aula suppono, & libro 4. confirmabo. De gratię illius primæ intensione, de illiúsque virtutum satellitio agendum in præsenti. Sentio cum Suario 3. p. q. 27. disp. 4. sect. 1. (Suar.) gratiam Virginis prima in sanctificatione non fuisse consummatam; quia gratia huiusmodi gloriæ indicit statum; Maria autem à primo conceptionis instanti viatrix exsurgit, non comprehensione donatur huiuscemodi priuilegio sola Christi anima singulari, cui soli vnionis ratione gloria connaturalis fuit, qui statum viatoris nos docturus, ac redempturus assumpsit. Non igitur Maria accepit inibi gratiam summè intensam, vt matris iustorum semita quasi splendens lux procederet, & ad perfectum vsque diem incrementum acciperet.

2. *Intensiori gratia donata Virgo in Conceptione, quàm Angeli & homines in sua sanctificatione.* Huic itaque fundamini adiicio, in illo primo instanti intensiorem Virgini gratiam quàm vlli Angelorum aut hominum in sua prima sanctificatione exhibitam. Annon ex vi huiusce primæ gratiæ Maria est in bono confirmata, omni ad malum carens propensione? Hic ergo effectus, vt perfecto, & connaturali modo fiat, magnam gratiæ requirit intensionem. Vnde Bern. epist. 174. & Laurent. Iustin. serm. de Nat. colligunt perfectissimo fuisse Virginem more sanctificatam. (Bernard.)

3. *Imò vicit supremam gratiam, in qua homines, & Angeli consummantur.* Imò gratiam, in qua Angeli ac homines cõsummantur, in illo primo instanti vicit. Numnon fundamina Mariæ *in montibus sanctis*? Psal. 86. (Psal. 86.) Profectò vbi cuncti vtriusque militiæ Proceres consummantur, ibi adest Marianæ exædificationis initium; quia *diligit Dominus portas Sion super omnia Iacob tabernacula.* Quid mirum, si *Deus homo factus in ea*; Annon Maria *præparatus mons in vertice montium*? Isai. 2. (Isai. 2.) Gregor. lib. 5. Reg. cap. 1. (Gregor.) *Potest huius montis nomine beatissima Virgo signari.* Id Laurent. Iust. efficaci probat argumento. Virgo in suæ sanctificationis instanti plus à Verbo filio futuro, quàm vllus Angelus aut homo amabatur. Dic mihi; Gratia nun respondet amori? nonne quasi illius obiectum? Ergo Mariæ gratia homines & Angelos etiam beatos superauit. Damian. ser. de Annunc. (Damian.) *Attende Seraphim, & videbis. Quidquid maius est, minus Virgine, solúmque Opificem opus istud supergredi.* Tunc scilicet cum opificio nauata est opera. Vincent. Ferrer. ser. 1. de Nat. fuisse Virginem asserit in vtero supra vtriusque rationalis creaturæ Diuos sanctificatam, contestantibus Bernardo, & Damasceno.

4. *Omnes virtutes per se infusæ, & cuncta Paracleti donata data Mariæ.* Exhibitæ præterea Deiparę simul cum gratia omnes virtutes per se infusæ, & cuncta Spiritus sancti dona, quæ quidẽ veluti ex natura Dei gratiam consequuntur. Vnde Athanas. ser. de Deip. ad illud: *Sanctificauit Tabernaculum suum Altissimus*, in eam asserit Paracletũ cum suis virtutibus essentialibus descendisse. (Athan.) Et Bern. ser. de Assump. exponens illud: *Sapientia ædificauit sibi domum.* Septem columnas Spiritus sancti dona interpretatur. (Bernard.) Num excludendæ virtutes illæ, quas propter imperfectionem beatitudini repugnantem in anima Christi fuisse negamus? Minimè. Nam cùm Deiparens vt viatrix fuerit sanctificata, fide & spe indiguit, gradu equidem suæ gratiæ proportionato perfectissimo.

Adsunt quædam virtutes imperfectionem contrariam connotantes seu, virtuti heroïcæ & perfectæ, vt continentia: seu perfectæ innocentiæ, vt pœnitentia. Has quatenus imperfectionem cõnotent, à Virgine exulasse affirmo. Continentia quidẽ virtutem in statu imperfecto innuens affuit, nec propterea Maria vlla caruit virtute; quia continentia virtutem re & essentia à reliquis distinctam non significat. Infuit certè Virgini virtus illa, quæ in nobis pœnitentia vocitatur, siue sit eadem quæ Religio, vel Charitas, siue distincta à reliquis. Nũ sub hoc nomine: *Pœnitentia* Mariæ tribuenda? Negatiuè respondeo; quia pœnitentia retractationem alicuius propriæ actionis significat, qua Deipara caruit, nullum huiusmodi actum admittens. At quia pœnitẽtiæ virtus nõ actũ, sed habitum significat; ideo fuisse Virginem huius virtutis capacem affirmo; quia ex se capax erat delicti, ni diuina gratia muniretur. 5. *Quæ imperfectionem dicunt, quatenus hanc cõnotant à Virgine exulauerunt.*

Cunctas simul Virtutes morales etiam per accidẽs infusas collatas Virgini docemus, quas Adamo & Euæ sua in sanctificatione datas profitemur. Annon eleuatiori modo Maria mater viuentium excitatur? Quid ni & Iesu secundo Adamo simillima prodiret? 6. *Collatæ & virtutes morales per accidens infusæ.*

§. II.

Num Maria in gratia fuerit tunc cõfirmata.

DE fide statuendũ, gratiam in prima sanctificatione, seu cõceptione acceptã nũquã à Virgine amissam, in illáque fuisse cõfirmatam, ac infallibile perseuerandi donũ accepisse Fateor superfluã huius veritatis elucidationem, nisi hæretici impio ore Virgini grauissima crimina imputarent. Ecclesiáne Virginis natalitiũ celebrans, hoc ipso non sentit iam tũ inamissibilem gratiam habuisse? Ita planè: Ecclesia enim solenni ritu nunquam peniturã colit sanctitatem. *Claudat* (cum Ambrosio loquor epist. 79.) *ora sua perfidia, nec Matrem Domini aliquo audeat temerare conuitio.* 7. *Affirmatiuè respondeo.* (Ambros.)

Oblatrant illi: Dubitauit in fide, cũ Archãgelo affirmanti Matrem futuram, obiecit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Luc. 1. Respondet D. Ambros. lib. 2. de Abra. cap. 8. Tunc minimè dubitauit potiùs rem certò faciendam supponens, modum quo perficienda erat, de virginis verecundia seu de virginitatis proposito requisiuit. Vnde meritò concludit Pater à Virginis fide Abrahę tũc fidẽ fuisse superatam 8. *Maria fides commendatur.* (Luc. 1.) (Ambros.)

§. IV.

De Fomitis extinctione.

SVppono fomitem esse ipsam naturalem in-
15. *Nunquã actu Fomitis habuit.* clinationem appetitus sentientis quatenus inordinatè, & absque rationis cōsenso sensibilia interdum potest appetere; quæ imperfectio peccati originalis effectus est, quamuis nō semper auferatur ablata originali culpa, vt in tenatis constat. Fomitémne habuit Maria? Certum omninò nunquam actum fomitis habuisse. *D. Thom.* D Thoma affirmante hîc act 4. *Bern.* Bernardus ser. *signum. Nihil in ea, non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minus lucidum, sed nec tepidum quidem aliquid, aut non feruentissimum licet suspicari.* *Richard.* Richardus Vict. lib. 1. de Eman. cap. 28. *Virgini omnis otiositas fuit sublata, sola pœna fuit relicta. In cæteris sanctis magnificum fuit, quod à vitiis non sunt expugnati, in Virgine autem quòd nec impugnata fuit.* Hoc sensu *Damasc.* Damascenus orat. de Assump. Virginem vocat *immaculatam, quæ cum terrenis affectionibus nihil habuit commune.*

Solo igitur in modo loqoendi potest esse
16. *Omnino extinctus.* controuersia: Alij enim affirmant fomitem in Virgine fuisse à prima sanctificatione illigatū, non autem prorsus vsque ad secundam extinctom; alij autem prorsus omnino sublatum asseruêre. Sentio à prima sanctificatione extinctum, in secunda autem huoc effectum auctum, & perfectum. Vberiorem quæstionis enodationem requirens, adi Suarium 3. part. q. 27. sect. 5. Alibi sermo redibit.

§. V.

De effectibus originalis iustitiæ in Maria fulgentibus, vsu rationis contemplatione, ac voto virginitatis.

17. *Potissimi effectus iustitiæ originalis in Virgine.* A Primo Conceptionis instanti potissimi originalis iustitiæ effectus fulserunt in Virgine, non tamen cuncti, qui ad innocentiæ pertinebant statum. Annon originalis iustitia quoddam donum sanans naturam, constituendo inter Deum & hominem, & inter partes, seu appetitus hominis inter se ordinem perfectum; ita vt inferiora superioribus, & omnia Deo essent perfectè subiecta? Habuit igitur Maria superiorem portionem perfectissimè Deo subiectam, & inferiorem appetitum superiori, absque vlla discordia, subministum; & ideò rectè assero integritate naturæ in ordine ad homanas operationes fuisse donatam. Non cunctis effectibus stipatam dixi, quia fuit capax tristitiæ, timoris, doloris, & similium affectionum, quas innocētiæ ignorauit status. Vnde si iustitia originalis sumatur pro horum effectuum collectione, io Virgine non fuit, quia tota collectione stipata non est. Absolutè tamē dici potest iustitia origioali eam quoad præcipuos & formales ipsius actus fuisse donatā.

18. Num actualem vsum rationis in primo conceptionis habuit instanti? Habuit quidem Bernardino Senen. anthore ser. 51. de Mar. c. 2. art. 1. Caiet. hîc art. 3. & aliis. Si enim Ioanni in sanctificatione concessum, cur Virgini io conceptiooe negatum? *Exultauit infans.* Luc. 1. Ambrosius lib. 1. *Habebat intelligendi sensum, qui exultandi habebat affectum.* Hinc colligo Virginem per propriam dispositionem (ex Bernardino citato collegi) fuisse sanctificatam. Maria enim in instanti illo, Dei cognitione polluit. An verisimile habuisse illam otiosam, & quasi emortuam? Profectò liberi arbitrij actum in Deum protulit, quo illum super omnia dilexit; huiusmodi enim cognitio in hunc finem potissimùm ei fuit exhibita. *Polluit actuali vsu rationis.* *Bernard. Senens.*

Addo actui amoris erga Deum coniunctam eximiam Dei contemplationem, & gratiarum actionem ex illo primo instanti. Bernardinus Seoens tom. 2. serm. 51. a. 1. c. 2. profatur. *Secundum quosdā Virgo in vtero Matris fuit in sublimiori contemplationis statu, quam vnquam fuerit creatura aliqua in ætate perfecta.* Et tom. 1. ser. 61. *Tanto lumine illustrata fuit B. Virgo cum etiam esset in vtero matris, quod non tantùm plena fuit lumine rationis, sed etiam altissima cōtemplationis. In quo quidem lumine perfectè has saltem intellexit secundum genera singulorum. Primò, naturam creatam irrationalem. Secundò, naturam creatam rationalem. Tertiò, naturam creatam spiritualem. Quartò, naturam increatam diuinalem; quæ distinctè cognitionem Creatoris, & omnis creatura in se comprehendit. Ad tantam enim contemplationem sublimata est, vt perfectius etiam in ventre matris contemplaretur Deum, quàm vnquam fuit contemplatus aliquis in perfecta ætate.* 19. *Actu contemplationis exarsit.* *Bernard. Senens.*

Denique ne Virgo in illo conceptionis instanti Dei maiestatem, pulchritudinémque contemplata, igne flagrans ardentissimi amoris, eum sibi vnicum sponsum elegit, perpetuæ virginitatis voto emisso? Huius opinionis, eiusqoe auctorum memioit Iacobus de Valentia Episc. Chrysopolit. in Cant. Virg. ad illa verba: *Quia fecit mihi magna. Dicunt* (inquit) *viri quidam contemplatiui, quòd Virgo illico post sanctificationem fecit votum perpetuæ virginitatis in vtero matris, quod posteà per successionem temporis ostendit.* Multæ Virgines amore Dei accensæ, ætatis tenerrimæ articulo virginitatem Deo voueruot. Quid oon virginum Magistra ardentiori in ipso conceptionis instanti amore flagrans, ac rerum expetendarum vberiori prædita cognitione sese virginitatis voto obstrinxerit? 20. *Votum virginitatis emisse in primo instanti conceptionis.*

§. VI.

Natalitij Mariæ nonnullæ circumstantiæ.

VErosimile diuam Aonam Ioachimum secutam reuertentem ad pastores, ciuibus renuentem apparere antè acceptam prolem, vt inter pastores & greges puellam eniteretur bonum Pastorem simul & Agnum post modum parituram. Damascen. lib. 4 fidei, c. 15. *Parit ergo gratia* (sic Anna interpretatur) *Dominam quod profectò indicat Mariæ nomen;* 21. *Inter oues nascitur Virgo.* *Damascen.*

nam revera facta est Domina omnium creaturarum, cùm Conditoris omnium effecta est Mater. Editur partu in oullis ipsius Ioachim domo.

22. *Quo tempore, anno, mense, die,* Profectò cùm octauo die Decembris fuerit concepta, nouem mensibus à natura requisitis completis, in lucem edita est die octauo Septembris, luna 14. Augusti in Sabbato; quia eo anno littera Dominicalis erat G, vt curiosè adnotat Christophorus de Castro Hist. Deip. cap. 2. Anno ante Christum natum 15. qui erat 4. Olympiadis 190. & Vrbis conditæ 738. Cons. L. Domitio, & P. Cornelio Scipione. Augusti verò à primo consulatu 27. & à victoria Actiaica 15. Herodis Regis 18. ab Orbe condito 4075. à diluuio 2417. à prima Abrahæ promissione 2020. ab exitu Israël de Ægypto 1590. à primo Dauidis anno 1553. à Templo Salomonis fundato 1110. à captiuitate Babylonica 583. à fundato secundo Templo 523. Anno Hebdomadarum Daniëlis 439. nempe anno 5. hebdomadæ 63. Denique iuxta Hispanicam enumerationem æra Augusti 24

23. *Gabriel designatus custodia Virginis.* Natæ Infanti designatus Gabriel Archangelus cælestis custos paradisi. Annon pro cuiusuis hominis officio, & dignitate excellentior spiritus, imò multi ad custodiā designati solim? Meritò igitur credo Matri Dei Gabrielem Archangelum, Dei vtique fortitudinem custodem deputatum. Docet Eusebius *Euseb. Emiss.* Emissen. hom. de Nat. Virg. *Ecce Gabriel consiliator Virginis, eiúsque consortius castitatis.* Ildephonsus *Ildephons.* serm. 5. de Assumpt. *Si quis adhuc studio pietatis indagare voluerit, quid post Ascensionem Domini egerit, quàm sanctè, & iustè vixerit, & cum quibus habitauerit: solo Deo cognitum esse videtur, & Gabrieli Archangelo, cui eius tota causa commissa esse prædicatur à Domino, & Angelis sibi collætantibus, secùmque colloquentibus.* Et Petrus Damian. *Petr. Dam.* serm. 1. de Nat. Mar. *Duo leones sunt Gabriel Archangelus, & Ioannes Euangelista, quorum alter dextera Virginis, alter sinistra deputatus est. Gabriel enim mentem, Ioannes carnem peruigili solicitudine seruauerunt.* Videndus Salmeron *Salmer.* tom. 4. p. 3. tract. 8. ad finem.

24. *Plures Angeli deputati custodes Virginis.* Verùm non solùm Gabrielem, sed & alios plurimos designatos Angelos Mariæ custodiæ, præter ea quæ innuit Ildephonsus citatus, asserit Anselmus lib. de Excel. Virg. cap. 3. & Bernardinus Senens. tom. 2. serm. 51. a. 3. c. 2. fatus. *Adfuit Virgini Angelorum protectio. Assidebant enim illi innumerabiles multitudines Angelorum in eius protectionem. Piè enim credo, quòd plurimas legiones habuit Angelorum ad protectionem, & custodiam suam, cùm & Elisæus, vt legitur 4. Reg. 6. Angelorum multitudinem habuerit ad sui defensionem.*

25. *Anna vberibus lactata Maria.* Lactanda Puellula vberibus B. Annæ parentis excipitur: huiusmodi enim munus à piis matribus exercendum alienæ nutrici commisisse innuit Gregorius Nazianzen. *Nazianz.* canens:

Simul atque nata sum, patris tui, vt arbitror,
Ex mente summa, me meus nutrit pater.

Sed Gregorius Nyssen. *Nyssen.* apertè. *Illam igitur cùm iam grandiuscula esset, nec vbere matris amplius indigeret, ducens ad Templum, Deo reddidit.* Nicephorus *Niceph.* autem lib. 1. Hist. cap. 7. *Vt Infans a lacte materno iam abhorruit, & mammam attingere noluit, promissionem mater adimplet.*

26. *In domo Dei plantata.* Igitur Virgo non diu in domo paterna commoratur, sed veluti arbor nobilissima in solum pinguius ex materno gremio transfertur, canente Dauide. *Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt.* Psal. 91. *Psal. 91.* & concinente Damasceno *Damasc.* lib. 1. Fid. cap. 15. *Ad Templum adducitur Virgo, & in domo Dei plantata instar oliuæ frugiferæ, virtutum omnium domicilium efficitur.*

§. VII.

De Infantis oblatione.

27. *Properè ad Templum defertur infans.* QVidni ad Templum properè deferretur Maria, instante parentum promissione? Nicephorus *Niceph.* lib. 1. cap. 7. *Promissionem mater Anna adimplet, & in Templum ascendens iuxta votum eam Deo consecrat.* Annon Sponsus præmiserat Spiritus, *Ecclesi. 45.* *Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis, & stulta promissio: sed quodcumque voueris, redde.* Interl. *Cito redde.* Ecclesi. 45. Huiusmodi consilium implentes Ioachim & Anna, votum suum sine cunctatione expleuerunt. Nyssenus *Nyssen.* citat. *Non cunctata est Anna eam ad Templum adducere, & Deo reddere, ac promissum præstare.*

28. *Hilares datores Mariæ parentes.* Profectò parentes pulcherrima, ac vnica filia ornandos mœror deceret. At illi hilaritate affecti votum reddiderunt, cognoscentes, à Deo hilarem diligi largitorem. *Vnusquisque, prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus.* 2. Corinth. 9. *2. Cor. 9.* D. Germanum *Germ.* audite. *Hinc ergo deposito ablactato, vota mea (* Anna inquit *) reddo Domino, quæ distinxerunt labia mea, & locutum est os meum in afflictione; & ideò virginum cateruas coegi cum lampadibus, conuocaui Sacerdotes, congregaui cognatos meos, omnibus dicens: Omnes mihi congratulamini, quòd hodie & mater, & productrix effecta sum, non Regi terreno meam offerens filiam; quoniam nec par quidem erat: sed Deo cælesti & Regi dicatam.* Porrò huius diei lætitiam apertiùs indicat Gregorius Nicomed. *Gregor. Thaum.* orat. de Oblat. Deip. profatus. *Atque tum quidem hi, qui Virginem genuerant, ad Templi eam fores adducebant, Angelis eam circumcirca stipantibus, & supermundanis virtutibus omnibus simul collætantibus. Nam etsi ignorabant arcanum modum mysterij, vt serui tamen iussu Domini seruiebant eius processui; & primùm quidem considerabant videntes eam esse pretiosum vas virtutum, & ferre signa incorruptæ puritatis, & habere corpus prorsus remotum à vitiorum colluuie. Deinde autem iussu parentes munus implebant, tunc lampades luminis ingressum lætificabant, & omnia, quæ Templo continebantur, ad lætitiam ipsius, vtpotè inanimatis cum Angelis lætantibus.*

29. *Die Encæniorum oblata Maria.* Ergo post ablactatam Infantem, ad profectionem institutam opportunum expectauere tempus, nempe festum Encæniorum, seu dedicationis Altaris à Iuda Machabæo institutum. 1. Machab. 4. per dies scilicet octo à quin-

ta

ta & vicesima die Mensis *Cesleu* nostro Nouembri respondentis, celebrandum. Eiusdem etenim Festi instantia tribus ante annis sacrosanctam Puellulam accipere meruerant. In cuius solemnis vberiorem celebritatem Virginem Encæniorum profestis, siue quatuor ante diebus vicesimoprimo Nouembris Deo in gratiarum actionem consecrarunt, atque sacerdotibus obtulerunt. Dedicationis itaque Altaris die Templum Deo viuum consecratur, fante Germano. *Prompto, & alacri animo accedamus ad Dei Parentem, & quæ in ea œconomice prius perfecta sunt, diuina mysteria intueamur. Quemadmodum à parentibus hodie Virgo sacratissima in Templum Dei per eius sacerdotes adducitur; quemadmodum Templum Domini animatum Templo inanimato dedicatur.*

German.

30\. *Trimula an oblata fuerit.* Trimulam Infantem Templo dicatam Doctores affirmant. Nicephorus lib. 2. cap. 3. *Siquidem trimula cùm esset, in Templum est præsentata.* Hieronymus de ortu Mar. *Cùmque trium annorum circulus volueretur, ad Templum Domini Virginem cum oblationibus adduxerunt.* Congruit Germanus orat. de oblat. Deip. *Puella autem valdè lætans, & exultans ibat in Templum Dei tanquam in thalamum, cum ætatis quidem ageret annum tertium, esset verò perfecta diuina gratia.* Legendus Epiph. de vita Virg. Georgius Cedre. in Comp. & Nicephor. lib. 1. cap. 7.

Niceph. Hieron. German.

31\. *Authoris sententia absolutè nō icēdam trimulam.* Attamen ego, tantorum venia Patrum, cum ex Kalendario Græcorum, Emmanuële Imper. in suis Const. tit. de Feriis const. 1. & Kalendario Romano constet Præsentationem Virginis vigesimaprima die Nouembris incidisse, assero non posse affirmari absolutè Mariam trimulam; nec enim tertius annus erat expletus. Virgo tunc duos annos nata, duos menses, & tredecim dies proculdubio erat. Vnde propriè locutos reor illos, qui affirmant, oblatam Virginem tertium annum agentem, non trimulam. Sic Germanus, & Nicephorus *Eam*, inquit, *Deo consecrat tertium iam tum ætatis agentem annum.*

German. Niceph.

32\. *Anna offert Infantem Pontifici.* Anna igitur cùm iam satis Infantem sanctissimam aluisset, sæpéque animaduertisset tēpus adesse, quo vota sua oporteret impleri, id Ioachimo reuocat in memoriam, petitque Ierosolymam vt adeant, Puellā Domino tradituri. Annuit ille, & viam ineuntes, Ierosolymā peruenere, ac sacerdoti, qui tunc rei diuinæ præerat Infantem cum oblationibus consuetis offerunt, Diua Anna huiusmodi commiscente verba ex ore Germani in Encom. Deiparæ. *Accipe, Propheta, meam a Deo datam Filiam, & intro inductam planta in loco sanctuarij, in prompto Dei habitaculo, in domo exultationis, & lætitiæ: nihil curiose inquirens, donec Deo, qui illam hinc vocauit, visum fuerit, quæ ad eam attinent, ad finem perducere.*

German.

33\. *Zacharias suscepit.* Existimo sacerdotem Virginem suscipientem Zachariam extitisse, hisce verbis, eodem Germano affirmante. *Intueamur, quemadmodum Propheta Zacharias eam sua manu accipit, & ducit in adyta, nihil ægrè ferens, neque dicens eius parentibus: Non faciam hanc rem maximè nouam, neque puellam introducam in Sancta sanctorum, vt in eis habitet assiduè, in quæ semel in anno iussus sum intrare. Nihil tale dixit Propheta Zacharias, sed vt præsciens futurum, quoniam erat Propheta, eam expectans, sicut qui post eum fuit Simeon illius Filium, eam is quoque excipit prompte, & alacri animo.* Consentit Cedrenus. Profectò etsi non alienum à ratione putem Zachariam tunc functum officio suo Virginem excepisse: vel cum aliis cognatis fuisse inuitatum ad illud munus obeundum, eo quod Elisabetham Mariæ consobrinam haberet vxorem: tamen fuisse Pōtificem summum (quod innuit Germanus & Ambrosius) improbabile arbitror. Dum enim Lucas eum dicit *de vice Abia*, manifestè docet, vnum fuisse de minoribus sacerdotibus, qui in ordine vicis suæ munere sacerdotali fungeretur. Deinde constat summum Pontificem hoc anno, quo oblata Deipara, fuisse alienigenam Simonem Boëthi filium, & Herodis socerum. Legendus noster Salmerō tom. 2. in Euang. tract. 33.

German. Cedren. *Assero Pontificem summum tunc non fuisse.*

Oblatione facta à Virginis parentibus, cùm essent ipsius Templi quindecim gradus, in primo Infans constituta cunctos sine ducentis, aut leuantis adminiculo ita fortiter ascendit, ac si perfecta polleret ætate, fante Hieronymo de Ortu Mar. *Erant circa Templum, iuxta quindecim graduum Psalmos, quindecim ascensionis gradus. In quorum vno Mariam paruulam parentes constituerunt; cúmque ipsi vestimenta, quæ in itinere habuerant, exuerent, & cultioribus vestibus se ex more, & mundioribus induerent, Virgo cunctos, ita gradus ascendit, vt perfectæ ætati in hac dumtaxat causa nihil deesse putares. Iam quippe Dominus in Virginis suæ infantia magnum quid operabatur, & quanta futura esset, huius miraculi indicio præmonstrabat.* Quæ quidem sententia mihi ideò verisimilis obiicitur, quòd horum graduum Iosephus lib. 6. de Bello, cap. 6. memoriam efficiat. *Gradus quindecim a muro, qui mulieres segregabat, ad maiorem portam ducebant.* Et Arias Mont. lib. de Arcæ fabrica. *Quindecim gradus, quosquidem in Templo constituunt, ad quos Psalmi canerentur.* Quos vel similes, qui in secundo Templo extitissent, Virgo potuit ascendere. Dixi in Templo secundo; loquitur enim Iosephus de Templo ab Herode constructo, quod post ortam Deiparam est fabricatum; cœpit námque extrui octauo Herodis anno, ante quam Maria exoriretur. 34. *Scandit Infans quindecim gradus.*

Hieron. Ioseph. Arias.

§. VIII.

De loco custodiendis virginibus deputato.

Templum, seu Tabernaculum (vt constat ex cap. 26. Exod. & 3. Reg. 6.) tria complectebatur. Adytum, siue Oraculum, aut Sanctum sanctorum, vbi sola aderat Arca, in quod solus summus Sacerdos solēniter decima die Septembris in festo expiationis oraturus pro peccatis populi ingrediebatur. Aderat deinde ante Adytū Tabernaculum, seu Templū tria continens, ad Austrum Cādelabrum aureum, ad Aquilonē mensā panum propositionis, in medio Altare aureum seu thymiamatis, in quo summus Præsul quotidie mane & vespere adolebat thymiama. Præterea ante Templū 35. *Descriptio Templi Ierosolymitani.* Exod. 26. 3. Reg. 6.

atrium quoddã amplum iacebat, in duas partes diuisum, in atrium quidem interius, vbi ara ingens spectabatur, quæ dicitur holocausti altare, in quod atrium omnes Sacerdotes & Leuitæ ingrediebantur: & in atrium exterius ab illo diuisum sepio quodam, in quo populus consistebat purus modò, ac castus, & iuxta legis præscriptum obseruans.

36. *Locus virginibus ac aliis solutis fœminis in Templo deputatus.*

In hoc atrio exteriori (vt tradit Iosephus citatus) locus aderat muro separatus mulieribus, ad quem per quindecim gradus ascendi-tur. Verùm in eodem loco peculiare fuit virginibus habitaculum separatum ad portam Septentrionalem ad altaris holocaustorum læuam, quod erat in atrió interiori, asserente Iosepho, & Cedreno confirmante. *Erat in Templo secretus locus Aræ vicinus, vbi solæ virgines stare solebant.* Et Anselmo in vita Virg. *Erat locus distinctus in domo Domini, scilicet in Templo prope leuam altaris, vbi stabant virgines solæ, & diuino Officio peracto, ibant omnes ad propria.* In loco quidem mulieribus communi Annam Prophetissam Phanuelis filiam assero commoratam. *Hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo ieiuniis, & obsecrationibus seruiens nocte ac die.* Luc. 2. Propterea à Cyrillo Ierosol. cat. 10. *Continens, religiosissima, & monialis appellatur.* Fœlix quæ Puellam Mariam ab Anna parente Templo expositam materno affectu suscepisti.

Cedren. Ansel. Luc. 2. Cyrillus Ierosol.

37. *Speculũ oblatum à fœminis Templo custodiẽdos.*

Tam virgines, quàm viduæ speculum Templo consecrabant, non iam corporeæ pulchritudini operam daturæ. *Fecit & labrum æneum de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio Tabernaculi.* Exod. 38. Vbi R. Abraham. *Erant in Israel mulieres Deum colentes, quæ, spreta mundi vanitate, sua specula Domino offerebant; quia non erant illis opus; quæ per singulos dies veniebant ad ostium, vt orarent, & Dei audirent præcepta.*

Exod. 38. R. Abrah.

38. *Num intemperantia filiorum Heli hic locus maculatus? Ioseph.*

An locus ille mulieribus deputatus filiorum Heli intemperantia maculatus fuit? Iosephus lib. 5. Antiquit. cap. 11. *Heli Pontifices duo filij fuerunt Ophnees & Phinees. Hi contra omne ius, & fas, omnia sibi licere volebant. Mulierum insuper Religionis ergò confluentium ad sacrum locum pudicitiam, vel vi, vel dolo expugnabant.* Existimo tamen nullatenus virgines habitaculo remotiori degentes fuisse intemperantia filiorum Heli deprauatas.

IN MARIAM INNVPTAM

PANEGYRICVS QVARTVS MORALIS

Circa literam.

Ex Virginis Infantia.

OBSERVATIO I.

Iuxta Probaticam nascitur Maria futura hominum Piscina ægrotantium.

Vbi carpuntur, qui consultò peccatis addicti sunt, spe Marianæ protectionis.

39. *Piscina salutaris Maria.* Damasc.

EX Damasceno vidimus Virginem in domo ouilis Ioachimi exortam, quam Probaticam appellauit. Confirmo ex eodem Doctore orat. 1. de Natiu. Virg. profante. *Fausta tibi sint omnia, ô Probatica, patrum Reginæ domicilium. Fausta tibi sint omnia, ô Probatica feminum Ioachim ovium fanum, nunc autem ouilis ratione praditi: Ecclesia cælum imitans, atque olim semel quotannis Angelum Dei excipiens aquam turbantem, & vnum valetudini restituentem.* Extat eo loci Templum, virginum olim cœnobium D. Annæ nomine insignitum in natæ Mariæ iuxta Probaticam memoriam. Quónam mysterio Virgo iuxta Piscinam nata, Piscinæ aquis diluitur? Annon innuebatur futuram ægrotanti orbi salutarem? Richardus Laurent. lib. 9. *Piscina est aquarum collectio sine piscibus, & dicitur piscina quasi per contrarium. In Maria autem fuit congregatio omnium aquarum, id est, gratiarum, sine piscibus mundanarum curiositatum. Hæc Piscina Probatica.* De qua Ioãnes. *Est autem Ierosolymis Probatica Piscina, quæ cognominatur Bethsaida, quinque porticus habens. Angelus autem Domini descendebat in Piscinam secundum tempus.* cap. 5. *Bethsaida*, aut *Bethesda*, Maldonato authore, idem est ac *locus misericordiæ*, seu *benignitatis*, sic dictus, quòd diuinam inibi erga se benignitatem ægroti, recuperata sanitate experirentur. Appellatur, eodem Doctore, & *locus effusionis*, quòd in eum locum multis aquæductibus riuuli vndique profunderentur. Quinque præterea porticus habuisse dicitur, quibus ægrotantibus pateret ingressus. *Crede* (ait Ambrosius) *quod non sunt vacua aqua*, mysteriis quidem scaturientibus Probaticam Mariam.

Richard. Laurent. Ioan. 5. Maldon. Ambr.

40. *Turbata Mariana Piscina salutaris vni, scilicet fidelium vnitati.*

Illa semel quotannis Angelum Dei turbantem aquam excipiebat? Maria ex quo domo sua Gabrielem excepit, è cuius sermone *turbata est*, virtutem interminabilem sanitatis excepit, Damiano interprete. An vnus sanatur? Ita planè, sed vnus fidelis populus panis instar ex innumeris hominibus collectus. Pulchrè Richardus Laurent. *Hæc est Piscina Probatica, in quam Angelus Domini secundùm tempus descendebat, & vnus sanabatur. Tempore enim Incarnationis descendit Angelus magni consilij in Mariam, & mota est quæ, quando ad nouam salutationem turbata est Maria, & sanatus est vnus, id est, quotquot crediderunt Deum.*

Damian. Richard.

41.

Locus illa misericordiæ? Maria non piscina,

Misericordiæ locum Piscina Maria, quia vel in extremo iudicij die peccatoribus salutaris. Bernard.

na, sed abyssus misericordiæ est, fante Bernardo ser. 4. de Assump. *Quis misericordiæ tuæ, ô Virgo benedicta, longitudinem, latitudinem, sublimitatem, & profundum queat inuestigare? Nam longitudo eius vsque in diem nouissimum inuocantibus eam subuenit vniuersis. Latitudo eius replet orbem terrarum, vt tua misericordia plena sit omnis terra. Sic & sublimitas Ciuitatis supernæ inuenit restaurationem. Et profundum eius sedentibus in tenebris, & in vmbra mortis obtinuit redemptionem.* Illud expende: *Longitudo eius vsque in diem nouissimum.* An peccatores in die nouissima, quando *signa in sole, & luna, & stellis*, Deiparam exorabilem sortientur? Certè, cum Altissimus citra condignum pœnas sit inflicturus, Dei parentis intercessione ingentem molem è condigna pœna subtracturus est, vt Mariæ misericordia vsque ad diem nouissimam pertingat, de quo alibi fusiùs.

42\. *Ideò Ecclesia poscit à misericordibus Mariæ oculis respici, quia piscinæ, vt flammeos Iesu oculos fugiat.* Cant. 7. Apoc. 1. Hugo. Vict.

Clamat Ecclesia: *Illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte?* Maria etenim respicere non potest, quin misereatur. Vnde oculi Deiparæ non Piscinæ singulari, sed pluribus Piscinis comparantur. *Oculi tui sicut Piscinæ.* Cant. 7. Vtrumque luminare misericordia redundat, nequam nullum. *Tanquam flammam ignis* Iesu oculi apparent, Apoc. 1. Fugis à facie Iudicis, auerti curas Oculos Iesu? Respice ad Mariam, cuius oculi Piscinæ salutares. Hugo Vict. in sentent. *Si pertimescis supplicaturus ad Deum accedere, respice ad Mariam; non illic inuenies quod timeas.* Haud flammea Deiparentis lumina, sed Piscinæ. D. Bernardus ser. de Verb. Apoc. *Fidelis planè, & potens Mediator Dei & hominum Christus, sed diuinam in eo reuerentur homines maiestatem. Non sola illi cantatur misericordia, cantatur pariter & iudicium. Deus noster ignis consumens est, oculos habet tanquam flammam ignis. Quidni vereatur peccator accedere, ne quemadmodum fluit cera à facie ignis, sic pereat ipse à facie Dei? Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile, tota suauis est.* Nam *oculi eius Piscinæ locus misericordiæ, & pietatis.* (Bernard.)

43\. *Quinque Marianæ Piscinæ Porticus, quæ omnibus vel desperatis patet ingressus.* Richar.

Num quinque Porticus in Piscina Mariana? *Quinque Porticus habens*, qua omnibus ad locum misericordiæ pateat ingressus. Richardum Laurent. citatum audite. *Quinque Porticus habet, id est, quinque principalia genera misericordiæ. Prima, quòd conuertit errantes, cùm sit via. Secunda, quod illuminat in tenebris ambulantes, cùm sit stella. Tertia, quòd viuificat mortuos, cùm sit vita vena. Quarta, quòd se infundit desperatis; vnde dicit. In me omnis spes vitæ Vnde & dicit Eccli. 20. Penetrabo inferiores partes terræ, id est, desperantes recolligam, & inspiciam oculis misericordiæ. Quinta, quòd multis, quorum iam dictata erat sententia, impetrauit à Filio spatium pœnitentiæ, sicut Abigail à Dauid Nabal stulto.* Si Porticum infernum versus ostentat Maria, quàm desperatis pateat ad salutem ingressus, cuinam medicamen abnegabitur. *Omnibus misericordiæ sinum aperit* (loquor cum Bernardo citato) *vt de plenitudine eius accipiant vniuersi, captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam.* (Bernard.) Vt scilicet quinque languentium genera apud Marianam Piscinam quinque Porticibus ingressa inueniant sanitatem. An obiicient ægroti. *Hominem non habeo*; Minimè. *Mulierem* enim habent, & *homo natus est in ea*, qui Matris intercessione & manum porrigat, & donet sanitate. Libet cum studioso Mariæ apud Richardum concinere: *O Maria,* (Richard.)

Tu Piscina puritatis,
Rore plena pietatis,
In quam Deus maiestatis
Voluit descendere.
In quam reus, & peruersus,
Si contritus, & conuersus,
Se deponat, exit tersus
A peccati vulnere.

44\. *Pœnitentibus subuenit Maria, humilibus fauet. Contra impœnitentes voluntariè freti Mariæ patrocinio.* Richar.

Vbi illud ad mores obserua: *In quam reus, & peruersus, si contritus & conuersus, &c.* Pœnitentibus enim Maria miseretur. *Oculi tui Piscinæ in Hesebon.* Can. 7. Hesebon *cingulum timoris*, seu *mœror cingens* interpretatur. Vt ostendat sponsus Mariæ oculos misericordes esse Piscinas eis, qui pœnitudinis cingulo illigantur. Accipe ex Richardo Laurent. vbi suprà prosante. *Hesebon mœror cingens interpretatur, quia mœror pœnitentiæ cingit hominem, & cohibet peccatorum saniem, & fluxum peccati, sicut vitta cingit vulneratum, & stringit sanguinis fluxum. Et hoc cingulum competit pœnitentibus, qui in mœrore animi recogitant peccata sua, & inde humiliantur. Et talibus sunt oculi Mariæ, sicut Piscinæ, id est, respectus misericordiæ eius multiplex lauatorium; & sunt oculi eius in porta filiæ multitudinis, id est, Ecclesia, cuius ipsa est porta.* Haud fauet Maria peccatoribus voluntariè obduratis, & consultò superbis sed cupientibus ab ægritudine liberari, & sese demittentibus, Piscinam misericordiæ, seu pietatis pelagum expandit. Arguantur hinc peccatores consultò peccatis indulgentes, quia Deiparæ subiacent protectioni, cuius oculi misericordes, quidem instar Piscinarum, sed in *Hesebon* cingulo pœnitentiæ.

Observatio II.

Mense Septembri nata Deipara, nouæ lunæ comparatur.

Vbi forma indicitur Deiparæ solemnia celebrandi, nempe iniquitatem omnem resecando.

45\. *Nata vt Eua mense Septembri, oculos Conditoris rapuit.* Canis.



Cvm ex Beda constet Septembri mense diuina prouidentia ortam Deiparam, mysterium vestigandum. Canisius l. 1. cap. 11. affirmat ideò Mariæ natalem hunc in mensem incidisse, quia prima mulier hoc mense mirabili Dei opificio condita fuit, suique veri Adami oculos ob eximiam corporis elegantiam mirificè oblectauit, præsignans secundam Euam Mariam sic singulari Conditoris beneficio efformandam, & exorituram, vt (si humano more loquendum) lætioribus

 quidem

quidem oculis nunquam Deus aspexerit viuum hominem, in quo post Christum nihil maculæ, & plus gratiæ ac iustitiæ originalis deprehenderet. Sic ille.

46. *Festum nouæ lunæ Mariæ natalem diē præsignabat.*

Ast ego celebrem mensem Septembris affirmo apud Hebræos ob festi Tabernaculorum celebrationem, vt constat Leuit. 23. & nouæ Lunæ, quod Mense hoc maiori celebritate quàm reliquis Hebræi prosequebantur. Annon illa in Deiparæ typum nouam Ecclesiæ lunam mundi pulcherrimum luminare? Dauid ad festum Mariani exortus inuitat. *Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob. Sumite Psalmum, & date tympanum, psalterium iucundum cum cithara. Buccinate in Neomenia tuba in insigni die solemnitatis vestræ.* Psal. 80. Ps. 80. *Neomenia* idem est ac *noua luna*. Per Neomeniam autem seu nouam lunam (authore Thom. D. Thoma 1. 2. q. 102. art. 4.) *significabatur illuminatio noua Ecclesiæ.* Qua noua illuminatione noua luna Maria innuebatur, eodem Doctore, qui q. 103. art. 3. profatur. *Festo Neomeniæ succedit in Ecclesia festum B. Virginis.* Quæquidem natalitio die noua luna hominibus effulsit.

47. *Maria condita in plenilunio, & nouilunio.* Beda.

An decens Mariam lunæ nouæ morationibus addictæ comparari? Beda asserit lunam in plenilunio conditam, vt nocti præesset perfectè illuminando. Alij ex aduerso contendunt lunæ primò exorientis lumen fuisse nouilunij; nam cùm luna menses suo cursu definiat, congruum fuit à prima luna primi mensis fieri inchoationem. Si creata fuisset in plenilunio, non primus, sed decimus quintus primi mensis dies proferretur. Porrò Augustinus lib. 2. de Gen. ad lit. cap. 15. neutrum horum audet improbare. Verumque August. Mariano in luminari amplector. Noua luna exoritur, de nouo enim hominibus apparuit. At omnium gratiarum incremento ornata apponitur Ecclesiæ polo, vt tenebras hominum illico queat ablegare.

48. *Lunæ salutares proprietates Mariæ congruunt natalitio.* Eccl. 43. 2. Cor. 6.

Mariæ lunæ nouæ proprietates indicat Spiritus Sponsus. *Luna in omnibus in tempore suo ostensio temporis, & signum æui.* Eccl. 43. Mariam tempus illud optatissimum inchoauit, de quo Paulus, *Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere.* 2. Cor. 6. Rursum de luna inibi. *A luna signum diei Festi, luminare, quod minuitur in consummatione.* Annon lunæ nouæ Mariæ Natiuitas omne gaudium hominibus futurum præsignauit? Petrus Damian. serm. 2. de Natal. Mariæ, *Natiuitas*, inquit, *beatissima, & intemerata Dei genitricis Mariæ merito præcipuum, & singulare præbet hominibus gaudium, quæ totius extitit humanæ salutis exordium.* Vberiùs Hailgrinus Cardin. apud Delrium ad cap. 6. Cant. Hailgrin. *Luna in tempore suo ostensio temporis, & signum æui: nam B. Virgo in omnibus nationibus tempore suæ Natiuitatis ostensio est illius tẽporis, de quo Paulus. Et ipsa est signum æui insigniens omnem ætatem præteritam, & futuram. Et benè de ipsa subditur: A luna signum diei festi; nam ab ipsa omnis nostra festiuitas. Luminare, quod minuitur in consummatione, secundùm nomen eius est crescens mirabiliter in consummatione, quod de luna materiali nequaquam intelligi potest, quæ non antè minuitur, & posteà crescit: sed è conuerso; nec minuitur in consummatione, sed post consummationem. Sed hic verborum ordo rectè exprimit B. Virginem, nam ipsa cum audisset sibi promissam tantam magnitudinem, quòd foret Mater Dei, sese minuit vsque ad ancillam, & in hac minutione concepit, & facta est luna plena.*

49. *Maria noua luna bicornis, siue nauis mundo naufraganti, natiuitatis die.* Psal. 80. Richard.

Rursum Vates. *Buccinate in Neomenia tuba.* Psal. Vbi Richardus Laur. lib. 7. *Figurata fuit eius Natiuitas in solemnitate, quæ antiquitus fiebat in Kalendis, & eius Natiuitas omnem inchoauit solemnitatem nostram.* Vnde *noua luna* vocitatur. Quid cum luna bicorni Mariæ? Multùm planè in orbis mundialibus fluctibus obruti commodum. Audis hoc Mariam factam quasi nauem? In Natiuitate igitur noua luna bicornis exurgit, vt nauis naufragis præparata mirabiliter innuatur. *Luna noua* (inquit Richardus) *bicornis apparet, quasi habens similitudinem nauis; quia Maria nauis est, quæ ducit amicos suos in portum voluntatis eorum. Et quia luna videtur quasi nauis, signum est quòd portat amicos suos sursum, hoc est, in cælum. Propter hoc de hac noua luna, id est Maria, dicitur: Facta est quasi nauis. Prou. 31.*

50. *Nascitur Maria noua luna diuino solis splendore coruscans nobis solis implens proprietatēs.* Cant. 6. Rupert.

Marianæ Natiuitatis solemni Cælicolæ inclamant. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies.* Cant. 6. Ad quæ Rupertus. *Quando nata es Virgo beata, tunc vera nobis aurora surrexit, aurora prænuncia diei sempiterni. Tunc tu & ex tunc pulchra pulchritudine diuina, pulchra inquam vt luna.* Scilicet solis radios exprimens. Vnde electa vt sol. *Tunc tu & ex tunc electa vt sol nobis.* Exoritur ergo Virgo noua luna, eiúsque formæ bicorni, proprio orbe quasi obnubilato, adhæret sol Diuinitatis, vt & ipsa diuina fulgeat pulchritudine, & nobis sol verus existat oritura planè *super bonos & malos.*

51. *Noua luna seu nouacula in morem Mariæ nata rescecat hominum iniquitatem.* Isai. 7. Richard.

Additur illud: *Terribilis vt castrorum acies.* Nec enim luna noua dignè à mundo excipitur solis proprietates imitatura, nisi inferni potestas ablegetur, peccatique corruat imperium. Quare existimas Mariam natam nouæ lunæ comparari bicorni? Formam tum nouaculæ ostentat, expilationem criminum hominibus indicens. Postquam Isaias Virginis natalitium expresserat: *Ecce Virgo*, adiicit. *In die illa radet Dominus in nouacula conductâ caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam.* cap. 7. In die vtique natalis Mariæ omnem ab hominibus conditor ablegauit iniquitatem nouæ lunæ, seu nouaculæ ministerio. Audi Richardum Laurentinum citatum. *Apparet Maria noua luna quasi habens formam nouaculæ; quia Dominus, quantum in se est, in exemplis Mariæ quasi in quadam nouacula rescecat, & tollit à nobis omnem superfluitatem. Vt de hoc possit exponi illud Isaiæ. In die illa*, seu in Mariæ natiuitate, *radet Dominus ministerio huius nouæ lunæ, seu nouaculæ pilos pedum, id est, motus illicitos, & paruam affectionem, & barbam vniuersam, id est, omnem præsumptionem.* Nec enim dignè Marianum celebrat natalitium, qui tanta fretus protectione, resecandis vitiis operam non impendit.

* * *

Observatio III.

Angelorum custodiæ Virginis assignatorum satellitium illustro.

Vbi assero bonorum operum munitionem Angelorum custodiæ addendam, ad omnimodam animi securitatem.

52. POSVIMVS ex Ildephonso & Bernardo non solùm Gabrielem, & quamplures Angelos fuisse custodiendæ dicam, an ministrandæ, Virgini deputatos. An lectulus, an Paradisus?

Maria Lectulus Salomonis sexaginta fortibus stipatus.

En *Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios.* Cant. 3. Guillelmus Parisus affirmat Virginem lectulum vocari comparatione sinus Paterni, qui infinitus, & ideò *Lectus*. Profectò ex quo Deipara vt Altissimo accubitum præstet, præparatur, Lectulum Angeli plurimi ambire cœperunt, & circa quiescentem in animo Virginis post Angelorum tumultus Deum sacras excubias agere. Addit Doctor commixtionem numerorum perfectorum denarij & senarij indicare nobiliores quosque, & excellentiores Angelos ad hoc munus electos. Honorius, *Per fortissimos*, inquit, *illos sexaginta Angeli significantur supremorum Chororum custodes potentissimi corporis Deiparæ, quæ Lectulus Christi, contra Dæmones.*

Honor.

53. Paradisumne Mariam vocitato? *Collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim.* Genes. 3. Vbi Canisius lib. 1. cap. 11. Sic de Mariæ Natiuitate. *Paradisus ille voluptate, hoc est, omnium spiritualium deliciarum, omniúmque virtutum, & gratiarum floribus adornatus, manúque diuinæ sapientiæ consitus hodie primùm apparuit, in cuius medio lignum vitæ, adeóque salutis æternæ fructus non sine summo Dei munere mortalibus debuit exhiberi. Paradisus singulari cura à Deo plantatus, in quo nihil lethale, nihil noxium, nihil spinis obductum: sed omnia suauia, lenia, & salutaria. Paradisus generis omnis floribus pulcherrimis exornatus, quibus apis illa cælestis, hoc est, incarnata sapientia ibidem habitatura pasceretur.* Pressiùs Petrus Damian. serm. de Annunc. *Hic locus voluptatis, in quo delicias deliciarum Deus ipse cumulauit.* Decuitne sine custode Cherubino Paradisum huiusmodi proferri? *Collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubim.* Canisius, *Hic est Paradisus, quem Angelicum præsidium vndique cingeret, ac muniret.*

Maria Paradisus Angelorum custodia muniens.
Gen. 3.
Canis.

Petrus Damian.

Canis.

54. Ideòrcor Virginem Hortum cóclusum appellari. *Hortus conclusus soror mea, Hortus conclusus.* Cant. 4. Conclusus quidem Angelorum excubiis. Hesichius orat. 2. de Deipar. Epiphan. serm. de laud. eiusdem Hieronym. lib. 2. cont. Iouin. locum de Deiparæ Angelica custodia expendunt. Audiendus Alanus. *Maria est hortus, in quo rosa Dominici corporis, & sanguinis, in quo lilium castitatis. Conclusus, quia Angelorum custodia circumseptus.*

Maria ideò Hortus conclusus appellatur.
Cant. 4.
Alanus.

Enimuerò haud dignè custodiretur Lectulus & Paradisus Angelorum exercitu præparato, si non ipsis operibus & virtutibus Deiparæ ostium fortius communiretur. Et sexaginta fortes, & hortus conclusionem operum satellitium interpretor. De fortibus Alanus, *Per hos fortes*, ait, *intelligitur bonorum operum vniuersitas, quæ sunt fortia contra Dæmones, & vitia. Decies sex sunt sexaginta. Per senarium opera misericordiæ, quæ leguntur in Euangelio, intelliguntur: per denarium verò decem præcepta legis significantur. Et ideò per sexaginta perfectissima opera exprimuntur, quæ vndique beatissimam Virginem munierunt. Quia semper Maria meliora, & fortiora opera habuit, quæ ad sui custodiam deputauit.* De conclusione autem idem Doctor, *Conclusus*, inquit, *quia vtrobique clausus studio bonæ intentionis, & consideratione rationis.* Vt ediscas non nimium credere Angelorum custodiæ; vbi bonis operibus, studióque rectæ intentionis adhibito Angelica custodia non obfirmatur. 55.

Bonorū operum custodia aptiùs Virgo cingitur.
Alanus.

Observatio IV.

Diuæ Annæ vberibus aptè Virgo potata.

Oportet enim filios materno lacte nutriri.

NYSSENVS asserebat Annæ vberibus Virgunculam nutriēdam fuisse à diuina prouidentia traditam: decet enim generosam prolem materna lactatio. 56.

Illas certè, qui externis nutricibus nutriendos committunt infantes Deus feris ipsis crudeliores appellat. *Sed & lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos suos, filia populi mei crudeles, quasi struthio in deserto.* Thren. 4. Comparantur struthioni, cui quidem nullius curæ sunt filij, Iobo profante, *Struthio duratur ad filios suos, quasi non sint sui, priuauit enim Deus sapientia eam, nec dedit illi intelligentiam.* cap. 39. Vbi Lyranus. *Duratur ad filios, quia sicut videtur negligens in fouendo oua, ita in nutriendo pullos natos. Frustra laborauit concipiendo, eo quod non curat de pullorum nutritione, sed dimittit.* Quasi enim non matres, quæ alienis radiis lactis, si non solis vt struthio fouendum committunt infantem.

Carpuntur matres, quæ infantes alienis nutricibus sine causa committunt.
Thre. 4.
Iob 39.
Lyran.

An ancillæ, aut famulæ vbera lac maternum influent infanti? Proh mores cum lacte profluentes! Lege Tacitum in Dial. de oratore, profantem; *Si quis fortè scire desiderat, cur tantopere antiqui illi Romani floruerunt, in rebusque omnibus excellentes fuerunt; nullam aliā esse causam reperiet, quam liberorum educationem vigilantem: suum enim quisque filium ex casta natum parente non empta nutrici, sed propria matri alendum relinquebat. Postquam autem garrulæ ancillæ filios nutriendos acceperunt, infans, dominus impudicitiam cum ipso lacte sugere incœpit.* D. Hieronymus ad Lætam de filiæ institutione. *Nutrix ipsa non sit temulenta, nō lasciua, non* 57.

Nutriendi lacte materno infantes, no aliena nutricis prauos oportet mores.
Cornel. Tacit.
Hieronym.

garrula,

garrula, habeat filia modestam gerulam, & nutricem grauem. Lac enim in substantiam alit conuersum afficiendi infantem qualitate & temperamento suo habet facultatem. Hinc Leu. 17. præcepit Deus: *Omnis anima ex vobis non comedat sanguinem, quia anima carnis in sanguine est.* Id quod de lacte etiam Physici affirmant.

Leu. 17.

58. Ideo Anna Virginem proprio vbere nutrit, Annam alteram Samuëlis matrem imitata. *Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum a lacte.* Quo fructu Samuël Annæ vbera suxit? *Et adduxit eum secum, postquam ablactauerat, & adduxit eum in domum Domini.* 1. Reg. 1. Nec enim infans tam sancto lacte confortatus potuit non diuino obsequio emancipari. Haud aliter Maria à sancto Annæ lacte mox adnatum defertur in Templum, vt inibi epotos cum lacte mores exereret. Nyssenus Orat. de Nat. Domi. *Illam, cùm iam grandiuscula esset, nec vbere matris ampliùs indigeret, ducens ad Templum Deo reddidit.* O quot infantes claustris virginitatis custodibus erant tradendæ è maternis vberibus, quæ temporalis sponsi thalamo, imo illicitì consortio, post ancillæ ablactationem committuntur.

Anna Samuëlis matrem imitata lactat Mariam, vt ex vbere Templo tradat. 1. Reg 1. Nyssen.

59. Annon qualis lactans, talis arguitur esse infans qui nutritur? Anna gratia quomodo non plenam gratia Mariam exhiberet? O matres filiarum nutrices, animis adestote, eas bonis moribus instruite vestros vtique relaturas. *Ecce omnis, qui dicit vulgo prouerbium, in te assumit illud, dicens: sicut mater ita & filia eius.* Ezech. 16. D. Ambrosius ad hæc lib. 3. de Virg. de Herodiadis filia proculdubio affecta corruptione ait. *Quid potuit filia de adultera matre discere nisi damnum pudoris?* Mater quos habet mores filiæ lactis poculo suggerit. Cecinit Iuuenalis satyra 6.

Qualis nutrix talis infans arguitur. Plena gratia Maria gratia vbera sugit. Ezech. 16. Ambros. Iuuena.

Scilicet expectas, vt tradat mater honestos,
Aut alios mores, quàm quos habet, &c.

Non igitur decuit nisi ab Anna, hoc est, gratia lactari Mariam vt ex lactantis moribus nihil posset argui in puellula, quod diuina gratia non redundaret: potiùs ex præclaris nutricis virtutibus noua quædam laus, decúsque eximium redundaret in filium.

Observatio V.

Sese Maria Templo dedit speculum ab omnibus virginibus adspiciendum.

Vbi ostendo fœminas perfectioni vacantes arma decere, non specula.

60. OEMINAS se Templo consecrantes solitas speculum offerre ex Iosepho vidimus. Quid enim iam cum dimicantibus specula? Quid cum animi ornatu corporis fucandi instrumentum? Vbi dicuntur fœminæ *in ostio Tabernaculi excubasse.* Exod. 38. in Hebræo habetur, *Militasse*, verti enim potest. *Fecit Beseleel labrum aneum de speculis mulierum militantium.* D. Chrysostom. hom. 8. *Communis, inquit, fœminis, & viris aduersus diabolum pugna est, sæpéque in huiusmodi acie fortius viris fœmina decertarunt, ac trophais insignibus claruerunt.* Et D. Ambrosius lib. 1. de Virg. virgines Bononienses commendans inquit. *Hac est militia illa calestis, quam laudantium exercitus Angelorum pramittebat in terra. Quid de virginibus Bononiensibus loquar? Fœcundo pudoris agmine, qua relicto parentum hospitio, tendunt in tabernacula Christi indefessa milites castitatis.* Num tantum animi robur dimicantium viraginum mollia decerent specula inseruientia vanitati?

Haud decet speculum fœminas aduersus mundialem vanitatem militantes. Exod. 38. Chryst. Ambros.

61. Proh Mariæ fortitudo puellulæ! sese Templo offert militantium speculum, quod aspiciant pugnaturæ. *Quid videbis in Sunamite nisi choros castrorum.* Cant. 7. Græci legunt, *Odollamite.* Sic Philo Carpat. *Odollamitis* autem *Testimonium in aqua* interpretatur. Scilicet quòd aqua instar speculi reddit de homine sese in ipsa adspiciente testimonium. Quid igitur (ait Absalon ser. de Assump.) videbis in speculo Mariano nisi choros virginum? Nam cunctæ viragines, quæ spretis diuitiis mundialibus, ac deliciis, ad Religionis castra confugiunt, Mariæ ad Templum properantis virtutes conantur imitari. *Adducentur Regi virgines post eam, adducentur in Templum Regi Domino.* Psal. 44. Virgines enim aduersum vitia dimicantes Marianum intuentur speculum, Sunamitidem, seu Odollamitidem, speculum scilicet purissimum aspicientes imitantur. Ambrosius lib. 2. de Virg. *Sit vobis, ait, tanquam in imagine descripta vita Maria, & qua velut in speculo relucet species castitatis, & forma virtutis, &c.* Et Sophronius de Assump. *Christus ideò matrem Virginem elegit, vt ipsa omnibus esset exemplum castitatis, in qua velut in speculo relucet forma virtutis.*

Maria militantium viraginum speculum fuit. Cant. 7. Phil. Psal. 44. Ambros. Sophron.

62. De Maria cecinit Vates. *Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.* Isai. 12. Sion Deiparam Patres interpretantur, de quo alibi. Quid *Sion* nisi *speculum*? Annon Maria *speculum sine macula*; Sap. 11. Hoc speculum virgines intuentur animum virtutibus exornaturæ prosantes, *Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Cant. 6. LXX. *Conuertere, conuertere Sunamitis,* (seu Odollamitis, id est speculum) *conuertere, conuertere, & videbimus in te,* quasi in speculo, aut exemplari. Angelica puritate fulgentes virgines Ierosolymitani sacri domicilij Deiparentem futuram adhuc infantem quindecim gradus Tépli scandentem ex ore Alani colloquuntur. *Reuertere, seu conuertere ò Maria a captiuitate mundi, cui non debes subiici, per quam captiui à captiuitate sua sunt soluti. Reuertere, vt intueamur te; quia sicut in faciem Filij tui desideramus prospicere, sic in specie, & pulchritudine tua vultus desigere volumus, & vultus tui luce illustrari.*

Marianum speculum à cunctis perfectionis cultoribus aspiciendum. Isa. 12. Cant. 6. Alanus.

63. Marianum ergo speculum respicite virgines, euocti intueamini sanctitatis alumni, *Talis enim fuit Maria,* (loquor cum Ambros. lib. 2. de Virg.) *vt eius vnius vita omnium sit disciplina.* Et D. Hieron. Epist. ad Eust. *Maria*

Huius speculi pulchritudo. Ambros.

ria vitæ omnium diſciplina eſt, eius mores inſtituta ſunt Eccleſiarum, quæ præcellit, & ſupereminet vniuerſis. Tanta erat huius vitæ ſeu ſpeculi claritas, vt omnium vitam quodammodo obſcuraret. Nam ſicut in comparatione Dei nemo bonus, ita in comparatione Matris nulla inuenitur perfecta creatura, quamuis virtutibus eximia comprobetur. Vnus eſt Pater in cælis, vna eſt Maria in terra, vna eſt forma virtutum Maria. Huius ſpeculi lunam ipſa luna non complet, vnde ſoli ipſi cryſtallum eius comparatur. *Pulchra vt luna, electa vt ſol.* An vt ſol materialis? Profectò iuſtitiæ ſol Mariani ſpeculi pulchritudinem illuſtrat, vt D. Auguſtinus ſerm. de Natiuit. Dom. *Solis radius ſpeculum penetrat, &c.*

SECTIO SEXTA.

Mariæ Educatio.

CONTEXTVS.

NVM. 9. REDDITA Virgo vtriuſque vitæ exercitamentis, contemplationis ſcilicet & actionis, totius ſanctitatis domicilium. Adoratur ab Angelis ex virtutum præſtantia cognita Regina. Sanctum ſanctorum frequens habitaculum eius, quæ Dei Propitiatorium. Cibis cæleſtibus reficitur, vt innueretur, haud materialem terrenam increſcere vitam, ſed ſpiritualem cæleſtem accipere incrementum. 10. Decedunt è vita parentes Mariæ, non abſente puella. Votum virginitatis renouat, aut emittit.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De miranda Puellæ in Templo ſanctitate.

1. *Tria præcepta obſeruata à Virgine.* REDDITA *Virgo vtriuſque vitæ exercitamentis totius ſanctitatis domicilium.* Sanctiſſimæ Puellæ Deo ſacratæ mens mirum in modum ſapientiæ, & virtutum vniuerſarum ornamentis vnà cum ætate augebatur. Inerat ei quidam innatus virtutis amor, qui quotidiana diuini amoris acceſſione in dies creſcebat; quo fiebat vt iam tum inciperet, & corpus exercere, & animum excolere. D. Bonauentura audiendus tom. 2. opuſc. de medit. vitæ Chriſti c. 3. *Bonauent.* *Cùm pater meus* (Mariam loquentem inducit) *& mater mea me dimiſerunt in Templo, ſtatui in corde meo habere Deum in Patrem, & deuotè ac frequenter cogitabam, quid poſſem facere Deo gratum, vt dignaretur mihi dare gratiam ſuam, & feci me doceri legem Dei mei. Ex omnibus tamen præceptis diuinæ legis tria præcipuè ſeruaui in corde meo, videlicet;* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Habebis odio inimicum tuum. *Iſta ſeruaui, & ſtatim omnes virtutes comprehendi. Ab amore Dei & proximi deſcendit omnis gratiæ plenitudo, neque perſeuerat in anima, niſi ſuos inimicos, id eſt, vitia, & peccata habuerit odio.*

2. *Puellæ Mariæ mirabiles virtutes.* *Ambroſ.* Copioſiſſimè de Virginis io Templo commorantis virtutibus Patres ſcribunt. Dux Ambroſius lib. 2. de Virg. *Virgo erat non ſolum corpore, ſed etiam mente, corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, intenta operi, verecunda ſermone. Quid exequar ciborum parſimoniam, officiorum redundantiam, alterum ſupra naturam fuiſſe, alterum penè ipſi naturæ defuiſſe? Illic nulla intermiſſa tempora, hîc congeminatos ieiunij dies; & ſiquando reficiendi ſucceſſiſſet voluntas, cibus plerumque obuius, qui mortem arceret, non delicias miniſtraret. Dormire non priùs cupiditas, quàm neceſſitas fuit: & tamen cùm quieſceret corpus, vigilaret animus.* Sequutus Damaſcenus lib. 4. fidei cap. 15. *Damaſc.* *Deinde in domo Domini plantata, & impinguata ſpiritu, veluti oliua fructifera, omnis virtutis habitaculum facta eſt. Ab omni ſeculari vita, & carnali concupiſcentia procul mentem ſequeſtrans: & ſic virginem animam cum corpore conſeruans, vt decebat eam, quæ in ſinu Deum ſuſceptura eſſet.* Conſonat Georgius orat. de Oblat. Mar. *Georgius.* *Erant quidem mores ei incomparabiles, & erat eius vitæ agendæ ratio compoſita virtutibus, &c. O ſigna inſignia! ô augmentum corporis accipiens ſummum gratiæ incrementum! ô puram illam, & clariſſimam animam, quæ in florenti corpore oſtendis dotes, quæ naturam ſuperant!* Non diſcrepat Chryſoſtomus hom. in Domini hypopt. *Chryſoſt.* *Beata Maria vltrà omnem humanæ naturæ modum modeſtiam, ac temperantiam excoluit.* Legendi Hieronym. hiſt. de ortu Mar. Sophron. ſerm. de Aſſump. Creten. orat. de Annunc. & Baſil. de human. Chriſ. gener. vltra humanitatis terminos mirabilem Mariæ puerulæ ſanctitatem producentes. An victa Maria à fortiſſima quaque? Caniſius l. 1. cap. 13. *Caniſ.* *Vincat interim noſtram Virginem in Templo commorantem fortis illa Iudith, cruenta victoria de obtruncato Holopherne laude, ac gloria. Vincat illam Anna religioſiſſima Phanuelis filia*

filia ieiuniorum asperitate. Vincat Zachariæ filius perpetua victus, ac vestitus austeritate. Ceterùm charitate nullus mortalium illam aut vicit, aut æquauit: in qua charitate, & non in vita rigore sanctitas, & meritum hominis præcipuè consistit.

---

§. II.

Contemplationis, & Actionis exercitamenta Puella complectitur.

3. VErùm Contemplationis, & Actionis studio mirificè vacauit Maria, Bonauentura citato profante. *Beatissima Virgo quando in Templo morabatur, vitam suam valde ordinatam ducebat, hâncque sibi regulam statuerat, vt à mane vsque ad horam tertiam orationibus insisteret. A tertia vsque ad nonam operi manuum intendebat. A nona verò adhuc orationem suam iterum incipiebat, à qua non recedebat, quousque illi Angelus appareret, de cuius manu escam accipere solebat. Sine intermissione benedicebat Deum, & si quis eam salutabat, illa pro salutatione sua, Deo gratias, respondebat. Denique primùm ex ipsa exiit, vt dum salutantur homines sancti, Deo gratias, dicant.*

Exercitamenta Puellæ Mariæ. Bonauent.

4. Age, speciatim exercitamenta vtraque expendamus. De Contemplatione quidem hæc subiungo ex Bonauentura ore Mariano fante. *Surgebam in noctis medio, & pergebam ante altare Tēpli, & maximo desiderio petebam ab omnipotenti Deo humilitatem, patientiam, benignitatem, mansuetudinem, & omnes virtutes, per quas efficerer gratiosa antè conspectum suum. Petebam etiam, vt faceret me videre tempus, in quo esset nata illa gloriosissima Virgo, quæ debebat Filium Dei parere; & vt conseruaret oculos meos, vt possem eam videre; manus, vt possem ei seruire; pedes, vt possem ire ad seruitium suum; genua, vt possem adorare Dei Filium in gremio suo.*

Cōtemplatio, orationísque materia. Bonauent.

5. Contemplationi addicta frequenti Angelorum fruebatur alloquio. Ambrosius lib. 2. de Virg. *Tam sibi minus sola, cùm sola esset; nam quonam modo sola, cui tot Angeli?* Hieronym. de Ortu Mar. *Quotidie ab Angelis frequentabatur; quotidie diuina visione fruebatur, quæ eam à malis omnibus custodiebat, & bonis omnibus faciebat redundare.* Et Georgius de Oblat. *Procedente ætate, crescebant in ea dona spiritus, & versabatur cum Angelis, nec erat diuinarum expers apparitionum.*

Angelorum visitatio. Ambros. Hieronym. Georg.

6. Præcipuè Gabriëlem in Virginis custodiam deputatum ei sub humana specie sæpè apparuisse credo, nixus Georgio fante. *Cùm ea, vt solebat, versaretur in adytis, vidit Zacharias quendam sermocinantem, qui erat inusitata specie; erat autem qui apparebat Angelus Gabriel. Quamobrem mente à se discedebat, & hæc apud se cogitabat: Quid est hoc, quod videtur? Angelorum hùc aduentus solent esse ad solos sacerdotes, vt vel hortentur, vel dehortentur ab iis, quæ sunt agenda. Neque verò sæpè apparent. Ad mulierem autem omnino insolitus est eius, qui nunc cernitur, aduentus idque cùm ea sit tenera ætate. Quis vidit, quis audiuit talem ascensum corporis, quod in sanctis habitat, & stipatur ab Angelis? Vides Paterno consilio spiritus in ea adumbrationem, & de ministerio Angelorum dubitas?*

Gabrielis apparitio. Georg.

Deinde in illo feruentissimo contempla- 7.
tionis interstitio, mysteria Virgini arcana referantur. Quod præter Georgium asserit Cedrenus in Comp. *Anno*, inquit, *ætatis suæ duodecimo, media nocte, dum precaretur, diuinitus editam ad se vocem audiuit: Paries Filium meum.*

Incarnationis reuelatio. Cedren.

Num contemplanti Puellæ diuina fuerit 8.
facies reuelata? Vt affirmem, ansam Rupertus exhibet, expediens illud Canticorum 4. *Oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet. Oculi*, inquit, *tui columbarum: & hæc vera pulchritudo est, absque eo quod intrinsecus latet, quod solus in te Deus videt, nobis autem quia inexpertum, idcirco ineffabile, imò incogitabile est. Si enim quispiam dixit, & teste Deo vel conscio, non mentiens dixit, raptum se fuisse in Paradisum, siue vsque ad tertium cælum, & audiuisse arcana verba, quæ non licet homini loqui; quanto magis tu Reginæ cælorum persæpè cælestibus interfuisti; & inter hæc didicisti, vel assecuta es aliquid, quod latet, & latere nos debet?* Innuisse sufficiat, lib. 3. sermone fusiùs redituro.

Vidit Diuinam Essentiam. Rupert.

Porrò vt faciliùs contemplationis exercita- 9.
mentis posset vacare Puella, haud sibi vnquam Martha parandis cibis operam impendit ab Angelo nutrita: vti affirmat Cedrenus in Compen. *Maria in Templo permanebat, atque ab Angelo nutriebatur.* Fauet Andreas Cret. Encom. 1. de dorm. Deip. fatus. *In adytis, tanquam in aureis vecta thalamis, immortalem, non autem communem cibum sumebat.* Et Germanus vbi sup. *Mansit autem de cætero in sanctis Sanctorum, Ambrosiam, nutrimentum, per Angelum accipiens vsque ad secundam ætatem.*

Ab Angelo nutritur cælesti alimonia. Cedren. Creten. German.

Non me fugit ex Templi reditibus Ma- 10.
riam ali potuisse; quod asseruit Epiphanius dum inquit. *Alebatur ex Templo, donec propter ætatem non deceret illam inter sacerdotes versari.*

Aliunde potuit cibos accipere.

Cedrenus autem probabile existimat ab Elisabetha necessaria victui accepisse. Alij à parentibus probabilius. At quod Dei parenti dignius visum fuerit, hoc coner ratum statuere.

Quid autem de Actionis exercitiis atte- 11.
xam? Affirmo Mariam apud sacrum Domicilium lanam, linum, sericum, byssúmque apparauisse, reliquáque consuisse, quæ sacerdotibus, altarique erant necessaria. *Erat* (inquit Epiphanius Presbyter, in vita Mariæ) *decens, & amans doctrinam, & non solùm in sacris literis, sed etiam in lana, & lino, serico, & bysso laborabat. Erat præterea in sapientia, & intelligentia super omnes adolescentulas cunctis admirationi, quæ & verè consuerit ea, quorum vsus in Templo erat sacerdotibus.* Pende illud: *Erat in sapientia super omnes, quæ & verè consueris.* Nec enim consuendi munus fœminæ illustris sapientiam imminuit, aut obscurat intelligentiam. Concinit Anselmus in vita Virg. *Erat amans doctrinam & non solùm in sacris literis, sed circa sacram Scripturam perseuerabat, opus verò manuum eius erat lana, lini, & serici.* Perseueret fœmina circa Scripturæ piæ cognitionem, opus verò manuum non ideo

Maria edocet fœminas vacare quidem sapientiæ exercitiis, sed simul operibus manuum curam impendere. Epiphan. Ansel.

Euthym.

ideo prætermittat. Ex traditione quidem Patrum edoctus Euthym. *c.67.in 27. Matth.* affirmat tunicam Christi incõsutilem à superioribus partibus contextam opus fuisse Deiparę: immo secundùm aliquem in Templo commorantis.

12. *Literas didicit Hebræas.* Cedren. Ansel.

Vt autem operi semper intenta, nullum tẽpus relinqueretur vacationi, literas Hebraicas didicit. Cedrenus in comp. *Literas Hebraicas, superstite etiam Ioachimo, didicit.* Anselm. *Maria didicit Hebraicas literas, adhuc eius Patre Ioachim viuente.* Id est, adhuc apud Templum commorante Puella. Epiphaniu, *Maria* (ait) *cùm Pater adhuc viueret, Hebraicas literas didicit.*

Epiph.

13. *Calluit Scripturas.* Bernard.

Qua quidem literarũ Hebraicarum cognitione, perfectissimè sensum calluit Scripturarum. Bernardus innuit hom. super *Missus. Vbi legerat beata Virgo, Sapientia carnis mors est: & Curam carnis ne perfeceris in desiderio? Vbi legerat de virginibus, quia cantant canticum nouum, quod nemo alius cantare potest, & sequuntur Agnum, quocumque ierit?* Innuit & Cretensis orat. de Annun. *Consentaneum est eam vtpotè nobilem, & Dauidis filiam, diuinarum Scripturarum non fuisse ignaram.* Augustinus autem affirmat, dum ait serm. 9. de Temp. *Reuolue Maria, propheticam lectionem: neque enim te scientia diuinorum potest praterire librorum, qua ipsam plenitudinem paritura es Prophetarum. Recole in libro Isaia Propheta Virginem, quam legisti; & gaude, quia tu esse meruisti.* Legendus Orig. hom. 6. in Luc & Ambr. lib. 2 de Virg. & lib. 2. in Luc. cap. de assensu Mariæ.

Creten.

August.

---

§. III.

De Voto Virginitatis à Maria orbata Parentibus emisso, aut renouato.

14. *Orbata parẽtibus Maria.*

CVm beata Puella huiusce vitæ rationem secuta apud Templum noué annos peregisset, vndecim, ex quo nata erat, peractis; Parentes ferè octogenarios amisit. Orbatam eis fuisse cum degeret in Templo Presbyter Epiphan. affirmat. *Dum in Templo esset, ait, orbata parentibus est.* De tempore autem obitus senum sanctissimorum sic Cedrenus. *Ioachimus octogenarius decessit. Anna annos nata octoginta, vitam finiit. Ab his in Templum deducta Dei genitrix anno ætatis suæ tertio, vndecim annos nata parentes amisit.* Num Puella ad fuerit morituris, vt eorum corpora Martha solicita subleuaret, confirmaret animos, dubiũ planè. Opinor spiritu non ignaram obitus instantis Mariam laborantibus extremè interfuisse, vnde mirum in modum beati Senes confortarentur. Castro sic.

Epiph.

Cedren.

Adfuit parentum obitui.

15. *Emittit Virginitatis votum.*

Votum Virginitatis renouat, aut emittit.] Tam Sanctorum Parentum vnigenita Filia libera iam, quod sæpè facere definierat: aut quod in ipso conceptionis instanti fecerat, omnium prima voto emisso, aut renouato, Deo liberè consecrat. Igitur in primis ostendam Deiparã votum Virginitatis emisisse. Sic Hieron. de ortu Mar. *Tunc Pontifex publicè denunciabat, vt virgines, quæ in Templo constituebantur, & hoc ætatis tempus implessent, domum reuerterentur. Sola Virgo Maria se hoc facere non posse respondit,*

Hieronym.

dicens seipsam virginitatem vouisse. Ioannes Ierosol. lib. de Inst. c. 35. *Vnde cùm cœtus professorum huius religionis audissent in Ierusalem iuuẽculam vouisse virginalem continentiam, confestim perpẽdit, quòd aduentus Filij Dei propè, & in ianuis erat.* Et Arnoldus Abbas tract. de Laud. Mar. *Credo secum pertractans, quomodo sine legis munere in proposito castitatis, quia hanc elegerat, hanc Deo vouerat. Nullum de virginibus datum erat preceptum, sed nec erat Apostolus, qui daret consilium. Acceperat autem hoc ipsum à Deo per Spiritum sanctum familiare mandatum.* Legatur Niceph. lib. 1. Hist. cap. 6.

Ioan. Ierosol.

Arnol.

Profectò non solùm corporis, sed & animi vouit puritatem. Bernardus serm. de Natal. Mar. *Verè sancta corpore, & spiritu, & integritatem carnis habens, & propositum virginitatis.* Et Anselmus de excel. Virg. cap. 4. *Virgo tenera, & delicata, regali stirpe progenita, totum studium suum ad hoc intendit, vt corpus & animam suam Deo virginitate perpetua consecraret.* 16.

Mentis & corporis vouit puritatem. Bernard. Ansel.

Verba autem Mariæ vouentis hæc à Patribus adnotantur: *Domine, offero tibi meam virginitatem.* Accepi ex Abdia lib. 4. Hist. Apost. *Hæc prima inter fœminas hoc constituit in corde suo, vt diceret: Domine, offero tibi virginitatem meam; cùm à nullo homine hoc neque verbo didicisset, nec exemplo, ad imitationem videlicet inusitata constituisset, vt Virgo pro amore Dei specialiter permaneret.* 17.

Verba vouẽtis Mariæ.

---

§. IV.

Quonam tempore Virginitatem vouerit?

APrimo vsu rationis, propositum absolutum & firmum seruandi perpetuam virginitatem Mariam habuisse teor. Sic D. Th. 3. p. q. 28. a. 4. quem sequuntur Magister in 4. dist. 30. Bonau. ibi a. 1. q. 2. Scot. q. 2 a. 2. Abul. Mat. 1. q. 20. Albert. Mag. lib. de B. Mar. Quia Virgini tribuendus perfectissimus castitatis, & virginitatis gradus, vt Matrem Dei decebat; ad hanc autem perfectionem perpetuum seruandi virginitatem tam antelucanum pertinet. 18.

A rationis vsu accensa puritatis affectu. Thomas. Bonau. Scot. Abulen. Albert.

Assero deinde ante Christi conceptionem votum huiusmodi emisisse. D. Thomas citat. *Absolutè Dei genitrix virginitatem vouit, ante quam ab Angelo nunciaretur.* Obiicit Virgo Gabrieli, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Luc. 1. Ergo Deipara iam voto erat adstricta. D. Bernardus hom. 4. *Cùm sciat Dominus meus testis conscientia mea votum esse ancilla sua non cognoscere virum, qua Lege, que ordine placebit ei, vt fiat istud?* Metaph. de vita & Dorm. Deip. *Est mihi prohibita,* inquit, *cum viro consuetudo, quomodo erit mihi hoc, quoniam virum non cognosco?* Consentiunt Nyssen. orat. de Christ. Nat. August. lib de sanct. Virginit. cap. 4. Thaumat. hom. de Annunc. fatus. *Numquid maneo adhuc Virgo? numquid proditur dignitas virginitatis? Certè vbi proditio est, ibi fidelitas desideratur: & vbi fidelitas desideratur, ibi fides debetur. Debebat ergo Maria fidelitatem seruare, cui fidem debebat; & si non obseruaret, prodidisse fidem videretur.* 19.

Ante incarnationem vouit. Thom. Luc. 1. Bernard. Metaph. Nyssen. Thaumat.

20. *Probabile, in primo conceptionis instanti vouisse.* Affirmo igitur probabile Mariam in ipso conceptionis suæ instanti virginitatē Deo voto consecrasse, vt superiùs innui. Graues Doctores sententia hæc patronos sortitur, quos refert, & approbat Iacobus Episc. Chrysopol. ad

Valent. illud: *Fecit mihi magna.* Virgo enim in conceptione gratia abūdās, Dei largitoris maiestatē, pulchritudinémque contemplata ardētissimo amoris igne conflagrās, eum sibi vnicū elegit spōsum, perpetuæque virginitatis votum nuncupauit, iuxta illud: *Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinētur vmbra.* Cant. 2. Hoc est, soli Deo spōsa exurgam, qui virginitate delectatur, vsque ad

Suar. vmbras mortis. Legendus Suarius tom. 2. in 3.

Barrad. p. q. 28. a. 4. d. 6. s. 1. & Barrad. 2. tom. l. 6. cap. 3.

21. *Apud Templum vouisse, probabilius.* Attamen probabilius existimo apud Templum commorantem puellam vouisse puritatem. Hanc sententiam ex August. l. de sanct.

August. virginit. c. 4. Ruperto hom. de nat. Hieron. hist.

Rupert. de ortu Mar. & aliis accipiunt, & sequuntur

Beda. Beda Luc. 1. Ansel. de excel. Virg. c. 4. Rupert.

Ansel. l. 3. in Cant. Ita sentientibus cōmuniter Theo-

Richard. logis in 4. Dist. 30. Richard. Bonauent. Alberto

& alij. Mag. Hug. de sancto Vict. quos sequitur Suarius tom. 2. in 3. p. vbi sup.

---

§. V.

Omnium prima vouit Maria.

22. *Primam vouisse ostendo ex Patribus.* AN prima Maria virginitatis votum emiserit? Respondet affirmatiuè D. Bartho-

Barthol. lomæus Apost. apud Abdiam l. 8. Hist. Apost. *Hæc Virgo cum execraretur omnem virum, & ipsi sit seruanda virginitatis votum prima Deo omnipotenti vouit. Primā autem ideo dixi, quia ex quo homo factus est ab initio sæculi, nulla hoc votum Deo*

Honor. *obtulit.* Sequutus Apostolicā sententiā Honor. l. de æter. gaud. fatur. *Hæc prima inter mulieres vouit Deo virginitatem; & ideo sola inter mulieres meruit Virgo summa prolis fœcūditatem.* Quasi esset ad Maternitatem Dei dispositio primā

Ioan. Ierosol. Deo votū virginitatis emisisse. Legendus Ioānes Ierosol. l. de Instit. Monas. c. 34. *Sicut Elias primus inter homines studuit virginitatem perpetuam sponte inchoare,* (sponte quidem, non voto emisso) *ita B. Virgo Dei genitrix elegit prima fœminarum propter Deum in virginitate perpetua*

Beda. (voto vtique expresso) *viuere.* Denique Beda in c. 3. Lucæ. *Propositum suæ mentis reuerenter exposuit, videlicet virginalem se vitam ducere decreuisse; quæ quia prima fœminarum tanta se virtuti mancipare curauit, iure singulari præ cæteris fœminis beatitate meruit excellere.* Et hom. de Annunc. *Verè*, inquit, *gratia plena, cui diuino munere collatum est, vt prima gloriosum Deo mu-*

Strab. *nus afferret.* Eadem clausula apud Strab. ex Gregorio transcribitur.

23. *Roboratur ex instituto Legis veteris.* Quæquidem sententia magis à me roboratur ex veteris Legis instituto, vbi is felix & Deo charus, qui liberorum copia stiparetur.

Deut. 17. *Non erit apud te sterilis vtriusque sexus.* Deut. 17. quod non est præceptum quoddam. Sed liberorum planè promissio. *Vxor tua* (ait Vates) *sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.*

Psal. 127. Psalm. 127. Annon filiæ Iephte lacrymæ profluentes, quòd in virginitate mori cogeretur fœcunditatis inuident gloriæ? Iudicū 11. Iud. 11.

Sed tamen quid de Elia, qui (teste Ambr. 24.

l. 1. de Virg.) coluit virginitatem? Quid de Ie- *Argumenta pro contraria sententia.*

remia, Eliseo, & Sibyllis virginibus, asserente Damasc.

Hieron. l. 1. adu. Iouin. Quid de Iosuë, & Melchisedech, quos inter virgines Ignatius epist. ad Philip. adnumerat? Quid de Daniele virgine ex Damasc. l. 4. Fid. cap. 25. Quid de Pueris per virginitatem adeptis, vt eorum corpora ignis non subderentur potestati? Quid de collegio, in Iudæa, Essenorum vitam in castitate traducentium? Quid denique de puellis, quas in veteri Lege virginitatem seruasse do-

cet Nazian. Carm. de Virg. Affirmante Soto in Soto.

4. d. 3. q. 1. a. 1. Virginem Deiparam in sua gente virginitatis colendæ exemplum habuisse?

Respondeo nullum ex præfatis ante Dei- 25.

param voto suam virginitatem Deo dicauisse. *Sola Maria, voto emisso, virginitatem coluit, reliqui priores haud voto obligati.* In veteri lege aliquot viri, & fœminæ nonnullæ virginitatem coluere, fateor. Attamen Dei genitrix prima fuit, quæ admirandæ nouæ legis virginitatis voto emisso, vexillum erexit; vt reliquarum virginum exemplar illustrissimū, mater princeps, ac dux appellaretur. Vn-

de D. Hieron. epist. 74. ad Pāmach. *Igitur* (ait) Hieronym.

Christus & Virgo Maria vtriusque sexus virginitatis dedicauere principia. Plura in Panegyrico.

Denique assero immensum gloriæ pondus 26.

Immensum gloriæ pōdus Deiparæ, quia prima vouit virginitatē, Virgini in cælo respōdere, quia prima sese virginitatis voto adstrinxit reliquarum signifera virginum. *Maria* (inquit Dominus) *optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Luc. 10.

Luc. 10. Quæ quidē sentētia Virginis Assumptionem celebrans ad ipsius æternū præmium videtur spectare. Optimam igitur partem elegit, præmio perillustri donata est Maria: quia virginitatem prima, voto emisso, coluit. Sic D. Ilde- Ildeph.

phonsus ser. 5. de Assump. *Maria optimam partem elegit, quia prima omnium fœminarum Deo virginitatem obtulit.*

---

§. VI.

De Mariæ vnigenitæ Parentum hæreditate.

Decedunt è vita Parentes Mariæ.

VIta functis Ioachimo, & Anna, in omnem 27.

Virgo vnigenita successit hæreditatē. Eu- *Heres Maria.*

seb. Emis. hom. in Nat. Mar. *Vnde manifestum beatissimam Virginem Mariā, quæ nobilissima heres Parentibus suis in hæreditatem successerat; siquidē nec fratres habuit, nec habuisse legitur, &c.*

In cuius vberiorem expositionē breuiter ex- 28.

Non fuisse vnigenitam Annæ aliqui affirmarunt. pendo num Maria fuerit vnigenita? Nam vulgo fertur opinio nullum ex veteribus habens auctorem, & ideo omni carens auctoritate, Annam tribus viris matrimonio addictam, & ex singulis singulas Marias genuisse; ex Ioachimo Deiparam. Ex Cleopha Mariam Cleophæ, quæ ex Alpheo quatuor peperit filios Iacobum, Ioseph Simonem, ac Iudā fratres Domini nuncupatos. Ex Salome autem, Mariam Salome, quæ Zebedęo duos filios, Iacobū maiorē, & Ioannē enixa est. Nititur illa Ioan. 19. Ioan. 19.

Stabant

Hieron.

Stabant iuxta Crucem Iesu Mater eius, & soror Matris eius Maria Cleophæ. quæ eadem est mater Iacobi minoris, vt Hieronymus asserit l.cont.Eluid. & in c.12.Mat.faius. *Vos fratres Domini,no[n] filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris, Mariæ liberos, intelligimus materteræ Domini, quæ esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudæ.* Consentiunt Isidor. l. de vita & mor.sanct. Patrum, Beda Act.2.& Anselm.1. Cor. 9. ac Gal. 2.

Isidor. Beda. Ansel.

29. *Hæc sententia reiicitur.*

Reiicienda hæc sententia, vti planè repugnans veritati. Primò, quia filia illa Maria Salome appellata, gratis fingitur à viro nomen duxisse: quia nullus est, qui virũ aliquem Salome vocarit quod quidem tantom est fœminæ, vt ex Iosepho l.3 Anti.c.19. Egesippo l. de excid Ierosol.& Portuensi apud Niceph.l. 2.c.3.colligere licet. Quis autẽ vir nisi per dedecus proprio nomine Maria vocatur? Præterea, quia si hæc fuisset Mariæ Deiparæ soror, iure Iacobus & Ioãnes dici possẽt fratres Domini, sicut Mariæ Cleophæ filij: & tamen neque In Euangelio cùm Mat.13.Mar.6.Christi fratres adnumerantur, nulla horum fit mentio: nec antiquorum vllus eos huiusmodi nomine insigniuit. Addo Ioannẽ Euangelistã, qui obiit annos natus 106.(iuxta Hippol.apud Cedren.) quatuor annis antè Christũ natum fuisse. Cũ autem Virgo Iesum conceperit quatuordecim annos agens, sequeretur Mariam Salome tertiã Annæ filiam, quæ quatuor annos ante genuit Ioannem, septem vix annis genuisse, quod repugnare rationi quis non videat? Idem argumentum de Maria Cleophæ conficio, secunda Annæ conficta filia. Quia Simon huius filius, vnus ex fratribus Domini decimo Traiani anno (qui erat Christi 1[1]0.) martyrio est decoratus (auctore Eusebio in Chron.) annos natus 120.iuxta eundem l.3.Hist.c.10. Ergo decem annos antè Christum est natus. Cũ ergo Virgo genuerit Christom annos nata quatuordecim, & Maria Cleophæ fuerit post illam exorta; sequitur Simonem quatuor, aut quinque annorum genuisse. Non igitur fuit soror Virginis vterina.

Ioseph. Portuensi.

Hippol.

Euseb.

Quid respondendum Ioannis testimonio? *Et soror Matris eius.* Theophylactus sic. *Quomodo soror Matris eius diceretur Maria Cleopha, cum nõ habuerit aliam puerum? Clopas frater fuit Ioseph, & cum absque liberis fuisset mortuus Clopas, Ioseph eius vxorem duxit, & filios illa fratri peperit, quorum vna & nunc commemoratur Maria, quæ soror dicitur Deiparæ, hoc est, cognata. Solet enim Scriptura cognatos dicere fratres, sicut Isaac de Rebecca dicebat, soror mea est, quamuis vxor esset. Ita & hoc loco soror Deiparæ dicitur, quæ Clopæ vxor habita est, propter cognationem.* Deme Iosephum fratrem Clopæ viduæ vxori nupsisse, vt fratris semen suscitaret, quod improbo, Iosephum virginitatis cultorem veneratus, de quo lib. 2. & sit appellata soror Mariæ Maria Cleophæ, quia cognata Deiparæ, scilicet vxor Clopæ fratris Ioseph. Vnde sequor Euthymiũ sanctem. *Vnigenita erat Dei Mater. Verum Ioseph & Clopas fratres erant, mors autẽ erat apud Hebræos fratrum quoque vxores appellare sorores propter virorum fraternitatem.* (qui mos & apud Hispanos viget.) *Itaque eam, quæ pariter cum ea vxor erat, sororem nominauit. Sed Ioseph quidem & Clopas viri earum natura* fratres erant, ipsæ autem eorum vxores affinitate sorores. Quo in sensu (qui valde arridet) Hieronymus cũ reliquis exponendus. De hæreditate quidem Mariæ vnigenitæ oõ vulgari, fusiùs egi superiùs. Recole diuitiarum catalogum, & pauperum plenas manus contemplare. 30.

Respondeo Ioannis testimonio.

Theoph.

Euthy.

IN MARIAM INNVPTAM

PANEGYRICVS SEXTVS MORALIS

Circa literam.

Ex ipsius Educatione.

OBSERVATIO I.

Vitæ Contemplatiuæ & Actiuæ exercitamenta à Puella Maria expressa confirmo, & illustro.

Vbi moneo operibus externis addictos debere contemplationi copulare ministeria, dum Dei obsequio referunt.

31. VNETAS Virginis actiones in Templo, viam Contemplationis & Actionis secutas vidimus ex Patribus. lib.12 cùm de Assumptione sermo instituatur, sermo vberiùs, specialiùsque redibit: in præsenti velociori calamo percurram.

Ant. ae Escobar & Mend. Tom. III.

CAPVT I.

Vtraque exercitamenta complector.

D. Ildephõsũ præmittã ser.5. de Assump. profantem. *Domina nostra vtrámque vitam ad plenum exercuit, actiuam laudabilem, quam opere Martha excoluit, & contemplatiuam optimam, quam Maria audiendo, & eligẽndo obtinuit.* 32.

Ildeph.

Salomonis Thronus Deiparæ Contemplationem, Actionémque præsignauit. Duo enim exornantes manus hinc, indéque sedile tenentes, quid aliud innuebant, nisi Thronum Marianum, quem contemplationis & actionis manus exornant? *Et duæ manus hinc atque inde tenentes sedile.* 3.Reg. 10. Ad quæ Petrus Dam ser.1 de Nat.Mar. *Porrò duæ manus, quæ tenebant hinc & inde sedile actiuam, & cõtempla-* 33.

Marianus Thronus Contemplationis & actionis manibus exornatur.

3.Reg. 10. Damian.

tinam vitam significant, qua Matrem Virginem propensiori diligentia ambiuerunt, adeò vt nec actio contemplationem minueret, & contemplatio non desereret actionem. Laudabilia Marthæ exercitamenta: sed augustiora Mariæ, quæ quidem optimam partem sibi eligens, Marthæ opera non exequebatur. Quàm mirabiliter Maria Deipara actioni vacat, quæ contemplationem non minuit, contemplationi operam impendit, quæ non deserat actionem!

34\. *Gemino brachio vtriusque perfectionis Maria illigatur sponsa, adeò vt ipsa actio contemplatio fiet.* Cant. 2. Damian. Clamat sponsa Maria. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Cant. 2. Dextera, quâ cupit Sponsa præcipuè fulciri, contemplati fit, actionem læua referat. Quod si Thronus Marianus vtraque exornatur manu, Maria sponso, brachio illigetur vtroque. Damianus citat. *Consecrata, ait, quia ipsa est, quæ in contemplatione dignitatis supereminentia dulcedinem, in ipsius Dei substantiam luciatores infixit obtutus*, non abstracta ab actione. *Læua eius*, inquit, *sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Alanus. Vberius Alanus, *Virgo ea, quæ videbat, omni conatu, & vniuersis cogitationibus appetiuit, quæ tanto desiderio cælestia sectabatur, vt omnia visibilia pro nihilo reputaret, mentem suam cælestibus desideriis occupans. Ergo læuam sub capite habebat, quia mente erecta ad beatitudinē, vitam præsentem sub se portabat. Et dextera Christi eam amplexabatur, quia ex omni parte cælestis eam dilectio tenebatur, & quia Virgo in contemplatione erat.* Illud pondero: *Mente erecta ad beatitudinem, vitam præsentem, id est actionem, ad cælum portabat.* Non distrahebatur veluti Martha circa plurima disturbata, sed illa ipsa actionis exercitamenta capiti, siue menti sic adhærere curauit, vt actio contemplationi adderet materiam: contẽplatióque volucris, actioni terrenæ ioderet alas, ad superos instar contemplationis volaturæ.

35\. *Lilium Mariæ filiis inclinata, & ad superos tendens.* Cant. 2. Sponsus autem, *Sicut lilium*, inquit, *inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cant. 2. Quando Maria inter filias reficiendas, nutriendas, Martha sollicita commoratur, sic contemplationis fertur alis ab sublimia, vt lilium imitetur, cuius collum submittitur, vt spinas respiciat, eas odore boni operis compleat: ac simul calamo recto ad cælũ properat. Sic Maria filias fouet operibus pietatis exhibitis, vt simul ad superas intentione mentis eleuetur. Petrus Dam. ser. 3, de Nat. Mar. Damian. *Fragrabat lilium Maria odore boni operis, & tendebat ad sublimia intentione continua cordis.* Continuum quidem, quia ipsa operatio actionis contemplationis erat effectus.

36\. *Maria contemplationis & actionis alis fertur ad superos, penetrata ipsa actione in contemplationis morem.* Apoc. 12. Richard. Mulieri mirabili *datæ sunt alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum, in locum suum.* Apoc. 12. Vbi Richardus Lauren. lib. 6. *Maria est illa mulier, cui datæ sunt duæ alæ aquilæ, vt fugiat in desertum.* Annon duæ alæ actionem & contẽplationem exprimunt, alibi ab spiritu myrrhæ ac thuris nomine expositam? Ad desertum Templi, vbi sola in adytis Maria Puella, aquilæ pennis eleuata, in deserto ad cælum myrrhæ ac thuris pennis adducitur: imò ipsa tota est myrrha & thus, contemplatio scilicet & actio. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris?* Cant. 3. Virguncula virgula effecta myrrhę & thuris ad superos ascendit. Cant. 3. Nyss. Nyssen. *Myrrha corporum ad sepulturam accommodata est*, (quod vnum ex præcipuis actionis operibus) *thus certam quandam ob rationem diuini muneris cultui est consecratum*, exprimens contemplationis ascensum. Ergo Maria ascendit recta (cum Guillelmo loquor) Guill. *per actionem, fragrans per bonam existimationis fragrantiã, sursum erecta per mentis sinceram intentionem. Quid prodest rectitudo actionis, si tibi facias ò homo, non Deo?* Illa etenim actio admodum cõmendabilis, quæ adeò contemplationis hæret instituto, vt sicut auis pẽna vnà haud fertur ad superna, Maria simul vtraque penna eleuetur ad superos, dum actio ipsa non in terra gradiatur, sed in modum contemplationis simul ascendat. Quonam modo? si externa opera non tibi facias, sed Deo intentione ad cælũ properante. Eusebius Emis. ser. de Assump. Euseb. *Prius cæteris vtroque vitæ priuilegia custodiuit.* *Maria inter omnes creaturas vtriusque vitæ, actiuæ videlicet, & contemplatiuæ plus cæteris omnibus priuilegia custodiuit.* Plus planè, quia si Maria contemplationis illustris alumna, mysteriis cælestibus addicitur, querula actionis opera conclamant in Marthis *Virgini me solam ministrare.* Si Martha actionis opera exequitur, Dominus deprehendit totũ in Maria affectum contemplationis. *Maria optimam partem elegit.* At Deipara actionibus vacat, quæ contemplationis continent perfectionem; contemplationi addicitur, quæ proximorum laborantium protectio est. Hoc priuilegium actionis est, vt non distrahatur visibilibus: hoc contemplationis priuilegium, vt ad inferiora descendat inopes curatura. Huiusmodi Maria actiuæ ac contemplatiuæ *priuilegia custodiuit.*

Capvt II.

Sigillatim vtramque viam percurro.

37\. *Marianum Tabernaculũ duplex stipatum Cherubino.* Psal. 79. Richardus Laur. asserit. Tabernaculum Deiparam, in cuius intima & sanctissima portione duo aderant Cherubini, Deo sedile præparantes, *Qui sedes super Cherubim.* Psalm. 79. Annon Cherub alis vehebatur, vituli & caput & pedes ostentans? Alæ tibi sint contemplationis typus: species autem vitulina, actionis imago. Templo addicitur Maria, vt Tabernaculum Deo actionis & contemplationis exercitamentis præparatet.

38\. *Contemplatio Virginis nulla externa actione, aut somno disturbata.* Damasc. Velocissimæ expandantur alæ, contemplationem Mariæ speciatim confirmemus. Damascenus orat. 1. de Nat. Mar. *Virginis animus humilis erat in sublimibus contemplationibus.* Ac si diceret, Virginis humilitas eò augustior apparet, quod cùm semper ad superiora pennis contemplationis deferretur, nunquam vanitatis vento agitabatur. An distractio vlla, aut exterior occupatio vultum disturbauit? Dionysius Carth. lib. 2. de laud. Virg. Bernardin. *Nulla vnquam inordinata affectio, distractio, fragilitas mentem Virginis a contemplationis lumine reuocauit, nec occupatio vlla exterior.* An somnus impediuit? Bernard. to. 1. ser. 61. a. 3. c. 3. Carthu. *Magis in contemplatione Dei excessit dormiendo, quam aliquis alius vigilando.* Addit etiam in vtero matris perfectiùs Mariam Deum fuisse contemplatã, *quam in perfecta ætate vnquã aliquis contẽplatus fuerit.* Quid de somno infantis in ipso matris vtero commorantis? Num mentem corripuit?

Bernardinus

Bernard.

Bernardinus serm. 51. art. 1. cap.2.respondet. *Licet in vtero matris dormires, attamen, omnus, qui abyssat, & sepelit in nobis rationis, & liberi arbitrij actus, & per consequens actum merendi, non credo quòd talia in Virgine fuerit operatus. Sed anima eius liberè ac meritoriè, actutum tendebat in Deum. Vnde illo tempore erat perfectior contemplatrix, quàm vnquam fuerit aliquis alius, dum vigilaret.*

39. *Maria dormit, & simul contemplatione vigilat.* Cant. 5. Carthus.

39. Huc spectat illud Epithalamij: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cantic. 5. *scilicet* (Bernardinus ait,) *in contemplatione perfecta, ac nulla actione debilitata.* Dionysium Carthu. audite. *Hæc præclarissima sponsa Verbi æterni sanctissima Virgo, præeminenter dicere potuit: Dormio, & cor meum vigilat. Quia contemplatiuissimam vitam duxit. In somno corporale cor eius peruigil fuit, & ex assidua assuefactione perfecta insistendi Diuinis, ex ardentissima, & exercitatissima charitate, ex splendidissima, & exuberantissima sapientia sibi infusa, & contemplatione in vigilijs, penè, aut prorsus continue, etiam tempore somni, vigili corde fuit Deo coniuncta.*

40. *Instar Iacob dormit, & videt.* Gen. 18. Rupert.

40. *Dormiuit* olim Iacob, *viditque in somnis scalam stantem super terram.* Gen. 28. Dormit Patriarcha, & simul videt; nec enim somnus potuit mentem illius à cælesti contemplatione remouere. Id quod de filia Iacob Maria augustiùs affirmarim. Dormit, & videt. Rupert. ad c. 5. Cant. *Multarum animarum fuit, non solùm similitudinem Iacob etiā sancto dormire, id est, à terrenis curis vacare, & in cælestibus per contemplationem corde vigilare: verum etiam eodem modo, quo & Iacob tunc dormiebat, secundum corpus dormire, & secundum animum per somniū videre cælestia. Sed tu ò cælum Dei, vnica sedes Domini, in vtroque vigilantiæ modo cunctis mortalibus longè eminentior extitisti; longè studiosior ad contemplandum eum, in quem desiderant Angeli prospicere, atque aptior fuisti.*

41. *Oculi Mariæ contemplationis laudantur.* Cant. 4. Bernard. Senen.

41. Hosce proculdubio oculos lunæ dormientis apertos vtique ad contemplationem laudauit sponsus, fatus. *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum.* Cant. 4. Bernardinus serm. 51. art. 3. cap. 3. inquit. *Vulnerasti cor meum in vno oculorum, hoc est, in lucidissima contemplatione in tantum mecum vnita es propter vnitiuam attentionem tuorum aspectuum contemplatiuorum.* Et Carthusianus. *Ab exteriori tumultu, omnique inordinato strepitu, & cura superflua, atque inquietudine culpa abstinens & sopita Maria vigilantissimo mentis oculo Deo vacauit, pro Ecclesia exorauit, actibúsque virtutum in termino excellentia perfectissimis iugiter fuit intenta.*

Carthus.

42. *Specialius quam soror Lazari Maria, Virgo contemplatrix.* Luc 10. Guertic.

42. Annon Maria specialiùs quàm Lazari soror *optimam partem sibi elegit?* Luc. 10. Eusebius Emiss. serm. de Assump. *Ipsa sicut Maria eius verbum, non solùm audiebat, verumetiam in corde suo conferebat, nobisque ad legendum, & audiendum custodiebat.* Appositè Guertic. serm. 4. de Assump. *Illa sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Hæc sedula circa curam humanitatis eius, conseruabat omnia verba. His vti opinor, contemplationibus pascebatur Maria, hanc optimam partem elegerat.*

43. *Satagebat Maria specialius, quam Martha.* Dam.

43. Iam verò Cherubinorum forma vitulina exprimatur Marianæ actionis documentum. Annon circa frequēs ministerium Maria Marthæ in morem satagebat. Damian. serm. 1. de Nat. Mar. *Recordare, quia non erat ei locus in diuersorio, quomodo Filium suum proprijs lactauerit vberibus, & omnes vagientis paruuli sustinuerit actiones: & tunc intelliges, quia plurimum ministrauit.* Et Bernardinus citat. *Sicut nulla vnquam fuit similis contemplatrix, sic nunquam fuit Virgini similis ministratrix.* Euseb. vbi sup. *Ipsa sicut Martha, imò meliùs quam Martha suscepit Christum, non solum in domum suam, sed etiam intra claustra vteri sui. Ipsa eum concepit, ipsa eum genuit, ipsa eum peperit, & portauit, & plus quàm Martha, & frequentius ei ministrauit.* Et Guer. ibid. *Illa Dominum hospitio tecti, hæc thalamo suscepit vteri. Et qui creauit me, ait, requieuit in tabernaculo meo.*

Bernard.

Euseb.

Guer.

44. *Cuncta misericordiæ opera erga Iesum transitis Deiparæ.*

44. Annon Marthæ ministeria eò tendunt, vt pauper induatur, pascatur esuriens, hospitio recipiatur peregrinus leuetur infirmus, inopi succurratur ægroto, oppressus vinculis inuisatur, terræ cadauera amandentur? Hæc cuncta egregiè à Maria præstita contemplari, imò aspectare licet Bernard. Sen. ad hæc. *Alij induunt pauperes de lana ouis, Maria induit Filium de purissimis sanguinibus suis. Alij pascunt pauperem pane extrinseco, ipsa pauit humanatū Deū de lacte proprio. Alij suscipiunt pauperem hominem in tugurio, ipsa suscepit immensum Deum, in corde, & corpore suo. Alij propter Deum ministrāt infirmo, ipsa Deo in pauperculo corpore ministrauit. Alij soliciti sunt, ne aliquid deficiat inopi, Virgo solicita ministratrix fuit, & manibus suis laborauit, vt subueniret Deo homini indigenti. Alij incarceratos, & vulneratos homines visitant, & eis compatiuntur, dum viuunt, & mortuos sepeliunt. Virgo Christo pro nobis capto, ligno crucis affixo, vulneribus dilaniato tanto dolore compassa est, vt inexpressibile sit etiā Angelica lingua.* Sic Pater.

OBSERVATIO. II.

Puellæ Mariæ ab Angelo nutritæ priuilegium commendo:

Vbi innuo, Communionis die debere inopem satiari; pro cibo cælesti communicanti præstito, inope temporario refecto.

ANDREÆ Cretensi, Germano, ac Cedreno asserentibus Mariam apud Templum cælesti cibo refectam Georgium Archiepiscopum Nicomediæ orat. de Oblat. Mar. addico profantem. *Cum ea, vt solebat, versante in adytis vidit Zacharias quendam sermocinantem & ei præbentem alimentum; erat autē qui apparebat, Angelus. Est Angelicus, qui cernitur, habitu, & alloquitur adolescentulam, forma incorporeus affert nutrimentum, tanquam corporibus conueniens; & essentia materia expers tradit mulieri canistrum, qui videtur materialis.* 45.

Georg.

46. An dubius hæreret Sacerdos? Pergit Georgius, *Occulta insident cogitationes, quidnam hoc fuerit? quid significaturus venerit Angelus? quidnam sit, quod affertur, nutrimentum? ex quonam penario sit hoc expromptum? quisnam sit, qui hoc parauit? quænam manus hunc panem fe-*

Adnata Marianæ puritatis cælestis refectio. Georg.

tis? Præcipuè autem dubitatio exsurgit, quia *Angelorum* (vt Pater adiicit) *non est parare, quod conueniat corporis necessitatibus*. Immortales enim immortale corpus nutrire deberent. Igitur Angelus Mariam nutriturus accedat, præparet cælestem, immortalem cibum: immortalitatis enim dotibus corpus Marianum omnino præditum aspicitur. Annon tanta fomitis extinctio, tanta criminum defæcatio, tanta puritatis gloria corpus non firmat immortale?

47\. Miror planè immediatum ministerium ab Angelo Puellæ præstitum, cùm videam Angelum ministrantem Danieli medio Propheta Habacuc accessisse, Eliæ autem medio coruo præstitisse alimentum. Nec fugit Nicomediæ Archiepiscopum. *Plurimi per Angelos sunt nutriti, alij tamen nutrimentum præpararunt, & per corpus incorporei conseruis inseruierunt. Nam qui Danieli inseruiit Angelus, poterat eius, qui iubebat, virtute non per alium, sed per se, quod iubebatur, implere; sed Habacuc accepit intermedium, ne mores alieni, & spectaculum nimis magnum, & ab Angelis paratum, quod non consuetum alimentum, terreret eum, qui alebatur. Porrò autem coruus quoque, qui inseruiebat Eliæ, non per se didicit locum, sed per Angelum; quam autem offerebat prædam non aliunde, vt arbitror, afferebat, quam ex diuitibus penarijs. Illis quidem sic fuit dispensatum, hîc autem nullo intermedio accedit Angelus ad Virginem.* Quare? Annon quia spiritus Mariam penè spiritualem aspexit? Annon quia cælicola cælestem Puellam contemplatus est? Adde cibos Danieli & Eliæ allatos materiales omnino & terrestris substantiæ, quos non decebat immediato ministerio Angelos afferre. At cibi Mariæ ab Angelo oblati cælestes omnino, Ambrosia enim illa nutriebatur, cuius immediatum ministerium Angelum deceret. *Res est arcana*, (addit Georgius) *& quam non potest assequi ratio. Adolescentula talia dona est assecuta, vt incorporei cedant eius ministerio. Quis vidit, quis audiuit talem ascensum corporis? quod in sanctis habitat, & stipatur ab Angelis, & alimentum accipit Ambrosiam?* Si Ambrosia alimentum, si cibus cælestis, si cælestis & spiritualis Maria, quid mirum ab Angelo Puellam immediato coli ministerio?

Haud dedecet Angelum ministrare Virgini cælesti Ambrosiâ.

Georg.

48\. Profectò qui animo perpendit Mariam in Dei parentem præparatam, de quonam ambigat priuilegio? Frustra Canis. l. 1. c. 3. conatur hanc confirmare veritatē exēplo Apollinis, & Anuphij ab angelis nutriti, si perpēdatur æquis mētibus quod ex citato Archiepisc. ipse transcripsit. *Tu ô homo*, (inquit ille) *admirabilem, & nouam in Templo viuendi rationem audiens Virginis, noli de eo dubitare, noli examinare ratione ea, quæ capere non potest cogitatio. Vides ipsum Dei Verbum modo ineffabili habitasse in eius vtero, & contendis, fueritne alimentum materiale, an expers materiæ? Vides Paterno consilio spiritus in ea adumbrationem, & de ministerio Angelorum dubitas? Nihil est dubium ex iis, quæ sunt castissimæ Virginis, ex eius magnalibus nihil est, quod non sit conueniens, omnia à veritate ipsa sunt confirmata.* Quia eo ipso, quod Veritas, Iesus, dignatus est puellam eligere in parentē; quodcunque ei concessum priuilegium confirmauit.

Nullum priuilegium mirabile in Dei parente.

Canis.

Georg.

Audiatur sponsa Dei genitrix. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.* Cant. 2. Annon liliis Angeli designantur, *qui non laborant*? Christus inter lilia pascitur, dum ab Angelis ministrantibus accipit alimentum: *Angeli enim ei* apud deserta commoranti *ministrabant*. Matth. 4. Agna igitur Maria Agno cælesti præparata inter lilia refici debebat. Appositè Georgius. *Oportebat Agnam immaculatam tali excipi conuiuio, talibus cibis exsatiari. Oportebat* (adiicit) *non vnum solum ei seruire Angelum, sed decies mille millia eam stipare. Etenim quem illi minimè possunt videre, ipsa mirandum in modum in vtero continuit.* 49.

Agna Maria eodem cibo ab Angelis ministrato ac Agnus Iesus reficitur.

Cant. 2.

Georg.

Profectò priuilegium cælestis nutritionis reficiendos cedebat in pauperes: quidquid enim alibi terreni alimenti capiebat Maria, pauperibus ipsa ministrabat. Perficit Nicomediensis Antistes argumentum. *Ambrosiam nutrimentum per Angelum accipiebat Virgo, & de esca, quam de manu Angeli accipiebat, ipsa reficiebatur; quam verò à Pontificibus Templi accipiebat, pauperibus erogabat.* Quam conuenienter in Ambrosiæ acceptæ gratitudinem, pauper reficitur temporario cibo, vt innuatur, communionis die debere inopem satiari. 50.

Pauperibus impendit temporarium cibum cælesti alimonia refecta.

Georg.

Observatio III.

Dignitas Voti Virginitatis corporeæ Deiparæ expenditur, & confirmatur.

Vbi Virginitatis, seu castitatis gloriam celebro.



VIRGINITATIS corporeæ votum Deiparensis apud Templum emissum commēdabo. Haud sermo procedit de virginitate illa Deiparæ cum fœcunditate coniuncta, de qua inferiùs: sed de ipsa corporis integritate, quam voto expressit. 51.

Vt autem Voti huiusce dignitas perpendatur, contemplare, quanti momenti apud Filium fuerit Marianæ Virginitatis gloria, cùm è cruce pendens de sola hominum salute, & de Mariæ virginitatis commendatione curauit. *Stabat iuxta Crucem Iesu Mater eius*, cui Dominus Ioannem intuitus, *Ecce filius tuus*; Discipulo autem: *Ecce Mater tua. Accepit ex illa hora Discipulus in sua.* Ioan. 19. In sua scilicet custodia. Præscius quidem Dominus futuros Mariæ hostes, qui de Virginitatis Marianæ perseuerantia dubitarent, vel indecora impio ore proferrent de Virgine Filij custodia orbata, Matri purissimæ virginem custodem assignat. Non quia virginum ductrix, Paradisus pulcherrimus, Cherubino indigeret; sed vt blasphemia hæreticorum posset infrænari. Audi Ambrosium lib. 1. de Inst. Virg. cap. 6. *Alij Euangelistæ scripserunt, quod in passione Domini terra contremuit, sol refugiit, persecutoribus venia postulata est. Iste dilectus Domini, qui è pectore hauserat secreta sapientiæ, & piæ voluntatis arcana, ab aliis dicta præterit, hoc diligentius prosecutus est, vt Ma-* 52.

Apud crucem Dominus de sola mundi salute & de virginitatis Mariæ gloria curauit.

Ioan. 19.

Ambros.

terna

ternæ Virginitatis perseuerantiam suo iudicio comprobaret. Quasi Filius de Matris pudore sollicitus, ne quis eam tanto consilio temerata integritatis aspergeret. Dignum quippe erat, vt qui latroni veniam donabat, Matrem dubio pudore absolueret.

53. *Differt Dominus paulisper mundi salutem, vt virginitatem Matris honoraret.* Lucæ. 12 & 22.

Ac tantum Redemptorem non dedecebat differre paululum mũdi redẽptionem? Numnon profuso affectu, ô Domine, mortis instantiam concupiuisti? *Baptismo habeo baptizari, ô quomodo coarctor, donec perficiam.* Luc. 12. *Surgite eamus.* Luc. 22. At in Cruce haud parua vteris mora, vt Virginem Ioanni committeres. Profectò tanti Iesu momenti, Deiparæ virginitatis decori prouidere, vt paululùm distulerit hominum tam expectatam redemptionem. Ambrosius citat. *Testatur de Cruce Dominus Iesus, & paulisper publicam differt salutem, ne Matrem inhonoram relinquat. Subscribit Ioannes in testamento Christi, legatur Materni pudoris defensio, testimonium integritatis. Legatur etiam Discipulo Matris custodia, &c.* Adiicit Pater ideo de desponsata Dominum fuisse exortum. *Maluit enim aliquos de sua generatione, quam de Matris pudore dubitare.*

Ambros.

54. *Cunctas fœminas virgines, viduas solutas, nuptas recuperauit vna Mariæ virginitas.* Psal 44. Interl. August.

Si tanti ponderis apud Deum Mariæ Virginitas, parum iam erit in ipsius præconium affirmare, datum Virgineo pudori omne fœminarum genus perditum recuperare. Quid si non virgines, & nuptas, & matres & lactentes, & viduas vna Mariæ Virginitas recipit, & protegit. *Adducentur* (canit Dauid) *Virgines post eam, proxima eius, &c.* Psal 44. Non solùm à Virgine Deipara virgines recipiuntur, sed *proxima eius*, id est, (Interl. asserente) *viduæ*, & Augustino, *virgines hæretica*, seu fidem violantes. Datum enim virginitate cunctos fœminarum status recuperare, & protegere. D. Fulgentius de Laud. Mar. *Venite*, inquit, *virgines ad Virginem, venite concipientes ad concipientem, venite parturientes ad parientem, venite matres ad Matrem, venite iuuenculæ ad iuuenculam. Ideo enim omnes istos cursus naturæ Virgo Maria in Domino Iesu Christo suscepit, vt omnibus ad se confugientibus fœminis subueniret; & sic restauraret omne genus fœminarum ad se venientium noua Eua seruando virginitatem.*

Fulgen.

55. *Virginis magis, quàm prægnanti conuenit parere Saluatorem.* Ezech. 44.

Celsiùs proferam. Mariæ Virginitas mundo perdito tradidit Redemptorem, qui mundum minimè ingressus esset, si Regia porta à Mariæ virginitate non præpararetur. *Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa Princip.* Ezech. 44. Illas adnota negationes multiplicatas: *Clausa erit, Non aperietur, Vir non transibit.* Qua exaggeratione innuitur Deum ad nos haud fuisse egressum nisi per clausam portam; vnde virginitati Mariæ portæ obseratæ datum Deũ hominibus intulisse. Ita D. Ambrosius de inst. Virg. cap. 5. *Virgo Maria non solùm virginitatis incentiuum nobis attulit, sed etiam Deum intulit. Per vnam*, adiicit, *Mariam Virginem descendit.* Quia soli Virginitati conuenit nobis dare Emmanuelem. Origenes lib. 1. cont. Cels. *Vtri*, ait, *magis conuenit gignere Emmanuelem, quod est Nobiscum Deus, mulierine more fœminarum grauida, an pura, & casta Virgini? Certè hanc solam decet parere talem prolem, qua nata, dicatur: Nobiscum Deus.* Contemplare Mariam & virginem & prægnantem, vtri magis conueniat parere, prægnantine, an virgini? Virgini profectò soli conuenit eniti Saluatorem. Ideò Deus signum salutis humanæ, quæ aduentante Domino, futura erat non in prægnata pariente, sed in Virgine paritura collocauit. Dabit Dominus vobis ipse signũ, *Ecce Virgo concipiet, & pariet.* Quod signum Isa. 7. Ambrosius lib. de fide Resur. *Signum salutis* Ambros. *appellat.*

Ambros.

Origen.

56. *Christus non oriretur nisi ex Virgine.* Bernard.

Virgo non fuisset, Deus ad homines venitaret? An immaculatus de corrupta procederet? D. Bernardus super *Missus. Porro Deum huiusmodi decebat natiuitas, qua non nisi de Virgine nasceretur: talis & congruebat Virgini partus, vt non pareret nisi Deum. Voluit itaque esse Virginem de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus.* An si de non virgine ortus fuisset, non procederet immaculatus, qui nullius potest maculis inquinari? Certè si Deus ex non virgine Matre nasceretur, immaculatus verè maneret, sed nescio quænam læsio opinionis hominum adhæresceret. Quonam modo enim crederent Christum ad purgandas peccatorum maculas exoriri, si maculam nascendo inde[illegible] virginitati. Bernardus ser. 4. in vigil. Nat. *Vt fiduciam nobis daret, quod tolleret a nobis dedecus, & dolorem, prius Matrem suam immunem ab vtroque seruauit; vt neque in conceptu quidquam pudoris, nec in partu quidquam doloris existeret.* Bernard.

57. *Relicto proprio nomine, Maria assolet Virgo nominari, qua appellatio Mariæ exprimit perfectè magnalia.* Epiph.

Porrò egregia Virginitatis commendatio est. Mariam, relicto proprio nomine, frequenter, Virginis insigniri appellatione. Annon Maria Domina, Mare, stella, Illuminatrix, &c? Attamen vnico Virginis nomine tota Deiparæ œconomia expenditur, & essentia, & munus, & gloria explicatur. D. Epiphanius hær. 78. fatur. *Quis vnquam, aut quo sæculo ausus est proferre nomen sancta Maria, & interrogatus, non statim intulit Virginis vocem? Ex ipsis enim nominibus epithetis etiam virtutis signa elucent. Dignitates enim appellationum acceperunt iusti, vnicuique decenter, & prout congruum fuit. Et Abrahamo quidem impositum est epithetum, Amicus Dei, & non dissoluetur. Iacob verò, vt Israel vocetur, & non alterabitur. Et Apostolis, Boanerges seu filij tonitrui, & non relinquetur. Sancta igitur Maria vox, Virgo, & non mutabitur. Ipsum* enim *est nomen eius.*

58. *Nomen, Virgo omnium est splendorum congregatio.* Psal. 109.

Fateor nomen *Maria* splendidissimum, stella enim est, *Illuminans ipsos, Illuminatrix, Illuminata.* At nomen, *Virgo*, omnium est splendorum congregatio. Vnde splendidissima Dei genitrix, quando *Virgo* appellatur. Profatur Pater cælestis ore Dauidico. *In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.* Psal. 109. Quinam sanctorum splendores nisi virginitatis radij? Cuncti igitur sanctorum splendores in vnius Mariæ vtero congregati quasi constituunt virginitatis Deiparæ fulgorem. Tertulianus lib. 5. cont. Marc. *Quinam sunt sanctorum splendores? Nonne virginitatis radij, quibus sancti viri mirum in modum rutilant? In his ergo virginitatis splendoribus ex vtero Virginis genitus est Dominus.* Mariæ enim, *vt sol*, electa

Tertul.

electa Virginitas omnia sanctorum accendit puritatis luminaria, vt totius puritatis radij confluant, vnicam Mariæ virginitatem constituentes, ad Christi generationem.

59. Quid plura? Annon Maria *Virginitate placuit*? Sic Bernardus hom. 1. sup. *Missus*. Christus, specie ac pulchritudine hominum sibi conciliauit affectus. *Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna*. Psal. 44. Vnde graues Doctores asserunt Christum Hebræis placuisse, *vt facerent eum Regem*, quia pulchritudine mira oculos, mentémque rapiebat, digna vtique imperio. Maria, specie & pulchritudine, id est, virginitate non solùm hominibus, sed Domino placuit, Angelorum ad se rapuit affectum, vt Regina Regis Mater constitueretur. Bernardus hom. 2. *Vt esset sancta corpore, accepit donum Virginitatis. His gemmis ornata virtutum, specie sua, & pulchritudine sua in cælestibus cognita, cæli ciuium in se prouocauit aspectus, ita vt & Regis animum in sui concupiscentiam inclinaret*. Vnde Dei Mater Angelorum exsurgit in Reginam.

Maria virginitate rapuit cælicolas, vt eam sibi eligerent in Reginam. Psal. 44.

Bernard.

OBSERVATIO IV.

Virginitatis mentis Mariæ votum illustro, vnde immunitatem ab originali peccato colligo;

Innuens corporis integritatem non proficere, mente corrupta.

60. ON solùm corporis, sed & mentis puritatem vouisse Mariam ex D. Anselmo innuimus. *Virgo erat* (inquit Ambrosius lib. 2. de Virg.) *non solùm corpore*, sed etiam mente. Quid mente Virginem esse Mariam, nisi à peccato originis fuisse immunem omninò immaculatam? sic Gerson ser. de Concep. *Alias non virgo mente, si peccato originali corrupta*.

Ansel. Ambros.

61. Quòd si Deipara à primo Conceptionis instanti Spiritui sancto excitanti corporis ac mentis integritatem vouit, vt innuimus, Spiritus sanctus possessionem corporis ac animi virginei accepit; quidquid enim Deo, voto offerimus nuncupato, mox Dei ipsius cedit in possessionem. Id quod Maria affirmat profatur. *Dominus possedit me in initio viarum suarum*. Pro. 8. Corpus scilicet & animum Deus ab instanti meæ conceptionis integrè possedit. Possessio quæ ad res corporeas spectat, dicitur *naturalis*: quæ ad res incorporeas, *ciuilis* appellatur. Inter vtrámque verò id discriminis, (vt ex Basilic. ad l. *Nemo* de acquirenda possess. colligitur) quòd naturalis corporeæ rei possessio corpore capitur, ciuilis autem rei incorporeæ animo ipso apprehenditur: planè per animum voluntas occupandi ex donatione aut contractu intelligitur. Hoc præmisso, cùm in vouente Virgine duplex sit pars, corpus & animus; vt eam se integrè offerentem & donantem in ipso conceptionis instanti per

Maria vouens virginitatem mentis à Deo in primo Conceptionis instanti possidetur.

Prou. 8.

votum puritatis, Deus corpus quidem naturali ac corporali possessione, animum verò ciuili occupauit. Hoc est, in primo illo instanti Deus animum Virginis per gratiam, & iustitiam, qua decorauit Mariam possedit; corpus autem etiam possedit tunc, sed præcipuè postea corporaliter, corporis accepit possessionem, quando carnem Verbum ex Virgine sumpsit. Quòd si possessio à *pedum sessione* habeat exortum, pedes autem Dei humanitatem significent Ruperto, Pannonio, & Areta Gregorium citante ad illud Apoc. 1. *Et pedes eius similes auricalco*; certè Deus (vt humanæ eloquutioni morem geram) Virginem pedibus insistens possedit, quando in eius vterum induendus humanitate se demisit. Rupert. & alij. Apoc. 1.

Duplicis Possessionis huiusce gloriam commendat orat. 1. de Nat. Virg. Damascenus fatus. *Caste ac sancte munere vestro functi, Anna & Ioachim, Virginitatis thesaurum produxistis, Virginem, inquam, semper virginem, solam & corpore, & animo virginitatē perpetuò colentem*. En votum vtriusque virginitatis. Iam expendit vtramque possessionem. *Par siquidem erat, vt virginitas ex pudicitia ei, qui solus est vnigenitum lumen*, id est, Mariæ vnigenitus, *corporeo modo offerretur*: dum scilicet Vnigenitus pedibus similibus aurichalco vteri virginei accepit possessionem. *Benigna videlicet voluntate, a qua incorporeo modo is genitus est*. Quibus verbis incorporeus ciuilis modus possessionis exprimitur, qui per voluntatem occupandi ex donatione perfici assolet. Illud: *Incorporeo modo is genitus est*, exponendum. Maria equidem corporeo modo Christum concepit Incarnationis die; at in primo instanti conceptionis mente eundem conceperat plena gratiâ. Sic Leo ser. de init. Dom. *Virgo Regia Dauidica stirpis eligitur, quæ sacro grauidanda fœtu, diuinam, humanamque prolem priùs conciperet mente, quam corpore*. Cùm igitur corpore concepit, naturali pedum sessione possidetur: cùm verò mente, ciuili Deo possessione sistitur omninò immaculata.

62. *Duplex possessio Dei circa animum & corpus Deiparæ expenditur.* Damasc.

Leo.

Redeat Prou. testimonium *Dominus possedit me in initio viarum suarum*. Maria via equidem recta, qua Deus ad homines properauit. *Viarum* inquit, primò enim è cælo tendit ad Deiparæ mentem, deinde ad corpus seu vterum virgineum, homines inuisurus. Possidetur Maria *in initio viarum*, quando scilicet in primo instanti conceptionis immaculatum spiritum Mariæ incoluit; & in instanti illo, quo perfectum integrè est Incarnationis mysterium. Audi D. Augustinum ex ore Dominico respondentem Manichæo asserenti indignum Deo sobolem Virginis extitisse. *Quid est*, (ait tract. de quinq. hæres. cap. 5.) *quod te permouet in mea natiuitate? Non sum libidinis conceptus cupiditate. Ego Matrem, de qua nascerer, feci, ego vias meo itineri praparaui. Hanc quam despicis, Manichæe, Mater mea est, sed manu fabricata est mea; si potui inquinari cùm facerem, potui in illa inquinari cùm ex ea nascerer*. Manifestè duplicis possessionis fit memoria. *Ego vias meo itineri preparaui*. Ac si diceret; *possedi in initio viarum* mearum, primò *cùm facerem* Virginem, deinde cùm ab ipsa conceptus sum, vt *ex ea nascerer*. Illa expende:

63. *Deus vias treauit, ac properauit suo itineri, vnde inquinari ab Maria non potuit aut in primo conceptionis instanti, aut in Incarnatione.* Prou. 8. August.

de: *Si potui inquinari, cum facerem, potui in illa inquinari, cum ex ea nascerer.* Tam immaculatam feci Mariam, vt in eius animo habitans à primo conceptionis instanti spiritualis possessor inquinari non potuerim. Si autem tunc ciuiliter possidens inquinari non potui, quia purissimam creaui Mariæ animam: certú est nullo modo inquinari potuisse, & ab ea conceptus, & ex ipsa natus, naturalis scilicet possessor, in eadem quâ creata fuerat puritate, Mariâ perseuerante; *semper* enim *virgo fuit*, vt asserebat Damascenus. Confirmo ex Proclo ser. de Nat. *Clemens Deus ex muliere nasci non erubuit; quod enim agebatur, vita erat. Nullam ille inde contrahit labem quod intra viscera, quæ citra vllam sui dedecoris notam creauit, inhabitat.* Virgines hinc edoceantur virginitatem corporis mentis puritati agglutinandam: nec magni momenti esse corpoream integritatem colere, mente corrupta.

Proclus.

Observatio V.

Curauit Deus nasci ex Maria voto Virginitatis astricta.

Edocemur, eam corpoream commendabilem Virginitatem, quæ est cum animi incorruptione coniuncta.

64. Ex Maria voto virginitatis adstricta nasci decuisse Deum pluribus rationibus Honorius affirmauit, ex quibus tres curabimus confirmare. Id enim & Dei honor, & Virginis commendatio, & vtilitas hominum postulabat.

Caput Primum.

Decuit Deum nasciturum ex Virgine prodire parente.

65. Ortus ex Virgine Dominus verus Melchisedech *sine patre, & sine matre* ostenditur: sine patre quidem in terris, in cælis sine matre. Cùm autem apud terricolas è matre sine patre exoritur, in ipsius semper in cælis sine matre ex Patre nascentis pergimus cognitionem, nobis demùm Trinitatis Mysterio reserato. Lactantius lib. 4. de vera sap. *Deus*, inquit, *pater, & origo, & principium rerum, quoniam parentibus caret, ἀπάτωρ seu* sine patre, *atque ἀμήτωρ seu* sine matre *à Trismegisto verissimè nominatur. Idcirco etiam Filium bis nasci oportuit, vt ipse fieret ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ, sine* sine patre & sine matre. *In prima enim natiuitate spirituali ἀμήτωρ fuit, quia sine officio matris à solo Deo Patre generatus est. In secunda vero carnali ἀπάτωρ fuit, quoniam sine patris officio virginali vtero procreatus est; vt mediam inter Deum, & hominem substantiam gereret, nostrámque hanc fragilem naturam quasi manu ad immortalitatem posset ducere.* Pressiùs D. Maximus hom. in Nat. *Dei Filius ab intacta natus est fœmina, vt Deum pariter & hominem testaretur partus humanus, & Deum probaret æterna virginitas. Æterna* inquam, id est, perpetuo vota, Domino consecrata. Eo igitur ipso, quod Maria pareret virgo, & Filius temporaliter sine patre procederet, necessarium esset in Diuinitatis adduci cognitionem. Ideo quippe Christus ex Matre sine Patre nascitur, quia Patrem habet ab æterno, ex quo semper sine matre nascitur. Attigit Tertullianus lib. de carne Christi. *Ergo iam Dei Filius ex Patris Dei semine vt esset hominis filius caro ei sola erat ex hominum carne sumenda sine viri semine.*

Ex virginitate Maria in Trinitatis cognitionem venimus.

Lactant.

Maxim.

Tertul.

66. Præterea Virginitas Deiparæ, Christi puritatem & innocentiam præcipue ab originali peccato commendat. Quod adnotauit D. Fulgentius lib. de fide ad Petr. cap. 2. *Dei Filius Vnigenitus*, inquit, *vt illud peccatum, quod in concubitu mortalis carnis generatio humana contraxit, auferret, conceptus est nouo more Deus incarnatus ex matre Virgine, sine coitu viri, sine libidine Virginis concipientis. Solus abstulit peccatum conceptionis, ac natiuitatis humanæ Deus vnigenitus, qui cùm conciperetur veritatem carnis accepit ex Virgine, & cùm nasceretur, virginitatis integritatem seruauit in Matre.*

Virginitas innocentiam Christi ab originali commendat.
Fulgent.

67. Quid quod solus Virgineus partus Deum conditorem deceret? D. Ignatius epist. ad Heron. *Decebat Creatorem non consueto, sed peregrino, & admirando vti partu, vtpote omnium Opificem.* Bernardus hom. 2. sup. *Missus. Deus Matrem suam singulari in cælestibus donaturus gloria, singulari in terris præuenire curauit & gratia, quâ videlicet ineffabiliter, & intacta conciperet, & pareret incorrupta. Porro & Deum huiusmodi decebat natiuitas, quâ non nisi de Virgine nasceretur; talis congruebat & Virgini partus, vt non pareret nisi Deum.* Leo autem ser. 2. de Nat. *Futurum omnium Saluatorem talis ortus decebat, qui & in se haberet humanæ substantiæ naturam, & humanæ carnis inquinamenta nesciret.* Et Chrysostomus Ingressum Domini oportet esse digniorem ingressu omnium nostrûm; Regius enim fuit introitus. Sic hom. 49. in Gen.

Solus partus Virgineus decebat Conditorem.
Ignat.
Bernard.
Leo.
Chrysost.

68. Denique Dei honori præiudicium ingereretur, si Virgo non pareret. D. Ildephonsus lib. de Virg. Mar. cap. 1. *Si Virgini nostræ aut generationē, aut virginitatem adimis grandi dedecore Deo iniuriam facis. Negas enim voluisse incorruptam seruare, quem fateris absque corruptione adire Virginem potuisse. Negas Deum quod vellet, facere quiuisse, quem concedis genitricem integram inuenisse, corruptioni deditam reliquisse.* Profectò *Incorruptionis largitor* (vt cum Theodoreto loquar) *corruptionem non inducit, nihilque incorruptionis author corrumpit.*

Dei honori irrogaretur iniuria, si Maria Virgo non pareret.
Ildeph.
Theodor.

Caput II.

Deiparens maximè ex Virginitate commendatur.

69. Profectò Dei ex Virgine natiuitas Mariæ præstantiam amplius orbi manifestat. Nam vt Virgo pareret sanctissima ex vniuersis eligitur hominibus. Augustinus serm. 10. de Nat.

Sanctissima eligitur Maria, vt Virgo pareret.

Nat. *Talis eligitur Virgo de toto mundo, quæ tantum haberet meritum, vt Dei Filium in semetipsam susciperet, & post partū omni modo Virgo permaneret.* Quàm sancta, quàm immaculata, quàm super omnes perfecta illa, cui datum, post partum Virgo persisteret!

70. Porro ipsa à Deo Mariæ collata Virginitas virtus fuit ipsi gratissima largitori. D. Basilius de hum. Christ. gener. *Tanta Mariæ Virginitas extitit, vt in aliis fœminis nihil æquale, Deoque gratum reperiretur.* Quàm felix, quæ sanctitudinis præmium in opus largitori ipsi gratissimum conuertit! Vix exprimam particulam Marianæ Virginitatis, quæ tota fuit virtus, tota sanctitas? Audi Nazianzenum de Christo patien. Dei parentem loquutam infert Pater præcinens.

Maria Virginitas tota, virtus est Deo placens.
Basil.
Naziang.

Libidines auersor, vt nec verbulo
Audire, picturæ nec eas formam aspicere.
Spernendo siquidem hæc, virgineum animum possideo,
Testem facio, quem latere potest nihil,
Nunquam vlla placuit, nec animum cepit Venus.

Sed quid mirum omnem maculam omninò abstractam à Maria *Virgine tam sancta* (loquor cum Augustino serm. 15. de Nat.) *ad quam Spiritus sanctus venire dignaretur: Virgine tam speciosa, quam Dominus sponsam eligeret; Virgine tam copiosa, cuius generationem cunctus orbis exciperet: Virgine tam casta, vt etiam post partum Virgo esse posset, ac sanctior etiam fuerit effecta.* En Deiparæ Virginitas virtus est tota. Fragilis profectò, quæ non est cum vitæ sanctitate coniuncta.

August.

71. Doctor Angelicus oportuisse asserit Mariæ Virginitatem cum sanctitate coniungi, Opus. 3. cap. 23. fatus. *Oportuit mentem eius a peccato immunem esse, & corpus eius ab omni corruptela carnis concupiscentiæ elongari.* Theodoreti sententiam hom. de Nat. ponderandam expromo. *Quoniam natus est carnaliter Verbum Dei, Matris custodit Virginitatem, seipsum rationem ostendens.* Hæc proxima particula: *seipsum rationem ostendens* significat Christum absque Matris corruptione exortum, quemadmodum Verbum diuinum absque mentis diuinæ (fari sic liceat) corruptione producitur, id quod & nostro verbo contingit. *Neque nostrum verbum* (adiicit ille) *cum paritur corrumpit mentem, neque Deus Verbum substantiale partum eligens peremit Virginitatem.* Sed tamen hæc verba alium sensum admittunt iuxta duplicem Virginitatis rationem, quam Mariæ tribuimus, scilicet corpoream, cùm Christum concepit incorrupta, & peperit sine labe pudoris; & mentalem, quâ Deum quasi mente concepit cultrix sanctitatis, loco illius verbi: *seipsum rationem ostēdens*, Græcè scribitur λόγος, id est, *rationem*, & *sermonem*. Legis *rationem*. Locus rationis mens est. Ostendit Doctor Deum in Mariano vtero commorantem simul in mente Virginis locum instar rationis habuisse, vt sanctitate animum donaret. *Sermonem* legis? Virgineum corpus Pater cum charta mundissima confert, qualem ad excipiendas litteras esse decet. Epiphanio de Laud. Virg. profante. *Liber ò Maria, incomprehensus, qui Verbum, & Filium Patris mundo legendum exhibuisti!* Virginitas Mariæ dignè excipit rationem, hoc est Dei Verbum charta purissima exaratum? Connotat planè mentem rationem eandem Verbum iam expressum exponere. Frustra enim virginitas corporea coleretur, si spiritualis requisita mentem non incoleret.

Virginitas excepit Christū, ac simul mens Verbū, vt Virgo sācta orbi exponeretur.

Capvt III.

Mariæ Virginitas nostræ cedit vtilitati?

Deus demum ex Virgine exoritur, vt nostræ operam impendat vtilitati. Docemur etenim mentis ac corporis incorruptionem. 72. *Decebat* autem *eum* (verbis Nysseni Orat. de Nat. vtor) *qui propter integritatem, & incorruptibilitatem vniuersitatis in humana vita versatus est, initium facere ab ea, quæ natiuitati eius inseruiret, integritate, ac incorruptibilitate.* Et Cyrillus Catec. 12. *Decebat, vt purissimus puritatis doctor ex thalamo puro prodiret.*

Mentis ac corporis virginitatē nos edocet Mariana Virginitas.
Nyssen.
Cyril. Ierosol.

Profectò corporis integritatem vel licitis voluptatibus præponendam suadet Mariæ Virginitas. 37. D. Iulianus in Gen. *ipse*, inquit, *in fine seculi assumpsit hominem de carne Virginis, vt Virginitatis se gloriam, potius quàm nuptias diligere probaret.* Quod non Magistri tam specialiter dilectam doctrinam dilexeris? D. Augustinus ser. 7. de Nat. audiendus. *Diligamus præ omnibus castitatem; quia vt placere sibi hāc Christus ostenderet, pudicitiam vteri Virginalis elegit.*

Corporis integritas vel licitis præponenda voluptatibus.
Iulian.
August.

Suadet & mentis Integritatem Virginitas 74. Marianæ mentis sanctissimæ. Quod noster Canisius lib. 1. cap. 4. expressit. *Est & spiritualis quædam Virginitas, quæ Christiani hominis mentem à peccati labe puram, integrámque conseruat. Vt prudens, ac volens à Christo velut vnico sponso se nulla ex parte diuelli, & abstrahi patiatur: sed fidem illi datam sanctissimè præstet. Hanc Virginitatem nobis, & credentibus omnibus illud testatiorem facit, quòd totius puritatis fons, & amator, qui non habitat in corpore subdito peccatis, & in animam maleuolam non ingreditur, ex Matre duntaxat Virgine, atque non minùs animo, quàm corpore prorsus immaculata generetur.* Pressiùs Ierosolym. Cyrillus citatus totam sententiam exposuit. *Dominus, vt Virgines efficiat animas, de Virgine nasci voluit.* Debes igitur Marianæ vtrique Virginitati mentis corporisque incorruptionem.

Mentis puritatem Virginitas Mariæ suadet.
Canis.
Cyrill.

Observatio VI.

Mariam signiferam, Ducem, Magistram, Matrémque omnium Virginum puritatis voto alligatarum illustro.

Collige quodcunque virtutis magisterium apud Deum esse augustissimum, sicut pessimum vitij exemplar.



Deiparam primam fuisse quæ voto Virginitatis adstricta Virginibus Agni sponsis expandisse vexillum vidi

vidimus. Id quod confirmare contendimus.

Se vulnera ii asserit Dominus voto virginitatis Deiparæ ob vehementem amoris affectum. Cant. 4.

Profectò sponsus cælestis se charitatis vulnere saucium inclamat, quòd Maria vouerit puritatem. *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in vno crine colli tui.* Cant. 4. Mirum quod crinis colli, & non potius capitis commendetur in Virgine. Nonne crinis origo caput est? Quis in collo crinem fœmineo aspexit, nisi à capite exortum? Profectò crinis colli Mariani laudatur, non capitis, quia à collo exorta prædicatur, minimè à capite: Maria enim caput non habet. In cuius expositionem præmitto mulieris caput virum esse, fante Apostolo, *Caput mulieris vir.* Est enim fœmina *sub viri potestate.* Gen. 3. Igitur Maria vouens virginitatem noluit caput virum admittere virginitatis voti violatorem; vnde cogitatio seu propositum Virginitatis Marianæ non pendet à capite, sed à collo; quia vouit omninò à capite recedere amans puritatis. Sponsus itaque profitetur se à voto Virginitatis Deiparæ in crine sine capite à collo pendente designato fuisse percussum. Elegantem sese præstat

Rupert.

Rupertus lib. 3. *Iste est crinis colli humilis cogitatus mulieris caput non habentis, nec habere volentis, caput, inquam, id est, virum: nam caput mulieris vir. Tu, ô Maria, capite isto te indignam indicasti: tu viro & omni sæculo te indignam existimasti. Hoc scientes dicunt, & verè dicunt amici, quia votum egregium Deo prima vouisti votum virginitatis. Vulnerasti* igitur cor sponsi *in crine colli tui*, id est, in incorruptæ voto puritatis.

76. Iam clamat Dauid, *Adducentur Regi Virgines post eam, proxima eius afferentur tibi in lætitia & exultatione, adducentur in Templum Regi Domino.* Psal. 44.

Adducit Maria Regi Iesu Virgines voto emisso illigatas ordinis huiusce inuentrix. Psal. 44. Viguer.

Rex Dominus Iesus virgines ac viduas, seu solutas recipit speciali iure ob emissum castitatis votum diuino obsequio mancipatas, duce Deipara, quæ quidem vexillum expandit, & ideo Virginum Virgo appellata est. Viguerius ad hæc; *Virgo fuit inuentrix Ordinis Virginum, & Angelicæ vitæ. Ideo rectè nominatur Virgo virginum, & Virginum Abbatissa & Regina.* Illæ particulæ expendendæ: *Ordinis, & Abbatissa.* Innuitur enim cœtus eorum qui emisso castitatis voto, militant, quorum Ductrix, ac Imperatrix Maria post votum Virginitatis emissum. *Inuentrix* præterea *Angelicæ vitæ* Virgo nominatur, id est, Magistra eorum qui Angelicam puritatem imitantur. Cecinit Gregorius Nazianz. Carm. de Virg.

Nazian.

Ante quidem vmbroso in paucis splendore micabat,
Dum lex iura daret terris, & in orbe vigeret
Exiguis spectanda notis.
Ad postquam Christus per casta viscera Matris
Absque patre & tædis vita progressus in auras
Lustrauit muliebre genus; tum denique nostro
Virginitas generi præclaro lumine fulsit,
Connubium tantum exuperans, & vincula vita
Quantùm animus carni præstat, conuexáque cæli
Regia tellurem superat; quantùmque fugaci
Illud in æternum durans præstantius æuum est.

77. Iã igitur Maria illigata Virginitatis voto proclamat, *Trahe me, post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Cant. 1. Ac si diceret, Nuncupato voto virginitatis trahor voluntariè quidem. Trahor certè voto illigata, quia *verba ligant homines.* Adiicit: *Curremus.* Cur currente vna Maria, omnes Virgines currunt? Quia votum virginitatis prima emittens, exẽplo cunctos adducit castitatis voto obfirmatæ alumnos ad Agnum, quem *virgines sequuntur quocunque ierit.* Honorius serm. de Nat. Mar. *Beatæ Virgines, quæ, contempto sæculi luxu, integritatem carnis, & propositum castitatis sectantur, Mariam Matrem Christi imitantur. Hæc enim prima vouit Deo virginitatem.*

Trahitur Maria à Domino ob votum Virginitatis ac simul post illam currunt cunctæ Virgines alumnæ. Cant. 1.

Honor.

Canit Ecclesia, *Tu sola sine exemplo placuisti Domino nostro.* Annon Maria *Virginitate placuit*, (loquor cum Bernardo hom. 1. super *Missus*) *si humilitate concepit?* Quonam modo igitur *sola sine exemplo Domino virginitate placuit?* Non præcessit Elias, & alij plurimi alumni, imo magistri castitatis? Profectò placuit sine exemplo ea virginitate, quæ emisso voto obfirmatur. Audi Viguerium Inst. Theol. cap. 10. §. 9. *Fuit prima, quæ vouit virginitatem inspiratione diuina. Eam ob rem de eadem dicitur: sola sine exemplo placuisti Domino.* Concionit Abulensis 4. Reg. 18. q. 19. fatus; *De Domina nostra dicitur: sola sine exemplo placuisti Domino: Id est, non fuit aliquis qui emisisset votum virginitatis propter Deum antè Dominam nostram.* 78.

Sola sine exemplo voto emisso virginitate placuit.

Bernar.

Viguer.

Abulen.

Annon *Vox turturis audita est in terra nostra?* 79.
Cant. 4. Vbi affirmat Apponius illam vocem turturis haud antè auditam vocem esse Deiparæ primæ vouentis virginitatem. Porrò in terra Israël audiebatur columbæ prolificantis vox; at in terra nostra in legis gratiæ aurora turturis castissimæ vox exauditur, dum Maria vouet puritatem. Guillermus Paruus egregiè rem perficit. *Audita est professio cælibatus, nam turtur auis vnmira; viduitatis casta typus est. Olim lex maledictum ei pronuntiabat, qui non faceret semen in Israël. Sic vox turturis in Israële non erat audita, sed vox columbæ tantùm prolificationi dedita. Donec turtur nostra verè vidua, sed Halma: nupta, sed nulli cognita nisi Spiritui sancto, prima sustulit signum Virginitatis. Audita est vox eius, quando cecinit: Quoniam virum non cognosco. Tum etiam prima significauit, se voto Virginitatis spontè ligatam.*

Turtur Maria virginitatis voto obfirmato vocẽ primà protulit. Cant. 4. Guill.

De Virginibus nouæ legis Dominus. *Sunt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter Regnum Dei.* Mat. 19. Id est, qui voto emisso, voluntariè sese diuino obsequio emanciparunt. Haud omnes tunc (vti asserit Dominus) capiebant *verbum istud.* Nam & Filia Iephte suam defleuit virginitatem, infelix quòd non peperisset. Iam Maria de virginitate gestiens salit, currit, volat, Virgines Regi Domino adducens, *Adducentur Regi Virgines post eam.* Non Mariam sociæ comitantur, vt eius virginitatem lugeant, sed vt Regi Virgines sponsæ purissimæ adducantur. Guillermus vbi sup. Vouens Deipara virginitatem *iter prauiit illis Filio dilectis eunuchis, qui se castrauerunt propter Regnum Dei. Hoc illa verbum ceperat, antequam diceretur. Et hunc hymnum canentem virginitatem, non lugentem cum filia Iephte; sed cum Angelis de Virginitate lætantem* 80.

Comites Mariæ Virgines vt plaudant, non vt Virginitatem eius simul defleant, præcepta Euangelicis Eunuchis accipientibus. Mat. 19. Iud. 11.

Guill.

innumera postmodum turba suos secuta, & adducta fuere Regi Virgines post eam.

81. Profectò Ambrosius lib. de inst. Virg. cap. 5. Deiparam signum Virginitatis expandisse docet. *Egregia Maria, quæ signum sacræ Virginitatis extulit, & intemeratæ Virginitatis pium Christo vexillum leuauit.* Christo leuauit Maria Virginitatis vexillum? Tantáne Mariani voti excellentia, vt non solùm virginibus Agnum sequentibus, sed & ipsi leuauerit Agno? Duxisne Maria ductrix. Aiebat D. Hieronymus epist. 74. ad Pammach. *Igitur Christus, & Virgo Maria vtriusque sexus Virginitatis dedicauere principia.* Attamen Maria priùs extitit Virginibus Magistra, quàm Dominus. Vnde piè Ambrosius affirmat Virginitatis pium Christo ipsi vexillum leuasse; vt quodammodo Dominus qui erat subditus illi, & externa specie proficiebat ætate, & sapientia, testetur se à Matre didicisse, quod ipsa verè à Deo edocebatur.

An ipsi Iesu imitatori Maria vexillum Virginitatis leuauit.

Ambros.
Hieron.

82. Iam parùm est cunctis subditis Virginibus Agnum sequentibus Mariam signum extulisse. *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius.* Apoc. 12. Maria luna innitens voto emisso, Virgo significatur, authore Guillermo? signatur enim sole induta, luna calceata *pulchra vt luna, electa vt sol. Pulchra* (ait ille) *vt luna propter propositum virginitatis*, quo oritur, dum Angelo obiicit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Nitens ergo Maria Virginitatis proposito, magnum signum apparet, hoc est, *vexillum magnum*, Viegas auctore. Apparet *in cælo*, quia Mariæ signum cælestis militia Angelicam vitam imitantium consequuntur, D. Ambrosius lib. 1. de Virg. *Hæc est cælestis illa militia, quam laudantium Exercitus Angelorum promittebat in terris.*

Cælesti militiæ Virginum Maria signũ expandit.
Apoc. 12.
Guill.

Ambros.

83. Isaias proclamat. *Propter quod dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo.* cap. 7. Loco illius verbi: *Signum* Hebraicè est *Othoth*, quod nomen *vexillum* significat, vt patet Num. 2. *Singuli per turmas, signa, atque vexilla castrametabuntur.* Vbi pro *signa* Hebraicè est *Othoth*. In loci autem cognitionem præmitto Rasim Regem Syriæ, & Phace Regem Israël conspirasse aduersus Achaz Regem Iuda impiissimum, Ierosolymámque grauissima cinxisse obsidione. Mittitur à Domino Isaias, vt Achaz polliceretur obsidionem ablegandam. Quod cùm Rex dubitaret, adiecit Propheta. *Pete tibi signum a Domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra.* Reclamante autem impiè Achaz, *Non petam, & non tentabo Dominum*, Isaias profatur. *Propter quod dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo.* Ad quæ Hieronymus. *Sciebat,* inquit, *Rex impiissimus si signum peteret, continuò dandum, Deúmque (quod ipse maximè fugiebat) glorificandum præ omnibus idolis, quæ ipse venerabatur.* Itáne impiissime Princeps? signum non postulas, ne Deus speciali gloria afficiatur? *Propter* hoc *Deus ipse* sibi augustiorem gloriam præparabit, quando Virgo Deiparens Virginitatis signum expanderit, virginum exercitu consequente. In Dei etenim ineffabilem gloriam Mariæ exercitu ordinatur, Domino ipso profitente. (Si sponsæ verba iuxta Patrum sententiam sponso debeant accómodari.) *Ordinauit in me charitatem.* Cant. 2. Sanctis Pagni. *Vexillum eius super me amor.* Nam *Dagal* idem est ac vexillari, seu vexillum gerere. Ordo igitur Virginum voto illigatorum à Maria signifera institutus amoris perspicui ardentissimo charitatis affectu super me. Vnde triumphi vexillum suprà memeam cedit in gloriam.

Signum virginitatis erexit Maria, Deo ineffabilem gloriam pariens.

Hieron.

Cant. 2.

Ordinauit Maria in Deum Virginum cha- 84.
ritatem? Mater ergo est Ordinis Virginum, & Magistra. *Ego mater pulchræ dilectionis.* Eccles. 24. A me ortum ducit Virginitas, quæ pulchra dilectio apprimè nominatur. Albertus Mag. sup. *Missus* cap. 82. *Beata Virgo est Mater omnium in virginitate, quæ Virginitatis munus, seu votum, Deo obtulit, per quod omnes Virgines per imitationem Virginitatis genuit.* Sed pulchræ illi Virginitatis generationi congruentior Damasceni sententia sanctis orat. 1. de Nat. Mar. *Tu ô Virgo, Virginitatis feracissima planta; per te enim Virginitatis pulchritudo latissimè sese diffudit.*

Mater est eorum, qui pulchræ dilectioni, voto emisso, vacant.
Albertus.
Damasc.

Maria cunctos Euangelicos Virgines enixa 85.
est. *Mulier,* (ait è Cruce Dominus) *Ecce Filius tuus.* Ioan. 19. Annon expressit Iesus cunctos Virgines Mariæ filios existere? Salmeron doctissimus, *in Ioanne Virgine*, inquit, *specialiter commendantur omnes Virgines sanctissimæ Deiparæ, quia & Virgo Virginum, & quæ peculiarem eorum, qui Virginitatem suam Deo dicarunt, curam habet.* Epiphanius ad hæc epist. ad Pammach. *Quanquam non esset Mater ipsius Ioannis secundum carnem: sed vt ostenderet, ipsam matrem esse Principem Virginitatis.* Galfridus appositè. *Quodammodo Ioannes Virginis Matris in Virginitate filius fuit, cuius illa si non carnem, carnis integritatem edidit: & illum si non hominem, tamen Virginem genuit.* Et adiicit. *Cæterùm quàm multos hodie parit sanctissima illa, fœcundissimáque Virginitas. Quam felix huiusmodi generatio suo equidem modulo fœcunda simul, & incorrupta posteritas!*

Mater Maria est cunctorum Virginum.
Ioan. 19.
Salmer.
Epiphan.
Galfri.

Collige ingens Virginitatis Marianæ præ- 86.
tium voto obfirmatæ; rarissima enim tunc merces pretio maiori comparanda. D. Bernardus serm. 4. de Assump. *Si rerum pretia de raritate pensamus, quæ prima in terris Angelicam proposuit ducere vitam, super omnes est.* Et ser. *Signũ magnum. Virginitatem,* inquit, *carnis, & propositum Virginitatis*: seu votum, *ipsius propositi*, seu voti, *nouitas euidenter illustrat.* Augustius enim quodcumque virtutis magisterium, pessimum vitij.

Augustius in Deipara Magistram fuisse voti Virginitatis.
Bernard.

OBSERVATIO VII.

Quàm ingens gloriæ pondus apud cœlicolas Mariæ Virginum Magistræ respondit.

Vbi exposito speciali Virginibus præmio respondente, ad specialem allicio puritatis affectum.

ARGVMENTVM quod finis obseruationis proximæ exposuit, breuiter illustrandum assumo; constat enim

Ildeph. enim ex Ildephonso ingens gloriæ pondus Mariæ in c... s re sponduisse quod virginitatis vexillum expanderit tortus magistra puritatis.

88. *Locus apud cælicolas multò melior virginibus datur.* Augustinus lib. de sanct. Virg. cap. 22. grauiter diuerberat eos, qui præexcelsam gloriam Virginibus adimunt: quasi in Regno cælorum nil aliud præmij quàm reliquis à Deo promissum, sit reddendum. Opponit errori & Christi de Eunuchis Euangelicis testimonium, Matth. 19. & Isaiam profantem. *Dabo eis locum multo meliorem, quam cæteris, nempe, coniugatis, aut non virginibus nomen æternum dabo eis.* cap. 56. Ad quæ Pater, *Mirabiliter desipiunt, qui putant huius continentiæ bonum non esse necessarium propter Regnum cælorum, sed propter præsens sæculum.* Et D. Gregorius 3. p. Past. admon. 29. ait. *Eunuchi sunt, qui compressis motibus carnis affectum in se praui operis abscindunt. Quo autem apud Patrem loco habeantur, ostenditur, quia in domo Patris, videlicet æterna mansione etiam filiis præferantur.*

Matth. 19. Isa. 56. August. Gregor.

89. *Datum virginibus & Agnum sequi, & canticum profundere speciale.* De virginibus Ioannes. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt; hi sequuntur Agnum quocumque ierit.* Apoc. 14. Annon hi *canticum cantant, quod nemo potest dicere nisi illa centum quatuor millia?* Quid Agnum sequi cantico profuso, nisi ob virginitatis gratiam speciali frui felicitate? Gregorius citat. *Aduertant quid per Ioannem dicitur: Hi sequuntur Agnum, Hi canticum cantant, quod nemo potest. Singulariter quippe Agno cantare canticum, est cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus etiam de incorruptione carnis gaudere. Electi cæteri canticum audire possunt, licet dicere nequeant; quia per charitatem de illorum celsitudine læti sunt, quamuis ad eorum præmia non assurgunt.*

Apoc. 14. Gregor.

90. *Imitatores speciales ipsi virgines speciali etiam gloria donantur congreges vtique Agni.* Pende illud accuratiùs: *Hi sequuntur Agnum, quocumque ierit.* Cur speciatim de virginibus affirmatur, quòd Agnum sequantur? Annon vt innuatur esse congreges, id est, Agno purissimo persimiles? Ita planè. Qui ergo specialissimè Agnum imitantur, ipsum sequuntur, ipsi ampliùs adhærescunt, augustiori donati splendore; qui enim plus soli hærent, ampliùs illuminantur, iuxta Vatis carmen: *Accedite ad eum, & illuminamini.* D. Bernardus de Passio. Dom. cap. 31. fatur. *Quanta, putas, ibi fulgebant gloria Virgines Christi cordis & corporis puritate illum sequentes? Sole sequuntur solem Iustitiæ Christi in Agnum quocumque ierit. Vnde & sola illi similes sunt, atque simillima. Honorabuntur ergo præ cæteris in eodem regno existentibus splendore quidem excellentiori: sicut lunam videmus præ cæteris syderibus præeminere. Possidebuntque in domo Domini locum meliorem multò, quam cæterorum filiorum, & filiarum, qui virginitatis merito non fuat insigniti.*

Apoc. 14. Bernard.

91. *Virginis optima gloria portione donantur.* Maria quidem optimam hîc sibi partem eligens, & in regno augustiori corona cincta tibi sit virgo quælibet. Immaculatus enim & corpore & mente *optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Luc. 10. D. Fulgentius epist. 3 ad Probam, *Virgines eligunt bonam partem, quæ non auferetur ab eis, sed perficietur in eis. Quod enim ab eis nunc inuiolatum seruatur in opere, hoc eius gloria immortalitatis cumulatum reddetur in munere.*

Luc. 10. Fulgent.

Iam verò si cuilibet virgini angustior corona, virginum Virgini Magistræ, signiferæ puritatis quàm celsus thronus fuit à Domino præparatus? Canisius lib. 2. cap. 15 *Et erit quispiam censor tam improbus, vt Mariæ Virginitatem suo tam merito, tam præmium aucat celsiori defraudare? Maria, inquam, quæ prima sacra Virginitatis institutum amplexa est: quæ huius virtutis quasi primitias sponso cælesti tam præclare obtulit, atque consecrauit: quæ incomparabili spiritus, & corporis puritate claruit, eámque omnibus numeris expletam habuit: quæ denum Euangelicarum Virginum & Ducem, & Magistram, & Principem se præbuit.* 92.

Maria Magistra virginum celsiori præcomonio afficitur. Canis.

Audisti virginitatem Angelis comparari? Apud Ambrosium & Bernardum legi: Quid est cælicolis comparatam esse Virginitatem, nisi innuere, maiores in regno cælorum Virgines futuras, si cum reliquis beatis componantur? Quid Maria? Num in præmio Cherubim? num Seraphim? Omnes cælicolas gloria Virginitatis merce superauit. Ait Sophronius serm. de Assump. Mar. *Si quælibet Virginitas tantum erigitur, vt Angelis comparetur, multò magis gloriosa Maria quæ singulari commendatur priuilegio, & immenso ditatur mercimonio.* 93.

Si quælibet virgo Angelis comparatur, quid Maria? Sophron.

Concinunt Virgines cunctæ cāticum illud, quod non fas ab aliis efferri, & non Coryphæa cantabit Magistra puritatis. Ad hæc Bernardus hom. de B. Virg. *Nouum canticum illud, quod solis dabitur in regno Dei cantare Virginibus, ipsam Virginem Reginam primam inter cæteras esse cantaturam, nemo est qui ambigat.* Et in tract. Passio. cap. 31. *Si omnes, ait, Virgines canticum illud, quod solis dabitur in regno Dei cantari virginibus, cantabunt, numquid illa Virgo virginum primiceria non cantabit? Cantabit vtique, & tantò iucundiùs, quanto castior cæteris; præbebitque toti Choro in cantando exemplum, quas ad Virginitatis amorem suo incitauit exemplo.* 94.

Si illa speciale canticum proferunt, annon Maria virginitatis Magistra, Coryphæa? Bernard.

Quid Maria Moysis soror expressit, cùm post rubri pelagi transitum, accepto tympano feminas ad canticum excitauit? Annon Mariam Matrem Domini Ducem Virginum futuram æternùm Choryphæam? *Cantemus, ait, Domino, gloriose enim magnificatus est.* Exod. 15. Ad quæ Ambrosius lib. .de Virg. *Tunc Maria tympanum sumens Choros Virginales excitabit: Cantemus Domino quod per mare sæculi sine sæcularibus fluctibus transieram. O quantis illa virginibus occurret, quantos complexa ad Dominum trahet! dicens: Hæc thorum Filij mei, hæc thalamos nuptiales immaculato seruauit pudore.* 95.

Instar sororis Mosis ducis virginum Choros. Exod. 15. Ambr.

Pende illam particulam: *ò quantis illa virginibus occurret.* Tam eleuata adest Maria ob virginitatis magisterium, vt non solùm super omnes eleuetur, sed & ipsa Dei munus exercens diuidentis seu segregantis oues ab hœdis, virgines à non virginibus accedit separare, virginésque speciali excipiat affectu. Quod confirmat Hieronymus epist. ad Eustoch. ipsam ad virginitatis custodiam accuratissimā excitans obiectu Mariæ Virgines excepturæ. *Egredere, quæso, paulisper de carcere, & præsentis laboris antè oculos tuos tibi pinge mercedem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Qualis erit ille dies, cùm tibi* 96.

Instar ipsius Domini segregantis oues, segregat Maria Virgines, quas speciali puritatis præmio afficit. Hieron.

tibi Maria Mater Domini choris occurres comitata Virginum; cum post rubrum mare, submerso cum suo exercitu Pharaone, tympanum tenens, precinet responsuris: Cantemus Domino. Responsuris vtique, id est, solis Virginibus, quibus fas canticum illud proferre.

97. Quis dubitet Deum futurum Mariæ Filium non toto adlatum affectu in Deiparæ gloriam? Intendens igitur Matrem singulari gloriæ munere replere, animum illius ad Virginitatis votum excitauit. Quod attigit D. Bernardus hom. 2. super *Missus*. *Deus Matrem suam singulari in cælestibus donaturus gloria, singulari in terris preuenire curauit & gratia; quia videlicet & Virgo intacta conciperet, & virgo pareret incorrupta.* Hoc est, Virginitatis proposito persisteret immaculata, nec enim concipere, aut parere solummodo sine ipsius Virginitatis merito specialem præparatur in gloriam. Scio immensum gloriæ poodus cuilibet guttulæ Mariani pelagi gratia pleni respondere. At illud affirmarim, specialissimè Deum (sic fari liceat) meditatum, quonammodo augustiori præmio Matrem specialissimè afficeret: inuenisseque id præstandum, si Votum illa Virginitatis emitteret. Pulchrè fatur Ambrosius de Instit. Virg. cap. 6. *Maria fuit, cui maius, cum Matri Dominus meritum reponeret,* (siue cùm statueret quoisnam præexcelsis meritis abundatura esset) *præmium reseruauit. Nulli enim vberiora, quam Virginitati, deputauit munera.* Quis igitur tantæ Magistræ non hæreseat alumnus?

Curam Deus singulari præmio afficere Matrem, ad Virginitatis eam votum excitauit.

Bernard.

Ambros.



LIBER



LIBER SECVNDVS.

MARIA NVPTA.

Paraphrases, Commentariíque Literales ad Patrum contextum de Nuptæ Mariæ Historia.

PANEGYRICI MORALES CIRCA contextus literam in Mariam Coniugem.

PROLVSIO.

IAM secundi status, Coniugalis scilicet Maria Vitalis Arboris Marianæ Fructus
gloriam exponit, vti aiebat Richardus Laurent. secundus
lib.1. *Coniugalem statum habuit post desponsationem in*
Esther quidem figurata. Iucundum Deiparæ apud Richard. Laur.
innuptas Virgo commorari Mariæ fruitura re-
quie. At tendit ad coniugatos, vt sufferendarum
tribulationum præstaret exemplar. *Propter hunc*
statum (adiicit ille (*dicitur ei Eccles.* 24. *In Iacob inhabita, id est, in coniu-* Eccl.24.
gatis, qui sunt in lucta, quia tribulationem habent. 1. *Cor.* 7. Maria etenim à 1.Cor.7.
Templi abstractione recedens dum Nuptiis traditur, committitur
pelago fluctibus tribulationum vulneranda.

Historiæ contextus ex Patribus.

NVM. 1. Dolescentis nuptias Sacerdotes curant institui, Maria ex obiectione voti renuente. Agitur apud cæleste tribunal causa difficilis, Diuino impetio ex Tribu Regia soluti viri congregantur. Virgæ non germinant, nec à Domino præparatus Virginis apparet sponsus.

PARAPHRASIS.

1. *TErtium post decimum annum exegerat Maria, cùm Sacerdotes curant vitem pulcherrimam vimo digna illigari. Nec enim decens pulchritudine tanta praditam iuuenculam apud Sacerdotes diutiùs commorari. Admonet adolescentulam Zacharias, recusat illa egressum, firmans Parentum voto Templo esse perpetuò mancipatam; se adiicit strictiori adhuc lege teneri ex Virginitatis libamine. Oraculo cælesti res noua committitur, responso reddito adolescentes, virosque solutos ex Dauidis familia congregandos Encaniorum solemni, vt gestantes virgas, ille Maria ascendat in coniugem, cuius florens virga descendenti è Templi vertice columba nidulum offerat. An Maria virgas precibus desiccaret, ne germina effunderent? Columbámne tempestatis bsulam, non diluuij terminati nuncium vocitares? sese illa Diuina dispositioni addixit qua inter flãmas iam rubum incolumẽ fuerat contẽplata. Adstant Regia Tribus propagines apud Templũ, virgas ostentant supremæ felicitatis insigne, supremæ infelicitatis ostio. Gẽmas nullus vidit germinaturas, quia gloria illa erat feliciori viro præparata.*

2. Porrò requisitus vir inuenitur Faber Iosephus tantæ Coniugi tantus, propria tantillus æstimatione. Excusatio non proficit, propositum non admittitur castitatis, vbi tota Dei causa erat. Ad supremum denique fastigium eleuatur, qui Coniugis Mariæ vir, Angelorum ac hominum Reginæ potest imperare.

2. Requirunt Sacerdotes, num Delubri latibula aliquem Dauidis filium excepe-rent, consultò alij coniugio destinatum, & inueniũt virum fabrum Ioseph, quem castitatis propositum excitarat ad fugam, qui vt modestus, vt humilis, vt Virgo, vt fugiens ad Coniugem modestissimam, humillimam; purissimam, fugientem erat electus. Post impedimenta obiecta, Sacerdotali obedientia prafert virgam, quæ mox in conspectu Domini germinans, columbam è culmine dilapsam excipit, Mariæ sponso calitùs designato. Nec enim aptior ad regnum fortuna augustior, sed augustius meritum cordis, quod Dauidem humilem sectabatur. Accedit ad sacra habitacula feminarum Iosephus, propinquis cinctus, pracinctus modestia, cui praecepta Maria obuiam procedit, ac Zacharia ministerio, iunctis de more dextris, purissimum Coniugium celebratur, Virginalis status documentum.

3. Coniux felicissimus Mariam refert in Nazaretham parentum excipiendam in domo. Vt Iosephus legi, consuetudiníque obtemperet vale dicit sponsæ, redituus Bethlehemum, dies nuptiarum celebrationis expectaturus.

3. Recedit Maria à sacro limine, corde inibi commorante, Prophetissa Anna reliquisque feminis effusis in lacrymas. Praparat Zacharias & ad Iudaa montana profectum, vt propinquos grato excipiat Elisabeth hospitio, & ad Nazaretham reuersionem. Propriam domum Maria ingreditur, vbi mensa parca, humilis lecta. Felix mensa, cares delicijs, sed & gula, beatum lectum pates frigori, sed & ignem voluptatis ignoras. O Maria, iam noui status cura pracordia exagitant. Humilis Dauidis virgula fugi, sed augustiori sum propagini addictus. Mihi persuaderem, te caleste Numen iniquo opere ingratum reddidisse, si sanctissimam Abigailem non vidissem stulto illigatam Nabali. Noctem sortita es meis tenebris gratius tuum exponens luminare. Mihi tradita es custodienda, non violanda, soror & coniux, à te voto Virginitatis emisso, cuius affectus imitator non sine calesti doctrina propositum Virginitatis fouent pracordia tuo magisterio perpetuum conuertendum in votum. Proh dolor! coniux verus consuetudinis lege à te sum necessariò amouendus. Non licet tuo consueti temporis interstitio frui conspectu. Praterea res familiaris dispositio me vocat patriam in Bethlehem. Compertum habeo tuum spiritum in Vrbem Dauidicam me relaturum, cùm apud Nazaretham meum animum relinquo. Respondit sponsa, cuius modestissimo fraterno quidem amplexu sponsus audet ad profectum reditus paratior.

4. Ab sponso abstracta Virgo feruentiori contemplationi vacat, vt Verbo præpararet hospitium. Aduentans Archangelus Domini fit & præcursor, & assertor aduentus, præcordiis sacræ Adolescentis operato Mysterio, Verbi carne induto.

4. Intereà Virgo feruentissimo flagrans desiderio Verbi sitit Incarnationem. Ad calestem sponsum Gabriëlem immittit postulaturum Messia aduentum maturari, ancillam Virginis paritura fieri. Mirum si vel Verbi incarnatio hominum saluti futura, Marianis precibus non obtineretur. Dei magnalia Virgo contemplatur, vltimum finem hominis operum fundamentum cordi enixè infigit. fulgen- Birgitta.
tissimum sydus cubiculi tenebras fugans aspicit noctis in vertice. Mox succedit sol mirabilem efformans diem, pracordiis calestis igne conflagrantibus. Adstat Archangelus signum rubrum expandens aureis litteris rubricatum, Verbúmque sub appositi Iuuenis specie gerens vexillo, stipanti calitum satellitio. Incarnationis Myste- Gertrud.
rium annuntiatur, perficitur, pracordiis Deiparentis Verbo penetrante, nostra mortalitatis indutus vestimento.

Pracepto

5. Ad Elisabeth domum pergit Deipara propinquę præstitura obsequium. Redeunte ad Nazaretham Virgine, mox à Bethlehemo rediit Sponsus Nuptias celebraturus.

5. Præcepto cælesti Angeli sermone indicato, exsurgit Deipara, Elisabethæ limina teris, propinquam leuatura, docēs nos gentiles necessitudines revereri. Miracula excitantur puelli apud viscera commotione, Elisabethæ prophetia. Trium mensium termino obsequium circumscribitur, Maria prægnanti seni ministrante, infirma quidem ex prægnantis ætate, valenti ex sarcina. Gestierant iam parietes, cantu Virginis exaudito, reddita Zacharia domo collegium sanctitatis, cum sanctissima Adolescentula, ne inuisentium aspectaretur accessu Zacharia fortassè comite, Angelis sine dubio sociis, rediit ad propria. Non moratus Iosephus celebraturus Nuptias accedit, se coniugi manifestās socium fuisse tenebrarum, apud Nazaretham morante sole; in morem aquæ carceri addicta nunquam non quæsiisse rimulam libertati, instar ignis lucernæ hærentis sphæram supernam petisse, arcum amitatum, cuius cornua trahunt vincula, aut lapidem alto è vertice semper properantem id centrum; certè reuersione sibi acquisito die, libertate, sphæra loco, & centro.

6. Acris tempestas naui Virgini præparatur, quia & Iosephi nauigium suspicionum fluctibus huc illuc distrahitur, naufragio communi futuro, communi è pelago liberatione. Relegantur venti, vndæ quiescunt, Nauis vtraque appellit ad portum, Deo mari imperante, Angelo lac vndis immittente, postquam nauta ipse operam dedisset liberationi.

6. Iam primò pelagi Maria nauis tumentes fluctus experitur, contemplante Iosepho tumētem coniugis vterum. Ratio suspensione afficitur, sensus turbatione, albescit facies, sanguine confugiente ad cordis latibula ex maculæ suspicione. Aspicit purissimam sponsam, & à pœna recedit; aspiciens, videt tumorem vteri, & iterum dolore exagitatur. Rursum aspectat in tribulationis medicamen præteriti, sed simul aspectu contrahit ægritudinem. Si respicit, perit, oculos auertens sine medicamine moritur. Complicatus dolor, nouus profectò, cui mors vita, cui vita mortis est operatrix! In media dubietate, ac satisfactione degit, sanctam iudicat, non sanctam veretur, apprehensione iudice praui affectus, qui & iniuriantem, & iniuria affectum simul audet condemnare. Lex coniugibus viris imperabat, thalamo maculato, vxorem tradere populo lapidibus impetendam, annunciata sponsa libidine. Quid Iosephus? Damnaret Mariam? Eam purissimam æstimabat. Silentia inuolueret manifesta impregnationis documenta? Quonam modo lege aduersùm tanti iniquitatem delicti vociferante? Heu cor (ait afflictus sponsus) dormióne, an vigilo? Vigilo quidem tanti sensu doloris: dormio tamen, si de Maria dubito puritate. Viuóne, an morior? Non obij, siquidem mortui doloribus non afficiuntur: non viuo, mortuum sponsæ fulgorem suspicatus. Compósne mentis sum, an impos? Amens non sum, si ipse amentiam agnorim: nec omninò compos deprehendar, si circa sponsæ pudicitiam anceps ratio defertur. Quid si talis ex tribulatione obiicior, vt vigilans dormiam, moriens viuam, & compos mentis simul amens appaream? Maria adulterio maculata? Obruatur lapidibus. Mirabili nitet puritate? viuat sæculorum heres. Tumet vterus virgine sponso. Israël lapides præpara in vindictam non iniuriæ, sed criminis. Hæcne adamas ille haud ictibus cedens? Sol fulgentissimus? Luna sine defectu plenitudine condecorata? Non erraticum Sydus? Æs validum? Nix candida? Imago puritatis? Adamas emollitur, sol obruitur nubibus, deficit luna, sydus errat, æs ceruit, nix nigredine offunditur. O Tantalum inter fructus & fluctus nec satiandum quidem, nec obruendum! An Maria illa sit Isaiæ Virgo germinatura Saluatorē? Fauent mira infātia, magnalia pueritia, & adolescentia. Solus Ioseph obiicitur, cui minimè tanta traderetur sponsa. Igitur si sponsæ innocentia linguæ frænum apponit, dum Lex labia ad loquendum videtur aperire, absentia morti quidem amoris, sed simul infelicitatis dabo operam in vtriusque coniugis medicamen. Pergam ad insulas hominibus vacuas, feris plenas, adustas inuisam zonas, Nili ripas dimetiar; si fortè feræ sepulchrum misero indulgeant, exurant zonæ, Nili plorans crocodilus absumat. Somno traditur fatigatus vir, vt paululum viuat: nam qui viuit moriens, tunc viuit, quando ablegatis doloris imaginibus fortassè dormit. Mox excitatur à dolore, & ne viuus visus testimonio coniu-

gem condemnaret iustus, auditus requirit testificationem. Platea domus vicinas citat, aures accommodat, si fortè aliquis sermo de Maria instituatur. Audit Paschasius. *hic solè fœminam puriorem: ibi accuratissimè fuisse ab oculis hominum abstractam coniuge absenti. Nulla lingua de Mariæ laudibus conticescit. Redit pronior ad somnum iustus Iudex, non ex vnius sensus instantia damnaturus innocentem minimè tunc somno traditam, sed instantibus precibus à Deo flagitantem, vt apud Ægyptum ablegatus Ioseph, patriæ restitueretur. Vt Elias à Iezabele suspicionis vnius exagitatus veritatis ascendat in montem. Vt Tobias tanta luci cedens alterius Raphaelis ministerio videat. Vt Moyses ardentē sine læsione accedat ad rubum, sint nuptialiū suspicionum calceamento. Denique Gabriel dormientem edocet sponsæ innocentiam, asserens vterum eiusdem cælestis æternum puritatis liliis stipatum; Mariam fortissimam Mulierem apud nivis thesaurum puritate armatam egregia, Spiritum sanctum tanti causam effectus, Dei operibus minimè sensui speciem indulgentibus. Ab vtroque Ioseph somno excitatus in sanctissima Sponsa conspectu pronoluerit in cordis commutati documentum, & verba lacrymis obruentibus, & modestissimo amplexu arcum offerente tempestati. Celebrantur Nuptiæ inuitatis propinquis. Exigua mensa, sed quæ Manna in morem cuncta cunctis cessit in alimenta.*

7. Naturæ humanæ gloriam ex aduentu Messiæ tota creata natura quodammodo particeps gestiens proferebat, miraculorum facibus, dum temporis decursu felicissimus partus instabat. Exsurgunt sacri coniuges Cæsari censum soluturi, Deo obedientiam.

7. *Intereà superi venturi Messiæ gloriam miraculis proferebat. Femina puerum gestans auolans obiicitur. Duplex sol radios expandit. Apollinis obmutescit Oraculum. Augustus haud Dominum se permittit appellari. Vacca agnum enixa est, Iesu puero Verbo infante, Domino seruiente, Agno nascituro. Felicissimus iam instabat partus, elapsi fuerant sex reliqui Martij dies, Ariete Agnum vellere aureo prænunciante. Prætererat Aprilis, illum manifestante Tauro, cuius cornu Rhinocerotis. Perfectus Maius, Gemini figurante diuinæ ac humanæ naturæ indissolubilem cōplexum. Terminatus Iunius, Cancro timente ad veri Herculis aspectum. Iulius exactus Leone non rugiente, sed balatum in Agni ventre documentum emittente. Effulserat Augustus, sole appositè, ac verè in signo Virginis commorante. Septembris terminus apparuerat, libra lancibus æqualibus (nimpe homine redempto, ac Dei honore minimè læso. Octobris cursus prælapsus, iam pene scorpione pedibus Apostolicis proculcato. Cucurrerat Nouember ignea diuini amoris iacula sacro emittente sagittario. December denique ad terminum properabat, Capricornio affirmante in morem capræ è cœlis montibus ad nostram vallem properare dilectum. Augustum publicatur Edictum, pergunt coniuges sanctissimi in Iosephi patriam Bethlehem sitiens Maria iuxtà vrbem petit puteè vndis sitim extinguit, negatóque potu, ipse puteus sese effudit in amnem, Israelis vero calicem porrecturus.* Chrysopol. Episc.

8. Conditor naturæ nascitur, cælestis Imperator præsepio sistitur. A pastoribus, à Regibus adoratur humilitas. Purificatur Puritas, vt mundissima stola gladio Simeonis vulnerante, purpura rubricetur. Monitus Ioseph fugam præparat in Ægyptum. Mariæ vberum gloriam diffluentia saxa prædicauerunt.

8. *Apud commune hospitium, instante partu, Maria calceamenta soluit, vt rubi mirabilem aspiciat conflagrationem; comam à vinculo liberat noctis tenebras ablegaturam; ac versus Orientem solis veri petit exortum, dum ille in solis morem sine læsione penetrat crystallum. Mox fons purissimus medio in stabulo nascitur tunc minister infantis ad lini ablutionem: nunc cunctarum ægritudinum medicina. Angeli hymnis æthera complent, pastores adorant, nutrix, edito miraculo, adhæret Infanti. Puer circuncisionis vulnere afficitur, Iesuque nominis oleo sanatur. Adoratur à Magis Virgo Purificationis legi vltrò paret, Templo sistitur, prophetantibus Anna & Simeone, gladio præcordia Virginis transuerberante. Instante nocte Zacharias Virginum Virgini offert hospitium, quia Virgo adhuc post partum nullius legis prohibetur instantia. Iosephus incerta aut à Templo, aut ab hospitio somnum capturus excipitur, cui Gabriel. Thesauri custos*

stos somno laxat habenas. Troia conflagrat, an Penates despicis? an Filium tuum Patrem derelinquis? Perge in Ægyptum, vt Mariana Nubes Iesu rorem infundens vberior fructus quàm ex Nili fluctibus exsurgat. Surgit Ioseph, de periculo commonet Mariam, quæ Filium gestans sese difficili itineri imparata committit. Ierosalymiam iam implebant vlulantium voces parentum, nece indicta puerorum, plateis carnificibus redundantibus, sed Virgo properabat incolumis Angelis Regii ministros excæcantibus. Non longè dissita ab vrbe iacet specus, vbi Deiparens absconditur, dum Sponsus pergit in Bethlehemum subsidia exilio requisiturus. Infans Dominus lactabatur, liquoris guttula super saxum extidente, non casu quidem; nam subitò candidum saxa liquantur in lac, suauitatis Marianı pectoris documentum.

9. Zacharias virginitatis Marianæ assertor occiditur. In campi oliua à ficu protegitur non fatua, sed illudenti fatuitatem Herodis.

9. Iosephus rediens viam longam instituit, priùs certiori facto Zacharia, qui Ioannem puerulum Elisabetha vberibus illigatum ad deserti tutiara remittit; mortis sacerdotalis (vita dixeris veriùs) occasio. Zacharias enim, quòd Ioannem absconderat, quòd Mariam nuptam, & recèns matrem apud Virginum sacra admiserat habitacula, inter Templum & altare horribiliter lapidibus obruitur, sacris saxis purissimo sanguine rubricatis. Fugientis Dei familia nuncium remittitur Herodi, qui immittit milites insequentes. Comprehensuri peregrinos accedunt, sed aut caua excipiuntur à ficu, aut arborum obiectu, nunciı decepti putauere verè ligna, quos fugientes ab alto viderant speculo saxi. Restituit ficus sapiens thesaurum, purgata iam, quòd olim latibula præstiterat Adamæ. Episcop. Chrysop. in Magnif.

10. Mariæ Nauis committitur pelago frumentum afferens in Ægyptum, quo solitudinis Angeli saginandi.

10. Periculum de periculosa via facientes comperiunt Ægyptum centum supra decem leucis distantem haud tunc posse terra obtineri, impediente Nili inundatione; non tam difficile pelago, si Ptolemaidis vicinus exciperet Portus. Ibi nauem inueniunt à cælo præparatam, quæ recipit fugientes, & Dominum pelagi custodiens, non Ionam excipiens, spumantes despicit vndas. O Nauis institoris triticum afferens in Ægyptum superata ventorum ac maris feritate, portu dulci potiare. Quid ô Virgo, nauigium requiris, vera Nauis, vbi carina fundamenti sine labe conceptia: Latera virtutes fortissima exædificationis firmamentum: Pondus immensa gratia, qua quidem nauis recta perrexit: Vbi intorti pali ad figendas tabulas desunt, quia cuncta recta in Maria; & costa curuæ ad vinciendam carinam absunt: quidquid enim conceptionis fundamini hæret, haud potest niti curuitate. Fouea patet ad arborem protectionis Marianæ figendum. Exurgit malus maior & minor fori, puppisque & proræ arbores aspectantur, quæ quatuor Ecclesiæ status sacerdotalis scilicet, regularis, nuptorum, virginum aut continentium protectione afficiunt. Ibi forum amplum patescit, hostibus quidem horribilis impugnatio. E crucibus malorum velamina pendent cogitationum secundo Spiritus sancti semper halitu plena, haud stridentibus funibus ex gemitu culpæ. Contemplationis eleuatur Carchesia, vnde virtutum flammulæ, ac vexilla panduntur. Gubernaculum obedientiæ cælesti manui addicitur nunquam non voluntatis supernæ fidus aspicientis, acu magnetica (seu corde Deiparæ) haud ventorum nominibus stipata: nec enim vnquam concupiscentiæ fomite exagitata est. Nec Mapa diuersi assignantur portus, vnicum cælestem nostra Naue petente. Nec Breuia adnotantur, queis hæreat carina, aut saxa, vbi nauigium comminuatur, Bolis enim prudentia profunditatem dimetitur. Nec tenebrarum veretur aspectus, Nauis ductrix Faro clarissimo luminis cælestis illustrata; vnde nec syrtium insidiis, nec piratarum incursibus absterretur. Ibi apud proram vasis oculi à longè peccatorum miseriam aspiciunt; Charitatis rogus flammas emittit. Haud necessum, sentinam exsiccare vitiorum; nec enim aquam diuinæ indignationis admisit, rimulis sensuum cælesti obtrusis protectione. An vincientes funes? Nunquam vincta Maria ad brauium continuò properauit. Anchoranæ? Tempestates non timuis, attamen spe insigni firmabatur. Num rostrum? Vndas tumentes intersecuit, nunquam sistens; nec enim vel pictum serpentem ostentauit, qui cursum retardaret velocissimum. Nauis felicissima proculdubio cælesti sinu recipienda. Papa.

11. *Isaac*

11. Bethlehemiticorum Infantum nex Virgini obiicitur, vt tanta strages dignioribus lacrymis donaretur.

11. Isaac vnus Pastorum qui cælestem adorarant Infantem nutu cælesti idem iniit nauigium, vt Mariæ & Iosepho fidele præstaret obsequium. Rogatus profectionis causam, expressit, fatus. Fama noui Regis crescente & præsepis gloria, & Magorum munere, & Simeonis prophetia, Herodes Rex alienigena vt æternam tyrannidem redderet Bethlehemitas edicto neci dedit infantes. Misera post biennium ætas, quæ pueros repulit à corona. Carceri addicti Pastores illius felicissimæ noctis gloriæ testes. Heu, fugit gladius à viro. Me miserum, quia non potui rursum vtero addici, vt renascerer percutiendus. Aut securitatem mulo sanam fugi, aut cælesti nutu vestri itineris socius adscribor, vt obsequium præstem laborantibus. O Virgo horribilem nubem aspexisti post tonitrui strepitum, post fulminis coruscationem lapidibus gracilia spicarum colla intersecuere? Hæc infantum strages. Bethlehemo tristia lamenta resonant, Echo quidem audiente, se minime vocum terminis insonante, puerorum Regum sanguine gladij intinguntur, multiplicati Abelis purpura profusa inclamat, cælum atro vestitur indumento, vox in Rama peruenit ad aures, suam vicem profundente Rachele lacrymarum profluuio, eius arum auulsione, quod sororis Liæ filij gladio feliciter committuntur, Iosephi ac Beniamini non quæsita neci posteritate. Sol festinat ad occasum, ne testis tantæ crudelitatis constitueretur, & luna sanguine rubricatur, ne aspiciat, & vt morem gerat Ecclesiæ sacro sanguine imbuta. Heu agni, quænam fortuna cunabula vertit in tumulum? Matres afflictæ cupiunt vitam libare gladio dulces natos percutienti, vitæ paruulorum vsura, quasi non crudelius esset, sine matre lactente perire, quàm gladio trucidari trudendos coronæ. Curant abscondere sese ipsos plorando prodentes; quonammodo enim tacere scirent, qui timere non noscerent? Tenet carnifex sinistra pullum, dextera gladium, dum mater vtraque manu defendere conatur infantem proprij colli obiectione; durior enim illi filij mors quam propria calamitas, moritura mox misera parente ex exigui obiectu cadaueris. Fuit puerulus, quem astuta parens femineo celarat amictu: At ille masculo spiritu parentis prodens astum sese certaminis felix restituit. Fuit puerula, quam existimatam puerum feliciùs gladio tradidere. Hæc lactans infantulum lac vidit & sanguinem è communi vulnere profluentem, transfixo enim nati pectore matris gladius vbera (superante furore) penetrauit. Illa inter duplicem cunam media cuinam priùs inclamanti succurreret infanti? An recèns nato solummodo plorare scienti? An bienni matris nomen imperfectè iam efformanti? Infelix parens vtroque orbata filio, quia vtrique impendere curauit auxilium. Ille carnifex percussurus puerum macharam stringens, matris colla vulnerauit inclamantis quidem: Parce errori, dum infans reseruetur incolumis. Quis ferrea voce exæquauit clamores, lamenta, affectus, dolores, preces, gemitus, terrores, nouissimos amplexus, mortuos, vulneratos, confusionem, metum, tumultum? Videres rursum Ægypti primogenitorum apparere cadauera. Ouium in morem matres carnifices insequebantur immolandorum infantum portitores. Vilis progenies, (inclamitant) fugitis ferro induti fœminas insequentes, quarum gladij lacrymæ, quarum arma suspiria? Haud isti pueruli dignum aliquid morte gesserunt, si delictum non est ex vtero prodiisse. Léxne simul matres imperat trucidari? An executioni sententia contra scelus mandanda, innocentis periculo? Occiduntur nati? matres reseruentur: Pereunt matres? nati à vulnere eripiantur. Si vita est vna, crudelissimum est, nos duplici morte trucidare. Tyranni imperium mortem indicit infanti, qui Iudaicum emittatur ad Regnum. Meus igitur eximitur infans exortus labori paupertatis. Audisti me lactantem puerulum illum Regem meum, meum Principem vocitasse? Affectus erat ille cordis, non Regni vaticinium, minimè ambitus coronæ. Hæc sine vita tragica verba miserè profundebant inutiliter matres, dum carnifices colla infantum vulnerabant; at illæ profluentis liquoris aspectu sine gladio, sine vulnere, amore sauciæ se communi sepulchro dicabant. Videl.

12. Babylon excipit Mariam, eius conspectui immundum calicis libans profusura liquorem. Diuorum etenim simulacra vero Numini decessere.

12. Cæleste depositum Nauis fidelis custos tradidit Babyloni. Templum inibi tot idolis præstabat domicilium, quot dies anni adnumerantur. Puer cuna hærescens fastigium tenebat ignoti Dei appellatione. Huiusce Delubri sacerdos Aphrodisius Mariam puerum Iesum gestantem, ac Iosephum Videl. Abul.

plum repericas aut adnata affectus compasione illectus, aut Numinis dispositione, eas ad domum inuitat. Reficit à pelago exagitatos, ad Templum adducit. Proh Deum immortalem! Obiecto verò Conditore, idolorum turba illico corruit, Puero cunae habitatore singulariter persistente. Sacerdotum vulgus insurgit in Virginem, quam sacrilegi incusabant effectus, quasi Puerulus Iesus idolorum numina flagellasset. At Aphrodisius irruentes viros impediebat sapienti sermone. Si hic infans (aut) à tot Diuorum potentia victoriam reportauit, vnicè adorandus exponitur. Haud rebellia obiiciamus praecordia, ac instar Pharaonis Domini flagellemur, Puero libemus thura vmbra quidem ignoti Dei veritati. Nonnulli caelesti consilio afflati Iesum adorauerunt, ac Mariae magisterio summus diuorum Praesul Aphrodisius iam noti Numinis praedicator exsurgit.

13. Porrò virga veri Moysis Iesu in manu seu vlnis Deiparae apud Ægyptum praeclara exeitauit miracula, non quidem incolas flagellatura, sed pristina sanatura flagella.

13. Mira equidem apud AEgyptum vera Israelis Virgo dedidit luci. Palma vetus famescenti Maria submissis palmitibus impertiuit annonam, non iam vt palma, vt Phoenix innouanda, quae tanto beneficij pondere exaltata est, velut Cades propago. Ficus nocte intempesta Virgini ac Puero scissa cubile ac lectum obtulit, ne serpentū insidiis patescerent. Arbor Perseus nomine, cuius folia humanam linguam imitantur, cuius fructus nostri cordis praeferunt imaginem, Daemonis quidem habitaculum, transeūti Maria tota coma summissa, vertice haerente solo, ac fugiente Diabolo, praestat obsequium. Nec redit ad pristinam locum germen, vt foliorum linguis proferretur Mariam rebellium cordiū esse debellatricem. Caelestis familia per trāseuntem Tanais habitatrix aquarum salsugine è pelago profluente vexatur. At Virgo Iesu pedibus quasi virga terram non percutiens, sed sanans, aqua dulcissima exilierunt fidelium sitim consecutura: infideles enim pristina amaritudine compotantur, nunc vigente miraculo.

14. Iam Babylonis, iam Heliopolis Dei familia non incola, sed indigena ostentatur, Maturea enim propria eius fuit habitatio, vt & contemplationi faueret solitudo, & mortificationem foueret inopia, & agro Thesaurus commodiùs posset custodiri.

14. Heliopolis Solis ciuitas septem leucis distat à Babylone, nomen celebris illa antiqua Pyramis. Iacet hic Thebas Angelicae humanae familiae postmodū receptaculum, refugij Ciuitas, vbi Rubrum pelagus tanta vnionis obiectu mansuescit. Porrò Babylon & Heliopolis pugnant, cuinam Maturea debeat haerere, sinus amoenitate plenus, prima innocētia facilè Paradisus. Hortus balsamis inopi, sed clarissimo fontis riuulo irrigatus, nō murmuratore, verū Mariae gestorum celebratore teste. Foecundissima ficus totius copia veris & autūni gloriā referebat, vitale lignū Protoplastis melioribus. Sacratissimae familiae haec frequentior habitatio. Hic Iosephus domū fabricauit, an tuguriū? Ficus cibū, fons ille potū porrigit sitiēti, riuulus fasciis Pueri munditiē, abluente Deipara, & balsamis pannos offerens i sole exsiccandos myrrhā primā donaturos arboribus. O quàm posteris vel gētilibus celebris Maturea, quàm redūdans miraculis? Iosephus Puerā cunae haerentē fingebat è ligno Ægyptiorū instantia: (queis illa imago sacratissima) ostendēs simul eius similitudinis prototypū. Maria dū apud Heliopolim seu Hermopolim degebat, feminis laborā- Papa.
tibus praestabat auxiliū, seu coqueretur panis, seu pānus ablueretur, seu linū aut lana ducerētur in fila. Nilus mediāte Iulio vsque ad Nouēbris terminū Ægyptū operiebat domos pro scaphis incolis commutantibus. Quàm incommoda caelesti Familiae habitatio: quàm verè super flumina Babylonis tristes diffluerent in lacrymas Ægyptiorum criminum obiectu!

15. Pedes redit sacra ad Patriam familia Israëlis imitata profectū: laborum enim irruentium adfuit Amalechita.

15. Tandē à Gabriele moniti tyrānū Herodē periisse, reditū praeparant, non iā quidem nauigio, Nilo reddito ad propria, sed pedites iter dimetiūtur, vt copiosa munera patientiae libarent. Quanta, qualis prouidetur annona? Ismaelitis Iesus gerit imaginē, Maria solūmodo panē & aquā gestāte: nec enim Israel verus virgā referens meliorem propria commoditati operam impendit. Non adest Mendoza.
Herodis terror, sed non defuit tyrannis latronibus, quorum Dimas ductor, irruentibus. Dux quidem admirans Virginis modestiam, pueri pulchritudinē, viri securitatē sic inhibet sociorum audaciam, vt reuerentia prosequerentur, quos auaritia fuerant aggressi. Nec Dimas sine mercede obsequitur: Maria enim futurum ei promisit auxilium.

16. Gestiens Mariam patria excipit Nazaretha, felix Iesu proficientis schola, cælestium tot annis arcanorum testis, sponsi melioris sepulchrum.

16. Archelaus Herodis heres Iosephum commouet, dubiúmque reddit, num sistere satiùs, quàm iter perficere? At, Cælicola monitore, pergit in Nazaretham, vbi Maria à propinquis fuit amoris excepta documentis. Inibi Puer educatur vtriusque labore partis. Pergentibus illis Ierosolymam, vt solemnia iuxta Legem concelebrarent, Iesus amittitur, Matre saucia, gementi, ac dubitante, num lupus Archelaus gentilem sanguinis Agni ferretur in sitim? Num ad superos mundi instante nequitia reuolasset? Num Matris aliqua inculpabiles incuria (si non oculi) auolare fecissent? At nulla causa in Maria si incredibili Puer non læditur amore. An Iesu cibus aliquis pararetur? An Patris cura adolescentulus, qui infans ex vtero addictus præsepio? An sponsa thoro hærens illum nocti inturia affectum pulsantem exciperet? Iesus equidem inuenitur, cuius rursum præsentia fruitur Nazaretha, vbi subditus parentibus lux operitur, vt mirabiliùs post decursum temporis homines illuminatura exoriatur.

SECTIO PRIMA.

Mariæ Nuptiæ.

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. 1. MARIÆ Nuptias sacerdotes curant institui. ipsa ex obiectione voti renuente. Agitur apud cæleste tribunal causa difficilis; diuino imperio ex Tribu Regia viri soluti congregantur. Virgæ non germinant, nec à Domino præparatus apparet Sponsus. 2. Porrò requisitus vir inuenitur faber Iosephus, tantæ coniugi tantus, propria tantillus æstimatione. Excusatio non proficit, propositum castitatis non admittitur, vbi tota Dei causa erat. Ad supremum denique fastigium Mariæ coniux eleuatur. 3. Mariam refert in Nazaretham. Legi obtemperans vale dicit sponsæ Bethlehemum rediturus.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Mariæ Nuptiis sacerdotes curam impendunt.

Mariæ Nuptias sacerdotes curant institui.

1\. *Curant sacerdotes, quidnam de Maria gerendum.* *Nyssen.* CVM ad ætatem nubilem Virgo esset adducta, sacerdotes agunt de sponso requirendo. Nyssenus orat. de bum. Chris. geoer. *Sacerdotes, quandiu paruula fuit, ad Samuelis similitudinem in sacris ædibus educarunt. Sed cùm iam adolesceret, consulebant, quidnam agerent de sacro illo corpore, ne Deum offenderent.* Et Metaphr. de vita & dorm. Mar. (*Metaph.*) *Cùm creuisset Puella, consilium cœperunt Sacerdotes, quidnam sacro illi corpori facientes, non peccarent in Deum.* Idem apud Nicephorum (*Niceph.*) lib. 1. cap. 7. reperi. Porrò cùm ætas nubilis aduentaret, Virginis Templo degentis, Pontifex publicè denunciabat, vt iuxta morem Nuptiis cura daretur instituendis. Hieronymus (*Hieron.*) de ortu Mar. *Pontifex denunciabat, vt virgines, quæ in Templo constituebantur, & hoc ætatis tempus implessent, domum reuerterentur, & nuptiis secundùm morem gentis, & ætatis maturitatem operam darent.*

Certè ad Virginis Nuptiis prouidendum, opportunum sese obtulit tempus, quo ex cunctis Tribubus, præsertim ex Regia ad solemnia Encæniorum celebranda è variis vrbibus Ierosolymam aduentarent. Certum, mense Martio Virgini lætum nuncium de Christi cōceptu renunciatum, quod affirmat Euodius quarto post desponsationem adlatum mense. Constat igitur mense Decembri, qui quartus ante Martium. Quo in mense cùm Encæniorum solemnia celebrarentur, (quæ vigesimaquinta die incipiebant Nouembris, tertiáque Decembris die terminabantur octo transactis diebus, vt dicitur 1. Mach. 4. & 2. Mach. 1.) non abs re est animaduertere, Sacerdotes occasionem nactos hoc tempore fuisse, agendi cum Virginis consanguineis de re nuptiali. Fauet Hieronymus citat. *Præcepit, vt ad festiuitatem, quæ imminebat, omnes ex Ierosolymis, & vicinis locis primores adessent, quorum consilio sciri posset, quid de re tam dubia faciendum esset.* 2. *Solemnes Encæniorum agitur de Nuptiis.* *Euod.* *Hieron.*

Definitum

3. *Admonita Virgo obit ut votum.* Definitum fuit (vti tradit idem Hieronym.) formosissimá puellam tradẽdam matrimonio. Quo quidem consilio ad Virginẽ delato, qua decuit animi submissione, id nulla ratione fieri posse ingenuè respondit, tum quòd Parentes se diuino cultui dicassent, tũ quòd vni Deo suá ipsa virginitatem libauisset. Audiendus Hieron. (Hieron.) *Cui mãdato cùm cætera prona paruissent, sola Virgo Maria hoc se facere nõ posse respõdit, Dicens, se quidẽ & parentes suos Domini seruitio mancipasse, & insuper seipsam Domino virginitatem vouisse.* Metaph & Nyssenus confirmant historiam incerti Auctoris commendantes asserentem Mariam votum sacerdotibus aperuisse, & obiecisse. (Metaph. Niceph.)

4. *Res noua dubios reddit Patres.* (Nyssen.) Rem nouam, & omni dignam meditatione sacerdotes admirati, dubij hærent, præcipuè cùm multa insolita apud Virginem contemplarentur. Nyssenus prædicta orat. sic. *Naturæ legi illam subijcere, vt cuipiam in matrimonio collocata seruiret, absurdissimum videbatur; instar enim sacrilegij fuisset si muneris Deo sacrati Dominus homo fieret: Legibus enim erat constitutum, vt maritus dominaretur vxori. Mulierem rursus inter sacerdotes in Templo versari, atque in sanctis ædibus conspici, nec lex, nec grauitas permittebat.* Hieronym. autem loco citato. (Hier.) *Pontifex in angustia constitutus animi, cùm nec contra Scripturam quæ dicit:* Vouete, & reddite votum, *infringendum putaret: neque morẽ genti insuetum introducere auderet, præcepit, &c.* Consonant Metaph. de Dorm. & Niceph. lib. 1. hist. cap. 7. (Metaph. Niceph.)

§. II.

Quid anceps Sacerdotum collegium circa votum Mariæ Nuptias impediente?

Agitur apud cœlestè tribunal causa difficilis.

5. *Oraculo consulitur.* (Hieron.) REm itaque omni ex parte dubiam ad Deũ more solito deferunt, quid de sua Virgine fieri vellet requirentes. Hieron. *Et cunctis quidem orationi incũbentibus, Pontifex ad consulendũ Deum de more accessit.* Nyssen. *Deliberantes in hanc sententiam, &c.* Metaph. Nicephor. & German. idem scripserunt. (Nyssen. German.)

6. *Oraculi responsum.* (Hieron.) Quid oraculum? Hieronym. *Nec mora, cunctis audientibus, de oraculo, & de propitiatorij loco vox facta est, requirendum esse, cui virgo illa committi, & desponsari deberet. Cunctos de domo, & familia Dauid nuptiis habiles, non coniugatos virgas suas allaturos ad altare prædixit: & cuiuscumque post allationẽ virgula germinasset florẽ, & in eius cacumine Spiritus Domini in specie columbæ consedisset, ipsum esse, cui Virgo commendari, & desponsari deberet.* Sequitur Hieronym. Nyssen. citat. (Nyssen. *Cur à virginitatis pagnus requiritur.*) *Diuinitus conuenerunt, vt eam connubij nomine cuipiam despõderent, qui tamen ad custodiã dũtaxat esset idoneus.* Nec enim sacerdotes post oraculum votũ castitatis violari intenderunt. Consonat Metaph. (Metaph.) *Eis de hoc consulẽtibus a Deo datur consilium, vt eam quidem dent viro nomine desponsationis: is autem talis esset, qui ad virginitatis aptus esset custodiam.* Sacerdotes igitur à Deo acceperunt custodem virginitatis futurum sponsum, minimè violatorem. Eadem Germanus. (German.)

7. Interea Deum summis precibus obsecrat ipsa, ne à casta mente dimoueri pateretur. (*Florens virga Ioseph.*) Ne metueret diuinitus admonita, se obedienti exponit nunquã pericula subeunti. Numini itaque parentes conuenêre quotquot ex Dauidis familia alij vinculo non alligarẽtur. *Erat autem* (loquit Hieron.) *inter cæteros Ioseph Cunctis verò virgas suas iuxta ordinem deferentibus, solus ipse suam subtraxit,* vtique pergens ad latibula) (Hieronym.) *Vnde cùm nihil diuinæ voci consonũ apparuisset, Pontifex iteratò Deum cõsulendum putauit, proditus est itaque Ioseph. Cùm enim virgam suam attulisset, & in cacumine eius columba de cœlo veniens consedisset, liquidò omnibus patuit, Virginem ei desponsandam fore.*

Num præter rem tibi videatur sorte diuina Iosephum electum Virginis in sponsum? 8. (*Probo Iosephum sorte electum cœlesti*) Attende, in Scriptura sortis nomine diuinam accipi voluntatem signo expressam externo. Sortibus sic electus Saul. 1. Reg. 10. sorte quæsitus est Acham præuaricator. Ios. 7. (1. Reg. 10. Ios. 7.) Floribus amygdalisque prolatis virgæ Aaron electus est in Præsulem. Num. 17. (Num. 17.) Accidit sors Matthiæ Apostolorum collegio addicendo. Act. 1. (Act. 1.) Quã sortem idem esse ac electionem diuinam Dionysius expressit de Eccles. Hierarch. cap. 5. (Dionys.) *Diuini, & præcipui muneris, per quod ille Choro sacratissimo insinuaretur, qui esset diuina electione declaratus.* Quid mirum, sorte Iosephum electum Virginis in sponsum? Patres confirmant. D. Epiphanius hær. 78. (Epiph.) *Primum quando Virgo tradebatur ipsi Ioseph, sortibus cogentibus ipsum ad hoc venire, &c.* Et in Ancor. ad medium. *Ioseph accepit iuxta sortem sanctam virginem Mariam.* Germanus orat. de Oblat. Mar. (Germ.) *Tunc Dei nutu, & consilio sacerdotum de ea datur sors, & sorte eligitur Ioseph iustus.* Cedrenus autẽ in Comp. (Cedren.) *Ibi Pontifex duodecim cognatorum Mariæ ferulas accepit, inque ara posuit, dicens: Ostende, Domine, cui Virgo hæc debeat copulari? Floruit autem virga Ioseph* Consonant Nyssen. Hieron. Metaph. Nicephor. & alij. (Nyssen. & alij.) Obserua duodecim Mariæ cognatos ad sortem assumptos.

§. III.

Coniugis ætas vtriusque.

Vir inuenitur Iosephus.

NVm senex Ioseph, an iuuenis, an vir fuerit matrimonio copulatus? 9. (*Sententia asserens eum senem.*) Prima sententia senem, imò cõfectum senio fuisse affirmat. Epiph. hær. 78. eum vt minimum octogenariũ asserit, quãdo Virginem duxit. (Epiph.) Sequuntur Niceph. l. 1. c. 7. (Niceph.) Abulens. ad c. 7. Isa & Parad. 1. c. 8. Parad. 2. cap 37. & sup. Mat. 1 q. 32. & sup. Num 30. q. 31 (Abul.) Gerson de Nat. Mar. Cons. 3. (Gerson.) Albert. sup. *Missus*, c. 39. (Albert.) Probatur Ioël. 2. (Ioel.) *Effundam spiritum meum super omnem carnem, & senes vestri somnia somniabunt* Quodquidem vaticinium in nostro Iosepho impletũ, quando *apparuit in somnis Ioseph* Angelus Mat. 1. docet Ægidius Zamor. l. de S. Ioseph. (Ægidius.) Confirmant antiquæ picturæ. quibus fides adhibenda, fãte Gregor. lib. 9. epist. 9. (Gregor.) *Pictura hoc idiotis præstat cernẽtibus, quod legẽtibus Scriptura; quia in pictura ipsa etiam ignorantes vident, quid sequi debẽat, in ipsa legunt, qui litteras nesciunt. Vnde & præcipuè gentibus pro lectione pictura est.*

10\. *Auctor asseris virum fuisse ætate robusta.* Gerson. Canis. Salme.

Assero tamen Iosephũ non senem, non adolescentem, sed virum adhuc pollentem robore, aptissima quidem ætate ad virginem decẽter custodiendam, & ad fabrili incumbendum, in Pueri ac Matris subsidium ministerio. Sic Gerson ser. de Nat. Mar. Canisius l. 2. c. 13. Salmeron tom. 3. tract. 29. aliique plurimi ex modernis, quos breuitatis amans hic, & alibi sæpè prætermittam. Ostendo ex Mat. 1. *Ioseph virũ Mariæ.* Et Mat. 2. *Ioseph autem vir eius.* Et Luc. 1. *Ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph.* Vir autem propriè, qui nec iuuenis, nec senex, sed robusta pollet ætate vsque ad annum quinquagesimum nunc, tunc sexagesimum: Deinde probo testimonio Isaiæ 62. *Habitabit iuuenis cum Virgine, & gaudebit Sponsus, &c.* Vbi Glossa, & Lyran. sic. *Habitabit iuuenis cum virgine caste & sanctè, sicut Maria cũ Ioseph.* Iuuenis ergo Ioseph! Minimè si iuuentam exponas; Isidorus enim l. 11. Etym. c. 2. iuuenẽ appellat virum, qui est ad iuuãdũ præparatus. Tertiò, quia coniugiũ hoc à Deo specialiter ordinatũ decuit esse perfectũ in cunctis, seruata scilicet proportione ætatis. Sicut in nobilitate ac moribus, asserente Clemente Alex. l. 6. Strom. & Theognide concinente.

Mat. 1. & 2. — Luc. 1. — Isa. 62. — Glos. — Lyran. — Isidor. — Clemens. Alexandr. — Theogn.

Non iuuenis vetulo coniux est apta marito.

Quartò, quia oportebat Ioseph ad generationẽ ætate idonea vigere, vt Virginis fama seruaretur illæsa; robustum esse viribus, & posset tot perferre labores, tot peregrinationes perficere; modestóque ministerio ad familiã alẽdã incũbere: aliàs alieno ipse indigeret obsequio. Gerson. *Sic existimo Ioseph fuisse iuuenem, sicut iuuentutis terminos ponit Isidorus à vigesimo octauo anno vsque ad quinquagesimum.*

11\. *Fundamento primæ sententia fit satis.*

Porrò ad fundamentum primæ sententiæ ex Ioële fit satis ex verbis immediatè sequutis; nam postquam ait: *Senes vestri somnia somniabunt*, addit. *Et iuuenes vestri visiones videbunt.* Vbi Lyranus, *Iuuenes, id est, hominibus cuiuslibet ætatis dabitur spiritus prophetiæ.* Nõ ergo ex hoc colligitur Iosephũ senem fuisse, quippe cùm & oppositum colligere liceat, spiritus enim prophetiæ promittitur vtrisque. Ad picturatũ authoritatem respondeo virginitatem Deiparæ initio nascẽtis Ecclesiæ decuisse illius spõsum præ se ferre senectutis speciem; ne quis de Maria minùs decens suspicaretur.

12\. *De ætate Virginis nuptiis tradita sententia.* Nyssen. Niceph. Metaph. Albert. Caiet.

Quæquidem virilis ætas proportionata quidem ætati Mariæ, circa quam non conueniunt Doctores. Nyssen. enim, Niceph. & Metaph. nullam Virgini specialem ætatem assignant, sed tantùm edocent cùm ad ætatis florẽ peruenisset & adulta esset, Iosepho sanctissimo traditam. Albertus Mag. sup. *Missus* c. 39. & Caiet. ad c. 1. Luc. affirmant Virginem ætatis circiter viginti quinque annorum, vel ad minus octodecim matrimonium cõtraxisse. Credendum enim quòd in tali Deum concepit ætate, qua fuit, in statu, ac corporis quantitate perfecta, vt tantùm donum non solùm datum optimũ, sed & perfectum perfectissimo modo tali ætati impensũ. Abulẽsis ad c. 2. Mat. q. 91. docet decimũ quintũ annum & ampliùs aliquid tempore coniugij Virginem agere. Driedo l. 3. de dogmat. tract. 3. c. 5. par. 4. defendit Christum ex Maria exortũ ante expletũ decimum quartum annum Virginis; vnde necessariò nupta decimotertio anno nondum exacto. Aug. Virgini Nuptias celebranti duodecim annos lib. de mirab. concedit.

Abul. — Driedo. — Aug.

13\. *Auctoris mẽs.*

Teneo Deiparam nuptam paulo post decimũ quartum annum inchoatum. Cùm enim tertiũ annum ageret, fuit Templo addicta, vbi annos vndecim cõmorata, anno decimoquarto fuit tradita Iosepho, & post quatuor menses, Gabriele nunciante, concepit Saluatorem. Sic refert ex Euodio Niceph. l. 2. c. 3. Nyssen. Damasc. & alij, quos refert, & sequitur Suar. tom. 2. in 3. p. q. 29. a. 1. & 2, d. 7. s. 3. Bonau. in Medit. c. 3. & penè omnes ex recentior. Audiendus ex antiquis Euodius. *Si quidem trimula cùm esset, in templo est præsentata, & ibi in Sanctis sanctorum traduxit annos vndecim.* Cõclusionem addixit Hieron. fatus. *Itaque ad quartumdecimum annum peruenit. Tum* (inquit Germa.) *Dei nutu, & consilio sacerdotum de ea datur sors, & sorte eligitur Iosephus.*

Euod. Dam. Suar. — Hieronym. Germ.

§. IV.

De fabrili Josephi arte.

Faber Ioseph.

14\. *Qui existimarint fabrũ ferrarium fuisse.* Matth. 13. Hilar.

QVoniam Euãgelista Iosephũ fabrum affirmat, haud licet dubitare. *Nónne hic est fabri filius*: Mat 13. Attamẽ quia nomen *fabri*, quod Græcè τέκτων generale est cunctis artificibus, quæstioni committo, num faber ferrarius, an lignarius? Ferrarium edocet D. Hilar. Can. 14. in Mat. *Non credunt hæc in homine Deum agere, quin & patrem ipsius, matrem, fratrésque nuncupant, & paternæ artis quodam opprobrio lacessunt. Sed planè hic fabri erat filius ferrum igne vincentis, omnem sæculi virtutem iudicio decoquentis, mensámque formantis in omne opus vtilitatis humanæ.* Leander Arch. Hispal. de inst Virg. c. 23. *Sed & Iosephus*, inquit, *cui desponsata fuerat, cùm esset iustus, erat tamẽ pauper, ita vt victum, & vestitũ artificio quæreret, quippe faber ferrarius fuisse legitur.* Isidor. in Regula Monach c. 5. *Ioseph iustus, cui Virgo Maria desponsata, faber ferrarius fuit.* Consentiunt Chrysol. serm. 48. Beda lib. 2. in Marc. cap. 23. & Anselm. Matth. 13.

Leander. — Isid. — Chrysol. & aly.

15\. *Fabrum lignarium probabilius existimo.* Chrysol.

Sententiam tamen asserentem fabrũ lignarium authoritate & plausu fideliũ iam diu cõfirmatam vt certiorem, & digniorem libenter amplector. D. Chrysost. in c. 1. epist. ad Rom. ser. 30. *Quandoquidem adeò erant inflati, & Paulus apud eos prædicaturus esset Iesu fabri lignary vocari filium.* Imperfectus in Mat. hom. 1. *Ideo Maria desponsata erat fabro lignario, quoniam & Christus Sponsus Ecclesiæ omnẽ salutem hominũ, & omne opus suũ per Crucem fuerat operaturus.* Et hom. 32. in c. 19 Mat. *Tanquam si ita inuidiosè respondeat. Tu autem homo vilissimus fabri lignary filius, quomodo destruis, quod ille constituit?*

Imperf.

16\. *Confirmo ex celebris Pædagogi sententia.* Sozom.

Probat deinde hanc sententiam illius sapiẽtis Pædagogi à Sozomeno relatum l. 6. Hist. c. 2. *Cùm Iulianus enim esset bellum contra Persas facturus, & minatus fuisset se post bellum Ecclesiam grauiter afflicturum, & petulanter insultaret filium fabri nihil illis afferre posse subsidij. Vir quem dixi, hanc de eo pronunciauit sententiam: Iste fabri filius arcam ei ligneam ad mortem parat.* Contestatur Theodoretus copiosior, & elegantior rem scribens. *Antiochia*

Theodor.

vir quidam optimus, qui longo tempore puerorum Pædagogum ageret familiaris erat, quippe eruditior, quàm vulgus Pædagogorum esse consueuisset, Princeps doctorum temporis illius. Libanius fuit ille apud sophistas nobilis, qui impius, & in expectatione victoriæ Iuliani imaginans, minas, quæris de Pædagogo illo per derisionẽ nostrorum quid faceret fabri filius? At ille repletus diuina gratia, quod paulo post euenturum esset, prædixit, Respondit enim sandapilam (seu arcã funeream) *concinnare fabricatorem huius vniuersi, quem tu, inquit, sophista per risum fabri filium nominasti. Nec multis postea diebus nuncium de morte furiosi Imperatoris, ipsèque in sandapila adlatus est: & iactantia minarum cum maxima Dei gloria euanuit.*

§. V.

De aptitudine coniugis, in Iosephi commendationem.

Inuenitur Iosephus tanta coniugi tantus.

17. *Qualem æquam hic coniux coniugi?* Gen. 2. ALligaturus Deus Adamum Euæ æterno coniugio, ait, *Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi* Gen. 2. Nec enim coniugium illud à Deo sapientissimo appareret effectum, si coniux alter inæqualitate laboraret. Cecinit Romanus, epist. Dejan.

Si quà voles aptè nubere, nube pari.

Ouid. Nam vt inibi Ouidius.

Quàm malè inæquales veniũt ad aratra iuuẽci,
Tam premitur magno coniuge nupta minor.

18. *Vnus rarus ac peregrinus inuentus Iosephus vni raræ ac peregrinæ Mariæ.* Rupert. Niceph. An Iosephus dignus, qui Mariæ à Deo pararetur in coniugem? Rupertus Mat. 1. *O coniugium verum & sanctum, coniugiũ celeste, non terrenum!* Sanctum erat coniugium, quia cæleste; & non vtcunque sanctum, sed quadam, si loqui liceat, spirituũ æqualitate. Pergit Rupert. *Vnus spiritus erat in eis.* Nyssen. orat. de Nat. *Ad hoc munus aptissimus inuentus est Ioseph.* Niceph. l. 1. c. 7. *Porrò non alius ipso Ioseph visus est esse magis idoneus ad solorum sponsalium coniunctionem contrahẽdam, quippe qui propinquitate generis eam contingeret, insuper verò & senio, & honestate morum.* Coniugio nostro congruentiùs diceret Nazianzenus, quod orat. de suorum parentũ coniugio profatur. Nazianz. *Sic existimo si quis ab vltimis terrarum finibus, atque ex vniuerso hominum genere præstantissimum coniugium conciliare studuisset, nullum vnquam hoc præstantius, aptiúsque reperire posset.* Verum illud: *Mulierem fortem quis inueniet: procul & ex vltimis finibus pretium eius.* Prou. 31. Et tamen vna inuenta Maria. Prou. 31. Profectò vnus Iosephus & à Deo quæritur, & inuenitur tantæ mulieri tantus, fatente Metaphraste orat. de vita & Dorm. Mar. Metaph. *inuentus est Ioseph qualem quærebat ratio.*

19. *Iosephus valdè idoneus sponsa, quia specialiter à Deo electus.* 2. Cor. 2. Thomas. Quid ratio quæreret? Iosephum tam mirabili, vnicæ, peregrinæque feminæ assimilari, vt idoneum illius assurgeret in cõiugem. Paulus ad hæc. *Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti.* 2. Cor. 2. non solùm *ministros*, sed constituit *idoneos*; nec aliud rãtum deceret Testamentum. D. Th. *Deus enim cuilibet rei dat ea, per quæ possit consequi perfectionem suæ naturæ. Vnde quia Deus instituit ministros noui Testamenti, dedit eis idoneitatem, ad hoc officium exercẽdũ.* Deus coniugium Mariæ ac Iosephi præparauit? Viro idoneitate donauit, vt tanto muneri addiceretur. Bern. hom. 2. sup. *Missus. Non est dubium quin bonus & fidelis homo fuerit iste Ioseph.* Bern. Vndenam colligis? *Cui Mater despõsata est Saluatoris.* Inde quidem patet Iosephi aptitudo. Attamen inde perspiquiorem exponi assero, quia à Deo fuit electus in coniugem: *Quem constituit Dominus.* Adiicit pulchrè Pater. *Fidelis, inquam, seruus, & prudens quem cõstituit Dominus suæ Matris solatium, suæ carnis nutritium, solum denique in terris magni consilij coadiutorem fidelissimum.* Aptiùs adhuc D. Bernardin. Sen. Bernardin. tom. 3. serm. de B. Ioseph. *Quomodo cogitare potest mens discreta, quod Spiritus sanctus tãta vnione vniret menti tantæ Virginis aliquam animam, nisi ei virtutum operatione simillimam?* Coniugium hîc corporum ad custodiam, sed præcipuè spirituũ copulatio. *Vnde credo Ioseph fuisse mũdissimum in virginitate, profundissimum in humilitate, ardentissimum in charitate, altissimum in contemplatione, &c.*

§. VI.

Alia desponsationis huiusce circumstantia.

Ad supremum fastigium Mariæ coniux Iosephus eleuatur.

20. *Vtriusque coniuga manus cohærent.* Tob. 7. APprehensis ergo Mariæ ac Iosephi dexteris Virgo viro traditur in sponsam. Apprehendendi dexteras mos Israëliticus. *Et apprehendens dexteram filiæ suæ dexteræ Tobiæ, tradidit* Raguel, *dicẽs: Deus Abraham, &c.* Tob. 7. Ex qua consuetudine, & ex Assyriorum, Persarúmque (authore Arriano de gestis Alex. l. 3) colligitur Hebræis eundem morem fuisse. Arrian.

21. *Tradita Virgo Iosepho in custodiam.* Accepit quidem Mariam Iosephus à sacerdotibus à se custodiendam voti virginitatis nõ ignarus. Id quod expressit Chrysost. orat. de Annunc. *Audi quod de hoc viro, & de Virgine dicat Propheta? Dabitur hic liber obsignatus viro scienti litteras. Id est, Virgo planè immaculata. A quo dabitur? A Sacerdotibus. Cuinam viro? Fabro Ioseph.* Quippe qui arcanas litteras huiusce libri callebat, scilicet virginitatis voto obfirmatũ propositũ. Inferiùs. *Cùm igitur sacerdotes casto Ioseph Virginẽ despondissent, eã illi cõmendarunt, nuptiarũ tempus expectantes. Verùm eam ipse suscipiens integrã conseruaturus.* Consonat Dam. Dam. l. 4. Fid c. 5. *In desponsationem Puella Iosepho à sacerdotibus traditur, vt nouus liber litteras scienti Nam desponsatio custodia Virginis erat.* Legendi Metaph. Epiphan. de vita Virg. Euod. epist. Metaph. & alij. quam *Pius* inscripsit, apud Niceph. l. 2. cap. 3. Nyssen. orat. de Nat. August. serm. 14. de Nat. etiam saluat.

22. *Quonam mense Virgo nupta?* Epiph. Euod. Quonam mense Virgo coniugio tradita? Si Epiphan. sententiam sequar, duobus mensibus ante Christi conceptionem desponsata fuit. Ast huius haud approbans supputationẽ cum Euod. assero mẽse Decẽbri Iosepho dexteram porrexisse, quatuor mẽsibus ante conceptum Domini annunciatũ. *Sacerdotũ manibus* (inquit Euodius) *Iosepho ad custodiam est tradita, apud quem cùm menses peregisset quatuor, ab Angelo Gabriele lætum illud nuncium accepit.* Cùm autem liqueat mense Martio Christi conceptum,

Virgini à Gabriele annunciatum: & quartus ante Martium adsit December, sequitur ex verioti amplectendáque Euodij sentent.a hoc mense Viginem Iosepbo desponsatam.

23. *Ducta in domum parentum.* Hieron.

Ducta Maria in Nazareth, profante Hieronymo de ortu Mar. *Igitur Nuptiarum iure de more celebrate, Maria ad domum Parentum suorum in Galilaeam reuersa est.* Profectò in domú Parentum reductam præter assetentem rationem (nam Iosephus nullam hactenus videtur domum apud Nazareth habuisse; erat enim Bethlehemites) Patres affirmant, dum in domo Parentum docent lætissimum ab Angelo nuncium accepisse. Ildephonsus serm. 5, de Assump. *Vt humano vsu loquamur, vbi erat corpore, cum Angelus a Deo mittebatur ad eam? Vtique in domo Parentum.* Legendus Hieronymus fatus. *Ad domum Parentum suorum in Galilaeam reuersa est.* Porrò traditam fuisse consanguineis Mariam si Iosephus rediit Bethlehemum satis iudico rationi consentaneum.

Ildeph. Hierop.

24. *Bethlehemū reperiis Ioseph Virgine propinquis tradita.* Hieron. Imperf.

At Iosephum Bethlehemum repetisse Virgine consanguineis tradita, haud à difficultate vacat, licet D. Hieronymus id apertè affirmet. Igitur Nuptiarum iure de more celebrato, ipse in Bethlehem recedit ciuitatem, domum suam dispositurus, & Nuptiis necessaria procuraturus. Et imperfectus hom. 1. *Sicut Historia quadam non incredibilis, nec irrationabilis docet, quando gesta sunt, quæ refert Lucas, Ioseph absens erat. Neque enim conueniens est putare, præsente Ioseph introisse Angelum ad Mariam, & dixisse quæ dixit; & Mariam respondisse, quæ respondit.*

---

§. VII.

Confirmo Iosephum Bethlehemum post Nuptias Templi petiisse.

Legi obtemperans vale dicit sponsa Bethlehemum rediturus.

25. *Sententia Patrum Iosephi discessum non admittentium.*

VT grauis hæc, & iis, quæ dicenda, necessaria enodetur difficultas, scio communem Patrum sententiam statim ab inito coniugio, Iosepho Virginem traditam, moxque ad Nazarethbam ab sponso deductam, inibique in propria domo custoditam. Euodius sic apud citat. Nicepho. Chrysost. hom. 4. in Matth, Imperfect. hom. 1. German. orat. de Oblat. Mar. Epiphan. Presb in vita Deip. Bernard. hom. 1. sop. *Missus.* Euthym. Mat. 1, Niceph. lib. 1. cap. 8. Mouentur primò consuetudine quadam quam dicunt à Iudæis obseruatam. Colligit eam Chrysostomus ex Historia Loth hom. 43. in Gen. qua constat ex vsus præscriptione à die desponsationis vsque ad tempus Nuptiarum sponso traditam sponsam custodiendam. Deinde, quia non aliter Deus suæ operam daret prouidentiæ, qua cócipiente Virgine in domo Iosephi, fœtus eidem addiceretur.

Euod. Niceph. Chrysost. Imperf. German. Epiph. Bernard. Euthym.

26. *Discessum Iosephi probabilius existimo.*

Affirmo tamen post initum coniugium Iosephum Mariam secutum ad Nazarethbam more propinqui comitis, non coniugis fruentis possessione. Tradita autem virgine consanguineis, aut paterna domo recepta, petiisse Bethlehemum patriam tempus Nuptiarum expectaturum, necessariáque paraturum ex more. Vt id credam, inprimis adducor, quia sponsis haud tradebantur coniuges vsque ad celebrationem Nuptiarum custodiendæ. Cófirmo hanc rationem filiarum Loth coniugio. Dixit ille: *Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum,* Inferiùs, *Egressus itaque Loth, locutus est ad generos suos, qui accepturi erāt filias eius.* Gen. 19. Vnde constat duas Lothi filias iam duobus illis desponsatas esse, vt adnotat Ambros. lib. 1. de Abra. cap. 6. illos maritos appellans. Et tamen constat extra domum eos habitasse vsque ad acceptionem; quippe cùm egressus fuisset Loth de domo, vti eos admoneret de fuga, periculo instante. Iacobo Rachel desponsata est pro septem annorum seruitute, queis finitis, ait: *Da mihi vxorem meam, quia iam tempus impletum est, vt ingrediar ad illam. Qui* (Laban) *vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias, & vespere filiam suam Liam intro duxit ad eum.* Et post pauca. *Imple hebdomadam huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi. Acquieuit placito, hebdomada transacta, Rachel duxit vxorem.* Gen. 29. En vsque ad Nuptiarum celebrationem nec datam sponso coniugem, nec acceptam. Quid attexam de Rebecca Gen. 24. De Philisthea Sampsonis sponsa. Iud 7. De Sara Tob, 6. De filiorum Iambri sponsis, 1. Mach. 9. Idem profectò licet excogitare authoribus D. Augustino & Eucherio qq. in Gen. Iosepho lib. 4. Ant. cap. 8. Philone lib. de fortit. Gregorio epist. ad Mauritium. Allicior secundò, quia Iosephus è Bethlehemo oppido propinquo venerat Ierosolymam, de futuro insciùs coniugio. Nec vlla ratio cogebat, vt relicta omnino patria, & re familiari ad Nazaretham imparatus abiret. Præcipuè cùm prohibitus in domo Virginis habitare, nullam aliam domum haberet, qua recipi posset.

Prima ratio. Gen. 19. Ambros. Gen. 29. Iud. 7. Gen. 24. Tob 6. 1 Mac 9. August. Gregor. *Ratio secunda.*

Porrò primæ rationi Patrum alteri fauentium sententiæ, iam fecimus satis. Secundæ respondeo, Satis famæ Virginis prouisum fuisse, cùm vidissent Iosephum apud ipsam deinceps post paruum interstitium habitaturum. Quid suspicarentur mali, qui non tam curiosè alienam sponsam speculabantur: maxime cùm nondum liceret Iosepho (Tertul. authore) simul degere cum sponsa. 27. *Respondeo fundamenti*

---

§. VIII.

Inter Mariam & Iosephum verum probo Coniugium.

Maria coniux.

NE te decipiat Patrum quorundam scribendi ratio, scilicet Mariam Iosepho desponsatam, non nuptam. Profectò verum coniugium exprimit desponsatio, fante Matthæo. Cùm esset desponsata *Mater Iesu Maria Ioseph antequam conuenirent.* cap. 1. Ergo quantum erat ex parte vinculi honestè poterant 28. *Verum coniugium exprimit desponsatio.* Matth. 1.

rant conuenisse. *Ioseph fili Dauid*, Angelus inquit, *noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Coniuges* (ait D. Isidor. lib. 9. Etymol, cap. 7.) *appellati propter iugum, quod imponitur matrimonio iungendis. Iugo enim nubentes subiici solent propter futuram concordiam, ne separentur. Coniuges* (adiungit) *verius appellantur à prima desponsationis fide, quamuis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus.* Exemplum exponit in Maria, & Iosepho. *Sicut Maria Iosephi coniux vocatur, inter quos neque fuerat, nec futura erat carnalis vlla commistio.*

Isidor.

29. Requirisne vxoris appellationem? Audi Lucam. *Ascendit Ioseph in Bethlehem, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore.* cap. 2. Nec apparet inconueniens; quòd perpetua virgo ob matrimonium ratum vxor appelletur; quia (eodem Isidoro adnotante) *Vxores vocata, quia vnxores. Moris enim erat antiquitus, vt nubentes puellæ simul venirent ad limē mariti, & postes, antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis, & oleo vngerent; & ideo vxores dictæ, quia vnxores.*

Coniux etiā appellatur desponsata. Luc. 2. Isidor.

30. Præcipuam rationem ex Salmerone tom. 3. de Infant. Salu. tract. 29. annectam. Nam si sponsalia tantùm de futuro præcessissent, non satis consultum famæ ac pudicitiæ Virginis, ipsa in paternis ædibus grauida apparente, nec virum nisi sponso de futuro habente, qui tantùm futuras spopondisset Nuptias, nec dum tamen cœpisset cum sponsa condegere. Addo, nec consultum legitimæ Christi generationi. Erat enim Matri maritus tali modo aptandus, vt ex ea filius susceptus legitimus credi posset, atque ipsam non nisi ex viro suo suscepisse: sic enim honori prospectum esset vtriusque. Doctrinam hanc de fide esse defendit Suarius tom. 2. in 3. p. q. 29. a. 1. & 1. d. 7. s. 1. Azor 1. p. inst. mor. l. 2. c. 9. quidquid Thom. Sanch. sentiat tom. 1. de sponsal. d. 28. n. 1. Moneo tamen Matrimonium hoc ratum verum, & essentiale, sacramentum nonæ legis non fuisse; quia eo temporis nondum coniugium sacramenti habebat rationem.

Præcipuum fundamentum. Salmer. Suari. & alij.

31. Obiicis Hieronymum aduersus Heluidiantem. *Ioseph Mariæ custos fuit potius, quam maritus.* Et Bernardum hom. 2. sup. *Missus. Virum Mariæ nominat Euangelista Iosephum, non quia maritus, sed quia homo virtutis erat; nec vir Matris, nec Filij pater Ioseph extitit, quamuis vtrumque ad tempus & appellatus sit, & putatus.* Augustinus autem ser. 13. de Nat. *Concepit Virgo, antè quàm sponsum haberet; paris antè quàm nubat.* Et Gregorius hom. 26. in Euang. *Dominus Mariam habere sponsum voluit, qui tamen ad eius Nuptias non peruenit.* Epiphanius hær. 78. contestatur. *Virgo desponsata, & non nupta.* Apud Abdiā in vita Barth. lib. 6. Orig. hom. 17. in Luc. Hilar. Cant. 1. in Matth. Chrys. hom. 4. in Matt. idem reperies. Attamen respondeo plures ex Patribus hisce contra hæreticos perpetuam Mariæ virginitatem impugnantes, disputantes tunc intendisse solum ab hoc sanctissimo coniugio excludere quidquid læderet puritatem. Sapit nomen *maritus, Nuptiæ* matrimonij, consummationem? Omnioò igitur à nostro virginali coniugio repellatur.

Obiectioni Patrum respondeo. Hieron. Bernard. August. Gregor. Epiph. Abdias, & alij.

32. Audi illius Coniugij perfectionem ex ore Augustini lib. 1. ad Valer. tom. 7. *Omne Nuptiarum bonum impletum est in parentibus Christi, proles, fides, & sacramentum. Prolem cognoscimus Dominum Iesum Christum; fidem, quia nullum adulterium; sacramentum, quia nullum diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit, sine quo concipi voluit, &c.* Et Rupertus lib. 1. de glo Filij hom. exclamat. *O coniugium verum, & sanctum, coniugium caleste, non terrenum. Quomodo enim, vel in quo coniugati fuerunt? Nimirum in eo, quod vnus spiritus, & vna fides erat in eis: sola illic defuit corruptio carnis.* Ideò equidem inquit Apostolus, *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis.* 1. Cor. 15. *Non quòd Iesus* (loquor cum Abbate) *qui ex Maria natus est, de cælo cum carne venerit, & per Mariam quasi per fistulam transierit; sed quòd coniugum vita tota fuit cælestis; & Spiritus sanctus eorum coniugalis amor, quorum vtique conuersatio erat in cælis.*

Perfectio huius coniugij. August. Rupert. 1. Cor. 15. Rupert.

---

§. IX.

Huius Coniugij innuo conuenientias.

Excusatio non proficit Iosephi, vbi tota Dei causa erat.

33. SI vita cælestis coniugis vtriusque futura indemni puritate, quare à Domino Nuptiæ colliguntur? Respondet Magnus Albertus super *Missus* cap. 38. *Desponsatio Deiparæ & Iosephi vtilis fuit ad multa. Primò, vt Matrimonium bonum ostendatur. Secundò, vt Domina omnium bonorum nullo bono priuetur. Tertiò, vt hostis fallatur. 4. Vt testis castitatis assit. 5. Vt origo Dominæ per coniugem suum describatur. 6. Vt ab infamia seruetur. 7. Vt pœna euitetur. 8. Vt à Christo tollatur persecutio 9. Vt Filius Dei comprobetur, scilicet ex testimonio Ioseph, cui dixit Angelus, Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. 10. Vt Domino seruiatur. 11. Vt spirituale matrimonium significetur. 12. Vt parentes spirituales ostendantur. 13. Vt humilitas virginitati coniungatur. 14. Vt occasio iniuriæ de fama virginibus tollatur. 15. Vt humilitas, & Charitas Dei Filij ostēdatur, qui potius voluit filius fabri reputari, quàm infamari Matrem. 16. Vt Matris dignitas humilitati societur: vt quanto maior sit, humiliet se in omnibus, vt sit Mater Dei & vxor fabri.* Longum Patrum sententias exhibere. Multi quidem sunt in conuenientiis huiusce coniugij assignandis. Ad triplex caput alliciam, nempe propter ipsum Christum, propter Deiparam, & propter nostram vtilitatem.

Plures congeris causas albertus.

34. Ob Christum profectò, vt eius scilicet genealogia ex Dauide probaretur, Iudæorum generationibus è viris, non è fœminis describi solitis. Hieronymus adu. Heluid. *Qui in seculum venit, seculi debuit more describi.* Deinde ne tanquam illegitimus ab infidelibus abiiceretur. Ambrosius lib. 2. in Luc. cap. 1. *Quid Iudæi, quid Herodi posset adscribi, si natum ex adulterio viderentur persecuti?* Annon Iosephus Dominicæ legitimationis reddidit testimonium? *Testimonium in Ioseph posuit illud.* Psal. 80. Cuius certè testimonij collocatio æqua-

Coniugium hoc Iesu causa instituitur. Vbi Iosephi gloria obiicitur. Hieron. Ambros. Psal. 80.

lem cælicolis reddidit Iosephum, vt adoota-
Isidor. Mediolan. tur Isidorus Mediolan. 2.p.c.4. *Ipse Ioseph fuit*
Christi ex Virgine nati vnicus testis, & hoc mu-
nere sanctos æquauit spiritus, qui testes, & nun-
tij sunt, ac reuelatores mysteriorum Dei, vnde
Angeli vocantur. Corporum cælestium lingua lo-
cutus est, sacrariúmque literarum emerita dignitate
donatus est. Fidelis nimium, nimiúmque Ioseph,
cuius onica testificatio satis Deo, ac Angelis facie-
bat; cui etiam vniuersa Nationes merito debent
assentiri. Præterea, vt Diabolo virgineus par-
Isa.7. tus celaretur. Isaias enim scripserat: *Ecce Vir-*
Basil. *go concipiet.* cap.7. Basilios de hum. Chri. ge-
ner. *Nupta Ioseph fuit, vt Nuptiarum nomine*
suspensus Dæmon facilè deciperetur. Virgines
namque inprimis obseruabat, quarum vnam pa-
rituram ex Propheta cognouerat. Hinc Iosephi
elucet prudentia Diabolum seducens, de qua
Isidor. Isidorus ille. *Fuit Ioseph Christi contra insidias*
Diaboli defensor. Magna profectò erat, & morta-
libus inexplicabilis virtus Iosephi, qua vehemētio-
ra Diaboli nocumenta superare poterat. Quàm
fortis, quàm excelsus, quanta fulgebat prudentia
Ioseph, qui aduersus fortissimum, callidissimum,
ac nequissimum Diabolum, Filium Dei infantem
protexit, & defendit. Denique vt Christus à Io-
Thom. sepho nutriretur. D. Thom. doctore 3.p q.29.
a.1. O Ioseph, aluisti eum, qui cunctis, qui
Isidor. tibi exhibebat annonam. *Vide* (ait Isidor.)
quanta latebant in Ioseph virtutes, quibus Filium
Dei educaret, aleret, & vestiret. Ad oaria enim
animantium genera alenda, atque educanda, om-
nium corporum cælestium vis occurrit., quas ab
Angelis orbium motoribus accipiunt. Ioseph au-
tem verbi Dei per quod cælestes orbes, & Angeli
conditi sunt, & in esse conseruantur, enutriuit. &
aluit, Ioseph profectò plusquam Iosaba fuit. Por-
rò Iosaba Regis Ioram filia clam Ioas infan-
tem enutriuit, & aluit. 4. Reg. 11.

Ob Deiparam autem in primis vt ab infa-
35. *Et causa Mariæ vbi Virginis purgitas prædicatur.* mia posset præseruari. Ambrosius de Inst.
Ambros. Virg. cap.6. *Sciebat lubricam famam pudoris,*
nec putauit ortus sui fidem Matris iniuriis astruē-
dam. Nec decuit sinistra virginibus opinione vi-
uentibus velamen excusationis relinqui, quòd in-
famata Mater quoque Domini videretur. Quid
Isaias? *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de*
Isa.11. *radice eius ascendet.* cap. 11. An flos de virga
germinat, priùs quàm illa foliis induatur?
Hieron. *Maria* (inquit Hieronym.) *Virga est, flos*
Christus. At nunquam flos ascendit de virga fo-
liis nuda; priùs virga foliis adumbratur, & ho-
nestatur, quàm flos ascendat. Priùs ergo Maria
viro erat honestanda, quàm Christus nasceretur.
Adiicit. *Ex quo colligere licebit, quanta obser-*
uatione mulieres curare debeant, vt honorem, ac
bonam famam conseruent, ne aliquid occasionis
dent, vt de eis verbum dicatur malum. Annon
sufficientissimè Mariæ fama propriis virtuti-
bus custodiretur? Sunt equidem Mariæ ge-
sta, eiúsque eximiæ virtutes fortes lectolum
Salomonis ambientes. *En lectulum Salomonis*
Cant.7. *sexaginta fortes ambiunt:* Cant.7. Ad quæ Ru-
Rupert. pertus lib. 3. asserit lectulum Salomonis Dei-
param, Canisius autem sic exprimit lectulum
milites ambientes, lib. 1. cap. 8. *Quem Maria-*
num Salomonis lectulum ita cælestis militia excu-
biis, omniúmque corona virtutum communiuit, vt
nulli vnquam vel cogitationi patuerit aditus, in
quo nihil vnquam repertum sit, quod offendere
posset Sponsum. Quid igitur necessum appoui
Iosephi custodia? Quia non solùm Virginis
puritati consulebatur, sed & famæ. *Curam*
habe de bono nomine. Eccli. 41. Augustinus lib. Eccli.41. August.
de Doct. Christ. *Duo sunt tibi necessaria, con-*
scientia, & fama; conscientia propter te, & fama
propter proximum. Sicut Thomas igitur dubi-
tando, (loquor cum Bernard. hom. 2. sup. Bernard.
Missus) & palpando, constantissimus factus est
Dominica confessor Resurrectionis; ita & Ioseph
Mariam sibi desponsando, eiúsque conuersationem
tempore custodia studiosius comprobando, factus
est fidelissimus pudicitiæ testis. Secundò, Mariæ
solatium, sociúsque à diuina prouidentia Io-
sephus constituitur. Chrysostomus hom. 3. in Chrysost.
Mat. 2. *Euntè illa in Ægyptum, & redeunte, ni-*
si desponsata illi fuisset, quis ministerium ei tanta
necessitatis impleret? Tertiò, quia Virgo ty-
pum gerit Ecclesiæ coniugata, Ioseph Chri-
sti. Isidorus in Alleg. ad nou. Test. *Ioseph ty-* Isidor.
picè Christi gestauit speciem, qui ad custodiam
sancta Ecclesia deputatus est, Maria autem Ec-
clesiam significat, quæ cùm sit desponsata Christo,
virgo nos de Spiritu sancto concepit, virgo parit.
Quartò, demùm, ne Virgo vt adultera lapi-
dibus impeteretur. Hieronym. Mat. 1. *Cur de* Hieron.
desponsata nasci Iesus voluerit? Ne beata Virgo
à Iudæis lapidaretur, quasi quæ stuprum commi-
sisse putaretur.

Ob nostram denique vtilitatem illæ Nu- 36.
ptiæ sunt institutæ. *Primò conueniens fuit ex* *Et causa doctrinæ hominum.*
parte nostri (ait Isidorus Medio.) *ne homines* Isidor. Medio.
paupertate, aut exercitij vtilitate sperneremus; quia
sæpenumero Deo chariores existunt: & ab Ange-
lis magis diliguntur. Secundò, vt alias esse Dei ele-
ctiones, alias hominum cognoscamus. Deus enim
contemptibilia mundi in magnis eligit negotiis.
Tertiò, vt Deo placere studentes moribus interio-
ribus, cui Iosephi sanctis erudimur exemplis.
Quartò, vt virginitatis lilium in virili sexu à
Deo conseruatum intelligamus. Quintò, vt ex mo-
do viuendi D. Ioseph ad Angelicam puritatem
ascendere discamus. Sextò, Vt secreta Dei nobis
mortalibus inscrutabilia missa faciamus. Addit
Salmeron tom. 3. tract. 31. *Vt beata Virgo om-* Salmer.
nem subiens statum, & per omnia in omnibus ten-
tata disceret omnibus misereri, & subuenire. Vir-
go virginibus, coniugata coniugatis, vidua vi-
duis, Mater Vnigeniti matribus familias, orpha-
na orphanis. Vt omnes ad eam pro auxilio aude-
rent accedere, ipsáque iure possit dicere:

Non ignara mali miseris succurrere disco.

Octauam causam reddit Chrysostomus Mat. Chrys.
1. quia erat Ioseph faber lignarius, cui Maria
desponsanda apposité, per lignum Crucis Ie-
su Ecclesiæ sponso homines liberaturo. Am- Ambros.
brosius & Augustinus fidem nostram asserunt August.
præterea confirmatam; quia Iosephi testimo-
nio comprobatum est, Christum è Virgine
exortum. Adiicit D. Thomas, vt in persona Thomas.
Deiparæ Virginitas & Matrimonium hono-
raretur contra hæreticos detractores. Ambro- Ambros.
sius demùm, vt virginibus tolleretur excusa-
tio infamiam non vitandi.

IN

IN MARIAM NVPTAM

PANEGYRICVS PRIMVS MORALIS

Circa literam,

Ex Nuptiis ipſis.

OBSERVATIO I.

Diui Ioſephi ſenecta illuſtratur.

In iuuentæ virtutum canis ornandæ documentum.

Epiph. & alij.

37. EX Epiphanio, Nicephoro, & Abulenſi ſtatui Ioſephum ſenem, quando Nuptiarum curam impendit celebrationi: At ex Caniſio, Salmerone, Gerſone, & aliis probabilius oſtendi nec iuuenem, aut ſenem, ſed robuſtum virum, velut triginta annorum extitiſſe. Voco ſententias in concordiam.

Ioſeph ſenex moribus non ætate. Gerſon.

38. Ioſeph quidem vir ætatis robuſtæ ideò ſenex à Patribus obiicitur, à pictoribus exponitur, quod prudentia, morum grauitate, ac maturitate vigeret, canente Gerſone in vita Ioſephi.

Ergo Ioſeph reputaſſe ſenem, fecere ſeniles
In ſe virtutes.

Venerabilis vita, non canities. Sap. 4. Chryſoſt.

De cuius canitiæ ſapiens, *ſenectus venerabi-*
39. *lis eſt, non diuturna, nec annorum numero computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.* cap. 4. Venerabilis planè immaculata vita, graues mores in iuuene, ridicula caluities immatura. Chryſoſtomus ſer. 7. in epiſt. ad Hebr. *Canities tunc eſt venerabilis, quando ea gerit, quæ canitiem decent; cùm verò iuueniliter ſenex conuerſatur, plus iuuenibus ridiculus erit.*

Laudabilis ſenecta, quæ non patet oculis, ſed mentis ſapientia. Num. 11. Strab.

40. Olim Dominus ad Moyſem. *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſraël, quos tu noſti, quod ſeniores populi ſint.* Num. 11. Illa particula non te prætereat: *Quos tu noſti.* Annon à cunctis ſenes illi noſcerentur? Profectò non erant cani externi capitis aſpiciendi, ſed grauitas morum Moyſi ſolummodo ſpiritualiter iudicanti ſpecialiter manifeſta. Strabus ex mente Gregorij ſic locum interpretatur. *Sicut plerumque iuuenes dicuntur, qui nulla conſilij premuntur grauitate; ita Scriptura ſenes non vocat eos, qui ſola grauitate temporum, ſed morum grauitate maturi ſunt. Hinc ad Moyſem dicitur: Congrega viros de ſenioribus. In quibus verbis ſenectus cordis notatur. Si enim corporis ſenectus quæreretur, à tantis ſciri poterat, à quantis videri. Cùm verò dicitur: Quos tu noſti, quod ſenes populi ſint, patet, quòd ſenectus mentis, non corporis eligatur.* Et D. Gregorius lib. 19. Mor.

Gregor.

cap. 8. *Iuuenes dici ſolent qui nulla conſilij grauitate fulciuntur. Senes verò ſcriptura vocat eos, qui morum grauitate maturi ſunt.*

Dilectus iuuenis Ioſeph quia ſenis moribus. Gen. 37. Caiet. Phil. Burgen.

41. Dilectus Patriarcha Ioſeph à parente ſuper omnes fratres, eo quod ille *in ſenectute genuiſſet eum.* Gen. 37. An quia ſenex Iacob genuit Ioſephum? ſic Caietanus. Num quia Ioſeph ſerotina proles erat? Ita Philo. Non improbo, ſed inſtituto eligo Burgenſis ſententiam ſantis. *Ioſeph amatus amplius, non quia pater eum in ſenectute exiſtens genuerit; nam potius dicendus foret Beniamin plus amaſſe, natum multo poſt Ioſeph. Sed quia genuerit eum in ſenectute, hoc eſt, ſenili prudentia præditum.* Fauet Hebraïci verbi vis. *Eo quòd filius ſenectutis ſibi*, hoc eſt, *ſenili prudentia valde excellens.*

Noſtrum illũ Ioſephum figuratis à Deo ſapientiſſimo cognõ eum aptum ob ſenſus canos ad Mariæ ſponſum. Nicephor.

Annon Patriarcha ille retulit Mariæ Ioſe- 42.
phum ſponſum? D. Bernardus hom. 2. ſup. *Miſſus*, Albertus Mag. cap. 48. affirmant. Si igitur inter typum & veritatem debeat eſſe proportio, aſſero de noſtro Ioſepho ſenem moribus plus à Deo fuiſſe dilectum. Vnde ab ipſo electus Virginis in ſponſum. Audi Nicephorum lib. 1. cap. 4. *Porrò non alius ipſo Ioſepho viſus eſt magis idoneus, ad ſponſalium coniunctionem contrahendam. Quippe qui propinquitate generis eam contingeret; inſuper verò ſenio, & honeſtate morum iampridem bonæ fidei exiſtimationem conſecutus eſſet.* Particula illa: Senio & honeſtate morum, non ad ætatem, ſed ad vitæ maturitatem referenda.

OBSERVATIO. II.

Fabrilis Ioſephi ars honorabilis commendatur.

Vbi honeſtæ paupertatis gloriam expendo in ſolatium artificum.

FABER proculdubio Ioſeph, ſiue li- 43.
gnarius, vt Sozomenus, & Imperfectus aiebant; vel ferrarius, Chryſologo, & Beda authoribus. An ideò deſpiciendus? Tunc fabrilis ars haud à regio ſanguine aliena.

Artifices ligni laudantur. Homer.

Homerus lib. 5. Illiad. cum honore memo- 44.
rat Harmonidem fabrum lignarium, eo quod Paridi naues fabricaſſet. Et Vlyſſes inter primores Græciæ Reges numeratus huius artis peritus ſuum coniugalem lectum aptâuit, eodem Homero authore Odyſ. 23. Nauem ſibi prætereà côcinnauit Vlyſſes ſecundùm Ælianum lib. 7. variæ Hiſt. De Artemone Loelpede fabro lignario ob id honoris gratia in lectica vehi ſolito ſcribit Plutarchus in Pericle. Prophana hæc.

Ælian.

Fabri lignarij artificibus præferuntur.

Porrò Sacras voluentes literas, miræ hu- 45.
iuſce artis laudes occurrent. Meminit Hiſtoria Bacharis Carpentarij 1. Par. 9. Eſt enim ars huiuſmodi humanæ vitæ neceſſaria domibus extruendis.

extruendis quæ nos à pluuiis, æstu, aliisque temporis incommodis protegant. Adiicit Antoninus 3.p.t. 8.c.4. §.4. arcanis negotiis domos exhibere secretum. Quid de Cain scribam huius artis primario magistro, ciuitatis ac domorum structore? Gen.4. De Noë quid referam, Arcam de leuigatis lignis, exædificante? Gen.6. Ideò appositè Franciscus Patritius lib.1. de Inst.Reip.tit.9. præfert architecturam cunctis fabricis, vtpote quæ non solùm pacatis rebus ad vrbium ornamentum necessaria sit; sed in bello ad repugnandum, &oppugnandum. Reliquæ verò artes licet digniorem suo operi dent fortasse formam, non tamen ad vitæ humanæ necessitatem, sed ad voluptatem, vel honestatem deseruiunt, vnde omnium facilè princeps. Legendus Cassanæus catal. de glo. mundi p. 11. Consid. 42. & Tiraquel. de Nobil cap. 34 n.40. & 41. §. *Fabri quoque*. Parua hæc?

(*Margin:* 1.Par.9. Antoni. Gen.4. Gen.6. Patriti. Cassan.)

46. (*Margin:* *Deus faber appellatur.* Psal.73. Iob.37 Caiet.)

Annon Deus faber appellatur? Numnon sine malleo vel securi fabricat vniuersa? *Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es auroram, & solem, tu fecisti omnes terminos terræ, æstatem, & ver tu plasmasti ea.* Psal.73. Et Iob, *Tu forsitam cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt.* cap.37. Caietanus ad illud: *Tu fabricatus es auroram & solem*, asserit innui Dei dominatoris omnipotentiam, *Ab specialibus operibus diuina potentia progreditur ad vniuersale opus creationis.* Incongruè planè diuina potentia exprimitur fabrilis artis metaphora. Imo vt regium conditoris imperium manifestaret, Vates Regi dignæ, meminit artis, Deúmque fabricæ molitorem appellat, ac si supremum Dominum nominaret.

47. (*Margin:* *Cùm vocatur Iesus fabri filius, Dei filius appellatur.* Mat.13. Ambros.)

Quid si diuina prouidentia effectum fabrum Iosephum extitisse, vt cùm Christus fabri filius vocitaretur, omnes inimici licet ignorantes fidei veritatem profiterentur, nempe filium æterni Conditoris? Adnotauit Ambrosius ser.16. de Nat. *Nonne hic est fabri filius?* Mat.13. *In hoc aduerte mysterium: Faber pater dicitur Christi, & planè Pater faber Deus, qui totius mundi opera fabricatus est. Planè faber, sed qui in diluuio Noe Arcam fabricare disposuit. Faber inquam est, qui ordinauit Moysi Tabernaculum, Arcam Testamenti instituit, Templum Salomonis erexit. Hic autem faber circa arbores curuo vtitur ferramento, sicut in Euangelio legimus, Iam ad radicem arboris securis posita est.* Luc.3. *Hoc enim agit totum, vt vtiles cælestis fabrica arbores in futuro componat, infructuosas verò euulsas radicitus flammarum consumat incendio.* Contestatur Augustinus ser.37. de Temp. (*Margin:* August.) *Ioseph faber in terris putabatur esse pater Domini. Neque ab hoc opere Deus, qui est Pater Christi, excluditur, nam est & ipse faber. Ipse enim est artifex, qui huius mundi fabricam non solùm mirabili, sed etiam ineffabili potentia fabricauit.*

48. (*Margin:* *Et faber ferrarius Deus, cuius Iesus [illegible]catur filius.* Ansel.)

Quòd si filius fabri non lignarij, sed ferrarij appellaretur opprobrio Dominus, filius etiam Dei esse proferebatur. D. Anselmus ad cap.13. Matt. *Paterna artis opprobrio eum lacessunt, qui verè filius erat fabri, quem summus Fabricator omnium genuerat, & qui homines igne decoquit, dum eos in Spiritu sancto, & igne baptizat; qui etiam diuersi generis vasa fabricat, dum vasa iræ spiritus igne molliendo in misericordia vasa commutat.* Porrò supremi fabri ferrarij opera eleganter Chrysologus ser. 48. expressit. (*Margin:* Chrysolog.) *Dicebant fabri filium, vt artę vili ars taceret authoris, & Deitatis nomen fabrile nomen absconderet. Christus erat fabri filius, sed illius, qui mundi fabricam facit, non malleo, sed præcepto; qui elementorum membra non ingenio, sed iussione compegit; qui massam sæculi authoritate, non carbone conflauit; qui solem non terreno igne, sed supremo calore succendit; qui lunam, tenebras, noctem firmauit, & tempora; qui stellas variata luce distinxit; qui cuncta fecit ex nihilo; & fecit, ô homo, tibi, vt Opificem operis æstimatione pensares.* Proh Iosephi gloria! Aonon pater Iesu faber Deum Patrem fabrum imitaris? Gerson ser. de Nat. Mar. Consi.1. *Quia ex ligno natura humana est perdita, ideò conueniebat, vt faber lignarius diceretur pater Recuperatoris, & Restauratoris; & sic faber lignarius Ioseph esset Deo conformior, qui est omnium fabricator.* Illud adnota: *Et sic faber lignarius esset Deo conformior.* Vt scilicet Patris Dei referret imaginem.

49. (*Margin:* *Ioseph Deum fabrum imitatur.* Gerson.)

50. (*Margin:* *Vterque coniux beatus ex fabrili paupertate, Deo vtriusque filio.* Psal.127. Prou.31 Gerson.)

O quàm commendabiles Maria & Ioseph quòd operibus manuum operam impenderint! De Iosepho Dauid, *labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Psal.127. Illud: *es, & erit*, duplicis beatitudinis prædicat gloriam. De Maria Salomon. *Panem otiosa non comedit, quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi nauis de longè portans panem suum.* Prou. 31. Ac si diceret, quia operata est consilio manuum, seu operi textrino curam nauauit, facta est Mater Altissimi. En vtriusque coniugis beatitudo, fieri Christi parentes, quia Christus voluit à paupertate fabrili nasci, & educari. Gerson citat. *Cum Maria & Ioseph fuerint de Regia stirpe progeniti, quo pacto voluit Deus, quòd ipse Ioseph eius nutritius seruilibus operibus intenderet: fuit enim faber lignarius? Et similiter dicit Hieronymus Mariam operi textrino operam dedisse. Mirandum certè non est, quia prædicator & amator paupertatis honestæ Iesus voluit in paupertate honesta nasci, & laboriosissimus cum laborantibus educari. Vnde de ipso sancto Ioseph verificatum est, Beatus es, & benè tibi erit; & de Virgine quod de forti muliere prædicat Sapiens. Facta est quasi nauis.* Amator enim Iesus paupertatis honestæ fabrum Iosephum nutritium elegit, Mariámque operi textrino operam impendentem purissimam eleuauit in Matrem. Annon gloriosius Deum parere, seu educare, quàm Regiæ dignitatis iura sequi?

51. (*Margin:* *Maria & Iosephus ex fabrili opere meritò mundi Saluatores appellari debere.* Salmer. Bonauent. Hieron.)

Hinc assero Mariam & Iosephum ex fabrili, ac seruili opere meritò mundi redemptores appellandos. In cuius expositionem præmitto Mariam proprio lacte cælestem Infantem aluisse, lacte inquam naturali, quod defendit Salmer. tom.3. tract. 13. præterea vtrúmque coniugem manuum suarum operatione cibū Christo Domino parauisse. Quod Bonauentura Opusc. de Medi. vitæ Christ. cap. 55. his verbis asseruit. *Felix Ioseph quærebat, quod poterat de arte lignaminis. Domina verò acu, & colo, presso laborabat; faciebat & alia domus obsequia, parabat cibum sponso suo, & Filio, & alia expedientia faciebat; non enim habebat seruientem.* Et D. Hieronymus in vita Mar. *Deipa-*

ra (ait) *acu laborans non otiabatur intra lares: sed puero Iesu cibos, & vestes ministrabat. Ad hæc Ioseph faber lignarius nullatenus otiosus pane victitabat.* His præmissis, constat Mariam & Iosephum ex eo posse mundi appellari redemptores quodammodo, quòd Christum mundo conseruauerint. De Iosepho primo dicitur, *Vocauit eum Pharao saluatorem mundi, quia industria eius panis seruatus est in Ægypto.* Gen. 41. (Gen. 41.) Veriùs quidem nostri coniuges orbis saluatores vocitentur, quia in Ægypto Christum panem verum mundo custodierunt, & conseruarunt. Id quod specialiter de Deipara Andreas Cret. de Dorm. Mar. affirmat. *Maria totum viuificum panem Christum, qui humanam continet naturam ex fermento Adamica conspersionis panem factum in vtero gestauit.*

52. *Iesus artem fabrilem exercuit.* Basil. Bonauent.

Ad hæc, non mediocris artis fabrilis laus exsurgit, si Christus Dominus illam exercuit. D. Basilius, quem sequuntur recentiores, asserit. Innuit Bonauentura citatus ad illud: *Venit filius hominis ministrare. Nonne ergo,* inquit, *in ponenda mensula, cubilibus aptandis, & aliis secretioribus domus eam adiuuabat? Iuuare ergo eum benè humilia obsequia per domum facientem, & aliquando etiam suum Nutritium adiuuabat.* Mortuo Iosepho Christus artis possidens instrumenta, eidem arti lignariæ ad subleuandam Virginem vsque ad prædicationis tempus aratra, ac iuga conficiendo, probabiliter incubuit, fante Iustino lib. de Rel. Christ. in Dial. cont. Triph. (Iustin.) *Ipse Iesus faber putabatur, fabrilia namque, cùm in hominibus esset, faciebat opera, aratra, & iuga conficiens.* Legendus Basili. in Const. Monast. cap. 5. & Baron. tom. 5. Annal. D. Birgittæ id fuit à Deipara reuelatum, vt constat lib. 6. cap. 51. Annon posteà inter concionandum faber ipse fabrilia tractās artis exemplis vsus est? *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò. &c.* Luc. 9. *Tollite iugum meum super vos.* Matt. 11. nam *& aratra, & iuga* confecit. Afficiantur hinc, solatio artifices honesta paupertate degentes.

Observatio. III.

Ioseph Deiparæ ex eo similis, quòd fuerit lege in veteri figuratus.

Immo specialem sanctitatem filiorum, specialem parentum dilectionem requirere, munera seu dona specialia.

53. *Maria laudes redundant in sponsum.*

TOMO 6. D. Iosephi magnalia recensurus plura in præsenti prælibabo, quæquidem vtrique communia coniugi, vt illustrem præmissum Patrum placitum, nempe Iosephum Mariæ valde similem, vt tantæ feminæ sumeretur in Coniugem iuxta illud Dominicum, *Faciamus ei adiutorium simile.* Gen. 2. (Gen. 2.) Prætereà D. Iosephi augustioribus laudibus addico, quòd ex Virginis gloria ei fulgores emanarint. Laudatur sponsa. (Prou. 31.) *Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius, confidit in ea cor viri sui, quæsiuit lanam, &c.* Mox ad sponsi commendationem ipsius sponsæ opera eleuantur. *Nobilis in portis vir eius.* Prouer. 31. Quænam de viro prædicauit? Nulla prorsus. Vnde ergo nobilitate clarus apparet? Quia sponsæ fulgor redundat in coniugem. Gerson ser. de Nat. Mar. pulchrè planè. (Gerson.) *De Virgine dicitur illud, quod de forti muliere prædicat Sapiens: Panem otiosa non comedit, &c. Et ideò rectè subinfertur de Ioseph viro suo in eodem loco: Nobilis in portis vir eius.* Cur rectè subinfertur de viro Mariæ? Profectò quia cùm Dominus illum in Mariæ coniugem elegerit, ne inæquales ferrentur iuuenci ad aratra, tam similem Mariæ sponsæ constituit, vt quidquid de Mariæ gloria sit prædicatum, queat de Iosepho seruata proportione celebrari. Cui equidem argumento illustrando Mariæ ac Iosephi mancipium duodecim libro, ac consecro Obseruationes, si fortè ex vtriusque claritate in stellas miræ Mulieris capiti, illustrissimi Nazaræi vertici aptandæ in morem diadematis eleuentur.

54. *Patriarcha Ioseph typus sponsi Mariæ.* Bernard.

Igitur primùm Virgini assimilandus, quòd fuerit lege in pristina expressus. Annon Patriarcha Ioseph Mariæ exprimebat sponsum? D. Bernardus hom. 2. sup. *Missus. Memento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, & scito ipsius istum non solùm vocabulum fuisse sortitum, sed & castimoniam adeptum, innocentiam assecutum, & gratiam, &c. Nec immeritò* (pergit Canisius lib. 2. cap. 13.) (Canisi.) *Bernardus clarissimum Patriarcham Ioseph proponit, qui sancti Patriarchæ Iacob patris sanctus, & valdè charus fuit filius, & ob recusatum Dominæ stuprum pudicitiæ laudem amplissimam meruit. Hinc nostrum Ioseph pulchrè confert, cùm in vtroque pares, & præclaræ virtutes eluceant, vtpote fides, castitas, innocentia, iustitia, prudentiaque. Sed Euangelicus hic Ioseph eo admirabilior, quòd Angelum præceptorem, & quidem frequenter habeat: Quòd Domini sui Matrem continentem continens & ipse custodiat, tantùmque thesaurum suæ fidei concreditum accuratè seruet: Quod ante alios Messiam in carne præsentem tam iucundè contempletur, tractétque familiariter.*

55. *Specialiter dilectum à Deo Ioseph nostrer ob iustitiam.* Gen. 37.

Verùm nonnulla præclariora attingam. Legi de Patriarcha; *Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eo quòd in senectute genuisset eum, fecitque ei tunicam polymitam.* Gen 37. Vbi D. Ambrosius cap. 2. *Propterea plus cæteris dilectus, quia maiora in eo virtutum prævidebat insignia; vt non tam filium pater prætulisse videatur, quàm propheta mysterium. Meritò autem variam tunicam fecit ei, quo significaret eum diuersarum virtutum amictu fratribus præferendum.* Num Ioseph noster supercunctos dilectus Diuos, excepta Maria? Eximias affirmatiuè respondere virtutes existimo. Canisius. (Canisi.) *Chrysostomus virum illum in omnibus præclarum, ac omnigena virtute insignitum nominat, qui ea, quæ patris sunt, ex mandato diuino præstiterit Christo, ac supra legem sapuerit, meditationi Prophetarum semper inhærens, quem idcirco iustum dixerit Euangelista.* Quid iustitiâ floruisse Iosephum nisi omnibus virtutibus fuisse stipatum? *Omnis, qui facit iustitiam iustus est.* Ioan. 3. (Ioan. 3.) *Feci iudicium, & iustitiam.* Psal. 118. (Psal. 118.) *Id est* (inquit

Victorin.

Victorin. ad cap. 1. Matt.) *præstiti obedientiam vniuersa legi debitam.* Addo ex Bernardo serm. 35. in paru. *Iustitiam esse rationalis animæ perfectionem.* Perfectissimum Iosephum & legis custodia, & virtutum exercitamentis docet Origenes hom. 1. inter alias extraor. Quid mirum à Deo parente speciali affectum dilectione? *Fecitque ei tunicam polymitam.* Maria Dei vestimentum iuxta Bernardum serm. *Signum. Quam familiaris facta es ei, Domina, quam proxima, imò quam intima ei esse meruisti! Et vestis enim, & vestiris ab eo. Vestis eum substantia carnis, &c.* Hæc ergo tunica propter virtutum varietatem polymita (vt aiebat Ambros.) tradita Iosepho custodienda quidem, non induenda; *Dominum* enim solus huiusmodi *decorem induit.*

Bernard.
Origen.
Bernard.

56. Aliter exponit Rupertus specialis illius dilectionis causâ, ad Gen. 37. *Non mirum, si proponens Moyses dicere de generationibus Iacob, vnius dumtaxat historiam Ioseph subtexat: Hæ sunt generationes Iacob: Ioseph cùm sedecim esset annorum, pascebat gregem. Licet enim duodecim fuerint Iacob filij, in vno tamen Ioseph suam Iacob generationem, id est, paternæ similitudinis transfudit pulchritudinem. Nam sicut ipse Iacob ex sterili Rebecca naturam sterilem fœcundante gratia, progenitus, & diuina benedictione donatus, patrum suorum vestigia incessit: sic Ioseph ex Rachel sterili domo Dei susceptus est, futurus eiusdem benedictionis hæres, & solus ex omnibus filiis paternorum morum, atque virtutum imitator extitit. Quapropter solus etiam filiorum Iacob dignus fuit, qui filius Israel diceretur.* Annon conueniens Iosephum Mariæ sponsum, qui Iesu patrem referebat in terris cælesti Parenti ex virtutum gloria assimilari? Hæc ergo similitudo dignum illum constituit, qui specialissimo amore afficeretur.

Ioseph valdè Deo, virtutibus egregiis, assimilatur.
Rupert.

57. Quid de miranda Patriarchæ pudicitia attexam? Ambrosius de Ioseph, cap. 5. *Magnus vir Ioseph qui venditus, seruile tamen nesciuit ingenium: adamatus, non redamauit: rogatus, non acquieuit: apprehensus, aufugit. Qui cùm ab vxore Domini sui conueniretur, teneri veste potuit, animo capi non potuit: ac ne ipsa quidem verba diu passus est. Contagium enim iudicauit, si diutius moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incentiua transirent.* An nostro Iosepho necessaria fuga, vt castitatem coleret? In conspectu pulcherrimæ mulierum tot annis existens, nec leuis cogitationis aura tentatur, consortio quidem omnino cælesti. Rupertus lib. de glo. filij hom. *O coniugium cæleste, non terrenum! Quomodo hoc, & in quo coniugato fuerunt? Nimirum quòd vnus spiritus & vna fides erat in eis; sola illic definit corruptio carnis. Coniugum vita tota fuit cælestis, & Spiritus sanctus amborum coniugalis amor, quorum conuersatio erat in cælis.*

Cælestis Iosephi puritas in pulcherrima mulierū aspectu.
Ambros.
Rupert.

58. Domos suæ dominum Iosephum Pharao constituit, Vate canente. *Constituit eum dominum domus suæ, & Principem omnis possessionis suæ* Psal. 104. Vt ostendam domos Dei Iosephum meum dominum constitutum suppono virum dominum vxoris, iuxtà illud: *Ipse dominabitur tui.* Gen. 3. Mariam prætereà domum esse Conditoris. *Sapientia ædificauit sibi domum.* Prou. 9. Quem locum Virgini accommodat August. lib. 5. de Ciu. cap. 20. & Athan. orat. cont. Arrian. Dominus ergo vxoris, Dei quidem domus Iosephus constituitur. Cui illa sententia apposita: *Tu eris super domum meā.* Super domum Mariaoâ dominatur Iosephus? Quid inde? *Ad oris tui imperium cunctus populus obediet, vno tantum regni solio te præcedam.* Gen. 41. An solium regni à Iosephi mei potestate eximitur, cui ipse Rex Christus præstitit obedientiam? *Et erat subditus illis* Luc. 2.

Domus Dei Maria Ioseph dominus constituitur.
Psal. 104.
Gen. 3.
Prou. 9.
August.
Luc. 2.

59. Pergit Textus. *Fecitque eum ascendere super currum suum secundum.* Gen. 41. Num duplex Dei currus? *Ferculum fecit sibi rex Salomon.* Cant. 3. *Sibi*, inquam: Reges enim currus alios comitantibus Principibus exponit. Honorius sic locum de Maria interpretatur *Ferculum fecit Salomon, quo spiritualiter ipse ferretur. Creauit verus pacificus Mariam, cuius virgineo vtero portaretur. O beatum ventrem, qui Dominum portauit.* Magnum, Patriarchæ, supra currum Regis secundum Principibus, aut ministris præparatum ascendisse? Proh Iosephi gloria, cui currus primus, quem sibi Deus exædificarat, offertur, dum, verò matrimonio intercedente, Iosephi Virgo subinittitur potestati; iuxta Petri epist. 1. cap. 3. sententiam *Mulieres subditæ sint viris suis.* Ad mores collige ex præcedentibus, virtutis excellentiâ in filiis specialissimo parētum amore ac operibus debere muneтari.

Non secundus regni currus, sed primus Dei nostro Iosepho præparatur.
Gen. 41.
Cant. 3.
Honor.
1. Pet. 3.

OBSERVATIO IV.

Deiparæ prædestinationem & electionem D. Iosephi imitatur electio.

Innuo prædestinato cuique adnatos esse labores.

55. FVIT Maria electa in Deiparam ab æterno? Ioseph in Virginis sponsum ac existimatum Christi parentē. D. Thom. 3. p. q. 24. a. 1. *Deus* (inquit) *ab æterno ordinauit, vt per gratiam vnionis in tempore efficerētur homo esset Deus, & Deus esset homo; & sic Christus secundum quòd homo prædestinatus est esse Filius Dei.* Rom. 1. Annon eadem Trinitas beatissima Virginem Verbi incarnandi prædestinauit in parentem? Sic Nicolaus Cussan. Cardin. lib. 6. Exercit. *Primus prædestinatorum caput est Christus, secundum post Christum locum nobilissimum sanctissima Virgo inter prædestinatos habet. Cùm enim Deus hominis peccatum prauidisset, opémque illi per incarnationem Verbi ferre statuisset, Christum primum, deinde Virginem illius Matrem ad summam gloriam prædestinauit. Dominus* (ipsa clamat) *possedit me in initio viarum suarum, &c.* Prou. 8. Virginis prædestinationi Ecclesia accommodat, vt tradit Galati. lib. 7. de arcan. cap. 1. Rupertus fatur ad c. 2. Cant. Mariam loquētē inducēs, *Prius quam nascerer, Deo præsens aderam; antequam fierem, bene illi cognita fueram: si enim dicitis, & verè dicitis, quia elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius.* Ephes. 1. *Nonne & de me rectè sentitis, & rectè sentiendo dicitis, quia*

Electio Mariæ.
Thomas.
Cussan.
56.
Prædestinata post Iesum.
Prou. 8.
Galat.
Rupert.
Eph. 1.

elegit

elegit me ante mundi constitutionem, vt essem sancta, & immaculata. Et si deliciæ eius esse cum filiis hominum, Prou. 8. quanto magis delectabatur cum ista ancilla Domini miraculo cunctorum filiorum hominum? Et Andreas Cret. ser. de Assump. *Hæc Virgo est declaratio profundorum diuinæ incomprehensibilitatis, hic est scopus, qui excogitatus est ante sæcula.* Alibi plura.

Ereti.

57\. Igitur quemadmodum Maria ab æterno est in Dei Matrem prædestinata, Ioseph proportionaliter in Virginis sponsum, Iesuque patrem electus est. Piè Ioannes Ekius tom. 3. ser. de Ioseph. *Ab æterno sibi Dominus Virginem elegit Mariam, iuxta id, quod sapiens agnouit, dum dixit: Dominus possedit me ab initio viarum suarum. Quod si ab æterno Deus illam sibi elegit in Matrem, ipsaque Virgo tenella erat, quamuis multos subitura labores, & pericula, eo quòd puerum etiam Iesum, ita volente Deo, multas sustinere oportebat persecutiones, cuius curam interim agere decebat Iosephum in fuga ad Ægyptum, & reditu. Ideo sicut Maria ab æterno præuisa fuit in Matrem Filij Dei, ita & Ioseph in nutritium, atque custodem Christi & Mariæ electus. Et ideò conuenientibus officio bonis ornatus est, vt non malè de eo intelligatur illud Dauidicum: Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Psal. 22.* Ac si diceret. Tam adnatum & Iesu & Matri Iesu tribulationes pati, vt eo ipso quòd Christus & Maria prædestinati menti diuinæ obiiciantur, multis laboribus agitari appareant Iosepho, electo ad id munus, requisito subleuatore. Hinc ediscant iusti patienter sibi adnatos sufferre labores. Simul enim prædestinati & eliguntur in Regnum, & ad laborum sustinentiam vocantur.

Electio Ioseph. Ekius.

Prædestinato adnati labores.

OBSERVATIO V.

Mariæ & Iosephi persimilis Nobilitas.

Vbi assero vberiori gratia repleri qui celsioribus Diuis adhærent alumni.

58\. NOBILITATEM naturalem, ac spiritualem Virginis vidimus, cuius imaginem refert spõsus. Naturalem prius, deinde spiritualem confirmemus.

Patribus itaque superiùs Mariæ nobilitaté commendantibus adiiciendus D. Bernardinus Senen. tom. 1 ser. 61. art. 1. c. 1. & ser. de Ioseph. c. 1. inquiens. *Fuit B. Virgo nobilior creatura omnibus creaturis, quæ in humana natura fuerint, aut possint, aut potuerint generari. Nam Matthæus cap. 1. ponẽs ter quaterdenas generationes ab Abraham vsque ad Christum, scribit eam fuisse natam de quatuordecim Regibus, de quatuordecim Ducibus.* Tanta nobilitas Mariæ, vt ad vnam hominum Reginam concinnandam non vnus Rex influxerit, sicut in reliquis: Abraham enim genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Dauid rex genuit Salomonem, &c. Non Abraham & Isaac genuere Iacob, sed vnus filius ab vnico prodiit parente. At vna Maria *à quatuordecim Regibus, & quatuordecim Ducibus generata* est; quia quasi *discernit* Deus *Reges*, vt vnam

Maria supremæ Nobilitatis, quam nõ vnus, sed omnes Reges, cuncti Duces prouenerunt. Bernard.

in morem massæ coëuntes vnam Deiparam omnium creaturarum nobilissimam progignerent.

Quid Iosephi? *Fuit* (adiicit Pater) *sanctus Ioseph progenitus de stirpe Patriarchali Regali, atque Ducali secundùm lineam rectam. Nam Matthæus cap. 1. lineam rectam omnium prædictorum Patrum deducit ab Abraham vsque ad Virginis sponsum. Ex quo patet, quod dignitas Patriarchalis, Regalis, & Ducalis in isto fuit terminata.* Vnde non solùm immediatus parens Iacob, sed cuncti Patriarchæ, Duces ac Reges in Iosephi sanguiné, nobilissimum influxere, & sicut in centro omnis circunferentiæ virtus terminatur, cuncta Patriarcharum, Regum, ac Ducum dignitas vno fuit in Iosepho *terminata*. 56.

A cunctis nobilibus ex Adam Ioseph progenitus. Bernard.

Vis Coniugis vtriusque nobilitatem vno exprimam verbo? Dominus nobilitaté à Maria & Iosepho accepit. Bernardinus citat. sic ostẽdit in Virgine. *Patet quòd Dominus Iesus, qui sine Matre fuit in cælis, & sine Patre in terris, totam à Virgine humanitatem recepit, atque dignitatem, quæ ad humanitatem sequitur, scilicet cognationis, vt diceretur filius Dauid. Omnis itaque nobilitas corporalis concessa humano generi in Adam à Domino principaliter data est, vt per multas generationes descenderet in Virginem, & per Virginem beatam terminaretur in Christum.* At sic de Iosepho. *Ex suprà dictis patet, quòd per prædictos Euangelistas describitur nobilitas Virginis, & Iosephi, vt Christi nobilitas exprimatur. Fuit ergo Ioseph tantæ nobilitatis, vt quodammodo* (si liceat dicere) *dederit temporalem nobilitatem Deo in Domino Iesu Christo.* 60.

Maria & Ioseph Deo impertiti quodammodo nobilitatem. Bernard.

Quinam Iosephi parentes? Non caret difficultate. Matthæus, *Iacob genuit Ioseph virum Mariæ.* cap. 1. Lucas, *Vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli.* cap. 3. D. Hieronymus, *Ioseph filius fuit Iacob secundùm naturam, filius autem Heli secundum legem.* Placet sententia Driedonis lib. 6. de supput. hebdomad. cap. 5. *Ioseph fuit filius Iacob generationis natura. Idem autem Ioseph fuit filius Heli, id est, ipsius Ioachim patris Mariæ lege vxoria, secundùm quam consuetudo est filium meum appellare eum, qui est maritus filiæ meæ.* Profectò Euangelista tam similem Mariæ Iosephum contemplatur, vt ab eodem parente scribat exortum. *Iacob* ergo *Mariæ Ioseph generatus appellatur filius Annæ & Ioachim patris Mariæ.* Nisi fortè duplex parens nobilissimus assignetur Iosepho, vt innuatur cuiuscunque nobilis esse filium. 60.

Duplex parẽs Iosepho nominatur, vt & similior Mariæ appareat, & nobilior exsurgat. Mat. 1. Luc. 3. Driedo. Hieron.

Ad nobilitatem spiritualem pergo, quæ hominem gratia ac virtutibus exornat. Annon spirituale principium extat, à quo omnis gratia communicatur? Christus planè. *De plenitudine eius omnes accepimus.* Ioan. 1. D. Thomas 3. p. q. 27. a. 5. *Christus est principium gratiæ, de cuius principij plenitudine nos omnes accepimus, scilicet omnes Patriarchæ, & prophetæ Apostoli, & iusti, qui fuerunt, sunt & erunt, & omnes Angeli.* Porrò vnico gratiæ fonti Maria æquæductus apponitur, per quem (ait Bernardus sup. *Missus*) *gratia à Deo descendunt.* Ipsa manus accipiens dona hominibus cõmunicanda. Bernardin. ser 3. de Nom. Mar. art. 3. *Nulla gratia venit de cælo ad terram,* 61.

Plus honoris Ioseph Iesu & Maria vberiorem reliquis gratiã participauit. Ioan. 1. Thom. Bernard. Bernardin. Sen.

nisi transeat per manus Mariæ. Vnde iste Hierarchicus ordo & defluxus cælestium gratiarum, vt priùs à Deo defluat in Christi animam benedictam, deinde defluat in animam Virginis. Vnde secundùm spirituale principium gratiæ certo modo ab aliquibus vocitatur, quatenus qui Virgini non bæret, longè absit à Christo fonte gratiarum, fante Bernardo, *Qui ipsi collo per amorem non adhæret, non adhærebit capiti Christo, sicut corpus non hæret capiti, collo amoto.*

Bernard.

Annon Iosephus Iesu ac Virgini propinquior huius sponsus, illius parens? Igitur vberiorem reliquis gratiam participauit. *Cùm esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph.* Mat. 1. Constat ex doctissimorum Theologorum placito Suario, Viguerio, ex ordine, quo conscripti Iesus, Maria, & Ioseph gratiam adepti. Numnon valet argumentum ab ordine litteræ, vt primo loco nominatus, magis dilectus censeatur? Commune est apud Iurisprudentes axioma l. *qui soluendo 2. ff. de hered. inst.* De quo Euerar. in sua Cent. Tiraquel. de iure primog. q. 19. Porrò Ioseph tertius ordine post Iesum & Mariam collocatus, plus reliquis diligitur. Confirmo ex Doctore Angelico asserente 3. p. q. 27. a. 5. quanto aliquid magis principio in quolibet genere hæretcit, tanto magis illius principij effectum participat. Hinc ediscant quicunque Mariæ ac Iosepho non præstant obsequium quàm sitientes gratiæ fluentium existent, os fonti, ac aquæductibus, minimè admouentes, quámque prudenter Diuis adhæreat celsioribus, qui vberius curat gratia repleri.

Suari. Viguer. Euerar. Tirag.

OBSERVATIO VI.

Iosephi in vtero sanctificationem expendo.

Vnde colligo Pastores animarum sanctissimos futuros, vt dignè tanto muneri incumbant.

61. *Post Mariam purissimus Ioseph quanctorum.* Gerson.

GERSONEM præmitto ser. de Nat. Mar. *Sicut decuit, vt Maria tanta puritate niteret qua sub Deo maior nequeat intelligi; ita decuit vt Ioseph tanta prærogatiua polleret, qua similitudinem, & conuenientiam exprimeret talis sponsi ad talem sponsam. Et vt potest colligi Mat. 1. Ioseph fuit super omnes homines puros similis Virgini gloriosæ. Vnde sicut laus Mariæ est laus Christi filij sui, ita laus Ioseph in præconium redundat vtriusque, Iesu scilicet, & Mariæ. Et sicut ex aduerso dicit, &c.* His verbis nisus quidam Iosephi alumnus apud Bustum opinatus est ab originali crimine præseruatũ, vt esset Matris similior spõsus. At opinio hæc & à Concilio Trident. damnata sess. 5. & antè Concilium à me minimè probanda fuisset. *Nã sicut in comparatione Dei* (loquor cum August.) *nemo bonus, ita in comparatione Mariæ nulla inuenitur perfecta creatura, quamuis virtutibus eximia comprobetur. Vnus est enim Pater in cælo, vna forma virtutum Maria.*

Bust. August.

62. *Maria sine labe concepta & Ioseph ex vtero sanctificatus apparet ex reuelatione nominis Iesu ipsis effecta.*

Asseri tamen matris ex vtero sanctificatũ fuisse pia nõnullorum cõtemplatio, approbãte Gersone citato, Salmer. tom. 3. tract. 30. Canis. lib. 2. c. 13. & alij. Probo ex differentia reuelationis nominis Iesu facta Virgini, ac Iosepho per Gabrielẽ. Virgini quidem facta fuit reuelatio ante incarnationem. *Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.* Luc. 1. Iosepho autem post Verbum incarnatũ. *Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum* Mat. 1. Ad quæ acutè Salmeron. *Beata Virgo, cui antè conceptionem nomen Iesu est reuelatum, excellenti priuilegio in sui conceptione à peccati labe fuit præseruata. Angelus enim ipse primus hoc nomen de cælo attulit, & primò reuelauit Virgini antè conceptionem, deinde Iosepho patri eius credito post conceptionem antè partum. Est enim Iesus seruator Angelorum, & Virginis excellenti præseruationis modo. Deinde Iosephi patris sui, quem in vtero sanctificatum sentiunt nonnulli, & à peccato actuali excellenti gratia præseruatum; vt mundè, ac dignè conuersari posset cum Maria.* Pulchrè.

Luc. 1. Mat. 1. Salmer.

63. *Luci Iesu vicinior Ioseph amplius illuminatur per Virginem.* Ioan. 1. Conimb. 1. Cor. 15. Lyran.

De Iesu Ioannes. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum* cap. 1. Nostri Conimbr. l. 6. c. 2. q. 1. a. 2. *Lux illuminat pariformiter difformiter.* Id est, natura lucis est, efficaciùs in propinquum, quàm in remotũ communicari. *Alia est* (Paulus ait) *claritas solis, alia Luna, alia stellarum.* 1. Cor. 15. Vbi Lyran. *Alia claritas Christi, alia Mariæ, alia sanctorum.* Annon splendore ac claritate ipsæ differunt stellæ? *Stella ab stella* (adiicit Paulus) *differt in claritate. Quia* (Lyran.) *secundùm diuersa merita variè participabunt lumen.* Igitur Ioseph immediatior soli Iesu post Deiparam specialiori debet lumine donari. Maria immediatè post solem collocata sine labe concepta, Iosephus in vtero planè sanctus fuit.

64. *Affectus Ioseph Mariæ vberum benedictione, hoc est, in vtero sanctificatur.* Gen. 49. Isidor. Psal. 84.

De Patriarcha Iosepho parens. *Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum, & vulua.* Gen. 49 Quænam illa vberum ac vuluæ benedictio? Isidorus in Gen. cap. 12. *Benedictionibus vberum Mariæ, quæ verè benedicta erat.* Verè inquam, omni maledictione ablegata, iuxtà illud: *Benedixisti Domine terram tuã, auertisti captiuitatem.* Psal. 84. Vberum benedictione Ioseph noster affectus, dum ex Mariæ præseruatione quasi influit in ipsum vtero commorantem captiuitatis ablegatio! Iesus enim præseruauit Mariam, Iosephum in vtero sanctificauit. *Laus Mariæ* (aiebat Gerson) *est laus Iesu* præseruatoris vtique, *& laus Ioseph redundat in præconium vtriusque Iesu & Mariæ* Iesu purificantis Iosephum à labe communi: Mariæ quasi ex præseruatione sanctificationẽ influentis in coniugem. Ad mores collige, eũ sanctiorem, cui Iesu nomen dignius fuerit reuelatum. Vnde Salmeron adiicit. *Postremò omnium hominum,* (quos Pastores figurabant, quis Angelus post Iosephum nomen Iesu euulgat) *qui illi, vt infirmus medica sapientissimo se subiiciunt sanandos, saluator est.* Post Iosephum quidem reuelatur Pastoribus nomen salutare, vt innuatur futuros sanctitate speciali conspicuos, vt pascendo gregi operam impendant.

Gerson. Salmer.

OBSERVATIO

lo Maria ſingulariter datur, vt in corpore eius non inhabitet.

69. Refert quidem ſponſam coniux ſanctiſſimus, à quo fomes extinctus omnino, aut ſaltem illigatus. Ekius ſic ſerm. de S. Ioſeph. Epiſcopus Chryſop. in Cant. Virg. Caniſ. lib. 3. c. 13. Salmer. tom. 3. tract. 29. Barrad. tom. 1. l. 6. c. 8. Et Gerſon ſerm. de Nat. Mar. cuius ſententiæ memor. Caniſius fatur. *De Ioſeph ſanè ſcribit Gerſon in hoc iuſto, & æquè caſto viro peccati originalis fomitem vel extinctum, vel depreſſum fuiſſe. Sed & prorſus docuiſſe, ne præſtans Virginis forma & cohabitatio familiaris ipſum ad libidinem ſolicitaret, & aliqua ex parte commoueret.* Scio tamen pulchritudinem Mariæ nullum vnquam ad inordinatum motum excitaſſe. Bernardinus Senen. tom. 4. ſer. 19. par. princip. *Pulchrior Domina mundi fuit dulcis Virgo Maria, & ſui actus, & geſtus corporis ſui benedicti erant ita pudici, graues, & honeſti, quòd nullus hominum videns eam nedum mouebatur ad aliquam malam cogitationem; ſed ſiquem malum ſenſum habebat, ſubitò ab eo cadebat.*

[*Sine peccati fomite Ioſeph.* Ekiuus. & alij. Caniſ. Bernard.]

70. Amiſſæ quidem innocentiæ documentum fuit motuum inordinatio *Cúmque cogaouiſſent ſe eſſe nudos.* Gen. 3. Gloſſa, *Aperti ſunt oculi eorum ad concupiſco ιtiam, & cogitationem beſtialis motus.* Profectò mirabilis Ioſephi caſtitas probat nunquam ad huiuſmodi cogitationem oculos aperuiſſe. Iſidorus Mediol. audiendus 1. p. c. 13. *Ampliùs dixerim Ioſephi virginitatem fuiſſe nobiliorem, gratiorem, vtiliorem, glorioſiorem, ac mirabiliorem, quàm fuerit Angelorum virginitas. Nam Angelorum virginitas, & caſtitas eſt à natura, ſanctitas verò Ioſephi à gratia; ergo nobilior. Angelorum eſt in natura impaſſibili, hæc autem in carne fragili. Eſt perfectior Virginitas Ioſeph, quia in anima & corpore, illa verò in ſpiritu tantùm.* Mirabilem meritò appellat Ioſephi Virginitatem, quia ſine pugna fomitis aduerſùm ſpiritum militantis, tam victrix efferatur. Aiebat Ambroſius lib. de Vid. *Maior eſt victoria Virginum, quàm Angelorum; Angeli enim ſine carne viuunt, Virgines verò in carne triumphant.* Sine pugna triũphauit Ioſephi caſtitas, quia ſemper in illo nunquam non victurus repugnabat affectus. Ediſce ſenem ab omni illectamento abſtractum haud deſidem coniacere, ſed affectu aduerſus carnem acres excitare concertationes in vberioris triumphi gloriam.

[*Ineffabilis Ioſephi puritas cum aſſeritur non fuiſſe à fomite impugnatum.* Gen. 3. Gloſſa. Iſidor. Mediol. Ambroſ. Bellis ſopitis effectu, affectu illuſtres triumphos reportare potes.]

Observatio VII.

Ioſepho extinctum peccati aſſero fomitem, & illuſtro, vt Mariam referret ſponſam.

Innuo, bello, effectu ſopito in ſenibus, poſſe illos affectu illuſtres reportare triumphos.

65. Qvid fomes? Haud eſt qualitas aliqua re ipſa à ſẽſualitate diſtincta, ſed ipſemet appetitus ſenſitiuus inclinans ad malum. D. Thomas 3. p. q. 27. a. 3. *Fomes nihil eſt aliud, quàm inordinata concupiſcentia habitualis tantùm, quia actualis concupiſcentia eſt motus peccati. Dicitur autem concupiſcentia ſenſualitatis eſſe inordinata, in quantum repugnat rationi, vel difficultatem facit in bono; & ideo ad ipſam rationem fomitis pertinet, quòd inclinet ad malum, vel difficultatem faciat in bono.*

[*Fomes concupiſcentia quid.* Thom.]

66. Fomitem itaque huiuſmodi extinctũ prorſus in Virgine aſſerui ſuprà à primo inſtanti Conceptionis. *Ecce gloria Dei Iſrael egrediebatur per viam Orientalem, & terra ſplendebat à maieſtate eius.* Ezech. 43. Gloria Dei Iſraël Orientali portæ ſubmiſſa eſt fomitis extinctio, ſanctè D. Thoma 3 p. q. 27. a. 3. *Credendum eſt, quod ex prole, ſumma quidem, redundauerit in Matrem, totaliter fomite ſubſtracto; & hoc ſignatur, vbi dicitur: Ecce gloria Domini egrediebatur per portam Orientalem, id eſt, per Virginem. Et terra, id eſt, caro ipſius ſplendebat maieſtate eius.*

[*Gloria Dei redundat in Virginem, à quo fomes abſtractus omninò.* Ezech. 43. Thom.]

67. De turpibus fomitis huiuſce affectionibus Petrus, *Abſtinete vos a carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus ſpiritum.* Vbi Magiſter Sententiarum lib. 2. diſt. 30. fomitem appellat *tyrannum.* Baſilius *Innatum dæmonem omnia praua ſuadentem*, Chryſoſtomus *Leænam ſerpentem multiplicem.* Huiuſmodi Deus impugnationem à Virgine omninò ablegauit. *Auferens bella vſque ad fines terræ, arcum conteret, & confringet arma.* Pſal. 45. Ad quem locum Richardus Victor. lib. 2. de Eman. cap. 29. *quæ eſt,* inquit, *iſta terra, de qua bella omnia ſunt tenus auferuntur, niſi illa, de qua idem Propheta alibi proteſtatur: Veritas de terra orta eſt. De hac itaque terra omnis pugna tollitur, in hac terra pax plena reparatur. In arcu, & ſagitta percuſſio quidem eſt non tam virtuoſa, quàm artificioſa; è contra in gladio, & haſta percuſſio quidem eſt, non tam artificioſa, quàm virtuoſa. Per arcus ergo intelligamus tentationes fraudulentas, per arma verò tentationes violentas. Attende itaque in quanta ſecuritatis arcem te erexit, ad quam, ô Virgo, nec violenta, nec fraudulenta tentatio nullum acceſſum habere potuit.*

[*Affectiones fomitis longè à Virgine.* Magiſt. Baſil. Chryſoſt. Pſal. 45. Richard. Victor.]

68. *Legem peccati* huiuſmodi fomitem vocauit Apoſtolus Rom. 7. Legem, inquam, non politicam, quæ ciues ciuiliter obligat, ſed quæ captiuos addicit ſeruituti. *Et captiuantem me ſub lege peccati.* An talis in Maria lex, tam horribilis tyrannus imperatur? Richardus Vict. cap. 31. *Cæteris ſanctis in commune præcipitur, vt in mortali eorum corpore peccatum non regnet: ſo-*

[*Nec in Maria peccatum, id eſt fomes, habitauit.* Rom. 7. Richard.]

Observatio VIII.

Communis Mariæ ac Ioſephi patria Nazareth commendatur.

Moneo te poſſe cuilibet difficili miniſterio operam incumbere, ſi eligaris à Deo, minimè de aptitudine dubitando.

71. Nazareth (Bernardino Buſto authore) Mariæ ac Ioſephi gratiam vel ipſa

[*Nazareth ſignificatio.*]

prædicat appellatione. Nam & *Flos* dicitur à Hieronymo in epist. Paulæ, & *virgultum* à Bernardo in epist. ad Mili. Temp. & *custodia florida* ab eodem Abbate Claræuallensi, & *sanctitas, consecratio, vnctio, & munditia* à varijs sacræ linguæ peritis. Contigit quidem Iosepho Patria Galilæa, ciuitas Nazareth certa quadã ratione. Asserui suprà Iosephum apud Bethlehem exortum iuxta Lucam profantem, *Ascẽdit Ioseph à Galilaa de ciuitate Nazareth in Iudaam in ciuitatem Dauid, qua vocatur Bethlehem, eo quòd esset de domo & familia Dauid.* cap. 2. Vbi Iustinus Mart. Dial. cum Tripho. *Cum professionis*, inquit, *primatempus venisset in Iudaa, tum Quirino pratore, Iosephus Nazaretha oppido, vbi habitabat, Bethlehem, vnde erat, profitendi causa venit.* Porrò à Maldonato & aliis Ioseph Nazaræus appellatur, quòd in Nazareth transmigrarit. Epiphanius hær. 79. ait, *Nam & ipse Dominus Iesus Nazarenus vocabatur, propterea quòd in Nazareth ciuitate educatus esset in domo Ioseph, natus verò secundùm carnem in Bethlehem ex Maria Virgine desponsata ipsi Ioseph, qui in eandem ciuitatem transmigrauit, postquam à Bethlehem digressus in Galilaa habitauit.* Itaque sicut Christus Bethlehemita cùm sit natalitio, vocatur Nazarenus propterea quòd in Nazareth fuerit educatus, transmigratio Iosephi in Nazareth sufficiens præstat fundamentum, vt natus apud Bethlehem Nazarenus appelletur.

Hieron. Bernard. Iust. Nazaraus Ioseph. Luc. 2. Iustin. Maldo. Epiph.

72\. *Conuenit vtrique Coniugi Nazareth etymologia; quia & floridi, & Ioseph custos castelli, & Paradisi Mariani.*

Quàm conueniens Mariæ & Iosepho Nazareth etymologia! An *flos* Nazareth? Duo en lilia fragrantissima, dulcissimum Agno cibum præstantia. *Qui pascitur inter lilia.* Cant 6. Vbi Rupertus, *Has duas personas Mariam, & Iosephum pra alias rectè vocari, & esse lilia, ob virginales nempe Nuptias, & castissimam cohabitationem,* est certum. Num *custodia*? Si Virgo castellum, *in quod Iesus intrauit*, Luc. 10. Custodem verè gerit Iosephus. Bernardus serm. 2. de Assump. *Quid introisse eum dicimus in castellũ? etiam in angustissimum virginalis vteri diuersorium intrauit.* Hieronymus autem cont. Heluid. *Ioseph potiùs custos Maria fuit, quàm maritus,* iuxta superiùs à me datam expositionem. Paradisus Maria? Augustinus Gen. 2. *Virgo Maria Paradisus dicitur, in cuius medio positum est lignum vita.* Porrò Ioseph Cherub est Paradisi custos, Isidoro Mediol. fante 3. p. c. 12. *O anima corde vigila meditando Iosephi gesta, ac veritate cogente Cherubim illum fuisse clamabis. Reminiscere Virginem Paradisi typo signatam, & Christum lignum esse vita. Cur non Ioseph Cherubim asseuerandus est, qui & Virginis sanctissima, & Christi custos à Deo immortali positus fuit?*

Cant. 6. Bernard. Luc. 10. Bernard. Hieron. Gen. 2. August. Isidor.

73\. *Sanctus, consecratus vnctus Iosephus mirâque puritate conspicuus, vt Maria assumeretur in custodem.*

Iam aliæ Nazareth significationes, scilicet *sanctitas, consecratio, vnctio, munditia* necessariò in Iosepho verificantur. Sanctissimum enim decuit esse, vt in custodem Virginis assumeretur. Illam adnota D. Thomæ regulam 3. p. q. 27. a. 4. *Quos Deus ad aliquid eligit, ita praparat, & disponit, vt ad id, ad quod eliguntur, inueniantur idonei.* Quod probat ex Apostolo. *Sufficientia nostra ex Deo est, qui idoneos nos fecit ministros noui Testamenti.* 2. Cor. 3. Quam doctrinam D. Bernardus Senens. Iosephi accommodat sanctitati. *Generalis regula est, quòd quandocumque diuina gratia eligit aliquem ad aliquam gratiam singularem, seu ad aliquem sublimem statum, omnia charismata donat, qua illi persona sic electa, & eius officio necessaria sunt. Patet in Patribus veteris Testamenti, scilicet in Moyse, Iosue, Abraham, Isaac, Iacob, David, Salomone. Patet in nouo Testamento in Virgine benedicta, Apostolis, Euangelistis, Doctoribus. Quod maximè verificatum est in sancto Ioseph putato patre Domini, & vero sponso Regina mundi, & Domina Angelorum, qui ab aterno Patre electus est Custos principalium Thesaurorum suorum, scilicet Filij eius, & Sponsa sua.* En Nazarenum Iosephum virtutibus floridum, sanctitate, cõsecratione, vnctione, mũditia conspicuum, vt aptum gereret Iesu ac Mariæ custodem. Electus à Deo in aliquod egregium, aut difficile ministerium, de propria sufficientia dubitas inclamando: *A, a, a, Domine Deus, nescio loqui, &c.* Ier. 1? Illud & audire existima: *Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego.* Qui te elegit nescium, edocebit ignorantem, cuncta emanante à Domino sufficientia. *Sufficientia nostra ex Deo est.*

Thom. 2. Cor. 3. Bernard.

Observatio IX.

Iosephi votum virginitatis effero, quod ab vxore didicit Virginum Magistra.

Edocentur vxores fieri coniugum magistræ, eos & exemplo, & precibus ad virtutem allicientes.

74\. *Num emiserit Ioseph puritatis votum ante coniugium?*

Secto Gersonem, Hugonem Victorinum, Baronium, Bellarminum, Alcuinum, & alios innuere Iosephum ante contractum coniugium Virginitatis votum emisisse, ad quam sententiam allici assolet Hieronymus fatus. *Erat inter cateros Ioseph homo de domo & familia David; cunctis verò virgas suas iuxta ordinem deferentibus, solus ipse suã subtraxit.* Quasi voto illigatus noluisset ad sortes admitti.

Gerson. & alij. Hieron.

75\. *Edoctus à Maria post coniugium voto virginitatis se adstrinxit.*

Ego equidem existimo virgam subtraxisse, non ex voto virginitatis, sed ex proposito, & amore puritatis, vt debeat Iosephus Deiparæ, ab ipsa fuisse edoctum Virginitatem voto confirmatam. Expressum habes in c. *B. Maria.* 27. q. 2. *Quod Virgo corde conceperat, simul cum viro labiis expressit, & vterque in virginitate permansit.* Albertus Mag. sup. *Missus* idem affirmat. Audiendus Bernardinus Senen. ser. de Ioseph. cap. 1. *Creditur reuelatum fuisse Iosepho Virginis votum de Virginitate seruanda. Contraxit igitur matrimonium, committens se dispositioni diuina. Et tunc creditur quòd Ioseph ex reuelatione diuina cognouerit Virginis propositum sanctum, & quod tunc ex communi consensu vouerit sanctam virginitatem. Propterea creditur, quòd Ioseph vsque tunc* (ex proposito quidẽ & amore puritatis, non ex voto) *perseuerauerit in sancta virginitate.* Consonat Abulen. in cap. 1. Mat. q. 30. Sotus in 4 dist. 3. q. 2. a. 2. ad 1. Docet D. Thom. 3. p. q. 28. a. 4. Gersõ, & alij, quos refert Canit. lib. 2. c 11. Et ex Abdia Babylon. & August. nonnulli tradunt recentiores.

Albert. Bernard. Abul. Sotus D. Thom. Abdias. August.

76\. Quàm decuit Ecclesiæ puritatem coniugis vtriusque

Docuit puritatem Ecclesia vtriusque continuo Virginitas. Damian.

vtriusque virginitas! Petrus Damian. epist. 11. c. 4. *Ecclesiæ fides in eo est, vt non modò Deipara, verumetiam putatiuus pater, atque nutritius Virgo habeatur.* Hieronymus adu. Heluid. *Tu dicis, Mariam Virginem non permansisse: Ego mihi plus vendico, etiam ipsum Ioseph Virginem fuisse per Mariam.* Debet ergo Dei parenti Iosephus doctrinam Euangelicæ Virginitatis. D. Augustinus serm. 14. de Nat. *Habe Ioseph cum Maria coniuge tua communem virginitatem membrorum, quia de virgineis membris virtus nascitur Angelorum. Sis Maria Mater Christi, in carne sua virginitate seruata, sis autem & tu Pater Christi honorificentia Virginitatis.* Quasi Virginitatis gloria eum Dei constituisset in parentem. *Gaude itaque* (adiicit) *Ioseph, nimiumque congaude virginitati Mariæ, qui solus meruisti virginalem affectum possidere coniugij; quia per meritum virginitatis ita separatus es a concubitu vxoris, vt Pater dicaris Saluatoris.* Illud enim ipsum ex virginitatis voto ab vxore seiungi, est in patrem Saluatoris exsurgere.

August. *Virginitatis votum Iosephum Dei constituit in Patrem.*

77\. *Magistra Maria Iosephum docuit Virginitatis magisterium.* Cant. 2. Rupert.

77\. Virgo itaque Virginitatis votum edocuit Iosephum, edocuit & reliquos noui germinis cultores puritatis. Attamen sic Iosephum Virginitate informauit, vt Magister ipse puritatis existat. Solùm Maria & Ioseph lilia vocitantur. *Qui pascitur inter lilia.* Cant. 2. Vbi Rupertus lib. 2. *Quænam sunt lilia nisi amicus Dilecti Ioseph, & ego dilecta? Cui dicit, sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Verè ambo lilia pro virginalibus Nuptiis, & cohabitatione castissima.* Profectò spinis lilium Marianum stipantibus Virgines cuncti designātur, lilia quidem, sed quæ in Mariæ conspectu Virginitatis Magistræ non possint apparere, sed spinæ esse videantur. Canisius lib. 1. c. 7. referens Federicum Nausea. episc. hom. 81. Centur. 5 fatur. *Hæ inter se comparantur, & quæ mente simul, & carne sunt virgines, lilia & ipsa videri possunt. Cæterùm si eas cum sponsa Dei selecta conferas, in spinas abeunt.* Abeuntibus itaque cūctis virginibus liliis in spinas ad Mariæ conspectum, vnus Iosephus lilij gaudet appellatione, *Qui pascitur inter lilia. Quænam sunt lilia, nisi amicus dilecti Ioseph, & ego dilecta?* Ioseph enim ita edoctus fuit à Maria Virginitatis votum, vt & ipse simul sit puritatis Magister. Vnde Maria à D. Ambrosio *Magisteria castitatis* vocitatur. Quia scilicet edocens Iosephum in virginum Magistrum duplici nos donat Virginitatis magisterio.

Canis.

Ambros.

Quid si non solùm edocuit Maria puritatē Iosephum, sed & ipsi promeruit. Egregiè planè Salmeron tom. 3. tract. 29. *Donū Virginitatis in sponso suo B. Virgo promerebatur, vt vndique esset plena gratia, non tantùm in se ipsa, sed etiam in sponso suo. Vt quæ per Matrimonium vna caro, id est, vna persona cum eo fuerat effecta: ita per gratiam insignis castitatis suis precibus ac meritis à Deo obtenta fieret cum ea vnus spiritus.* An discipulus super magistrum? Minimè quidem. Sed debitor maximè Iosephus Mariæ, quòd sic eū Virginitatis imbuerit doctrina, vt vnus cum Magistra spiritus euaserit, corpore quodammodo in spiritum conuerso.

Salmer.

78\. *Suam Virginitatem ipsa*

78\. Aiebat Paulus. *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem.* 1. Cor. 7. Si fidelis mulier infidelem virum sanctificare valuit, sanctissimum iam Iosephum quanta perfectionis gloria repleret totius magistra sanctitatis. Salmeron *Nec tantum*, inquit, *sanctificatur a peccato vir infidelis per mulierem fidelem, sed etiam multis diuinis, ac cælestibus bonis augetur, & cumulatur. Diuina Cæcilia virgo legitur Valeriano sponso donum Virginitatis impetrasse à Deo. Quid ni multò magis sanctissima Virgo sanctissimo viro suo Ioseph?* Pondera illud: *Quid ni multo magis.* Ac si diceret, si Cæcilia infideli viro virginitatis donum impetrauit, Deipara Iosephum virginē castissimum ac sanctissimum nacta, quàm nam magisterio, ac precibus virginitatis gloriam impetrauisset. Profectò plusquam Angelicam, imò quodammodo suam perfectissimam nēpe similitudinem. Ad hæc D. Bernardinus citat, *Prima gratia Iosepho diuinitus data est conuersationis virginalis. Porrò per respectum ad sanctam Virginem necesse est hunc Virum fuisse admiranda gratia, & virtutis. Vnde credo Iosephum fuisse mūdissimum in virginitate ad similitudinem Virginis sponsæ suæ.* Erat ipse cùm ad coniugium properauit castissimus amator Mariæ; accessere continuæ instantissimæ Vxoris preces adhuc curantis illum ad celsiorem puritatis gloriam eleuari; quid igitur impetrauisse existimas? *Cùm B. Virgo* (adiicit ille) *tot, & tanta impetret peccatoribus, quanta putas impetrauerit charismata huic tam castissimo amatori?*

Maria quodammodo Iosephum edocuit. 1. Cor. 7. Salmer.

Bernard.

79\. Vt autem magis elucescat quàm celsa incrementa puritas Iosephi ex Mariæ prece ac magisterio acceperit post coniugium, non cōiugis castissimum affectum obiiciam. Vincentius lib. 1. Histor. cap. 118. scribit Asseneth Putipharis summi sacerdotis Ægyptiorum filiam cunctas sui temporis feminas pulchritudine superātem, solos Deos immortales sua dignos specie frui constanter asserentem in obseratam turrim aliis stipatam virginibus esse receptā. Firmiter illa voto hærescens Iosephū Ægypti Proregem videns pulchrum adulescentem coniugio sibi petiit addici, quod Regis, ac Patris consensu, populique plausu est assecuta. Tam castæ Virgini tam purus parabatur spōsus En Mariam æterno Numini & pulchritudinē, & Virginitatem voto emisso libātem, Templo addictam, Virginibus stipatam, Iosephum castissimum sibi in coniugem admittētem, eodem quidem affectu puritatis iugo illigatum. Potéstne inclamare Maria illud sanctissimi Tobiæ iunioris vxoris: *Tu scis domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.* Tob. 3. Eadem coniugio addicendus potuit Iosephus verba profundere. Gerson ser. de Nat. Mar. *Sicut Maria potuit ex sententia dicere illud Saræ: Nunquam concupiui virum, Sic ipse Ioseph potuit apud Deum gloriari. Tu scis Domine, quia nunquam concupiui feminam, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia. Vxorem autem cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere.* Si tam purus, vt illigādus matrimonio, vel affectu morē Mariæ gessit; quid post coniugium ab sponsa edoctus sciret, quid continua Deiparę prece incrementi consequeretur? Ediscant hinc vxores maritis infideles & consiliis, & precibus ad virtutem allicere? fidelésque ad celsiora adducere perfectionis incrementa. Preces etenim san-

Antequam Maria discipulus Ioseph fieret, iam ipsius puritatē imitabatur. Quid post magisterium Gen 41. Vincent.

Tob. 3.

Gerson.

tiæ vxoris puræque conuersatio egregium planè coniugis magisterium.

Observatio X.

Mariæ ac Iosephi nomina mirificè cohærent.

Vbi innuo, tantò iustum proniorem ostendi ad proximos subleuandos, quantò meritis est augustior.

Mariæ ac Ioseph nominũ similitudo, quasi vnicã arguens personarum essẽtiam. Hier. Montã. & alij.

80, lebat D. Hieronymus in epist. ad Ephes. cap. 3. *Singuli sermones, syllabæ, apices, & puncta in diuinis scripturis plena sunt sensibus.* Vnde existimo haud sine mysterio Mariæ & Ioseph nomina eisdem litteris quinque (neque enim littera aspiratio) duabus vocalibus, consonis tribus, eadem mensuræ quantitate, Montano, Iuuenco, & Pontano testibus, præsentari. Figurata hæc nomina in quinque Piscinæ porticibus, ac quinque peræ Dauidicæ lapidibus Berchorius affirmat; nam & sanaut ægrotos inuocata, & auditis, teterrimus corruit aduersarius. Annon huiuscemodi nominum proportione innuitur, Mariam & Ioseph non duplicem, sed vnicam quodammodo essentiam constituere: ita vt (fante Gersone) *Manifestè colligere liceat, quòd sicut omnia, quæ Dei sunt, Mariæ sunt, quia Dei Mater est: ista omnia, quæ Mariæ sunt, Iosephi sunt, quia vir eius est, quasi quidquid vni eorum tribuatur, alteri tribuatur, &c.* Quid quod vtraque nomina veteri in Testamento figurata? De Mariæ nomine affirmat Hieronym. de Nat. Mar. Ambros. de inst. Virg. c. 1. De nomine autem Ioseph Albertus Mag. asserit sup. *Missus*, c. 48. & Tolet. Luc. 1.

Gerson. Hier. Ambros. Albert. Tolet.

81. Ad ipsam vtriusque nominis pergo significationem. Maria *Augmentum*, seu celsitudinem significat; ex *ram* enim deducta, quod (Canisio authore) est *eminere*, aut *excellere*, idem est, quod excelsa, ac super omnes aucta. Certè & Ioseph nomen sonat *Augmentum*. Tolet. *Interpretatur Ioseph augmentum, siue appositio; vnde Gen. 30. Dicitur, addat mihi Dominus filium alterum.* Lege Pererium tom. 4. ad cap. 49. Geneseos. Num vacua huiusmodi nominum significatio? D. Tho. 3. p. q. 37. a. 2. *Debent proprietatibus rerum nomina respondere.* Isidorus lib. 1. Etym. cap. 7. & Bernardus tom. 1. ser 6. post Ciner. *Nomen dictum est quasi notamen, quod nobis vocabulo suo res notas efficiat; nisi enim nomen scieris, cognitio rerum perit.* Adde à Domino & Mariæ, & Iosepho specialissimè nomina fuisse imposita. *Omne quod vocauit Adam, ipsum est nomen eius.* Genes. 2. Ad quæ D. Tho. 1. p. q. 49. art. 3. *Ipse Adamus imposuit nomina animalibus. Nomina autem debent naturis rerum congruere.* An naturis rerum ab Adamo imposita nomina congruerent? Quid igitur ab ipso Conditore nomen Adamo inditum? quid Mariæ, & Iosepho?

Significatio nominum Ioseph, & Mariæ mirificè personarum gloriam repræsentat. Canisi. Tolet. Perer. Thom. Isidor. Bernard. Gen. 2. D. Tho.

82. Vis Mariæ celsitudinem seu augmentum obiiciam? Ad lunæ pulchritudinem venit ex Aurora, à Luna in solem exsurrexit. *Quasi Aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol.* Cant. 4. Aucta Maria, vt in solem conuerteretur? *Sol igitur illuminans per omnia respicit.* Eccles. 42. Ad quæ Bonauentura in spec. cap. 3. *Maria est illuminatrix per lucidissimam vitam, per lucidissimam misericordiam, per lucidissimam gloriam. Sol illuminans est Maria, quæ est pulchra vt luna, & electa vt sol. Per omnia respicit, quia per omnes Sanctos, & per omnes Angelos gloria sua illuminationem ostendit. Oret ergo Ecclesia, quoniam tu illuminans lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas.*

Maria aucta ab Aurora in solem. Cant. 4. Bonau.

Adhuc aucta Maria sol effecta, quia non solummodo inferiori suæ gloriæ radios immittit, sed & Angelos, Diuósque beatissimo complet fulgore. Bonauentura citat. *Sol Maria illuminat cælum, sicut sol mundum.* Et Bernardinus ser. 3. de Nouo. Mar. c. 3. *Est electa vt sol, scilicet ad irradiandam totam multitudinem Spirituum Beatorum. Omnes sunt Virginis ministri, atque serui.* 83.

Aucta adhuc lucendi potestate supra cælos. Bonau. Bernard.

Parum esset domui mundiali præesse solum modò Mariam, eleuatam augmentis, vt 84. domui Dei velut sol mirabilis præesset. *Sicut sol Oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bona species in ornamento domus suæ.* Eccles. 26. Ad quæ D. Bernardinus vbi suprà *Meritò competit Mariæ nominis etymologia, quod Domina dicitur, eo quòd domus præsit: Ipsa quippe præest domui Dei, id est, Empyreo cælo, Ecclesiastico attestante, qui de ipsa ait, sicut sol, &c.*

Domui Dei præest sol Marianus. Eccles. 26. Bernard.

Quid si instar Dei sola Maria dominetur? 85. *Gyrum cæli circuiui sola.* Eccles. 24. solùs ne sol Maria apud superos vniuersæ creaturæ dominatur vbique quasi pollens immensitate? Audi Bernardinum ser 3. a. 2. *Virgo dominatur in Regno cæli, propterea dicit, Gyrum cæli circuiui sola.* Ipsa quippe tanquam Domina cælorum circuiuit, & vbique principatum eius accepit *Sola circuit vbique*, quia Matrem Dei esse, idem est quodammodo ac independenter à Filio omnibus dominari. *Dicitur* (adiicit Pater) *circuire gyrum cæli sola; quia omnes sanctos circuit, atque gyrat, & superat in gloria sempiterna; est enim Mater Dei. Maius est enim, quòd ipsa sit Mater Dei, quam quòd sit Domina creaturarũ Dei; hoc enim pendet ab illo, tanquam ramus à radice sua.* Id est esse dominam creaturarum dependet ab illo tanquam ramus à radice, quia dependenter cunctis dominatur. At esse Dei Matrem quodammodo Mariæ dominium independens efficit. Quidnam augustius de augmentis Deiparæ potest excogitari?

Num sola, instar Dei, dominetur, vbique? Eccles. 24. Bernard.

Accedo iam ad Iosephi augmentum, & 86. Albertum Mag. apud Tolet. Luc. 1. præmitto. *Proprietas nominis, ac significatio, qua augmentum sonat, Ioseph optime congruit, qui per hanc dispositionem quantum ad se ipsum, & quantum ad proximum, & quantum ad Deum sublimitus est, virtutum videlicet augmentatione, fama celebritate, hominum reuerentia, & dilectione, Matris Dei familiaritate, & diuina, vt putabatur, paternitate.*

Iosephi augmentum. Albert.

Vnico verbo Iosephi augmentum profe- 87. ram. Tam auctæ Mariæ fieri meruit sponsus,

Auctissima

vt

Mariæ esse moralis sponsum, vt forêt spiritus vnus. Gen. 49. Tolet.

vt essent duo in spiritu vno. *Filius accrescens* Ioseph, *filius accrescens.* Gen. 49. Non semel dicitur accreuisse, quia sæpè multiplicatis augmẽtis debuit crescere, qui nostri Iosephi gerẽs imaginẽ Asseneth veræ Virgini abscõditæ præparabatur. Cardinalis Toletus andiẽdus ad c. 1. Luc. *Nomẽ* Iosephi *sponsus Virginis sortitus est, vt potiori iure de eo dicere possimus, Vir accrescens* Ioseph*, vir accrescens (non filius accrescens,* sed *vir,* quia increscere cœpit à magno.) *In tantam enim euectus est dignitatem, vt Matris Dei, cui inter puras creaturas sanctitate, & dignitate nihil est æquale, meruerit esse verus sponsus, & vnigeniti Filij Dei Pater nuncupatus. Quibus duobus priuilegiis, & titulis auctus est super omnes Patriarchas, & Prophetas, qui antè eum fuerunt. Quibus si adiungas, quòd quem Reges, & Prophetæ desiderauerunt videre, & non viderunt, audire, & non audierunt, ipse non solum vidit, & audiuit, sed in vlnis sæpè portauit, frequenter amplexus, & osculatus est, per plures annos cibauit, vestiuit, & paternis officiis ipsi ministrauit, iure profectò nomen hoc adeptus videbitur.*

87. *Iesus & Maria additi Iosephi magnitudini gigantea.* Deut. 33.

Iam verò tam auctum contemplor Iosephum, vt Iesus ipsáque eleuatissima, & quasi in immensum aucta Maria quodammodo addita sic Iosephi magnitudini. *Benedictio* (ait Patriarcha legislator) *illius, qui apparuit in rubo, veniat super caput* Ioseph*, & super verticẽ Nazaræi inter fratres suos.* Deut. 33. Adest manifestus ad rubum non combustum, per quem Incarnationis Mysterium figurabatur, respectus. Iesus vtero Virginis existens, & Filius ac Parens in Ægyptum relegati, à Deo supra Iosephi caput apponuntur. D. Hilarius ad cap. 2. Mat. *Ioseph sponsus Virginis circumferens ipsam, & Christum nunc in Ægyptum, nũc in Iudæam.* Neotericus quidam ingeniosus asserit illam particulam *Nazaræi* idem esse ac *virgulti*, cui quidem, more insitionis, virga rubi (in quo & Deipara, & Filius Dominus designantur) adhærescit, vt mirificè arbor Ioseph ad cælum, imò supra caput attollat. Annon ille & Iesu, & Mariæ custos & rector? Quid mirum à Cyrillo lib. 10. in Genes. Dei additionem vocitari Iosephum? Ex Deo enim additur ei id, per quod supra cunctos facilè Diuos caput attollat.

Hilar. Cyril.

88. *Vbique hoc nomen frequenter inuocandum est, ad tribulationum præsidium.* Mat. 1. Mat. 2.

Demum ipsum nomen frequenti Euangelica repetitione adeò crescit, vt sæpissimè exaudiatur. *Ioseph virum Mariæ.* Mat. 1. *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria* Ioseph. *Et Ioseph aut vir eius cùm esset iustus.* Et *Ioseph fili David noli timere.* Et *exurgens autem* Ioseph *à somno*, Ibid. *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis* Ioseph. cap. 2. *Defuncto autem Herode, Angelus Domini apparuit in somnis* Ioseph. Ibidem. *Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat* Ioseph. Luc. 1. *Ascendit autem Ioseph, à Galilæa in Bethlehem.* cap. 2. *Inuenerunt Mariam & Ioseph.* Ibid. *Putabatur filius* Ioseph. cap. 3. *Nonne hic est filius* Ioseph? Cap. 4. & Ioan. 3. Quare tam crebra nominis iteratio? An vt appareat, laudem Ioseph esse in Euangelio? Sic Bonauentura Opusc. de vita Chris. cap. 6. *Verè de sancto Ioseph dici potest, quòd laus eius est in Euãgelio.* An vt iustus esse cognoscatur? Sic Albertus Magnus sup. *Missus* cap. 47. *Vt iustus apud Deum demonstretur* Ioseph*, cuius nomen tanquam in libro vitæ scriptum est in Euangelio signanter exprimitur.* An vt testimonium laturus de Virginis puritate notior appareat? Sic idem Doctor. *Vt notus hominibus intelligatur, qui testis virginitatis Deiparæ adhibetur.* Profectò crediderim Euangelistas nos edocere nominis Iosephi repetitionem. Fauet Albertus. Sæpè iterat Euangelium nomen Ioseph, vt *hoc nomen dignè in memoriam hominum vertatur.* Quonammodo dignè vertetur, nisi cùm inuocatum piè fuerit à fidelibus in tribulatorum patrocinium? Auctior equidem ideò Diuus exponitur à Deo, vt crebriùs inuocetur; maior enim sanctitas maiori effectu protegit delinquentes. Rursum Cyrillus citat. *Ioseph additio Dei interpretatur.* Quonam fructu Ioseph diuinum accipit augmentum? *Addita est enim Ecclesia gentium gregibus. Israel est, & in innumerabilem gentium se multitudinem propagauit.* Id præstitit Ioseph noster Mariam nubem, rorémque cælestem Iesum adferens in Ægyptum. Bernardinus tom. 3. serm. 1. de Ioseph. *Credo Ioseph fuisse sollicitissimum pro omnium salute ad similitudinem sponsæ suæ.* Ioseph *sponsus Virginis* (loquor cum D. Hilario vbi suprà) *designat Apostolos Christum prædicantes Iudæis, & gentibus.* Quanto enim Diui iustitia, ac meritum accrescit, tanto sinus charitatis in proximum dilatatur.

Luc. 1. Luc. 2. Luc. 3. Luc. 4. Bonauent. Albert. *Tam sollicitus ad hominum auxilium quàm auctus meritis Ioseph ostenditur.* Cyril. Bernardin. Hilar.

Observatio XI.

Parentem Iesu Iosephum illustro.

Vbi ostendo, Iosephum filiis sese tenerrimum præstare parentem, præcipuè iis qui cum preces Mariæ persoluunt, simul orant Iosephum.

89. DEIPARA Maria? Simile ei Iosephus adiutorium, quia verè Iesu functus fuit Patris appellatione. *Putabatur filius* Ioseph. Luc. 3. *Nonne* hic est fabri filius Matth. 13. *Nonne hic est Filius* Ioseph. Ioan. 6. Adnotat Augustinus lib. 2. de Cons. cap. 1. quòd licèt Ioseph parentis opinionem solùm habuerit apud eos, qui Christi Diuinitatem, & admirabilem conceptionem eius ignorabant, appellationem verò parentis Iesu non ab illis solummodo, sed etiam ab Euangelistis, imò ab ipsa Virgine accepit. *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Luc. 2. Item. *Cùm inducerent Puerum Iesum parentes eius.* Et *Erant Pater, & Mater eius mirantes super his, quæ dicebantur de illo.* Ibid. Suarius tom. 2. in 3. p. q. 29. art. 2. d. 8. s. 1. appositè. *Neque enim sine singulari Dei ordinatione paternum hoc nomen Iosepho impositum credendum est; quia neque B. Virgo, neque Euangelista Lucas absque speciali Spiritus sancti instinctu locuti sunt.*

Verè Ioseph Pater Iesu, seu Dei pater quodãmodo. Luc. 3. Mat. 13. Ioan. 6. August. Luc. 2. Suar.

90. Colligo iam qualis Ioseph, si Dei Spiritus ei tribuitur, ob eius præclara facinora, quòd post tantam Spiritus sancti præparationem *Communicauit Deus Par-*

Nomen magnum Iosepho, vnde eluceant plura magnalia.

Bern.

Virgini præstatur. D. Bernardus, hom. 2. sup. *Missus. Ex hac Patris Christi appellatione* qualis sit conijce. *Qua quidem appellatione meruit honorari à Deo, vt Pater Dei & dictus, & creditus sit. Solent enim nomina sapienter imposita rei dignitatem, naturam, vel conditionem, in qua fundantur, indicare. Cum ergo summus Pater summa sapientia, & prouidentia hoc nomen sibi proprium cum hoc viro communicauerit, satis significauit, ad quantam dignitatem eum euexerit, cum nomine simul officium, & curam paternam magna ex parte tribuendo.* Quasi æternus Pater electo Iosepho in Iesu parentem, ei indulserit officium, & curam paternam, ac si quodammodo dixerit. Constituo te in Christi Deum patrem, sicut olim Moysi, constitui te *Deum Pharaonis.* Allicio ad hanc mentem Chrysostomum. *O beate Ioseph, quidquid est proprium Patris, hoc tibi, facilè concedo.* Sic hom. 4. in Matth.

Chrysost.

91\. Olim Pharao Iosephum dominum domui suæ constituens sese omninò à domus prouidentia abstraxit. *Constituit eum dominum domus suæ; & Principem omnis possessionis suæ.* Psalm. 104. Certè Pater æternus fidelissimum oculos Iosephum, eum super familiam suam constituit in Principem, vt cuncta prouideret, iuxta illud: *Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.* Haud potest Dei prouidentia abstrahi à creaturis; attamen sic vni Iosepho curam domus commisit, vt sit vicarius, ac Patris æterni coadiutor in terris. Bernardus hom. 3. sup. *Missus. Fidelis Ioseph seruus & prudens, quem constituit Dominus suæ Matris solatium, suæ carnis nutritium, solum denique in terris magni consilij adiutorem fidelissimum; vt non immeritò illi accommodari possit, quod de alio Ioseph scriptum est: Constituit eum dominum domus suæ, & Principem omnis possessionis suæ.*

Quodammodo Deus sese abstraxit à Filio, cum eius curæ paterni Iosephi.

Psalm. 104.

Bern.

92\. *Adiutorem fidelissimum* dixi Iosephum æterni Conditoris in terris extitisse? Quid si asseruero in terris Ioseph non fuisse æterni Patris adiutorem, cui innitetetur immensum Iesu pondus; sed totum pondus solius Iosephi humeris fuisse à Patre impositum? Reuoca in memoriam Iacobeam scalam, cui Dominus innititur. *Et Dominum innixum scalæ.* Gen. 28. Quinam scalæ supremus gradus, cui Dominus innititur? Existimo D. Iosephum, cùm video totum Iesum, quem Patre carebat in terra, soli huic fidelissimo viro parenti optimo innixus est. Ita Rupertus lib. 1. de glo. & hon. Filij hom. *Supremus scalæ gradus, cui Dominus innititur, fuit Iosephus.* Statim interrogat, *Sed quomodo Deus, & Dominus huic homini innixus est?* Et respondet, *Vtique tanquam tutori pupillus, quippe qui in hoc mundo sine Patre erat ita innixus est Iosepho, vt ipse fuerit Infantulo Pater optimus.* Quasi sese Pater æternus quodammodo à terris abstraheret (*in hoc mundo sine Patre erat*, vt soli Iosepho cura cederet Paterna, & solus Iesu exurgeret in Parentem.

Totum Pondus filiationis quodammodo humeris Iosephi innititur, quasi æterno Patre omninò ab huiusmodi cura abstracto.

Gen. 28.

Rupert.

93\. Porrò alia incedens via assero magna ex parte veritatis Iosephum Patrem Dei in terris extitisse, non solùm existimatione. Præmitto D. Augustinum lib. 2. de Conf. cap. 1. fatentem. *Non opinione sola, sed quodammodo ex parte veritatis quoque Iosephi filium esse Iesus, quippe qui Mariæ verissimus filius.* Ac si diceret. Quia Iesus verissimus fuit filius Mariæ, quadam ex parte veritatis fuit filius Ioseph. Matthæus Iosephum Mariæ virum appellat. *Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus.* cap. 1. Quasi natus esset ex coniuge vtroque ex vno quidem naturali, ex alio alia quadam processione. Rupertus audiens *Ioseph virum Mariæ*, fatur. *Virum Mariæ cùm dicis, magnum & verum nomen B. Iosephi attribuit Euangelista; quia si est vir Mariæ, est Pater Domini.* Quare si vir Mariæ, est Parens Iesu? Quia corpus Mariæ fuit Iosephi iure matrimonij, licèt vsus huiusce potestatis fuerit virginitatis voto impeditus? Certè si vnum corpus coniugis vtriusque filius à Mariano corpore exoriens non simul quodammodo à Iosephi corpore procedit? Patronum habet excogitatio hæc Cancellarium Parisiensem serm. de Nat. Mar. Conf. 4. *De Maria natus est Iesus non dum corporaliter, sed spiritualiter quidem, & de sponsa sua Ioseph suo modo idem dici potest. Non equidem dici potest, quid de Ioseph natus sit Iesus more, quo blasphemat Iudæus infelix, qui dicit Christum de semine Ioseph esse natum. Sed attende triplicem natiuitatem Iesu, scilicet æternam, corpoream, spiritualem, Nascitur æternaliter ex Patre; in hac natiuitate nec Maria, nec Ioseph communicat. Altera natiuitas Christi fuit corporaliter in mundo ex Virgine; in hac natiuitate sola Maria materiam ministrauit. At verò* (attende) *quia corpus Mariæ fuit ipsius Ioseph iure matrimoniali, quæ fit mutua translatio corporum viri ad mulierem, & è contra; videamus si cum intelligentia sobrietate dicere fas nobis sit, quòd ex corpore, & carne Ioseph natus est Christus Iesus? Et hoc dici forsitan posset nisi piarum aurium timeretur offensio.* Verum circa spiritualem natiuitatem & filiationem, *dum in anima nascitur Iesus qui vocatur Christus, verum est dicere, quòd tam ex Maria quàm Ioseph natus est Christus.*

Magna ex parte veritatis Iosephum non solùm hominum existimatione Christi Pater.

Matione Christi extitit Pater.

August.

Matth. 1.

Rupert.

Gerson.

94\. Quàm eximiæ laudes tribuendæ Iosepho ex huiusmodi Christi paternitate! Quàm Deo charus Ioseph ostenditur! Anoon Ioannes Virgo is constitutus à Domino in filium, dum ait, *Mulier ecce filius tuus.* Ioan. 19 à Deo summè dilectus ostentatur? Sic Patres affirmant. Præstantiorem erga Iosephum Dei dilectionem extitisse reor, dum illum suum parentem asseruit, Euangelista fate, *Erant pater eius & mater mirantes.* Luc. 2. Suarium tom. 2. in 3. p. q. 29. art. 1. d. 8. s. 1. accipite. *Multò excellentior est Parentis Christi, quàm Filij Virginis appellatio, non solùm quia Patris appellatio maiorem authoritatem præ se fert; sed etiam quia dignitas Christi dignitatem Virginis infinitè excedit.*

Deo charus specialissimè Ioseph ostenditur eo quòd eius Pater appellatur.

Ioan. 19.

Luc. 2.

Suar.

95\. Quid quòd factus Iosephus ipsius Domini quodammodo Dominus? Numnon qui propria in domo thesaurum inuenit, illius dominus constituitur? L. *vnica* C. *de thesauro*, lib. 10. habetur, & à Matthæo, intonatur fante, *Quem qui inuenit homo abscondit*, cap. 13. Christus Thesaurus ab Apostolo vocitatur. *In quo sunt omnes Thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.* Col. 2. Deiparæ in vtero Thesaurus absconditus, quem solus inuenit Ioseph. *Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.* Mat. 1. Non

Ipsius Domini quodammodo Iosephus Dominus eius Parens efficitur.

Matth. 13.

Coloss. 2.

Matth.

[Hieronym.]

Non ab alio (ait Hieronym.) *quàm à Ioseph* inuenta habens in vtero , *quæ futura vxoris omnia nouerat.* Huius igitur Thesauri, agrique abscondentis illum Iosephus constituitur in dominum.

96. Præterea supra Apostolos Iosephus eleuatur. Apostoli Ioseph & Matthiam ad Apostolatus sortem elegerunt. *Statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas , & Matthiam.* Act. 1. Mirum mihi Iosephum electum non fuisse in Apostolum, nominatú quidem primò. In humanis enim primo loco nominatus censetur in electione præferendus. Habetur l. *quoties* ff. de *vsufructu.* Vnde Laurentius Iustin. serm. de S. Matthia. *Quis non , inquit , prætulisset ex his Ioseph iustum cognomento, & vita ? Et tamen aliter iudicauit omnipotens.* Quare id ? Asseruerim fortassè (si fari liceat) ne nomen B. Iosephi sponsi Deiparæ à fastigio supremæ dignitatis caderet, scilicet à titulo Parẽtis Christi ad Apostolatus, celsissimi aliàs, titulú quodammodo descenderet. *Amicos enim Christus* (loquor cum Isidoro Mediolan.) *vocauit Apostolos; Ioseph Patrem ipse Deus & homo nominabat.* Si Deus sic vel nudum Ioseph nomen illustrauit , quid non ipsi parenti optimo tribuisset?

[*Supra Apostolos eminens ex Patris titulo, & veritate.* Act. 1. — Laurentius. Iustin. — 164. Mediol.]

97. Mortuo Iesu *venit quidam homo diues nomine Ioseph , & accepto corpore Iesu , inuoluit illud in sindone munda , & posuit illud in monumento suo nouo* Matth. 27. Cur ad Christi sepulturam Petrus, reliquique Apostoli non aduocantur? An quia parentis munus erat corpus filij terræ mandare ? Ita planè. Non aderat Ioseph Deiparæ sponsus , iam enim obierat, adsit ergo paterni nominis baiulus diues illi Ioseph, qui muneri parentis incumbat. Vnde colligo vel nomen nudum Ioseph plus fuisse viris Apostolicis honoratum.

[*Cur nõ Apostoli, sed vir nomine Ioseph ad sepulturam domini aduocatur.* Matth. 27.]

98. Adde Iosephi preconiis, soli Parentis Christi nomen communicatum , quod quidem cú æterno Patre habet commune , nulli alij inditum creaturæ. Vnde illam vocem ; *Hic est filius meus dilectus.* Matth. 3. ab æterno Parente immediatè absque vllius Angeli ministerio exortam D. Chrysostomus affirmat. Et Cyprianus lib. de Baptismo. *Huc vsque Domine sancte Pater , non audiuimus te ita loquentem, vt personaliter tibi assignetur loquela , quam proferres. Hanc vocem a tua Paternitate delatam nemo est , qui ambigat , non est qui sibi hoc verbum audeat arrogare.* Cui hærens Fulgentius lib. de fide ad Pet. cap. 9. & August. lib. 4. de Trin. cap. 21. fatus. *Pater solus est, qui dicit , Hic est Filius meus dilectus.* Dei sæpè audiuimus Angelos Dei nomine locutos & Moysi, & Abrahamo ; at minimè Angelo vicario Pater inclamauit, *Hic est Filius meus.* Proh Iosephi gloriá, cui soli commissum , posse verè profari : Fili mi Iesu.

[*Soli Iosepho Deus Pater communicauit facultatẽ clamandi: Filius meus dilectus, &c.* Matth. 3. Chrys. Cyprian. — Fulgent. August.]

99. Cæterùm datum Iosepho Iesu nomen imponere. *Et vocabis nomen eius Iesum.* Matth. 1. Annon dominium Iosephi super ipsum Dominum exprimitur ? Damascenus lib. 2. de fide cap. 3. *Nomen imponere maiestatis , ac dominij est ; nomen verò accipere subiectionis , & seruitutis ; quoniam nomen vicarium est rei, & ideo authoritas in nominis impositione significat dominium rei.* Spiritus sanctus Sauli nomẽ in Paulum mutauit, ostendẽs se hominis dominum, eumque constituens in seruum. Act. 9. Audiendus Chrysostomus hom. de conu. Paul. *Quare nomen Sauli mutauit in Paulum Spiritus sanctus ? Quemadmodum Dominus , qui seruum mercatus est , ostendere volens se dominum serui, nomen illius immutat. Ita Spiritus sanctus fecit, vbi Paulum captiuum accepit , vocabulum eius mutauit , vt inde disceret Paulus , se habere Dominum. Nominum enim impositio dominij signum est , & præcipuum.* Parens Ioseph ò Iesu , tibi nomen imponit. Quid inde ? Annon ministrare in orbem descendisti ? Disce ergo inde (fari sic liceat) *te habere Dominum.* Iam calleo Iosephi Patriarchæ somnium. *Vidi quasi solem & lunam adorare me.* Profectò sol Christus ac luna Maria humiliter Iosepho vigiles paruerunt.

[*Imponens Iosephus nomen Iesu annon Dominum ipsum apparuit* Matth. 1. Dam. Act. 9. — Chrys. — Gen. 37.]

Nec solùm Pater Iesu, cunctorum fidelium charissimus Ioseph extitit Parens , populum electum Eucharistico pane reficiens , nunquamnon refecturus. Gratitudinis ergo post redemptum populum à Iosepho olim Pharao præcepit , *vt clamante præcone , omnes coram eo genu flecterent.* Gen. 42. Vbi Hieronymus, *Symmachus ipsum Hebraicum sermonem interpretans , ait. Et clamauit præco ante eum Abrech, id est , Patrem tenerum. Significans Scriptura, quòd iuxta prudentiam quidem pater omnium fuerit , sed iuxta ætatem tenerrimus adolescens.* Ego non iuxta ætatem vocandum patrem tenerrimum puto , sed iuxta populum exsatiatum frumento. *Ioseph noster* (ait D. Bernard. hom. 2. super *Missus.*) *Panem viuum è cælo seruandum accepit , tam sibi , quàm toti mundo. Omnes ergo* (liceat eum Religionis nostræ egregio fari concionatore) genu flectere debent coram nostro Iosepho multò potiori ratione , quàm coram Iosepho Patriarcha , &c. eum quidem Patrem tenerrimum appellando. Bernardinus tom. 3. serm. de Ioseph art. 2. cap. 2. *Si ergo Virgini Matri tota Ecclesia debitrix est, quia per eam Christum suscepit : sic profectò post eam Iosepho debet gratiam , & reuerentiam , hic enim non solùm Ægyptiis panem corporalis vitæ,* (sicut ille Patriarcha) *sed omnibus electis panem de cælo , qui cælestem vitam tribuit , cum solertia enutriuit.*

[100. *Omnium fidelium Pater tenerrimus Ioseph.* Gen. 42. — Hier. — Bern. — Ioannes. Offor. — Bernardin.]

Quòd si Pater dicitur à *portando,* vt placet alicui , Ioseph hominum Pater , & nutritius. *Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos.* Ose. 11. Cunctos fideles portat , quia omnibus nostris succurrit indigentiis communis mundi Parens. Diui quique speciali cuidam subueniunt necessitati : at Iosephus omnibus , quia communis Pater est. *Quibusdam sanctis* (ait D. Thom. 4. dist. 45. q 3. art. 2.) *datum est in aliquibus specialibus causis præcipuè patrocinari, sicut B. Antonio ad ignem infernalem.* Iosepho quidnam à Deo præstitum ? Omni occurrere egestati. Ribera noster ait , *Nihil Iosepho pro filiis interpellanti negat Deus , quinimo libentissimè omnia concedit.* Posuit enim Parens pro filiis obsequentibus.

[101. *Pater Ioseph omnes fideles portat, cunctis specialissimè opem ferens.* Ose 11. — Thom. — Ribera.]

Monuerim acceptabilem specialissimè D. Iosepho fidelium Parẽti illam esse orationem, quæ cum Virginis obsequio Matris vtique Ecclesiæ copulatur. Vnde Isidorus Mediol. 3. p. cap. 8. fatur. *Quando B. Virgini Matri nostræ*

[102. *Quàm acceptabiles preces, quæ simul & Mariæ & Mariæ & ...*]

Iosepho parenti offeruntur. Isidor. Mediol.

nostra rosarium persolueris, non te pigeat, in fine rosarij quæpiam in honorem sponsi patris Ioseph peragere. Talibus enim tua Deo gratiora reddentur, quibus pariter cælum lætificabis, & terram. Quàm appositè vtriusque parentis opem imploras quicumque curas preces tuas reddi efficaces. Gerson. conc. de Nat. Mar. habita in Concilio Lugdunensi. *Congruit huic sanctæ Synodo laudis aliquid, vel honoris instituere pro virginali sponso Mariæ Ioseph, cuius honor redundat in ipsam, & in eum, qui de ea natus est, Iesum Christum. Vt ita Mariæ meritis, & intercessione tanti, tàmque potentis patroni apud Sponsam suã, reddatur Ecclesia vnico viro, & certo Summo Pontifici sponso suo vice Christi. Et nos denique singuli filij Ioseph Deo renascemur, hic per gratiam, & in futuro per gloriam.*

Gerson.

OBSERVATIO. XII.

Mariæ ac Iosephi similis pulchritudo.

Vbi innuo ex pulchritudine argui sanctitatem, ex fœditate morum corruptionem.

103. PVlchritudinem Iosephi commendaturus vnico vtar argumento. Annon matrimonium inter Mariam & Iosephum fuit ordinatum, vt filius Iosephi Christus putaretur? Ergo vt finis filiationis existimatæ facliùs existeret, debuit Ioseph Iesu specioso præ filiis hominum assimilari.

104. Miram Iesu pulchritudinem Dauid carmine dulci celebrauit. *Speciosus forma præ filiis hominum.* Psal. 44. Ad quæ D. Thom. post triplicem Christi pulchritudinem scilicet formæ diuinæ, iustitiæ, & conuersationis, sic quartam expendit. *Quarta pulchritudo est corporis, & hæc etiam Christo fuit.* Cant. 1. *Ecce tu pulcher es dilecte mi. Quod ita explicat D. Augustinus. Nobis cernentibus vtique speciosus. Pulcher in manibus parentum, pulcher in flagellis, pulcher deponens animã, pulcher in ligno.* Quàm mirabilis pulchritudo, quæ non potuit vel mortis fœdari feritate. Hieronymus Matt. 9. *In eius humana facie fulgor, & diuina maiestas, & quiddam sydereum ita refulgebat, quòd ex primo aspectu videntes ad se trahere poterat.*

Mira Iesu filij pulchritudo. Psal. 44. D. Thom. Cant. 1. August. Hieron.

105. Concludit Cancellarius Paris. in Iosephina, pulcherrimum Ioseph, vt Iesu filij referret imaginem.

Ioseph pulcherrimus, ne Iesum alium parentem habuisse crederetur.

Personas inter similes est nexus amoris
De Ioseph ast ratio suadet, sua quòd facialis
Forma Iesu forma similis reputanda fuisset.
Si non, quo pacto pater eius creditus esset?
Qualiter omnimodo Matris seruasset honorem
Disparitas vultus prolis cum patre putator?

Vnde in dubio, illius esse putatur filius, cuius faciem, formámque refert. Sic defendunt Dynus l. 3. §. *si duobus*, ff. *de adimendis legatis.* Alberius l. *septimo mense*, ff. *de statu hominum.* Iason, & Doct. l. *Gallus*, ff. *de liberis & posthum.* Gersonem accipite. *Domino nostro Iesu Christo erat similis Ioseph in facie, & in cæteris dispositionibus corporalibus. Quod Deus esse voluit, quia nisi inter staturam, & effigiem Christi & Ioseph fuisset similitudo, non esset reputatus à Iudæis eius filius: & consequenter reputassent B. Virginem adulteram.*

Gers. Dynus. Alberic. Iason. Gers.

106. De Patriarcha Moses. *Ioseph decorus aspectu, filiæ discurrerunt per murum.* Genes. 49. Origenes. *Quando Ioseph erat in Ægypto, quum mulieres sciebant quòd transiturus erat per callem, ponebant se ad fenestras, vel ascendebant super muros ad contemplandam speciem eius.* Reor illum tanta pulchritudine præditum propter sponsum Virginis, cuius gerebat imaginem. Albertus Magn. sup. *Missus*, & Antonin. 4. p. tit. 15. c. 10. §. 2. asserunt implicitè in Euangelio Iosephi pulchritudinem commendari, quia & eius regia nobilitas, & iustitia ineffabilis prædicatur. Annon pulchritudo imperio digna? Paccatus in Panegyr. ad Theodos. *Virtus tua meruit imperium, sed virtuti addidit forma suffragium.* Nunnon iustitiam pulchritudo comitari? Ambros. lib. 2. de Virg. *Species corporis simulacrum est mentis.* Imò corporis deformitas morum arguit deformitatem. Rasis Medic. lib. 2 ad Almans. *Cuius facies est deformis, vix potest habere bonos mores.* Et Galen. lib. 11. de vsu part. *Natura membra componit, prout moribus animi conuenit.*

Vtrúque Testamentũ Iosephi exprimit pulchritudinem imperio dignam, mores referentem. Genes. 49. Albert. Antonin. Pacat. Ambros. Rasis. Galen.

OBSERVATIO XIII.

Mariæ ac Iosephi patrocinium, potestásque hominibus subueniendi.

Innuitur, Diuos eis propensiori affectu succurrere, qui eorum curant virtutes imitari.

107. PRÆMITTO Ekium hom. 2. de Iosepho profantem. *Vsque adeò mutua illa Iosephi cum Iesu & Maria conuersatio immensam eius arguit sanctimoniam, & dignitatem. Vnde sperare liquet, quòd quidquid filium suum Christum rogaueris Ioseph, vel etiam coniugem dilectissimam Mariam, eius rei repulsam passurus sit nunquam. Vos itaque charissimi, nolite tam sancti viri obliuisci, quin eum sedulò inuocate pio affectu; neque ille in necessitate vos deseret.*

Nũquam Ioseph orans repulsam patitur. Ekius.

108. Non deseret profectò qui nobilitatis lege natus subueniendo. *Ioseph fili Dauid.* Matth. 1. Dauidis progenies? Nihil abnegauit, vel de solius Regalis sanguinis obligatione. D. Gregorius cap. 2. de Donat. *Háncque sibi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere se quod sponte tribuit, existimet; & nisi in beneficiis creuerit suis, nihil se præstitisse putet.*

Quasi obligatus Ioseph ad subueniendum nobilitatis lege. Matth. 1. Gregor.

109. An deerit Iosepho curandi subuenire potestas? Mariæ ac Iosepho Deus paradisi claues tradidit. *Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid: claudet, & nemo aperiet.* Apoc. 3. Nemo inquam alia aperiet claui. At aperient Iosephus & Maria, queis Dominus eandem tradidit

Haud deest Iosepho potestas; habet enim clauem paradisi. Apoc. 3. Bustus.

Bustus. tra.iidit clauem Paradisi. Piè Bustus 4 p. serm. 12. *Credendum est, quod Dominus Iesus abundanter subuenerit Patri suo putatiuo, & nutritio Ioseph de suis bonis, & opibus cælestibus. Unde cum Christus haberet clauem Paradisi, & vnam dederit Matri suæ, dedit & vnam Patri suo Ioseph. Qui habet autem clauem, habet etiam quæ continentur sub claue.* Illud pende. *Vnam dederit Matri, dedit & vnam Patri suo. Vnam* quidem, non alteram: eandem enim Paradisi clauem & Mariæ & Iosepho Filius tradidit, vt fidelibus aperiant eis speciale obsequium præstantibus.

110. *Maria & Iosephus tenent manus tenentis clauem Domini.* *Isidor. Medio.* Pondera adhuc illam particulam: *Habet clauem.* Annon in manibus gestat? Habet Maria Iesu dexteram, possidet leuam Iosephus, ergo clauis Paradisi Mariæ cedit potestati. Isidorus Mediol. *Virgo Pueri dexteram tenebat, Iosephus sinistram.* Quid si soli Mariæ clauis committatur dexteram tenenti? Cuncta in Mariæ manibus collocata hominum esse existima; quia vel Iesus clauem teneat, vel Mariæ committat Iosephus adeo potens apud Iesum & Mariam, & quodammodo imperet, non exoret. *Gerson.* Gerson cecinit in Iosephina.

Quanta fiducia, quanta est
Vis impetrandi, quia dum vir, dum Pater orat
Vxorem, & Natū, velut imperium reputatur.

111. *Gratitudinis ergò Iesus nil denegat Patri Iosepho.* *Isid.* Reputatur planè, vt *imperium*, quia Filius plura accepit à Iosepho officia, queis illigatus, ne nota ingratitudinis inuratur, quodammodo necessariò precibus annuit Parentis. Isidorus ille fatus, *Gratissimum Deo esse non vereamur, si quis sit totis sanctum impleuerit Ioseph. Quid enim filius Dei Iosepho negaret, qui totis charitatis visceribus illum semper dilexit? Quis fuit nisi ingratus æternus mandans obliuione paterna beneficia? Cum igitur ad sanctum Ioseph accedimus, eius implorantes suffragia, ne quæso timeamus, ne formidemus, sed constanti teneamus fide, talia Deo immortali vota fore gratissima, nec non & Reginæ Angelorū.* Quid si officiis exhibitis à Iosepho Filio, accedant preces vtriusque Parentis? Accedunt quidem, quia de more Ioseph ad orādum assurget Virgine exorata. *Chrys.* D. Chrysostomus ad Mat. c. 1. *Mos fuit sancto Ioseph ad orandum surgere cum beatissima Virgine.*

112. *Cunctis Ioseph protector assurgit, virginibus coniugatis itor agentibus, morituris, tot cōsilis versātes.* *Ekius.* *Isid.* Omnibus ergo protector assurget, quicunque eius opem implorarint. Præstatne Virgo auxilium virginibus? Ekius respondet hom. 1. de Ioseph. *Ioseph a Deo fuit electus custos Mariæ. Quo nomine etiam Virgines, & matronæ honestæ nominis sui, & honoris integritatem sancto Iosepho debent committere, tunc præcipuè, quando loca adeunda sunt parum tuta, à quo securitatem poterunt sperare.* Subuenit illigatus coniugio coniugatis petentibus? Isidorus Mediol. 2. p. cap. 4. *O vos coniugati, qui in mundo versantes carnis tribulationem sustinetis S. Ioseph vester est patronus aduersus infirmitates carnis, quæ vos plerumque a rerum spiritualium exercitiis separant.* *Ekius.* *Hispal. Ecclesia.* Succurrit iter agentibus qui tot itinera confecit? Ekius. *Omnes, quibus periculosæ instituuntur profectiones, se sancto Ioseph committere debent, & ex illo comitatem, securitatem, tutelam, & intercessionem optare, & fideliter sperare.* Custos námque Iesu ac Mariæ per aspera suos custodit alumnos clamantibus.

O Custos Matris Domini
Deuotos tuo nomini
Ioseph alme, per aspera
Salua semper. ——

Canebat olim Hispalensis Ecclesia. Fauétne in mortis articulo constitutis? D. Vincentius respondet exemplo, apud Isidor. Mediol. 4. p. art. 10. *Vincent.* *Mercator Valentinus quolibet anno in die Natiuitatis Domini, inuitabat pauperem senem & aliquam mulierem habentem filium paruulum, qui repræsentabant sibi Virginem cum Filio, & Ioseph. De quo fuit reuelatum, quòd in morte apparuerunt sibi Virgo cum Iesu & Ioseph dicentes. Quia recepisti nos in domo tua, ideo nos recipiemus te in domo nostra.* Quid nobilem quēdam virum apud Venetam vrbem referam consuetum per dies singulos coram imagine Ioseph pariete pictam genua flectere? *Post longius* (ait Isidor.) *obseruatam corde sincero & nobili talium precum consuetudinem, lecto decubuit graui morbo oppressus. Hic vidit sanis oculis, sanáque mente S. Iosephum, instar præfatæ imaginis cubiculum suum introeuntem, quo visu mira contritione suorum criminum affectus est. Illicò autem confessore euocato confessionem criminum suorum more Catholico peregit: sicque obdormiuit in Domino præsentia sanctissimi Ioseph ad superos inuitat.* *Isidor.*

Cæterùm si Ducem Iosephum sequimur, 113. *Dux Ioseph ad imitationem, aderit propitior ad patrocinium.* *Canis.*
vt protegat, sequamur, vt doceat singularium virtutum perfectionem, quoquidem securiùs tanto fruemur patronicio. Canisius l. 2. cap. 13. *Mariæ Sponsus Ioseph quoniam excellentissimis virtutibus abundauit, omnibus ordinibus ad benè beatéque viuendum iure proponitur. Illum si ducem sequimur protegentem, ob multiplicem ei gratiam à Deo collatam*, qua quidem cunctis succurrit hominibus; *suo præterea exēplo nos admoneat, vbique Christum in oculis ferre, circa illum præsertim in sacra Eucharistia præsentem tum reuerenter, tum accuratè versari, & sacras functiones officiosa sedulitate cohonestare. Rursus Ioseph edoceat, vt in sua quisque vocatione Deo fideliter ministret, ac vtraque fortuna sic moderatè vtamur, ne rebus prosperis ad arrogantiam: vel tristibus, molestísque casibus ad impatientiam abducamur.* Sic Dux ad imitationem, aderit propitior ad patrocinium. Id quod omnibus Diuis cōmune reor: fauent enim egregiùs iis, qui eorum virtutes conantur pia imitatione referre. Orientalibus Dominum profatum Isidorus Mediol. affirmat. *Isidor.* *Ego benedicam, & ero auxiliator omni homini in Ecclesia iustorum, qui in memoriam tuam ò Ioseph Deo sacrificium obtulerit, & meditabitur in vita sua, & in laboribus tuis.* En speciale Iosephi patrocinium promissum eorum facinorum imitatori.

Observatio XIV.

Iosephi resurrectionem, ad cælósque translationem confirmo.

Inde amantium arguo identitatem.

Qui Virginem apud superos corpore animóque sedentem veneror apud Chri- 114.
stum

Pium, credere Iosephum ad superos corpore & anima euolasse. Bernardin.

stum Filium, piè existimarim eodem Iosephū fuisse priuilegio donatum. D. Bernardinus Senen. tom. 3. serm. de B. Ioseph art. 3. cap. 3. *Piè*, inquit, *credendum est, quòd piissimus Filius Dei Iesus pari priuilegio decorauit suum putatiuum Patrem, sicut suam sanctissimam Matrem. Vt sicut illam assumpsit in cælum in corpore & anima gloriosam, sic etiam in die Resurrectionis suæ sanctissimum Iosephum in gloria resurrectionis secum adduxit.*

115. *Multa corpora Sanctorum surrexerunt haud ad sepulchrum reuersura.* Matth. 27. Thom.

Expendo in huiusce sententiæ confirmationem illud Matthæi testimonium. *Multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.* cap. 27. Credo non solùm resurrexisse, sed cum ascendente Domino non vltra morituros sanctos illos ad cælum auolasse. D. Thom. *De istis corporibus Sanctorum solet esse quæstio, vtrum resurrexerunt iterum morituri, vel non morituri? Constat aliquos resurrexisse, vt pòst morerentur, vt Lazarus. Sed de istis potest dici, quòd surrexerunt non iterum morituri: quia surrexerunt ad manifestationem Resurrectionis Christi. Certum autem est, quòd Christus resurgens ex mortuis iam non moritur.* Contestatur Remigius hìc. Orig. lib. 1. in cap. 1. ad Rom. Caiet. Iansen. Carthus. & alij.

Remig. Origen. Caiet.

116. *Si multa resurgentia corpora non obierunt rursū, præcipuum locum obtinuit Ioseph ad superos euolans.* Gerson.

Non rursum obierunt? Ergo præcipuum locum obtinet inter non morituros Iosephus resurgens. Gerson serm. de Nat. Mar cons. 3. audiatur. *Legimus Christo moriente, multa corpora Sanctorum surrexisse, & venisse in sanctam ciuitatem Ierusalem, & apparuisse multis. Recogitet oro pius animus, si iustus Ioseph vnus ex illis putandus est, qui Mariæ apparuerit charissimæ sponsæ, qui eam consolatus sit, qui tandem Christo in cælum ascendente simul & ascendit glorificatus.* Rationes non facilè soluendas obicit contrarium asserentibus Isidorus ille Mediol. 4. p. cap. 3. D. Bernardin. confirmat argumento. *Non decuit, vt carnem Matris suæ sine honore in terra relinqueret, ei, qui honorem parentum sub præcepti districtione posuit. Ergo pium est credere in morte præ cæteris honorasse Iosephū patrem existimatum. Sed noluit Spiritus sanctus eadem scribere Euangelistas ea ratione, qua neque resurrectionis Matris fore testes.*

Bern.

117. *Si obierunt rursum, speciali priuilegio Ioseph non obiit.*

Sancti cum Iesu resurgentes repetiere sepulchrum? Non repetiit Iosephus, qui specialiter fortè efflagitauit, & cui specialiter concessum apud terricolas non remanere. Ioseph olim filiis, *Deus ascendere vos faciet de terra ista ad terram, quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob. Cúmque adiurasset eos, atque dixisset: Asportate ossa mea vobiscum de loco isto, mortuus est.* Gen. 50. Quid si Iosephus Mariæ Sponsus in conspectu Iesu, vt vidimus, moriturus resurrectionis, ac in superos volatus memor, ab eo enixè petiit, ne corpus virgineum apud mundialem Ægyptum, annuente Domino, remaneret. Asportauit igitur Iesus stans promissioni Parentis ossa resurgentis nunquam ad sepulchrum reuersura. Isidorus Mediol. apposité. *Corpus Patris sui putatiui Christus ascendens non est passus remanere in Ægypto*, vbi corpora reliqua Sanctorum Patrum commorabantur.

Gen. 50.

Isid.

De Iosephi gloria ineffabili.

Enim verò quis æquauit sermone gloriæ pondus Iosephi apud superos regnantis? *Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Matth. 25. Ad quæ Bernardinus tom. 3. serm. de Ioseph. *In quibus verbis*, inquit, *de isto sanctissimo viro Iosepho describitur triplex status. Primus est naturæ: serue bone, secundus gratiæ: Fidelis. Tertius gloriæ: Intra in gaudium, in quo exprimitur sublimitas glorificationis. Licèt gaudium æternæ beatitudinis in cor hominis intret, maluit tamen Dominus Iosepho dicere: Intra in gaudium. Vt innuatur, quòd gaudium illud non solùm in eo est intra, sed vndique illum circundans, & absorbens, & illum velut abyssus infinita submergens.* Et id quidem, quia fuit *in pauca fidelis.* Quid si gloriam multis egregiísque laboribus Iosephi respondentem conemur contemplari?

Matth. 25. Bernardin.

118. *Immensæ fidelitati Iosephi præmiū immensurabile respondet.* Gerson.

Pende illud: *In pauca fuisti fidelis.* Porrò Iosephi fidelitas tanta, vt post Virginem reliquos diuos superarit. Tantæ igitur huiusmodi fidelitati gloria immensurabilis respondebit. Gerson citato serm. Cons. 4. *Quantus æstimandus est iustus Ioseph nunc in gloria, & in cælis, qui talis, & tantus hic inuentus est in miseria, & in terris? Profectò si non mentiebatur Iesus, qui dicebat, Vbi ego sum, illic & minister meus erit: ille proximior videtur collocandus in cælis, qui in ministerio fuit vicinior, obsequentior, atque proximior, & fidelior post Mariam inuentus in terris.*

119. *Quo ordine describitur Iosephum post Virginem à Matthæo, eodem post Mariam in cælo adducitur thronos.*

Quid si Matthæus expresserit Iosephi gloriam profatus. *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph.* Cap. 1. Quo ordine filium ac parentes nominauit, in cælis à Domino collocantur; quia laboriosæ vitæ gloria respondit. Audi D. Bernardinum Senen. *Sicut illa sancta familia Iesus, Maria, & Ioseph in laboriosa vita, & amorosa gratia simul vixerunt in terris, sic in gloria nunc & corpore & anima regnant in cælis.* An supra Apostolos, ac Choros Angelorum Ioseph, qui immediatè Mariæ hærescens adnotatur, *Maria Ioseph*? Do pulchram Francisci Suarij sententiam argumentum nostrum illustrantem, ne timidè Iosephum supra Apostolorum tabernacula euehere satagas. *Aliqui* (inquit tom. 2. in 3. p. q. 29. art. 1. & 2. d. 8. s. 2.) *pia fortasse deuotione moti nimium asseueranter S. Iosephum supra omnes Apostolos, & Angelorum Choros constituunt; vt videlicet & ordine, quo à Matthæo nominantur Iesus, Maria, & Ioseph, eodem in cælesti gloria sedeant, & perfectione beatitudinis fruantur; quia officio, & dignitate, & amore fuerunt coniunctissimi.* Sicut enim humanitas Christi eo abundantiorem gratiam obtinuit, quo propinquior fuit Verbo; & statim Deipara, quia proxima Filio: ita existimatur Ioseph quasi tertium locum in abundantia gratiæ obtinuisse; quia post Dei parentem propinquissimè Christum attigit, & singularem cum ipso iniit coniūctionem. *Alij* (adiicit) *nimiùm fortassè timidi temerarium, aut etiam erroneum existimant, illum Apostolis æquare. In hac igitur comparatione non existimo esse temerarium, nec improbabile, sed pium potius, & verisimile, si quis opinetur sanctum hunc reliquos omnes in gratia, ac beatitudine antecellere; quia ex Scriptura nihil est quod repugnet, nec in Patribus aliquid reperio. Et si quæ sunt generales locutiones, quibus Apostoli præferri videntur, intelligi possunt facere comparationem regulariter*

Matth. 1. Bernardin.

Suar.

cum

cum aliis sanctis, & non excludere speciale aliquod priuilegium. En Iosephum simile Virgini adiutorium duodecim magnalium imitatione.

120. Si autem adhuc plura velis exaudire circa huiusmodi coniugum sanctissimorum similitudinem, ne dicam identitatem, accipe Gersonis sententiam Consid. 3. serm. de Nat. Mar. fantis. *Sicut decuit Mariam vt summa puritate niteret: sic decuit, vt haberet suo modo parem sponsum purissimum, qui cum perpetua Virgine virgo prius, ac posterius permaneret. Secundò, vterque Regali ex progenie veniens, & illustris. Tertiò, nouit Maria mysterium Incarnationis à sæculis absconditum, Angelo nunciante: nouit & Ioseph admonitus super hac in somnis. Quartò, turbata est Maria in Angelica salutatione, sed non conturbata, nec incredula: turbatus est & Ioseph ad stupendum tanta nouitatis miraculum, ita vt nollet Mariam traducere; non tamen conturbatus, vel culpabiliter incredulus, sed stupor quidam apprehenderat eum, sicut de Petro legimus: Exi à me Domine, quia peccator sum. Ioseph similiter non ex credulitate suspiciosa, sed ex profundissima humilitate, videtur Mariam traducere noluisse, sed dixisse, Exi à me, Domina, quia peccator sum. Hinc Angelus ad eum, Noli timere accipere Mariam: non dixit, Noli esse incredulus. Quemadmodum in Annunciatione ex profundissima humilitate, turbata est Maria in sermone eius, & respondit ei Angelus. Ne timeas Maria. Quintò, obediuit Ioseph edicto, quod fecit Cæsar Augustus, obediuit pariter & Maria. Sextò, Maria Filium suum primogenitum mox vt natus est, adorauit cum gaudio, & exultatione, Ioseph ab hac adorationis gaudio, & exultatione nequaquam fuit alienus. Septimò, Maria conseruabat in corde suo omnia, quæ dicebantur de Puero Iesu, Ioseph similiter: nam scriptum est, quòd erant Pater Iesu, & Mater mirantes super his, quæ dicebantur de puero. Octauò, obediuit Ioseph Angelo iubenti in somnis, vt fugeret in Ægyptum, obediuit Maria noua illa puerpera & delicata iuuencula. Nonò, sicut B. Virgo corpore & animo assumpta est in cælum, sic etiam & Ioseph.* Collige quàm vnicam ex amoris identitate essentiam Mariæ & Iosephi arguat tanta actionum similitudo, quod quidē debent coniuges imitari. De B. Iosepho rediturus sermo tom. 6. Numine annuēte. Hæc Dominæ meę spōso prælibaui, ne vita omnino deficiat desiderio.

Ioseph Maria similis pluribus aliis actionibus, quo signatur eadem quodammodo essentia vtriusque coniugum vincere, in coniugum aliorum documentum. Gerson.

SECTIO SECVNDA.

Mariæ Conceptus,

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. 4. AB sponso abstracta Virgo feruentiori contemplationi vacat, vt Verbo præparet hospitium. Aduentans Archangelus, Domini fit & præcursor, & assertor aduentus, pręcordiis sacræ Adolescentis operato mysterio, Verbi carne induto.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Nonnullæ Annunciationis Angelicæ circunstantiæ, quas præteriit Euangelista.

1. ANNVNCIATIONIS historiā Euangelicam proprio in loco expositurus, nonnullas hic historiæ circūstantias prætermissas à Luca, à Patribus adnotatas expendam. *Mense sexto* asserit ille factam Annōciationem, nec temporis rationem aperit. Non enim numerantur menses à primo mense anni, sed à Ioannis Baptistæ conceptu. Id quod imitatus est, quando de Elisabetha grauida tenuit sermonem. *Hic mensis est sextus illi.* Hoc est, mensis agitur sextus à conceptu Elisabethæ. Erat autem hic sextus mensis Martios. Vigesima ideo quinta die Martij Verbi incarnationem celebrat Ecclesia. August. lib. 4. de Trin. c. 5. *Octauo Calendas Aprilis, id est, vigesimaquinta die Martij Christus conceptus creditur, quo die est passus.* Et Beda l. 1. in Luc. cap. 3. *Mensem sextum Martium intellige, cuius vicesimoquinto die Dominus conceptus traditur.*

Quo mense facta Annunciatio.

Aug.

Beda.

Porrò Feria sexta conceptum Rupertus affirmat lib. 3. de Diu. Offic. 19. *Superiùs*, inquit, *iam dictum est, Dominica nocte Christum natum fuisse. Videlicet, vt qua die dictum est, Fiat lux, & facta est lux, eadem die vera nobis lux in tenebris oriretur. Addere nunc libet & illud, quòd hic idem mirabilis Plastes noster, qui, vt dictum est, Dominica die natus est, feria est sexta conceptus. Nam si superiùs scriptos illius anni quinque concurrentes vni Aprilis regulari adiicias, fiunt sex. Cùm autem sexta feria mensis Aprilis incipit, profectò octauo Calendas Aprilis sexta nihilominus feria habetur, quando Dominicam Annunciationem habemus.* 2.

Quo die. Rupert.

Diurnóne, an Nocturno tempore Virgo salutata? Non liquet è Textu. Matutino credit Albert. Mag. sup. *Missus.* & Antoninus 4. p. tit. 15. c. 9. §. 4. Coniicit Clithouæus, tùm quòd matutinum tempus Virgo dicatur vsque ad tertiam horam diuinarum rerum contemplationi tribuisse, tum quòd matutino tempore ad diuina percipienda mens sit aptior humana. At media nocte Suarius affir- 3.

An diurno tempore? Albert. Clitho.

Mexia. Simon de Caſ.

mat 3. p. in fine explanat. q. 30. Petrus Mexia. lib. 2. Syluæ cap. 32. Simoo de Caſia in Com. Euan. *Nox, ait, appendebatur ex medio, nec adhuc Virgo ſua membra collegerat. Vigilãtem Angelus inuenit.* Quibus libenter aſſentior, veroſimilius ratus media nocte ſolem conceptum, qui media nocte exortus mundum luce compleuit.

4. *Gabrielis excellentia.* Andreas.

Miſſum Angelum Gabrielem aſſerit Lucas, non autem eius excellentiam expendit. Quæ quidem ex munere ei iniũcto à Domino colligitur. Andreas Epiſc. Ieroſ. orat. de Annunc. *Decebat miniſtrum Altiſſimi ex altiſſimis, ſuper terram deorſum volantem inauditum illud myſterium ſecum afferre.* Ad Altiſſimi altiſſimum myſterium euulgandum, ſeu afferendum altiſſimus ouncius eligitur. Summus ad myſterium ſummum à D. Gregorio vocitatur, hom. 3. in Euang. *Summum Angelum venire dignum fuerat, qui ſummum omnium nunciabat,* D. Dionyſius de Cæl. Hierarch. cap. 4. & 8. *Gabrielem diuiniſſimum* appellauit. Damaſcenus orat. 2. de Aſſump. *Angelorum anteſignanum.* Audi Bernardum hom. 1. ſup. *Miſſus. Non Arbitror hunc Angelum de minoribus eſſe, qui qualibet ex cauſa crebra ſoleant ad terras mitti legatione.* Auguſtinus. *Putemus* (l. 5. de conſ. c. 4.) *Angelis praeſſe Archangelos, qui non niſi ob maximas, & pracipuas cauſas mittuntur, ex quibus magnus ille Archangelus Gabriel miſſus legitur, ob cauſam vtique, qua maior eſſe non poteſt. Magnus* vocatur Archangelus miſſus ob cauſam, *qua maior eſſe non poteſt.* Aptiùs maximom appellaſſet. Sic Diuus Thomas 3. p. quæſt. 30. art. 2. *Satis credibile eſt, quòd ſit ſummus in ordine Archangelorum.* Non deſunt qui (teſte eodem Angelico Doctore) in ſupremo Seraphioorum Choro collocent Gabriẽlẽ, qood facilè crederem ob Virginis, negotiique excellentiam, niſi obſtarent Dionyſius & Gregorius. Quòd ſi adhuc huic hæreſcẽs opinioni velis Patribus reſpondere, affirma oon mitti Seraphinos ex officio & ſæpiùs, immitti verò aliquando, Apoſtolo profante. *Omnes ſunt adminiſtratorq́ ſpiritus in miniſterium miſſi.* Hebræorum 1.

Gregor. Dionyſ. Dam. Aug. Bern. Thom. Hebr. 1.

5. *Sub viri forma ſplendente Gabriel apparuit.* Ambr. Iuſtin. Chryſol. Caſsia. Albert.

Igitur vt Gabriel demandatum munus rectiùs obiret, ſpectabilem viri formam aſſumpſit ex aëre, Ambroſio, Laurentio Iuſtiniano, Chryſologóque teſtantibus. Addit Auguſtin. ſer. 14. de Nat. corpus fuiſſe coruſcans. Simon de Caſſia. *Angelus inſolito lumine ſplendens à tabernaculo Virginis tenebras abſtulit.* Laurẽtius Iuſtin. ſerm. de Annuo. *Inſolito fulgore veſtitus Angelus in humana effigie deſcendit ad Virginem.* Quare reſplendens obiectus eſt? Albertus Mag. ſup. *Miſſus. Angelus venire debuit in veſte clara: maximus hic ſplendor eam decebat legationem, ex qua totius orbis ſplendor eſt ortus.*

6. *Num Virgo ſubſtantiam Angelicam aſpexerit?* Thom. Albert.

Rogas num Virgo non ſolùm corpus folgens, ſed pulcherrimam etiam Angeli ſubſtantiam aſpexerit? Negat Diuus Thomas 3. p. quæſt. 30. a. 3. *Fuiſſet nobilior apparitio, ſi ipſum Angelum Virgo intellectuali viſione in ſua ſubſtantia vidiſſet. Sed hoc non patiebatur ſtatus hominis viatoris, quòd Angelum per eſſentiam videret.* Affirmat Albertus Mag. ſup. *Miſſus eſt,* cap 149. *Fuit in Virgine anima ſua & ſpiritum per ſpecies proprias cognitio, quam habuit diſpoſitiue per naturam, completiuè per gratiam, & ſecundùm hanc vidit Angelos, & animas.* Authot qq. ad Anti. quæ tribuuntur Athanaſio, q. 12. *Sola ſancta Deipara Virgo nudam eſſentiam Gabrielis Archangeli, vt eſt, contemplata eſt.* Certè ſi nobilior hæc apparitio (vt Diuus Thom. aiebat) Virginem Archangelum vidiſſe affirmo. Quid ergo opus fuit corpore aſſumpto? Conſentaneum equidem Incarnationis myſterio, vt Deum incarnandum, quodammodo incarnatus Angelus apparenti in corpore annunciaret.

Athan. Thom.

7. *Orationi vacans Virgo ab Angelo inuenitur.* Caſsia. Bern.

Virgioem tunc orationi ac cootemplationi feruentiſſimæ, & auguſtiſſimæ addictam affirmo. Simon de Caſſia. *In conclaui erat Virgo, eam vigilantem inuenit Angelus, deditam lectioni, aut orationi vacantem.* Et Bernardus hom. 3. ſup. *Miſſus. Puto Angelum ingreſſum in ſecretarium pudici cubiculi, vbi illa fortaſsè clauſo ſuper ſe oſtio, orabat Patrem in abſcondito. Solent Angeli adſtare orantibus, &c. Maria autem orationes quantum placuerint in conſpectu Altiſſimi Angelus indicauit, qui ingreſſus ad eam reuerenter ſalutauit.*

8. *Num aperto oſtio ingreſſus Gabriel.* Andreas. Bern.

Profectò iogreſſum Angelum aperto oſtio affirmat Andreas Epiſc. Ieroſolym. ſerm. de Anounc. *Ad thalamum, in quo Virgo erat, cùm perueniſſet Angelus, aperto clam oſtio, ad eam ingreſſus eſt.* At cum Diuo Bernardo hom. 3. ſup. *Miſſus,* certum puto oſtium nec ad ſimulationem aperuiſſe, ſed oſtio clauſo iogreſſum. *Angelicis ſpiritibus parietes non obſiſtunt, cuncta aquè corpora quantumuis ſolida penetrabilia ſunt eis, ac peruia. Non fuit difficile Angelum per clauſum oſtium penetrare ad a[...]a Virginis, qui vtique ex ſubtilitate ſubſtantiæ ſua hoc habet in natura, vt nec feris ferreis eius arctatur ingreſſus. Clauſerat itaque ſuum habitaculum Virgo prudentiſsima, ſed hominibus, non Angelis. Proinde etſi ad illam potuit intrare Angelus, ſed nulli hominum facilis patebat ingreſſus.*

9. *Hinc orta oratio, Aue Maria.* Caniſ.

Ortum bioc Angelica ſalutatio, qua Eccleſia vtitur Virginem oratura, habuit. Cuius orationis eximias laodes Patres expreſſerunt. Congerit Caniſius lib. 3. cap. 2. *Eſt,* inquit, *ſancta, ſublimis, magnifica, & omni obſeruatione digna iſthæc ſalutatio, ſiue, vt Ambroſius vocat, benedictio, ſi primam eius originem ſpectem. Etenim non ab Eccleſia Prapoſitis condita, ſed à ſanctiſsimo Angelo profecta, & cælitus primùm allata; nec ab hominibus inuenta, ſed à ſacroſancta Trinitatis nomine, ac iuſſu haud dubiè tum pronunciata, tum ſcripta, tum conſeruata eſt. Deinde hæc ſalutatio non modo Deum, ſed Dei Angelum authorem habet. Sed etiam quò ſacris in litteris rarior, & inuſitatior, eò illuſtrior, atque commendabilior exiſtimanda eſt. Ex præſtantia autem ſalutationis colligitur, qualis, ac quanta eſt Virgo, ad ſummum illud electa myſterium.*

Incarnationis expendo proprietates.

Præcordiis ſacræ Adoleſcentis operato myſterio.

10. *Quàm difficile de Incarnatione tractatio.* Bern.

SCribebat Bernardus citatus. *Væ mihi, quia vir pollutus labiis ego ſũ. Vtinã mihi de ſuper-*
no

ro altari non quidem carbo vnus , sed ingens globus igneus afferatur , qui videlicet multam,& inueteratam oris mei rubiginem ad plenum excoquere sufficiat : quatenus Angeli ad Virginem, & Virginis ad ipsum grata , & casta colloquia dignus habeam meo qualicumque explicare sermone. Globum ignis Bernardus ad colloquium proferendum Angelicum requirebat ? Ad ipsam Incarnationis gloriam proferendam totam requiro sacri ignis sphæram.

11. *Conceptus Iesus absque vlla carnis voluptate.* Origen. Fuit itaque conceptus Christus absque vlla carnis voluptate , cum immensa spirituali delectatione. Origenes hom. 1. in diuers. *Audite omnes filij Euæ, audite & consolamini. Audite, quod Virgo in vtero accepit, non ex desiderio partus concipiens, quæ nec persuasione serpentis decepta est, neque eius afflatu venenoso infecta.* Aug. Augustinus serm. 11. de Nat. *O coniunctio sine sordibus facta, vbi maritus sermo est, & vxor auricula! Hoc splendore concipitur Dei Filius, hac munditia generatur.* Andreas. Andreas Ierosol. serm. de Annunc. *Non carnis interuenit voluptas Matris Dei partui; natura quippe terminos superat.* Beda. Et Beda hom. de Assump. *Obumbrauit Dei genitrici virtus Altissimi , quia Spiritus sanctus cor illius cum implenit , ab omni æstu concupiscentiæ carnalis temperauit , emundauit à desiderijs temporalibus , ac donis cælestibus mentem simul illius consecrauit , & corpus,* Dam. & alij. Consonant Damasc. & Haymo super Luc. & Bernard. serm. *Signum.*

12. *Ex sanguine virgineo conceptus.* Deinde ex sanguine Virgineo Christum conceptum assero, suppeditante Virgine quantum corpori sufficeret efformando. Sophron. Sophronius Episc. Synod. in 6. Syn. act. 11. *Ex inuiolabili namque & virginali sanguine sanctæ, atque immaculatæ Virginis Mariæ Verbum verè factum est incarnatum.* Dam. Cui adhæret Damascenus lib. 3. fid. cap. 2. *Tunc obumbrauit eã Dei Altissimi in sua subsistens hypostasi sapientia , & virtus Filius Dei , & construxit sibi ipsi ex castis, & purissimis sanguinibus carnem animatam anima rationali , & intellectuali.* Theoph. Et Theophylactus Luc. 1. *Compacta ex sanguinibus semper Virginis carne.*

13. *Sub eodem momento coagulatum corpus, informatum, Verbo vnitum.* Præterea corpus Dominicum sub eodem momento & coagulatum , & in masculum efformatum , & anima rationali perfectissimè informatum , & Verbi personæ perfectissimè fuit vnitum. *Creauit Dominus nouum super terram , femina circundabit virum.* Ierem. 31. Ierem. 31. Ex quo enim momento temporis Christus circundari incipiet , id est , vtero Mariæ gestari , vir erit , nulla ei virtute deficienti. Cyprian. Adnotauit D. Cyprianus serm. de Nat. *Femina circundabit virum. Quem nos paruulum , Propheta nuncupat virum , insinuans ei nunquam defuisse virtutem , sed semper virilis ætatis affuisse fortitudinem , quem infantilis infirmitas occultabat.* Matth. 1. Ostendo ex Matthæo. *Quod enim in ea natum est , de Spiritu sancto est.* Cap. 1. Non dixit. Ex ea , quare ad conceptionem est, non ad natiuitatem referendum. Cur igitur conceptio Christi nomine natiuitatis significatur ? Quia non fuit paulatim Christi corpus efformatum , sed vnico coaluit instanti. Aug. Augustinus lib. 83. qq. q. 56. *Dicitur conceptio humana sic procedere , vt primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem , sequentibus nouem conuertatur in sanguinem , deinde duodecim solidetur , reliquis decem & octo formetur vsque ad perfecta delineamenta omnium membrorum , & hinc iam vsque ad partum augeatur.* Basil. Pergit D. Basilius hom. de hum. Christi genet. *Hinc deprehendi licet , quòd non secundum communem modum carnis constitutio Domini fuit. Conceptum namque illicò perfectum fuit , non per interualla paulatim formatum. Quod illa planè verba declarant : Quòd in ea natum est. Non enim dixit. Quod in ea conceptum , sed quod in ea natum est.* Aug. Portò de animatione simul facta corpori apto sic Augustinus epist. 3. ad Volus. *Mox quod conceptum erat , animatum fuit.* Theod. De vnione autem hypostatica Theodoretus Dial. 2. *Quando autem dicis , factam esse vnionem ? Ego dico , statim in ipsa conceptione. Formata est enim humanitas post salutationem Angelicam , formationi autem coniuncta est vnio.* Fulgent. & alij. Consentiunt Fulgentius de fid. ad Pet. cap. 18. Synod. V. Constantin. apud Niceph. l. 17. cap. 28. Gregor. lib. 9. epist. c. 61. Damasc. l. 3. fid. cap. 2. & 12. Euthym. Matth. 1.

14. *Charismata Mariæ concipienti concessa.* Origen. Cæterùm copiosissima charismatum dona Virgini iam Matri collata fuisse reor. Affirmat Origenes hom. 7. in Luc. *Spiritu sancto tunc repleta est Maria , quando cœpit in vtero habere Saluatorem. Statim enim & Spiritum sanctum accepit Dominici corporis conditorem, & Filius Dei esse cœpit in vtero , ipsa etiam repleta est Spiritu sancto.* Rupert. Rupertus ad cap. 1. Matt. *Datum hoc B. Maria prima omnium mortalium accepit in ipsa hora conceptionis. Re vera vt omninò sanctum esset , quod ex ea nasceretur , oportebat ipsam sanctificari. Neque verò solum hoc tunc accepit Spiritus datum , verùm etiam illud alterum , quod est diuisio gratiarum ; videlicet ita vt operationem virtutum , maximéque fidem , & prophetiam, siue omnem haberet propheticam gratiam. Nam ipsa est Prophetissa illa , de qua dicebat Isaias. Et accessi ad Prophetissam , & concepit , & peperit filium.* Sophron. Sophronius. *Cùm virtute Altissimi* (ait serm. de Assump.) *obumbratur , fit pretiosior meritis , celsis sublimior fastigiis, pulchrior sanctitate , gloriosior suorum prærogatiuis meritorum : ita vt nullis iam vsibus sit ipsa , eadémque mancipanda sit Diuinis.* Beda. Et Beda hom. de Visit. *Quis dicere , quis æstimare sufficiat , quæ tunc gratia Spiritum Dei genitricis repleuit, &c.*

15. *Peracta Incarnatio à Tribus Trinitatis beatissimæ personis.* Aug. Ad hæc Dominicam conceptionem à tribus sanctissimæ Trinitatis personis effectam affirmo. Etenim quæcunque Deus à dextra producit, communia sunt tribus personis, docente Augustino in Enchir. cap. 38. *Non sunt separabilia opera Trinitatis.* Explicat mysterium citharæ similitudine serm. 3. de Temp. *Tria* , inquit ; *adsunt citharæ pulsationi , ars, manus , chorda , & tamen vnus sonus auditur. Ars dictat , manus tangit , Chorda resonat. Nec ars , nec manus sonum reddunt , sed cum corda pariter operantur* sola sonante *Sic nec Pater, nec Spiritus sanctus susceperunt carnem , & tamen cum Filio pariter operantur. Sonum sola chorda excutit , carnem solus Christus accepit.*

16. *Virgo tunc donata mentis extasi.* Denique assero puncto illo , quo perfecta est Verbi diuini Incarnatio admirabili quadam à sensibus extasi mentis Virginem donatam

donatam fuisse. *Immisit Dominus soporem in Adam.* Genes. 2. Vt Deus ex Adamo Euam efformaret in Adamum soporem immisit. An non spiritualis sopor Virgini Deum concepturæ? D. Petrus Chrysologus. *Soporatus est Adam, vt de viro Virgo adspicaretur. Soporata est Virgo, vt de Virgine Deus nasceretur.* D. Birgittæ Maria illo verbo: *Quod enim ex te nascetur, audito, feruentissimum habui affectum esse Mater Dei, & loquebatur anima mea præ amore. Ecce ego, fiat voluntas Dei in me. Ad quod verbum illicò concipiebatur Filius meus in vtero meo, cum ineffabili exultatione animæ meæ.*

Chrysolog.

Birgitt.

17. Sed quando non Mariæ Spiritus extasi donata erat, *Si fuit* (Richellio authore) *tota Deipara Virginis vita extatica, & vnica contemplatio.* Quare arbitror in ipsomet puncto conceptionis Virginis priuilegium de speciebus intelligibilibus Christi Domini proprium, diuinitus menti illius fuisse concessum. Accepit inditas à Deo species mens illa purissima, per quas, vti erant, absque sensuum ope formatæ, & liberæ, sic absque omni actione, & concursu sensuum, facultatúmque corporis perenniter in vigilia, & somno operabatur in altissima rerum diuinarum contemplatione. Verùm illæ extases, deliquia, mentis excessus, somnia, langores animi, Sponsæ in Canticis Virginis dulcissimam extasim innuere videntur. *Fulcite me floribus*, &c. Cant. 2.

Virginis extasis totima.

Cant. 2.

IN MARIAM NVPTAM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS

Circa literam,

Ex ipsius Conceptu.

OBSERVATIO. I.

Temporis, quo peractus Mariæ conceptus, expendo mysterium.

Vbi innuo formationem indicere reformationem; cunam autem sepulchrum exponere.

18. MENSE Martio, feria sexta, Incarnationis perfectum mysteriū vidimus. Bernardus hom. 1. sup. *Missus, Plena sunt omnia diuinis mysteriis, ac cælesti singula dulcedine redundantia, si tamen diligentem habeant inspectorem.* Et Gregorius lib. 2. Mor. cap. 2. *Cùm in sacra Scriptura notantur tempora, mysteria indicantur.* Quonam mysterio, temporis huiusce instantiâ, Incarnatio peracta?

Sacra omnia plena mysteriis.

Bernard.

Gregor.

19. Verno tempore Christus ad nos accessit, post hyemem flos ille campi, & lilium conuallium in vtero Virginis exortum Verno tēpore cælestis ros in vellus descendit, & Saluatorem terra germinauit, & distillauerunt mōtes dulcedinem, lac & mel collibus profluentibus Hebræis duplex anni principium, alterum anni vulgaris, cuius initium mensis *Tisri*, Septēbri respondens; alterum anni sacri, cuius initiū *Nisan*, qui nostrum Martium, Aprilémque attingit. *Mensis iste*, ait Dominus, id est, Nisan, *vobis principium mensium primus erit in mensibus anni.* Exod. 12. Anni inquam, sacri Vnde Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 3. *Moses Nisan mensem primum in fu[…] f[…]stis ordinauit, eundem etiam omnium, quæ ad rem diuinam pertinent, exordium fecit.* Rabbi Abraham in cap. 1. Daniel. affirmat suorum annorum quosdam incipere à *Tisri*, q[…] […]um orbis conditi; alios à *Nisan*, quòd eo Patres sint egressi ex Ægypto, *Nempe illis annus duplex, vulgaris, [et sacer]: vulgaris incipit ab autumno mense Septembri, sacer ab æquinoctio verno in Martio.* Anni igitur sacri initio conceptus Dominus cælestium bonorum, ac temporalium, humanæ saluti fontem propinauit.

Verno tempore Christus conceptus, vt cunctorū bonorum nobis copiam propinaret.

Exod. 12.

Ioseph.

R. Abrah.

Profectò eo anno nouilunium mensis primi *Nisan* in diem vigesimumquintum Martij incidisse, atque adeò in Neomeniam, seu nouilunio Virginem concepisse affirmat Ioannes Lucidius de vero Passi. die. *Conuenientissime*, inquit, *Christus conceptus est in vtero materno die coniunctionis lunæ cum sole. Quoniam Christus verus sol iustitiæ, tunc lunæ, id est, Mariæ per carnis assumptionem coniunctus est.* 20.

Quid, in nouilunio fuisse conceptum?

Lucidi.

Equidem pulcher admodum diuinæ prouidentiæ effectus fuit, conceptione Christi Deum recreasse, & reformasse eodem, quo creauit die. Quod adnotat Athanasius profatus lib. 4. ad Antioch. cap. 17. *Quare vigesimoquinto die mensis Martij in vtero Virginis habitare cœpit Christus, & Dominus noster veniens in terram? Respondeo, quia eadem die in mundi principio Deus creauit Adam. Hinc est, quòd in hoc ipso mense omnes arbores & herbæ, animalia item ad proferendum fructum, & ad liberos procreandos commonentur, tanquam a Deo hoc tempore creata sint.* Rupertus lib. 3. de Diu. Offic. cap. 19. *Igitur pium, atque pulchrum ordinem, prouidámque dispositionem in hoc salutis nostræ opifice mirantes veneramur: qui die, qua veterem formauit Adam de limo terræ, nouum sibi reformare cœpit hominem de vera carne Virginis Mariæ.* 21.

Quo die formauit, reformauit Adamum.

Athan.

Rupert.

Quid quod & passionis ac mortis Iesu dies, diei Incarnationis mirificè respondet? Zacharias Episc. Chrysopol. lib. 1. in vnum ex quatuor cap. 3. Beda lib. 1. in Luc. c. 3. & Rupert. citat, asseruot. D. Augustinus lib. 3. cont. Iudæos consonat. At Chrysostomus Luc. 1. vberiùs profatur. *Post sextum mensem conceptionis Ioannis, qui est octauo Calēdas Octobris, sextus mēsis Martius* 22.

Quo die Iesus conceptus obiit.

Zachar.

Beda.

Rupert.

August.

Chrysost.

Martius principium anni ; quia princeps, & primarius omnium ipso mense conceptus, & passus est. Conceptus est ergo Dominus noster octauo Calendas Aprilis Mense Martio, qui est dies Paschæ, Passionis Domini, & conceptionis eius. In qua enim die conceptus est, in eadem est passus. Ideo Augustinus, vbi suprà, vterum Virginis cum sepulchro illo nouo componit, fatus. *Ita monumento nouo, quo sepultus est, vbi nullus erat mortuorum positus, nec antè, nec posteà, congruit vterus Virginis, quo conceptus est, vbi nullus seminatus est mortalium.*

Aug.

23\. Porrò hæc mensis Martij dies æquinoctialis est, ad lucis inchoationem. Cuius rei rationem reddit August. *Ex hodierno dies accipit incrementum, & augmenta sumit cursus sui, qui electus ad gloriam Dei noscitur. Conceptus est enim æquinoctio verno, & natus est solstitio hiberno; & in conceptu, & natiuitate eius dies accepit incrementum, & nascente vera luce, lucis, & diei augmentatur officium.* Denique D. Ambros. in Exam. lib. c. 14. illa ipsa die haud absque mysterio à captiuitate Ægyptiaca Israëlitas fuisse liberatos. Augustinus autem lib. 4. de Tri. cap. 5. de nostro sic mense sexto. *Ab illo die vsque ad istum* (id est, à die conceptionis vsque ad natiuitatis diem) *computati ducenti septuaginta & sex reperiuntur dies, qui senarium numerum quadragies sexies habent. Quo numero annorum Templum ædificatum est; quia eo numero senariorum corpus Domini perfectum est.* Pulchrè planè eodem die homo reformatur, quo formatus fuit, vt innuatur ipsam formationis memoriam reformationem indicere debere. At eodem quo concipitur Iesus, moritur, docens eunam cordaris semper ad sepulchrum respectum obiicere : aut clamare hominum vitam laboribus exundantem aptiùs mortis gaudere appellatione.

Alia huius diei ac mensis mysteria. Aug. — Ambr. — Aug.

Observatio II.

Archangeli Gabriëlis encomia.

Iunuo Angelum custodem valde hominum addictum saluti.

14\. PRÆMITTO nominis Gabriëlis cum Incarnationis arcano mysterio congruentiam. *Gabriel* compositum est à *Gueber*, id est, *Vir, fortis, robustus. Femina circundabit Gueber, seu virum.* Ierem. 31. Et cum affixo *Gabri, vir meus*, & nomen Dei *El* quod *fortem* significat, id est, quod *Vir meus Deus*, aut *Virtus mea Deus*, aut *Fortitudo mea Deus fortis*. Accepi ex D. Hieronymo de nom. Hebræis ex Luca. *Gabriel, confortauit me Deus, aut, fortitudo Dei, vel, virtus mea Deus.* Gregorius hom. 34. in Euang. *Ad Mariam Gabriel mittitur, qui fortitudo nominatur. Illum quippe nunciare veniebat, qui ad debellandas aereas potestates, humilis apparere dignatus est.* Et Bernard. hom. 1. sup. *Missus. Non arbitror hunc Angelum de minoribus esse, quod & ex eius nomine palam intelligi datur, quòd interpretatum, Fortitudo Dei dicitur.* Si ergo ex nomine ab ipso indito Conditore Gabriëlis magnalia vestiganda sunt, quantus erit obsecro, qui *Fortitudo Dei* nominatur?

Gabriëlis magnalia ex nomine ab ipso Conditore ei indito vestiganda. Ier. 31. — Hieron. — Greg. — Bernard.

Christus eadem insignitur appellatione, Dei enim virtus, & fortitudo nominatur in sacris. Maximum planè priuilegium, eodem nomine & Dominum & militem à Deo fuisse donatos. D. Bernardus citat. *Nec discordat nomen a nuncio, Dei quippe Virtutem Christum quem melius nunciare decebat, quàm hunc, quem simile nomen honorat? Nam quid est aliud Fortitudo, quàm virtus. Non autem indecens, aut incongruum videtur Dominum & Nuncium communi censeri vocabulo, cùm similis in vtroque appellationis, non sit tamen vtriusque similis causa. Aliter quippe Christus Fortitudo Dei dicitur, aliter Angelus : Angelus enim tantùm nuncupatiuè, Christus etiam substantiuè. Christus Dei virtus & dicitur, & est, Angelus autem Fortitudo Dei appellatus est* Num igitur nomen vacuum Gabriëlis? Profectò tanta Gabriëlis excellentia obiecta, Dominus eum dignum iudicauit, qui tantæ Virgini Virtutis Dei nunciaret aduentum, eámque à turbatione eriperet. Ac si diceret Dominus, Haud Gabriel Dei Fortitudo substantiuè est, sed dignus inuentus, qui Fortitudinem Dei aduentare nunciaret, Virginémque confortaret pauentem, appositè ipso Christi nomine honoratur. *Angelus* (adiicit Bernard.) *Fortitudo Dei appellatus est, quòd huiuscemodi meruit prærogatiuā officij, quo eiusdem nunciaret aduentum Virtutis: vel quo Virginem natura pauidam, ne de miraculi nouitate expauesceret, confortare deberet.* Qui enim officij iniuncti *prærogatiuam meretur*, vel ipsius Dei nomine debet condecorari. Diuinum etenim quoddā est ex meritis, non ex sola Principum gratia ad egregia munia vocari. 25.

Maximum Gabriëlis priuilegium eodem Christi nomine insigniri non solum nuncupatiuè, sed certo modo substantiuè. Bern.

Vt autem Gabriel Christum perfectiùs non solum *nuncupatiuè*, sed quodammodo *substantiuè* referret, qui maiestatem imitatus est, etiam exprimit humanitatem. Proclus Episc. Constantin. in Ephesina Synodo verba faciens ad Nestorium. *Reuerere*, inquit, *nomen Archangeli, qui nuncium illud reportauit Mariæ, qui Gabriel est appellatus. Dictus Gabriel, Deus scilicet & homo. Gibel enim homo. Et Deus. Nomine ipso significans nuncium, quod apportat; quoniam is, quem euangelizat, Christus Deus & homo erat oriturus.* Et Theophylactus ad cap. 1. Lucæ. *Disce, quòd Gabriel si quis interpretatur, idem est, quod homo Dei. Meritò igitur cùm nascitur Deus homo, missus fuit Gabriel, hoc est Homo Dei.* Quasi ipsius Dei hominis referens & diuinitatem, & humanitatem. Hinc collige, quàm humano generi Princeps Gabriël benignus, qui quodammodo Dei hominis facti induit proprietates. 26.

Gabriel Christi Diuinitatem, & Humanitatē referebat. Proclus. — Theoph.

Annon maxima Dei causa Verbi Incarnatio? Qui ergo ex tot Principibus Cælicolis vnum elegit Gabriëlem nuntium, ministrum, asserit illum cunctis Superiorem. Id ponderat Canisius lib. 3. cap. 1. *Ingentem necesse est huius Angeli laudem esse, qui à summo Deo electus ad summum conficiendum negotium, in terras destinatur. Quique Domini sui legantis mandato ad vnguem paret, ac in-* 26.

Gabrieli negotium grauissimum omnium commissum est, vero Eliazer in quo omniū, amicissimus, & fidelissimus apparet. Canis.

iuncte munere in tota legatione sedulò perfungitur. vt Euangelica gratia ad communem salutem hominum prima quodammodo iaciat fundamento. D. Bernardus serm. 2. ex paru. asserit Gabrielis typum in illo seruo Abrahæ exhiberi, quẽ prouidus Pater ad quærendam puellam Isaaci coniugem futuram immisit. Profectò cunctos famulos Patriarchæ vincebat ille & fidelitate, & authoritate, cui tantum negotium perficiendum commisit. Hinc adiicit Canisius. *Quid nostro Nuntio expeditius? Quid tali monitore sapientius? Quid hoc procuratore fidelius? Quiquidem de arcanis cælestibus in conclaui Virginem inuisit, salutauit, instruxit, rémque totam à piis omnibus tot sæculis vel maximè desideratam ritè confecit.*

Bern.
Canis.

28\. Tradit D. Chrysostomus hom. de incomp. Dei natura, Gabrielem volitantem delineari, non quòd Deus illum pennatum condiderit, sed & ob sublimes, ac præexcelsas naturæ vires, & vt ipsius ad hominum salutem descensus repræsentetur. Ideo Seraphinorum tot pennæ describuntur. *Duabus velabant faciem suam, duabus pedes suos, & duabus volabant,* Isai. 6. Si ad volatum geminæ alæ sufficiunt, cur præterea bis geminæ pennæ Seraphinis adscribuntur? Lyranus asserit superioribus pennis sublimitatem spirituum signari, inferioribus autem aptitudinem ad descensum, si hominis causa requirat. *Ad inferiora descendere*, parati sunt sublimes spiritus. Hoc sublimitatis Seraphicæ adnatum hominibus humiliter, si ferat occasio, ministrare. Ideò innuimus suprà ab aliquibus Doctoribus Gabrielem inter supremos Seraphinos collocari, quia tantæ cùm sublimitati addictus sit, velocissimè ad inferiora hominum procuraturus causam deferatur; vnde redemptionis negotium ei specialiter sit à Domino commissum.

Gabriel sublimis, cùm sit admodum benignissimus descendit ad terras in hominum salutem.
Chrysost.
Isa. 6.
Lyran.

29\. Leo Dominus vocitatur *Vicit Leo de Tribu Iuda.* Apoc. 4. Quare leonis Christus gaudet appellatione? Plures causas reddunt Doctores. Ego ex Petri Damiani mente existimo, Leonis appellatione insigniri, vt Virginis custos innuatur. Annon Virgo Solomonis Throno figurabatur? Sic Richardus Laurent. Duo leones custodes Throni à Domino apponuntur. Certè dum Christus superstes ipse vnicè Mariæ mentẽ ac corpus custodiebat. Accubās requieuit vt leo, quando illigatus Cruci pateret, tunc Throno Virgineo duplicis Leonis custodiam assignat, eligens vtique & Gabrielem & Ioannem, quorum hic corpus, ille autem mentem custodiret. Serm. 1. de Nat. Mat. fatur Damianus. *Duo leones Throni Salomonis sunt Gabriel Archangelus, & Ioannes Euangelista, quorum alter dextera Virginis, alter sinistra custos deputatus est. Gabriel enim mentem, Ioannes carnem peruigili sollicitudine seruauerunt. Qui benè Leones dicuntur propter rugitum altisona vocis. Occumberétne leo de Tribu Iuda, si tantam custodiam suo Throno non prouidisset?* Quantus Gabriel, cui & Leonis propriam appellationem, & munus custodiendi mentem Virginis impertiuit?

Christus Gabrieli nomen, & munus Leonis impendit in Mariani Throni custodiam.
Dam.
Apoc. 4.

30\. Contemplatus es, quanta sit Deipara? ad quàm celsum dignitatis gradum, & quia Mater Dei, & quia incredibili prædita sit sanctitate, fuerit eleuata? Profectò ex eo rimari licet, quàm præexcelsa sit Maria, quod ei Gabriël præstet obsequium. Canisius pulchrè vbi suprà. *Hanc tanquam sacratissimum Dei Templum & suscipit, & reueretur Gabriel. Hæc ab Archangelo compellatur, & singulari honorificentia priuilegio salutatur, vocibúsque non fortuitò quidem confictis, sed certa Dei voluntate, seriéque dispositis, ac pronunciatis cohonestatur.* A Gabriele suscipitur? reuerentia afficitur? Salutatur, cohonestatur vocibus. Proh Mariæ excellentia!

Ex eo liquet quanta sit Deipara, cui Gabriël tantum præstat obsequium.
Canis.

Miratus sum aliquando Ioannis Euangelistæ gloriam, quem Angelus corruentem in adorationem prohibens conseruum appellauit. *Vide ne feceris, conserui enim sumus.* Apoc. 20. Ac si diceret, socij sumus, nec opus est me tibi præferri; obsequium enim non societatem innuit, sed adstruit imperium. Gabriël socius Virginis appellatus me iam rapit in admirationem. Contemplare Mariam Angelorum Reginam Gabriëli proclamantem, *Socij sumus.* D. Bernardus serm. de Nat. Mar. *Quid ni visitet Gabriel vitæ sociam? quidni salutet conciuem, & domesticam Dei?* Annon Regina Angelorum Maria? *Ascendit vsque ad Angelos, sed & ipsos vsque transcendit, & cælestem omnem supergreditur creaturam.* At tantus in conspectu Reginæ Gabriël, vt quodammodo vnus ille non famulus adoraturus appareat, sed vt socius conciuis, ac Dei domesticus Mariam sociam, conciuem ac domesticam iubeat salutari. Ex præfatis edisce quàm hominibus cælicolæ affines, quàm Angeli addicti hominum saluti procurandæ, præsertim Gabriel, cui totum Redemptionis humanæ negotium à Domino commissum. 31.

Deipara socia, & conciuis Gabrielis vocitatur, cùm sit Angelorum Regina.
Bern.

Observatio III.

Verbum à Virgine concipiendum carne indutum ipsam cælestibus donis præparauit.

Edocetur communicaturus virtutum noua germina proferre, vt tanto Hospiti specialiter domus præparetur.

ASSERVIMVS præclaris charismatibus donatam Mariam, vt Christum conciperet. Nam & domum Conditor cælestibus donis ornauit ante descensum, & Matrem iam factam præcelsa eidem charismata impertiuit. Duplici confirmo obseruatione. 32.

Profectò præmissum Mariæ ornatum tunc quidem, quando mox erat Deiparens futura expressit Sponsus profatus, *Veni in hortũ meum soror mea sponsa.* Cant. 5. Cùm in hortum descendit Conditor humanitate induendus, iam Maria hortus ab ipso consitus sibi prædicatur. Nec enim hortus Marianus solummodo initio conceptionis plantatus fuit, sed rursum donis accrescentibus plantandus obücitur, Audi Rupertum Deum carne induẽdũ in 33.

Post plantatũ Marianum Hortum, rursum nouo gratiarum germine plãtauit Conditor, vt ex ipso prodiret Flos.
Cant. 5.
Rupert.

in Mariano vtero inducentem prosatum. *Descendo in vterum tuum, & assumendo carnem, vt verus homo nascerer, qui verus Deus eram, veni in hortum meum. Tu hortus conclusus per me plantatus, & plantandus es. Plantatus* quidem, quia te gratia plenam condidi, effecta continuis incrementis gratiarum abysso. *Plantandus* autem quia concepturam te omnium specialium gratiarum cumulo donabo. *Ego in te horto meo, quem plantaui, & plantabo, oriar.*

Quàm nouè præparatus hortus ille ad Incarnationem.

34. Ipsa loquatur. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum.* Cant. 6. Vbi Iustus Orgelit. *Areolam aromatum* Virginem asserit specialissimè in Dei matrem à Domino præparatam. Descendit in hortum Dominus induendus humanitate, præparando priùs ipsum hortum areolarum gloria, seu specialium virtutum fragrantia. Ad hæc Guillermus Parutus, *A solio Paternæ Maiestatis venit in vterum Virginis, singulariter tunc præparatum sibi. A solio Patris descendit in vterum Virginis Matris, qui nimirum priùs ideo factus est hortus irriguus, & locus quidam voluptatis. Eo ipso quod sponsus illuc descendit, ibi erat areola aromatum caro illa.* Ex eo enim, quod ad vterum Virginis Dominus erat adoentaturus, domum miris virtutum, gratiarúmque ornauit incrementis, in tanti hospitis receptionem præparandam.

Guilles.

Descendit Verbum vt videat an Deipara prius Hortus vinearum paradisum, noua germina protulisset, ad Incarnationem præparanda. Cant. 6.

35. Rursùm sponsus, *Descendi in Hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem, si floruisset vinea, & germinassent mala punica.* Adduot L X X. *Ibi dabo vbera mea tibi.* Cant. 6. His proximis verbis innoitur Mysterium Incarnationis, vti Patres asserunt ad illud: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.* Cant. 1. Verbo enim carne induto, apparuit benignitas Saluatoris vberibus apprimè designata. Si igitur de futuro sponsus humano induendus amictu loquitur, *Ibi dabo vbera mea tibi, quæ* tā anxiè expetebas: quid significat illa descensio, *Descendi in hortum nucum*? Descendit sponsus vt videret, an hortus Marianus tūc demum præparatus esset singularium virtutum, ac gratiarum germine, *Vt viderem poma conuallium, & inspicerem, si floruisset vinea.* Vidit profectò pomorum pulchritudinem, vineæ gloriam, & vtero Virginis flos ascensurus è Virga commoratur. Honorius. *Quia* talis est Virgo, iam humanatus sum in virginalis vteri thalamo. *Hic erat hortus, in quo spirabant virtutum aromata, fructibus redundans copiis exuberans, flore virginitatis vernans, quem non venti tangebat austeritas, vbi melioris aura gratiæ indesinenter aspirat, & vernalis amœnitas allicit intuentes.* Pondera ab his: *Hic erat hortus, in quo spirabant virtutum aromata, &c.*

Honor.

Postquam apparent Horti fructus, noua germina flores requirit. Cant. 6. Honor.

36. Si hortus Marianus iam erat paradisus omnibus cælestibus germinibus abundans, quare sponsus Dominus rursum aspicere descendit, *si floruisset vinea, & germinassent mala punica*? Si iam hortus *fructibus* redundat, cur noui flores noua erumpentia germina requiruntur? Quia licet Maria virtutum ac gratiarum copia redundabat ante Incarnationem, in ipsa felicissimi temporis instantia nouis est donata priuilegiis, quasi de nouo plantato paradiso.

Postquam

37. Deus terram condidit ab initio. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* At post modum inquit, *Germinet terra herbam virentem.* Gen. 1. Non simul terræ apparet pulchritudo, priùs conditur, mox exornatur. Strictiori lege id Deiparæ impenditur, priùs pulcherrimam creari, postmodum noua pulchritudine decorari ad cælestis germinis productionem. Bernardus ser. de Virg. *In Virgine habitauit Pater & Filius, vt Creator in mundo, Imperator in Regno, paterfamilias in domo. Altissimus sibi eam quasi mundum specialissimum creauit, quam in iustitia, & sanctitate coram ipso fundaret.* Ac si diceret, Pater & filius in Virgine iam vti Creator, Imperator, Paterque familias commorabantur. At Altissimus præparaturus Filio specialissimum habitaculum, quasi rursum operam impendens exædificationi, *coram ipso Mariam mundum specialissimum creauit, quem noua iustitia, & sanctitate fundaret, fluenti sapientia irrigaret, cælestibus desideriis, instar aeris sublimaret, & igne dilectionis accendendo illustraret, Hinc in eius mente tanquam in quodam firmamento solem posuit, & lunam & stellas virtutes species omnimoda.* En mundum Marianum priùs conditum, adhuc specialissimè rursum efformatum. Quid plura? *Creato igitur* (seu recreato) *mundo, volens visitare Regnum, imperauit Angelo, qui ei conceptum Verbi nunciaret.* Disce hinc, speciali præparationi operam impendere cùm inire debeas Eucharistiæ conuiuium. Non sufficiat tibi ad tantum hospitem recipiendum hortum esse iam deliciarum, noua tunc germina proferri cura, de nouo mundus specialissimus fundetur, ad noui Adami receptionem.

Maria mundus pulcherrimus effecta est, mundus specialissimus quodammodo de nouo fundatur ad Verbum recipiendum. Gen. 1. Bernard.

Observatio IV.

Christi conceptum cælestia charismata in illo instanti collata Virgini comitantur.

Edocemur gratiam referre pro munere accepto.

VIdimus ex Origene, & Ruperto specialia charismatum incrementa collata Virgini Christum concipienti. 38.

In cuius confirmationem illo vtar testimonio: *Sapientia ædificauit sibi domum, scidit columnas septem.* Prou. 9. Domum Deiparam sibi condidit, cùm ex eius sanguine carnem assumpsit. Tunc *excidit columnas septem*, quando Deiparam nouo virtutum, ac charismatum fœtu donauit. Idiota in Contemp. Virg. docet Virginem specialibus Spiritus sancti donis super plenam ob Christum conceptum. *Septem columnæ sunt septem dona Spiritus sancti, quæ tūe requieuerunt in te, & nunquam te deseruerunt, per quæ stetisti firmiter, & perseueranter in omni virtute.* D. Bernardus ser. 9. ex paru. ex hisce septem columnis tres Trinitatis tribus personis dat, quatuor autem totidem cardinalibus virtutibus, quarum miris incrementis effulsit Deipara illa Incarnationis instantia, quasi de nouo structa.

Cùm concipitur Iesus, Mariæ septem donorum Spiritus sancti impendit incrementa, quasi nouam exædificationem. Prou. 9. Idiota. Bernard.

39. *Conceptio Iesu virtutum conuentus rursum nouis incrementis in virgine consecratur.* Cant. 3. Damian.

Archangelus profatur. *Spiritus sanctus superueniet in te.* Luc. 1. Quando? Profectò in ipso Incarnationis instanti cunctis Spiritus sancti donorum impleta est incrementis. Ipse profitetur sponsus. *Quæ est ista, quæ ascendit sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentary?* Cant. 3. Descriptam assero Mariam concipientem cunctis superaffluentem Spiritus sancti muneribus, virtutũ stipata colligatione. Petrus Dami. serm. de Assump. *Vniuersus puluis pigmentarius in Virgine proiectus est, quando in ea virtutum conuentus venerendum sibi thalamum consecrauit, quando tota plenitudo gratiæ superuenit.* Tunc enim post Iesum conceptum virtutum conuentus sibi in Virgine thalamum consecrauit, quando plenitudo gratiæ superuenit, Angelo fante, *Spiritus sanctus superueniet in te*, proiiciendo scilicet in Dei Matrem vniuersum puluerem pigmentarium, quasi de nouo conuentu virtutum eius in mente consecrato.

40. *Quàm immensa Deiparæ gratia post conceptũ.* Ansel.

D. Anselmus lib. de Excel. Virg. cap. 2. explicat immensum charismatum pelagus Virginis concipientis ex eo, quòd Dei Mater possit, & debeat appellari. *Hoc solum de Virgine prædicari, quòd Dei Mater est, excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici, vel cogitari possit.* Ex quo principio alterum deduco. Quemadmodum ex vnione humanitatis Christi cum Verbo colligo naturali quadam consecutione datam illi infinitam gratiam capitis, impeccabilitatem, & omnem rationem merendi, & satisfaciendi pro hominibus tanquam mediatori, ac Redemptori: & omnem scientiam, ac cognitionem eorum vsque ad cogitationes, cuncta denique charismata tanto vberiùs, & excellentiùs, quàm aliis, quanto excellentiùs nomen capitis hæreditauit. Sic etiam fateor quasi naturali quadam consecutione ex Matris dignitate debitam Mariæ immensam quandam gratiam, qua facta est impeccabilis, aduocata, mediatrix hominum, & cognitio eorum omnium requisita; prætereà tam copiosa charismatum, ac donorum supernaturalium affluentia, quanto excellentior est Mater seruo, & Verbo propinquior, quàm cæteri Angeli & homines. Hinc Methodius orat. de Purif. (Method.) *Euge, euge, quæ debitorem illum habes, qui omnibus mutuatur. Deo enim vniuersi debemus, tibi autem etiam ille debet. Proinde qui dixit, Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt is decretum à se promulgatum obseruet, omnem Matri & gratiam, & honorem impendit.* Et Cyprianus ser. de Nat. (Cyprian.) *Matri plenitudo gratiæ debebatur.* Vis ostendam quàm Mater Filio potentissimo similis post conceptum appareat? Thomas Angelicus Opusc. 8. de Salut. (Thom.) *Magnum est in quolibet sancto, quando habet tantum de gratia, quod sufficit ad salutem multorum. Sed quando haberet tantum, quod sufficeret ad salutem omnium hominum de mundo, hoc est maximum. Et hoc est in Christo, & in Matre Maria; quia in omni periculo potest habere salutem per Mariam, & in omni opere virtutis adiutorium.*

41. *Mons Maria post conceptũ, cuius altitudinem mirificè persequuntur.*

Præcinit Habacuc. *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharam.* cap. 3. LXX. *Et sanctus de monte vmbroso.* De Incarnatione quidã Hebræus, authore Hieronymo, interpretatur. Mons vmbrosus Deiparens virtute Altissimi obumbrata, cælestium charismatum incrementis eleuatissima. Canticum illud Prophetæ inscribitur; *Oratio pro ignorationibus.* Vt innueretur, quantumcumque præclara, & præexcelsa de Monte illo, ex quo Saluator, assecuti fuerimus, semper nostram ignorantiam, inscitiámque profiteri debere, Deúmque pro ignorantiis exorare, vt mentem sui radij splendore collustret, depellátque tenebras, vt vberiorem Deiparæ excellentiam calleamus. (consequi. Habac. 3. Hieron.)

42. *Post conceptũ Dominum Deipara increuere diuitiæ, vnde Trinitati parauit conuiuiũ.* Cant. 1. Alan.

Audite Deiparentem. *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Cant. 1. Postquam Christum in vtero concepi cælestium charismatum mihi tunc diuinitus collatorum fragrantia diffusa est. Alanus exponit. *Postquam concepit Virgo non solum mente, sed etiam ventre, factus est in ea spiritualis Christi recubitus. Vbi enim specialiter cœnauit cum Patre, & Spiritu sancto, vbi specialem missionem fecit, vbi specialiter & plenè recubuit, nisi in mẽte Virginis. O felix mens, in qua cælestes conuiuæ specialiter, & spiritualiter reficiuntur.* Prædiues reddita Deipara, post conceptum potuit virtutum incrementis pascere apparatu Regio Trinitatem. *Pax ibi primus cibus est, humilitas simul apponitur, cum patientia; mansuetudo quoque & lenitas, & quod summum est, sanctitas & puritas cordis; charitas autem in huiusmodi conuiuio principem obtinet locum.*

43. *Trinitas Virgini gratiam refert pro corpore Verbo aptato.* Luc. 1. Bernard.

Gabriel asseruit. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Luc. 1. Vbi Trinitatis circa concipientem Virginem exuberantiam donorum exprimit. Futura enim & Spiritus sancti, & Patris, & Filij innuitur operatio, *superueniet, obumbrabit, vocabitur.* Ad hæc D. Bernardus ser. de Deipar. *Pater in consecratione Virginis exhibuit claritatem, Filius humilitatem, Spiritus sanctus charitatem. Pater exhibuit potentiam, Filius sapientiam, Spiritus sanctus omnium virtutum gratiam. Pater auctoritatem contra peccatum, Filius humilitatem contra mundum, Spiritus sanctus charitatem erga Deum & proximum. Pater cælestium contemplationem. Filius carnis mortificationem, Spiritus sanctus compunctionem. Pater eam perficit, Filius eam erudit, Spiritus sanctus eam prouehit. Pater eam honorificat, Filius eam adhuc purificat, Spiritus sanctus eam pacificat.* Quàm redundans gratia, quæ inseparabilibus beatissimæ Trinitatis muneribus redonatur!

44. *Pro corpore accepto dedit Dominus Virgini mensuram superaffluentem.* Cant. 6. Guillet.

Ipsa profatur. *Ego Dilecto meo, & ad me conuersio eius.* Cant. 6. Quid Maria Dilecto Iesu? Carnem aptauit. Vt autem Dilectus gratiam referret, conceptus à Virgine, eam fecit charismatibus nouis abundare. Exposuit sic Guillermus fatus. *Itaque ego Dilecto meo ex me dedi corpus. Et dilectus meus mihi tribuit culmen excellentissimæ dignitatis. Eadem mensura, qua ego mensus sum dilecto meo, Dilectus meus remensus est mihi. Planè mensuram bonam, & coagitatam, & confertam, & superfluentem honoris, & gratiæ dedit, dabitque in signum meum, pro eo, quod illi incarnando promptè, hilarique fide aperui vterum meum. Sic ego Dilecto meo, & Dilectus meus mihi.* Illud expende: *Eadem mensura, qua ego mensus sum Dilecto meo, Dilectus meus remensus est mihi. Planè mensuram supereffluen-*

tum, &c. Quid Maria dedit Dilecto? Corpus, quod quidem Diuinitati vnitum mundi saluti sufficit, toti orbi dispensatur in pretium. Quid igitur Dilectus impendit Deiparæ, si non solùm mensura æquali, sed superefluenti vsus est. *A, a, a, nescio loqui. Oratio pro ignorantibus* à me profundenda.

45. *Nullus potest exprimere, nec ipsa quidem accipiens, qua in Virginem concipientem à Deo sunt cumulata.* August.

Certè tot, tantàque cælestia charismatum dona Virgini concipienti, sine mēsura à largiente Dilecto prouenere, vt nec vllus valeat exprimere, nec ipsa experta sapientissima Virgo possit explicare. Eleganter ponderat Augustinus in explic. Cant. *Magnif.* tom. 9. *statim adueniente Spiritu sancto in Virginem, quando concepit Christum, omni gratia virtutum sacrosanctum habitaculum impleuit, In aduentu Dei. Dubium non est cælestium gaudiorum, & æternæ dulcedinis quàm miram & inenarrabilem suauitatem Virgo ipsa concepit, quando illud æternum lumen cum toto maiestatis sua fulgore in eam descendit. Et quidem non capit mundus, & totum se intra viscera Virginis collocauit. Audacter pronuncio, quòd nec ipsa plenè explicare potuit, quod simul tunc capere potuit.* Vnde clamat; *Quia fecit mihi magna.* Attamen magnalia hęc minimè valet aperire. *Quid nos tantillo* (idem Doctor serm 2. de Assump.) *referemus, cùm etsi omnium nostrûm membra vertêrentur in linguas, sufficienter exprimeret nullus.* O felix conceptus!

46. *Quodam modo Mariam eleuatissimā post conceptū sponsus calestis non agnoscit.* Cant. 6. Mat. 1. Epiph.

Quid si nec cælestis sponsus Mariam post conceptum Filium quodammodo in immensum eleuatam non agnoscat? *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol?* Cant. 6. Asserit de terreno sponso Matthæus, *Non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum.* cap. 1. Quid mirum à Iosepho non cognosci, quæ tot gratiæ incrementis, concepto Filio, erat ad superos eleuata. Epiphanius, *Non cognouerat, quòd tali gloria honoranda esset mulier super terram.* Quid mirum gloriam concipientis Virginis haud cognitam à Iosepho, si sponsus cælestis quodammodo ipsam nō agnoscit, *Quæ est ista.* Rupertus, *Quando Spiritus sanctus in te superuenit, & Filium concepisti, tunc fuisti pulchra vt luna, electa vt sol*, clamante sponso, *Quæ est ista, quæ ascendit?* Ediscas precor gratiam Deo referre pro accepto munere, dum ipsum vides tam exuberanti mensura Virgini conferenti corpus sc gratum exhibere.

OBSERVATIO V.

Angelicæ salutationis commendatio.

Vbi Mariani Rosarij edocentur cuncti reuerentem recitationem omninò salutarem.

47. Canis.

SVMMAM ex Canisio vidimus Angelicæ salutationis præstantiam, ex qua eximium Mariæ exsurgit elogium in alumnorū Virginis gratiam, qui Rosarij recitandi curæ operā impendunt.

Audita insolita salutatione Angelica pauescit ipsa Virgo perterrita.

Ita equidem salutationem Angelicam nouam assero, ita laudibus Deiparæ plenam, ita diuina prorsus maiestate redundantem, vt ipsius orationis die natali, ipsa Virgo sanctissima Patris Filia, Spiritus sancti sponsa, Filij Mater futura sapientissima prorsus post euolutam sacram paginam, post cælestium arcanorum contemplationem tantæ laudationis mole perterrita expauescerit. *Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius.* Luc. 1. Profitetur Columnius aliàs non pius. Conc. 4. de Annunc. *Nouo quodam, & insueto modo hic Virgo salutabatur; ac ideircò turbatur, quòd nunquam aliàs audita esset talis salutatio, nec similis in sacris literis reperiatur.* Reor ex Ambrosio accepisse. Luc. 1. *Benedictionis nouam formulam mirabatur, quæ nusquam lecta est, nusquam comperta.* Beda, Sophronius, & Petrus Damianus consentiunt. Te, quæso, nouitas, & augustum salutationis ad reuerentiam excitet. Certè Maria prima reuerita est tantæ Orationis gloriam, Beda fatente. *Maria salutationem Angelicam renerebatur; erat enim cogitans qualis esset,* (id est, quàm præcelsa) *ista salutatio.* Si Virginem audita ad reuerentiam traxit, quid non te ex ore tuo procedens reuerentem efficiet?

Luc. 1. Columnius. Ambros. Beda.

Nullum mysterium sic hominem ad reuerentiam trahit, quàm Incarnatio Verbi. Ideò Ioanne in Missæ termino proclamante, *Et Verbum caro factum est*; cap. 1. procidunt fideles reuerentiæ mysterio tanto exhibentes obsequium. Procide igitur Oratione Angelica insonante; est enim mysterij incarnationis assertio. Petrus Damianus serm. 3. de Nat. Mat. docet in salutatione Angelica duo verba esse orbi nunciata; in quorum conspectu *omnia verba alia debeant muta apparere.* Primùs quidem, quòd ipse rugitum altissimæ vocis appellat, in hac Archangeli sententia situm: *Aue gratiâ plena.* En enim Verbi Incarnatio; hominum redemptio, mundi renouatio continetur. Alterum verbum Ioanni tribuit, id est, *Dominus tecum*; quod quidem verè filius tonitrui profudit synonymè. *In principio erat Verbum: & Verbum caro factum est.* Petrus Alex. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis tum, cùm Angelus sacram Virginem eiusmodi salutauit Oratione: Aue gratia plena, Dominus tecum.* Audiens ergo Orationem Angelicam, existima Ioannem exaudire profātem; Et Verbum caro factum est. *Nam illa,* adiicit, *Gabrielis salutatio Verbum in vtero Virginis natum, & Carnem factum insinuat.* Quid igitur non audito tonitru totis artubus contremiscis, mente & corpore procidens?

48. *Salutatio hæc mysterij Incarnationis memorat, vnde à procidentibus audienda, & recitanda.* Ioan. 1. Damian. Petrus Alexan.

Nec solùm cupio te ad reuerentiam allici, seu audita, seu prolata à te Angelica salutatione; cupio simul teneruum tuum affectum excitare, vt sæpe quotidie Virginem Oratione hac salutare iubeas. In primis assero nullam Orationem adeò accommodatam esse ad Virginis gloriam euulgandam, non modò quæ ab hominibus, sed quæ & ab Angelis queat excogitari. Innuit id Gabriel cùm Virginis beneuolentiam captare vellet ex augusta eius laudum prolatione: tunc enim nulla priùs sententia venit in præexcelsam Archangeli sapientissimi mentem, quam *Aue Maria.* Innouit

49. *Salutatio Angelica Virginis gloriam apprimè profert.* Luc. 1.

nuit id Elisabeth, quæ concepta innumera Deiparentis priuilegia nullo alio sermone exposuit, quàm Angeli repetita sententia, *Aue gratia plena*, &c. Canisius lib. 3. cap. 2. *Angelica salutatio non solùm hominibus in terra, sed etiam Angelis in cælo ad lectissimam honorandam Virginem est vnicè accommodata.*

Canis.

50. Tam præcelsa salutatio hæc, vt ostendat Archangelus, quanta sit Deipara, illam vtique recitando. D. Ambrosius in Luc. 1. *Soli Mariæ hæc salutatio seruabatur.* Et Sophronius ser. de Assump. *Nec solum consueta est, verùm etiam omni admiratione digna, & ab Archangelo venerabiliter, & officiosissimè facta, in qua diuinitus declaratur, qualis quantáque sit Virgo ad summum illud electa mysterium, vt hinc illius præstantiam idem Archangelus miraretur.* Si qualis quantáque sit Deipara diuinitus declaratur vnica Angelica salutatione, quonam modo homines qualis, quantáque sit Virgo exponere, nisi eandem Orationem proferamus. Quidnam nos ita ad huiusmodi salutationis recitationem excitare potest, quàm mente illud euoluere, scilicet eodem nos vti Virginis præconio, quo Deus ipse Deiparæ gloriam, ac dignitatem mirabiliter expressit.

Recitans salutationem hanc ostendit, quanta sit Deipara. Ambros.

51. Quid si ad exhibendas Virgini gratias pro acceptis ab ipsa beneficiis apprimè sit Angelica salutatio excogitata? Archangelus ipse ex memoria mœnium cælestium reparationis, hominúmque salutis, redditurus Mariæ Deiparenti gratiam, hanc salutationem cælesti ore profudit. D. Lauren. Iustin. ser. de Annunc. *Meritò Angelus ad Virginem mittitur, vt nouam gratiam noui partus noua salutatione differeret. Visitationis enim aderat tempus, in quo liberaretur reus, deleretur culpa, ac cælestis Ierusalem readificarentur mœnia. Quamobrem lætus Paranymphus effectus pro officio, exhilaratus pro gratia, descendit, fatus, Aue gratia plena.* Ingratus omninò deprehendar, si tantæ beneficiorum effectrici salutationem Angelicam non prælibaro, magnalia Deiparæ gratitudinis ergò publicando. Canisij pulchram transcribam sententiam, lib. 3. cap. 2. *Cur ergo illi non* Aue *dicamus, quæ tota pulchra, tota formosa, Dei amica semper perseuerauit, quia* Gratia plena. Quæ non ignobilis, non orphana, *vel aliena opis indiga, quia cum illa Dominus. Quæ non communibus feminarum ærumnis obnoxia, non muliebribus næuis infecta, non virgo fatua, non coniux immorigera, non vidua irreligiosa, quia* Benedicta inter mulieres. *Quæ in coniugio non sterilis, & infœcunda, non prolis obscuræ, nec pœnitenda mater, quia* Benedictus fructus ventris eius. Et adiicit, *O nos ingratos dicam, & maledictos, si benedictam vitæ ac salutis nostræ Christi parentem adeò non amplectimur, non suspicimus, non colimus, vt nec salutatione quidem dignam esse arbitremur.* Quasi ingrati omninò, minimèque amplectentes, suspicientes, ac colentes Deiparam reputemur, si Oratione Angelica eam non iubeamus salutari.

Ad exhibendas Virgini gratias pro innumeris continuis muneribus accomodata egregiè hæc salutatio. Laurent. Iustini.

Canis.

52. Quòd si propria vtilitas nos soleat afficere, salutatio hæc mirum in modum est hominum commoditati spirituali adnata, cùm tota sit compacta ex salute. Richardus Laurent. lib. 1. de Laud. Virg. *Angelica salutatio delata ad Virginem decem dictionibus consummatur, vt Aue sit prima dictio, Maria quod apponit Ecclesia, sit secunda, Mulieribus decima. In quo innuitur, quòd per eam erat Angelorum ordo decimus reparandus & drachma decima recuperanda.* Si ex salute compacta salutatio, si ab Angelo in cælis dulci portu fructi recitatur, quid fluctibus agitatus, salute dubia, non affectuosè profundam? Richardus cap. 8. lib. 1. *Igitur quia tam dulcis, tam celebris, tam festiua, tam suauis est salutatio Angelica; dignum est, vt à Christicolis celeberrimè & deuotissimè recitetur in terris, sicut à Cælicolis (vt piè creditur) frequenter recitatur in cælis ad honorem, & gloriam Virginis gloriosæ.*

Nostram vtilitatem maximam quærimus hac salutatione vtentes.

53. Prætereà ad salutationis huiusce recitationem alliceris, dum contemplaris proferentem te Choro Angelico adscribi. Absolutam námque salutationem ab Elisabeth vidimus. Nam Angelo inchoante, *Aue gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*, Elisabeth absoluit, *Et benedictus fructus ventris tui.* Quare? Beda. *Quatenus & Angelis, & hominibus veneranda monstretur.* Rectè quidem. Sed aptiùs argumento dixero, vt appareat hominem recitantem Orationem Angelicam, Angelico Choro adscribi. Cur existimas Ecclesiam salutationi huic illam particulam addidisse: *Maria*? Profectò vt Angelico choro instar Elisabeth addiceretur. Richardus. *Angelus primò apposuit* Aue, *Ecclesia interserit* Maria. *Vt in salutatione Mariæ conueniat Ecclesia militans cum Ecclesia triumphanti.* Quàm præexcelsa hominis gloria ex huius salutationis recitatione cum triumphali Ecclesia conuenire!

Choro Angelorum adscribitur, qui salutationem Angelicam recitat. Luc. 1. Beda. Richard.

54. Alliciat ad recitationem frequentem præmium ingens, quo Deipara resalutans donat se salutantes. Audi Richardum Laurent. citat. *Si quis assidue magnatem aliquem, aut potentem salutaret, licet indignabundum & superbum, non esset tam illiberalis, quin salutatorem suum resalutaret aliquando, saltem victus importunitate, iuxtà illud Eccli. 43. Erubesce à salutantibus de silentio. Numquid magis indignantis naturæ erit Mater misericordiæ mulierum humillima? Absit. Resalutat beneficia tribuendo. Satis enim probabile, & credibile est, quòd si sæpe B. Virgini salutationem Angelicam quis replicaret, scilicet,* Aue Maria, *vsque ad* Fructus ventris tui, (quod quidem præstant Rosarij recitatores) *ipsum benedictum fructum à benedicta Matre quandoque in præmium reportaret.* Quid hoc munere augustius?

Præmio ingenti afficitur frequenter recitans salutationem. Richard.

55. Cæterùm vidi Rosarij Mariani recitatores tam addictos virtuti, tam bonæ frugis alumnos, vt in hortum Deo iucundissimum conuertantur, fante Domino, *Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium.* Cant. 6. Hortū certè amœnissimum Rosarij appellat recitatorem virtutibus vernantem. Alanus sic. *Hic est Hortus, in quo redolent Rosaria.* Rosarium redolet? Audi huiusce fructus recitationis. *Hortus est fructibus redundans, copiis exuberans, flore virginitatis vernans, vbi melioris auræ gratia indesinenter aspirat, & vernalis amœnitas allicit intuentes.* Quàm hortus, quàm florentes, quàm odoriferi, qui frequenti Rosarij recitationi operam nauant!

Recitans Rosarium, frequenter hortus deliciarū Domini apparet. Cant. 6. Alanus.

56. Mouerim tamen recitandam salutationem Angelicam reuerentia ac puritate comite, vt

Angelum

Reuerentia ac castitas recitationem debet comitari, non tamē tempori abstineant, hoc fortasse præsidio conuertendi. Richard.

Angelum recitantem imitemur. *Si enim* (loquor cum Richardo vbi suprà *tam affectuose & sedulò salutamus, caput nudamus, inclinamus, assurgimus, genua flectimus, salutatione toties replicata familiares magnatum, quorum auxilio in Curiis indigemus: quid faciendum est potissimè Matri Mariæ in Curia Vnigeniti sui, cui non solùm efficaciter supplicare, sed etiam Materna authoritate præualet imperare?* Profectò proferenda salutatio Angelica animi ac corporis puritate. Quod probat idē Doctor profatus. *Hanc salutationem* pro maiori parte composuit Angelus, pro minori Elisabeth; quia acceptior est Mariæ laus castorum, qui per Angelum, quàm coniugatorum, qui per Elisabeth designantur. Vnde Apocal. 14. Nemo poterat dicere canticum illud, nisi illa *centum quatuor millia.* Salutationem hanc deceret virginitas; at & coniugati casti dignè proferunt & quicunque voluptatibus indulget, haud debet à tanto munimine abstinere, sed sæpiùs replicare, Rosarij enim vi innumeri peccatores se ad meliorem frugem receperunt.

SECTIO TERTIA.

Mariæ Cantus,

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. 5. AD Elisabethæ domum pergit Deipara propinquæ præstitura obsequium. Redeunte ad Nazaretham Virgine mox à Bethlehemo rediit sponsus, Nuptias celebraturus.

COMMENTARIVS LITERALIS.

---

§. I.

Nonnulla circa Visitationis Marianæ historiam adnoto.

Ad Elisabethæ domum pergit Deipara.

1. *Cur Deipara Elisabeth inuiserit* Ambros.

PRÆMITTENDVM, quid Virginem prægnantem compulerit ad Elisabetham inuisendum? An dubia de oraculo, experiri voluit, num Elisabeth mirabiliter grauida? D. Ambrosius Theophylacti venia audiendus, & sequendus, Luc. 1. *Non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuncio, nec quasi dubitans de exemplo; sed quasi læta pro voto, religiosa pro officio, festina pro gaudio, ad montana perrexit.* Hoc præmisso. Primam visitationis causam (*Prima causa,*) assigno Ioānem sanctificare. Origenes hom. 7. (Origen.) in Luc. *Iesus, qui in vtero Virginis erat, Ioannem adhuc in ventre Matris positum sanctificare festinabat.* Secundam, cognatæ congratulari. (Secunda. Beda.) Beda hom. de Visit. *Intrat Virgo domum Zachariæ, vt congratulatura de dono, quòd conseruam Elisabetham accepisse didicerat.* Cui hæret Metaphr. (Metaph.) Tertiam, ministrare seruam, humilitatis affectu. (Tertia. Anton.) Antoninus 4 p. tit. 15. cap. 27. *Virgo cum Elisabetha tribus mensibus stetit, vt in partu tunc futuro ei inseruiret. Et quis vnquam audiuit talia, vt Regina grauida pergat ad seruam suam ad ministrandum ei in partu?* Consonans Beda, (Beda.) *Intrat Virgo, ait, domum Zachariæ, non vt verbum Angeli mulieris attestatione probaret, sed vt mulieri prouectæ ætatis mulier iuuencula ministerium sedulò impenderet.* Quartam mihi magis arridentem expono ostensionem (Quarta.) specialis obsequij, quod cognatis debetur. Philo lib. de vita Moysi aiebat. (Phil.) *Nos decet mitiùs agere, & gentiles necessitudines reuereri.*

2. *Quot leucas Virgo confecerit*

Deinde vestigandum quot leucas Virgo confecerit? Hebron antonomasticè dicta *Ciuitas Iudæ*, sita erat in montana regione Tribus Iudæ versùs Austrum, viginti duobus millibus, hoc est, quinque leucis nostris cum dimidia distans ab Ierosolyma (Hieronymo, ac Beda assertoribus) (Hieron. Beda.) vix vnius diei itinere. Hinc rimari licet quantum itineris Virgo confecerit. Suarius Episc. Conimbr. Tract. 17. in Luc. (Suarius, Episc.) Nazarethā, quæ ad septemtrionem est Ierosolymæ, quinquaginta quatuor milliaria, siue tredecim leucas cum dimidia ab Ierosolymis distantem constituit. Quibus si viginti duo milliaria, seu quinque leucas cum dimidia vsque ad Hebron adiicias, confecisset quidem Deiparens iter decem & nouem leucarum. Sequor tamen Brochardum illius viæ percursorem (Brochard.) asserentēm Ierusalem distare à Nazareth leucas viginti septem, quæ, additis quinque & dimidia ad Hebron, efficiunt triginta duo cum dimidia. Quod quidem re in dubia probabilius existimo.

3. *Quando rediret Virgo*

Præthereà discutiendum de Virginis reditu ad Nazaretham. Mansit quidem cum Elisabeth tres circiter menses, vt suis colloquiis, & amicis obsequiis anum subleuaret. Attamen quia virgines, de more, non aderant parientibus, Mariam ante Ioannem natum reuersam assero. Affirmat Tatianus Alex. in harmon. (Tatia.) Euang. *Mansit Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam. Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, &c.* Describit quidem Eusebius Emissenus (Emissen.) & Virginis discessum, & vtriusque coniugis lacrymas fer. 6. Adu. *Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus. Decebat enim, vt simul manerent, quatenus in illo paruo temporis spatio & Elisabeth à Maria, & Ioannes à Christo doceretur.*

retur. Libet nunc intueri, quantas tunc Zacharias, & quantas Elisabeth lacrymas funderent, quando Virgo recessit, quando gaudium, & stella maris in domum suam reuersa est. Ioannes quoque quamuis adhuc in matris vtero clausus, in eius discessu non parum doluit, qui in illius aduentu tanto gaudio exultauit. Rupert. Rupertus autem lib. 2. Cant. *Res agit, vt quaramus, quousque, vel quandiu B. Virgo mansit cum Elisabeth cognata sua. Vtique mensibus tribus fere, vsque dum Elisabeth tempus pariendi impletur; ille námque mensis sextus erat illi, quando Maria exsurgens abiit. Maria autem mansit cum illa quasi mensibus tribus, inquit Euangelista, & reuersa est in domum suam. Statimque subiungit, Elisabeth autem impletum est tempus pariendi. Ergo Maria iam non erat illic, quando Elisabeth peperit filium.*

4\. *Cur nō interfuit instanti partui?* Rogas igitur cum eodem Abbate, *Cur non interfuit* partui? *Cur tanti gaudij, tanta exultationis festiuitatem non expectauit? Cur discessum suum non distulit, donec videret Infantem?* An vt Virgo purissima Virginum in documentum concursum hominum vitaret? Sic Rupert. asserit Rupertus, *Benè actum, optimè prouisum est, vt postmodum ventura multitudine ad illud natiuitatis Ioannis gaudium, reuerteretur in domum suam; ne prius ab illis deprehenderetur in vtero habens, quàm ab ipso B. Iosepho.* Directiùs autem respondet Titus Bostr. Luc. 1. Titus. *Redit antè, quia circa Elisabetha partum magna hominum multitudo ad Zacharia ædes confluxura erat. Virgo autem sanctissima virgineo quodam pudore tenta, hominum conspectum declinabat.* Theoph. Et Theophylactus, *Quia paritura erat*, inquit, *Elisabeth, abscedit Virgo propter multitudinem eorum, qui ad partum conuenturi erant. Indecens* Auctoris sententia. *autem Virgini in talibus versari.* Ego antem ideo recessisse reor, quia de more virgines parientibus non intererant. Euthy. Sic Euthymius. *Erat autem & moris, vt abscederent virgines, cùm paritura erant pragnantes*, Et Nicephorus lib. 1. cap 8. *Cùm autem in moribus esset, vt virgines cùm partus grauida mulieri, & iam parienti immineret, secederent, tertium cum ea versata mensem, domum suam reuertitur.* Legantur Ambros. lib. 2. in Luc. cap. 3. & August. lib. 2. de Cons. cap. 5.

5\. *Quid discedens Virgo mente volueret.* Birgit. Non prætermittam id quod ipsa Deiparens D. Birgittæ reuelauit lib. 6. cap. 59. videlicet discessisse à domo Zachariæ mente voluentem, quidnam Iosephus, cùm primum tumentem vterum aspiceret? Cui Gabriel respondit. *Deus in te, non timeas.* In solatium memini illorum, qui innocentes falsæ alicuius suspicionis fluctibus agitantur. Nil est, quod timore corripiatur ille, quem protegit innocentia, quem Deus ipse comitatur.

---

§. II.

Canticum Mariæ Patrum testimoniis expendo, illustro.

QVia sectio Euangelica historiam expendens Visitationis solemni non omnino Virginis Canticum recenset, operæ pretium duxi ex Patrum sententia in præsenti exponere, & illustrare. Magnificata itaque, laudatáque Deipara ab Elisabeth, Deum magnificans, in ipsum, à quo cuncta acceperat bona, laudes texuit primum noui Testamenti nouum Canticum modulata præstantior quidem Maria illa, quæ primum veteris Testamenti Canticum in actionem gratiarum effudit.

Magnificat, ait, *anima mea Dominum.* 6.

Quonam modo Deipara Deum magnificauit? Origenes hom. 8. *Quonam modo Deipara Deum magnificauit?* Origen. *Cùm grandem fecero imaginem, id est, animam meam, & magnificauero eam opere, cogitatione, sermone, tunc imago Dei grandis efficitur; & ipse Dominus, cuius imago est, in nostra anima magnificatur. Et quomodo crescit Dominus in nostra imagine, sic si peccatores fuerimus, minuitur, ac decrescit.* Et Theophylactus. Theop. *Magnificat*, inquit, *Deum, qui dignè iuxta Deum ambulat; magnificas operando magna, cælestiáque opera.* Si Deum magnificat, qui animum suum, qui Dei imago est, virtutibus ornat, quantum magnificauit Deum illa, apud quam gratia plenam collegium sanctitatis. Attamen sic explico sententiam. *Auctoris expositio.* Meritò mihi gratularis Elisabeth. Sed hoc totum diuini gratuitique muneris est, vnde nihil est, quod meis arrogem meritis. Ideo non lingua tantùm, sed ex intimis præcordiis anima mea suæ imbecillitatis sibi conscia, Dominum extollit laudibus, tanto vehementiùs admirans diuini beneficij magnitudinem, quàto minùs agnoscit in se meritorum. Est, de quo illi gratias agam, est, de quo illius benignitatem prædicem; non est, de quo mihi plaudam.

Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. 7.

Quid spiritus exultatio? Nō solùm anima, sed spiritu Deum laudat, Deipara. Quodnam discrimen inter spiritum, & animam? D. Thomas ad Hebr. 4. Thom. *Spiritus in nobis dicitur illud, per quod communicamus cum substantiis spiritualibus; anima verò illud, per quod communicamus cum brutis.* Vnde spiritus est mens humana, scilicet intellectus, & volútas. Paulus ad hæc, *Vt integer spiritus vester, & anima, & corpus conseruetur.* 1. Tessal. 5. 1. Thessal. 5. Distingoit animam & spiritum. Nyssen. Nyssenus apud Teophyl. *Spiritum dicens Apostolus, rationalem partem indicauit; animam verò dicens, indicauit partem sensitiuam.* Igitur *exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Anima simul & spiritu in cæleste obsequium affecto, gestio, non in me, sed *in Deo salutari meo.*

Salutari meo. 8.

Cur beneficiū commune efficit Virgo peculiare? Græcè, *Seruatore meo*, aliàs *Saluatore.* Cur commune beneficium suum efficit peculiare? Quia aut seruationem specialissimam, ne originali crimine inficeretur, respicit, aut exuberantem memorat prædestinationem. D. Paulus. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Gal. 2. Gal. 2. Ad quem locum Chrysostomus, Chrysost. *Quid facis Paule, dum communia propriè tibi vēdicas? quæque pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria?* Respondet appositè. *Cùm consideraret Apostolus infirmitatem humana natura, & ineffabilem Dei sollicitudinem, tum quibus ipsum malis liberasset, qua bona largitus esset, inflammatus illius desiderio hunc in modum loquitur.* *Auctoris commentatio.* Ac si diceret, Deus me à tot malis liberauit, tot me cumulauit muneribus, vt solius mei

Redemptor

Redemptor esse videatur. Contemplata Virgo humanæ naturæ infirmitatem, qua cuncti Adami filij quasi iure hæreditario simul cum vita peccatum originale ebibunt. Voluens itẽ mente, à qua ipsam Conditor clade liberasset, quanta largitus esset diuinæ gratiæ munera, inte Deum peculiariter aduocat salutare, seu Redemptorem suum; ideò Mariæ spiritus ineffabili gestit lætitia, exclamante Ruperto, *O Beata Maria,* (Cant. 1.) *inũdatio gaudij, vis amoris, torrens voluptatis totam te operuit, totámque obtinuit,* à tanto erepta malo, tantis bonis à Domino donata.

Rupert.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

9\. Humilitas *virtutem* significat, & *abiectionem.* De virtute explicant Origenes, Rupertus, Beda, Cassia, Bernardus, Hugo. & alij. De abiectione Caietanus, Euthymius, Isidorus Clarius interpretantur. Hi quidem hoc sensu, Dominũ magnifico, quia meam exiguitatem respexit. Illi autem, Deum glorifico, quia me humilem corde respicere dignatus est. Christus enim Matth. 11. eodem Græco vocabulo, quo hìc Virginis humilitas designatur, sese vocat humilem corde. *Quia mitis sum, & humilis corde.* Hæreo iis, qui humilitatem explicant abiectionem. Exultat spiritus meus, non in se, sed in Deo, qui mihi, cunctísque totius salutis est author. Etenim cùm essem omnium abiectissima, tamen ille pro sua bonitate humilem suam ancillam respexit.

An humilitas hic virtus, aut abiectio? Origen. & alij. Caietan. & alij. Matth. 11. *Authoris placitum.*

Ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes.

10\. Missis pluribus expositionibus, existimo beatã ac præexcellsam prædicari Mariã *ex hoc*, scilicet propter humilitatem, quam Deus ita euexit, vt meritò Deipara suis oculis abiectissima, laudibus eximiis, honorificentissimísque præconiis euehatur. Aiebat Rupertus l. 1. in Exod. *Gloriosa virtutum Regina humilitas, quæ in cælum volare consueuit.* Sese Virgo demittens necessariò erat in superas efferenda. Catena Græca Psalmis Theodoreti adiuncta, sic. *Quia ego sum ad tantum officium? Ipse respexit, non ego expectans, humilis namque eram, & abiecta. Et nunc à terra ad cælos transeo, & ad arcanum mysterium trahor.* Posteà itaque, ô Elisabeth, iuxta tuum, & Angeli sermonem, me felicissimam sunt prædicaturi, non solùm huius ætatis Iudæi, verùm etiam sæculis omnibus cunctæ totius orbis nationes, quibus contigerit ex me Seruator.

Ex humilitate præcelsa Maria prædicatur. Rupert. Catena Græca.

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius, & misericordia eius a progenie in progenies, timentibus eum.

11\. Causam reddit, cur beata sit appellanda, videlicet, Potentia Dei, Nomen Dei sanctissimũ omnibus venerabile, Misericordia Dei, quæ per cunctas progenies timentibus eum diffusa est, & diffundetur confluxerunt quidem, vt Deiparæ gloriæ operam darent. Expende diuinæ omnipotentiæ præstantiam, Nominis Dei virtutem considera, Misericordiæ diuinæ mirabiles effectus mente euolue, & Mariæ magnalia ineffabilem in admirationẽ abripiẽt.

Causam reddit, cur beata sit appellanda.

Fecit potentiam in brachio suo.

12\. Adde Deum omnipotentem ac infinitè misericordem in brachio suo potentiam fecisse. Tanta Marianæ exædificationis præstantia, vt Potentia, Nomen, ac Misericordia Dei quasi potentiam in brachio fecerint in stupẽdi operis exaggerationem. Digitis operatus est Conditor cælos, fante Dauide, *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum.* Psal. 8. Singulari digito filios Israël mirabilibus in lucẽ editis operibus è captiuitate ad libertatem reuocauit, hostibus profitentibus, *Digitus Dei est hic:* Exod. 8. Digiti sola scribentis specie illi superbo Principi nimium terrorem incussit. *Quasi digiti manus hominis.* Dan. 5. Prob operis Mariani præstantia, cui perficiendo non species digiti, non solus digitus, aut manus, sed brachium totius corporis vi ac impetu adiecto, sufficitur. Hæc vera. Attamen ad literæ accuratiorem enodationem, quia Deipara ostenderat se ad tantam celsitudinem euectam, euehendámque propter humilitatis affectum, id confirmat, asserendo, Filium à Patre in superborum deiectionem, humiliumque subleuationem immissum.

Quid in brachio potentiã fecerit in Maria magnaliũ ostensionem? Psal. 8. Exod. 8. Dan. 5. *Authoris expositio.*

Fecit potentiam in brachio suo.

13\. Ad ipsum Incarnationis mysterium aliqui alliciunt, quasi Dei potentissimi brachium sit Iesus. *In brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Ac si diceret, Deus volens deiicere sapientiæ, potentiæque supercilium mundanæ, per Filium suum factum humilem exeruit robur, sui brachij, ac stultam fecit huius seculi sapientiam: deiecit, ac fregit huius mundi potentiam. Cæterùm qui freti sua sapientia, qui confisi suis viribus ceruices suas erexerunt, hos mirabiliter dissipauit suis ipsorum consiliis. Ita versis rerum vicibus, qui priùs sublimes sedebant in thronis humana sapientia turgidi, humana potentia formidabiles, hos detraxit à fastigio rerum; & qui iuxta mundum erant humiles, hos diuina benignitas sustulit in altum.

Per Filij humilitatẽ humilibus eleuatis, deiecti sunt superbi.

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ; sicut locutus est ad Patres nostros Abraham, & semini eius in secula.

14\. Suscipere idem est ac auxilium ferre. *Dextera tua suscepit me.* Psal. 17. Auxilium mihi tulit. *Dicet Domino, susceptor meus es tu.* Ps. 90. Defensor, & auxiliator. Igitur seruum suum, seu populum suum Deus defendit, opem tulit ei per Incarnationem. Sensus sic eliciendus. Defendit Deus populum suum memor misericordiæ suæ (*sicut locutus est ad Patres nostros,* videlicet ad Abrahã, & semen eius, id est Isaacũ, Iacobum, & Prophetas) in sæculum quidem permansuræ.

Quid, suscipere Israël. Psal. 17. Psal. 90.

15\. Accipe Cantici huius contextum è Patrum penu breuissimè expositum. Anima mea Deũ magnificat, extollit, & spiritus meus in Deo salutari meo exultat. Quia respexit ad me humilem ancillam suam. Ecce enim ex hoc, non tu sola, sed generationes cunctæ me beatam prædicabunt. Quia fecit mecum magnalia qui potens est, cuiusque est nomen sanctum; qui suam misericordiam non in me solam, sed in omnes succedentes generationes præcedentiũ se liberaliter diffundet. Qui multa sua virtute potenter operatus est, disperdens superbos, seu de se magnificè sentientes, & potentes de sedibus suis deturbans, ac humiles exaltans; esurientes & indigos cumulans bonis, & diuites inanes dimittens: Suscepit Israël suum seruum memor suæ misericordiæ, quam pollicitus fuit in sæcula exhibẽdam Abrahã, ac posteris eius.

Paraphrasis Cantici.

IN MARIAM NVPTAM.

PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS

Circa literam,

Ex Virginis Cantico.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba,

Magnificat anima mea Dominum, &c.

Multipliciter Deum Maria magnificauit.

Vbi ostendo ab illo Deum magnificari qui peccati tyranno non paret, qui Dei imaginem, seu propriam animam efficit grandem, quique Deum laudibus effert.

16\. *Maria se non excitat ad Deum magnificandum, quia quasi edocta à natura magnificat semper.* Psalm. 102.

PRÆMITTO non dixisse Mariam *Magnifica, ô anima mea, Dominum,* quasi excitans animum ad Deum efferendum; sed *Magnificat.* Haud opus animam Deiparæ ad Dei magnalia proferenda excitari, quæ quasi adnato affectu Deum magnificabat. Reliqui Diui citharæ quidem, sed interdum per carnis frigiditatem dissonantes, opus erat, vt arte ad harmoniam reuocarentur. *Benedic, anima mea, Dominum.* Psal. 102. Annon cithara Dauidica vel paruulo temporis interstitio mutescens? Id innuit Regis excitatio, *Benedic.* At cithara Spiritus sancti Maria nunquam non profundens harmoniam, *Magnificat anima mea Dominum.*

17\. *Maria magnificata est Mater Dei effecta vt ipsa Deum magnificare posset.* Psal. 8. Lyran. Laurent.

Christi humanitas nomen Magnificentiæ in sacris obtinet. *Quoniam eleuata est Magnificentia tua super cælos.* Psal. 8. Lyranus. Id est, *Christus Dei magnificentia, eleuatus est super cælos.* At Richardus Laurent. lib 4. Mariam exponit Dei esse *Magnificentiam.* Quare Maria Dei Magnificentia dicitur? An quia magnificata à Deo? An quia Deum magnificauit? Profectò Deipara mirum in modum à Deo est magnificata, dum Mater Dei efficitur, vt euecta ad supremum cumulum dignitatis, totum id supponat Dei pedibus, vt illum quodammodo magnificare possit. Additur enim (sic fari liceat) Deo Christi mater, & ipse Christus in vtero mariano existens, qui Dei solus ipse magnificentia est. Richardum audite. *Maria dicitur Magnificentia Dei à Dauide, (Quoniam eleuata est Magnificentia tua) quia magnificata est à Deo, & magnificauit Deum, passiue scilicet, & actiuè. Passiue, quia Deus magnificauit eam, Filium suum ei addendo, vnde ipsa dixit. Fecit mihi magna qui potens est. Actiuè, quia ipsum magnificauit, se Magnificentiam tantùm sub ea humiliando. Sicut qui in se non mouetur* (id est crescere non potest) *alterius* (id est mariæ) *humiliatione exaltatur. Ideo dixit ipsa, Magnificat anima mea Dominum.*

Richard. Laurent.

18\. *Abacus est Maria Dei magnitudinem ostentans.*

Annon abacus armarium est, quod Principes apponunt, vbi vasa aurea & argentea non tam in inuitatorum obsequium, quàm in conuiuij gloriam assolent collocare? Abacus ille Principem magnificat, dum eius opes, ac magnitudinem cunctis ostentat. Profectò maria mater Dei effecta, tot virtutibus exornata, tot opibus redundans cælestibus armarium est, Dei omnipotentis apprime ostentans magnitudinem. *Perfice eam,* (canebat Dauid) *quam plantauit dextera tua.* Psal. 79. R. Hakados apud Galatinum lib. 7. cap. 2. Sic legit, *Perfice abacum, quem plantauit dextera tua.* Quàm perfecta Maria! Tot illa diuitiis cumulata Dei abacus est, ipsum magnificans.

Psal. 79. R. Haka.

19\. *Tot magnitudinis Dei mira videmus in Virgine, vt ad stuporem mutum cogamur.* Cant. 4. Pagni. Hieron.

Annuit Sponsus, *Sicut Turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis.* Cant. 4. Phrasis Hebræa *Lesalphiot.* hoc est, *ad suspendendum ora.* Pagninus, *Quia ore stupido eam respiciunt, ob eximiam ipsius Turris, & fabricæ pulchritudinem.* An quis eloqui possit infinita diuinæ gratiæ miracula, quæ in Deipara celsissima Turri eminent, visaque intuentes reddunt stupidos? Quidni & muti reddantur? Hieronymus vertit, *Documenta in turribus.* Egregium magnitudinis Dei documentum est Mariana exædificatio. Alij, *Constructa ad disciplinas.* Maria, Bernardo authore, est *scientia scientiarum*, hoc est, scientia increatæ scientiæ, cùm scilicet ex Virgine præstantissima Creatoris magnitudo colligatur. Id quod vel hostes Dei coguntur profiteri. Oecolampadius serm. de laudanda Maria in Deo. *In quo plasmate,* inquit, *tam laudandus Deus, vt in Virgine Maria? Ex qua, & in qua carne assumpta, homo fieri dignatus est. Obstupescant Angeli, quòd ipsis præteritis, Rex illorum ad Virginem diuertit. Et quodammodo non per Mariam laudabilis Deus, in qua se ostentat gratissimè, si vspiam diuina reperiantur munera. Nam vt homini communicata creaturarum omnium dignitates: ita ista omnium humanarum eminentiarum particeps est.* Hasce igitur proferens eminentias mirum in modum Conditorem magnificat. Quàm perspicua gloria, quæ nec ab Ecclesiæ hostibus abnegatur!

Bernard. Oecolamp.

20\. *Sola Maria Deum potest magnificare.* Psal. 18. Dan. 3.

Profectò sola Maria Deum potest magnificare. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum suarum annunciat firmamentum.* Psalm. 18. *Benedicite opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.* Dan. 3. Enarrant quidem reliquæ creaturæ Dei magnitudinē, benedicunt laudant, superexaltant præconiis. At Deū ita laudare & superexaltare, vt magnificet, sola potest Maria, quæ profatur, *Fecit mihi*

mihi magna qui potens est, ſcilicet me ad magnum quid ſuper cunctas creaturas eleuauit, ad Deum vtique magnificandum. Pulchrè Beda ad Cant. Virg. *Sola illa anima, cui Dominus magna facere dignatus est, eum magnificare potest.* Id eſt, dignè eius magnitudinem declarare.

Beda.

21. *In cunctis creaturis descendens Deus sola in Virgine ascendit.* Isai. 9.

Quid ſi in cunctis creaturis quaſi deſcendens Deus, in ſola Maria quodammodo aſcēdat? Annon per ipſam magnificabitur? Cecinit Iſaias, *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem*, cap. 9. Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus & alij nubem eſſe Mariam affirmant. Quonam modo Dominus in Maria aſcendit? Dominus quidem è cælo in terram properans ita per humilitatem deſcendit, vt pænè etiam acutiſſimam Angelorum aciem effugeret. *Exinaniuit* enim, aſſerente Paulo, *semetipsum*. Ideo beatæ illæ Mentes rogabant, *Quò abiit Dilectus tuus*. Cant. 5. Norant eum abiiſſe, ſed quò nec videre, nec ſcire poterant. Tantùm quippe deſcenderat, vt & chariſſima profetur Sponſa, *Quæsiui eum, & non inueni.* *Pertransierat* enim. Profectò vltra naturæ humanæ terminos quodammodo pertranſierat, *vermis* vt appareret, *& non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* *Ascendit* igitur *Dominus super nubem*. Non quidem deſcendit Dominus, ſed planè aſcendit velut in triumphalem quadrigam. Nullibi enim Deus ita magnificus apparet, quàm factus homo vlnis Virginis expoſitus, pendénſque infantulus ab vberibus, ſeu puriſſimo vtero clauſus. Aſcenſum exinaniti puerculi contemplate. *Abstulit fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ.* Iſai. 8. Vbi Hieron. *Partus describitur Virginalis.* Tunc eum faſciis illigatus exinaniuit ſemetipſum, manibus Matris hærens tam aſcendens obiicitur, vt hoſtes comminuat. *In anima* adiicit Pater, *virginali, & nulla sorde maculata de Spiritu sancto Dei sermo conceptus velociter de aduersariis potestatibus spolia detrahit, & sibi facit vniuersa seruire.* Etenim in Virgine ita aſcendit Dominus, ita exinanitus in aliis creaturis, imò in humanitate (nam *exinaniuit semetipsum formam serui accipiens*) magnificatur, vt vel ſolo aſpectu adhuc puer valeat hoſtes debellare. Vnde aſcendens ſuper nubem, Ægyptum ingreſſus Dæmonum ſimulacra protioluit, comminuit.

Cant. 5.

Isai. 8. Hieron.

22. *Maria quæ sola potest dicere, Anima mea, Dominū verè magnificauit.*

Aſſeruit Origenes Deum ab illo egregiè magnificari, qui peccati humili, abiectáque non opprimitur ſeruitute. Hinc à Deipara Deus fuit ineffabiliter magnificatus. Pende illam particulam: *Anima mea.* Nemo perfectè, ac verè potuit dicere *Anima mea*, niſi Chriſtus & Maria. Nullus enim præter ipſos perfectè ac integrè animam poſſedit, aut ex originali peccato, aut ex actuali in Dæmonis poteſtatem traductam. Porrò Maria nec originali culpæ, nec actuali obnoxia nullius paſſionis, nullius tyranni pertulit dominatum. Vnde ſola potuit poſt Ieſum verè dicere, *Anima mea.* Sola igitur Virgo, quæ poteſt animā vocare ſuam, Deum verè magnificauit, *Magnificat anima mea Dominum.*

23. *Exinanito Deo Maria*

Audiſti ex Paulo Deum exinanitum. *Semet[...]um exinaniuit formam serui accipiens.* Phil. 2. [...]ei quaſi formam amiſit ſerui forma indutus. Profectò Maria ita Deum magnificauit, vt exinanito, quodammodo formam reſtitueret magnificam. Auguſtinus ſer. de Nat. *Si formā Dei, ô Virgo, te appellem, digna exsistis.* Non ſolùm forma Dei eſt Maria ratione humanitatis, Matris formam referente Filio homine, iuxta Virgilianum illud:

formam reddidit magnificam. Phil. 2. August.

Virgil.

———*Multum de patre decoris,*
Plus de matre feras.———

ſed etiam ratione Diuinitatis, quia creaturæ ſunt participationes quædam diuinæ eſſentiæ, vt docet Areopagita lib. 1. de Diu. Nomi. iuxta Apoſtolicum: Inuiſibilia ipſius à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta cōſpiciuntur: Sempiterna quoque eius virtus, & Diuinitas. Virgo itaque ſpecialiſſimè refert formam Dei ita magnificatam, (ſic fari liceat) vt qui videramus *eum despectum, & nouissimum virorum, scientem infirmitatem, &c.* contemplātes ipſum in Maria, ſtupētes hæreamus. Chryſologus ſer. de Annun. *Tanta est Virgo, vt quātus sit Deus satis ignoret, qui huius Virginis mentem non stupet, animam non miratur.* Mirabilis profectò anima, quæ Dei haud exinanitam formam referens, ipſum magnificat Conditorem. Redeat Auguſtini ſententia, *si formā Dei te appellem, digna existis.* Hāc formam, ſeu imaginem Dei, ſcilicet animam, ita magnificauit Maria, vt Deum ipſum magnificum oſtentarit poſtquam ſemetipſum exinaniuit. Origenē accipite. *Quomodo anima Mariæ magnificat Deum, qui nec augmentum, nec decrementum accipere potest? Quando grandem fecero imaginem, aut formam, tunc grandis efficitur ipse Dominus, cuius imago, & forma est anima nostra.*

Chrysol.

Origen.

24. Denique Dominū Deipara eximiis profuſis laudibus magnificauit, potentiā, ac miſericordiam afferendo. Quæ ex ore Mariano Deus præconia excipiens in Cantico profatur. *Guttur tuum quasi vinum optimum.* Cui videtur reſpondere Maria, *Dignum Dilecto meo ad potādum.* Cant. 7. LXX. *Vadens fraterno meo in rectitudinem.* Ad cuius expoſitionem præmitto Chriſtum ſeſe vſque ad Crucis mortem humiliauiſſe, quæquidem humiliatio rectè capitis ſubmiſſione exprimitur, ſicut exaltatio capitis exaltatione figuratur, canente Vate, *Propterea exaltauit caput.* Guttur itaque Virginis, ex quo Chriſti laudes eximiæ profluunt, inſtar optimi vini eſt, quo potatus Chriſtus, caput propter humilitatem ſubmiſſum in rectitudinem, & exaltationem immittit. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Pſalm. 109. Torrente præconiorum, quibus Deum effert Virgo, potatus Dominus, demiſſum ex ſerui forma caput exaltat. *Vadens fraterno meo in rectitudinem.* Appoſitè Guillermus Paruus apud Delrium. *Quis tam iocundè, atque decorè, tam hilariter, atque syncerè Deum laudauit, quam Mater Dei? Nulli enim sanctorum tanta laudationis Dei occasio suppetebat. Denique pro collatis sibi diuinitus ingentibus illis, insignibúsque beneficiis spirituale guttur suum exaltationibus Dei repletū insinuans, Magnificat inquit, anima mea Dominum. Bene ergo guttur eius non simpliciter vino, aut vino bono, sed vino optimo comparatur.* Illud expende: *Guttur exaltationibus Dei repletū* Deus enim Virginis laudationibus, quibus velut optimo vino potatur in via, mirificè exaltatur. Habes ad mores ab illo Deū verè magnificari,

Laudibus eximiis Deū exaltat Maria. Cant. 7. LXX.

Psal. 109.

Guiller.

qui vitiis non præstat obsequium, eximiisque laudibus effert Conditorem,

---

OBSERVATIO. II.

Ad illa verba,

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

Humilitas ineffabilis Virginis illustratur.

Edocemur cunctas virtutes condiendas humilitate, vt grata componantur Conditori.

25. *Vna Humilitate tota Mariæ sanctitas designatur.* Bernard.

VIRTUTEM humilitatis Marianæ prędicari hisce verbis ex Origene, & Beda posuimus. Profectò non exigua Humilitatis Mariæ commendatio, sanctitatem eximiam Virginis vna Humilitatis virtute designari. Bernardus hom. 2. sup. *Missus. Vt esset sancta corpore accepit donum Virginitatis; vt esset & mente, accepit donũ Humilitatis.* Egregia prætereà laus Humilitatis Deiparæ est, vltimam fuisse dispositionẽ ad ineffabile Incarnationis Mysterium. Idem Pater hom. 1. ait. *Et si Virginitate placuit, tamen Humilitate concepit.*

26. *Ad ima descendit Maria, vt gratiarum fluxu sedem præpararet.* Psal. 103.

Nec mirum sanctitatem egregiam Mariæ vna Humilitate signari, si humilitate operante gratiarum cælestium donata est plenitudine. Cælestis gratia celsissimo in monte ad quem nullus mortalium ascenderat, stagnabatur, iuxta Dauidicum: *Inter medium montium pertransibunt aquæ.* Psal. 103. Humanum genus superbiæ addictum montium asperitatibus commorabatur minimè irrigandum cælesti fluento. At Maria se humilitatis affectu vallẽ constituens, *Ecce ancilla*, cælestium aquarum sedes effecta est. Appositè Bernardus hom. 4. sup. *Missus. Humiliter Maria Virgo respondit, vt sedes gratiæ præpararetur.* Ideo cùm ad alta inuitaretur ab Angelo, ad profunda se submisit, ne in morem Protoplastorum ad superna tendens, gratiæ fluento sedes haud posset præparari. Simon de Cassia *In profunda se Virgo deiecit, quæ inuitabatur ad alta; & a dominatu ad ancillarum animum conuertit, & corpus.* An non vt sedes gratiæ præpararetur?

Bernard.

Cassia.

27. *Gratiarum cælestium ad ipsam impetu defluentium non intumuit Mariæ proluuio.*

Nec non effertur Deiparæ humilitas, quòd cùm gratiæ cælestes ad ipsam tanquam ad demissum vallem, seu mauis, paruum fontem Esther replendum confluxerint, tanto gratiarum impetu metas humilitatis non excessit; quippe cùm vel exigui riuuli sit aquis superaffluentibus intumescere, & redundare. Maria mare quidem est, quod hospitium dat cælestium munerum profluuiis, nec tamen redundans obiicitur. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.* Eccl. 1. Ambrosius lib. 2. in Luc. *Vide humilitatem, ancillam se dicit, quæ Mater eligitur: nec repentino exaltata promissa est.* Sit tibi promissum Matris Dei cuncta gratiarum flumina, impetu in Mariæ pelagus cõfluentia. Mirum planè quòd repentino exaltata aut intumescens promisso non est.

Eccl. 1. Ambros.

28. *Ad Mariæ*

Quid si tanta Marianæ humilitatis gloria, vt Dominus quasi cætera obliuioni committens, in ipsam oculos coniiciat. *Respexit Humilitatem.* Illud: *Respexit* idem hebraicè quod *Xaghah, seu, Animaduertere, respicere, attendere, intenso & defixo oculorum obtutu cernere, delectari, sibi complacere, inclinari, quiescere, desinere. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius non respexit.* Gen. 4. Tam defixo ac intento oculorum obtutu Abelis munera cernere dignatus est, ita sibi complacuit, adeo delectatus est erga illum, vt Caini munera quasi minimè respexerit. Certè Maria potest illud Dauidis vsurpare: *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi*, seu respexit ad me. Psal. 39. Mihi quidem, quasi à reliquarum creaturarum respectu auerteretur. D. Bernardus serm. 69. in Cant. *Illa Maiestatem quasi cætera non curantẽ soli sibi intendere gloriatur, cui soli ipsa, postpositis curis omnibus, tota se deuotione custodit. Respexit humilitatem ancillæ suæ.*

Humilitati tam attentè Deus respexit, ac si à reliquis creaturis oculos auerteret.

Gen. 4.

Psal. 39.

Bernard.

29. *Maria non virtutem Humilitatis prædicat, sed seipsam exiguam profitetur.* Caiet.

Venit expendenda subtilis Caietani interpretatio clausulæ huiusce: *Quia respexit Humilitatem. Aduerte,* inquit, *quòd in his B. Virginis verbis virtus Humilitatis non significatur voce, sed exercetur opere. Nam hic est intima Humilitatis actus æstimare se infimam exiguam, paruam. Et hoc magis quadrat Humilitati maximæ B. Virginis, quam cantare virtutem Humilitatis suæ esse aspectam à Deo. Hoc enim sonat, ad meritum propria virtutis respexisse Deum, quod dicere procul est ab humilibus. Illud autem cordis humilitas est in actu exercito. Magnitudinem igitur beneficy diuini ergà se explicat dicendo, Quia respexit ad exiguitatem ancillæ suæ. Ita quod non sat fuit dicere, Quia aspexit ancillam suam; sed apposuit, Ad exiguitatem ancillæ suæ; & intellige exiguitatem quoad merita. Æstimabat siquidem se nullius meriti, nulliusque virtutis; nec fictè, aut falsè; quoniam considerabat seipsam ex parte sui, non ex parte donorum in ipsa. Hæc enim consideratio mater est humilitatis cordis, cùm in anima radicata est.* Igitur Maria clausula illa: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, non virtutem humilitatis prædicat, sed propriam exiguitatem profitetur.

30. *Factis Deipara Humilitatem prædicauit, nunquam lingua.*

Maria igitur humilitatem suam non verbis prædicauit, sed factis. Occultabat enim quidquid ad gloriam propriam spectare videbatur. Quid illustrius Virgini, quàm augustissima in se euidenter mira conspiciens, quòd virgo conciperet, quòd virgo pareret, quòd Dei Mater, quòd mundi Regina, plaudentibus, & acclamantibus Angelorum choris, Magis, ac Pastoribus Filium adorantibus, & esset, & vocaretur; non tamen intumescit, sed mirabiliori continetur humilitate. Prædicauit tunc Maria charismata egregia? *Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.* Luc. 2. Non Virgo redundat, non sese proprias diffundit in laudes. *Sed virginalis pudicitiæ* (loquor cum Beda) *iura custodiens, secreta Christi, quæ nouerat, nemini diuulgare volebat, non ore promens magnalia, sed clauso in corde custodiens.* Quid verò in publicum adducit? Abiectionem. *Quia respexit abiectionem ancillæ suæ.* Nã, teste Chrysostomo, *Perfecta humilitas est, si te excelsum per opera, & humilẽ per opinionẽ reddas.*

Luc. 2.

Beda.

Chrysost.

31. *Semper studuit Magnalia occultare.* Psal. 44. Gregor.

Præcinit Dauid, *Omnis gloria Filiæ Regis ab intus.* Psal. 44. Ad quæ Gregorius lib. 8. Mor. cap.

cap.37. *Filia Regis gloriam intus habet, quia hoc quod agit, in ostentationis iactantiam non habet. Gloriam suam Paulus testimonium conscientiæ memorat; quia fauores oris alieni non appetens, vita sua gaudia extra semetipsum ponere ignorat. Occultanda sunt ergo, quæ agimus, ne hæc in huius vitæ itinere incautè portantes latrocinantium Spirituum incursione perdamus.* Gloria omnis Mariæ Reginæ *ab intus.* Quia vt cæteris virginibus in omninm virtutum genere præluxit, ita plusquam reliquæ ineffabilem suæ virtutis decorem semper studuit occultare. Qun in sēsu ab Isaia *abscondita* vocitatur, cap.7. & Cāt 4. Turris describitur ex qua mille clypei pendent. *Mille clypei pendent ex ea.* Hebraïcè *Eleph amaguen talui ghalan.* Et quidem *maguen*, à radice *ganan*, *operire* significat. Vnde *maguen operimentum*, ac *scutum* appellatur. Virgo igitur Turris instar exædificata augustissimis aucta incrementis ad suspendēdum ota, vt vidimus, tota erat operimentis circumtecta, & velut atris obducta humilitatis nebulis.

Isa 7.
Cant. 4.

32. Clamat Deipara. *Superbiam, & arrogantiam detestor, & os bilingue.* Prnn.8. Haud prædico humilitatem, & sector vitæ superbiam. Matris Dei titulo decoratur ab Angelo, ad ancillæ se demisit conditinnem. Affirmat Aristoteles in Ethic. patrem, & matrem etiam bello captos filiorum seruns esse nnn posse. Maria autem ad Matris euecta dignitatem, ad eam sese abiecit conditionem, quam duce natura maternitas excludit. An os bilingue? fallax sermo? Instante Purificatinnis die, aliarum ritu feminarum, pura, & inuiolata vltrò paruit legis præscripto. Quanta huiusmodi humilitas? De Christi Circumcisionis legi parenti scribit Bernardus. *Si quando Deus posset non cognoscere Filium, in quo ei bene complacuit, in hoc signo maximè poterat ignorare eum.* Quia scilicet quasi ægrum eum vidit affici medicamine. Si quando Deus non posset dignoscere Virginem, quæ gratiam apud ipsum inuenerat, ex hoc signo maximè poterat eam ignorare, quia reliquarum more fœminarum tanquam non puram purificari vidit, seu legem purificatinnis implere. O ineffabilem humilitatem!

Quanta Humilitate Maria lege Purificationis subiicitur.
Prou. 8.
Bernard.

33. Qnam quidem reliquis planè virtutibus stipatam Deum poriùs respexisse profitetur. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.* Ad hæc D. Bernardus serm.4. de Assumpt. *Quanta, & quam copiosa humilitatis virtus cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cum tanta gratiæ plenitudine? Digna planè, quam respiceret Dominus, cuius decorem inspiceret Rex, cuius odore suauissimo, ab æterno illo Paterni sinus attraheretur accubitu.* Pende illud: *Digna planè virtus quam respiceret Dominus.* Si Humilitas obiicitur *cū tanta puritate, cum innocentia tanta*, quonammodo sola respicitur Humilitas, & nnn etiam virginitas, & innocentia? *Dum esset Rex in accubitu suo* ait *Maria, nardus mea dedit odorem suum.* Cant 1. Bernardus, *Nardus herba humilis est, vnde manifestum est Humilitatem nardi nomine designari cuius odor & decor inuenit gratiā apud Deum.* Miror solam nardum odorem immittere tot aromatibus stipatam. Profectò Humilitate adeò cunctæ Mariæ virtutes condiuntur, ita inseparabilis comes omnium Humilitas est, vt quodammodo sola respiciatur Humilitas, cùm reliquæ virtutes præsentantur.

Solam Humilitatem Deus respicit, quia cunctæ virtutes humilitate condiuntur.
Bernard.

34. Adhuc pondera illud: *Quanta & quàm copiosa Humilitatis virtus cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cū tanta gratia plenitudine.* Copiosa vocatur Humilitas, quia cunctas virtutes cōplectitur. Adest puritas, sed in Humilitate; inest innncentia, sed ab Humilitate excipitur; cōspicitur gratiæ plenitudo, sed in Humilitate clauditur. Ex huiusmodi gratiæ plenitudine virtutem obedientiæ contemplare, cū Maria illud protulit verbum *Fiat mihi.* Annon simul ait, *Ecce ancilla Domini?* Annō potuit obedientiæ virtus sine comite Humilitate exponi? Ambrosius Luc.1. *Ait, Fiat mihi, simul se ancillam dicendo, nullam sibi prærogatiuam tantæ gratiæ vendicauit, quod faceret, quod iuberetur. Facio* (ac si diceret) *quod iubeor:* quia *ancilla sum.* En quonam modo non potuit obedientiæ virtus sine Humilitate prodire; quia cunctæ Marianę virtutes Humilitate Deo quidem gratissima cōdiuntur. Proferatur Virginis gratitudo apud domum Elisabeth, num possit sine Humilitate lucem videre? Canisius acutè lib.4.c.8. *Cùm iā Mater Dei esse cœpisset in ædes Zachariæ, nec vocata, nec expectata proficiscitur, suum in gratulādo officium, & simul in ministrando obsequium maior minori ipsa sponte offert.* Gratulatio enim, & Humilitas simul incedere necesse fuit; quia virtutes cum Humilitate identificantur. Prodit inibi Mariæ in Deum charitas virtutū facilè Regina. Incedit sola? *Vbi à cognata insigniter prædicatur, omnes animæ suæ vires in hymnum decantādum gratulanter impendit, nec minus humili, quàm ardenti oratione Dei magnalia confitetur.* Debuit enim orationis virtus, & ardenti Charitate, & simul Humilitate stipari; quia nulla Mariæ virtus sine Humilitate conspicitur. Plus Virginē Cæsari obedire quàm Deo. Videre cupis num Obedientia illa sine Humilitate fuerit profecta? *Humilis Virgo Cæsari se subiectam profitetur, ideóque cum sponso in Bethlehē proficiscitur.* Ineffabilis Patientiæ virtus *Non irascitur, aut offenditur si partui proximā omnium ædibus, ac hospitiis excludi humilis Virgo.* Patientiam enim fouebat Humilitas. Paupertas Virginis volūtaria Purificationis munus præparauit, quod enim à Magis acceperat *totum*, Bonauentura authore, *infra paucos dies pauperibus erogauit; graue enim illi erat sarcinam tenere.* Profectò illud munus spiritus paupertatem redolens comite Humilitate profertur. *Quid porrò aliud* (inquit Canisius) *quam singularem redolet humilitatem, cū post expletum puerperij tempus pauperum hostiam obtulit.* Denique Mariæ silētium mirabile planè, virtute Humilitatis comite, aut custode pergit. *Si Euangelium perlustres, sexies, aut septies magno certè iudicio Maria prolocuta est. O humile silētiū!*

Cunctæ virtutes Virginis Humilitatem sapiūt.
Bernard.
Canis.
Bonau.
Canis.

35. Quid mirum vnam Humilitatem Dei præcordia ineffabili charitatis affectu vulnerasse. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Cant. 4. LXX. *Cor abstulisti nobis soror mea sponsa, cor abstulisti nobis.* Quid *in crine colli*, nisi in virtute Humilitatis? Rupert. *Quid enim vno crine gracilius, quid Humilitate subtilius? & quid Humilitate confractius? Crinis vnus vix comparet, Humilitas Mariam facit, vt sibiipsi vix homo videatur, quæ est Angelorū Regina.* Humilitatis igitur alūnus sit quicūque sese specialissimè gratū cōditori

Vna Humilitate Mariæ se Deus profitetur vulneratum.

curat præstare, præcipuè cùm virtutum collegium Humilitate custode seruatur.

Observatio III.

Ad illa verba,

Ideò ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

De magnificata à Deo Virginis Humilitate.

Vbi de humilium exaltatione pulchra recenseo.

36. Vidimus ex Ruperto Mariam ex Humilitate magnificatam. De Christo Apostolus, *Qui ascendit quis est, nisi qui descendit priùs in inferiores partes terræ?* Eph.4. Virgo autem, *Quia respexit Humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Sicut Christus ideò eleuatur, quia priùs descendit in inferiores partes terræ, ideò Maria præconiis eximiis decantatur ad superos euecta, quia se ancillam appellauit abiectam.

Epiph.

37. *Deliciis affluens ob Humilitatis affectum.* Cant.4.

Deliciis affluens nobis obiicitur cælestibus vtique donis redundans. Vndenam vt gratiarum plenitudo? Prorsus ex Humilitate. *Quàm pulchra es, & quàm decora charissima in deliciis!* Cant.4. Pulchritudo, ac decor ille Humilitatis est, quæ respicitur ab sponso, *Quia respexit Humilitatem.* Porrò deliciæ cælestia innumera dona repræsentant. An posset Humilitas adesse, nisi ad perfectionis cumulum eleuata Virgo signaretur? Rupertus. *Quid est in deliciis pulchram & decoram esse, nisi Humilitatem cordis in abundantia gratiæ habere?* Nec poterat adesse Humilitas nisi cælestium munerum gloria stipata. *Denique dona gratiarum veræ sunt deliciæ & Humilitas cordis verò pulchritudo est.*

Rupert.

38. *Adeò Virgo per Humilitatem attollitur, vt primo aspectu sponso videatur æqualis.* Cant 8. Guillel.

Profectò ita per Humilitatem attollitur Virgo, vt primo aspectu sponso videatur æqualis. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens innixa supra Dilectum suum?* Cant. 8. Vbi Guillermus Paruus apud Deltium. *Per desertum intelligitur genus humanum, quod nimirum gratiam Conditoris propter peccatum Adæ deseruit, & lugenda bonorum omnium sterilitate deserendo damnatur. Atque ita genus humanum factum est quasi de loco voluptatis locus horroris, & vastæ solitudinis.* Huic horrori, & squalori Virgo humillima adhæsit, ancillæ instar legi Purificationis parens. Profectò nec spiritibus cælestibus vllum pulchritudinis vestigium exponere videtur. Vnde clamant, *Quæ est ista?* Quia vidimus eam, & non erat aspectus. Attamen tunc deliciis, seu gratiis cælestibus affluens eleuatur, *innixa* quidem *supra Dilectum suum*, vt Deo hærescens, quodammodo æqualis appareat. Delicias Virginis ex Humilitate comparatas contemplemur. *Quæ est ista?* (inquit Rupertus) *vbi erat? vbi latebat affectu Humilitatis. Mira res! nobis nusquam erat, nulla erat, sed illi erat, in illo erat, de quo veraciter dictum est, Quod factum est, in ipso, vita erat.* Quando Virgo nulla apparet ex Humilitate, tunc simul apud Deum vita est Diuinitatis participatione. Quid est creaturas in Deo vitam esse, nisi ipsa quodammodo essentia gauderet? An Deus Maria? Tanta deliciarum cælestium abundantia, vt quodammodo Deo ipsi videatur æqualis. *Quæ ascendit?* (adiicit Abbas) *Deliciis affluens. Iure miremur quantis, vel qualibus deliciis affluat, deliciis gratiarum, quæ manifestantur ad vtilitatem, videlicet sermone sapientiæ, sermone scientiæ, fide, gratia sanitatum, operatione virtutum, discretione spirituum, generibus linguarum, interpretatione sermonum.* Hæ Dilecti deliciæ, quibus affluens Deipara ipsi assimilatur. Si enim super ipsum innixa volat ad supremum cumulum simul eleuata eadem quodammodo fungitur potestate. Honorius, *Innixa volat super Dilectum suum, Cum eo exaltata super choros Angelorum.* Annon exaltata cum eo ei hærescens specie visibili apparebit æqualis? Ad tantam gloriam Deiparam eleuauit Humilitas.

Rupert.

Honor.

En fontem paruum, irrigantem vniuersũ. *Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, solemque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit, Esther est, quam Rex accepit vxorem, & voluit esse Reginam.* Est.10. Paruus Fons Maria, fluuius prodit ex Humilitatis gloria in morem fluuij vniuersam terram irrigaturi, vt germinet fideles. Rupertus, *Ab hoc ex te, o fons voluptatis Dei Maria, ô Virgo Mater, initium accepit sanctum Euangelium, vt spiritualem irriges Paradisum.* Euangelium fluuius est ex Virginis humilitate exortus! Quàm gloriosa, quàm exaltata Humilitas, quæ mater est Euangelij, quodquidem verè humilibus corde præparatur! 39.

Ex Virginis Humilitate Euangelij fluuius prodiit. Est 10. Rupert.

Semetipsam Virgo submisit formam ancillæ accipiens? Ideo obiicitur in morem humiliantis se Domini exaltata. August. *Mensura humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis data est.* Ac si diceret. Quantum Deus disposuit celsitudinis cuique Sanctorum impertire, tantum dedit Humilitatis. Humilitasne commensuratur magnitudini? Ita planè, quia tam infallibiliter addicta est magnitudini Humilitas, vt pari gradu incedere vtraque videatur. *Christus humiliauit semetipsum vsque ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum.* Illud: *propter quod*, idem est ac *Ex hoc*, quod Deipara clamat. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent.* Doctissimus Theologus Gabriel adnotauit. *Exinaniuit Virgo Dei Mater se Filij exemplo, formam ancillæ accipiens. Propter quod* (id est, *ex hoc*) *& Deus exaltauit illam, & donauit illi nomen post nomen Filij sui, nomen scilicet, quo diceretur, & esset Mater Dei semper Virgo Maria.* Potuitne ampliùs humilitas exaltari? Nomen datur se humilianti Christo. Mariæ nomen & essentia Matris Dei. 40.

Virgo exinaniuit se, formam ancillæ accipiens? propter quod & Deus exaltauit illam. August. Gabriel.

Et exaltata. Descendit Dominus ad inferiores partes terræ, vt ad superos eleuaretur. Maria ad ancillæ submittitur conditionem, vnde ad astra præparet volatum. Ascendit Iesus, quia ad inferiores partes terræ submittitur? Existimo ineffabilem pompam scanden- 41.

Pompa Mariæ ad superos assumptæ specialissima ab Humilitate

tis

fuit præparata. Damian.

tis Mariæ superos ab Humilitate fuisse præparatam. *Ecce ancilla Domini* (ait Petrus Damianus serm. de Assump.) Vidisti Mariam *in inferiores partes terræ* descendentem? *Attolle iam oculos ad assumptionem Virginis, & salua Filij maiestate inuenies occursum huius pompæ non mediocriter digniorem ascensione Filij. Soli quippe Angeli Redemptori occurrere potuerunt, Matri verò cælorum palatia penetranti Filius ipse cum tota curia tam Angelorum, quàm iustorum solemniter occurrens, euexit ad beata consistorium sessionis, & ait, Tota pulchra es amica mea, quia tota deificata. Sed Virgo respondet summa dignationis claritatem admirans. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.* Illud pondera: *In voluntate tuo deduxisti me.* Quantò plùs Virgo ad astra eleuatur, tantò ampliùs demittitur, affirmans, illud gloriæ pondus non ex iustitia suis meritis diuina gratia peractis respondere, sed ex Dei munifica prodire voluntate. Mirabar equidem Deiparæ ascensum solemniorem ascensum Filij. Sed cùm video Virginem eleuatam, supra dilectum suum innixam, adhuc se ad inferiora demittentem ex affectu humilitatis, non miror tot gloriæ redundari incrementis, vt vel ipse ascensus supra seipsum adhuc ascendat, quia adhuc Maria pergit ad ima.

42. *Humiliari Virginem Christus disponit, non permittendo Baptisma conferre, &c. vt sit totius mundi sanctificatio.* Epiph.

D. Epiphanius lib. 3. hær. 79. requirit, Cur Deus Matrem suam dum degerat viatrix, regali dignitate potiri noluit, nec Baptisma conferre permisit? & respondet. *Non permisit Deus Mariæ dare Baptisma, nec benedicere Discipulos, non imperare in terra iussit; sed solam ipsam sanctificationem esse voluit.* Ac si diceret, vitam humilem agere Deiparam voluit, quia simul disposuit, in illa humilitate eiusdem Virginis excellentiam adeò eludere, vt quæ nec Baptisma dabat, nec Discipulos benedicebat, nec in terra imperabat, simul esset totius mundi sanctificatio, vt cuncti homines illam beatissimam prædicarent. Humilitatis ergò non abluit, non benedicit, sed ab his abstinet sine Baptismo aut benedictione totum orbem sanctificat impetrans precibus & baptizari, & benedici. Adde non solùm sanctificationem orbis ob humilitatem Virginem effectam, sed Dei Matrem, quò nil augustius potest excogitari. Anselmus. *Quid post Christum Dominum sublimius sublimi Matre Dei? quid humilius humili ancilla Dei?* Pari gressu & humilitas maxima & maxima sublimitas incedunt.

Anselm.

43. *Euam elatio deturbauit, Mariam euexit humilitas.* Ezech. 17. Aug.

Longè diuersam à prima Eua secundam contemplamur. Illam deturbauit elatio, hanc extulit humilitas sæpe Domino. *Ego humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile.* Ezech. 17. Euæ germina periere, arbor Mariana Deum protulit fructum. D. Augustinus sup. *Magnificat. Eua*, inquit, *propter superbiam abiecta, Maria propter humilitatem electa; superbam Deus despexit, & humilem aspexit; id quod superba perdidit, humilis recepit.*

44. *Mariam se humiliantem in cunctis, quasi infinitum vacuum*

Expendo rursum Augustini illam sententiam: *Mensura humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis data est.* Ac si diceret, Deus intendens quemlibet Diuum ad augustissimum thronum eleuare, disponit, vt profundam priùs humilitatis petat abyssum. Maria in cunctis adeò humiliatur, tam addicta abysso abiectionis obiicitur, vt Deus eam cælestibus gratiis plenam ad supremum cumulum dignitatis euexerit, Matrem efficiendo. D. Ildephonsus serm. 2. de Assump. *B. Virgo humiliat se in cunctis vt totam in se suscipiat gratiam Conditoris; quia quod per partes aliis datum est, tota simul in ea venit gratiæ plenitudo. Quia scilicet multum se humiliauit inter immensa dona, inter Diuinitatis commercia.* Ac si diceret. Humiliat se Maria in cunctis, cui humilitati gloria & exaltatio respondet, semper se demittens, nunquam non exaltatur; in ipsàque exaltatione adeò vlteriùs pergit ad ima, vt ad maioris exaltationis cumulum eleuetur; vnde fit, quòd *totam in se suscipiat gratiam Conditoris* toti humilitati respondentem. Quid plura? Toti illi humilitati Mariæ quasi non sufficeisset tota Conditoris gratia, addita fuit Maternitatis huiusmodi exuberantia humilitatis in mensuram. D. Bonauentura in Psalt. *Quia ergo humillima fuisti, Verbum increatum ex te carnem sumere coegisti.* coëgit quidem humillima, quasi immensurabili humilitatis vacuo exposito, ne vacuum gratiæ daretur in Deipara, coactus fuerit Dominus quodammodo illa infinita Maternitatis dignitate humilitatis summæ & quasi infinitæ vacuum explere.

exponentem, quasi infinita & gratia & maternitatis gloria replet, ne detur vacuum. Aug. Ildeph.

Bonau.

45. *Didicit Iesus quodammodo ab humillima Matre humilitatem.* Matth. 11.

Mirum in modum exprimit Mariana Humilitatis exaltationem, quòd sit ipsa radix humilitatis omnium Sanctorum, fónsque, ex quo Christus miram duxit animi demissionem. Humilitatem Dominus hominibus prædicauit, sese exhibens in exemplum. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Matth. 11. An ipse didicit à Maria? Profectò quodammodò Christus didicit ex Matre, quòd ipse ipsam cælesti docuerat magisterio. Huiusmodi exaggeratione sic Ambrosius humilitatis Marianæ exprimit sublimitatem. *Humilem, & vnicem paritura, humilitatem debuit ipsa proferre.* Canisius audiatur, lib. 4. cap. 8. *Mater à Filio haud quaquam degenerauit, sed Filius potiùs Matris indolem, ac naturam expressit.* Quid illustrius?

Ambr. *Canis.*

46. *Quasi coadiutrix Redemptionis Deipara humilitate.*

Profectò adhuc Deus ancillæ suæ euexit humilitatem, eam efficiens quodammodo coadiutricem redemptionis. Superbia mundus perierat, Christi erat humilitate reparandus. Dominus equidem minimè indigens adiutorio, Deiparæ adeò honorauit humilitatem, vt eam ad exuberantem pretium adiutricem assumpserit. D. Ildephonsus ad hæc serm. 2. de Assump. *Hæc Christus humilis ad humilem Virginem venit, vt de tam profunda humilitate triumphum extolleret salutis.* Confirmo ex Augustino serm. 35. de sanct. *Hinc Virgo gloriosa beatam se dici ab omnibus generationibus mirari fatetur, eo quod humilitatem Deus respexit. O verè beata humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælum innouauit, mundum purificauit, paradisum aperuit, & hominum animas ab inferno liberauit.* Antonius omnia hæc coadiutricis salutis hominum? Pergit Pater: *Facta est Maria humilitate scala cælestis; per quam descendit Deus ad terras.* Et serm. 12. ad fratr. *O sancta venerabilisque humilitas,*

Ildeph. *Aug.*

Tu Filium Dei de sinu Patris descendere fecisti in vterum Mariæ, Tu eum fecisti inuolui vilibus pannis, vt nos indueret virtutū ornamentis. Quid gloriosius de Mariæ humilitate profari possimus, si Diuorum virtutes ab ipsa ortum ducere videantur?

47. *Cælum est eleuatissimū Maria ex humilitate,* Luc. 1.

Præterea non mediocriter exprimit humilitatis Marianæ exaltationem, quòd ex humilitate Deipara cælum debeat eleuatissimum appellari. *Missus est Angelus Gabriël à Deo in Ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.* Luc. 1. Paranymphúsne tantus ad paruulam ciuitatē immittitur? Existimo non mitti ad ciuitatem, sed *ad Virginem*, quæ ex humilitatis affectu cælum habitabat eleuatissimum; vnde Archangelus à cælo in cælum ducit volatum. D. Augustinus serm. 2. de Annunc. *Miraris, quòd Nazareth parua Ciuitas tanti Regis, nuncio illustretur & tanto? Sed magnus latet in hac parua Ciuitate Thesaurus. Annō Thesaurus Maria? Vbicunque illa est, & cor Dei, & oculi eius super eam vbique respicit humilitatem ancillæ suæ. Nouit cælum Vnigenitus Dei Patris, si nouit cælum, nouit & Nazareth. Quid nesciat patriam suam, quod ni nouerit hereditatem suam? Cælum ex Patre, Nazareth ex Matre vendicat sibi.* Cælum etenim Nazareth necessariò existit, vbi Maria habitat, quæ se Dei fecit ancillam ad eam dignitatem eleuanda, cui cælum habitatio debeatur.

Aug.

48. *Mariana humilitas est puluis pigmentarij est, fumus myrrhæ & thuris.* Cant. 3. Rupert.

Ascensum adhuc humilitatis Deiparæ libet contemplari, clamante Sponso. *Quæ est ista, quæ ascēdit sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij.* Cant. 3. Vbi Rupertus lib. 3. *Humilitas tua est, ô ancilla Domini beata Maria, quam tali admiratione Spiritus sanctus collaudat.* Quid collaudat Sponsus? Fumum ac puluerem humilitatis Marianæ. Sese fumū ostenderat Virgo cum Dauide *Defecerunt sicut fumus dies mei.* Psal. 101. Puluerem cum Abrahamo. *Loquar ad Dominum cum sim puluis, & cinis.* Gen. 18. At Deus fumum, ac puluerem humilitatis Mariæ ita euexit, vt fumum ex aromatibus, puluerem ex thure & myrrha probatissima affirmarit. E' Ruperti ore exaudias. *Quid est fumus, quid est puluis nisi spiritus lacrymosus, & conscientia valde humilis. Sua quidem æstimatione vera humilitas est fumus, & puluis, sed non ita ô Virgo, æstimatione Dei. Tu dicis, Puluis sum terra, qualem ventus dispergit, aura tollit. Ille dicit, Non, sed puluis pigmentarius, puluis myrrhæ, & thuris, qualis Spiritus sanctus pigmentarius conficit. Tu dicis, Fumus sum ego teter coram diuinis oculis. Et ille dicit, Non, sed fumus ex aromatibus, &c.*

Psal. 101. Gen. 18.

Rupert.

49. *Turris Maria ob eleuationē humilitatis.* Cant. 7. Rupert.

Pergit Sponsus. *Collum tuum sicut turris eburnea.* Cant. 7. Collū demissō quid cum turri eleuatissima? Quia in ipsa humili demissione Virgo mirum in modum eleuatur. Rupertus, *Collum tuum*, inquit, *non extentum, imò amabiliter demissum. Et hæc est humilitas tua fortitudo pulcherrima. Verè sicut turris eburnea, quæ & aspectu amabilis, & statura sit fortis. Cui fortis, cui amabilis? Deo fortis, Deo amabilis, Diabolo autem terribilis, inaccessibilis. Igitur ô dilecta, collum tuum, quod est humilitas tua, turris eburnea, id est, fortissima est, à qua pulcherrimos, quam respicimus Altissimus dedit tibi gemellos hinnulos duo vbera hæc virginitatem atque fœcunditatem.* O quam eleuata humilitas, per quam Mariæ Virginitatem cum fœcunditate coniunctam Dominus impertiuit, vberàque benignissima dedit peccatoribus!

Denique adeò Maria per humilitatem eleuatur, vt Dei visione aliquando fortassè donata, ne quodammodo incidat in superbiam, debeat rursum ad humilitatis affectum recurrere. Cui sensui do illud Sponsi: *Auerte oculos tuos à me.* Cant. 6. Ne continuò aspiciens tuæ celsitudinis ex humilitate comparatæ gloriā, quodammodo incidas in superbiam. Rupertus pulchrè lib. 6. *Auerte oculos. Est plane bonum aliquo modo auertere oculos à me, scilicet dum sic à me auertis, vt in temetipsam conuertas oculos tuos. Id est, dum sic altissimam Diuinitatem contueris, vt renoces ad memoriam infirmitatem tuam, & optimè scias, quia hoc ipsum quod Deum vides non tuæ potentiæ, sed diuinæ gratiæ est.* Annon stupenda humilitatis eleuatio illa, quæ ipsius humilitatis affectu est cōseruanda. 50.

Tam eleuata humilitas Mariæ, vt ad se redire debeat, ne in superbiam incidat? Cant. 6. Rupert.

Observatio IV.

Ad illa verba,

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius: & misericordia eius, &c.

Dei potentia priuilegiorum Deiparæ mensura est,

Vbi ostendo, quàm studiosè Spiritus sanctus de virtute in virtutem suos promoueat alumnos.

ANNON mensura priuilegiorum Virginis Dei vidimus esse potentiam? Profectò Deus *fecit* adhuc *potentiam in brachio suo*, vt opus illud præclarissimum educeret. 51.

Figulus (ait Dominus) *sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam, qui in sollicitudine positus est semper propter opus suum. In brachio suo formabit lutum, & ante pedes suos curuabit virtutem suam.* Eccli. 38. Deiparam vas esse pulcherrimum Richardus Laurent. lib. 10. *Vas Maria profundissimum per humilitatem; solidissimum per patientiam; integerrimum per virginitatem; amplissimum per charitatem; mundissimum per omnimodam puritatem, & capacissimum per desiderium. Vas adeò capax gratiæ, quā sola meretur impleri, vt sibi & toti mundo sufficeret copiosè. Vas quod seipsa impleuit corporata Dei sapientia, & ob inæstimabilem pulchritudinem in ipso nouem mensibus corporaliter habitauit. Vas admirabile, de quo Dauid, A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Psal. 117. Vt cælestis figulus huiusmodi vas perficeret, postquam *in brachio suo formauit lutum ante pedes suos curuauit virtutem suam.* Tam admirabile enim opus à Dei brachio in 52.

Figulus cælestis fecit in brachio suo potentiam vt Mariam vas mirabile conceret. Eccli. 38. Richard. Laurent.

quo

quo specialissimè potentia exeritur, editur ad lucem.

53. *Quàm mirabile, quàm prodigiosum opus.* Hinc Maria opus diuinæ Omnipotentiæ potentissimo Dei brachio perfectum adeò præstans euasit, vt velut maximum prodigium non modò homines, sed & Angelos admiratione sui stupidos detineat. Certus Ignatius Deiparam in Asiam cum Ioanne Euangelista iter instituisse, quærit, cur id Scriptura siluerit? Et respondet, silentio præteritum, ne homines ad stuporem raperentur, cùm viderent cæleste illud prodigium cum puro homine fuisse profectum. lib. 3. contr. hær. hæt. 78. fatur. *Cum Ioannes Apostolus in Asiam instituerit profectionem, nunquam dicit Scriptura, quòd adduxerit secum sanctam Virginem; sed simpliciter siluit, propter miraculi excellentiam; vt ne ad stuporem perduceret hominum mentes.* Quàm appositè aiebat David. *A Domino factum est vas istud, & est mirabile in oculis nostris.* Mirabile vtique Dei potentia excitatum.

Epiph.

54. *Maria stupendum miraculum in cælo, diuinæ omnipotentiæ opus eximium.* Reg i olim Achaz, Isaias, *Propter quod dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo.* cap. 7. Ac si diceret, Vis diuinæ potentiæ documentum, stupendum prodigium excitari? *Ecce Virgo.* Maria enim miraculum maximum diuinæ potentiæ documentum. An miraculum est in inferno deorsum, an in excelsis supra? Respondet Ioannes *Signum magnum apparuit in cælo Mulier amicta sole.* Apoc. 12. Ad quæ Epiphanius serm. de laud. Virg. exclamat, *O Virgo sanctissima, quæ exercitus Angelorum in stuporem deduxisti! Stupendum enim est miraculum in cælis Mulier gestans lucem in vlnis. Stupendum miraculum in cælo alter Thronus Cherubicus. Stupendū miraculum in cælis thalamus Virginis habens Filium Dei Deum sponsum Christum. Stupendum miraculum in cælis Dominus Angelorum infans virginis effectus.* Annō verè clamat Maria. *Quia fecit mihi magna, qui potens est.* Profectò Maria opus est diuinæ omnipotentiæ eximium.

Isa. 7.

Apoc. 12.

Epiph.

55. *Miraculum Maria sine labe conceptionis.* Quid est miraculum? D. Thomas 1. p. q. 110. a. 4. *Quod fit preter ordinem, ac legem totius naturæ creatæ.* Quidnam autem in Maria præter ordinem humanæ naturæ reperiemus? Egregiam sanctitatem, immunitatem à labe communi. Damascenus orat. 1. de Nat. *Maria tota Spiritus sancti thalamus, & gratiarum pelagus, tota Deo propinqua, tota pulchra. O miraculum omnium miraculorum maximè nouum!* Ac si diceret, Ex est Maria miraculorum maximum miraculum, quia præter communes leges naturæ tota sancta, tota pulchra est.

Thom.

Damasc.

56. *Tam prodigiosa Maria, vt tam parū sit eam miraculum appellare.* Pende illud: *Omnium miraculorum maximū.* An subit dubitatio? Experimento constet, periculum facito. Audiendus Pseudo Augustinus serm. 5. de Assumpt. *Circumi a omnem creaturam in cogitatione, & vide, si est similis Dei genitrici Mariæ. Circumi terram, aspice mare, sciscitare aërem, cælum mente scrutare, inuisibiles virtutes cogita, & vide si est tale miraculum in omni creatura.* Profectò D. Ignatius epist. ad Ioan Euangelist. post experimentum opus tam admirandum diuinæ omnipotentiæ comperit Mariam, vt vix ausus est eam prodigiū appellare. *Sicut nobis a fide dignis narratur humana natura. Mariæ natura sanctitatis Angelica copulatur. Et hæc talia excitauerunt viscera nostra, & cognit desiderare aspectum huius (si fas est fari) cælestis prodigij, & sanctissimi spectaculi.* Equidem tam prodigium miraculorum est Maria, vt fas non sit fari, sed præcelsiorem excogitare appellationem, quæ tantum diuinæ potentiæ opus commendet.

August.

Ignat.

An Deiparam appellarim totius naturæ nouitatem diuinæ omnipotentiæ virtute excitatam? Asserebat Salomon *nihil sub sole nouum.* At Ieremias Virginem mente voluens, clamat, *Creauit Dominus nouum super terram, femina circumdabit virum* Cap. 31. Illa particula, *creauit*, ad omnipotentiam est referenda. Circundabit virum Maria? Profectò noua Mulier virum fortitudine superauit. Est enim illa, de qua Salomon, *Mulierem fortem quis inueniet, procul, & ab vltimis finibus pretium eius.* Annon Mariæ nouitas, diuina potentia excitata. Damascenus hom. 1. de Nat. Mar. *Sileat iam*, inquit, *sapientissimus Salomon, nec iam nihil sub sole nouum esse affirmet. Omnium enim* (loquor cum Methodio) *quæ cernuntur, quæque cerni non possunt, Dei operum perfectissimum nouum opus est Maria. Matrem habemus, illam vtique Mulierem fortem, cuius pretium procul, & de vltimis finibus est.* D. Epiphanius nec miraculum, nec nouitatem appellat, sed nouum adhuc vocabulum, quod exprimat Mariam opus esse diuinæ potentiæ, exclamat, *O cæli, terræque mysterium! o Thesaurum Ecclesiæ stupendum!* 57. *Maria nouū est opus diuinæ potentiæ, cæli, ac terræ mysterium.*

Ierem. 31.

Prou. 31.

Damasc.

Method.

Epiph.

Profectò tantum est Marianum opus omnipotentiæ Dei, vt reliquæ rationales creaturæ cælicolæ, terricolæ, quasi non sint, si cum Virgine componantur. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, innixa supra dilectum suum?* Cant. 8. Multa sibi hominum millia Deus seruauit, quæ non curuauerunt genua Baal. At ille cœtus iustorum, imò Angelorum exercitus quasi desertum vocitatur, manisque solitudo; quia tanta Maria in conspectu Domini apparet, vt auolans de terra cæloque in thronum, de deserto ascendisse videatur, vbi nullus diuus commoretur. Pende illud: *Innixa supra dilectum suum.* Assumpta Maria à Cherubinis, Seraphinis, reliquisque cælicolis. Sanctorum spiritibus stipé ascendit. *Vidi* (ait Ioannes) *Ciuitatē sanctam Ierusalem descendentem de cælo*, Apoc. 21. Descendit vtique ciuitas illa cælestis Angelorum ac hominum coalescens ciuibus, vt Mariam Reginam ad cælos assumeret. D. Ildephonsus serm. 2. de Assompt. *Ideò decorata*, seu ornata, *descendit vt Reginam mundi Mariam eueheret ad sublimia, & collocaret in throno Regni.* Si igitur tota cælestis adest Ierosolyma, cur solius sponsi mentio peragitur? *Innixa supra dilectum suum.* Annon quia cuncti alij tam Angeli, quàm homines quasi non sint, stellarum scilicet morem gerentes, quæ in solis conspectu protinus extinguuntur? 58. *Cuncta rationalis creatura quasi non sunt in Virginis conspectu.*

Cant. 8.

Apoc. 21.

Ildeph.

Iam non miror Deum orbem creaturum quasi omnium creaturarum oblitum, solius Deiparentis operis omnipotentiæ, maximè meminisse. Ieremias præfatur. *Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies, neque nox in tempore suo.* cap 33. Vbi sic Cabalistæ. *Nisi ex amore Mariæ, & Iesu Filij eius, mundum minimè condidissem.* En Deus in prima vniuersi conditione in Iesum & Mariam tanquam in finem, ad quem 58. *Solius Mariæ memor Deus orbem condidit.*

Ierem 33.

cuncta

stis! O vterum septem cælis sublimiorem! O vterum, qui es octauum cælum septem firmamentis celsiorem. O vterum habentem inextinguibile lumen lucentis gratiæ, id est, septem dona Spiritus sancti, quæ septem Planetis respondent. Bonauentura tom. 3. serm. 1. de Virg. *Domina nostra fuit cælum aereum per puritatem omnimodam, cælum igneum per ardentissimam charitatem, cælum sydereum per patientiæ firmitatem, cælum aqueum per frigidissimam castitatem, cælum empyreum per totius sapientiæ claritatem.* Et Gerson tract. 2. Cant. *Videre erat in cælo Mariæ corporeo motum proportionatum primo nobili cælesti: motum velut obliquum cursui planetarum non omninò dissimilem: motum proinde rectum ad exemplar elementorum grauium, & leuium. Et hæc omnia cum summo ordine, concentu, numero, & pondere mensurata fuisse crediderim.* En Spiritus sancti potentiam Deiparæ augmentis operam impendentem. Vnde rimari licet, quàm accuratè Spiritus sanctus suos de virtute in virtutem promoueat alumnos.

Bonau. | Gerson.

SECTIO QVARTA,

Iosephi Timor.

PATRVM CONTEXTVS.

NVM 6. ACRIS tempestas Naui Virgini præparatur, quia & Iosephi nauigium suspicionum fluctibus huc illuc distrahitur, naufragio communi futuro, communi è pelago liberatione. Relegantur venti vndæ quiescunt, Nauis vtraque appellit ad portum, Deo mari imperante, Angelo lac vndis immittente, postquam nauta ipse operam dedisset liberationi.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De absentia Ioseph, quando Maria concepit.

Acris tempestas Naui Virginis, &c.

1. *Absens Ioseph redit Nuptias celebraturus.* Hier. POST reditum Deiparæ Nazarethã, paulò pòst è Bethlehemo venit Ioseph. Incidit autem Iosephi aduentus in finem mensis Iunij, tribus transactis mensibus à Filij Dei conceptu. Sic Hieronymus de ortu Mar. *Ioseph igitur à Iudæa veniens in Galilæam* (hoc est, à Bethlehemo in Nazareth) *desponsatã sibi Virginem vxorem ducere intendebat. Iam namque tres fluxerant menses, & quartus instabat, ex eo tempore, quo sibi desponsata fuerat.* Menti hærescat Auctoris Imperfecti testimonium ad huiusce historiæ intelligentiam necessarium. *Sicut historia* (loquit hom. 1.) *quadam non incredibiles, nec irrationabilis docet, quando gesta sunt, quæ refert Lucas, Ioseph absens erat. Nec enim conueniens est putare præsente Ioseph introiisse Angelũ ad Mariam, & dixisse quæ dixit: & Mariam respondisse, quæcunque respondit. Si concedamus Angelum potuisse intrare ad eam, & loqui præsente Ioseph, planè confestim Mariam abiisse in montana cum festinatione, & introiisse in domum Zachariæ, & salutasse Elisabeth, & mansisse cum ea mensibus tribus, possibile non fuit præsente Ioseph. Quia necesse erat, vt absentationis eius, & mansionis requireret causas. Postquam autem rediit peregrè post tot menses, inuenit eam grauidam.*

Imperf.

2. Cùm igitur acciderit Mariæ & Iosepho quod modò Christianis coniugibus, qui post ratum verúmque matrimonium sponsi appellari & coniuges facti, solemni Nuptiarum celebratione coniuges domum adducunt: Iosephus Sponsus Mariæ ad celebrãdas Nuptias appropinquauit. Eusebius Emis. in c. 1. Mat. *Quid est, Antequam conuenirent? Antequam in vna domo habitarent. Nondum enim conuenerant, nondum simul habitabant. Ille, in sua* (scilicet Bethlehemi) *& illa in sua* (videlicet Nazarethæ) *domo manebat.* Et Chrysostomus orat. de Annunc. *Quæ enim desponsata fuerat, deinceps in manum Sponsi tradenda erat. Cùm igitur sacerdotes casto Ioseph Virginem despondissent, eam illi commendarunt, Nuptiarum tempus expectantes.*

Expectant tempus Nuptiarum facti sponsi. Emis. | Chrys.

§. II.

Circa Josephi timorem tres expendo sententias.

3. *Sententia asserens Iosephum suspicatum adulteram Mariam.* LEctionem Euangelicam tomo 6. enodaturus, in præsenti disputo, vtrum per adulterij suspicionem Iosephus Mariam voluerit dimittere? Prima sententia. Affirmat Augustinus serm. 25. de diuers. *subitò Ioseph intuitu familiari aspicit Mariam coniugem suã, & intellexit Mariæ vterum grauidari. Turbatur Ioseph homo iustus, secúmque disputans dicebat. Vnde hoc contigit? quo euenit? Non cognoui, non noui, non tetigi, non violaui: per quem Maria sic cecidit? Quid ergo faciam? Gemo, doleo, consilium quæro, nec penitus inuenio. Si prodidero adulterium,*

adulterium, credulitatem incurro; quia lapidanda est. Si tacuero, malum consentio. Quoniam ergo tacere malum est, & adulterium prodere peius est, dimittam eam. Parat itaque Ioseph animum in tempore, quo Mariam possit occultè dimittere. Et serm. 16. de verb. Dom. *Attende quemadmodum vir iustus Ioseph tanto flagitio, quod de vxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit, &c.* Et epist. 54. ad Maced. *Ioseph cùm Virginem nihil aliud quam adulteram credidisset, puniri tamen eam noluit, nec approbator flagitij fuit.* In hoc maritus, in illo autem iustus ostētatur. Eandem sententiam tenent Ambros. l. de Inst. Virg. cap. 5. Chrys. hom. 29. super. Matth. Iustin. Mart. serm. 14. de Nat &. Dial. cum Tripb. Greg. hom. 54. Niceph. lib. 1. c. 8. Hilar. Matth. 1. Abul. Matth. 19. Probatur ex illis verbis: *Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere.* Vbi Augustinus epist. 59. q. 7. ad Paulin. loco illius verbi: *Traducere*, legit *exemplare*, id est, in exemplum dare puniendam. Et epist. 54. ad Maced. legit. *Et nollet eam diuulgare.* Hoc est, in publicum vulgi sermonem efferre. Theophylactus; *Traducere* est manifestare, seu punire crimen, iuxta illud Sap. 4 *Traducent impios ex aduerso iniquitates eorum* Secundò, ostēditur ea sermone Angelico, *Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est,* Pacatum eum & quietum reddere conatur, ne adulterij suspicione exagitetur, indicando eam de Spiritu sancto concepisse.

Ambr.
Chrys.
Iustin.
Greg.
Niceph.
Hilar.
Fundamenta sententia huius.
Aug.
Theoph.
Sap. 4.

4. Secunda sententia docet Iosephum suspendisse iudicium, & dubium hæsisse in Virginis prægnatione. Auctor Imperfecti. *Quoniā auditio verborum Mariæ, & consideratio vitæ eius mala suspicari de ea non sinebant Iosephum; consideratio autem conceptionis eius non permittebat eum ad plenum bona æstimare de ea; & sic animus eius inter vtrasque partes fluctuabat, & tenere eam timebat, & tradere eam non audebat. Propter hoc necessaria fuit reuelatio diuina.* Haymo serm. de Nat. Virg. *Quæritur, si inuenta est à Ioseph habens de Spiritu sancto, cur dimittere eam voluit? Ideo scilicet, quia nec totum sciuit, nec totum ignorauit. Nouerat in vtero habentem non de carnali concubitu, sed spirituali virtute; de quo verò spiritu conceperit, ignorabat.* Adstipulantur Hieron. Matt. 1. tom. 9. Bernardin. Senens. tom. 3. serm. de S. Ioseph a. 2. cap. 1. Bonauent. in spec. c. 15. Chrysol. ser. 1. de gener. Chris. & Chrysost. hom. 4 in Mat.

Sententia docens Iosephum iudiciū suspendisse.
Impers.
Haymo.
Hier.
Bern.
Bonau.
Chrysol.
Chrysost.

5. Tertiæ seotentiæ innato deuotionis pondere adhæreo, affirmans Iosephum aotè Angeli apparitionem mysterium Incarnationis cognouisse, & humilitatis affectu occultè Virginem dimittere conatum. Allicior primò illis verbis: *Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.* Id est, Inuenit Ioseph Virginem grauidam, & Spiritum sanctum cognouit aothorem. Ita exponunt Basilius hom. 5. de hum. Chr. gen. Theoph. Matth. 1. Orig hom. 1. in diuer. Bernard. hom. 1. sup. *Missus.* Turrecr. Maior, Scot. D. Th. Richard. Ceteri. Ekius Palud. Sotus, Druthm. Viguer. Gerson, Canis. Salmeron, & alij. Basilius audiendus. *Inuenta est grauida de Spiritu sancto. Ambo inuenit Ioseph, & conceptionem, & causam, quod de Spiritu sancto. Quapropter timens eiusmodi mulieris vir nominari, clanculum ipsam dimittere voluit, non ausus publicare, quomodo res ipsius haberent.* Euthymius autem. *Quia & ipse Ioseph cognouit de Spiritu sancto eam concepisse, propterea noluit traducere, & affligere eam, quæ à Spiritu sancto, non ex adulterio cōceperat. Vide enim quid dicat. Quoniam inuenta est in vtero habens. A quo inuenta est? A viro, hoc est, innotuit ei, quod ex Spiritu sancto concepit.* Id quod à Virgine fuisse D. Birgittæ reuelatum lib. 7. cap. 25. legimus.

3. Sententia docens voluisse Iosephū ex reuerentia discedere, admittitur.
Mat. 1.
Theoph.
Orig.
Bern.
Turrec.
& alij.
Basil.
Euthym.
Birgit.

6. Obiicies Angelum Iosepho profantem. *Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Si Ioseph certus erat Mariam de Spiritu sancto concepisse, ad quid Angeli attestatio? Certè iuxta iuris Canonici regulam, *Eum, qui certus est, certiorari vlterius non oportet.* Respondet Salmeron noster tom. 3. tract. 30. *Hebraus quidam codex Matthai sic habet. Ne timeas, vt accipias Mariam coniugem tuam, quia id, quod natum est intra eam, de Spiritu sancto est. Id est, ne timeas accipere eam in coniugem tuam ob hanc causam, quia quod natum est in ea, de Spiritu sancto est. Sed cognosco in hac re necessariam esse operam tuam, vt ei officia patris exhibeas.* Ex Theophylacto accepit sante. *Ne timeas. Hoc est, tu qui tem times adiungi illi, quia ex Spiritu sancto concepit. Sed ne timeas accipere, id est, domi, & intus retinere. Cogitatione enim & mente iam amandaueras eam. Græcè illa particula, Enim, interdum asseritua est, tantundémque valet, ac Equidem, sane, certè, A que ita sensus esset, Certè quod in ea natum est de Spiritu sancto est. Estque confirmatio eius, quod ipse inuenerat, & existimauerat.* Pressiùs Druthmarus. *Instruitur Ioseph, meliùs ab Angelo de eo, quod anteà ipse sentiebat de Virgine Maria, videlicet, quòd de Spiritu sancto sit, quod in ea videbat.* Ego tamen existimo certum Iosephum de Spiritus sancti opere ineffabili certiorem adhuc Angelico fuisse testimonio. *Hanc vocem audiuimus de cælo allatam, cùm essemus cum ipso in monte* (Transfigurationis die.) *Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes.* 2. Pet. 1. Vbi D. Thomas, *Dicit firmiorem, quia visioni contradicere poterant, quæ facta sunt in secreto. Sed prophetiæ nullus contradicere audebat. Cui scilicet sermoni prophetico benefacitis attendentes, scilicet propter sui vtilitatem, & inconcussam veritatem.* Haud aliter fit reuelatio Iosepho ad maiorem eius certitudinem vtilis. Fuitne Ioseph ab Angelo de suspicione taxatus? Minimè; neque enim dixit Angelus, Noli suspicari, sed *noli timere. Noli suspicari dixisset* (ait Salmeron) *si animo suo adultery suspicio aliqua insedisset. Ergo timor reuerentia plenus, non autem adulterij suspicio causa erat vxorem non accipiendi suam. Maximè quòd adeo sollicitus Dominus fuit de Mariæ pudore, & pudicitia; & tamen Ioseph ab Angelo non fuit reprehensus, quemadmodū Thomas Apostolus dubius de Resurrectione reprehenditur, cui dictum est à Domino Ioan. 26. Noli esse incredulus, sed fidelis.*

Obiectionē fit satis præcipua.
Salmer.
Theoph.
Druthm.
Solutio authoris.
2. Pet. 1.
Thom.
Salmer.

7. Adhuc obiicis, si Ioseph reuerentia ductus Mariam deserere voluisset. quòd comperisset ex Spiritu sancto conceptionem, post Angeli apparitionem certior effectus fortiori causa recessum

Alia obiectio soluitur.

Sanchez. cessum præparasset. Obicit Thomas Sanch. tom.3. de Matr. lib.10. de Diuor. disp.12. n.36. & respondet: Iosephũ esse iustũ, necessariò cum humilitate obedientẽ. Teste autẽ Chrys. hom. Chrysost. 3. in Mat. *Humilitatis summa in eo consistit, si voluntas nostra per omnia diuina voluntati subiecta fuerit.* Confirmatio Angelica poterat Iosephũ reddere timidiorem, attamen iussus Mariam coniugem in domum ducere, diuinæ obediuit voluntati.

8\. *Fundamentũ primæ sententiæ respondeo.* Ad secundũ primæ sententiæ fundamẽtum ex proximè adductis habes solutionẽ. Ad primum autem respondeo illud verbũ: *Traducere*, non de traductione iudiciali per adulterij accusationẽ, neque de traductione ad sacerdotẽ pro zelotypia, sed de traductione in cõmunẽ Salmer. domũ intelligẽdum, vt ex Leontio tradit Salmeron. Sed esto verbũ *Traducere* idẽ sit quod *publicare, accusare, manifestare*; certè Iosephi iustitia mirũ in modũ hinc elucet: voluit enim Mariam dimittere, quia timebat, ne virginalis fama læderetur, dum habens de Spiritu sancto, omnes arbitrarentur ex Sponso Ioseph concepisse. Salmeron. *Propterea Ioseph manendo cum ea, putabat se verè eam traducere, quod existimaretur necessario corrupta, & a se cognita, quæ tamẽ Messiam de Spiritu sancto conceperat. Traducere se etiam Christum existimabat, quoniam omnino futurum erat, vt filius eius haberetur, & vocaretur, qui Filius Dei erat.*

§. III.

Iosephus Nuptias celebrat.

9\. Diuus Paschasius primæ sententiæ hæresces (quam valde probabilem esse profitentur) asserit Iosephũ suspicionis fluctibus exagitatum, ne visus solius crederet testimonio, auditũ famę vxoris accommodasse, curans percipere, quid de Maria vicini loquerentur: nec enim vnius testis depositione proximus damnãdus, præcipuè cùm facillimè sensus decipiãtur circa sibi obiecta proposita. Haud damnãdus proximus cuius audisti scelera, si nõ simul vidisti; nec quæ videris tanquam vera proferas, aut eis fidem adhibeas, cùm facile visus decipiatur.

10\. *Nuptias celebrauit Ioseph.* *Exurgẽs autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suã.* Id est, Nuptias cum Virgine celebrauit: idem enim, accipere vxorẽ, ac celebrare Nuptias, id est, publicè celebrare, quas in tẽplo cõtraxerat. Orig. Orig. hom.1. in diuer. *Securus & intrepidus* (ait Angelus Iosepho) *accipe eã secũdum legis præceptum vxorẽ tibi nominatã, sed secũdum Nuptiarũ consuetudinem, & coniunctionem longè alienã.* Basil. Basil. orat. de hum. Christ. gener. *Excitatus Ioseph accepit vxorem suam cum affectu, dilectione, pro vxore illam habuit a nuptialibus verò cõgressibus abstinuit.* Hilar. Hilar. Can. 1. in Mat. *Ipse Ioseph concepti ex Spiritu sancto testis assumitur; vt dehinc, quia desponsata esset, in coniugem reciperet.* Haymo. Et Haymo. *Postmodum, sicut sequentia Euangelij huius narrant, surgens à somno, fecit sicut præceperat ei Angelus, conuocauit amicos suos, & fecit cõuiuiũ Nuptiarũ, & accepit beatã Mariã in vxorẽ.*

11\. *Quid significet illud Nõ cognoscebat* *Et non cognoscebat eam donec peperit.* Infert Heluidius. *Ergo postquam peperit, cognouit.* Impio autem Hieron. respõdet. *Nunquid Ioseph, qui miracula tanta cognouerat, Dei Templum, Spiritus sancti sedem, Domini sui Matrem audebat attingere? Absit.* Ambr. de Instit. Virg. c.6. *Nec Ioseph vir iustus in hanc prorupisset amẽtiam, vt Matri Domini misceretur.* Quid igitur verbum illud: *Non cognoscebat eam?* Respondet D. Epiph. *Vnde enim cognouisset, quòd tantã gratiam acceptura esset mulier? Aut vnde cognouisset, quòd tali gloria glorificanda esset Virgo? Non igitur recognouit ipsam, donec vidit miraculũ; non cognouit ipsius miraculũ, donec vidit genitũ ex ipsa. Quãdo verò peperit, cognouit Dei honorem, quòd ipsa esset, quæ audisset, Aue gratia plena, Dominus tecũ.* eam? Hier. Ambr. Epiph. Aliter locum D. Th. exponit 3. p. q.28. a.3. Nõ D. Th. cognoscebat oculis Ioseph Virginis vultum, donec peperit. Nam quãdiu in vtero Deũ gestauit, tantum è vultu splendorẽ emittebat, vt Ioseph ipsam perspicuè intueri nequiret. Quem in modum Israëlitæ fulgidam Mosis faciem intueri non valebant, vt Exod. 34. & 2. Cor. 3. memoriæ proditum.

Aptiùs respondeo cũ Hieronymo, Chrysostomo, & aliis. *Nõ cognoscebat eã*, cõgressu quidem coniugali, *donec peperit*. Ergo postquam peperit, cognouit. Inepta illatio, vt patet Isai. 46. iuxta LXX versionẽ. *Ego sum, donec senescatis.* Nunquid rectè inferam. Ergo non est Deus post illorũ senectutem? *Vobiscum* (ait Christus) *sum vsque ad consummationem sæculi.* Mat. vlt. an post sæculi consummationẽ nobiscũ non erit? *Oportet* (inquit Paulus) *Christum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus.* 1. Cor. 15. *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ.* Ps.109. Nunquid postquã inimicos sub pedibus Christi Deus collocarit, Christus non regnabit? Annon ad dexterã Patris non sedebit? Audebit ne Heluidius sublatrare? 12. *An bene expositio.* Hieron. Chrys. Isa.46. Matth.28. 1.Cor.15. Psal.109.

Filiũ suum primogenitũ Rursum Canis. *Primogenitus Christus vocatur? ergo alios post genitos ex Virgine fratres habuit.* Respondet Damasc. l.4. fid. c.15. *Vox, primogenitus primò quidem aliquem genitum esse declarat, non tamen necessariò alios quoque postea genitos esse indicat.* Omnẽ sibi primogenitum offerendum præcepit Deus Exod.13. si is solus est primogenitus, qui alios habet fratres, non esset is offerendus Deo, qui vnigenitus fuisset. Christus Patris primogenitus dicitur. *Cum iterum introducit primogenitum in Orbẽ terrarũ.* Heb.1. At Pater Deus vnicum naturalẽ Filium habet. Hieron. *Primogenitus est non tantùm post quem alij, sed & ante quem nullus.* Sic exponit Anselm. *Peperit Virgo Filium suum primogenitũ, id est, genitũ à Patre ante omnia. Vel dictus est primogenitus secundum vsum locutionis, non respiciẽdo ad secundum; quia omne quod primò nascitur primogenitum vocatur. Vel primogenitus respectu omnium fidelium.* Epiph. autem. *Genuit Virgo Filium suum primogenitum*, non autem suum primogenitũ, velut ipsa alium paritura esset. Item in eo, quòd dixit Euangelista, Filiũ suum significauit ex Virgine secundùm carnem genitum esse. In cognomine verò primogeniti, non *amplius vocem suũ apposuit, sed primogenitum solum.* Et inferiùs. *Primogenitum, quia primogenitus est priusquã esset vlla creatura. Et Primogenitus inter multos fratres, iuxta Apostolum; non iuxta eum, qui est à Maria, vel vt alij filij sint ex ipsa: sed inter eos, qui digni facti sunt accipere per ipsum adoptionem in filios.* 13. *Quonam modo vnicus Iesus Primogenitus appellatur?* Dam. Exod. 13. Hebr. 1. Hieron. Epiph.

IN MARIAM NVPTAM
PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS
Circa literam.
Ex Iosephi Timore.

OBSERVATIO I.
Excellentiæ egregiæ Deiparæ elucent in Iosephi suspicione.
Vbi ostendo fulgorem Virtutis medijs in tribulationibus ampliùs innotescere.

14. *Elucet patientia Mariæ in tribulatione.* ASSERENTES Iosephum voluisse Mariam dimittere ob adulterij suspicionem, mirum in modum Virginis exprimunt excellentiã. Sustinuit laboris pondus in patientiæ incrementum. *Hanc autem tentationem ideò permisit Deus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob.* Tob. 2. (Tob. 2.) Vbi Bernardus serm. 12. in Cant. (Bern.) *Quomodo stellæ in nocte lucent, sic vera virtus, quæ in prosperis sæpè non appa et, in aduersis eminet.* Docet Auctor Imperfecti consciam huius tribulationis Mariam proculdubio graui vulnere ob, Iosephi angustias affectam, firmante silentio fortassè delictum.

15. *Innotescit ampliùs Mariæ puritas Ioseph dubitante.* Profectò Virginis puritas ampliùs ex tribulatione illa innotuit, cunctisque reddita est credibilior, quemadmodum fides Resurrectionis Dominicæ ex Thoma dubitante. Bernardinus Senen. tom. 3. serm. de S. Ioseph a. 2. c. 1. (Bernardin.) *Ioseph permissus est incidere in hoc dubium propter maiorem certitudinem tanti operis. Quia quando audimus, quòd vir Mariæ sic discretus, sapiens, atque iustus omnia hæc diligenter considerauit, atque vidit: plus mouemur ad fidem, quàm si diceretur, quod ab initio simpliciter hæc suscepit, iuxta sententiam Gregorij, qui ait.* (Greg.) *Quod minus Maria mihi dedit, quæ citò credidit, quàm Thomas, qui diu dubitauit.* Et Canisius lib. 2. cap. 4. (Canis.) *Quis tam prudens, aut modicè saltem peritus non videat singula diuini Numinis prouidentia contigisse, vt Ioseph de Mariæ virginitate ad tempus dubitaret, eáque vnius dubitatio multis in fide confirmatio esset; sed & aliis ægris, vel in fide nutantibus medicatio? Vnde Ioseph Thomæ Apostolo rectè comparatur, quòd ambos in aliquam fidei dubitationem permitteret Deus incidere; vt per hunc Dominicæ Resurrectionis, per illum verò Marianæ Virginitatis credulitas in multorum cordibus magis magisque corroboraretur.*

16. *Illustratur Virginitas Mariæ ex suspicione.* Tribulatio hæc Deiparæ Virginitatem mirificè illustrauit. *Nigra sum,* (ait illa) *sed formosa, filia Ierusalem, sicut Tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol.* Cant. 1. (Cant. 1.) Ad quæ Rupertus. (Rupert.) *Nigra sum, id est, grauida tumens sum; sed formosa, id est, salua virginitate ex Spiritu sancto concepi.* Annon meæ Virginitatis pulchritudo coruscat? *Nigra sum* (adiicit ille) *secundùm opinionem malè videntium, sed formosa secundùm fidem rectè credentium. Nigra sum, quia virginitatem amisisse ignorantibus videor; sed formosa sum, quia magno cum Virginitatis splendore conceptum Dei Filium gero. Nigram putat Sponsus meus Ioseph, ideoque dimittere vult, & veluti alteram Agar cum filio domo eiicere; formosam non à me, sed ab Angelo esse cognoscet, ac retinebit.* Imò à te, ô Virgo, formosam esse cognoscet, *quia magno cum Virginitatis splendore Filium geris.* Hoc est, tot puritatis grauida radios emittis, vt possit ante Angelicum monitum Sponsus omnem dubitationem ablegare.

Certè si adsit simplicitas pia, minimè potest quis in Maria diuinos non mirari fulgores; quia illud ipsum grauidam apparere, idem erat, ac Deo impletam ostentari. *Nolite,* ait, *me considerare, quòd fusca sum, quia decolorauit me Sol* Quidnam est Mariam à Sole decolorari? Profectò Deo impleri, vnde humanus color quodammodo diffugiat, totáque Maria quasi diuina censeatur. Pulchrè Rupertus. *Nolite me considerare quòd fusca sim, id est, non Virgo; nam quòd tumentem vterum habeo, non fecit vir; quia virum non cognosco.* Si tumens vterus apparet, necessariò considerare tenemur te non Virginem. Absit; *quia me Sol decolorauit. Verus Sol, & Sole Deus longè pulchrior, semetipso me impleuit, hoccine est decolorari? Non apud vos, ô filia Ierusalem, sed apud superborum cogitationes.* Ideò semper existimaui D. Iosephum necessariò Sponsam non modò non Virginem, sed quasi diuinam iudicasse; quia illud ipsum grauidam esse, ac impletam Deo, decolorari erat, hoc est ablegari fœminæ colorem, humanitatis indicamenta: ac Diuinitatis fulgorem ex egregiarum exercitio virtutum apparere. 17. *Deo impleta sincerius apparet.* Cant. 1. Rupert.

Iam *Sicut pelles Salomonis* Virginitas Mariana coruscat, An cùm Salomonis terreni pellibus comparatio? Minimè, nam vt appositè adnotat Bernardus ser. 27. nihil in his dignum reperitur, quod valeat cũ iusto animo cõferri: quid cũ Maria? *Quomodo sicut pelles Salomonis formosa? Quasi Salomon in omni gloria sua quidquã habuerit condignũ decore sponsæ, & gloria ornatus eius.* Igitur sermo de cælestis pellibus Salomonis, quorũ appellatione Cælũ, Sol, Luna, Stellæ designantur iuxta illud: *Extendens cælum sicut pellem.* Ps. 103. *Pulcherrima* (ait Bern.) *pellis cælum est, quæ in modum magni cuiusdam tentorij, vniuersam operiens faciem terræ, Solis, Lunæ, ac Stellarum varietate tam spectabili humanos oblectat affectus. Quid hac pelle formosius? quid ornatius Cælo?* An Mariæ puritas inter persecutionis tenebras sicut veri Salomonis pellis Solis, Lunæ Stellarum splendore coruscat? 18. *Solem, Lunã, Stellas, virginitas Mariæ tunc vicit pulchritudine.* Cant. 1 Bern. Ps. 103. Bern.

19. *Sicut cælestis Beatitudo pregnantem cõvestiauit. Cant. 1. Bern.*

Exiguus planè fulgor est corporei Poli, si cum Virginitatis Mariæ radiis comparetur. Vnde Bernard. aliud cælum eleuatius fulgentiúsque excogitauit, pellibus Salomonis figuratũ. *Hoc cælum scilicet Angelicum, & spirituale extensum est sicut pellis, non tamen spatiis locorum, sed affectibus animorum, hoc miris, variisque artificis distinctum operibus. Habet autem grandis ista pellis quamplurimas in se æque Salomonis pelles; quoniam vnusquisque beatus & sanctus, qui ibi est, pellis est vtique Salomonis: benigni siquidem sunt, atque extenti in charitate pertingentes vsque ad nos. Quamobrem sicut cælum cæli singulariter dicitur vniuersa illa multitudo collecta Beatorum: sic & cæli cælorum propter singulos, qui vtique cæli sunt, nominantur.* Maria igitur in ipsa existimata nigredine grauiditatis formosa sicut tota cælestis curia, sicut ipsa beatitudo Solis veri irradiata fulgore mirificè apparet.

20. *Modestia Mariæ eam à suspicione defendebat.*

Fulgorem huiusmodi Mariæ Virtutes ipsa in grauiditate elucentes esse affirmaui. Vnam illam modestiam Deiparæ ab oculis hominum recedentis ponderabo. *Inuenta est*, inquit, Lucas, *in vtero habens.* A quo inuenta innuitur? An à vicinis? an à ciuibus Nazareth? Origenes hom. 39. in diuer. *Primo inuenta est ab Angelis protegentibus, eam custodientibus, conseruantibus eam. Deinde non incongrue inuenta putatur ab ipso Ioseph sancto, & iusto, qui futuræ vxoris omnia nouerat.* Angeli soli custodientes, ministrantes, solus Ioseph Sponsus Virginem prægnantem non reperiunt, sed quæsitam inueniunt? Nullis aliorum oculis patebat sponsa. Hieron. *Non ab alio inuenta est nisi a Ioseph.* Abulensis q. 28. *Hoc cognouit Ioseph, quia venter eius iam surgebat, crescente corpore Dominico, & non poterat occultari quin esset prægnans.* Si occultari non poterat, omnes alij qui Virginem aspicerent, inuenirent. Ergo signum perspicuum est Virginem modestissimam nullius præterea hominis oculis obiici. Quodnam egregius sanctitatis Marianæ documentum? Annon eam defendebat modestia, quando vteri tumor accusabat?

Orig. *Hier.*

OBSERVATIO. II.

Iosephi timor Virginis gloriam manifestat.

Edoceris non fugiendum esse ab egregiis muniis tibi iniunctis à Domino, humilitatis affectu. Qui munus iniunxit, te aptitudine donabit.

21. AMPLIVS Mariæ gloriam reuerentialis Iosephi timor (de quo tertia nostra sententia) illustrat: tantam enim contemplatus est Virginem vt humilitatis affectu conatus fuerit ab ipsa recedere.

22. *Eodem affectu Ioseph à Deipara recedere curat, quo à Domi-*

Quando Petrus Christum rogauit, vt à se recederet. *Exi a me Domine quia homo peccator sum.* Luc. 5. manifestè gloriam Domini prædicauit. Eodem affectu Ioseph curauit à coniuge recedere. D. Bern hom. 2. sup. *Missus. Quare Ioseph voluit dimittere eam? Propter hoc Ioseph voluit eam dimittere propter quod & Petrus Dominum a se repellebat, dicens, Exi à me Domine, quia peccator sum.* Prohibuit & Centurio Dominum, ne domum ingrederetur. *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Luc. 7. se indignum tali consortio reputauit. *Propter hoc* (adiicit Pater) *Ioseph voluit dimittere Mariam propter quod & Centurio à domo sua Dominum prohibebat. Ita ergo Ioseph indignum, & peccatorem se reputans, dicebat intra se, tali & a tanta non debere sibi vltra familiare præstari contubernium, cuius supra se mirabilem expauescebat dignitatem. Videbat, & horrebat diuinæ præsentiæ certissimum insigne*, (quod erat ipsius Deiparentis modestia, & silentium,) *& ideo voluit occultè dimittere eam.*

nus Petrus, & Centurio. Luc. 5. Bern. *Luc. 7. Bern.*

Olim Dauid exhorruit Testamenti Arcam ad se diuertere. *Quomodo*, inquit, *ingreditur ad me Arca Domini? Et noluit diuertere ad se Arcã Domini in Ciuitatem Dauid, sed diuertit eam in domũ Obededom.* 1. Paral. 13. Annon præstitũ illud à Dauide ex humilitatis, ac reuerentiæ affectu? Haud aliter Ioseph à vera cælestiũ mysteriorũ Arca Maria reuerẽtiæ discedit affectu. Ideo Angelus. *Ioseph fili Dauid, noli timere.* Dauidis filium appellat, quia Parentis reuerẽtialẽ timorẽ imitabatur. Confirmo excogitationem Sapiẽtis admodũ archiepiscopi Capite fontiũ sententia, lib. de Virg. Deip. *Talis erat timor iste respectu Arcæ noui Testamenti in S. Ioseph, vt in eadem domo cum illa non auderet manere, qualis in patre eius Dauide quõdam extitit, cum veteris Testamenti Arcam in domũ inducere suam, licet id peroptaret, ausus non est. Quod autem per Arcam illam significata fuerit sanctissima Virgo testatur Bernardus.* Filius ergo Dauid vocatur, quia sicut Dauid timebat. 23.

Ioseph Dauidis filius nũc appellatur, quia imitatur parentis affectum ab Arca recedẽtis. *1. Par. 13.* *Capitefon.* *Bern.*

Bernardinus Bustos 4. p. ser. 12. *Ex facie Virginis egrediebatur quidam splẽdor, tanquam si Sol fuisset in lucerna crystalli. Et ideo videns Ioseph tantam maiestatem, ex humilitate volebat separari ab ea, reputans se indignum conuersari cum illa.* Non improbo faciei Virginis fulgorem materialem; sed alium splendorem approbo, de quo noster Rosignolus l. 4. de Perf. c. 6. *A quibusdam scriptum est Virginis sanctissimæ aspectum ex maiestate, & sanctitate compositum ad omnem pietatem, & deuotionem, vt in animis eam intuentium virtutis amorem, & præsertim castitatis, & virginitatis ingeneraret.* En faciei Marianæ fulgor ingerens reuerentiam intuenti Iosepho. *Cor hominis*, inquit Sapiens, *immutat faciem illius siue in bona, siue in mala.* Eccli. 13. Vbi Iansenius. *Dispositio cordis apparet in facie, quia vigent ibi omnes sensus, & potissimè apparet in oculis, eò quòd visus plures differentias ostendit: sicut enim ex abundantia cordis os loquitur, ita pro varia dispositione cordis varia est & vultus dispositio.* Faciem itaque Mariæ puritatem cordis preferentem Ioseph reueritus conabatur humilis ablegari. 24.

Fugit Iosephus ob virtutum Mariæ cælestem splendorem. *Bustos.* *Rosignol.* *Eccli. 13. Iansen.*

Plus enim credebat Sponsus virginitati ex faciei Mariæ modestia rutilãti, quam vtero intumescenti. Bonauentura in Spec. c. 15. *O ineffabilis laus Mariæ! Magis credebat Ioseph castitati eius, quam vtero eius: & plus gratiæ, quam naturæ.* Addit pulchrè. *Probabilius credebat mulierem sine viro concipere, quam Mariam* 25.

Plus credit Ioseph virtuti quàm vtero tumenti. *Bonau.*

Chrysol. *posse peccare.* Chrysologus serm. 1. de gener. Christ. eleganter scripsit. *Æstuabat animus sanctus negotij nouitate perculsus. Stabat sponsa pregnans, sed virgo: plena pignore, sed non vacua pudore: stabat de conceptu sollicita, sed de integritate secura; stabat vestita materno munere, sed non honore virginitatis exclusa.* Quia dum tumens vterus firmabat adulterium, modestia virginalis innocentiam asserebat; simul enim & fœtu, & virginitate visibiliter induebatur. *Sponsus quid faceret ad ista? Accusaret de crimine? Sed erat ipse innocentia testis. Culpam diceret? Sed erat ipse custos pudoris. Vrgeret adulterium? Sed erat ipse virginitatis assertor.* Quia scilicet in tam sancta coniuge pariter grauiditas, & virginitas incedebant. *Vnde probabilius credebas mulierem sine viro concipere, quàm Mariam posse peccare.* Inuenitur vtique *in vtero habens de Spiritu sancto.* Quia eo ipso quòd vterus intumesceret, de Spiritu sancto concepisse asserebat sponsus: implicaret enim tantæ cognitæ puritati ex delicto coniugẽ concepisse.

26. *Qui fugit Ioseph, cognoscit se nõ fugienti sponsæ iniuriam irrogasse.* Demus Iosephum primo intuitu suspicatum de adulterio fœcundam, Verum mox dignouit errorem, maximámque à se in Virginẽ illatam iniuriam. Colligo ex eo quòd timens Virginem dimittere conaretur. *Voluit occultè dimittere eam.* Quid minùs vsui peruiũ, quàm eum, qui iniuria afficitur, timere, fugeréque ab vxore pauentem virum, qui ab ipsa accepit iniuriam? Nónne magis debuisset timor corripere adulteram inermem de vindicta coniugis sollicitam? Ergo Ioseph se accepisse non putauit iniuriam, sed potiùs cognouit irrogasse præparans profectionem. Acutè adnotauit

Capitefon. Archiepiscopus ille Capitefontium, lib. de Mariæ Virg. *Nónne potiùs Maria meditari fugam, & clam marito fugere debuisset? Nónne illa magis maritum timere, quàm maritus illam æquum erat? Annon vbi deprehensam se grauidam sensit, à marito sibi cauere, ne eam ex zelotypia occideret, vel populo lapidandam exponeret, meritò debuisset? Quid est, quod hic maritus timet, qui nullam habet culpam, qui Mariam non offendit? Ideo Maria non fugiebat, non sibi à viro timebat, sed è contrario vir timebat Mariam, & fugere meditabatur occultè, quia suspicatus adulteram affecit iniuria. Certè istud occultè velle dimittere eam, magna indicat mysteria. Multùm Ioseph coniugis nimirum detulisse virtuti.* Quia prædicat coniugem innocentem quam fugit: séque condemnat reatus accusatum fugientem.

27. *Angelus ostẽdit non esse timendum, quando Deus Iosepho commẽdauit egregium munus custodiendi cœlestem Thesaurũ ac Dei Templũ, &c.* Cui denique Angelus. *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Tuam,* inquam, coniugem, id est, quam planè incorruptam venerarıs. *Non contentus* enim *Euangelista* (loquor cum Chrysostomo hìc hom. 4.) *nomen Virginis Mariæ commemorasse, addidit. Coniugem tuam, haud ita vocaturus, si corrupta fuisset.* Accipe igitur Mariam tuam priùs dilectam coniugem.

Chrys. Quonam modo accipiam Thesaurum ac diuitias cælestes, sanctissimam, perfectissimam, Dei habitaculum venerabile? Potiùs fugam meditabor, quia peccator sum. Noli timere accipere coniugem. *Accipe eam* (verbis vtor Ori-

Origen. genis hom. 39. de diuers.) *sicut commendatum cælestem Thesaurum, Deitatis diuitias, plenissimam sanctitatem, perfectam iustitiam, Vnigeniti mansionem, honorabile templum, domum Regis cælestis immaculatam.* Deterret te protsus Thesaurum Deitatis esse sanctitatem plenissimam, ac Dei Templum venerabile; sed allicit; imò cogit ad reuersionem commendatum tibi à Deo esse thesaurum, diuitias, templum, & domum. *Itaque ergo Ioseph, noli timere accipere eam tibi commendatam, tuæ religiositati creditam. Serua, fer, cura.* Docemur haud à muneribus egregiis iniunctis humilitatis effugere affectu: (aut ab Eucharistiæ sumptione abstinere.) Si munus tibi commendatum est, nihil, quod timeas; nam qui munus iniunxit, ad exercendum, te donabit aptitudine. *Si munus iniunctum est, ne suscipere timeas.*

Observatio III.

Perfecta D. Iosephi iustitia prædicatur.

Vbi ostendo homines à iusto iustissimos, seu perfectissimos à tribulatione reddi.

IOSEPH sanctus Mariæ sponsus illius tribulationis igne adhuc, instar purissimi argenti, igne decoquitur vt iustissimus appareat. *Ioseph autem cùm esset iustus.* Matth. 1. *Iustus* quidem erat, sed iustissimus esse debebat ad Nuptias celebrãdas; vnde iustitia igni commissa tribulationis in perfectam ascendit sanctitudinem, è iusto iustissimo apparente Iosephu. Rupertus lib. de glo. Filij hom. ait. *Ioseph priùs inaudita credidit, scilicet quod ipsa, quæ conceperat, Virgo esset; & statim obediuit Deo credulus, puella beneuolus. Hactenus vir iustus, & exinde iustissimus.* Tribulatio enim dedit virtutum exercitamenta, queis adoleuit iustitia, ad perfectionis demum cumulum adducenda. 28. *E iusto iustissimũ redditur Ioseph à tribulatione.* Matth. 1. Rupert.

Iustus Dauid legis præscriptum custodiens iustissimus redditur, dum permisso legis non vtitur Saülem inimicũ occidendo. Haud aliter Ioseph Dauid filius *iustus* cùm esset, noluit traducendi Mariã vti cõcessa sibi à lege potestate, vnde iustissimus euasisset: Rupert. citat. *Quare timerem huiusmodi Virginem occultè dimittendi Deus Iosepho euenire permisit? quare non præuenit? quare hunc ipsum Angelum, quem tandem missurus erat, non misit antea? Videlicet vt tentaretur, & manifestum fieret tam Angelis, quàm hominibus de ipso, quòd esset iustissimus. Sic Pater eius Dauid maluit exulare, quàm vti permisso legis dicentis, Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Leu. 19. *Fuit ergo Ioseph insignis filius Dauid. Erat ergo antea Ioseph iustus in verbo, & in facto; iam iustus in consummatione.* Id est, iustissimus, consummatus scilicet, & perfectus, quia legis vltra iura transiliit. 29. *Patrem Dauidem imitatus Ioseph pepercit Mariæ, vnde iustissimus euasit.* Leu. 19. 1. Reg. 26. Rupert.

Suprema iustitia apprimè quadrata figura signatur. Abulensis in c. 15. Exod. q. 15. *Inter cæteras figuras nulla stabilior, atque firmior est, quã quadrata: nam qualitercumque ponatur, stat, non in diuersa gyrat.* Ideò *domus cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est.* 3. Reg. 6. *Rex Medorum ædificauit ciuitatem potentissimam de lapidibus quadratis.* Iudith. 1. Ad hæc Clemẽs Alex. lib. 6. Strom. *Est ergo iustitia* 30. *Perfecta iustitia quadrata figura signatur.* Abulens. 3. Reg. 6. Iudith. 1. Clem. Alex.

quadra

quadrata, omni ex parte æqualis, & similis in verbo, in facto, in abstinentia à malis, in beneficentia, in perfectione cognitionis, nusquam vllo modo claudicans. Quadratæ autem figuræ mysterium perfectissimæ sanctitati sic Aristoteles accommodat lib. 4 Rethor. c. 51. *Iustum quemque perfectum,* (id est, iustissimum) *appellari quadratum, propter quatuor virtutes cardinales, eum circumstantes.*

Arist.

31\. *Iosephus iustissimus ex quatuor virtutum Cardinalium exercitamento, & incremento.*

Profectò Iosephus iustissimus apparuit è iusto ex quatuor virtutum cardinalium exercitamento. Id quod Albert. Mag. sup. *Missus,* c. 46. eleganter adnotauit. *Fuit ergo Ioseph vir per constantiam fidelitatis, quantum ad Iustitiam pertinet; & per excellentiam discretionis, quantum ad prudentiam; & per virtutem castitatis, quantum ad Temperantiã; & per strenuitatẽ operationis, quantum ad Fortitudinem. Et sic in S. Ioseph notatur excellentia quatuor virtutum Cardinalium.* Euseb. Cæsarien. l. 7. de Præpar. Euang. c. 3. asserit Patriarcham Ioseph quatuor hisce virtutibus floruisse. *Aderat Iosepho libertas animi,* id est, Iustitia: *maxime robur invictum,* seu Fortitudo, *pudor eximius, ac modestia,* siue Temperãtia: *& Prudentia summa.* Vt scilicet apprimè Patriarcha Mariæ adumbraret sponsum.

Albert. Mag.

Euseb. Cæsar.

32\. *Creuit Iustitia Misericordia copulata.*

Profectò quatuor harum virtutum perfectionis quasi natalitius dies extitit tribulatio. Inprimis ipsa qua florebat *Iustitia (cum esset iustus)* mirũ in modum creuit misericordiæ copulata: *Et nollet eum traducere.* D. Chrysol. ser. 145. *Hoc pio magis videtur conuenire, quam iusto, sed humano iudicio, non diuino. Penes Deum neque pietas sine iustitia est, nec sine pietate iustitia. Quia æquitas sine pietate sæuitia est, & iustitia sine pietate crudelitas. Ioseph ergo merito iustus, quia pius; & pius, quia iustus. Deniq; dũ pietatẽ cogitat, crudelitate caret: dũ causã tẽperat, iudiciũ custodit: dũ vindictã differt, crimẽ euadit: dũ refugit accusatorẽ, fugit sententiam.* Et Beda. *Eu iustitia iustus erat Ioseph, vt misericorditer propinqua cõsuleret. Iustus erat, de quo Scriptura dicit, Misericordiã volo, & non sacrificium.* Iustitia ergo misericordiæ hærescens eleuatissimæ. Dei altari, instar sacrificij, constituendæ statuta gigantea donatur, vt meritò qui *esset iustus* iam iustissimus obiiciatur.

Chrysol.

Beda.

33\. *Creuit Iosephi prudentia, vel in somnis cogitand.*

Deinde se nobis exhibuit prudentissimum. Nihil enim neque verbo, neque opere sine matura meditatione decreuit, secutus Sapiẽtis documentũ. *Fili, sine consilio nihil facias, & post factũ non pænitebit.* Eccli. 31. Prudentiã Iosephi illa verba cõmendant; *Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.* Mat. 1. In somnis apparet Angelus Iosepho *hæc cogitanti?* Non iam prudens sed prudẽtissimus Ioseph, qui nõ modo vigil, sed & dormiens rẽ grauissimã mẽte volueret, Prouerbiũ illud secutus: *Super quamcumque rem grauem dormire oportet; lectuli enim culcitra consilium præbet.* De Prudentia Iosephi sic Salmer. tom. 3. tract. 30. *Nihil adhuc de liberauerat Ioseph* (cùm Angelus in somnis apparuit) *tantùm apud se cogitabat. Verbum cogitandi indicat prudentiam; quia vt habetur Eccli. 34. Vir in multis expertus multa cogitabit. Non ergo præcipitauit Ioseph sententiam suam, nec rẽ tanti momenti contulit cũ aliis; quia lædere, & denigrare posset bonam Virginis famam. Notatur simul mansuetudo eius, qui nulli signifi-*

Eccli. 32.

Mat. 1.

Salmer.

cauit cogitationes suas. Mãsuetudo addita prudentiæ eius exprimit incrementa, vt appareat Iosephum è prudenti prudentissimũ euasisse.

Præterea sese è forti fortissimũ planè manifestat; opus enim perfectũ patientiæ obtinuit iuxta Iacobum. *Omne gaudium existimate fratres, cũ in varias tentationes incideritis, scientes, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur, patiẽtia autem opus perfectum habet.* c. 1. Vbi D. Th. 2. 2. q. 136. a. 2. *Patientia dicitur habere opus perfectum in aduersis tolerandis, ex quibus procedit tristitia, quam moderatur patientia; & ira, quam moderatur mansuetudo.* Cùm igitur sic se homo vincit, vt aduersa non impellant ad tristitiam, & iram, sed alliciant ad gaudium & mansuetudinem, opus habet fortitudo perfectum, omne gaudium se existimet possidere Perfectissima fuit fortitudo Iosephi, inter suspicati adulterij tribulationem summã pacis gaudio fruẽtis, mãsuetudine mira ad officia in Virginem properantis, cùm posset ad vindictam. Chrysostom. hom. 4. in Mat. exclamat. *O mirabilem, & rem absque exemplo singularem! Non enim tantùm Ioseph Mariam damnare noluit, sed etiam publicare. Vidisti virum sublimiter philosophantem, & tyrannicæ illius affectionis prorsus immunem. Nostis enim profectò nostis, & nos quidem nouimus plerósque velle animam potius amittere, quam in tormentum zeli, atque huiusmodi suspicionis incidere. Sed tamen ita erat Ioseph ab huiusmodi passione liber, vt ne in minimo, quidẽ Virgini vellet inferre mæstitiam, & adhuc sub lege viuens supra legem philosophatur.* Quàm lætus, quàm mansuetus, qui tam benigniter curat sponsam vel à mæstitia præseruare! Quã fortis ad victoriã!

34\. *Creuit fortitudo ex patientia, dum lætum & mãsuetum suspicionis vicit effectum.*

Iacob. 1. Thom.

Chrysost.

Denique Temperantiæ virtutem Ineffabilis illud Euangelicum commendat: *Exurgens Ioseph a somno fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam, & non cognoscebat eam donec peperit Filium suum* Mat. 1. Profectò in omnium rerum egestate esurire, potiùs necessitatis, quàm virtutis est; in abũdãtia autẽ Tẽperantiæ virtus splendet. Ioseph mediis in Nuptiis cælesti fulgens virginitate Rubus est inter Nuptiarũ faces incõbustus Exod. 3. cuius benedictio venit *super caput Ioseph.* Albert. Mag. *Fuit Ioseph vir eius, per virtutem castitatis quantũ ad Temperantiam.* Ex eo quòd *vir eius* existimarunt insipientes mysterij abesse coniugio temperantiam, sed vir Mariæ ostenditur Iosephus constans in castitatis proposito. Vides Iosephum iustum iustissimum quadrata sanctitate ex tribulationis pelago exurgere.

35\. *Creuit Temperantia, dũ purissimus inter Nuptiarum faces.*

Mat. 1.

Exod. 3.

Albert.

Mirum esset si crescente Iustitia, Prudentia, Fortitudine, ac Temperantia, non etiam cunctæ aliæ Virtutes ad supremũ cumulum perfectionis ascenderẽt. Solummodo testabor silentium & obedientiã, vt in ore duorum fides adstituatur. Docemur itaque inprimis Iosephi silentio proximorum crimina tegere. *Et nollet eam traducere.* Augustinus apud Cate D. Th. *Si solus nosti, quod aliquis peccauerit in te, & eum vis coram hominibus arguere, non es corrector, sed proditor. Unde vir iustus Ioseph tanta flagitio, quod de vxore fuerat suspicatus, magna* benignitate pepercit: & quia ipse solus sciebat, noluit *diuulgare.* Aiebat Menander, *Mirum amoris passiones vinculo silentij comprimere.*

36\. *Mirabile silentij Iosephi incrementũ.*

Mat. 1.

Aug.

Menand.

37. Deindè obedientiam Iosephi commendabo. Audiens vocem Domini somno indulgēs etiam dormiens exequitur, Samuëlis imitator, *Ecce ego.* Audias pulchram Capitefontiū Archiepis. lib. de Virg. Mar. Epist. ad lect. sententiam, Deum Gabriëli locutum inducentem. *Periculum magnum à Gabriel, Filij mei Matri imminet. Eius sponsus de illa occultè dimittenda cogitat. Matura, ad eum peruenies; huic enim indormit etiam nunc cogitationi. Neque expectet expergiscatur, atque a se ipso euigilet, & excutetur à somno; sed subitò etiam insomnis fac quæ nostra sit voluntas, quod nostrum super generis humani reparatione consilium, quod decretum quamprimū intelligat.* Perfectissimo enim obedienti Iosepho sufficit insomnis exaudire, vt mox diuinum monitum exequatur. Lectio Græca sic habet. *Fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam excitatus, quia dormiebat.* Excitatus accipit; dormiens autem promptus ad accipiendum exsurgit.

Adeo Obedientia Ioseph creuit, vt dormiens obediret. Capitef.

Profectò Iustitiæ Iosephi tot incrementis 38.
fulgidæ, tot virtutibus stipatæ quasi debita mondi reparatio, ad quam Iosephus instar Noe à Domino assumptus. Isolanus ad hæc r. p. c. 16. *Iustitia Iosephi* in Noe iusto figurata fuit. Hic quoniam perfectus, Arcam diuino gubernauit præcepto, in qua genus humanū saluum factum. Verùm mysteria, quæ Noë gesta significabant sub vmbra, Iosepho sub vero Sole contigerunt. Ipse sua promeruit iustitia, vt Arcæ Mariæ caput esse meruerit. Ipse eandem gestātem Verbum Dei incarnatum humanæ signum reconciliationis cum Deo obsequio sancto prosecutus est. Ipse signum fœderis inter Deum, & hominem, id est, Christum oculis vidit, & exaltauit, diluuium humanæ naturæ *amplius non pertimescens.* Ex præfatis habemus mirum in modum virtutes tribulationibus augeri.

Tam mirabili Iosephi Iustitia vera mundi liberatio committitur. Isolan.

SECTIO QVINTA,

Maria Puerperium,

PATRVM CONTEXTVS,

NVM. 7. Natvræ humanæ gloriam ex aduentu Messiæ tota creata natura quodammodo particeps gestiens proferebat miraculorum facibus: dum temporis decursu fœlicissimus Partus instabat. Exsurgunt sacri Coniuges Cæsari censum soluturi, Deo obedientiam. 8. Conditor naturæ nascitur, cælestis Imperator præsepio sistitur, à pastoribus, à Regibus adoratur humilitas.

COMMENTARIVS LITERALIS,

§. I.

De signis partum Virginis proferentibus, temporéque Dominici exortûs.

Natura humana gloriam ex aduentu Messiæ &c.

1. Christi ortum mirabilem, partum Virginis stupendum plura miracula præsignārunt. D. Thomas 3. p. q. 36. a. 3. *Credibile,* inquit, *est, in aliis partibus Mundi aliqua indicia Natiuitatis Christi apparuisse. Sicut in Hispania apparuerunt tres Soles paulatim in vnum coeuntes.* Abulensis in Prol. D. Hieron. ad Gen. cap. 7. *Illa nocte partus Virginis fons olei manauit in Ciuitate Romana trans Tyberim, & floruerunt vineæ Engaddi illa nocte in terra Iudææ.* Innocentius ser. 3. de Nat. *Fertur Augustum in cælo vidisse Virginem gestantem Filium ad ostensionem Sibyllæ, & ex tunc prohibuit, ne quis eum Dominum appellaret; quia natus erat Rex Regum. Templum pacis funditus corruit; Romani siquidem pro pace, quæ Orbi sub Augusto imminebat, Templum Pacis construxerunt: de quo consulentes, quandiu deberet durare, responsum est, Donec virgo pariat. Qui dixerunt, Ergo erit in æternum, quia nunquam Virgo pariet. Sed in hora Mariani partus funditus corruit.* Addit Bonauentura lib. de quinque fest. Iesu. *Sodomitæ in toto Orbe morte subitanea interierunt.* Vt qui humanam naturam, quam aduenians Iesus cupiebat dilatari ad gloriam, obstruere conabantur. Petrus de Natal. in Catal. citans Damasceoum inquit, *Scribit Damascenus super illud verbum Psalmi; Nox sicut dies illuminabitur: quod istud nocte Natiuitatis impletum est; quia nox in hora partus Mariæ videlicet media nocte, in claritatem diei conuersa est. Et quia ipsa lux ad Patres, qui erant in limbo, descendere non poterat, terra se in pluribus locis aperuit, & per eius rimas lux ad Patres vsque descendit: & tunc impleta est Prophetia Isaiæ 7. Populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam. Legitur etiam, quod Ieremias in Ægypto signum Regibus dedit, quòd illorum idola corruerent, cùm Virgo filium pareret. Vnde sacerdotes imaginem Virginis filium gestantis in Templo statuerunt; quæ prophetia in nocte Virginei partus impleta est.* Legatur Surius tom. 6. Summatim cōplector septem Virgineum partum proferentia miracula, Templi pacis subitam ruinam,

Septem miracula Partum Virginis præsignarunt, aut firmarunt. Thom. Hieron. Innoc. Bonauent. Petrus de Natal. Surius.

ruinam, tres Soles in vnum coëuntes; fontem olei; vineas Engaddi florentes; Virginem infantem gremio gestantem; Sodomitarum toto Orbe repẽtinam conflagrationem, seu interitum; stellam Magis obiectam, splendorem media nocte exortum, simulacrorúmque in Ægypto comminutionem. De quorum fide signorum To. 1. disserui.

2. *Omnes rationes temporis colligo pro Iesu Natiuitate.*

Iam verò omnes rationes numerandi tẽpora Virginei partus expono. Peperit Virgo anno ab Orbe condito 4087. A Diluuio 1435. Ab Abrahæ promissione 234. Ab exitu de Ægypto 1604. Ab initio Regni Dauidis 1567. A Templo Salomonis 1124. A captiuitate Babylonica 597. A secundo Templo fundato 527. Anno 453. Hebdomadarum Danïelis. anno 5. Hebdomadis 65. Consule Augusto 13. & Plautio Syluano creatis, Calendis Ianuarij, anno 43. Augusti incepto, Idibus Martiis. Anno vrbis conditæ 752. inchoato mense Maio. Anno 2. Olymp. 194. cœpto mense Iunio. Anno 42. Augusti à primo Consulatu, incœpto die 19. Augusti. Et 29. Monarchiæ, inchoato secundo die Septembris. Et anno 42. à Triumvir. cœpto mense Nouembri. Æra denique 38. Septembri enim sequẽti eiusdem anni, die 25. Christus natus suo Orbem illustrauit exortu. Hæc ex grauissimis Authoribus lecta crede.

---

§. II.

Nonnullas Puerperij Mariæ circumstantias à me tomo 1. relictas Deiparæ Historiæ adnoto.

Conditor naturæ nascitur, &c.

3. *Vndenam in spelunca illa animantia?* *Bonau.* *Vincent.* *Lyran.*

QVæris primò, vndenam in spelunca, aut communi hospitio animantia illa, quæ præsepio alligata recensentur? Bonauentura, & Vincentius Ferrar, respondent à Iosepho in Bethlehem bouem, asinúmque adductum. Lyranus asserit asino quidem vectam Deiparam, bouem ductum, vt venderetur. Historiæ Schol. Magister ait, *Fortè ibi Ioseph præsepium fecerat boui & asino, quos secum adduxerat, in quo repositus est Iesus. Ad quod quidam referunt illud Isaiæ: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Et illud Habacuc: In medio duorum animalium cognosceris.* Sequor Carthusianum Dionysium asserentem alienũ fuisse bouem, & asinum hospitio communi receptum, sed aut ad dominum hospitij, aut ad aliquem hospitum pertineret.

Comest. *Carthus.*

4. *Exceptus Iesus manibus Angelorum.* *Suar.*

Deinde rogas, an fuerit Iesus ex vtero prodiens Virginis manibus exceptus immediatè, vel è terra leuatus? Suarius 3. p. q. 35. Disp. 13. sect. 3. arbitratur Infantem exortum mox Angelorum manibus (iis inquam de quibus Vates: *In manibus portabunt te.*) fuisse exceptum, & brachiis Deiparæ ab illis traditum. Quod valde probabile existimarim.

5. *Nubes contegit parientẽ.* *Cassia.*

Tertiò requiris, num præsente D. Iosepho Virgo fuerit enixa? An illum modestia coniugis ablegaret? Profectò quia & occasio alliciebat obsequium parienti præstiturum, asserit Simon de Cassia lib. 1. cap. 4. parientem Virginem nube, ne aspiceretur, obtectam.

6. *Præparauit Deipara fascias.* *Cassia.*

Quartò quæsierim, num Virgo pannos, quibus Infans inuolueretur, præpararit? Respondet Cassia. cap. 6. *Vilibus tegumentis inuoluitur, quæ vt piè creduntur, nec præparata erant prouisione parentum. Sed erant illi panniculi aut ex velamentis virgineis, aut fortè mutuatis.* Ego non derogare Virginis paupertati, nec Pueri humiliati ineffabili existimo præparatos fuisse à Virgine & pannos & fascias. Carthusianus citat. *Communiter asseritur, quòd pannis, id est, vilibus, atque veteribus Virgo Christum inuoluit. Veruntamen in reuelationibus D. Birgittæ Virgo inducitur loqui ad Birgittam, quòd sciret se parituram in Bethlehem, vt impleretur Scriptura: idcircò de mundissimis, & decentissimis lineis panniculos sibi prouidit, quibus Filium suum reuerenter inuoluit.*

Carthus.

7. *Ablutus Infans fonte diuinitùs profluente.* *Beda.*

Quintò, an Infans ablutus? Lacténe, an aqua? Beda affirmat ablutum Iesum non lacte, vt aliqui existimarunt, sed aqua miraculo excitato suppeditata. *Hæc spelunca* (ait lib. de locis cap. 8.) *tota interius pretioso marmore tecta supra ipsum locum, vbi Dominus natus specialiter traditur, sanctæ Mariæ grandem gestat Ecclesiam. Petra iuxta murum cauata primum Dominici corporis lauacrum de muro missum suscipiẽs hactenus seruat. Quæ si quà fortè occasione, vel industriâ fuerit exhausta, nihilominus continuò, sicut antè fuerat, plena redundat.* Profectò, vti alibi scripsi, momento illo Dominici exortûs speluncam abluit fons purus ac dulcis, qui ad obsequium Virginis denuò è saxo prosilijt.

8. *Aliud ex puteo ascendente aqua miraculum.* *Cotobic.*

Eodem die (vt ex Cotobisio lib. 2. Itiner. colligo) Virgo sitiens, aqua putei petiit sitim extingui. Quam cum haurientes tunc tẽporis denegarent, aquam ascendisse asserit ille, quâ Deipara potaretur, redeuntibus ad profunda crystallis, iam inibi thesauro custodiendo. An fides adhibenda miraculo? Non facilè sine causa abnegarim.

9. *An corpus Iesu emiserit splendorem?* *Vincent.* *Isai. 9.*

Sextò, quæstioni do, an Infantis corpus tunc emiserit splendorem? D. Vincentius Ferrar. serm. de Natiu. asserit Solis in morem, radios Puerulum emisisse, afferens illud Isaiæ. *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* cap. 9. Incertum reor lucis miraculum, præcipuè cum Propheta de luce spirituali salutis præloquatur.

10. *Natu aliter vbera Mariæ lacte plena.* *Vincent.*

Septimò, voluitur, num Virginis vbera lacte per miraculum donata fuerint? D. Vincentius ait Virginem lacte carentem Dominum deprecatam. *Tunc*, inquit, *subitò vbera virginis fuerũt lacte plena de cælo sibi immisso.* Idẽ ducet Athan. de descrip. Mat. & Ioseph. Profectò lac puerperæ naturale fuisse reor; quia naturale est feminis pariẽtibus lacte abũdare, quod gignitur ex sanguine ad vbera confluẽte, & per caloris coctionem ad candorem deducto, vt sit fœtûs alimentum. Tertullianus lib. de Car. Chris. cap. 20. confirmauit.

Tertul.

11. *Probabile Virginem Puerum circumcidisse.* *Bern.* *Ephr.*

Octauò, dubitatur, quinam Pueri circumcisionis minister? Bernardus serm. 1. de Circ. docet Iosephum Infantem gladio petrino vulnerasse. *Sed nec ipsius ministri contemnendum est testimonium ei, qui imitari quærit Saluatoris exẽplum; hic est Ioseph.* Ephren. Syrus orat. de Transfig. *Si non erat caro, Ioseph quem circumcidebat?*

Suar. *cidebat?* Legendus Suarius tom.2.in 3.p.q.37. a.1. Disp.15 sect.1. Exemplum patris circoncidentis habes Abrahamum. *Tulit Abraham Israel filium suum, & omnes vernaculos domus suæ, & circuncidit, &c.* Gen.17. Gen. 17. Attamen probabile existimaui à Virgine Iesum vulneratum; sic Salmer. Salmeron ex quorundam piorum placito tom.3. tract. 36. *Quoad ministrum attinet, certum aut distinctum habuit neminem; sed fieri poterat a quocumque. Vnde Abraham vna cum filiis se ipsum circuncidit. Sephora verò vxor Mosis suum etiam filium circuncidit. Atque, ob hāc causam putant pij viri nonnulli Iesum a Matre sua Virgine circuncisum. Quia scilicet nullus alius dignus erat Christi sanctissimam carnem attingere, vt quidem in Sephora circuncidente filium suum fuerat prafigoatum.* Idem edocet Author lib. de vera Circuncis. qui Hieron. Hieronymi inter opera extat. *Christus, inquit, octaua die circunciditur a Matre, vtique quasi homo, qui promissus fuerat ipsi Abrahæ* Et Bernard. Auctor de lament. Virg. tract. Bernardo adscripti. *Virgo, ait, Christum genuit, lactauit, octauo die circuncidit.*

12. *Si Maria circuncidit, Puero nomē simul imposuit.* Nonò, requiritur, quisnam Puero nomen Iesu imposuerit? Haud dubium, quin Ioseph, cui ex totius Trinitatis mandato Angelus, *Et vocabis nomen eius Iesum.* Mat.1. Mat. 1. Maximam proculdubio excellentiæ dignitatem Iosepho Angelica attulit legatio; quia impositione, ac publicatione huius nominis ineffabilis, æterni Patris, ac Spiritus sancti vices gessit Iosephus. Patris enim cælestis fuit nomen Filio Cyril. imponere. Cyrillus lib. de fide ad Theodor. *Ille, qui secundùm naturam Pater est, Patris leges secutus (vt ita dicam) nomen hoc præfiniuit.* Bernard. Et Bernardus ser.2. de Circuncis. *Quod vocatum est ab Angelo. Vocatum planè, non impositum. Nempe hoc ei nomen est ab æterno, à natura* Chrysost. *propria habet, vt sit Saluator.* D. Chrysostomus hom.4.in Nat. *Quod est proprium Patris æterni ò Ioseph, tibi facile concedo, vt scilicet nato nomen imponas.* Tanto enim Diuo facilè augusta sanè charismata concedenda. Certè Deiparam simul Puerulo nomen imposuisse Isolan. Isolanus affirmat 2.p. cap.31. *Nomen Iesu imposuerunt Deus, Angelus, Maria, & Ioseph. Deus quidem rem nominis præstando, Angelus prædicendo, Maria imponendo, & Ioseph exequendo.* Attamen, me authore, si ille qui circuncidebat nomen imponebat, (vti graues Doctores affirmant) Ioseph circuncidens nomen Infanti imposuit: à Maria autem percutiente factum nomen fuit simul impositum.

13. *Non post Virginis partum Magis illuxit stella.* Decimò, disputationi committo, num mox post partū Virginis Magis stella fuerit exorta? Nato Infante, regnante in Iudæa Herode, confestim versus eam Arabiæ partem, quæ inter Mesopotamiam, & Palestinam latè patet, eximia stella in aëre visa est; quæ suo splendore ac forma viros eius gentis Principes, ac sapientes, qui syderum contemplatione delectabantur, admiratione perculsit, vt ipsam esse facilè intelligerent, quam veteri forma ex prophetia Balaam, maiorúmque traditione accepta, Regis in Iudæa nati futuram indicem expectabant. Percrebuerat enim vetus, & constans opinio per totum Orientem esse infantis, eo tempore Iudæa profectum totius Orbis Dominatorem futurum. Profectò stellam confestim exortam affirmat Iustin. Iustinus Mart. Dial. Cum Triph. Origen. Orig. lib. 1. cont. Cels. & hom.13. in Num. Cypri. Cypri. ser. de stel. & Mag. Hilar. Hilar. Can.1. in Mat. Ambros. Ambr. lib.2. in Luc. Epiph. Epiph. hær 30. August. August. serm. 32. de Temp. Hieron. Hieron. & Euth. Euth in 2. Mat.

14. *Magorum nomina, forma, vestes, munera.* Vndecimò, Magorum nomina, formam, vestes, munera expendo ex Beda. Bedæ Collect. *Magi sunt, qui munera Domino dederunt. Primus dicitur fuisse Melchior, senex, canus, barba prolixa, & capillu, tunica hyacinthina, sagóque mileno, & calceamentis hyacinthino & albo mixto opere primario variis cōpositionis indutus, aurum obtulit Regi Domino. Secundus Gaspar nomine iuuenis imberbis, rubicundus, milenica tunica, sago rubro, calceamentis hyacinthinis ac vestibus, Thure quasi Deo oblatione digna, Deum honorabat. Tertius fuscus, integrè barbatus Balthasar nomine, habens tunicam rubeam albo vario, calceamentis milenicis indutus, per Myrrham Filium hominis moriturum professus est. Omnia autem vestimenta eorum Syriaca sunt.*

15. *Magi adorātes Iesum simul Virginē Reginam adorant. Salmer.* Duodecimò, quæsierim, an Magi Iesum adorantes simul adorarint Dei parentem? Salmeron audiendus tom.3. tract. 40. *Procidentes in terram offerunt Christo corpus; adorantes latria offerunt animam; aperientes thesauros suos offerunt bona temporalia. In quo quidem honorem Christo deferendo, Matrem quoque venerati sunt. Nam latria, quæ soli Deo debetur, ab hyperdulia, quæ beatæ Virgini, non tam signis externis, quam ipso animo distinguitur. Qui ergo adorat Filium, adorat & Matrem, quoniam Filius à Matre proficiscitur secundum carnem, quemadmodum Mater ex Filio secundum spiritum. Verè enim Christus & Maria fuerunt duo in carne vna. Et sicut qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem; ita qui non honorat Matrem, Filio detrahit.*

---

§. III.

Partus Deiparæ priuilegia.

Conditor naturæ nascitur.

16. *Sine dolore.* NOn equidem prænuociis partus doloribus, sed præcursore gaudio excitata summam Mundo peperit lætitiam. Num excepta Maria à lege communi *In dolore paries*? Gen. 3. Gen.3. Bernard. Bernardus ser. Signum. *Sola inter mulieres Virgo fuit à communi maledicto, & dolore parturientium aliena.* Nyssen. Nyssenus Orat. de Resur. *Vbi voluptas partum non antecessit, neque dolor subsecutus est.* Damasc. Damascenus lib. 4. fid. cap. 15. *Virginem dolor non est secutus in partu. Verum quos in partu dolores effugit, passionis tempore sustinuit.*

17. *Sine obstetricis ministerio.* An indiguit obstetricis ministerio? Quid Virgini Deum parienti obstetricis opera profecisset? D. Hieronymus adu. Heluid. *Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularum sedulitas intercessit. Ipsa pannis inuoluit infantem, ipsa & Mater, & obstetrix fuit.* Quid si tanto partui Dei omnipotentia obstetricis munere functa? Christus Patri, *Tu es, qui extraxisti me de vtero.*

Psalm.21.

Psal. 21. Cassiod. Psal. 21. Cassiodorus, *Ex vtero Matris se dicit Christus extractum a Deo, vt ostenderet natiuitatem illã Dominica virtute perfectam; ne incredibilis videretur Virginis partus.* Non inuoluã (Miraculum Obstetricis. Baron.) silentio quod ex D. Zenone Veron. scripsit Baronius tom. 1. scilicet Obstetricem quandam apud commune illud hospitium fortè commoratam, quę cum Virgini parienti suum sacrare ministerium curasset, valde miratam, quòd tam pulchram, lętámque viderit coitentem. Cui Iosephus asseruit Virginem nullatenus indigere obstetricantis ministerio. Negauit muliercula virginem posse parere, brachio quidem extento. At cælestis flamma brachium conflagrauit, donec dolore acri (à quo pariens libera) affecta ex Virginis consilio Puerum contingens vitali fonte ignis extinguitur, animo fæminæ fidei lux accenditur.

18. (Sacro vtero clauso. Ignat.) Peperit illa sacro vtero clauso, virginitate illæsa. Id quod ex Patribus non probo, sed celebro. Ignatius Epist. ad Heron. *Decebat Creatorem non consueto, sed peregrino, & admirando vti partu, vtpote omnium Opificem.* (Chrysol.) Chrysologus ser. 141. *Qui ingreditur, & egreditur, & introitus sui, & exitus nulla vestigia relinquit, diuinus habitator est, & qui conceptu suo virginem seruat, & ortu suo relinquit Virginem, non terrenus homo est, sed cælestis.* Gregorius (Gregor.) hom. 26. *Quid mirum si Christus clausis ianuis post Resurrectionem suam in aeternum iam victurus intrauit, qui moriturus veniens non aperto vtero Virginis exiuit?* Ildephonsus ser. 2. de Purific. (Ildeph.) *Sicut saxeum sepulchri ostium, & peruium, & penetrabile fuit, nec potuit cohibere viuum, quem prius claudebat sub sigillo mortuum: ita & claustrum Virginis cum esset clausum, & signatum, cum impleti essent dies pariendi, non potuit obstare partui integritas corporis. Nec tamen egressi reserari, Deo totum erat peruium in Virgine, quicquid erat clausum.*

Enixa est denique absque secundinarum illuuie. Zeno Veron. ser. 3. de Nat. *Non Mater Domini tanti partus pondere exhausta totis pallens iacuit resolutis visceribus. Non Filius Matris, aut suis est vllis sordibus delibutus. Neque enim reuera aliquid circa se habere posset immundum, qui humani generis sordes, & maculas venerat mundaturus.* Et Ildephonsus citat. *Virgo tantò magis libera fuit à corruptione passionis, à sordibus ignominiæ, quantò gratia plena, & incorrupta, &c.* Ablutum Puerum illo miraculoso fonte asseruimus. Mundissimum dilui, mortificationis fuit superabundantia, haud sordium documentum. 19. (Sine secundinarum proluuie. Zenon. Ildeph.)

IN MARIAM NVPTAM
PANEGYRICVS MORALIS QVINTVS

Circa literam,

Ex Virginis Puerperio.

OBSERVATIO I.

Mariani Partus elogia.

Vbi innuitur Virginitatem Diuinitatis esse imitatricem.

20. (Partus Mariæ fœcunditas. Gen. 1.) Elvcet in primis fœlicissimi huius partus fœcunditas, in cuius conspectu cuncta sterilis creatura. *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum faciens fructum.* Gen. 1. Quid dico terram germinantem? Cælum in stellas exuberans, lumina fulgoribus emicantia, maria scatentia piscibus, ipsamet prorsus infœcunditas sunt, si cum partu Virginis componantur: enixa est enim omnium fœcunditatis conditorem. (Ambros.) Ambrosius de Inst. Virg cap. 5. *Nulli vberiora quam virginitati Deus munera deputauit, Etenim omnium donorum, quæ Deus creaturis communicare potest, maximum est esse Matrem Conditoris.* An corruptionis pensio? Magna fœcunditas Liæ, sed cum corruptionis pensione coniuncta. Mariæ Virginitas plus splendoris emittit in partu Rubo Mosaico ardenti absque læsione figurata. Exod. 3. Ad quæ (Exod. Chrysol.) Chrysolog. ser. 148. *Concepit Virgo, Virgo peperit. Non te conceptus turbet, non te partus confundat, quando Virginitas quidquid est humani pudoris excusat. Aut quæ ibi verecundia læsio, vbi init Deitas cum amica sibi semper integritate consortium, vbi est desponsatio castitas, census Deus, conceptus integritas, virginitas partus, Virgo mater?*

21. (Summus Deo exsurgit honor ex partu Virginis. Isai. 7.) Annon ex partu huiusmodi summus Deo honor exsurgit? Regi Achaz Isaias, *Pete tibi signum a Domino Deo tuo.* Quod cùm Rex efflagitare renueret, clamauit Propheta, *Propter quod dabit Dominus ipse vobis signum, Ecce Virgo concipiet, & pariet.* Isai. 7. Quem locum (Guarr.) expendens Guarricus ser. 3. de Annun. *Nouimus, ait, vsque deinn, & inuidiam Iudaicæ radicis, quæ & antequam Christus nasceretur, inuidere cœpit gloriæ illius. Nam & iste Achaz ideo recusauit petere signum, ne Dominus glorificaretur.* Vt autem Propheta vindictam sumeret à perfidia, signum illud exposuit, è quo maximus in Deum honor redundaret. Deo (ac si diceret) dare gloriam communem ex edito signo renuis? *ecce* id ipse omnipotens Cõditor huiusmodi signum obiiciet, ex quo non mediocris, non magna, sed maxima in ipsum gloria refunderetur.

22. (Noluit Deus absque Mariæ partu sa-) Quanta, quæso, partûs Mariani excellentia, Deum absque ipso noluisse humanum genus donare salute? D. Irenæus lib. 3 cap. 27. *Quoniam inopinata Salus hominibus inciperet*

salute donare. Irenæ.

ret fieri, *Deo adiuuante, inopinatus & partus Virginis fiebat.* Ac si diceret, Salus hominum & partus Virginis simul incedunt adeò, vt non solùm salus à partu dependeat, sed ipsius salutis modus aut circumstantia cum partus modo componatur. Vnde si inopinata salus incipit, inopinatum partum secuta est.

Assimilatur partus Mariæ Dei partui. Isai.66.

23. Quid si diuino ineffabili Dei partui Mariæ puerperium assimilari queat? *Numquid ego,* inquit Deus, *qui alios parere facio, ipse non pariam? Si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero?* Isai.66. Reperit Pater Verbum, & cunctas simul in ipso creaturas eminenter existentes enixus est. Quid Maria? Verbum ipsũ peperit hominem factum, cunctas creaturas, ipsamque Mariam Matrem complectens. Vnde Deus partûs virginei fœcunditatem quasi miratus, ait, *Antequam parturiret peperit; antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile? Numquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul? quia parturiuit, & peperit Sion filios.* Isa. ibid. Nyssenus, & Damascenus de partu Virginis locum intelligendum asserunt. An Maria filios enixa plurimos? Vnicum Christum peperit. Vndenam affirmatur totam simul gentem e Mariæ partu vnico exortam? Annũ quia Deum peperit omnium ipsiúsque enitentis Conditorem? En partus Mariæ diuini partus gloriam imitatur.

Nyssen. Damasc.

Maria partus quodammodo æternus. Prou.8.

24. Obicies Dei Partum æternum, Mariæ têporarium. Quid si æternus hic quodammodo esset? *Prope ipsum* (inquit Maria) *eram nutritia.* Prou.8. Alij. *Nutrix.* Virgo erga Patrem est nutrix, quæ vnum, eundemque cum Patre communem filium sortita est. An partus Mariæ diuini partus æternitatem imitatur? Ait Matthæus, *Generatio Christi sic erat; Cùm esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph.* cap. 1. Ildephonsus lib. de Virg. Mar. *Cur,* inquit, *non potiùs diceret, Generatio Christi sic est, vel sic facta est?* Respondet, quia generationis huius maternæ iam ab æterno in Patris generatione Imago præcesserat. In eo autem sitam innuit similitudinem, quòd sicut Filius ex Patris fœcunda mente genitus eandem sine diuisione, & corruptione accepit substantiam: ad eundem etiam modum Verbum diuinum ex Matre sine corruptione in tempore natus est. Quare Matthæus non dixit, sic est, sed, sic erat Christi generatio, quia Christi generatio temporalis ex Virgine iam ab æterno in Patris generatione, quasi in similitudine fulgurabat. Vnde si *generatio Christi sic erat,* Maria verè proclamat, *Ego* eram propè ipsum Nutrix, & Deipara. Hinc testimonia Scripturæ de æterna Filij generatione intelligenda de temporali etiã assolent explicari propter vtriusque generationis ac partûs similitudinem. *Ex vtero ante luciferum genui te.* Psal. 109. Alij ex Origin. ad verbum, *Ex vtero Aurora tibi ros adolescentia tuæ.* Exponunt Patres, *Ex vtero Mariæ.*

Mat.1. Ildeph.

Psal.109.

Candor ac puritas partus Mariæ partus diuini candorem imitatur.

25. An huiusmodi nitens similitudine Virginei partus candorem, ac mũditiem cum æterni partus puritate audebo conferre? De Mariæ partu Vates Euangelicus, *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor Iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur.* Isai.62. Christus ex Virgine velut splendor crystalli seruata integritate exortus, & instar lampadis virtute Altissimi accensus est. Profectò Verbum à Patre in morem splendoris dicitur prodire. *Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.* Hebr. 1. Nec enim *splendoris* nomen consubstantialitatẽ, coæternitatémque Verbi cũ Patre solũ significat, vt volunt Athanasius, Origen. & Cypri: sed etiam infinitam illam puritatem, pulchritudinem, qua per æternam generationem exit à Patre. Quam ob causam candor lucis æternæ vocitatur. *Emanatio quædam est claritatis Omnipotentis Dei syncera; & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei Maiestatis.* Sap.7. Vbi Athanasius Epist. decr. Nyssenæ synodi. *Quemadmodum sol autem manẽt, non minuitur, radiis ab ipso effusis; ita neč substantia Patris mutationem perpessa est, cùm habeat suam imaginem Filium.* Haud aliter Maria Christum tanquam splendorem summa puritate, ac pulchritudine enititur.

Isai.62.

Hebr.1.

Athan. & alij.

Sap.7. Athan.

Tanta puritas illa, vt partus hic sit Beatis paradisus.

26. Tantus Mariæ partûs splendor, tantus æternæ lucis candor, vt Cœlicolarum sit Paradisus. *Fons signatus soror mea sponsa,* ex quo fluuius lætificans *ciuitatem Dei. Hortus conclusus.* Cant.4. Fons vocatur, & Hortus. Fontis instar Maria fluuium Christũ producit. Horti in morem beatos donat Paradiso: Audi D. Hieronymum epist. ad Paul. & Eust. *Fons signatus sigillo totius Trinitatis, ex quo fons vitæ manat, in cuius lumine omnes videbimus lumen. Cuius profectò emissio vteri supernorum ciuium omnium est Hortus, est Paradisus.*

Cant.4.

Hieron.

Partum virginis omnium bonorum cõplexio est.

27. Quòd si gloria plenitudo cælestium bonorum est, Paradisus Marianus ex partu vitalis ligni omnia bona cælestia complectitur. Aiebat Isaac. *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Gen. 27. Ad quæ Hieronymus citat. *Bene ab eo plenus ager Maria dicitur, quia plena gratia virtutum pronunciatur, de cuius vtero credentibus fructus vitæ effluxit. Et nos de plenitudine eius accepimus, gratiã pro gratia.* Dixerim pro gratia gloriam: cunctis enim Beatis vterus Virginis lætificantem fluuium emisit, plenus ager cælesti obiicitur voluptate.

Gen.27. Hieron.

Aliorum partuum miracula corã hoc partu obticescunt.

28. Iam parum erit, asserere aliorum partuum miracula in conspectu huius miri partus conticescere. Isaias aiebat, *Attendite ad petram, vnde excisi estis, & ad cauernam laci, ex qua præcisi estis.* cap. 51. Loquitur ad Iudæos à Sara & Abrahamo exortos. Nam statim adiicit, *Attendite ad Patrem vestrum Abraham, & ad Saram, quæ peperit vos* Significat Propheta Isaac, ex quo Hebræi progeniti, ex parentibus infœcundis, & in morem petræ sterilibus mirabiliter esse generatum. Annon miraculum illud fuit Virginei partus præludium admirabilis? Nyssenus hom de Chris. gener. *Sterilis ac decrepita filium parit, idque quasi præludium est, & principium miraculi, quod Virgo paritura esset. Minoribus enim miraculis Deus exercendo fideles assuefacit ad credendum* Ne tanto partûs Mariani fulgore obiecto subitò visus acies deperiret.

Isai.51.

Nyssen.

29. Iam non erit eximium affirmare humillimam Christi Natiuitatem in præsepio simul esse

Cùm humilis appares Christus in præsepio ex partu Virginis exaltatur.
August.

esse præcelsam ob Virginis partum. In medijs animantibus aspicitur Dominus: quid abiectius? A Virgine paritur: quid illustrius? Augustinus lib. 1. de symb. ad Cath. *Vnde humilis Christi Natiuitas? Quia homo natus ex hominibus. Vnde excelsa? Quia ex Virgine.* Natus, inquam, homo ex hominibus apud stabulum in præsepi quidem collocandus. Ibi à Pastoribus, ibi à Regibus in gremio Virginis, quæ peperit, adoratur. Proh puerperij virginei maiestas! Proh Virginitatis gloria Diuinitatis imitatrix.

Observatio II.

Partum Mariæ absque dolore celebro.

Vbi ostendo dolorem sequi voluptatem.

30. *Sine pensione doloris partus Mariæ, quia sine voluptate factus.*
Cypri.
Luc. 1.

PARTVS communis iniurijs haud vexatam Virginem vidimus. Et quidem debuit sine dolore parere, quæ sine voluptate conceperat. Hoc argumentum pulchrè D. Cyprianus illustrat. *Genitrix est obstetrix, & deuotam dilectæ soboli exhibet clientelam, attrectat, amplectitur, iungit oscula, porrigit mammam, totum negotium plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio, nec locus ibi erat lauacris, quæ solent puerperis præparari: quippe nec aliqua naturæ iniuria Matrem Domini læserat; quoniam sine tormento peperit, quæ in conceptione caruit voluptate. Vltrò maturus ab arbore baiula fructus elapsus est, nec oportuit vellicari, quod sponte prodibat. Nihil in hac repetijt vltio, nec præcedens delectatio aliquã repetijt pœnarum vsuram. Spiritu sancto obumbrante, incendium originale extinctum est; ideóque innoxiam affligi non decuit. Neque sustinebat iustitia, vt illud vas electionis communibus lassaretur iniurijs; quoniam multùm à cæteris differens, naturæ communicabat, non culpa.*

31. *Concipit Virgo, ac ideo sine dolore parit.*
Isai. 7.
Nyssen.

Nulla in conceptione voluptas? Nullus dolor in partu. Cecinit Isaias. *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium.* cap. 7. Vbi Nyssenus Orat. de Resur. *Habes & Isaiam, qui gloriam hodiernam non parum illustrat. Ab ipso enim Virginem matrem, sine Patre Filium, sine dolore puerperam prædisces.* Vndénam prædiscam sine dolore puerperam? Ex Isaiæ sententiã solummodo asserente, *Virgo concipiet, & pariet.* Quia si virgo concipit, si filius sine patre suscipitur, necessarium erat sine dolore eniti; quia dolor comes voluptatis ablegatur à partu illius, quæ sine voluptate conceperat. *Æquum erat autem,* (adiicit Pater) *vt sine dolore hic partus existeret: etenim cùm omnis voluptas dolorem coniunctam habeat, necesse est, vt in his, quæ ita copulata sunt, cùm vnum abest, alterum etiam absit. Itaque cùm nulla concipiendi voluptas antecesserit, nec dolor quidem pariendi est consecutus.*

32. *Antè tempus ideo partus partè Maria.*

Rursum Propheta. *Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum.* Isai. 66. Quonam modo Maria, antequam dies partus veniret, parere posset? Porrò idem est parturire, ac venire dies partus: Isai. 66. cunctæ enim mulieres pariture torquentur tristitia, quia venit hora, seu dies parturitionis ac doloris prope est. At Virgo parit antequam aut parturitio, aut dies partus veniat, quia sine dolore enixa est, quia conceptus caruit voluptate, quam parturitio prævia sequitur. Nyssenus ibid. *Hoc autem* (id est, doloribus expertem quæ voluptate affecta non est) *Propheta verbis comprobatur, Antequam labor dolorum veniret, peperit. Aut quemadmodum alius Interpres ait, Antequam dolores sentiret, peperit masculum.* Et Damascenus lib. 4. fid. cap. 15. *Cuius voluptas non præcessit, nec pariendi dolor subsecutus est, secundùm Prophetam dicentem, Prius quam adueniret tempus dolorum partùs, effugit, & peperit.* Quia illud affirmare Prophetam, sine dolore enixam, idem est, ac asserere sine voluptate concepisse, ob voluptatis & doloris necessitudinem.

Nyssen.
Damasc.

33. *Solus Mariæ partus expers doloris, quia solus conceptus eius expers voluptatis.*
Gen. 3.
Luc. 1.

Euæ indictum, *In dolore paries filios tuos.* Gen. 3. Quia partûs dolor conceptûs sequitur voluptatem. Mariæ autem partus sine dolore promittitur, *Benedicta tu in mulieribus.* Luc. 1. Quia sola maledictionis Euæ vitauit effectus, sine voluptate concipiens. D. Bernardus ser. 1. in Vig. Nat. *O partus solus sine dolore!* Quare? Quia *solus nesciens pudoris, corruptionis ignaras, non reserans, sed consecrans virginalis vteri Templum.* Quàm procul ab vteri Templo voluptas, tam procul dolores à partu. serm. 4. exclamat, *O verè noua miracula! Conceptus fuit sine pudore* voluptatis, *partus sine dolore. Mutata est in Virgine nostra Euæ maledictio; peperit enim filium sine dolore. Mutata est, inquam, maledictio in benedictionem, sicut prædictum est per Angelum, Benedicta tu in mulieribus. O beata sola inter mulieres benedicta, sola generali maledicto libera, & à dolore parturientis aliena!*

34. *Maria liliũ sine spina doloris.*
Cant. 2.
Guillel.

Plaudit sponsus. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cant. 2. Cur Deipara inter spinas lilium vocitatur? Cùm lilium auri grana edit in lucem, virgineis foliis lætans obiicitur, firmans conceptus puritatem. Haud sic spinæ cuius flores ac fructus aculeis vulnerantur, floris libidine fructuum compunctionem connotante. Pulchrè Guillelmus Paruus. *Filia Euæ spina vulnerata in partu. Virgo liliata, quia pariens gaudium, & lætitiam habebat, & erat ei parienti in voce exultationis, quasi sonus epulantis, quia nihil in eam de maledictione matris Euæ transierat. Peperit vt cæteræ, sed non in dolore vt cæteræ; quia non in libidine concepit vt cæteræ, spinæ.*

35. *Ex immunitate à dolore partus, ab originali culpa immunitas colligitur.*
Ildeph.

Iam verò quàm Deiparæ gloriosa, nobisque vtilis huiusmodi extiterit à dolore partûs immunitas, ostendo. Cedit certè in præexcelsum Virginis encomium; quia colligitur fuisse ab originali culpa immunem. Ildephonsus lib. de Virg. & partur. Mariæ. *Ergo per quem tanta benedictio effloruit, & gratia manauit, non est credendum quòd eius puerperium doloribus, & gemitibus more fœminarum subiacuit.* Hinc argumentatur, *Et quia tristitiis non subiacuit, & ærumnis, libera ab omnis maledictionis modo fuit.* Quare? *Quia gemitus & corruptio in partu non nisi ex delicto, & maledictione primæ originis veniunt.* Colligit Pater ex eo quòd

quòd sine dolore peperit à peccato originali fuisse immunem : & ex eo quòd originali labe non fuit maculata, haud in partu dolere debuisse. *Beata Maria*(subnectit)*plena gratia nec dolorem sensit, nec corruptionem viscerum pertulit. Quia quantum aliena fuit a culpa, Spiritu sancto in ea cooperante, in tantum extranea fuit à maledicto primæ damnationis, & tantum immunis permansit à corruptione carnis, nec non & à gemitu, & doloribus, quibus vexantur omnes filiæ Euæ, cùm pariunt.* Indecens-ne corpus Dei genitricis in partu dolere ? Quis dubitet? Quantò plus indecentiæ continet, acriter Virginis animum ex peccati vulnere doluisse?
Iob. 3. Clamabat Iob. *Pereat dies, in qua natus sum, & in qua dictum est, Conceptus est homo.* cap. 3. Saucius vulnere animus Mariæ eleuatiori plácto torqueretur. *Dominus* olim *præcedebat* Hebræos *per diem in columna nubis*, Exod. 13. Ad
Exod. 13. Ambros. quæ Ambrosius, *Maria nubes erat secundùm hæreditatem Euæ, sed cũ gratia parturiebat.* Quid cum gratia parturire ? Ex eo quod nubes erat secundùm Euæ hæreditatem communibus in partu debere pergrauati doloribus. At parturiuit seu peperit in gratia, seu loco parturitionis communis, quâ reliquæ fœminæ distorquentur, sine dolore peperit originalem
Cypri. gratiam sequente partu. D. Cyprianus vbi sup. *Non sustinebat iustitia, vt illud vas electionis communibus lassaretur iniuriis, quod plurimũ à cæteris differens, natura communicabat, non*
Richard. Victor. *culpa.* Et Richardus Victor. lib. 2. de Eman, cap. 28. *Quæ causa est, quæve iustitia, vt remaneat in Maria pœna, vbi nulla est culpa?*

36. *Libera Maria à partus dolore futurã hominum lætitiam præsignat per ipsã accipiendã.* Fulgen. Bernard. Cedit & in nostram vtilitatem, Quia scilicet sine Matris dolore Christus exortus humano generi lætitiam indicit. D. Fulgentius lib. de Laud. Virg. *Nulla fieri potuit grauedo concipienti, nulla tristitia parturienti. Qui enim venerat triste lætificare seculum, ventris non contristauit hospitium.* Bernardus ser. 4. in Vig. Nat. *Cui poterit Christus asper, aut durus videri, qui nec ipsi Matri in natiuitate quidquam asperitatis, quidquam intulit læsionis? Duo sunt,* (adiicit) *quæ timet humana fragilitas, pudor, & dolor; vtrumque Christus tollere venit. Itaque vt fiduciam nobis daret, quòd tolleret hæc à nobis, priùs Matrem suam immunem ab vtroque seruauit, vt nec in conceptu quidquam pudoris, nec in partu quidquam doloris existeret.* Vnde potest Maria pariens inclamare, *Risum fecit mihi Dominus.*
Gen. 21. Gen. 21. Mihi quidem, me à dolore liberando, vt cunctis per me lætitia profunderetur.
Imperf. Imperfectus hom 1. *Noster Isaac producitur à Matre gaudium cunctis.*

Observatio III.

Maria rationalibus cunctis lætitiam enititur.

Vbi ostendo ad solemnitatum lætitiam admitti, qui à peccatis recedunt.



Imperf. ROX·MA Imperfecti verba pondero: *Noster Isaac producitur a Matre gaudium cunctis.* Si olim cunctis terror, formido Verbum à Patre productum, vnde Filius tonitrui eius generationem scripturus intonuit, *In principio erat Verbum*, cuius vel leges inter horrentia fulmina traduntur: iam Verbum carne amictum à Matre cunctis gaudium exponitur.

Vix Maria puerpera, cum Cælicolæ concinere, *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus est vobis hodie Saluator. Et subito facta est cum eo multitudo cælestis militiæ laudantium, & dicentium, Gloria in Altissimis Deo.* Pastores autem post adoratum infantem, reuersi sunt laudantes, &c. Luc. 2 Cuncti lætantur, Angeli & homines choros ducunt, quia *non iam in commotione Dominus*, sed *in spiritu auræ tenuis per* Mariam. 37. *Angeli & homines choros ducunt.* Luc. 2.
Non igitur Mariani partus *illuminatio mea in deliciis meis.* Psal. 138. Vbi Strabus, *Deliciæ nostra Christus natus, in quo exultamus.* Ambrosius, *Lætitia* (loquit hom. 3. de Nat) *quanta sit partus Mariæ, quantusque concursus, cum Imperatoris Mundi istius natalis celebrandus est, bene nostis. Quemadmodum Duces & Principes omnes etiam mutantes accurate sericis vestibus accincti operosis cingulis auro fulgente pretiosis ambiunt solito nitidius in conspectu Regis incedere. Quã nos ergo accuratione æterni Regis natalem suscipere debemus?* Principum supernorum obsequium vidisti, rusticus tu Pastorum affectum imitari satage. Psal. 138. Strab. Ambros.

Adnata profectò nobis Christi natalitij diei lætitia. Abbas Panormitanus num. 2. & 3. *In die festo Natiuitatis non solum spiritualiter homines gaudere debent, sed etiam ipsi in honestate possunt in cibis aliquam delectationem accipere: & cessante iactantia possunt tunc homines licitè vti vestimentis magis pretiosis in veneratione festiuitatis.* Vnde tempore Honorij III Catholica decreuit Ecclesia. *Quod si festum hoc Natiuitatis Dominicæ die ipso in sexta feria venire contigerit, carnibus propter festi excellentiam fideles (nec voto, nec regulari obseruantia adstricti) vesci possunt.* Et Bonifacius VIII. Pontifex in c. *Alma mater*, &c. *In festiuitatibus Natalis Domini campanæ pulsentur, & ianuis apertis diuina officia altâ voce solemniter celebrentur.* Quin spiritualibus Martyrum torneamentis (sic fari liceat) natalem Domini Ecclesia concelebrat. *Omnes fortes* (inquit Paulus) *facti sunt in bello, castra verterunt exterorum; lapidati sunt* (sicut Stephanus) *In solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis: & in cauernis terræ.* (sicut Ioannes in Pathmos insulam relegatus) *Secti sunt, in occisione gladij mortui sunt,* (quemadmodum Innocẽtes Bethlehemitici) Hebr. 11. Hi spirituali ludo operam, Nataliriũ Domini celebrantes impendunt. Bernardus ser. Innoc. *Triplex Stephani, Ioannis, & Puerorum Innocentium solemnitas Natale Domini comitatur; vt non modo inter contingas solemnitates deuotio continua perseueret: sed & latens fructus Dominicæ Natiuitatis exinde nobis velut ex quadam prosecutione euidentiùs innotescat.* 38. *Adnata nobis huius diei lætitia animi & corporis, alijs latis festiuitatibus celebrata.* Panorm. Bonif. Hebr. 11. Bernard.

Exultat Dauid huius festi recolens memoriam, oósque ad lætitiam inuitat. *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea.* Psal. 117. *Hæc dies* quasi sola debeat commendari, ex qua cunctæ festiuitatis dies ducunt exortum. Chrysostomus Orat. de S. Philog. 39. *Lætitiam diei huius Dauid celebrauit.* Psal. 117. Chrysost.

Christi

Christi iuxta carnem Natiuitas est festum omniũ festorum maximè venerandum. Quod si quis appellet omnium festorum Metropolim, haud quaquã aberraret; quia ab hoc festum Epiphaniæ, Pascha, Ascensio, & Pentecoste originem, & fundamentũ ducunt. Pergit Vates, *Quam fecit Dominus.* Ad quæ idem Doctor ser. de Natiu. *Licet cunctos dies Deus creauerit, singulariter tamen hunc diem fecisse dicitur, qui Christi Domini Natiuitate sacratus est. In quo meritò exultare conuenit, & lætari; quia in eo & diabolus ius perdidit, & salutem Mundus accepit.* Pulchrè D. Hilarius hom. 2. de Nat. illam particulam: *Quam fecit Dominus,* expendit. *Ego dico, Hæc est dies, in qua factus est Dominus, genuit posterior antiquum, occiduus sempiternum. Hæc, inquam, est dies, in qua factus est Dominus seruus, vt persona serui transiret in dominum. Hæc namque dies origini rerum originem dedit in se nascentium. Ortum ergo suum in hac sumpsit luce fons luminis, hodie ex se Mundo praestitit diem cæli. Igitur exultemus, & lætemur in ea.* Id quod sic Leo Papa ser. 1. de Nat. expendit. *Saluator noster hodie natus est, gaudeamus. Nec enim fas est locum esse tristitiæ, vbi natalis est vitæ. Nemo ab huius alacritatis participatione secernitur, cunctis lætitiæ communis est ratio. Exultet sanctus, quia appropinquat ad palmam: gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam: animetur gentilis, quia vocatur ad vitam.*

Hilar.

Leo.

40\. Num homines soli lætitia afficiuntur? Angeli etiam ad chorum hominũ inuitantur. *Lætentur cæli, & exultet terra a facie Domini, quoniã venit.* Psal. 95. Vbi Dionysius Carthus. *Lætentur cæli, id est Angeli sancti; nam Christo nato, facta est cum Angelo multitudo cælestis exercitus laudantium Deum. Et exultet terra, id est, genus humanum in terra exilium ducens. A facie Domini, id est, ex consideratione præsentiæ Christi.* Consonat Isaias, *Laudate cæli, exultet terra, quia consolatus est Dominus populum suum.* cap. 49. Explicat Carthusianus. *Cæli, id est, Angeli; terra, id est, homo terram habitans; quia consolatus est Dominus hodie Ecclesiam.* Audiendus Ambrosius ser. 12. de Nat. *Cum nascitur Christus exultant Angeli, pastores peruigilant, Magi aduertunt, stella præcedit, & cuncta, quæ sunt in cælis, terrisque pulcherrima ipsi Domino deferuntur,* in communis lætitiæ documentum.

Angeli hodie exultant. Psal. 95. Carthu.

Isa 49. Carthu.

41\. Annon Cælicolas exultantes Maria & Iosephus imitabuntur? Si cæli lætantur, cælestes Coniuges perfundãtur lætitia. Profectò Deiparæ gaudium sic Petrus Dam. ser. de Nat. expressit. *O Bethlehem Ciuitas Dei summi: & in te & in suburbiis tuis visa sunt mirabilia hodie. Deus pendet ab vberibus, alludit Virgini Matri, arridet, & blandientes oculos ad Mariam intorquet. Adest multitudo cælestis; Pastores veniunt, & inueniunt Puerum, & Puellam; præcedit stella Reges, adorant Filium, Matrem venerantur.* Quid iucundius Reginæ? Lætitiam autem Iosephi Chrysostomus hom. 8 in Mat. sic exposuit. *Videns Ioseph Puerum natum, maxima exultatione repletus est.* Et Damianus citat. *Adest & Ioseph, sed ab vtroque remotus, & in ex[illegible] sacramentis miratur, & mirari satis non potest, qualiter sit, ad tanta dignitatis admissus arcanum.*

Maria & Iosephi gaudium. Damian.

Chrysost.

Damian.

42\. Causam communis gaudij si requiras, pax communis est. *Et in terra pax ho[illegible]*

Pax communis.

nunt Angeli, militibus quidem ipsis pacẽ hominibus indicentibus; mellitis Cælicolis, terra lacte & melle pacis perfusa. Augustinus ser. 22. de diuers. *Cesset hodie fratres charissimi omnis sollicitudo, Christus nobis vera securitas aduenit. Cessent bella, desinant lites, hodie pax vera de cælo descendit. Cesset omnis amaritudo, hodie per totum Mũdum melliti facti sunt cæli; fugiat mors, quia vita de cælo hodie nobis est data. Hodie super terra canunt Angeli, lætantur Archangeli, inuitantur sancti.*

Vtraque causa est communis gaudij. Luc. 2. August.

43\. *Sancti inuitantur?* Peccatoribus haud locus lætitiæ. Igitur & ad meliorem frugẽ recipere cura, quicunque criminis bello fatigaris. Nec enim ad Agni Nuptias admittitur qui sanctitudinis non ornatur stolâ. Ambrosius hom. 3. de Nat. *Quanta accuratione Iesu Christi æterni Regis nostri latum natale suscipere debemus? quibus ornamentis nos indui oportet, hoc est, animas nostras? Quia Rex Christus non tam nitorem vestium, quã animarum requirit affectum: nec inspicit ornamenta corporum, sed considerat corda meritorum: nec fragilis cinguli præcingentis lumbos operositatem miratur, sed fortis castimoniæ restringentis libidinem, ac pudicitiam plus miratur.*

Haud locus lætitiæ peccatoribus, nisi ad meliorẽ frugem recipis. Ambros.

44\. Iam verò tantæ lætitiæ moles, tam spiritualis exultatio nobis Virginis ministerio exponitur. Nihil enim magis Deiparentis cordi infixum, quàm nobis in vmbra mortis residẽtibus parere lumen. Brigitta lib. 3. c. 2. *Cum pro partu edendo in lucem preces ardentes Deo Virgo obtulisset, illico in momento, & ictu oculi Filium ante se editum vidit; & in illo momento sensit Virgo quasi dimidium cordis sui exiisse; ex quo tantus fulgor prodibat, & splendor, vt vix Sol posset ei comparari: luménque accensa lucerna offuscatum, lucem minime reddebat.* Dimidium cordis Virginalis exiuit, quia ex Mariæ cordis affectu hominibus cæcis lumen oriebatur.

Tanta exultatio nobis obuenit Virginis ministerio. Brigit.

45\. Vnde ex Maria hominum lætitia hodierna ducit exortum, ipsa enim Iesum humanitatis diademate stipauit, hominibúsque Regem pacis in ablegationem mœroris præsentauit. *Egredimini, filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater sua, In die desponsationis eius, & lætitiæ.* Cant. 3. Ad quæ Bernardus ser. 2. de Epiph. *Egredimini Virtutes Angelicæ, incolæ Ciuitatis supernæ, ecce Rex vester, sed in corona nostra, in diademate, quo coronauit eum Mater sua. Verum tamen non est opus illuc nostra exhortatione, quoniam ipsi sunt, qui desiderant in illum prospicere. Vobis ergo dicimus filiæ Sion, animæ sæculares, debiles, delicatæ, filiæ, non filij. Egredimini de sensu carnis ad intellectum mentis, videte Regem in diademate, quo coronauit eum Mater sua. Coronat eum Pater corona gloriæ.* Angeli vidẽt, vos haud potestis videre. *Videte ergo eum in diademate, quo coronauit eum Maria in die lætitiæ propter vos.* Angeli enim prospicere desiderant, sed non assequuntur. Ergo homines Mariæ debemus Regem nostrum videre.

Per Mariam Dominum vidimus, quem diademate ipsa coronauit. Cant. 3. Bernard.

46\. Genus itaque humanum Mariæ gratiam [illegible]ferat, eique congratulando verbis vtatur H[illegible]i hom. 2. de Nat. *Agnosce ò verè beata [illegible] [illegible]am tuam, illam, inquam, gloriam, [illegible] Angelus nunciauit, vel Ioannes per [illegible]thuc de secreta vteri prophe[illegible]*

Gratia Mariæ referenda, quia non sibi retinuit Re[illegible], sed fidelis A[illegible] hominibus exposuit.

Hilar.

tauit, Benedicta tu in mulieribus, &c. *Exulta mater salutis humanæ, ecce Domini mei vniuerso Mundo per tanta retrò secula promissum prima suscipere mereris aduentum, habitaculum immensæ Maiestatis efficeris, spem terrarum, decus seculorum, commune omnium gaudium peculiari munere sola possides.* An sola possidens tibi sola reseruabis fidelis Iosaba? Tantus Mariæ in homines affectus vt sola possidens non soli sibi custodiat, sed hominibus sanandis felici partu exponat.

OBSERVATIO IV.

Virginis silentium illustratum.

Ostendo silentio condiri sermonem; tacendum quidem, sed in Dei gloriam, proximique salutem loquendum.

Corporis puritas in fœminis cũ oris pudicitia assolet copulari. Ambros.

47. INeffabile Virginis silentium Euangelista commendat, dicens, *Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.* Quæ Ambrosius exponit. *Non minùs ore pudica, quàm corpore, argumenta fidei conferebat in corde.* Vbi adnota corporis puritatem in fœminis cum oris pudicitia, id est, silentio casto copulari, garrulitas enim impudicitiæ est documentũ, experientia magistra. Profectò silentium Virginis mirabili respondit puritati.

Maria silentium genus mulierum ab infamia liberauit.

Genes. 3. Ambrof.

48. Primum Mariani silentij elogium sit, fœminarum genus à grauissima infamia liberasse. Etenim innatam illi sexui garrulitatẽ erant qui assererent videntes Euam principem fœminarum adeò garrulitate plenam antè præuaricationem, vt cum ipso serpente nõ timuerit inire colloquium. Minimè locuto responder deberet. At *respõdit mulier.* Gen. 3. D. Ambrosius, *A muliere cœpit vitium, & sexus prodit, qui prius potuerit errare.* Et Chrysost. hom. 16. *Oportebat initio colloquium eius non ferre, sed illi soli loqui, propter quem, & in cuius adiutorium facta erat, particeps dignitatis illius.* Hinc Ambrosius in quæstionem adducit, vtrum garrulitas mulierum tanquam illi sexui congenita debeat existimari? Debet quidem parente mulierum primâ garriente. Non debet planè Deipara tacente. Cùm enim cælum acclamaret, Angelorum personaret chorus, stella Magis loqueretur, ipsi ac pastores adorarẽt, ipsa quidem nec verbum in tanta rerum augustissima nouitate vlli mortalium, etiam Regum legimus protulisse; sed *conseruabat omnia verba hæc,* hoc est, quæ tunc temporis esset prolatura pectore retinebat. Quòd si credendũ Græci efficaciæ verbi, sententia illa, qua Euangelista silentium Virginis exprimit, innuitur obstupuisse scriptorem Virginem Dei Matrem tot ac tanta videntem, audientem nil locutam, nec loquentibus respõdisse. Quia Mater tota oculis, sensibúsque in Filium Deum recens natum intenta, quidquid aliud occurreret, animo ac sensibus non admittens, cordis lingua (sic vocat August. amorem) Filium alloquebatur. Ex quibus apprimè concludit Ambrosius. *Disce vitium garrulitatis esse personæ non sexus; sexum enim sanctus.* En silentium Mariæ fœminarum sexum à prima illa nota liberauit.

Profectò si loquax sexus fœminarum non est, attamen populus Iudæorum loquacissimus pollutis labiis laborans. Vnde Isaias asserens se *pollutis labiis*, adiicit, *In medio populi polluta labia habentis ego habito.* Cap. 1. Mirum hinc Mariam habitantẽ in medio populi polluta labia habentis ex garrulitate, ex mendacio (*quia omnis homo mendax*) tam miro silentio labia purissima cõtinere. Ghillelmus ad Cãt. 4. *Parum est, si dicam in ore Virginis non esse inuentum mendacium, cùm ab ore eius, nec verbum quidem sonuerit otiosum. Nec enim vel leuiter Verbi Mater verbo poterat offendere. Vir pollutus labiis ego sum,* ait Isaias (non sola fœmina garrulitate laborat, si vir labiis pollutus.) *Et subdit causam, in medio populi polluta labia habentis ego habito. Eximium, & singulare fuit Mariæ, in medio talis populi habitare, & labia prorsus impolluta seruare. Habitans inter peccatores tam perfectam ori suo posuit custodiam, vt nec leuiter delinqueret in lingua sua.* 49.

Tacet Virgo in medio populi loquacis. Isa. 1.

Ghillel.

Pondero illam particulam: *Habitans inter peccatores tam perfectam ori suo posuit custodiam,* &c. Quater Mariam locutam legimus, sed nũquam cum peccatoribus. *Magi* (inquit Bernardus serm. de verb. Apoc.) *non sine Maria Infantem inuenerunt, & venientes Pastores primũ inuenerunt Mariam. Et quidem Maria ad loquendum tarda, velox ad audiendum, conseruabat omnia verba hæc.* Cur Magis ac Pastoribus non loquitur? Illi gentiles, hi adhuc populi polluta labia habentis ciues. Soli Deo loquitur Virgo, aut homini Dei habitaculo, Spiritus sancti domicilio. *Primò quidem* (loquor cum Bernardo citato) *ad Angelum locuta est, sed cum semel iam, atque iterum allocutus eam fuisset, Dei gerens personam, Secundò ad Elisabeth quando vox eius exultare fecit infantem. Tertiò ad Filium, cum iam esset annorum duodecim. Quartò in Nuptiis ad eũdem Filium.* Mirabilis plus loquela quàm silentium; quia si hoc firmat Mariam in medio populi polluta labia habentis tacere: illa affirmat simul Virginem in medio cælicolarum purissimorum habitare. 50.

Maria cũ in medio populi polluta labia habentis habitat, cum superna curia cum Deo, cũ Angelis, cum sanctis loquitur, alibi tacet.

Bernard.

Semper admirabile Mariæ silentium colui, quando Filium vidit Cruci suffixum. Quænã tunc parens non cordis affectum lamentabili voce proferret? Commendat Sponsus huiusmodi prodigiũ fatus. *Sicut vitta coccinea labia tua.* Cant. 4. Non dixit, *vittæ*, sed *vitta*; quia quasi vnicum Mariæ labium, quando adeò clausum labium vtrumque, vt labium vnicũ, quod nec moueri, nec aperiri, nec efformare posse accentus videatur. Cur autem coccineæ vittæ silentium Virginis comparatur? An quia labiorum refert illa colorem? Del Rius noster egregiæ excogitationi ansam exhibet, dũ asserit per rubentem coccum, Passionẽ Dominicã significari. An ipsa Passio Christi, quæ maternũ impellebat affectum, vt verbis copiosis cordis proderetur afflictio, Mariæ labiis clauẽ adhibebat, ne loqueretur? Proh Deus immortalis! Nec tam acerbus materni affectus dolor eiulatum, aut clamorem fœmineum, vocémve vllam animi fracti indicẽ extorsit? Viderat Filiũ sicut agnum obmutescentem, non aperientẽ in passione os suũ. Filio cõpatiẽs Mater stabat doloris acerbitatẽ sacro silẽtio premẽs adeo, vt ipsa 51.

Ipsa Christi Passio qua impellebat ad voces, labia Mariæ clausit. Cant. 4.

Del Rius.

Passio

Passio Christi, quæ clausulam labiorum rumpere deberet, ci.u uitabiliter obfirmabat. *Vitta coccinea labia tua.*

52. Nil magis adnatum pareori, quàm in conspectu patientis filij verbis effusis vociferari, siue carnificum crudelitas taxetur, siue innocentis commendetur constantia. Ideo Salomon, *Vox turturis audita est in terra nostra, tempus putationis aduenit.* Cant. Cùm vites vulnerantur vociferatur turtur. Annon *putationis tempus* Passionis Dominicæ instantia, cum Vitis Iesus acriter vulnerata obiicitur? Ita Patres. Tunc certè Turturi Mariæ adnata vociferatio. At tempore putationis aduentante non Turturis vox exauditur, emissa alibi quater. Audi Bernardum vbis. *Pudibunda fuit Maria. Vbi enim aliquando loquax. In omni textu quatuor Euangeliorum non nisi quater Maria loquens auditur. Toties audiuit Filium loquentem, vidit miracula facientem, vidit patientem. Sed in iis omnibus quoties verecundissima Virginis, quoties Turturis vox memoratur audita?* Nunquam memoratur.

Aliud tã parenti in conspectu filij patientis, turturis instar, vociferari. At Maria compescuit vocem mirabiliter.
Cant.
Bernard.

53. Miratus es Virginis silentium? eloquium mirere operæ pretium est. Ideo enim silentiũ verba custodit, labia claudit, vt adeo sententia limæ addicatur, vt laudabilior proferatur tandem, quàm soppressa manebat. Quater locuta Virgo, sed quam dulce eloquium! Consule Euangelistas, & audi Sponsum quatuor sententiarum commendatorem. *Vitta coccinea labia tua, eloquium tuum dulce.* Cãt. 4. Si mirabile silentium, haud minus admirabile eloquiũ tanti silentij conditum custodia. Primò loquuta Maria Virginitatis pulchritudinem, obedientiæ sanctitatem: *Quomodo fiet? Ecce ancilla Domini.* Secundò loquuta est Domini magnificentiam, *Magnificat anima mea Dominum.* Tertiò, & quartò eandem protulit ex cordis abundantia sanctitatem *Quid fecisti nobis sic? Vinum non habent.* Rupertus ad hæc, *In labiis Mariæ confessio & pulchritudo: in labiis Mariæ sanctitas, & magnificentia. Eua Deo muta fuit, Maria verò Deum suauissimâ voce magnificauit, se autem ipsam humiliauit.* Post longum silentium eloquium mirabilius.

Mirabile eloquium Mariæ tanto eo dictum silentio.
Cant. 4.
Rupert.

54. Porrò ex cordis abundantia etiam silentio ostium tam accuratè custodiente quatuor illæ sententiæ prodieruot. *Fauus distillans labia tua, sponsa, mel & lac sub lingua tua.* Cant. 4. Christus fauus in Virginis corde occultus labia implet dulcedine, vt ex cordis abundantia Deum loquantur. Rupertus. *Parum est, dulcedinem esse in eloquio, nisi dulce sit etiam cor. Tu dulcis in ore, dulcis in corde. Hoc est, quod nunc dico, Fauus distillans labia tua. Fauus tuus ego sum, mel tuum & lac tuum ego sum, quia Deus tuus, & Filius tuus. Hoc tua sentit anima, hoc tua sonant labia. Aliud loqui non potes, quàm id, quod in corde habes. Ex abundantia cordis labia tua loquuntur.* Docet igitur Virgo & labia sancto silentio claudere, & quando necessitas fert, ad Dei gloriam, ac proximi salutem aperire.

Ex abundãtia cordis Christum Maria locuta est.
Cant. 4.
Rupert.

Observatio V.

Nominis Iesu elogia.

Ant. de Escobar & Mend. Tom. III.

Vbi ostenditur, quàm amabilis Deus, si vel Nomen eius Pace, Fœlicitate, Victoria, suauitate, omnibúsque bonis diffluit.

IN gratiam Deiparæ quæ dulcissimũ Puero Iesu Nomen imposuit, nónulla eius euulgabo præconia qui Tomo 1. plura congessi. Præmitto D. Augustinũ ser. 43. ad Fratres. profantem. *O vos Mundi amatores, qui terrena sapitis, quorum Deus venter est, quid agitis sine Iesu? quid concupiscitis? quid sapitis? quid speratis? Numquid sine Iesu vobis pax esse poterit? Numquid fœlicitas, vel victoria, vel fastus vel tactus, gustus, visus vel auditus sine Iesu vobis esse poterit? O fratres mei, absit. Quærite ergo Iesum, dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est. In ipso namque sunt omnes thesauri &c.* Inuocatum Iesu nomen totius est felicitatis humanę colligatio Expẽdo singula. 55.

August.

Caput I.

In nomine Iesu cuncta bona.

QVid concupiscitis (inquit Doctor) quid sapitis? quid speratis? sine Iesu Nomine nihil, quia *in ipso sunt omnes thesauri.* Omnium certè bonorum, Iesu Nomen complexio est. Dauid præcinit. *Quis ostendit nobis bona?* Qui Iesu nominauit, qui vocauit nomen eius Iesum. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Psal. 4. Lumen vultus Dominici gloria eius Maiestatis est. At Maiestatis Domini gloria est Nomẽ Iesu. Bernardus ser. de Circunc. *Circuncisio veritatem susceptæ probat humanitatis, & Nomen Iesu, quod est super omne nomen gloriam indicat Maiestatis.* Vis ostendam bona? En nomen Iesu gloriã Maiestatis supernæ, in quâ cuncta bona continentur, repræsentans. D Ambrosius lib. 3. epist. 11. *Quis ostendit nobis bona? Et ostendit Iesum esse bona, subiiciens, Signatum est in nobis lumen vultus tui Domine, Iesus ergo est summum bonum. Hoc bonum veniat in animã nostrã, quod propitius Deus dat petentibus se. Hic est thesaurus noster, vita nostra, sapientia nostra, iustitia nostra, Pastor noster, via nostra. Vides quanta bona in vno bono.*

56. *Qui Iesum nominat, nobis omnia bona ostendit.*
August.
Psal. 4.
Bernard.
Ambros.

Nullus non diues, si Iesu nomen proferat. Cuncta etenim paret creatura. Exere diuinissimum nomen, & quod volueris efflagita, sydera præstabunt influxus, terra fructus offeret, nulla nõ creatura sacrabit obsequiũ. Olim Iesus Naue, *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Haialon, steterúntque sol, & luna.* Ios. 10. Sydera parent homini & lucem præstant, & influxus, dies augetur, terra fœcundatur, hostes diffugiunt, cunctæ creaturæ cœlo stante, præstãt obsequium. Quænam vis naturam commutauit? Certè Iesu nomen, cui reueretur creatura *Obediente Domino voci hominis*, id est vocabulo Iesu nomini Iosue. Chrysostomus apposite in c. 11. Hebr. hom. 27. *Dixit Iesus Naue, stet sol cõtra Gabaon, & luna contra vallẽ Haialon: & factum est. Quid igitur? Typus erat Iesu illud nomen, idcirco hoc factum est, etiam pro ter ipsum vocabulum reuerita est creatura.* Quid mirum si Dominus ipso Creator vocabulo, seu voci Iesu præstitit obedientiam

57. *Cuncta creatura, id est stellarum influxus, ac terræ fœcunditas parent Iesu nomini.*
Iosue.
Chrysost.

dientiam? *Obediente Domino voci.*

58. *Cuncta acquires Nominis Iesu innocatione; ac si potentissima incãtatione vsus esses.* Isa.26.

Magi incantationibus bominum desiderio parebant, siue diuitiæ comparandæ essent, siue acquirenda valetudo, siue amores succendendi. Existima ergo cuncta desiderio tuo obedire, si nnminis Iesu vsus fueris incãtatione. Aiebat Isaias. *Domine, nomen tuum in desiderio animæ.* cap. 26. Id est, Iesu nomen impler omne animi desiderium. An efficacior ad desideriorũ impletioné incanrantis verbis sapiẽter. Audi Cbrysollomum bom.9. in Epist. ad Colos.

Chrysost.

Omnia in Nomine Domini facias, & properè succedent omnia. Et morbis imperans, terribile est hoc nomen. Diabolus Angelorum superstitionem induxit, inuidens nobis honorem istum. Si cum fide cecineris, si feras istam incantationẽ, & morbos abiges, & Dæmones, &c.

59. *Omnes status Domini Nomen laudãt, quia cunctis omnia præstat.* Psal.112. Psal.148.

Canebat David, *A Solis Ortu vsque ad occasum laudabile Nomen Domini.* Psal.112. Et alibi, *Reges terræ, & omnes populi, Principes, & omnes Iudices terræ, iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus laudẽt Nomen Domini.* Psal.148 Hîc cunctos status ad Nominis Iesu laudationem excitat, illic autem asserit vbique Nomen hoc dulcissimum laudabile esse. Hoc est non frustra omnes status Nominis Iesu celebrationi curá impendere, quia laudabile est, siue dignum, quod à cunctis laude afficiatur. Quare? Quia cuncti status à Iesu Nomine cœlestibus donãtur muneribus. Reges fœliciter imperãt, Populi pace fruuntur, Principes, & Iudices prudenter iura decernunt, iuuenes Mundi laqueos euitant, virgines custodiũt puritaté, senes sancta canitie donãtur. Quid plura? A Solis ortu vsque ad occasum inuocantibus cunctis Nomen Iesu, ex consequutione desiderij cõfirmatur Nomen Iesu esse *laudabile.* Bernardinus Senen. tom.1. ser.49.

Bernard.

Tam singularis reuerentia est Nomen Iesu, quòd ab eius venerabili laude nullus excipitur status. Vnde Propheta, Reges terræ, &c. Reges terræ se regẽtes, & voluptatibus corporis imperantes, Populi in vnum, Principes & Iudices principantes, & iudicãtes per sapientiam, iuuenes charitate feruentes, virgines castitate fulgentes, seniores a voluptatibus deficientes laudant Nomen Domini, vt nullus status ab eius laude intelligatur excludi. Quia scilicet a Solis ortu vsque ad occasum laudabile Nomen Domini. Laudabile quidem Nomen Iesu, cuius inuocatione tam egregiis muneribus cunctus donatur status.

60. *Omnia sunt in Nomine Iesu.*

Cur existimas primo anni vestibulo nomẽ Puero impositum? Vt innuatur, à re cuncta opera vitæ instituenda ex Nominis Iesu inuocatione, si vis omnia tuis optatis iustè respondere. Monebat Paulus Colossenses *Omne, quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Iesu facite.* cap.2 Facite quidem omnia. Nullum enim tam difficile opus, quod nó executioni detur Iesu Nominis inuocatione.

Colos.2.

Bernard.

Bernardinus vbi sup. *Optimus ordo est, vt totius vel verbi, vel operis à nomine Iesu nobis origo, & initium sumatur, & in Iesum cõsummatio referatur.* Opus enim quod, inuocato Nomine Iesu, exordimur, proculdubio donatur felici consummatione. Hinc cunctis diffluens bonis Pater exclamat. *O triumphale Nomen, ò lætitia iustorum! ò pauor Infernorũ! In te omnis spes veniæ, in te omnis spes gratiæ, in te omnis spes gloriæ. O Nomen dulcorosum! tu peccatoribus veniam præstas, tu mores renouas, tu mentes diuinã dulcedine reples, tu phantasmata pellis: O Nomen gratiosũ! per te alta mysteria reuelantur, per te ad diuinum amorem animæ inflammantur, roborãtur in pugna, & à cunctis periculis liberãtur. O Nomen gloriosum, Nomen desiderabile, Nomen delectabile, Nomen admirabile, Nomen venerabile! Tu dulcissimum Nomen Regis Iesu, sic paulatim ad cœli fastigia per gratiarum charismata mentes fideliũ seorsum rapis, vt omnis, qui ad deuotionem huius Nominis intrat, virtute eius omnia inueniat per Iesum.* Sic ille

Capvt II.
In Iesu Nomine Pax.

Iam verò in particulari præcipua dona ex Iesu Nomine nobis à Deo immitti ostẽdã. De Pace dono præstantissimo Augustinus, *Numquid sine Iesu Pax vobis esse poterit?* Pluribus persecutionibus agitatus facilè sese expediet, Nomine Iesu piè inuocato. Vt Propheta exprimeret tribulationem supremam, clamabat. *Demersus sum in limo profundi.* Quid non inter tenebras spiritus demersus conqueratur? Nulla grauior tribulatio, quàm cum mẽtis tenebris offuso homini euasioni locus abnegatur. Quid præstandũ misero? Mihi credat, Iesu nomen inuocet; oleum etenim tenebras ablegabit effusum. Aiebat sponsa. *Oleum effusum Nomen tuum.* Cant.1. Vbi Ambrosius lib.1. Hexame. cap.9. *Si quis inter aquas mersus oleũ ore emiserit, clariora facit ea, quæ profundis tegebãtur occultis.* Datur locus euasioni. 61.

A tribulationum pelago liberatur oleo Iesu Nominis profuso. August.

Cant.1 Ambros.

Quàm ingenti tribulatione David premebatur, cùm in cauerna cõcluderetur, hostibus vndique cinctus, inermis omnino! Tunc euasurus periculũ, spiritus fruiturus pace clamabat, *Deus in Nomine tuo saluum me fac.* Psal.53. In tanta angustia cõstituto mihi solũ superest Nomen Iesu, quod valeat quidem pelagi sedare tumentem fluctuum rabiem. D. Ephren ser. de Quadraginta Martyr. *Dicamus igitur nos* semper: Deus in nomine tuo salua nos; & mox emittet auxilium suum ab alto. Adiicit tribulatorũ, qui inuocato Nomine salutari periculorũ bella superarũt, exẽpla. *Hoc Nomen Daniel proclamans in lacu etiã ferarũ agrestium fauces effugit. Huius quoque Propheta meminit Ionas in ventre Ceti, & ab omni interitu saluata est vita eius Ex medio ardentis ignis sanctissimum hoc Nomen tres Pueros liberauit.* Si leonũ ora obturantur, si ceti fames frigescit, si ignis flamma horribilis extinguitur ex dulcissimi Nominis inuocatione, Pax hominibus adest æterna. 62.

Ab ingenti tribulatione sancti liberantur ex Nominis Domini inuocatione. Psal.53. Ephren.

Pax hominibus *bonæ volũtatis* à Cælicolis prædicatur. Luc.2. Et quænam pax ista *bonæ voluntatis*? Anoon Spiritus sanctus, qui bona voluntas siue amor est? Profectò hæc volũtas bona Iesu Nominis inuocationem comitatur. *Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.* 1. Cor.12. Vbi D. Thomas. *Nemo nisi habendo Spiritum sanctum potest dicere Iesũ Dominũ, ita scilicet, quòd nõ solùm hoc ore cõfiteatur, sed etiã corde reuereatur ipsũ vt Dominũ, & opere obediat ipsi quasi Domino.* Vera expositio. Sed tamen accommodatius argumento sic locum expendo. Nemo potest dicere Iesus, nisi habendo simul Spiritum sanctum qui ad inuocationem 63.

Inuocantibus Nomen Iesu Spiritus sanctus adest qui est pax vera, omnibus periculis ablegatis. Luc.2. Thom.

canonem Iesu Nominis aduolet, & inuocantē bonæ voluntatis, seu charitatis supernæ pace donet omnibus quidem spiritualibus ac temporariis bonis redundante. D. Laurentius Iustin. ser. de Circunc. *Si tentaris à Diabolo, si ab omnibus hominibus opprimeris, si confiteris ægritudine, si doloribus fatigaris, si desperationis agitaris spiritu, si concuteris formidine, si dubietate pulsaris, Iesu Nomen edito. In arduis, in periculis, in terroribus, in domo, in via, in solitudine, in fluctibus, vbicunque exstiteris, Iesu profer nomen non ex ore tantùm, sed etiā ex corde.* Aderit Spiritus sanctus, qui bonæ voluntatis pacem cūctas tribulationes sedaturam obfirmet.

Laurent. Iustin.

64\. Obiicis minimè posse pace potiri, qui Iesū inuocat, cùm eo ipso quod quis hæreat Iesu, proculdubio ab hostibus impugnandū. Testor Gabaonitas, qui quamprimùm in Iosue amicitias transierūt, acris plurimorum aduersus eos Regum coniuratio excitatur. Ierosolymorum Rex coniūctis aliis quatuor Regibus inquit, *Ad me ascendite, & ferte præsidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosue.* Iol. 10. Nulla te iniuria ô Rex profiteris vulneratum, nisi quod Gabaonitæ Iesu adhæserint? Origenes hom 11. *Hoc ipso, quia ad Iesum pertines, impugnaberis à quinque Regibus.* At vnde bellū exsurgit, vnde firma pax stabilitur, quia eo quòd dulcissimū Iesu Nomen profers, hostes comminuuntur. Audisti Iesum clamātem, solémque ac lunam coosistentē, hostes deuictos, Hebræos pace mirabili fruentes? Vndenā hæc magnalia? Ex Nomine Iesu. Chrysostomus hom. 27. in c. 11. ad Hebr. *Dixit Iesus, stet Sol, & factum est. Veniat omnis Mundus, magis autē duo, aut tres, aut quatuor, & decem, & viginti, & faciant hoc, sed non poterunt. Quid igitur? Typus erat Iesu illud nomen.* Bello vndique cinctus Iesu Nomen proferens non est quod timeat, si quod exercitus hostium non potest, solus inermis miles præstat, eorum vi salutaris nominis copias euertendo, vt pax possit stabiliri. Iesuita persecutione affectus edoceatur.

A nomine Iesu oritur impugnatio, sed ab ipso pax vberior exsurgit.

Ios. 10.

Origen.

Capvt III.

Æterna in Nomine Iesu fælicitas.

65\. ADiicit Augustinus, *Num quid vobis sine Iesu potest esse fælicitas?* Num sine Iesu Nomine saluatio? Ierichuntini ciues internecioni erant destinati, Vrbs funduus euertenda. At sola merettix Raab fuit salute donata. O fœlix mulier vnde aditom saluti inuenisti? *Misit Iosue filius Num de Sethim duos viros exploratores in abscondito. Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Raab.* Ios. 2. Si soli muodi corde Deum vident, desperata prorsus salus meretricis. Certè vbi Nomē Iesu in domus limine cœpit fulgurare, salutis fœlicitate donata est. An desperādom castis, fidelibus, mundis corde? Nulli profectò vel peccatori desperata salus, si Nominis Iesu virtute meretrici salus præparatur. Chrysostomus ser. in peccatri. apud D. Ephren tom. 3. *Nihil mihi desperandū est. Noui Raab meretricē in porta Ciuitatis sui peccati misericordiam obtinuisse. Qui enim seruauit illam Iesus filius Naue Iesu veri figurā referebat, bona meretrici pro opere bono donans, & retribuens. Sic igitur tunc Nomen Iesu salutem, & remissionem præbuit.*

Salus vel Meretrici ex Nomine Iesu preparatur.

Ios. 2.

Chrysost.

Præbuit illicò *salutem, & remissionem*? Annō remissio data meretrici ex Iesu Nomine cum salutis cōseqoendæ spe copulata? Certe quodammodo ipsa salus, ipsa data est in præsenti cælestis felicitatis possessio. Tam adnata enim est piæ Nominis Iesu inuocationi æterna fœlicitas, vt quodammodo in præsenti mox consequatur qui Iesu Nominis præsidio fūgitur. Canebat Dauid, *Beatus vir, cuius est Nomē Domini spes eius* Psal. 39. Spes cū beatitudine copulatur? Annon beatitudo spem ablegat omniū booorum fruens possessione? Quooāmodo igitur spes residet in beato? Profectò spes Nominis Iesu virtute acquisita ita firma, adeo stabilis est, vt cum ipsa beatitudine quodammodo cohæreat, homine in taoto lumine lumen vidente, vt possit clamare, *In lumine tuo videbimus lumen.* D. Bernardus apud Incognitum. *Vnde putas in toto Orbe tanta, & tam subita lux, nisi de prædicato Iesu? Nonne in huius nominis luce Deus nos vocauit in admirabile lumen suum, quibus illuminatis, & in lumine isto videntibus lumen dicat meritò Paulus: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino?* Pende illud: *In huius Nominis luce Dominus nos vocauit*; & illud: *In lumine isto videbimus lumen.* Vocamur in Nominis Iesu loce, & illud ipsum nūc vocari ad salutis spem, iam quodammodo est fœlicitate æterna frui, oobis in hoc lumine lumeo videntibus. Tā firma salutis spes ex Nominis Iesu fideli inuocatione. 66.

Quodammodo piè inuocanti Nomen Iesu datur æternæ falicitatis possessio, ob spei firmitudinem.

Psal. 39.

Bernard.

Isaias proclamat. *Computrescit iugum à facie olei*, cap. 10. Oleum Nomen Iesu, à cuius aspectu iugum computrescit mortalitatis. Sic Interpretes. An reddimur immortales? Equidem à facie Nomiois Iesu quasi excutimur à mortalitate, & mox cœlesti fælicitate potimur. Gilibertus ser. 26. *Computrescit iugum à facie olei, ex quo cœpimus nomine alio vocari, & inuocatum est super nos Nomen secundi Adam, cuius oleum effusum Nomen eius.* Nec mirum iugum illicò primi Adam, qood est mortalitas, cōputrescere, nósque, instar Adami hominis cœlestis, indui immortalitate si vi Nominis Iesu mox ex Adami terreni seruitute transimus ad cælestis Adami participationem. 67.

Mox mortalitas computrescit in Nominū Iesu conspectu.

Isa 10.

Gilib.

Certè gloriam in valle lacrymarum illam æstimo, cùm Dominus in animo cōmoratur. Quid quæso Nomē Iesu nisi Emanuel, quod *Nobiscum Deus* significat? Angelus Iosephum præmonet. *Vocabis Nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū.* Subiicit, *Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetā dicētem: Ecce Virgo habebit in vtero, & pariet filium, & vocabunt Nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus.* Mat. 1. Emanuel vocandus? Nonne Iesus dictus? *Vocatum est nomē eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo.* Luc. 2. Quomodo ergo vocandū Emanuelē ipse Angelus asserit? Quia res Nomiois Iesu idem est quod Nominis Emanuelis. Nam si Emanuel idem est ac *Nobiscum Deus*, inuocantibos Nomen Iesu Deus adest, & ideo vbi insonat Iesu Nomē, res Emanoelis inuenitur. Maldonatus. *Idem est Iesus & Emanuel, non sono, vt ait Tertulianus, sed sensu; ecce enim Deum nobiscum (quod Emanuelis) est Deum seruatorem es-* 68.

Nobiscum inuocantibus Nomen Iesu Deus saluator.

Mat. 1.

Luc. 2.

Maldon.

Abul. *se nostrum, quod Nomine Iesu significatur.* Abolensis tom. 1. in Mat. q. 43. *Vocatur Iesus Emanuel; quia ita est, quòd in eo est verè Emanuel.* Si igitur dum adest Nominis Iesu vox, adest res Emanuelis, quod *Nobiscum Deus* Seruator in vitam, hic quodammodo æterna fruimur felicitate ij, quorum Iesus præsidio est.

In Nomine Iesu cuncta gesta salutaria Christi repræsentantur.
Bernardin.

69. Præcipuè cùm Iesus idem est ac cuncta, quæ Deus propter salutem homioum operatus est adeò, vt memoriam efficiat hoc Nomen mirabilium misericordis ac miseratoris Domini. Bernardinus serm. 48. tom. 4. *Nomen Iesu est signum repræsentans tibi omnia quæcumque Deus vndique fecit propter salutem hominum.* Totius miseratioois Christi collectio nónne te salute donauit? Ergo piè, & affectuosè Nomen Iesu inuocans iam tam egregia salutis consequendæ frueris spe, vt quodammodo gloriâ potiri videaris.

Nomen Iesu te per salutis viã ad æternam fælicitatem perducit.

70. Crede mihi cuncta quæcunque ad æternæ fælicitatis consecutionem conferunt, Nomen Iesu præstat. Processum Saluationis contemplare. Homo è crimine sese ad meliorem frugem recipit, mox Deus sicuti Saulo suam ei reuelat voluntatem, omninò crimina prælapsa delet, eum ab hostibus liberat irruentibus, corpus demum è puluere euocat, æternóque beatum Regno addicit. Hæreat ori ac cordi tuo firmiter Iesu Nomen, erit tibi omnioo salutare. Isaiam audite. *Vocabitur nomen eius admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis.* cap. 9. En rem nominis Emanuelis. D. Bernardus serm. 10. *Admirabilis Iesu est in conuersione nostræ voluntatis, quæ mutatio solius est dexteræ Excelsi. Dicitur consiliarius in reuelatione suæ voluntatis, quando reuelat quid faciendum sit conuersis. In remissione peccatorum dicitur Deus. Cùm nos in tribulatione protegit, cùm ipsas aereas Potestates arcet à nobis, ac repellit, quid aliud in hoc opere dici potest, nisi fortis. Pater futuri sæculi in regeneratione corporum nostrorum. Princeps pacis, quia æternam in cælo pacem post huius sæculi bella largitur.* Hæc res Emanuelis, quam continet proculdubio Nomen Iesu, dum inuocantes assiduè per viam saluus ducit, donec in fælicitatis termino constituat. Et serm. 1. in Vig. Nat. *Venit Iesus cum salute, venit cum vnguentis, venit cum gloria. Nec enim sine salute Iesus, nec sine vnctione Christus, nec sine gloria Dei Filius. Ipse salus, ipse vnctio, ipse gloria.* Nomine Iesu ab ægritudine conualescis, vnctione ab ipso roborandus donaris, demum per ipsum salute potiris æternâ.

Isa. 9.
Bern.

Saluandis cunctis necessarium, Nomini Iesu obsequium præstare.
Bernardin.

71. Necessarium tibi ad salutem consequendam Iesu oomini militem adscribi. Hoc enim Nomen caput saluandorum scribitur, subscriptis reliquis prædestinati exercitus nominibus. Beroardinus tom. 2. serm. 49. *Nomen Iesus primo fuit a Patre prænominatum, imò a tota Trinitate in principio libri vitæ æternaliter fuit scriptum.* Item. *In capite libri vitæ tanquam caput omnium saluandorum positum est hoc nomen Iesus.* Quorsum hæc? Indicitur omnibus iis *quorum nomina scripta sunt in libro vitæ*, à se Nomen hoc dulcissimum inuocandum. Ideo Angeli sacro ore profundunt, *Vocabis nomen eius Iesum.* Deipara proclamat. *Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Hebr. *In Deo Iesuah meo, siue Iesu.* Concinit omnis chorus iustorũ, vt per Iesum in capite libri scriptum à salutari Catalogo noo repellatur. Paulus ad hæc. *Dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum.* Phil. 2. Ad quæ Origenes hom. 1. Ios. *Est Nomen, quod est super omne nomen Iesus; & quia est illud Nomen super omne nomen, idcircò in Nomine Iesu omne genu flectitur.* Ac si diceret, in libri vitæ capite dux prædestinatorum cuoctis oominibus hoc Nomen scribitur; & ideo necessum est cunctis prædestinatis Angelis, hominibus, iustis io limbo spiritibus duci Nomini pium obsequium impendere.

Phil. 2.
Orig.

Capvt IV.

In Nomine Iesu Victoria.

Infirmus quisque solius Nominis Iesu præsidio potentissimus est ad victoriam.
Aug.
Exod. 17.
Phil.
Orosi.

72. NVnquid (adiicit Augustinus) *sine Iesu vobis Victoria esse potest?* Profectò sola Nominis Iesu aoditio infallibilem victoriæ spem statuit, quia Priocipem Christum firmat subuenire omnipotentem. Iosue olim Dux eligitur à Mose cum hospitibus Israelis pugnaturus. *Dixitque Moyses ad Iosue, Elige viros, & egressus pugna contra Amalech.* Exod. 17. An Iosue ex præcipuis Israëlis Ducibus? Respondet Philo lib. 1. de vita Moys. *Imperatorem his Iesum præficiens vnum ex minoribus Ducibus.* Cur ergo ô Moyses, non potentissimum ex maioribus Ducibus virum assignasti, cui populi Hebræi crederes victoriam? An spem collocàsti in nomine? Certè vocabatur ille Iesus, quo Nomini potentissimo innititur Moyses æstimans, ex sola spe Nominis Salutaris victoriam à minori Duce reportandam. Paulus Orosi. lib. 7. cap. 40. scribit post tyrannum quendam ad Imperium electum virum ex infima militia nomine Cõstantinum. *Huius loco*, inquit, *Constantinus ex infima militia sine merito virtutis eligitur.* Proh electorum imprudentiam! Tanto exercitui, tanto bello præficitur vir sine virtutis merito, quando non Imperatorem naturæ successio, sed electio constituit? Quàm prudens electionis ratio! *Ex infima militia eligitur Constantinus propter solam spem Nominis.* Ac si electores diceret, vir immeritus strenuè pugnabit, vincet solo nomine Constantini fulgens. Haud aliter, non fuit opus Iesum Naue ex maioribus Ducibus eligi in Imperatorem, nominis enim Iesu spe firmabat fortitudinem, & victoriam; nunquam enim non vincens Nomen salutare.

Sanctissimum Nomen Iesu independenter à nostra fortitudine seu sanctitate vincit.
Mat. 5.
Chrysol.
Ambr.
Chrysol.

73. Christus nos edocuit orare. *Sanctificetur Nomen tuum, adueniat Regnum tuum.* Mat. 5. Regnum tuum aduentare quid est, nisi hostes tuos tuæ subiici potestati? Id assequimur dum Nomini Dei præstamus obsequium. Chrysologus serm. 71. *Petimus, vt sanctificet Nomen suum Deus, quod sanctitate sua totam saluat creaturam.* Sanctitate suâ? An nostra sanctitas requiratur? Respondeo ex Ambrosio lib. 7. in Luc. *Tantum est Christi nomen, vt etiam parùm sanctis opituletur ad præsidium.* Quia scilicet propria sanctitate opitulatur. *Hoc nomen est,* (adiicit Chrysologus) *quod potestates pauent, quod tremenda suscipiunt seruitute: hoc Nomen est, quod Mundo perdito dat salutem.* Nihil ergo

go à nobis præstandum? Profectò petimus à nobis sanctificari hoc Nomen. *Sed petimus*, ait ille, *vt Nomen Dei actu nostro sanctificetur in nobis*, aliàs sanctissimum, potentissimum.

74. *Tam sana victoria Nominis Iesu, vt antè pugnam iam gratiæ reddantur de triumpho.* Si Nomen Iesu triumphat etiam in non sanctis, quare petimus, vt actu nostro in nobis sanctificari queat? Porrò vt & gloriosior sit triumphus, & vt non sit solius Nominis victoria, & vt antè pugnam iam gratiæ reddantur de victoria. Quia tam addictus triumphus Nomini Iesu inuocationi, vt ipsum inuocare Nomen iam sit vincere, vnde gratiarum actioni iam sit occasio. *Sit Nomen Domini benedictum.* Iob. 1. Dum Iob patientissimus hostium impugnationem sustinebat Nomen Iesu in præsidium inuocabat. Quare ergo magis benedicit, quā inuocat? magis reddit gratias de victoria, quàm aduocat in præsidium? Quia illud ipsum inuocare Nomen Iesu vincere proculdubio est, vnde de partâ victoriâ iam gratiæ peraguntur. Origenes lib. 1. in Iob. *Sit Nomen Domini benedictum. Nomen Domini, inquit, propter quod omnia sustines, atque suffero, propter quod omnibus, quæ mihi obuenerunt, superior existo. Hoc Nomen sit benedictum, quod iram auertit, quod maledictum abstulit, quod Dæmones terruit.* Quid ais, ô bone? Nondum vxoris maledicta exacta, nondum Dæmonum impugnatio terminata, adhuc desudas certamini. Quare ergo impugnandus denuò Nomini Dei gratias rependis? Quia mox post potentissimi Nominis prolationem, non est, quod pauere possim, certissima futura victoria.

Iob. 1.

Orige.

75. *In Nomine Iesu Dei omnipotentia vesistit ad victoriam.* Exod. 23. Et quomodo non certa victoria, si vbi Nomen Iesu ad est, ibi Dei potentia residet hostes debellatura. *Ecce ego* (ait Dominus) *mitto Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem præparaui. Obserua eum, & audi vocem eius, & nec contemnendum putes, quia non dimittet cùm peccaueris.* Exod. 23. Supremum quidem munus Angelo indicitur & præcedere populum errantem, & custodire eundem tot hostibus tentatum, tot periculis, ac tribulationibus agitatum, & introducere in terram promissam tot exercitibus impeditum, & tanta patientia præditum esse, vt non dimittat populum delinquentem. Quanta diuinus cœlicola! Addit Dominus. *Et est nomen meum in illo.* Ibid. Quid mirum tot Deitatis documenta ab vno Angelo exhiberi, quæ toti cælesti exercitui committi possent. Si Dei Nomen in illo? Angelus hic vocatur Iesus, (est qui de Iesu Naue locum interpretetur) cui quidem Nomini non potest nō Diuina hærere fortitudo, ac simul gloria triumphi ab hostibus reportandi. Appositè Hugo Victor. *Nomen meum est in ill. Gloriam & potentiam meam manifestabo per illum.*

Hugo. Victor.

76 *Nunquam Nomen Iesu sine pugnante Trinitate est, vnde semper vincit.* Apoc 3. Quonammodo potest non vincere ille, apud quem Diuinitas habitat omnipotens? Nunquam Nomen Iesu sine Diuinitatis gloria est, vnde necessum est, semper cum victoria copulari. *Qui vicerit*, (inquit Iesus) *scribam super eum Nomen meum nouum.* Apoc. 3. Id est, Nomen Iesu, quod cum victoria copulatur; quia si Diuinitati palma à quocunque hoste reportata debetur: Nominis Iesu inseparabilis comes omnipotens Diuinitas.

Ambrosius lib. 3. de Spiritu sanct. cap. 18. *Non agnisco*, ait Christus, *Nomen meum, vbi non est mea sempiterna Diuinitas. Non est Nomen meum, quod a Patre diuiditur, ab Spiritu separatur.* Si tota Trinitas Nominis Iesu inseparabilis comes, victoriam semper illud, vel excitatis miraculis, reportabit. Ambr.

77. *Alumni Nominis Iesu non possunt non potentissimi esse ad vincendum.* Iam non miror inermes pueros in Nomine Iesu hostes debellare. Mirabar certè aliquando Dauidem puerum hostem Goliath vno lapide comminuisse. At lego, lapidem immisisse inuocato Nomine Domini. Quid non victoria potiretur? Nam si omnipotentia Trinitatis Iesu Nomen comitatur, nullus miles erit inermis. *Dixit Moyses ad Iesum:* (sic legit Orige.) *Elige tibi viros potentes, & egressus pugna.* Exod. 17. Requiram, cur non ipse Moyses viros potentes elegit pugnaturos, sicut ipsum Ducem Iesum elegerat? Profectò Moyses poterat viros haud potentes eligere, sicut ipsum Iosue ex minoribus Ducibus elegit, vnde fortasse bellum non ferueisceret. At Iesus non poterat viros haud potentes eligere, quippe cùm Iesu Nomen inermes pueros milites reddat potentissimos. Vnde quæstioni acutè respondet Origenes hom. 1. in Ios. *Tanti Nominis auspitio confidebat.* Nomen enim Iesu tota Trinitatis potentia comitatur.

Exod. 17.

Orig.

78. *Vel fœmina fragiles potenter aduersus hostes pugnant Nominis Iesu præsidis.* Quid si non pueri solùm, sed & fœminæ fragiles adeò Iesu nomine roborentur, vt minime ab irruentibus persecutionibus possint debellari? Quid fragilius Raab, quæ innatæ muliebri infirmitati fragilitatem addidit impudicitiæ? Hæc exploratores Iesu Naue abscondit, dimisit, tantique Nominis protectioni nitens minimè fuit periculis territa. *Dimisit eos per funem de fenestra; domus enim eius hærebat muro.* Ios. 2. Rem illustrat Ambrosius in Psal. 37. fatus. *Exploratores Iesu Naue ciuibus suis quærentibus Raab denegauit, & hostes patriæ, legatos tamen fidei maluit occultare, quàm perdere. Non eam ruina ciuium, non bellorum pericula, non incendia patriæ, non suorum discrimina terruerunt. Disce vir, quomodo verum Iesum sequi debeas, quando fœmina contempsit omnia sua, & Iesum in figura propter similitudinem Nominis est secuta.* Pulchrè planè.

Ios. 2. Ambr.

79. *Sine potentia militum, ipsum Iesu Nomen arma est validissima, qua hostibus oblata vincit.* Quòd si causam requiras, quare inermes pueri, infirmæ fœminæ tot tantásque possint victorias reportare, ea in promptu est, scilicet Nomen Iesu arma esse validissima aduersus hostes strenuè pugnatura. Quæ quidem miles solummodo ostendens aduersario exercitui absque brachiorum commixtione, vincit vbique. Saulus adhuc nouus Christi miles victurus eligitur hostes validissimos. *Vas*, inquit Dominus, *electionis est mihi iste, vt portet Nomen meum coram Regibus.* Act. 9. Annon aptius veteranus miles Petrus eligeretur ad noui Orbis expugnationem? Profectò si miles non pugnauerit strenuè, arma pugnabunt, Nomen Iesu ostendet, & vincet. D. Bernardus serm. 18. in Cant. ait, *Hoc denique Nomen coram Regibus portare iussus est Paulus, & portabat Nomen tanquàm lumen, & illuminabat, & clamabat, abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, & monstrabat omnibus lucernam.* Arma lucis indueris ô miles, pugnaturus exsurgis.

Act. 9.

Bernard.

gis. Quonammodo committis prælium, vires exeris, victoriâ potiris? *Et monstrabat omnibus lucernam.* Nomen Iesu proferebat, quod quidem lucidissimum Principes tenebrarum ablegabat: nec enim aduersus tenebras validior impugnatio, quàm lumen. Si tota victoria armorum est, non potentiæ militis, exsurgant pueri, ac fœminæ ad prælium, victoriam procul dubio reportabunt.

CAPVT V.

Omnimoda ex Iesu Nomine suauitas.

80. *Visus arripitur à Nominis Iesu suauissimo aspectu.* Aug. Act. 9.
SEnsus denique internos & externos Augustinus inuitat ad percipiendum Iesu Nominis suauitatem. *Nunquid olfactus, vel tactus, gustus visus, vel auditus sine Iesu, &c.* Visus quidem allicitur suauissimo Nomine. Redeat Actorum locus. *Vas electionis est mihi iste, vt portet Nomen meum coram Regibus, & filiis Israel.* cap. 9. Vbi aiebat Bernardus. *Et monstrabat omnibus lucernam.* Et cur non eos pluribus verbis edocet Christiani Nominis Iesu suauitatem? Quia vt alliciat Reges & filios Israel ad Iesum, satis obiicere huius luminis suauitatem non excæcantis vtique, sed confortantis. Gillibertus serm. 20. in Cant. *Vere efficax est, & violenta visio tua Iesu, qua inuentium in se rapis affectus.* Gillibert.

81. *Auditus impletur.* Ioa. 4. Rupert.
An arripit auditum? Christus Samaritanæ. *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitam petiisses ab eo.* Ioa. 4. Ad quę Rupertus, *Est sensus, si scires Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, si audisses Nominis eius Euangelium, tu forte crederes in eum.* Pende illud: *Nominis eius Euangelium.* Tota Euangelij suauitas in Iesu Nomine, quomodo non abripiet auditum?

82. *Olfactus allicitur.* Cant. 1. Bernard.
Allicitur-ne olfactus? *In odorem* (aiebat spōsa) *vnguentorum tuorum currimus.* Cant. 1. Et quænam illa vnguenta, quorum suauitate afficimur? *Oleum effusum Nomen tuum.* Vbi Iesu Nomen, adsunt vnguenta suauissima, authore Bernardo ser. 1. in Vig. Nat. *Venit Iesus cum vnguentis; neque enim sine vnctione Christus.*

83. *Dulcoratur Gustus.* 4. Reg. 6. Laurent. Iustin. Bernard.
Gustus autem mirificè ex Nominis Iesu dulcedine satiatur. Regem Israël compellans fœmina, ait, *Salua me Domine mi Rex.* Cui Princeps, *Vnde te possum saluare? de area, vel de torculari?* 4. Reg. 6. Area equidem & torcular, cibus & potus Iesu Nomini saluos faciendi reseruatur, vt suos reficiat alūnos. Laurentius Iust. ser. de circunc. *Sensus indubitanter amœnitatem quandam spiritualem, & sapidam non solùm in corde, sed etiam in ore, quoties Nomen hoc Sanctum à te fuerit cum deuotione prolatum. Habet enim virtutem sibi adhibitam, qua mentem pascit, nutrit deuotionē, &c.* Imo cibus Nominis Iesu non solùm pascit, sed cibos quosque condit, vt sapiant. Bernardus ser. 15. in Cant. *Nomen Iesu pascit recogitatum. Aridus est omnis cibus, si non oleo Nominis Iesu infunditur. Insipidus est, si non hoc sale conditur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum &c.*

84. *Tactus colligitur.*
Ad tactum certè actiones hominis referuntur, quæ quidem ex Nomine Iesu mirabiliter colliguntur. *Disputabat Paulus in synagoga, interponens Nomen Domini Iesu, suadebātque Iudæis & Græcis hoc Nomen.* Act. 9. Suadebat vtique eis, hoc Nomen interponere, quoties cuilibet actioni opera esset impendenda. Bernardinus to. 2. ser. 49. *Si dormitum accedis, si inde resurgis: si cibum vel potum sumere incipis, aut desinis: si scribis, vel legis, aut aliquid aliud operaris, Nomen Iesu reuerentialiter interponas exemplo Pauli, qui hoc seruabat.* Vt scilicet cunctæ actiones suauissimè exercerentur. Act. 9. Bernard.

Iam internos animi sensus Nominis Iesu affici suauitate probo. Quam roborat mentem! Bernardus citat. *Cui in periculis palpitanti, & trepidanti inuocatum virtutis Nomen non statim fiduciam præstitit, depulit metum? Cui in aduersis diffidenti, iam iamque deficienti, si Nomen adiutoris sonuit, defuit fortitudo? Tristatur aliquis nostrum? Veniat in cor Iesus, & inde saliat in os, & ecce ad exortum Nominis lumen redit serenum.* 85. *Intellectus trahitur.* Bernard.

Profectò si intellectui suauitatem præstat Nomen Iesu disputationi, ac disceptationi datum, speciali tamen suauitate amatum afficit voluntatem. Vnde aiebat Gillibertus ser. 5 in Cant. *Quæstuosa res Nomen est Christi, nihil pretiosius, nihil optatius. Felix qui nominis huius virtutem sectatur. Apud illos tractetur, disceptetur, disputetur super hoc Nomine. Nobis satis est, si nostris in claustris saltem adamemus.* Aliorum intellectus disputatione magnalium Nominis Iesu repleatur suauitate, nostra voluntas saginetur. 86. *Non suauissimum infert intellectui & voluntati.* Gillib.

An non egregius affectus ex Nomine Iesu voluntatis, si diligens hoc Nomen, ei offeratur in seruum? Audi Isaiam. *Et diligant Nomen eius, vt sint ei in seruos.* cap. 56. Quonammodo enim possunt tanta amoris suauitate repleri, nisi ex affectu voluntatis seruile libent obsequium? Cyrillus Alex. *Nomen Dei ita diligunt, vt iugum Regni eius cum omni obedientia subeant.* 87. *Voluntas amās Nomen hoc, hominem adducit in seruum.* Isa 56. Cyril.

Certè tanta est Nominis Iesu suauitas vt inuocantes non ad seruitutem, sed ad ineffabilem pertrahat amicitiam. Vnde Moses conquerebatur. *Non indicas mihi, quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris, Noui te ex Nomine.* Exod. 33. In cuius expositionem rogo ex quonam nomine Moses à Deo cognitus? An ex proprio? Respondet Rupertus libr. 4. in Exod. cap. 39. *Cum dicis, Te ipsum noui ex Nomine, sub auditum est, Dei, quod inuocatum est super te.* Id est, quod Moses inuocabat. Iam planus loci sensus. Conqueritur Moses, quod cùm eleuatus fuerit ad ineffabilem amicitiam cum Deo, (quod probat Nominis Dei, siue Ieouah aut Iesu inuocatio) non sibi fuerint Dei arcana obiecta, amicorum enim cuncta communia. Colligo, ex præfatis, quàm sit Christus Deus & homo amabilis, si vel Nomen eius tot bonis cælestibus, ac temporariis diffluit. 88. *Non in seruū, sed amicum conducitur.* Exod. 33. Ruper.

OBSER

OBSERVATIO VI.

Regnum Mariæ à Regibus adoratæ encomiis prosequor.

Vbi ostendo quam sit adnata Regi cura subditorum.

89. ÆPE alibi Mariani Regni iura ostẽdo; paucis in præsenti, & Imperij gloriam, & Regni titulos, & ditionis terminos confirmabo.

CAPVT I.

Regni Mariani gloria.

Regnum Mariæ ex Patribus. *Nazian.* *Dam.* *Ildeph.* *Nizet.* *August. & alij.*

MAriam Reginam à Regibus adoratam vidimus, meritò quidem, si regum Regina à dextris Regis cælestis adstitit. Nazianzenus ora. de Chris. pati. *Nulli æquanda Mater & Virgo, supra omnes decora virgines, vincens omnes cælitum ordines Regina, Domina, generis humani bonum.* Damascenus lib. 4. fid. cap. 15. *Illa res omnes creatas excellit, atque omnibus præest, vt pote rerum omnium Regina, ac Dominatrix censenda, postquam eius, qui condidit omnia Mater effecta est.* Ildephonsus serm. 7. de Assump. *Si Reginam te Angelorum vocem, vere esse comprobaris.* Nizetas in conf. sua. *Sanctam præterea Virginem Dominam & Reginam omnis creaturæ adoro, & veneror.* Prætérea August. Isidor. Athan. Epiph. Chrys. Bernard. Hieron. Rupert. Chrysol. & omnes ferè Patres hoc Reginæ titulo Deiparam condecorant.

Simul adoratur cum Iesu à Regibus Maria quia ipsa Iesum corona stipauit. *Cant. 3.* *Greg.* *Aug.* *Bern.*

90. Simul adorantur Rex Iesus & Regina Maria à Regibus, quia ipsa Christum diademate stipauit. *Egredimini, filiæ Sion, & videte Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater sua.* Cant. 3. Vbi Gregorius, *Maria Mater coronauit Christum diademate, quia humanitatem nostram ex ea ipse assumpsit.* Ac si diceret, si Christo vt homini debebatur Regnum, ex Maria accipiens humanitatem accepit & coronam sicut Princeps à Matre, cui iure hæreditario contingeret Imperium. Vnde Christus à Patre efflagitat Imperium ex eo quod sibi ex Matre contingat. *Da Imperium tuum Puero tuo, & saluum fac filium Ancillæ tuæ.* Id est, *Mariæ* (authore Augustino) quæ sese libauit ancillam, cùm Regina omnium vocaretur. Porrò & ab ipso Domino cæli accepit illa Principatum. Bernardus serm. sup. *Salue Regina. Iustè Regina Mundi dicitur, & Regina cæli, per quam vtriusque Creator & Rector generatur. Regina gloriæ nomen & honoris, & magnificentiæ, & decoris, sublimitatis & potentiæ, gubernationis & iustitiæ. Etiam in hoc conuenienter vocatur Regina misericordiæ, quod diuinæ pietatis abyssum, cui vult, & quando vult, & quomodo vult creditur aperire; vt quiuis peccator enormis non pereat; cui Sancta sanctorum patrocinij sui suffragia præstat.* Cur ergo non simul Deipara à Regibus adoraretur, cùm Rex Iesus Matris gremio obiectus adoratur. En tibi *Seniores ante sedentem in throno* adorantes sedentem & thronum. *Ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens, & qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis, & Iris erat in circuitu sedis.* Apoc. 4. Christus Deus & homo in sedente Domino figuratur, Ascasat authore. Sedes Deipara, Iris circuens sedentem & sedem communis Regni vnica corona. Seniores adorant, Reges procidunt ante sedentem ita, vt simul necessum sit sedem adorare, id est, Filio ac Matri obsequium impendere. *Apoc. 4.*

Descripsit Dauid Rex nostræ Reginæ Principatum. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta varietate.* Psal. 44. Vbi Richardus Laurent. lib. 6. *Commendatur hæc Regina à multis. Primò à promptitudine seruiendi, vel ministrandi; quia adstare ministrantis est. Secundo, à promptitudine auxiliandi; quia adstare est auxiliantis. Tertiò, à promptitudine contradicendi aduersariis nostris accusantibus nos in curia Filij sui. Quartò, à vestimentorum, id est, virtutum multitudine. Præterea Regina est Maria per parentelam, & generis nobilitatem, quia orta ex clara stirpe Dauid. Propter vnctionem, vnde dicitur ei, Vnxit te Deus oleo lætitiæ, quo Spiritus sanctus intelligitur. Propter dignitatem, participat enim Regnum cæleste cum Filio. Propter potestatem, quia potenter subuenit peccatoribus. Propter largitatem, largitur enim seruis suis dona gratiarum &c. Propter liberalitatem, quia liberalitas est virtus omnibus exposita, communis alloquio, dulcis obsequio, omnium bonorum familiaritatem retinens. Et hæc descriptio benè conuenit liberalitati Mariæ. Propter coronationem, coronata est enim in Reginam in Assumptione. Propter amplitudinem Regni; dominatur enim per totam terram, &c.* 91. *Regni Mariæ descriptio.* *Psal. 44.* *Richard. de S. Laur.*

CAPVT II.

Regni Mariani tituli.

PLures tituli adsunt Regni Mariæ. Nam præterquam quòd est Filia Dauid, cui immediata contigit Regni Iudaici possessio: humillimæ Virgini supremũ debebatur Imperium. Ideo Iesus vt Regnũ acciperet, quod sibi iure hæreditatis debebatur inclamitat. *Da Imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.* Psal. Id est, filium illius, quæ per humilitatem adepta est Imperium. Bernardus de verbis Apoc. *Meritò propterea facta est omnium Domina, quæ se exhibet ancillam.* Ildephonsus serm. de Assump. *Quapropter discite, charissimi, humiliari, vt vos ex eadem humilitate gloriari possitis. Nam Maria propter humilitatem Regina nostri Orbis dicitur. Agite cum ea, vt regnare valeatis, vbi exaltantur humiles.* 92. *Regnum contigit Mariæ ex humilitatis præstãtia.* *Psal.* *Bern.*

Deinde contigit Mariæ Regnum, quia cunctas creaturas quasi coëmit, ipsas reparando: quemadmodum rei cuiuslibet Dominus diceris, quam tuis sumptibus coëmisti. Damascenus serm. 1. de Assump. *Hæc omnis profuit creaturæ, quam veluti coemptam à seruitute in libertatem asseruit.* Elegantèr Anselmus de excel. Virg. cap. 11. *Vtique omnia, quæ Deus bona, & vtiliter fecit in eo statu, quo condita fuerunt* 93. *Et quia cunctas creaturas quasi coemit reparando.* *Dam.* *Ansel.*

fuerunt, esse desstiterunt, & per Virginem in pristinum statum reuocata sunt, ac restituta. Sicut ergo Deus sua potentia parando cuncta Pater est, ac Dominus omnium: ita Maria suis meritis cuncta reparando, Mater est, ac Domina rerum. Deus enim est Dominus omnium singula in sua natura propria iussione constituendo: & Maria est Domina rerum omnium singula congenita dignitati, per eam quam meruit gratiam, restituendo.

94. Præterea propriè appellanda Regina, quia Spiritus sancti charissima sponsa. Anselmus citat. *Ipse Spiritus Dei, ipse amor omnipotentis Patris, & Filij, ipse per quem, & in quo amatur omne, quod bene amatur, ipse, inquam, venit in eam, singularique gratia præ omnibus, quæ creata sunt siue in cælo, siue in terra, requieuit.* Quid inde? *Et Reginam, & Imperatricem cæli, & terræ, & omnium, quæ in eis sunt, fecit sponsam suam.*

Et quia Regis Spiritus sancti sponsa.
Anselm.

95. Cæterùm Regia Mariæ dignitas ex Matris dignitate trahitur. Athanasius serm. in Euang. de Deip. *Quandoquidem ipse Rex est, qui natus est ex Virgine: ea propter & Mater, quæ eum genuit & Regina & Domina propriè & verè censetur.* Inferiùs autem illud Dauidicum; *Astitit Regina à dextris tuis*, sic exponit. *Licebit nobis ita congruenter dicere, dum ad ipsam, atque illius Filium respicimus. Nunc adest Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta, variegata, eò quòd secundùm sexum fœmineum Regina, ac Domina appellari debeat.* Consonat Damascenus lib. 4. Fid. cap. 15. *Maria rerum omnium conditarum Domina effecta est, cùm creatoris Mater extitit.* Et Anselmus de Excel. Virg. cap. 9. *Super hoc, cùm ipsam Dominam, per quam tanta bona illis prouenerunt præ oculis habuerint iuxta Deum, quem de suo utero Virgo peperit, residentem, & iure materno cælo, terraque cum eodem Filio suo præsidentem.* Accedit Rupertus lib. 4. Cant. *Hæc in cælis Regina Sanctorum, & in terris Regina Regnorum est, quandoquidem est Mater Regis coronati, quem constituit Dominus super opera manuum suarum. Ac proinde Regina constituta totum iure possidet Filij Regnum.*

Et quia Regis Ipsa Mater.
Athan.
Damasc.
Anselm.
Rupert.

96. Certè non per similitudinem sed verè ac propriè Regina est Maria ex eo quòd veri Regis Mater, Arnoldus Carnot. tract. de Laud. Virg. *Nec à Dominatione vel potentia Filij Mater potest esse seiuncta. Vna est Mariæ & Christi caro, vnus spiritus, &c. Quid inde? Et Filij gloriam cum Matre non tam communem iudico, quam eandem.* Deus Virgini adhæsit, & illam in dominij adsciuit communionem. Thronum occupat Salomon Filius? Bersabeæ Matri thronus statuatur necesse est. *Positúsque est thronus Matri.* 3. Reg. 2. Arnoldus Carn. *Christus Dominus, Maria Domina constituta est super omnem creaturam, Quicunque Iesu curuat genu, Matri quoque pronus supplicat.* Quod Magis contigit Iesum ac Mariã adorantibus.

Ex hoc titulo verè Regina.
Arnol.
3. Reg. 2.

97. Ex hoc capite à primo conceptionis instanti Virgini contigit Imperium, Angelo attestante. *Ne timeas Maria.* Luc. 2. Id est. *Domina, Regina* Num antequam Mater Dei constituatur, Regina appellanda? Audi Chrysologum serm. 142. *Ante causa dignitatis Virginis annunciatur ex Nomine. Nam Maria Hebræo sermone, Latinè Domina nuncupatur. Vocat ergo Angelus Dominam, vt Dominatoris genitricem trepidatio deserat seruitutis, quam nasci, & vocari Dominam ipsa sui germinis facit, & imperauit authoritas* Imperauit authoritas Filij Regis, vt Mater nasceretur Domina, quid ni vt & Regina conciperetur? Futuri enim germinis authoritas tanta, vt Matri regnandi ius non modò in sua Incarnatione, sed iam olim ab ipso dedit maternæ conceptionis articulo.

A primo conceptionis instanti Mariæ contigit Imperium, ex titulo Matris.
Luc. 2.
Chrysol.

98. Denique assero Virgini Regnum deberi, quia suiipsius perfectissimum habuit dominium, siquidem appetitiones carnis subditæ rationi fuere. Menander canebat, *Rex est, qui se regere nouit.* Quàm augusta Maria Imperatrix, à cuius ditione omninò bella exulauere! *Auferens bella vsque ad finos terræ.* Psal. 45. Richardus Vict. lib. 2. de Eman. cap. 29. *Quæ est ista terra, de qua bella omnia auferuntur, nisi illa, de qua Propheta alibi protestatur, Veritas de terra orta est. De hac itaque terra omnis pugna tollitur, in hac terra pax plena reparatur.* Ad conspectum itaque Reginæ Mariæ omnia bella fugerunt.

Et quia se ipsam regere nouit, nullo subditos suo rebellante.
Psal. 45.
Richard. Victor.

CAPVT III.

De Mariani Regni Ditione.

QVàm latè pateat Mariæ Imperium si requiras? respondeo, tam latè patere quàm 99.
Christi. Bonauentura de Regno Dominico sic in Spec. cap. 8. *Dominus Rex noster, Dominus Iudex noster, Dominus legifer noster. Legifer noster in Mundo, Iudex noster in iudicio, Rex noster nos coronans in cælo.* Quid de Imperio Mariæ? Subdit statim. *Iste ergo specialis noster Dominus sic cum Maria fuit, quòd etiam illam specialem nostram Dominam in his omnibus fecit.* Et Damascenus orat. 2. de Assump. *Oportebat Dei Matrem ea, quæ Filij erant, possidere; atque ab omnibus rebus conditis vt Dei Matrem adorari. Quanquam enim semper ita comparatũ est, vt hæreditas à parentibus ad filios deuoluatur; nunc autem sursum sacrorum fluminum fontes fluunt. Etenim Filius Matri res omnes conditas in seruitutem addixit.* Bernardinus autem affirmat non minùs patere latè Mariæ Imperium quàm Trinitatis. *Tot creaturæ* (inquit tom. 1. serm. 61. art. 3. cap. 6.) *seruiunt Virgini, quot seruiunt Trinitati, Omnes enim creaturæ quemcũque gradum teneant in creatis, siue spirituales, vt Angeli: siue rationales, vt homines: siue corpora cælestia, vel elementa. Et omnia, quæ sunt in cælo & in terra, siue damnati, siue beati, quæ omnia sunt diuino Imperio subiugata: eadem gloriosæ Virgini sunt subiecta. Ille enim qui Filius Dei est, est & Virginis Filius.*

Tam latè patet Mariæ Regnum quàm Imperium Christi.
Bonau.
Quam ditio Trinitatis.
Bernardin.

Quid si magis latè pateat Mariæ Imperium, 100.
quàm Christi? Annon Christus etiam Mariæ præstat obsequium? *Et erat subditus illis.* Luc. 2. Quem locum sic ponderat Bernardinus citat. *Qui Filius Dei est & Virginis volens Paterno principatui principatum æquiparare Maternũ, ipse qui Deus erat, Matri famulabatur in terra, & erat subditus illi. Propterea hæc est vera propositio; Diuino imperio omnia famulantur etiam Virgo. Et iterum hæc est vera: Imperio Virginis omnia famulantur, etiam Deus.* Quid illustrius?

An magis latè pateat quam Dei imperium Mariæ quia ipse Deus subditus illi?
Luc. 2.
Bernardin.

Enim verò Imperium Virginis sigillatim

exponere

Pertinent ad Regnum Mariæ Cælestia, terrestria, ac inferna. Luc. 1. Phil. 2.

101. exponere operæ pretium est. Ad Mariæ Reginæ ditionem Cælestia, terrestria ac inferna pertinent. *Et nomen Virginis Maria.* Luc. 1. *Maria Domina*, aut Regina, cuius gloria Iesu omnium gloriam imitatur. De Nomine Iesu Paulus. *Dedit ei Nomen quod est super omne nomen, vt in Nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum.* Phil. 2. Anné Mariæ Dominatrici idem Conditor præstitit? Idiota lib. Contemp. de Virg. cap. 5. *Dedit tibi Maria tota Trinitas Nomen, quod est super omne nomen,* (id est, cunctarum Domina creaturarum) *Vt in Nomine tuo omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum. Hoc nomen super omnia Sanctorum nomina reficit lassos, sanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, vngit agonistas, iugum Diaboli extrudit. Tanta virtutis, & excellentia est, vt ad eius innocationem cælum rideat, terra lætetur, Dæmones contremiscant, & infernum conturbetur.* Quàm suaue Reginæ nostræ iugum! [Idiota.]

Apud cælos regnat, Angelos ad nostram tutelã immittendo. Eccli. 16. Bernardin.

102. Imperium Virginis apud cælicolas illud explicat: *Sicut Sol oriens Mundo in Altissimis Dei, sic Mulieris bonæ species in ornamento domus suæ.* Eccli. 26. Quem locum sic Bernardinus citat. expendit. *Meritò competit ei Nominis etymologia, quod Domina dicitur, eò quod domui præsit. Ipsa quippe præest domui Dei, id est, Empyreo cælo, Ecclesiastico testante. Propterea dicit, Gyrum cæli circuiui. Ipsa quippe tanquam Domina cælorum cælum circuiuit, & vbique principatum eius accepit; quia omnes sanctos circuit, atque gyrat.* Huc spectat Augustinianum illud citatum à Bonauentura in Spec. cap. 3. *Si Dominam Angelorum te nominem, per omnia esse comprobaris.* Adiicit Seraphicus. *Vnde ipse Augustinus ait, Michael Dux, & Princeps militiæ cælestis cum omnibus Spiritibus administratoriis, tuis, Virgo, paret præceptis, in defendendis in corpore, & in suscipiendis de corpore animabus fidelibus, specialiter se tibi Domina, & die, & nocte commendantium.* [Aug. Bonau.]

Apud terricolas imperat, peccatores alliciendo, sanctos, & tepidos augendo infidamando. Eccli. 24. Bernardin.

103. Quid de Regno Mariæ apud terricolas? Ipsa profatur. *In omni terra steti, & in omni populo, & in omni gente Principatum habui.* Eccli. 24. Ponderat Bernardinus vbi s. art. 2. cap. 4. *Dominatur Maria in regno Mundi. Primò, dominatur malis, & terrenis, qui terrena sapiunt eos ad pœnitentiam reducendo: ideo dicit. In omni terra steti, quia inter peccatores, qui terra, seu terreni sunt, non iacet, neque sedet, sed erecta stat, ipsos adiuuando, protegendo, & à vitiis retrahendo. Secundò, dominatur bonis, eos in gratia multiplicando, & conseruando; propterea subdit. Et in omni populo: populus enim dicitur à πόλις, quod est Ciuitas, & significat bonos, in quibus est vnio voluntatum. In his B. Virgo primatum tenet, atque eos in Dei gratia fouet. Tertiò, dominatur tepidis, eos in charitatis feruore proficere faciendo; propterea subdit. Et in omni gente primatum habui. Habet quidem, quia eos ad amorem, aut ad timorem sollicitat, & inducit.*

Apud inferna potest Purgatorij animabus ferens opem. Prou. 20.

104. Denique Mariæ imperium inferna penetrat. *Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris.* Prouerb. 20. Liceat inuertere *Lucerna Domina.* Maria enim abyssi, iustorum animarum receptaculi tenebras ablegat, suóque fulgore spiritibus sanctis solarium addit, vincula rumpit, ad gaudium adducit æternum. Bernardus vbi sup. *Per te, Maria franguntur vincula, soluuntur debita, vincuntur vitia, solidantur confracta, recuperantur perdita, purgatur cor, &c.* Virginis enim intercessio debitorum est solutio, cordis purgatio. [Bern.]

Liberat deuotos suos præcipuè Regina nostra à flamma amaritudine. Eccli. 24. Bernardin.

Audiatur Maria. *In fluctibus maris ambulaui.* 105.
Eccli. 24. Annon stagni ignei, quo examinatur argentum iustorum, flamma maris superat amaritudinem? Fluctus huius maris Deipara sedat, dulcorari efficit amaritudinem. D. Bernardinus citat. *Pœna Purgatorij dicitur, fluctus, quia transitoria est; maris quia nimium est amara. Ab his tormentis liberat Virgo maximè deuotos suos: & hoc est, quod ait. Et in fluctibus maris ambulaui, scilicet visitans, & subueniens necessitatibus & tormentis deuotorum meorum: imò & omnium qui ibi existunt.* Dionysius Carthus. lib 3. de laud. Virg. cap. vlt. *Audi quantùm Filius meus Nomen meum honorauit. Qui in Purgatorio sunt, gaudent Nomine meo audito; quemadmodum æger iacens in lecto, cum audit verbum solatij.* Verba sunt Deiparæ facta Brigittæ. [Carthus.]

Dominatur Dæmoniis, eos ab hominibus ablegãs, arcens. Prou. 20. Eccli. 24. Bernardin.

An in Inferno damnatorum Maria dominatur? De Mariana lucerna. *Quæ inuestigat omnia secreta ventris.* Prouerb. 20. Cui cognoscit illud Ecclesiastici: *Et profundum abyssi penetraui.* Cap. 24. Exponit Bernardinus vbi sup. art. 2. cap. 2. *Non enim solum dominatur Dæmonibus, qui sunt in superficie ipsius Inferni, neque insuper tantùm mediocribus, qui quasi sunt in medio; sed insuper, & maximè iis, qui sunt quasi in profundo. Propterea non ait, Penetraui superficiem, seu medium: sed profundum abyssi. Meritò ergo competit ei etymologia Nominis Maria Domina quasi domans manus; quia ipsa domat Dæmonum manus, & potestatem.* Et Dionysius. *Omnes Dæmones verentur hoc Nomen Maria,* seu Domina, *eoque audito, aufugiunt.* Quid si tantùm apud abyssos Mariæ imperium, vt miseros possit ab æterno carcere liberare? Non huius loci, sed libri duodecimi tractatio. 106.

Tanta tamque misericordis, ac munifica Reginæ seruire, regnare est. Prou. 8.

Igitur si Mariæ Regnum tam pium, tam subditis est vtile, vt in cælis Angelos ad hominum tutelam adducat: in terra iustos seruet ac promoueat, tepidos inflammet, peccatores ad frugem afferat meliorem, in Inferno nostros comprimat hostes: colligo euidenter Mariæ Reginæ seruire, esse regnare. *Per me,* ait, *Reges regnant.* Prou 8. Si Reges, quonam modo per Mariam regnare dicuntur? Quia ipsi Reges Mariæ obsequium præstãtes, tunc regnare incipiunt, seruire enim tantæ Reginæ regnare est. D. Anselmus de excel. Virg. cap. 9. fatur. *Seruire huic Reginæ, regnare est; & inter illius mancipia numerari, plusquam Regium.* Accedunt Magi, & coronis abiectis, Christum adorant, & Mariam; (nam quicunque) loquor cum Arnoldo (*Iesu curuat genu, Matri quoque pronus supplicat.*) Regibus his plusquam Regium inter Mariæ mancipia numerari. *Per me hi Reges regnant.* Reges erant prius quàm coram Iesu ac Maria prouoluerentur. *Regnant* per Mariam, hoc est, alio excellentiori, augustiorique Regno fruuntur Virgini Reginæ obsequio, ac protectioni addicti. Ediscant Principes quonam modo subditi 107. [Arnol.]

diti ſint beneficiis exhibitis alliciendi, trahendi muneribus ad ſeruitutem.

SECTIO SEXTA.

Mariæ Gladius.

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. 8. PVRIFICATVR Puritas, vt mundiſſima ſtola gladio Simeonis vulnerante, purpura rubricetur.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Humilitatis ſtudioſa Deipara legi Purificationis paruit.

1. *Non erat Maria adſtricta primæ Purificationis legi.* Luc. 2. Orig.

PVrificatur puritas.] Puritas quidem Mariæ duplici Purificationis legi non erat aſtricta. Non primæ, quia ſine ſemine ſuſcepto concepit, ſante Luca, *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius ſecundùm legem Moyſi*, non ſecundum Virginis puriſſimæ exigentiam. Origenes Leu. 12. *Ad diſcretionem Virginis, quæ ſine ſemine concepit, & peperit, iſtum ſermonem præ cæteris mulieribus legiſlator adiecit.* Theophylactus in Luc. (Theoph.) *Benè ait Euangeliſta, ſecundum legem impletos eſſe dies Purificationis eius; nam ſecundùm veritatem nulla neceſſitate Virgo aſtringebatur expectare dies purificationis.* Beda ibid. (Beda.) *Mulier, quæ ſuſcepto ſemine pepererit, deſignatur immunda, ritùque legis docetur eſſe mundanda, ad diſtinctionem illius, quæ Virgo concepit, & peperit.* Legendi Bernard. ſerm. 3. de Purif. Titus Luc. 2. Raba. lib. de inſtit. Cler. cap. 3. Lyran. Haym. Elig. & alij, imò omnes ferè. (Bernard. Titus. Raba. Lyran.) Neminem etenim diſſentientem inueni niſi Ianſenium, & Abulenſem; licèt enim Caietanus Leu. 12. (Caiet.) diſſentiat, in Lucam communi hæreſcit opinioni. Annoo Purificationis ratio ſanguinis ſordes erant, quæ parturientem commaculant? ita planè. In Virgineo autem partu quænam ſordes? Carthuſianus Luc. 2. (Carthuſ.) *Virgo non eguit purificatione, quæ neque in peccato concepit, neque vnquam peccauit, neque aliis matribus communem fluxum ſuſtinuit, imò mente & corpore puriſſima peperit.* Galatinus, Ianſen. & Caniſ. adhærent.

2. *Nec ſecundæ.* Exod. 13.

Nec ſecundæ adſtricta erat legi, ipſa lege cauente. *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filiis Iſrael.* Exod. 13. At Chriſtus Matris ſeruata integritate ab vtero egreſſus. Ambroſius. *Cunctis fidelibus liquet, nequaquam Redemptoris Matrem ex eius natiuitate maculam contraxiſſe, quæ illorum dierum ſpatio a ſacris ædibus abſtinens purgaretur, quæ ſine humana concupiſcentia, ſine humano concubitu Virgo concepit, ſine aliqua corporis corruptione Virgo peperit, & ſine fine Virgo permanſit: ac per hoc nec maſculus ex ea natus vuluam eius aperuit. Nec mirum ſi Mater obſeruat legem, quam eius Filius non venerat ſoluere, ſed adimplere.* Lege Cyril. Ieroſol. hom. de occurſ. (Cyril. *Impleuit tamen vtramque.*) Impleuit igitur legem primam, quadraginta diebus purificationis ritum tenens, quamuis filium admirabili ediderat partu. Secundam autem, Deo offerens ſuum ex Tribu Iuda primogenitum, quinque ſiclos perſoluens, redemptumque pecunia referens domum.

3. *Non volucres agnum, an volucres & quare hæ...*

An volucres fuerint oblatæ pro Chriſto ſimul & agnus? Reſpondet Hieronymus volucres quidem, non agnum Virginem obtuliſſe. *Pro Chriſto* (inquit lib. 1. cont. Iouin. (Hieron.) *par turturum, & duo pulli columbarum die purgationis oblati ſunt.* At D. Thomas 3. p. q. 37. a. 3. (Thom.) docet oblatos pullos aut columbarum aut turturum. Idem ſentiunt Bonauent. Leo. Rupert. Bed. Euth. Caiet. Orig. Ildeph. Cyril. Laurentius Iuſtin. Antonin. Lyran. Vincent. Haym. & alij. (Bonau. Rupert. & alij.) Bernardinus Senenſ. tom. 3. ſer. 10. (Bernardin.) *In hac volucrum oblatione dedit nobis exemplum Ieſus altiſſimæ paupertatis. nam erat hæc oblatio pauperum, qui non ſufficiebant offerre agnum.* Obiicit Doctor. *Sed quare non obtulit Virgo agnum, quæ paulo antè receperat à Magis in oblatione non paruam auri quantitatem?* Reſpondet, *Virgo pietatis mater, & paupertatis amica theſauros Regum deuotione oblatos abſque mora, liberaliſſimâ charitate Regionis illius pauperibus diſpenſauit. Nec potuit manibus eius aliquid temporalis ſubſtantiæ adhærere, quæ iam intellexerat, intellectu illuminato, in omnibus ſignis Filium paupertatis altitudinem demonſtraſſe.*

4. *Studio humilitatis legi vtrique paruit Deipara.*

Conſtat igitur Mariam humilitatis ſtudio vltrò vtrique legi paruiſſe. Audi Angelicum Doctorem 3. p. q. 37. art. 3. profantem. *Sicut plenitudo gratiæ a Chriſto deriuatur in Matrem:* Ita decuit, vt Mater humilitati Filij cõformaretur; humilibus enim Deus dat gratiam: & ideo licèt Chriſtus non eſſet legi obnoxius, voluit tamen circumciſionem, & alia legi ſubiecta ſubire, ad demonſtrandum humilitatis exemplum. Propter eandem rationem voluit & Matrem implere legis obſeruantias, quibus non erat obnoxia.

§. II.

De Simeone pauca.

5. *Simeonis hiſtoria.*

TOtam ex Luca hiſtoriam paraphraſi ac commentario enodaturus, nonnulla ſolùm in præſenti prælibo, quæ ad Mariæ conferunt vitæ tractatum. Erat igitur id temporis Ieroſolymæ vir quidam nomine Simeon,

ſenectà

[illegible] ctus in [illegible]gidus, sed vitæ floridus innocẽtia, [illegible], vereque pius, ac religiosus, non [illegible] exemplo Pharisæorũ gloriam, & quæstu ab hominibus, sed publicæ salutis auidus. Quem nulla voluptas in hac vita remorabatur, nisi vt videret oculis suis eum, quem in hoc Prophetarum oracula promiserant [illegible]entum, vt populum Israeliticum consolaretur multis modis afflictum. Is vt erat vir bonus diem iam optatum adesse afflatus Spiritu sancto cognouerat. Cumque votis ardẽtissimis Dominum rogasset, vt sibi contingeret [illegible] nel oculis corporalibus intueri tot iam seculis expectatum, responsum acceperat fore vt non emigraret è vita nisi prius oculis corporeis vidisset, quem fidei luminibus iam pridem prospexerat.

6. *An Simeon Sacerdos?* Nũ Sacerdos Simeon? sacerdotũ cœtui adscribendũ cẽseo cum D. Cyril. Ierosol. orat. de occurs. Dom. & Epiph. l. de vita & interi. Proph. licet Timoth. Presbyter orat. de Simeo. existimet non sacerdotẽ, sed ex secta fuisse Pharisæorum; & Theophylactus & Euthym. nõ fuisse sacerdotibus annumerandum sentiant. Suadet tamen sacerdotem & assidua Prophetarum lectio, & continua legis meditatio, & pius ausus Iesum in vlnas excipiendi.

7. *Simeonis oraculum, miraculum [illegible].* Nicephorus audiendus l. 1. c. 12. *Fama est Simeonem ex eis fuisse vnum, qui virtute, dignitate,* (sacerdotali scilicet) *vitæque sanctitate excelluerunt. Qui cum aliquando illi prophetiæ Isaiæ oraculo legens incumberet, quod ait: Ecce Virgo in vtero gestabit, & concipiet filium: & de nomini eius respon[illegible] fide ambigeret: Angelum ita fluctuanti ei astitisse ferunt cum oraculo eiusmodi: Non illum humanæ vitæ vinculis prius soluendũ esse, quàm id, de quo credendo addubitasset, pro foribus primo quoque tempore appropinquans, & oculis ipse suis conspectum testimonio suo confirmaret. Quam ob causam ad tantum senium prouectum, cum Christum oculis suis conspexisset, eundémque in vlnis gestasset, carnis mole protinus solutus, atque liberatus est.* Idẽ affirmat in Cõpen. Cedrenus. Nec nõ Michaëlis Catran l. de virginit. mar. c. 14. referam testimoniũ ex Egesippo l. de supplem. Euang. verit. acceptum, scilicet Simeonem Iudæorũ Magistrum eximium exponentem in scholis illud Isaiæ: *Ecce Virgo concipiet*; Cum inuenisset ibi scriptum *Haalma*, id est, Virgo manens virgo concipiet, & pariet filium; deleuisse H. vt [illegible] sensus, ecce Virgo nubilis concipiet. Cumque iterũ præfatũ verbum relegeret, sicut prius erat scriptum *Haalma* inuenisse, articulo præfixo. Quẽ cùm iterũ & tertiò deleret frustra, tunc in spiritu cognouisse filiũ de virgine perpetua nasciturum. Quid sentiam proprio in loco expendam, haud nunc improbabilem historiam affirmans.

8. *Simeonis occursus.* Simeon ergo ipso afflatus Spiritu, ac spe certa quam conceperat, adductus in Templũ, vt Puerum ac Matrem vidit, & agnouit, Deo indicante, properè accessit, è sinu suscepit virgineo, & suis ipse brachiis cõplexus, Deo canẽs gratias exhibuit, & matris gaudio gestiẽtis mare pacatum, huiusmodi halitu disturbauit: *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel: & in signum cui contradicetur. Et tuã ipsius animã pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes* Luc. 2.

Cedren. Catran. Egesip. — *Niceph.* — *Cyrill. Epiph. Timoth. Theoph. Euthym.*

§. III.

Prophetiam Simeonis expendo.

9. *Paraphrasis Prophetiæ Simeonis.* Simeõ itaque vbi Puero benedixisset, simul & parentibus simul precatus esset, versus ad Mariam dixit, Filius hic tuus, quamquam in hoc datus est à Deo, vt salutẽ conferat omnibus, tamẽ hominũ vitio fiet, vt quemadmodum multos Dei donum amplectẽtes erecturus est ad spem salutis æternæ ita multi gentis Israëliticæ respuentes obuiam Dei beneficentiã, in exitiũ deiiciantur æternũ. Ab omnibus Israëlitis expectatus non ab omnibus excipietur. Proponetur enim omnibus velut signum, quale nũquã propositum fuit ab initio Mundi, sed obnoxium multorum contradictioni. Obstrepent illi Pharisæi, Scribæ, & Põtifices: reclamabunt increduli, & hæretici, tantúsque vndique tumultus concitabitur, vt ne tu quidem Virgo, sis à malorum cõsortio immunis futura. Nam non ad eos tantùm eorum perueniet crudelitas, qui crediderint Filio tuo, verum etiam tuam ipsius animam pertransibit gladius doloris. Tale signum visum Deo proferre sub oculos omnium, vt clara veritatis luce prolata, cogitationes hominum retegerentur, quæ latebant in corde: ac versis rerum vicibus, res ipsa declararet eos procul à vera affuisse iustitia, qui apud homines arcem tenere iustitiæ videbantur: deprehenderentur impij, qui sibi doctrinam pietatis vindicarant.

10. *Quidnam Gladij nomine significetur.* *Ambr.* Profectò ad meum præcipuè attinet institutum Mariani Gladij explanare mysterium. *Duo sunt gladij.* Ambrosius asserit Virginis gladium prudentiam esse cælestis non ignatã mysterij, hoc est, Virginem gladij in morem cæleste mysterium penetrasse. At Timotheus Ierosolym. vbi sup. dolorem illum, qui Virginis animam pertransiit, cùm Filium triduò amisit, gladium docet vocatũ. His minimè assentio.

11. *Petrus Comest.* Sequor enim Euthymium, Bedam, pleró sque alios, qui aptiùs dolorem Virginis animam Passionis tempore saucianțem, gladij nomine significatum intelligunt. Magister Hist. cap. 9. de Hist. Euang. *Tuam ipsius animam, id est, animam ipsius, quæ & tua est, quam scilicet quasi tuam diligis, pertransibit gladius.* Dupliciter exponi potest. Gladius doloris pertransibit tuam animam, animam quidem ipsius, id est, quæ est anima Iesu ob amoris identitatem. Vel, Christum, qui eadem ratione tua est anima, quia scilicet tanquam animam, & vitam tuam illum diligis, pertransibit gladius passionis, ac mortis. *Dilexit eum* (Dauidem) *Ionatas quasi animam suam*, 1. Reg. 18. Multo ardentiori amore Maria Christum velut animam suam dilexit. Pertransibit igitur Christi corpus & animam gladius passionis, ac simul doloris gladius animam Virginis, quæ amoris affectu Iesu quidem anima, vulnerabit. *1. Reg. 18.*

12. *Variæ expositiones.* *[illegible] ([illegible]), ex multis cordibus cogitationes.*] Euthym. *Animam Virginis pertransibit*

sibit doloris gladius , vt reuelentur ex multis cordibus eorum cogitationes , qui suspicabantur hanc non esse eius Matrem. Theophylactus autem, (Theoph.) Reuelatæ sunt ex cordibus cogitationes in Passione Domini , cùm apparuit Iudas proditor, & diligentes Christum apparuerunt, qualis Ioseph, Nicodemus , quales fœminæ sanctæ, quæ Cruci adhæsere. Has,& alias Isidori Clarij, Caietani, Origenisque interpretationes mitto,nec approbo. (Isidor. & alij.)

13. *Authoris placitum.* Placet enim eorum sententia, qui præfata verba: *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*, ad illa referunt: *Positus est hic in signum,cui contradicetur* , cæteris interpositis veluti per parenthesim,vt sit sensus. Positus est Dominus in signum,cui contradicetur adeò,vt tuā animam ô Virgo doloris acutissimi gladius sit transuerberaturus. Contradicetur autem Christo, vt reuelentur ex multis cordibus Iudæorum cogitationes,id est , vt agnoscantur quinam ex illis viri probi sint,quinam impij, & hypocritæ. Sic Carthusianus , Iansenius. & alij. Audiendus Bonauentura hîc. *Hoc consecutum est ad Passionē Christi,quia Iudæorum carnalium, & hypocritarum cordis iniquitas reuelata fuit.* (Carthu. Iansen. Bonau.)

Profectò ne non ab omni sexu , & statu
14. *Anna prophetissa accessit.* ferretur testimonium,erat Anna ex re nomen habens,nimirum à gratia(quippe Spiritu prophetico prædita)filia Phanuelis , viri laudati de Tribu Asser, quæ inter duodecim octaua tacito quodam typo designat resurrectionis beatitudinem , quam Iudæorum sabatismo Euangelica doctrina adiecit ; Asser enim hæbræis sonat *beatum*. Hæc Vidua cum esset admodum prouectæ ætatis , non in aliud videbatur dilata , nisi quòd ex consortio puellæ Mariæ ardentissimis optauerat votis , anus videret promissum Infantem, qui salutem esset populo Israelitico allaturus Suggesserat enim illi Spiritus sanctus iam esse natum , & eiusdem Spiritus admonitu , quo fuerat afflatus Simeon,superuenit. Certè cum nondum esset apud Iudæos gloriosa virginitas , septem annos à virginitate sua vixerat cùm marito;datum hoc tempus exiguum soboli , cæterum longius sacratum pietati;perseuerauit enim in viduitate annos circiter octoginta quatuor , semel experta coniugium adhuc vigenti ætate, Mundo mortua,ac Deo dicata non recedebat à Templo,corpus immolando crebris ieiunis,animum pijs votis , & obsecrationibus offerendo. Dum igitur Purificationis ritus peraguntur in Templo ; dum vaticinatur Simeon;dum gratulationibus sacris omnia redundant, & hæc superueoit , vt & testis oati esset Infantis,&sui pectoris affectus cum aliorum gaudiis cooiungeret , laudibus efferens diuinam benignitatem , quæ suum populum respexisset.

IN MARIAM NVPTAM
PANEGYRICVS MORALIS SEXTVS
Circa literam,
Ex Gladio Simeonis,

Observatio I,

Humilitas Deiparæ vltrò legem Purificationis implentis commendatur.

Vbi assero Principes legum iugo submittendos,in subditorum instructionem.



IRGO purissima,Bernardi (ser. de
15. *Puritas ipsa purificatur humilitate in lege.* Bernard. Purif.)ex ore profatur. *Quid mihi opus purificatione?Cur abstineā ab ingressu Templi,cuius vterus nesciens virum Templū factus est Spiritus sancti?Cur non ingrediar Templum , quæ peperi Dominum Templi ? Nihil in hoc conceptu, in hoc partu impurū fuit,nihil purgandum,cùm proles ista fons puritatis sit. Quid in me legalis purificet obseruatio.quæ purissima facta sum ipso partu immaculato?* Proh Virginis humilitatem!Laurentius Iustin.ser de Purif. *Virginem supra legem fecerat gratia, sed sub lege humilitas.* (Laurent. Iustin.)

16. *Quodammodo Trinitas ignorat Mariam se legi* Componit Bernardus mox humilitatē Deiparæ se purificationis legi subdētis humilitati Filij ad Circuncisionem vltrò properantis. Certè de Christi humilitate scribit. *Si quomodo Deus posset non agnoscere Filium,in quo ei bene complacuit,ex hoc signo maximè poterat ignorare eum.* An Pater eam , quam speciali adoptione sibi vendicauit in filiam agnosceret: Spiritus sanctus sponsam : Filius Matrem , si Filia,sponsa . Mater immunis eo iure erat à Purificationis lege? si quo modo Trinitas non posset agnoscere Templum,ex purificationis signo poterat ignorare. (*Purificat se nos subeuntem.* Bernard.)

Quid si seipsam ignoret Deipara ? Fatus 17.
sponsus, *Si ignoras te , ô pulcherrima mulierum, egredere , & abi post vestigia gregum , & pasce hædos tuos iuxta tabernacula Pastorum.* Cant. 1. Chaldaicè, *Egredere,& abi, & deduc filios tuos tanquam hædos,vt appareant in domo sanctuarij.* Liceat sic alloqui Mariam.Si ignoras te pulcherrimā esse mulierū,nullis fœdatā sordibus, egredere de domo,abi in Ierusalem,secūdùm legis prætextū,deduc Filiū primogenitum tāquam hœdum sub imagine peccatoris,vt appareat in sanctuarij domo , te legi purificationis obtēperante.Hoc enim Maria præstans signū exhibet sese purissimā protinus ignorare. (*Et ipsa se quodammodo ignorat.* Cant. 1. Chald.)

Plura hinc Virginis euulgētur encomia. An 18.
nō Filio charissimo verè assimilatur?Liliū Iesus è Virgine exortus , inter spinas quidem, augusto enim exortu hominibus non hæresscit. *Lilium conuallium.* Maria *lilium* simul *inter spinas* , quia Mater & Virgo. At iam (*Assimilatur Maria Filio se legi subiiciendo.* Cant. 1.)

iam similis effecta Filio spinæ inter spinas speciem referenti, filiis etiā spinis assimilari curat.
Bern. Bernardus. *Nihil in te impurum fuit, nihil illicitum, nihil purgandum, cum proles ista fons puritatis fuit. Vere Virgo, non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed nunquid Filio tuo opus erat circumcisione? Esto inter mulieres tāquam vna earū, nā & Filius tuus sic est in numero puerorū.* Quasi idē titatis lege debeat Filij vestigia sequi.

19. *Miraculum apparet Mariæ purificanda Iesum baiulans.* Apoc. 12. Profectò purificationis ignominia ablegatur omnino, dum Christū gestat suæ puritatis assertorē. Mulier illa Sole amicta ac stellis coronata, Lunā sub pedibus obiiciebat, parturiensque clamabat. *Cruciabatur, vt pareret.* Apoc. 12. Alçasar noster Lunam hîc Lucinam interpretatur partuum præsidem. Vnde infanti nascituro illius opem implorat ille.

——*Casta faue Lucina.*

Præterea parturiens affecta cruciatu mulier exponitur. Quod si authore Bernardo, Deipara sit intelligenda, quid cum Lucina ei, quæ non indiget obstetrice? quid ei cum cruciatu, quæ sine dolore enixa? En purificatæ Mariæ typū. Apparet tanquā communis puerpera, sed *Sole* simul *amicta* prædicatur; gestans enim vlnis Saluatorem se miraculum asserit puritatis.
Ambr. Contemplatus Ambr. serm. de Purif. Mariam puerum gestantem, cùm parens legi purificationis pergit in Templum, clamat. *O beata Virgo Maria, quæ ad tam ineffabile miraculum non obstupescat? quis non penè elinguis fiat? Tenet Puella purificāda in gremio suum, & omniū Creatorem. O admirabile spectaculum, ad quod non solum humana, verum etiā Angelica obstupescit natura!* Gloria Deū in vlnis gestādi obruit omninò purificationis notā, Mariámque miraculum constituit puritatis. Idē etenim, qui secundùm legem offertur ab humillima Matre, vt sanctificetur, sāctificator omnium Simeone, & Prophetissa testibus, ostētatur.
Cyrillus. Cyril. orat. 8. de occurs. *Idē carnem vere indutus Matris vlnis continetur, neq̀ā Patris tamē sinu vnquā recedit. Idē Templū ingressus, sacrificiū secundùm legem offert in terris, & piorum omnium sacrificia excipit in cælis. Idē offertur, & offert; sanctificatur & sanctificat omnia.* Quàm sācta, quàm pura hodie mater ostēditur, cuius in vlnis Deus homo cūcta sanctificaturus, ac purificaturus continetur.

20. *Verè Regina ostenditur Christi imperium imitata, subditos instruens.* Isai. 9. Ibid. Ad hæc Maria verè Regina ostēditur, quādo Regē cælestem imitata super humerū legis onus sustinuit. *Cuius imperium super humerū eius,* ait de Christo Propheta c. 9 Chaldai. *Suscepit legem supra se, vt eam seruaret.* Sanctificatur Rex? Regina imitatrix subditos docent obedientiam. Isidor. l. 3. sent cap. 15. *Iustum est Principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reuerentiam probet.* Item. *Non cōueniunt Principes in se frustrare iura, quæ in subiectis constituunt. Iusta est enim vocis eorum authoritas: si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.* O Regina cælorū & hominū, iustū est te tuis, (quia Filij tui) legibus obtemperare, iam proculdubio exemplo tuo à cunctis subditis custodiendis.
Richard. Victor. Richard. Victor. l. 2. de Eman. cap. 28. quærit. *Quæ est causa, quæue iniustitia, vt remaneat pæna in Maria,* (hoc est subiectio legi) *vbi non est culpa?* imò nec causa subiectionis ob nimiā puerperij puritatem? Respondet. *Id sibi quidem*

ad futuræ gloriæ cumulum, nobis autem ad patientiæ documentum profuit, quod Maria nostrum iugum cum tanta puritate portauit. Tunc enim similis Filio, *cuius imperium super humerum eius.* Subditis documenta præscribit efficacia.

Observatio II.

Ad illa verba.

Tuam ipsius animam gladius pertransibit.

Plusquam Martyrem Deiparam ostendo.

Vbi probatur, assiduam laborum sustinentiam Martyrium augustum imitari.

Plura Tom. 1. huic argumento præsibaui, plura itē in Mariani Gladij illustrationē seruans. Dolorē Virginis in passione Filij gladiū interpretatus, adhuc ex Metaphraste cōfirmo, orat. de ortu Deip. *Conueniens enim est, quod dolorē ipsum gladij nomine significauerit, qui tēpore Passionis Mariā inuasit.* Et Beda Luc. 2. *Pertransibit gladius, id est, dolor passionis Dominicæ tuam animam; quia non potuisti videre eum crucifigi sine affectu Materni doloris.* 21. Metaph.

22. *Crudelissimus gladius non solum ex obiectu Filij, sed ex Apostolorum ingratitudine. Ideo plusquā Martyr fuit* Ansbert. Vis aciem gladij obiiciā? Non solùm Virgo vulneratur ex aspectu Filij è Cruce pendentis, sed ex Discipulorum fugientiū ingratitudine, ex insultantium impudentia. Ideo addit Simeon: *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Quæ quidem reuelatio Matrem acriter sauciauit. Ansbertus ad hæc ser. de Purif. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur, &c. Ac si diceretur, Maternis visceribus tribulationis gladio transuerberatis, videbis in cruce pendentem, quem concepisti. Quatenus per hoc factū & Iudæorum insultantium iniquitas, & Discipulorū fugientium infirmitas denuncietur. Illo enim in Cruce pendente Iudæi præsentes insultabant, vt descenderet: Apostoli fugientes, de Cruce illum descendere posse non credebant. Quæ vt fierent, necesse fuit, materna, piaque viscera ex eiusdem Redēptoris passione gladio tribulationis transfigi.* Proh Mariæ Matris Dei & hominū pietas! simul ex Filij vnigeniti passione, & adoptiui ingratitudine. Hinc constat primò Mariam plusquam Martyrem esse, quia toties vulnerata, quoties Filij percutiuntur, deficiunt D. Ambros. iustè Machabæorū Matrē plusquā martyrem appellauit, quia sæpè in plurium filiorum interitu vulnerata est, atrocius quidē (vt adnotat Doctor) vulneranda, si filiorum vel vnus in pugna deficeret. Quàm supra Martyres vulnerata Maria, quæ & Iesum aspexit obeuntem, & Apostolos Filios charissimos à pugna infirmiter recedentes! *Illo in Cruce pendente, Iudæi insultabant, Apostoli fugientes, &c.* Ambr.

23. *Plusquam Martyr, quia passa in animo, reliquis martyribus candidior.* Apoc. 7. Præterea plusquā Martyr obiicitur, quæ in animo quidē, non in corpore vulneratur. Martyrum gloriam Ioannes exprimit. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna. Haud hi vulgariter sunt interfecti, magnâ sunt affecti tribulatione. *Dealbauerunt stolas suas in sanguine Agni.* Apocalyp. 7. Toti sunt sanguine immersi, instar [illegible] omini in limo profundi immerguntur, & nulla reliqua substantia,

toto corpore vulnerato. An actiùs Deipara percutitur? Profectò cunctiilli toto in corpore vulnerati sunt, at Maria in anima tota percussa, vnde candidior debet prædicari. Appositè Ildephonsus ser. 2. de Assump. *Candidior Maria inter Martyres, quia etsi illi martyrio coronati dealbauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine Agni: nihilominus Virgo in anima passa comprobatur. Ait enim Simeon. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Quod si gladius vsque ad animam peruenit, plusquam Martyr fuit, quia in animo non minus amoris, quam mœroris est intus gladio vulnerata.*

Ildeph.

24\. Addo non solùm animam, sed etiam Mariæ corpus passione fuisse affectũ, quia anima patiens spirituali influxu sic corpus affecit, vt simul illud compateretur. Hieronymum audite serm. de Assump. *Quod verè passa sit testatur Simeon. Tuam ipsius animam, &c. Ex quo constat, quòd supra Martyrem fuerit, Alij namque sancti & si passi sunt pro Christo in carne, tamen in anima, quia immortalis est, pati non potuerunt. Dei genitrix autem quia in ea parte passa est, qua impassibilis habetur, & caro eius passa est gladio passionis Christi, plusquam Martyr fuit.* Igitur & in animo & in corpore asserit Pater passam Deiparam. Nec enim tantum animi tormentũ potuit non in corpus redũdare. Ex eo itaq; quòd passa fuerit in anima licèt corpus non pateretur, plusquàm Martyr, authore Ildephonso: quid si ex Hieronymi sententia animi passio in carnem redundauit? Profectò tota Maria mare amarum, tota *mara*, quia iam mare *redundat* in corpus.

Imò quia in animo & corpore passa est, ex redundãtia dolorum. Hieron.

25\. Nec non plusquàm Martyr, quia quos pariẽs dolores effugit, hos sustinuit in Cruce, ex Filij patientis aspectu. Damascen. l. 4. Fid. c. 15. *Ipsa beata, & supra naturam donorum digna effecta dolores partus, quos effugit pariens, illos tempore passionis sustinuit: ex materna compassione viscerũ lacerum reparturiens; & quem Deum per natiuitatem cognouit, illum vt maleficum interfectum videns, sĩquam gladio cogitationibus discerpitur. Et hoc est. Tuã ipsius animam pertransibit gladius.* Quid cum parturienti Martyrio, vt ex parturitione plusquam Martyr debeat Maria prædicari?

Et quia parturiuit in Cruce.

26\. Profectò multùm. Annon doloribus parturientis suprema à Domino tribulatio comparatur? *Ibi dolores vt parturientis.* Virgo parturiens iuxta Crucem. Rupert. ad Ioan. 19. *Stabat Mater iuxta Filij Crucem, sine dubio dolens, & dolores tanquam parturientis habens. Cruce namque eius nimiùm ipsa cruciabatur, sicut ei prædixerat Simeon.* Pende illa: *Et dolores tãquam parturientis.* Respicit proculdubio Rupertus illud Apocalyp. *Et in vtero habens cruciabatur, vt pateret c. 12. Nimiũ, ait, ipsa cruciabatur.* Profectò cum Mariã puerperam sine dolore viderimus, & locum ad Deiparæ partum Patres accommodent, proculdubio de partu Mariæ iuxta Crucem intelligendus est. Noster Alcasar docet hunc locum illum Prophetæ obijcere. *Nũquid parietur gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos?* Gentem totam ab vna muliere produci asserit, repetitâ parturitione. Vt vni filio educendo vna respondeat parturitio. Maria ergo totam gentem parturiuit, & pepe rit, quũ Filiũ aspexit pendentem à cruce; quia vnicus ille dolor omnium parturientium exæquauit angustias.

Omniũ parturientium sustinuit angustias. Rupert. Apoc. 12. Alcas.

Hinc denique affirmo plusquàm Martyrẽ Deiparentẽ, quia per totius reliquę vitę spatiũ doloris huiusce gladio Virgo est vulnerata, pẽdens quidẽ semper memoria Filij passionem. Excogitationem cõtitmo illo Epithalamij testimonio. *Fasciculus myrrha Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Cant. 1. O Simeõ, post indictũ huiusce crudelis gladij vulnus, Dilectus Filius meus mihi myrrhæ est fasciculus, me replens amaritudine. Nec vnius diei quadragesimi à natalitio dolor terminatur, cõmorabitur enim apud me amaritudo cunctis diebus vitæ meæ, nunquã non gladio percutiẽte, & vulnerante. Rupert. ad hæc. *Fasciculus myrrha Dilectus meus mihi. Conferte istud illi dicto iusti Simeonis: Tuã ipsius animam pertransibit gladius. Si hoc scitis, si ista rectè perpenditis, profectò in me inuenietis, & vnde mecum compũgamini, & vnde mecũ dulciter consolemini. Nolite solã attendere horam, vel diem illã, in qua vidi talem dilectum ab improbis cõprehensum malè tractari, mori & sepeliri; nam tunc quidem gladius animũ pertransiuit. Sed antequam sic pertransiret, longum per me trãsitum fecit. Prophetissa nanque erã, & ex quo Mater facta sum, sciui ista passurum. Cum igitur talem Filium suum meo fouerem, vberibus lactarẽ, & talem futurũ mortem semper præ oculis haberẽ, qualẽ, quãtam, quam prolixam me putatis materni doloris pertulisse passionẽ? Hoc est, quod dico: Fasciculus myrrha Dilectus meus mihi, inter vbera mea cõmorabitur. O commoratio dulcis quidem, sed plena gemitibus inenarrabilibus!* Proh Martyriũ horribile, quod & præuisum & post euentum contemplationi obiectũ animũ & corpus toties discruciat, enecat! Annon Mariam plusquam Martyrem prædicemus? Collige laborum tolerantiam frequentem augusti Martyrij gloriam imitari.

27\. *Non semel vt Martyres, sed per totius vitæ spatium Virgo sæpè vulnerata lethaliter.* Cant. 1. Rupert.

Observatio III.

Ad illa verba.

Tuam ipsius animam gladius pertransibit,

Martyrium subiit Deipara amoris gladio vulnerata.

Innuo interim ex doloris affectu amorem in proximum comprobari.

28\. Præmitto pulchrã Dionysij. Areop. l. de cæl. hierar. c. 7. sententiam. *Amor amantem conuertit in amatum, & amans amato quodãmodo exit à seipso vt anima amantis magis sit vbi amat, quàm vbi animat.* Rationem reddens Albert. Mag. l. de Adhær. Deo, c. 12. *Trahit amor amãtẽ extra se, & collocat eũ in amato, faciens ei intimissimè adhærere; plus enim est anima vbi amat, quàm vbi animat. Quia sic est in amato secundùm propriam naturam, rationem, & voluntatem; sed in eo quod animat, tantùm est secũdùm quod est forma, quod etiam brutis conuenit.*

Dionys. Albert.

29\. Porrò ex huiusmodi amoris vi, qua amans in amatũ conuertitur, colligit Augustin. possibile hominem in Deũ conuerti. *Tenete* (ait Tract. 2. in Ioan.) *potiùs dilectionem Dei, vt quomodo Deus est æternus, sic & vos maneatis in æternum. Quia talis est quisque, qualis eius dilectio est.*

Potest homo in Deum conuerti vi amoris Aug.

est. Tu ergo diligis? Terra eris. Deum diligis? Quid dicam? Deus eris. Non audeo dicere ex me, Scripturas audiamus, Ego dixi, Dij estis. Si ergo vultis esse dij, nolite diligere Mundum. Qui facit voluntatẽ Dei, manet in aeternum sicut & Deus in aeternum manet. O Maria, quam vis amoris conuertit in hominem Filium, conuertit in Deum! Audite.

30\. *Quantus amor Virginis in Filium!* Cant. 1.

Arctissimo amoris vinculo Filius & Mater fuere colligati. *Dilectus meus mihi* (ipsa ait) *& ego illi.* Cant. 1. Ac si diceret, Mihi Iesus diligẽs me, anima est, apud me cõmoratur: illi ego diligẽs eũ, anima sũ *plus enim est anima, vbi amat, quàm vbi animat.* Petrus Dam. ser. 1. de Natiu. postquam præmisit tres modos, quibus Deus in cunctis inest creaturis, ait. *Quarto modo inest vni creaturæ, videlicet Mariæ Virgini identitate, quia idẽ est cũ illa. Hic taceat, & contremiscat omnis creatura, & vix audeat aspicere tanta dignitatis, & dignationis immensitatẽ.* Et Laurent. Iust. ser. de Annũc. *Habitat in Angelis Deus, sed non cũ Angelis; quia cũ illis einsdẽ nõ est essentia. Habitat verò Deus in Virgine, & habitat cum illa, cũ qua vnius naturæ habet idẽtitatẽ.* Si naturæ idẽtitas efficit Iesum cum Virgine degere, seu cõmuni animo quodãmodo viuere, quid amor præstabit? Ansel. l. de excel. Vir. c. 4. sic Iesu ac Mariæ mutuũ descripsit amorẽ. *Quàm mirabilis natura, & ineffabilis affectus amoris considerari queat inter hanc talẽ tãti Filij Matrẽ? Equidẽ omnes homines ex cõiũctione duarũ personarũ, hoc est maris & fœmina procreantur. Eum autẽ amorẽ, quem pater & mater singuli habent filio suo, debet hæc felicissima matrum sola Filio suo; quia vnicus Filius est, & ex sola matre natus.* Et D. Aug. l. de spir. & anima. *Erat inter Mariã & Filiũ duplex coniunctio scilicet carnis ad carnẽ secundùm naturã, & animæ ad animã secundùm amicitiam.* Audiendus Bernardin. à Busto 4 l. serm. 2. *Amabat Virgo Christum amore naturæ vt Mater Filium; amore amicitiæ vt creatura Creatorẽ: amore gratiæ vt præseruata, & redempta Saluatorẽ suum. Tam intimus autẽ amor fuit Matris ad Filiũ, quòd ipsa tota erat in amorẽ cõuersa, sicut ferrum missum in ignem totum efficitur ignis.*

Damian.

Laurent. Iustiniani.

Ansel.

August.

Bustos.

31\. *Maria suam effecit mortẽ Iesu vi amoris fortioris quidẽ morte.* Cant. 8. Hier.

Quid non tanta amatrix tam horribilẽ mortẽ subiret, si Iesu mortẽ suã vi amoris effecit? Erat, quando *fortis sicut mors dilectio.* Cant. 8. Iã fortior dilectio Mariæ, efficiens quidẽ quod mors ipsa præstare nequiuit. Mors nõ potuit martyrũ animos vulnerare, Mariæ autẽ gladius amoris animũ pertransiuit. Hieron. ser. de Assump. *B. Virgo, quia mẽte passa est, plusquã Martyr fuit. At quomodo plusquam Martyr esse potuit sine morte? Quia eius dilectio fortior fuit quã mors, quia Christi mortem suã esse fecit.* Inferiùs. *Vnde cõstat, quòd plus omnibus dilexit, propterea & plus doluit in tantũ, vt animã eius totã pertransiret, & possideret vis doloris ad testimoniũ summæ dilectionis: Quod quia mente passa est, plusquàm Martyr fuit, quia eius dilectio amplius fortis quàm mors fuit; mortẽ enim Christi suã fecit.* Nõ potuit mors Deiparã interimere, at ipsa diligens Iesũ illius mortẽ acquisiuit affectu: vnde & Virgo Martyr euasit, & dilectio fortior morte victoriam reportauit.

32\. *Maria Martyr amoris, doloris gladio transuerberatur.* Cant. Bernard.

Potest inclamare Maria. *Vulnerata charitate ego sum.* Solus amor Mariã vulnerauerat adeò, vt eius animã gladius amoris pertransiret, fante Bernardo serm. 29. in Cant. *Est sagitta electa, amor Christi, quæ Mariæ animã nõ modo confixit sed etiã pertransiuit, vt nullam in anima virginali particulam vacuam relinqueret amore.* Si Maria iam Martyr amoris, parũ iã doloris in conspectu patientis Filij Martyrẽm extitisse, vulnus enim amoris & doloris illicò copulãtur. Nulla equidem animæ Virginalis particula vacua dolore. En bis Martyrem Deiparentem.

33\. *Mariæ anima Christi vulneratur, corpore & viuo, & mortuo Iesu vulnere affecto.* Bern.

Annon Mariæ anima Saluatoris? *Tuam ipsius animam gladius pertransibit.* Igitur transfixo corpore Christi, necessarium fuit animam Mariæ, quæ Christi erat, vulnerari. Ideo Dominus ait. *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meã.* Quod haud ita notanter de propria anima diceretur, quæ necessariò in viuo-ri corpore patitur, ex compassionis saltem affectu. Vsque ad Virginẽ Matrem, quæ anima mea est, doloris vndæ intrauerunt. Bern. serm. signũ magnũ. *Verè suam, ô beata Mater animam gladius pertransibit: alioquin non nisi eã pertrãsiẽs carnem filij tui penetraret.* Id est, si anima Christi eras, non potuit corpus Christi penetrare gladius doloris nisi tuũ simul penetraret spiritũ. Mater illa, cuius viuus filius, iudicio Salomonis erat diuidẽdus, sentẽtiã diuisionis crudelis auditã cõtremuit, totisq; visceribus cõmota est. Quid mirũ, si erat anima filij morte innocẽtis separãda? Quid ni Maria veriùs anima Christi, eodẽ Filiũ percutienti gladio vulneraretur? *Verius* dixi Mariã Christi animã; quia etiã post Christi obitum adhuc in corpore degebat, Bernardo adnotãte, *Post ea quã emisit spiritũ tuus ille Iesus, ipsius planè non attigit animã crudelis lancea, quæ ipsius nec mortuo parcens (cui nocere nõ posset) aperuit latus. Sed tuã* (vtique inibi cõmorantem) *animã pertransiuit.* Vt scilicet quodammodo corpus noceri potuisset, viuum vtique ac Mariæ spiritu informatũ. Ideo mucro lanceæ crudelis vocitatur, vt Tom. 1. innuimus.

34\. *Ex eximio Mariæ amore horribilis dolor exsurgit.* Salmer.

Adhæc noster doctissimus Salmeron eximium Virginis describit amorẽ, indéque acerbissimũ dolorẽ colligit fatus tom. 3. tract. 43. *Erat caro Christi caro Mariæ, erat illa optima Mater inter omnes mulieres, ille optimus Filius inter omnes filios, ac proinde dignus erat omni amoris affectu, præsertim verò Matris, tum ratione materni officij, & consuetudinis: tum ratione cognitionis, certæque fidei de summa Filij dignitate: tum denique ratione beneficiorum ab ipso acceptorum; propter quæ maxime amore eum prosequi debebat. Si ergo hæc parere possunt summum amorem; ergo & summum dolorem infligere in tam atroci Crucis spectaculo. Quod si ex amoris quantitate capienda est mensura doloris, vbi immensus amor, ibi etiam immensus dolor: & vbi dolor immensus, ibi & mors, de qua ait Sponsus, Fortis vt mors dilectio. Quòd si solus amor carnis aut gaudij, aut tristitiæ affectus ad mortem adegit; (de quibus Plinius lib. 7.) cur non hic tantus affectus carnis & spiritus simul adigeret ad mortem compassionis?* Collige haud verum amorem illum, ex quo dolor in conspectu afflictionis dilecti non excitatur. Vt colligas num proximum diligas, nóc ne? Si enim eius tribulatio tibi non est communis affectione, nõn verè diligere comprobaris.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba,

Tuam ipsius animam gladius pertransibit.

Ex Iesu ac Mariæ identitate hæc Martyr asseritur.

Colligo filios matrisare, Vnde matres virtutibus ornari debent, quas filij similes referre valeant.

35\. MARTYREM Mariam eius cum Iesu operatur identitas. Id quod Tomo 1. lib. 12. illustratum argumentum vlteriùs nunc pluribus confirmabo. *Tuam ipsius animam.* Anima Deiparæ Christi anima compellatur ob ineffabilem parentis ac Filij identitatem.

36\. *Si Maria ignoras sponsum, si ipsam ignoras ob amoris identitatem. Cant. 1.*

Fatur sponsa, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam, &c.* Respondet Iesus. *Si ignoras te ô pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia gregum.* Cant. 1. Annon videbitur inepta responsio? Porrò deberet dicere, *si ignoras me, ô pulcherrima mulierum*, quia sponsa non seipsam, sed dilectum requirebat sponsum. Profectò Christus præfatam identitatem apprimè manifestat. Ac si diceret, si ignoras me, indicamentum exhibes, te ipsam ignorare; nam si te scires, & me, qui vnum sum tecum, dignosceres. *Egredere ergo post vestigia gregum tuorum.* Cur non dixit: Gregum meorum, si Maria clamarat: *Vbi pascas.* nempe greges tuos? Quia Christus & Maria vna prorsus quodammodo essentia eosdem greges consequuntur. Hinc cunctæ Canticorum sententiæ ad Christum spectantes de Virgine expenduntur, & è contra, vt fert Patrum opinio.

37\. *Vnico verbo: in Principio Christus & Maria idem signantur. Gen. 1. R. Hacca.*

Conditionem Mundi Moyses scribens, inquit, *In principio creauit Deus cælum, & terram.* Gen. 1. Verbum vnicum illud: *In principio* sic exponit R. Hacados, *In principio, hoc est, amore Matris Messiæ, & ipsius Messiæ Filij eius creauit Deus Mundum.* Cur vnico vocabulo, *Principio*, quod Dei Filio vni à Patribus accommodatur, etiam Maria intelligitur, eodémque vocabulo ac Dei sapientia denotatur? Annon ob identitatem dilectionis?

38\. *Particulâ Deus etiam Deipara designatur? Rupert.*

Adde particula illa, *Deus* etiam Deiparam designari. Hebr. *Elohim*, pluralis numeri, quo Trinitas personarum innuitur. Vbi Rupertus audit Deum Mundum creauisse, ait, *Ille creauit, illa creauit.* Seu bis creauit, semel quando Deus creauit cælum & terram, iterum quando Christus Dei Filius Mundum redemit. Seu malis dicere, Mariam quodammodo creasse Mundum, quando creauit Deus, quia idem quodammodo cum Trinitate, vt idem & cum Filio aptius prædicetur. Vnde ipsa, *Cum eo eram cuncta componens.* Petrus Damianus acutè, *Per ipsam, ait, cum ipsa, & in ipsa totum hoc faciendum decernitur. Vt sicut sine ipso nihil factum est, ita sine ipsa nihil refectum sit.* Quia quantò extenditur potentia condentis, ac redimentis Filij, tantò quodammodo Matris potentia extendatur oportet. Damian.

39\. *Vnica anima Iesu & Mariæ. Psal. 21.*

Christus inclamat, *Erue à framea, Deus, animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Psal. 21. Cur bis animam liberari petit, qui verbū in oratione iterandum nō esse edocuit? Annon eandem Mariæ ac Filij animam esse ostendimus ex Patribus? Postulans ergo Christus suam animam à periculo liberari, non potuit non & Virginis animam eripi, quia vnica planè. Ideo adiicit: *Vnicam meam.*

40\. *Christus & Maria in carne vna vnies in spiritu. Gen. 2.*

Non est bonum (Deus inquit) *hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.* Gen. 2. Tertulliano authore Adamus & Eua Christum, ac Deiparam conditos repræsentant. An bonum Iesum esse solum? Certè adiutorium ei simile Deipara exsurgit, vt ex Christo & Maria quasi vna essentia coalescat, *Esse solum.* Paruum iam est quod affirmat Nicephorus lib. 1. cap. vlt. *Persimilis per omnia fuit Christus diuino, & immaculata sua Genitrici.* Si non similes, sed vnum prorsus esse videantur, duo vtique *in carne vna*, vnóque in spiritu. Cur existimas Deiparam, corpore animóque ad cœlum assumptam? Piè grauis Doctor respondet. Ne Iesus quodammodo, Matris vel corpore in terris commorante, haud integer omnino videretur. Niceph.

41\. *Redemptio, Maria tribuitur à Patribus ob Iesu ac Matris identitatem.*

Ex huiusmodi Iesu ac Mariæ identitate modus loquendi Patrum ducit exortum, Mariæ enim hominum salutem addicunt, quæ soli Iesu tribuenda est. Richardus Victor. *Inuenisti gratiam apud Deum, scilicet quam quærebat. Omnium salutem desiderauit, quæsiuit, obtinuit: imo & salus omnium per ipsam facta est; vnde & Mundi salus dicta est.* David ad hæc, *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt*, Psal. 22. Quænam Virga? quinam baculus? Petrus Dam. *In virgine virga, & baculo Cruce peccatorum spes & consolatio sita est, vt Propheta declarat.* Quasi in Virgine peccatorum redēptio, quæ in Christo cruci suffixo sita est. Quare non dixit, *In Christo virga, & baculo Cruce*? An non quia Christus & Maria prorsus idem, vnde Mariæ appellatio appositè Christi nomen expressit? Hinc illud, *Ipsa conteret caput tuum.* Gen. 3. Aliter, *Ipse conteret caput tuum.* Si conterit Maria, cur Iesus contriuisse prædicatur? Quia Christus & Maria tam idem, vt ab vtroque serpens comminui prædictum referatur. Ideo semen serpentis, hoc est, hæretici pari inimicitia Christo ac Virgini aduersantur. Quid mirum, ô Virgo, monstra illa tam procaciter in te desæuire? Contriuisti caput illorum serpentum, dolent patris vicem, vlcisci parant. Richard. Victor. Psal. 22. Damian. Gen. 3.

42\. *Asseritur luna Maria vt Sol Christus electa ob nimiam similitudinem. Cant. 6. Rupert.*

Iam calleo sententiam illam: *Pulchra vt luna, electa vt sol.* Cant. 6. Pulchritudo seu sanctitas Mariæ sicut lùx lunæ, si cum Iesu sanctitate componatur. At vt Sol Christus à Deo electa asseritur, quia nimia similitudo quodammodo efficit identitatem. Rupertus, *Non minùs tu, Virgo, idem es ac ille Sol, sed*

nihilominus

nihilominus tanta es, vt te honoret ipse Sol. Asserens scilicet te solem debere compellari. Et Arnoldus de Laud. Deip. *Manifestum est, indiuiduā esse Matris, ac Filij gloriā, & commune esse vtriusque praeconium. Electa*, inquit, vt Sol. Nec enim illud à se habet Maria, quæ à Sole iustitiæ accipit claritatem. *Tu beatissima Virgo* (adiicit Rupertus) *hoc ipsum quòd tam lucida es, non ex te habes, sed ex gratia diuina, gratia plena.* Plena quidem est gratia tua, vt gratiam Filij referre videaris. Sed hoc ipsum à gratia quidem accepisti. *Sic & te honoramus, atque concinimus, scientes, quoniam totus honor impensus Matri redundat in Filium.*

Arnol.

Rupert.

43. *Maria Virgo & Mater speciem refert Diuinitatis aut humanitatis Iesu.*

Addo Mariam Virginem ac Matrem speciem Deitatis ac humanitatis Filij referre. Virginitas enim Diuinitatem, Maternitas autem humanitatem repræsentat. Clamarat Sponsus. *Ecce tu pulchra es, amica mea.* Cant. 1. Mox sponsa Maria quasi vi consequētiæ ducta adiicit, *Ecce tu pulcher es, Dilecte mi.* Ieso hîc à Patribus pulchritudo Diuinitatis ac humanitatis asseritur. An Diuinitas & humanitas commendatur in Maria? Certè si non Diuinitas & humanitas, virginitas & Maternitas prædicatur Diuinitatem ac humanitatem repræsentans. Bellè Rupertus Mariam locutam inducens. *Pulcher es, quia tu tota pulchritudo mea es. Ego pulchra, quia Virgo, & pulchra, quia Mater. Sed id per te vtrumque; quia tu pulcher secundùm diuinitatem, decorus secundùm humanitatem. Tu non tantùm homo, sed etiam Deus; & idcirco ego non tantùm Mater, sed & Virgo; quia æterna Diuinitati tuæ temporalis accessit humanitas, & meæ Virginitati non successit, sed accessit fœcunditas.* En Maria Virgo Mater Deo homini assimilatur.

Cant. 1.

Rupert.

44. *Christus & Maria commendantur lilij metaphora significantur ob virtutes communes.*

Ideo communi lilij metaphorâ Christus & Maria commendantur. *Ego* (ait Iesus) *flos campi, & lilium conuallium.* Cant. 2. Mox de Virgine, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Lilium Christus vocitatur? Ergo lilium Maria ob identitatem est appellanda. An res de solo titulo, siue titulus sine re? Porrò verba illa: *Campi*, & *Conuallium*, Christi humilitatem, reliquásque virtutes repræsentant, quas quidem Maria perfectissimè fuit imitata, vnde eodem ac Filius glorioso nomine decoratur. Pulchrè Alanus. *Campus dicitur humana Christi natura. Sicut enim in campo florum pullulat varietas, sic in humana Christi natura virtutum pluralitas.* Eas recensens addit, *In ea fuit viola humilitatis, patientiæ rosa, lilium castitatis. Huius Campi flos fuit Christus, id est, decor secundùm Diuinitatem. Eleganter autem humana Christi natura per campum significatur. Vnde & de eodem Domino dicitur*: Lilium conuallium; *quia* (attende) *perfecta humilitas fuit in Maria, & in humana Christi natura. Ideò persona Virginis, & humana natura Verbi Valles dicuntur propter eminentiam humilitatis; & non solùm valles, sed conualles ratione similitudinis, quia Christo Virgo specialiter fuit similis.* Quid illustrius? Annon Maria Christum diuinum & humanum vallem ac campum floribus virtutum cunctarum vernantem referebat?

Cant. 2.

Alanus.

45. *Maria est*

Augustinus hinc serm. de Nat. *Si formam Dei te, Virgo, appellem, digna existis.* Est enim Maria Dei forma non solùm ratione humanitatis assumptæ, sed etiam ratione Diuinitatis. Docet Dionysius Areop. lib. 5. de Diu. Nom. creaturas esse quasdam diuinæ essentiæ participationes, adeò, vt singulæ alicuius diuinæ perfectionis consortes factæ, vestigia quædam exponant, per quæ Deum ipsum ex ipsis liceat consectari. *Inuisibilia* (ait Paulus) *ipsius à creatura Mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, Sempiterna quoque eius virtus, & Diuinitas.* Rom. 1. Attamen sola Virgo dignè Deum (quantum humana fert fragilitas) valet exprimere. Qui enim Deitatis magnitudinem ex cunctis aliis creaturis voluerit vestigare, nescius, ac ignarus prorsus manebit, donec Deum in Maria perfectissimâ quærat imagine. Eleganter Chrysologus serm. de Annunc. *Tanta est Virgo, vt quantus sit Deus satis ignoret, qui huius Virginis mentem non stupet, animum non miratur.* Ecce Virgo Dei essentiam repręsentat, adumbrat perfectiones.

Dei forma non solùm ratione humanitatis assumptæ, sed & diuinitatis ratione.
Aug.
Dionys.
Rom. 1.

Chrysol.

Quid si diuinarum Personarum ac Processionum imaginem referat? *Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei Maiestatis.* Sap. 6. Ex Græco sic vertit Origenes, *speculum Dei inoperationis*; quo quidem *inoperationis* vocabulo actiones Dei ad intra, scilicet Processiones, ac productiones diuinarum Personarum significare videtur. Virginem itaque assero, instar speculi purissimi Diuinarum Personarum Processiones exprimere; quia Virgo inuiolata Deum genuit, ac peperit, quod æternarum originum vmbram non obscuram continet, Nazianzeno canente Carm. de Maria.

46. *Diuinarum refert speciē Personarum, & Processionum.*
Sap. 6.

Nazian.

Prima Trias Virgo est, nam Patre natus
Anarcho
Filius est, nec enim Pater ortum traxit ab vllo,
Moro nec humano generauit semine Natum.

En partus Virginis speciem quandam diuinæ Filij processionis ex Patre sine matre refert. Vnde Trinitas *prima Virgo* dicitur, quia Personæ diuinæ integritatem suam minimè violantes aliæ alias producunt. Nyssenus lib. de Virginit. cap. 5. *Pater Filium genuit sine affectu.* Hoc est, sine concupiscentia. Annon Deiparens Filium absque voluptatis genuit affectu? Damascenus lib. 4. fid. cap. 15. *Ab omni concupiscentia carnali mentem procul Virgo sequestrauit, vt decebat eam, quæ susceptura erat Deum.* Confirmo excogitationē hanc ex Ambrosio, qui lib. 10. de Virgin. cap. 8. expendens illud Cant. *Fons signatus*, ait, *Fons signatus ideo Maria, quòd expressam imaginem Dei sinceri fontis vnda retineat, ne volutabris spiritualium bestiarum sparsa cœno fluenta turbentur.* Addit, *Fons signatus, eò quòd virginitas sit fons, & origo pudicitia, in quo fonte imago Dei lucescit; quia cum munditia corporis congruit etiam puritas mentis.* Fons igitur signatus Maria, quia simul speculum, quo Dei sese eius in laticibus contemplantis species excipitur.

Nyssen.

Damasc.

Ambr.

Augustinus ad illud Ioannis. *Quod factum est in ipso vita erat.* Cap. 1. in summis Dei laudibus ponit, quòd omnes creaturæ in Deo longè melioris conditionis sint, quàm in seipsis. Cùm enim cūcta in se sint creata, in Deo quidem increata sunt, & ipsemet Deus. Hinc collige Mariam apprimè Dei imaginem existere, quia in ipsa omnes quodammodo crea-

47. *In Maria quodammodo creaturæ meliori modo sunt sicut in Deo.*
Ioan. 1.

tur æ continentur, vt fari liceat, *Quod factum est, in ipsa vita erat.* Excogitauit acute Arnoldus Carn. *Maria creaturis constat omnibus: Quidquid enim Creator singulis distribuitur vsibus contulit, Matri adornanda congessit.* Annon in Maria cuncta creata non instabilia, caduca; debilia sicut in se ipsis; sed stabilia, vitalia, æterna, quippe cum *Maria* sint ista planè. Si in Deo cuncta creata vita erant, & in Maria eadem vita sunt, Deum mirum in modum Deiparæ refert.

48. Post longiusculam (haud de more) digressionem tandem venio ad intentum. Ex huiusmodi Iesu Dei & hominis ac Mariæ similitudine, (identitatem vocitaui) colligitur apertè gaudium aut passionem vnius, alterius esse gaudium aut passionem. Christus afficitur lætitia, laudibus extollitur? Similiter Maria, quia idem cum Iesu. Christus autem vulneratur, Cruci suffigitur? Virgo item eadem ex identitatis lege subire tenetur. Vis ostendam gloriam Filij in Matrem refluere? *Mandragoræ dederunt odorem*, Cant. 3. Refer in memoriam primogenitum Liæ Rubem in agrum egressum, ac repertas Mandragoras matri detulisse. Edocet Guillermus Iesum Mariæ primogenitū post triginta ætatis annos mandragoras reperisse fragrantiæ singularis, hoc est, mirabilia opera gessisse, quæquidem instar mandragorarum, Matri deferebat, dum laus Filij in Deiparam refluebat. *Porrò* (ait). *has summi odoris mandragoras foris repertas Matri pius Filius detulit; quia declaratio maiestatis eius ad Matrem eximie redundauit. Nam vbi claruit Diuinitas Filij, Matris quoque Virginitas* (quam Diuinitati quodammodo assimilari vidimus) *declarata est. Atque ee ipse, quod Filius eius agnitus est Dominus gloriæ, porro quidquid ingloriam, vel minus gloriosum* (laborum, paupertatis &c.) *in ea videbatur, enacuatum est, absumptum est. Itaque pia Mater Filij sui mandragoris fragrat in odorem suauissimum omnibus seculis.* Vis autem demonstrem communia esse Iesu ac Mariæ vulnera? *Inuenerunt me custodes, qui circumeunt Ciuitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt me.* Cant. 5. Filius meus circuit nunc ciuitatem, à custodibus nempe Caypha, Heroda, ac Pilato percutitur, vulneratur. Me quidem simul vulnerauerunt. Apprimè idem Ghillermus, *Inuenerunt me vigiles,* (Pilatus, Herodes, Cayphas, Scribæ, Pharisæi, falsi testes) *& occasionibus nequiter exquisitis Filium meum vnicum lacessiendo, impetierunt etiam in me. Percusserunt me non leuiter, non virga, & baculo consolationis, sed gladio vulnerauerunt me. Exacuerunt vt gladium linguam suam, infamauerunt nefande Filiū meum apud populum, & saluberrimum odorem eius coram multis fœtere fecerunt. Ego autem ipsa, quod famam Dilecti mei gladio lingua sua tam crudeliter laniauerunt, maternum in me affectum infixi. Hic dolorum vulneribus consauciauerunt.*

49. Denique adnoto ad mores, ex huiusmodi piæ Matris Filiique identitate colligi bonum filium matrisare, matrémque bonam ideo debere virtutibus ornari, quas, filius valeat matrisādo referre. Et quidem Ioannes Tapet. in Rubr. institut. de Nuptiis asseret hoc proloquium commune, *Pueri matrisant.* Ob quā causam, Lacedemonij tradente Nazianz. ex Platone & Plutarcho in vita Agesilai, Archidamum Regem graui pecunia multarunt, quod pusilli corporis fœminam duxisset: subinde dicentes futurum, vt pusillos etiam, & imbelles pareret Reges; vel (vt inquit Plutarc.) non Reges pareret, sed Reginas. Statius lib. 1. syl, bonam precatus puero indolem, ait,

Multum de patre decoris,
Plus de matre feras.

Hinc Salomon, *Puer qui dimittitur voluntati sua, confundit matrem suam.* Prou. 39. Quia puer dimissus voluntati suæ, secundùm indolem, & procliuitatem sui ingenij operatur, quod à matre in primis accepit: atque adeò magnam matri suæ labem inurit.

Observatio V.

Ad illa verba.

Tuam ipsius animam gladius pertransibit.

Martyrium igitur Mariæ, horribile prorsus, illustro.

Vbi vlteriùs ostendo diligentem in dilectum efformari.



Erno ex præstantia dilectionis, ex Iesu ac Mariæ præfata ideotitate vis doloris Virginis innotescit, quādo gladio transfixa Simeonis, martyris fuit stipata corona. 50.

Qua in passione in primis miror Mariæ constantiam cum flebili affectu coniunctam. Etsi enim miro dolore afficiebatur, *stabat* tamen *iuxta Crucem* Filij. Ioan. 19 Firmamentum Dominus moliturus ait, *Fiat firmamentum in medio aquarum.* Gen. 1. Firmamentum medium inter aquas? Quid firmamento validius? Quid fragilius, ac mollius aquis? Porto lacrymæ Mariæ, teneritiæ indices affectus cum fortitudine ineffabili coniunctæ profluunt. Dolet Virgo Mater, lacrymis immadescit tota in pendentis Filij conspectu; at firmamentum existit inter vndas in salo, atque inter ventos topes immota, nihil illa firmius, quæ *stabat iuxta Crucem Iesu. Oculi tui, ait, Sponsus, sicut piscina in Hesebon,* Cant. 7. vbi Rupertus de constantissimæ Virginis lacrymis sic. *Compacta doloribus fuisti præ cunctis mortalibus propter Dilectum tuum. Hæc oculi tui piscina aquarum.* Adeò te affecit dilectio ac identitas in Dilecti conspectū, vt compacta doloribus tota lacrymis immadesceres: nec tamen ideo resoluta, aut dissoluta infirmitate, sed ipso dolore compacta, collecta, coëxistens, fortis, *Compacta doloribus.*

51. Deinde tota contemplatione exhortor, dū Virginis viscera dolorum cuspide nōn modò tentata, sed transfixa exponuntur. Aiebat Dominus, *Scrutabor Ierusalem in lucernis,* Soph. 1.

Marginalia: Arnol. — Igitur & gaudium & passio Iesu communis Mariæ nesse fario fuit, ob præfatam identitatem. — Cant. 3. — Guiller. — Cant. 5. — Ghiller. — Ex identitate Maria & Iesu colligo filium matrisare, vnde debet mater ornari virtutibus, quas filius valeat referre. — Taper. — Nazian. — Stati. — Maria flentis mira constantia. — Ioan. 19. — Gen. 1. — Cant. 7. — Rupert. — Cuncta Maria viscera dolore gladio transfixa.

dius penetra-uit instar lu-cernæ occulta pandens. Soph. 1. Anselm.

1. Quemadmodum scrutantis lucerna cuncta penetrat occulta, tenebris ablegatis: haud aliter Crux Christi, quam Chrysostomus lucernam vocitat, tota Mariæ viscera penetrauit. D. Anselmus Tract. de excell. Virg. cap. 5. *Verè pertransiuit ô Domina animam tuam gladius doloris, qui tibi amarior fuit omnibus doloribus cuiusuis passionis. Quidquid enim crudelitatis inflictum est Martyribus fuit prorsus nihil comparatione tuæ passionis, quæ nimirum sua immensitate transfixit cuncta penetralia tua, tuique benignissimi cordis intima.* Annon gladius Crucis, instar lucernæ. Dominus Mariæ Ierosolymæ viscera, cunctáque intima est scrutatus? Pondera illud: *Sua immensitate penetralia tua cuncta transfixit.* Non dixit *acumine suo*, sed immensitate, vt doloris non solùm qualitas, sed & immensum pondus exprimeretur. Ideo *scrutabor*, inquit, *in lucernis*, vt plures Cruces lucernas indicaret.

53. *Christus plus in Virgine, quàm in se doluit. An plusquam Dominus Deipara passa est?* Bernard.

Vis exaggerem tanti doloris immensitatem? Christus Dominus nonne omnia sicut in se adsunt, discernit, & pensat? Ita planè. Igitur si plus doluit ad conspectum Virginis quæ ipsius anima erat, imo ipsa ob identitatē amoris, nonne exhibet documentum vberiora fuisse vulnera Matris, quàm sua? Audite Bernardum de Lament. Virg. *Sequebar ego,* ait Maria, *Filium meum, prout poteram eius mæstissima Mater; & ipse me videns fuit in Cruce leuatus, & ligno durissimis clauis affixus. Stabam & ego videns eum; & ipse videns me plus dolebat de me, quàm de se.* Dolebat plus de Matre? Ergo quia Mater plus patiebatur? Dixi Tom. 1. Mariam animam Christi passam esse totam in toto Filij corpore, ac totam quolibet in membro; vnde sæpius compassam, & commortuam, quam Christum, qui semel mortuus est, cuiúsque manus minimè vulnerabatur pede percusso, nec caput transfixâ manu. Plus igitur Iesus Virginis anima *dolebat de me, quam de se*, quia in se semel passus, sæpe sæpius patiebatur in Virgine, quæ tota in toto, totáque in quauis particula vulnera cuncta simul excipiebat. Attamen fateor plus hinc Dominum affectum dolore, siquidem in se passus crudeliter semel, sæpe anima Virginis patitur in Maria.

54. *Christus parit, Maria parturit fideles.* Ioan. 16. Ioan. 13.

Christus patiens parienti fœminæ comparatur. *Mulier*, inquit, *cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius &c.* Ioan. 16. Quod respiciens Ioannes, inquit, *sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc Mundo ad Patrem.* Ioan. 13. Hora partus Iesu tempus passionis. Profectò Maria adeò vnica cum Iesu ex amoris identitate essentia, vt pariente Iesu, ipsa parturiret, Iesus humanæ salutis filium enititur, Maria parturientis subit dolores. Quod acutè adnotauit Rupertus lib. 3. in Euang. cap. 16. *Non habuit hæc Mulier hanc partam, vt in dolore pareret, quando infans sibi natus est; sed nunc dolet, & cruciatur, & tristitiam habet, quia venit hora eius*, id est Iesu hora, de qua Ioannes, *sciens Iesus, quia venit hora eius.* scilicet eius, qui quando infans natus ex Virgine, eius hora veniente, nullum incussit dolorem.

Rupert.

55. *In Maria quodammodo Diuinitas passa est, quæ in Christo pati non potuit.*

Pondera illam clausulam & Iesu & Mariæ communem: *Quia venit hora eius.* Nam & Mulier hæc tristatur, quia eius hora venit: & Christus tristitia afficitur, seu *cœpit tædere, quia venit hora eius, vt transeat.* An æqualis dolor? Liceat mihi ô Iesu, asserere vberiorem Virgini dolorum messem, quia tua humanitas passa est, non potuit Diuinitas impassibilis affici passione. At Virgo quodammodo Diuinitatem passam exposuit. Pulchrā Amedæi hom. 5. de Virg. sententiam accipite. *Maria vero vicit sexum, vicit hominem, & passa est vltra humanitatem. Torquebatur enim magis, quam si torqueretur ex se; quia supra se incomparabiliter diligebat id, vnde dolebat.* Quonam modo potuit pati vltra humanitatem? Quia Diuinitas ineffabiliter dilecta à Maria adeò Mariæ adhærescebat, vt vnum quodammodo esse diuinum redundaret. Qua quidem intercedente vnione, non hypostatica, sed affectiua, certo quodam modo Diuinitas in Virgine passa est, quatenus hæc Deifera (sic Mariam appellat Ignatius) patitur. Vnde Deitas quæ hypostaticè vnita Christi humanitati pati non potuit, quodammodo Deiparæ spiritualiter vnita in ipsa passa prædicatur. *Passa est vltra humanitatem.* An Maria adnata labori, & laboris mulier magis quam Iesus vir dolorum, in qua quodammodo Diuinitas patitur, quæ in Iesu impassibilis existit?

Amedæ.

An Deipara impleuit, vti Paulus ait, quæ defuerunt passioni Christi? Vt homo redimeretur, debuit Deus morti tradi. An affici passione potuit Diuinitas? In Christo minimè, quo cum Verbum erat hypostaticè vnitum. Verùm quodammodo in Virgine & moritur, & patitur. Vnde aliquid publico Iesu Redēptoris muneri addidisse Maria prædicatur. Bellè Arnoldus Carnot. Tract. de Laud. Virg. *Fugientibus Apostolis, in faciem Filij se opposuerat Mater, & gladio doloris animæ eius infixo vulnerabatur spiritu, & crucifigebatur affectu. Stabat ante Crucem minor quam Matrem Christi decebat. Fortasse autem, quia in morte Filij intelligebat redemptionem Mundi, etiam sua ipsa morte se aliquid æstimabat muneri publico addituram.* Impleuit enim quodammodo, quod defuit Christi passioni, in qua Deus moritur, sed nō Diuinitas patitur. Maria autem spiritualiter vi dilectionis Diuinitati vnita spiritualiter quasi passibilem exponit. Non quòd aliquid deficeret passioni Dominicæ, sed quòd illud Virginis fuit affectu superadditum. Defuit vtique istud, sed minimè erat necessarium; ex Matris autem passione ineffabili huiusmodi Iesus pererogatorio munere donauit Ecclesiam. Fauet Arnoldus citatus. *Christus in Matre amplius, quàm in se pati videbatur.* Quia in Christo haud passa Diuinitas, quodammodo ex amoris identitate passa est. Quando Abrahami gladio filius obediens obiicitur trucidandus authore Zenone, nec Isaac plorat, nec Abraham lacrymatur, quia solus æternus Pater dolebat, Filio vnigenito vulnerando. Diuinitas dolet? Diuinitas patitur? Certè hoc verificatur, quando in Virgine amoris intercedente vinculo, quasi spiritualiter passa est. 56.

In Maria quodammodo Diuinitas passa, & impassibilis.

Arnol.

Redeo autem ad Iesu ac Mariæ similitudinem. Contemplor enim bis Iesum passum ac mortuum patiente, ac moriente Maria. Christus 57.

Diuturnius quàm Filius

Cruci suffigitur Maria. Ioan.19. Cant.7. Ghiller.

ſtus Cruci illigatur? Maria neceſſariò pendet è Cruce. *Stabat* (ait Ioannes) *iuxtà Crucem Ieſu Mater* eius, cap. 19. Annon illud ipſum iuxta Crucem Ieſu ſtare Mariæ Crux? Iam clamat ſponſus, *ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ.* Cant. 7. Hoc eſt, illud tuum ſtare iuxta crucem tibi ô Virgo palma, ſeu crux. Bellè Ghillermus, *Per palmam, quæ manus victoris antiquo ritu ornatur, inſigne illud, ac victorioſum Crucis lignum notatur. Cui nimirum Euangeliſta ſtaturā Matris aſſimilatam inſinuans, ait: Stabat iuxta Crucem Ieſu Mater eius. Plane ille foris, illa intus patiebatur Crucē. Stabat illa iuxta Crucē Ieſu, atque ea ipſa ſibimet quodammodo erat in Crucem, ipſa ſibi per affectum maternum erat Crux.* Non dixit *ſuus Crux*, ſed *erat*, vt Deiparæ diuturnam exprimeret paſſionem. Chriſtus extraneo illigatur ligno mox ſoluendus. At Maria ſibi ipſi Cruci hærens, vſque ad vitæ terminum minimè ſoluitur, continuò ex paſſione dilectiſſimi Filij vulnerata.

Maria Christi hoſtibus tradendi triſtitiam imitatur. Cant 5. Hailg. Bernard.

58. Nec ſolùm Crucis ſuffert illigationem Maria, quæ ſeſe cuncta patientis Chriſti exhibuit imaginem. Exempla expono. Cœpit Ieſus pauere, *& mæſtus eſſe*? Amor Deiparam huiuſmodi affecit mœſtitudine. Ipſa clamat, *Adiuro vos, filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis Dilectum meū, vt nuncietis ei, quia amore langueo.* Cant. 5. Amo Ieſum adeò ardenter, vt ex eius paſſione langueſcam nimiā affecta mœſtitudine. Hailgrinus Cardin. *Si inueneritis Dilectum meum ò filiæ Ieruſalem* (illum apud hortum Angeli cōfortantes triſtitia exactum) *adiuro vos, dicite ei, quia pro amore illius ex dolore paſſionis langueo.* Triſtitiam Virginis in conſpectu Filij patientis quis poterit indicare, ſi abſentem, cum in horto Ieſus oraret, ſic ſauciauit mœſtitudo? Bernardus de planctu Virg. *Aſpiciebam ego*, Deipara ait, *Deum meum, & Filium meum in Cruce pendentem, & morte turpiſſima morientem, tantoque dolori, & triſtitia vexabar in mente, quod non poſſit explicari ſermone.* Vnde non iam clamitabo, *Dicite ei: quia amore langueo.* Nec enim vel Cœlicola Ieroſolymæ filius meam triſtitiam ex ſuffixi Filij aſpectu conceptam valeat aperire.

Cum illo Virgo probris, alapis, flagellis, ſpinis vulneratur. Cant.2.

59. Chriſtus blaſphemiis, probris, alapis, flagellis, ſpinis vulneratus? Quid non eadem Deiparens pateretur. *Sicut lilium*, Ieſu ait, *inter ſpinas, ſic amica mea.* Cant. 2. Chriſtus planè lilium inter tormentorum extitit ſpinas. Maria autem ſicut lilium, ſicut Dominus (qui lilium conuallium vocitatur) ſpinis, probris, reliquiſque tormentis ſtipata conſpicitur. Rupertus eleganter, *Fuit Chriſtus lilium inter ſpinas, quando tolerauit tot, & tantas impiorum blaſphemias, ſuſtinuit probra, alapas, flagella, coronatus inſuper ſpinea corona. Sic quando Pater Abraham leuans oculos, vidit poſt ſe arietem animal innoxium inter vepres, præfigurabat innocens hoc lilium inter ſpinas. Sed & Maria fuit lilium inter ſpinas, quia quæcunque ſpinæ Filium, eadem Matrem confixerunt, & lacerauerunt vulneribus condolentiæ, & compaſſionis. Et ſicut Filius ſpinas pertulit, ac fregit, ſic de Matre veraciter ſemper prædicabitur: Cunctas hæreſes interemiſti &c.* Rupert.

Et filias Ieruſalem increpat. Cant.1. Honor.

60. Ieſus ad Caluariæ montem vili, atrátóque reorum habitu nempe baiulans ſibi crucem properauit, quum plorantibus Ieroſolymæ filiabus inquit, *Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me*? Mariam eodem habitu ornatam contemplor, eadem ſociis indicentem: *Filiæ Ieruſalem, nigra ſum, ſicut tabernacula Cedar.* Cant. 1. Explicat pulchrè Honorius, *Sicut Filius nō miſere, ſed miſericorditer moriens, hunc indecorum ſibi luctum* (filiarum Ieruſalem) *dedignabatur impendi, ſic & Mater fælicisſima pio affectu commoriens Filio, & quodammodo in ipſo moriens, Quid, ait, fletis ſuper me quaſi ſuper miſeram mulierem, & Matrem miſeri hominis? Nigra ſum, quia oportet, me cum Filio deſpecto deſpici, & cum reputato leproſo leproſa reputari. Ille iuxta Prophetam ſol meus nūc factus quaſi ſaccus cilicinus in oculis veſtris, & cui non eſt ſpecies, neque decor. Me quoque decet illi conformari, & pullo, atratoque reorum habitu aſsimilari ſicut tabernacula Cedar ſicut aliqua ex peccatoribus.*

Et moriente Filio commoritur. Rupert. Cant. 7. Ghiller.

61. Ieſus denique, *inclinato capite, emiſit ſpiritum*? Maria commoriens aſpectatur. *Vbera tua botris* aſſimilata ſunt, authore Ruperto, ô Maria; quia Ieſu botro è crucis vecte pendente vbera tua, ſeu tu charitate feruens, ſicut botrus è vecte pendens æſtimaberis. Iam clamat Deipara, *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* Cant. 7. Vbi ſic Ghillermus, *Eximietas dilectionis meæ maximè declarata eſt, cum ſtarem iuxta Crucem. Tunc magnitudinem amoris magnitudo doloris declarabat. Denique tunc iuxta ſententiam præſagi Simeonis meam ipſius animam pertranſibat gladius. Planè ego Dilecto meo per maternum commoriebar affectum, ita vt eius ad me Martyrium redundaret, & quaſi commartyrem faceret.* Colligis amorem dilectum in diligentem efformare.

SECTIO SEPTIMA.

Mariæ Exilium, Reditus.

PATRVM CONTEXTVS.

Nvm.8. MONITVS Ioſeph fugam præparat in Ægyptum. Mariæ vberi in gloriam diffluentia ſaxa publicarunt. 9. Zacharias virginitatis Marianæ aſſertor occiditur In campis Oliua à ficu protegitur non fatua, ſed illudenti Herodis fatuitatem. 10. Mariæ Nauis committitur pelago frumentum afferens in Ægyptum, quo ſolitudinis Angeli

Angeli ſaginandi 11. Bethlehemiticorum Infantum nex Virgini obiicitur, vt tanta ſtrages dignioribus lacrymis donaretur. 12. Babylon excipit Mariam, eius conſpectui immundum calicis libans profuſura liquorem. Diuorum etenim ſimulacra vero Numini deceſſere. 13. Porrò virga veri Moyſi Ieſus in manu, ſeu vlnis Deiparæ apud Ægyptum præclara excitauit miracula, non quidem incolas flagellatura, ſed priſtina ſanatura flagella. 14. Iam Babylonis, iam Heliopolis Dei familia non incola, ſed indigena oſtentatur; Maturea enim propria eius fuit habitatio, vt ſolitudinis agro Theſaurus commodius poſſet cuſtodiri. 15. Pedes redit ſacra ad Patriam Familia, Iſraëlis imitata profectum, laborum enim irruentium adfuit Amaſehcia. 16. Geſtiens Mariam patria excipit Nazaretha fœlix Ieſu proficientis ſchola, cæleſtium tot annis arcanorum teſtis; ſpodſi melioris ſepulchrum.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De profectu Virginis in Ægyptum.

Monitus Ioſeph fugam preparat in Ægyptum.

1. *Gabrielis monitum.* PERFECTIS cunctis iuxta legem, quoniam & Simeonis, & Annæ vaticinio ſerpenti, ſi gloria Pueri ad Herodis aures perueniſſet, futurum planè, vt Ieſu necem meditaretur: quò tanto Deus incommodo occurreret, Gabrielem immiſit, qui Puerum è periculo curaret eruendum, fugam indicens in Ægyptum.

2. *An mox post Purificationē fuga arrepta?* *Tatian. & alij.* Num mox poſt Purificationem fuga arrepta? Tatianus Alex. in harmon. Euang. cap. 7. & 8. Epiphanius hær. 20. & 51. & Nicephorus purificationem collocant ante Aduētum Magorum, (quos poſt duos annos veniſſe aſſerunt) vnde exiſtimant, perfectis omnibus ſecundùm legem, Ioſephum ac Mariam Nazareth rediiſſe, indéque poſt temporis interſtitium monitos in Ægyptum properaſſe. *Ammon. & alij.* At Ammonius, Theophylactus, Anſelmus, & Euthymius hic Magos veniſſe putantes ante quadrageſimum Purificationis diem, nihilominus ſentiūt ſtatim rediiſſe Nazarethā, ibique Angelum monuiſſe, vt in Ægyptum fugerent. *Authoris opinio.* *Euſeb. Auguſt. Cedren.* Ego autem cum Euſebio Emiſſeno hic, Auguſtino lib. 2. de Conſenſ. cap. 5. & 11. Cedreno in Compen & aliis puto ſtatim poſt purificatam Deiparam Ioſephum ab Angelo admonitum.

3. *Num diſceſſerint eadem monitionis nocte?* *Abul.* An diurno, vel nocturno tempore Ioſephus admonitus? Abulenſis q. 59 in Mat. 2. nocturno, quo ſomno vacabat, edocet Angelū apparuiſſe. Diſceſſit-ne eadem noctis inſtantia? Idem Doctor affirmat haud nocte eadem eſſe profectum, ſed in difficilem viam prius ſe præparaſſe: rebúſque ſuis, ne perirent, prudenter cauiſſe. Et confirmari poteſt, quia domum habebat Ioſephus, aliquídque ſupellectilis, quod oportebat tutelæ alicuius conſanguinei committere. Præterea neceſſarium erat famæ conſulere, nec inſciis vicinis & cognatis inſtar delinquentium, arripere fugam. *Sententia authoris.* *Caiet.* Placet opinio Caietani aſſerentis eadē nocte Dei familiam profectā; quod indicant verba Euangeliſtæ: *Qui conſurgens accepit Puerum, & Matrem eius.* Caieta. *Conſurgens* (videlicet ſtatim à lecto) *accepit Puerum, & Matrem eius nocte, & ſeceſſit in Ægyptum.* Quorſum è lecto ſurrexit, niſi vt illicò proficiſceretur? Quid autem famæ nocumenti, quamuis vicinis ac cognatis inſciis fugerent, ſi exiſtimare poſſent ad aliquod neceſſarium negotium, aut ad domum ſeu Ioſephi, ſeu Eliſabethæ diſceſſiſſe. Profectò & Deiparæ mores, & Ioſeph conuerſatio, imo & Dei prouidentia omnem mali ſuſpitionem ablegabat. Cur autem Ioſephus de domo curaret, aut ſupellectili prouideret, ſi ſolent qui fugiunt omnia deſerere, ſi Ioſeph vnicum cœli Theſaurum cuſtodire curabat? *Non antè fugam* (Ianſenius ait) *ſarcina diu colligenda erant, aut debitores adeundi, aut facultates diſponenda; ſed omnibus, ſi qua erant, poſt habitis, id vnum agebant, vt diuino mandato obedirent, nihil de prouidentia Dei dubitantes.* Ianſen. Scio eundem Doctorem exiſtimaſſe Magorum dona aduersùs exilij huiuſce incommoda fuiſſe aſſeruata *Deus,* inquit, *pulchrè donariis Magorum ad hoc exilium Filium ſuum cum Matre, & Nutritio communierat.* Sed aſſero pulchrius pauperibus nullo præſidio fultis prouidiſſe, donis illis à Deipara diſtributis egeno.

§. II.

Quanam via inceſſere?

Maria Nauis committitur pelago.

4. *An Deipara nauigio in Ægyptum traiectat* NOſter Ioannes Bap. Poza in Eluci. putat pelago ſeſe Mariam neceſſariò commiſiſſe, vt nauigio Ægyptum appelleret, quia Nilus exuberans illis menſibus viam peditibus, imo equitibus impediret. Haud improbabilem opinionem duco, imò pulchram hiſtoriæ contextui, de quo in Paraphraſi.

5. *Probabilius communi via ſeſe tradidiſſe.* Attamen probabilius communi ſeſe itineri viâ compendiariâ commiſiſſe. Ioſeph itaque, vt celerius rem exequeretur, ab Ieroſolymis rectà in Gazam proficiſcitur quadraginta duobus milliaribus diſtantem, qua per Hebron iuxta Bethlehemum itur in Ægyptum. Lege Ioſephum lib. 2. Antiq. cap. 14. Hieron. Ioſeph.

lib.

Hieron. Brochar.

lib. de locis Hebr. lit. B. & C. & lib. qq. in Gen. cap 22. Brochar. desc. terræ san. Ex quorum testimonio constat viam rectam ab Ierosolymis in Ægyptum per Palestinam primò duci, quæ Ægypto confinis. Tum etiam per Hebró in Gazam, qua eadem fere distantia intercedente, nempe 22. milliaribus distat ab Hebron, qua Bersabee. Ergo Gaza sicut & Bersabee distat ab Ierosolyma 42. milliaribus, quę decem leucarum cum dimidia spatium conficiunt, quod vocat Hieronymus iter trium dierum. Per Hebron autem duci viam rectam in Gazam, patet ex itinere confecto ab Eunucho, qui in ægyptum remeaturus, per Bethseron duobus milliaribus ante Hebron vbi à Philippo baptizatus est, proficiscebatur: & inde per viam, qua ab Ierosolyma descenditur, peruenit in Gazam.

5. *Inuisit Elisabeth viam gerens.*

Porrò cum constet per Vrbem Hebron rectam in Gazam viam initi, vbi Zacharias & Elisabeth commorabantur, verisimile asserũ tam sanctis viris, & cognatis, & queis sacer fœtus fuerat reuelatus, suam fugam, eiúsque causam exposuisse, admonuisséque, vti infantem Ioannem à gladio Herodis eriperent. Quis autem vertet in dubium diuites propinquos, haud affluenter elargitos Mariæ ac Iosepho pauperibus ad viam necessaria subsidia?

6. *Ægyptum tenet,*

Hinc Gazam peruenere, indéque duodecim aut quatuordecim dierum (iter septuaginta leucarum supputatur) maxima ex parte per solitudinem non sine magno labore versùs Babylonem (Cairum vulgus appellat) confecerunt. Hinc ad quatuor leucas Orientem versùs in Thebaidem peruenientes & Hermupolim, & Heliopolim tenuere.

---

§. III.

Vbinam in Ægypto commorati.

7. *Descriptio Ma. ureæ vbi constitit Deipara.*

VT cælestis Thesauri custodes, ad commorandum, locum tutiorem eligerent, quodam in vico inter Heliupolim ac Babylonem tribus leucis à Babylone dissito, ab Heliopoli quatuor, consederunt. Maturea nunc locus vocitatur, non solùm incolis etiã in præsenti, sed & exteris eam obrem non modicæ habitus venerationi. Puteus inibi visitur (fontem vocitant) cuius aqua Pueri sanctissimi cessit obsequiis, qua cum simul rigaretur balsami adiacens hortulus frugifer perdurabat. Ea equidem à peregrinis salubriter bibitur.

Brochar.

Brochardus in ægypti descrip. audiendus. *Ab Adrica vsque ad Heliopolim octo numerantur milliaria Heliopolis est Villa opulenta, sed non munita. Hinc sep em numerantur leucæ vsque ad Babylonem. A Babylone duabus leucis distant Pyramides, & hinc duæ sunt leucæ ad Thebas. Hinc adiacet desertum Thebaidos, in quo olim fuit magnus numerus Monachorum. Ab Oriente est Desertum Thebaidos vsque ad Mare Rubrum. Inter Heliopolim & Babyloniam ostenduntur loca in quibus beata Virgo mansit cum Puero Iesu, & sponso Ioseph, cum a facie Herodis fugisset è Iudæa. Est etiam ibi hortus balsami, qui irrigatur a fonte paruo, vberrimè tamen fluente, in quo aiunt Virginem Puerum Iesum lauisse. Ob id habetur fons ille in veneratione nedũ a Christianis verum etiam & a Saracenis. Foderant proinde Saraceni alium puteum, seu fontem, cum prior non sufficeret ad irrigationem totius horti* (ex Mariæ præsentiâ vberrimè fœcundati) *ex quo quatuor boues aquam trahunt, qua sufficere potest ad illius humectationem.*

8. *De Matureæ ficu.*

Præterea ibi fertur ficus vetusta radicari, cuius truncus discissus venerationi habetur, corporibus ægris per rimam transmissis conferens sanitatem. Celebre enim, Pueri Iesu vestes seu laneas, seu lineas, suásque ac Iosephi, Virginem ea in ficu solitam exsiccare, pòst quàm fontis illius fœlicibus aquis abluisset. Sic Christoph. de Castro.

---

§. IV.

De Miraculis à pergente Virgine excitatis.

Maria vberũ gloriam diffluẽtia saxa publicarũt.

9. *Miraculum lactis Deiparæ*

NOn solum vero Israëli redeũte ex Ægypto, verum in Ægyptum profecto virgo Maria cælestia miracula suscitauit. Primum illud à maioribus acceptum non incolæ solùm, sed & exteri Christiani Latini ac Græci, nec nõ impij Saraceni religiosè venerantur. Dum imparãdis necessariis Iosephus Bethlehemi moraretur, Deipara in spelunca latuit inter Meridiem & Austrum ad iactum lapidum duorũ à Bethlehemo semota. Dum illa Infanti Deo mammillam porrigeret, lactis purissimi guttulis in speluncæ lapidem è Iesu ore profusis prouidẽtia ineffabili, ita saxum emollitum, ac candidum effectũ est, vt candidissimæ ac tenuissimæ terræ in puluerẽ conuersæ instar sit; ex qua lota panes paruuli conficiuntur, quibus ad cunctorũ morborũ sanitatẽ, præsertim lactis fœminarum contractionis, nõnulli vtũtur, nunquã, aut rarò non felici medicamine. *Lac*, panes illi, *Dominæ nostræ* propterea nominãtur. Hinc taxo aliquorũ ignorãtiam, qui ex hisce panibus reliquias accipiẽtes verum Deiparæ lac sibi putant exhiberi. Castro scribit.

10. *Prodigium arborum, quarum speciem Mariæ & Iosepho referunt.*

Itemq; in Oliua à ficu proteg tur.

Pergentibus inde Maria Infantis cælestis gestatrice, ac Iosepho, secundum prodigium euenit. Dum enim pergerent in Iudæam à satellitibus Herodis visi comprehendi extimuere. Tunc Deipara Puerum exorãre apparuere arbores adeò terræ hærentes, vt accedẽtes milites se delusos inclamitarẽt. Refert hęc Episcopus Chrysopolitanus in expos. Cantici Virginei. Addit autẽ & à ficu iuxta ægyptum exceptã hospitio Deiparentẽ & Filium, vt eius truncus discissus fieret melioris Adami ac Euæ receptaculum.

Chrysop. Episc.

11. *Arborum Persei mirum.*

Virgo tec. Mysti Iesus in manu Deiparæ præclara excitauit miracula. Profectò dum Vrbem Hermupolin ingrederẽtur peregrini cęlestes, res mira accidit totius eius gentis traditione confirmata, quam ex Sozomeni ore lib. 5 hist. cap. 20. precor accipias. *Memorant arborem esse*

Sozome.

esse Hermopoli (Perseus appellatur) *cuius fructum, aut folium, aut particula aliqua corticis agrotis admota morbos à corporibus depulerit. Nam traditum est Ioseph cum propter Herodem assumptis secum Christo, & Maria, fugisset, venisse Hermopolim;* (Oppidum est Thebaidis) *atque simul vt portæ appropinquauit, istam arborem licet planè maximam aduentu Christi turbatam esse, atque ad solum ipsum se inflexisse, & Christum adorasse. Atque hæc quidem de hac arbore sicut à multis audiui, à me commemorata sunt. Quæquidem (si quid ego iudico) vel significabat Christum iam in Vrbe esse, vel, vt verissimũ est, non modò arborem, quam incolæ propter magnitudinem, & pulchritudinem lege gentilicia venerabantur, Dæmone iam, qui ibi colebatur, ob Christum talium rerum euersorem, qui eo in loco comparebat, perhorrescente, sua sponte commotam esse. Itaque Dæmone inde abacto, arbor, quæ rei gestæ testimonio esset, remansit ibi, fidelésque morbis liberauit.* Cassiod. Druth. Cedren. Plini. Idem affirmat Cassiod. lib. 6. hist. tripart. cap. 42. Christianus Druth. Mat. 2. Cedren. in comp. Nicephor. lib. 10. c. 31. Porrò de Persco arbore Plinius lib. 13. c. 9. memoriam gerens concludit, *Circa Thebas hæc, vbi & quercus, & Persica, & oliua 300. à Nilo stadiis.* Plutar. Plutarchus autem lib. de Iside & Osiride plantarum ægypti præcipuè Deo sacram Persicam esse refert, quod fructus eius cor, linguam folium æmuletur.

12. *Idola cuncta corruere.* Sozom. Prætereà *omnes enam* (loquor cum Sozomeno) *Ægyptiorum statuæ adueniente tunc Christo iuxta prophetiam Isaiæ fuere concussa.* Celebre ab Ægyptiis sacerdotibus obseruatur vaticiniũ ab Ieremia traditum fore aliquãdo, vt eorum simulacra cõtererentur, ac corruerẽt, cum Puer è Virgine exortus, ac in præsepio collocatus in ægyptum ascenderet. Vnde ægyptiis Pueri in præsepio iacẽtis venerabilis imago. Pallad. Druthm. Euagr. Lege Palladium hist. Lausiaca, c. 52. Druthma. Mat. 2. & Euagr. in Vit. Patr. Audiẽdus autẽ Dorotheus Episc. Tyri in Synop. in vita Ierem. & Epiph. lib. de inter. Proph. similem scribentes sententiam. *Idem Ieremias sacerdotibus AEgypti signũ exhibuit dicens, oportere olim cuncta eorum simulacra concidere, simulque manu facta omnia præcipitari, vbi AEgyptũ ascenderet cũ suo Infãte Virgo enixa Deo similis. Id quod tandem vsu venit illi.*

13. *Isaiæ vaticinium impletum.* Isai. 19. Origen. Cootestatus Isaias, *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur AEgyptum, & commouebuntur simulacra AEgypti à facie eius.* c. 59. Vbi Origenes hom. 3. in diuers. *Fuge in AEgyptum, vt adimpleat, quæ dicta sunt. Fuge in AEgyptum, vt fugiant de AEgypto, qui ibi sunt Dæmones, & appropient ibidẽ Angeli sancti, qui Deum sequuntur. Venit ergo Dominus in AEgyptum, vt exinde omnes dæmonum exercitus fugaret, & omnia idola cõminueret, & omnem ritum, vel diuersa mala opera, & actus inde euelleret.* Hieron. Pallad. Sozom. Ansel. Athan. Hieronymus hîc, Procop. Euagri. Pallad. Sozom. Ansel. & Athanasius fatus. *Quis inferum, aut Regum in AEgyptum descendit, cuius descensu AEgyptiorum idola manu facta corruerunt? Abraham nempe illuc descendit, sed tamen ad ingressum eius idolorũ minimè cultura quieuit. Moyses illic natus est, nec tamen fruere impietas, cultusque sacrilegus destitit. Nunquam aliàs AEgyptiorum quieuit impietas, nisi cum Dominus omniũ corpore illuc descendit, ac nube deuectus, profligatoque errore idolorum, omnes ad se, & per se ad Patrem transtulit.*

14. Profectò Abulensis Templi illius, vbi totidem idola colebantur quot anni adnumerantur dies, (cuius Antistes Aphrodisius) meminit. *Templi innumera idola in Mariæ conspectu cõminuuntur.* Abulen. Deorúmque casú ac cõminutionem ad Mariæ ingressum celebrat, reliquaque innuit, quæ in Paraphrasi adnotaui. Prętereo fontis cuius inibi memoria gestũ miraculum. Non exprimo D. Anastasij Synai. monitum, Nilum scilicet totam Ægypti Regionem obruentem, ad aspectum Mariæ ac Pueri recessisse, terræ facie reuelatâ, vt Dominum cunctæ creaturæ profiteretur.

§. V.

De Cæde Infantum, ac Zachariæ Martyrio ob Virginitatis Mariæ professionem.

15. *Historia Innocentum Infantium & Martyrij Zachariæ Ioannis Parentis.* **B***Ethlehemiticorum Infãtũ nex Virgini obiicitur.*] Profectò aut Pastoris fugientis eloquio, (de quo noster Bedelman.) aut Gabrielis monito Deipara de necis Infantum executione, Zachariæque Martyrio probabiliter certior est effecta. Interea itaque cũ ea quę Ierosolymis gesta, ac magnificè dicta à Simeone, & Anna de Christo Infante non in angulo, sed in Templo frequentissimo acta essent, ac in vulgus sparsas in Herodis aures illaberentur, continuò se à Magis delusũ, quos illudẽdos existimarat, animaduertit. Quamobrem qui ex Magorũ proloquio non modicũ timorem conceperat, in maiorẽ nũc furorem actus summam adhibet diligentiã vt Puer Iesus aut viuus, aut trucidatus deferatur. Addebat animum, quòd Pharisæorum quidam Regnũ illi traditũ diuinitus prædicauerãt, aliique adulatores (Qui idcircò Herodiani sunt nuncupati) Herodi, populóque persuadebãt ipsũ verũ esse Messiã, quãdoquidẽ primus ipse Iudææ Principatũ ablato sceptro Iudæ, & Duce de fœmore eius iuxta Iacob vaticiniũ, obtineret. Cúmque omni adhibita diligentia, nec inueniri viã, nec sciri modũ quo Puer posset detegi, videret, quod iã ex imminẽti periculo fuisset ereptus: immane illud machinatus scelus, furiísque exagitatos, incunctanter executioni mandat. Tempus prænotatũ, quo à Magis visã stellã cognouerat, secutus, illiúsque tũ principiũ altiùs repetẽs, tũ finẽ longiùs producẽs, ne qua fortè ratione Christus elaberetur, iubet satellitibus suis, & carnificibus, vt vniuersos puellos bimos, & inferioris ætatis Bethlehemi cõclusos occiderẽt: tũ similiter eos omnes, qui in regione finitimâ reperirentur. Certè Mariæ admonitione tantæ crudelitatis Parẽtes Ioannis timore perculsi, ne fortè propter eã, quę in vulgus de Puero Ioanne fuerat disseminata, opinionem, etiã illius necẽ Herodes moliretur; opportunè subducũt è periculo Infãtem; quẽ mater Elisabeth in spelunca quadã abscõditũ nutriebat, donec, Angelo duce, in remotiores puer syluarum recessus vitam acturus heremiticam se recepit. Quæ res impulit Herodem ad necem Ioannem perquirentem, vt patrem eius Zachariam occidi præciperet. Quam eius voluntatẽ Scribæ & Pharisæi turbas in Tẽplũ mouẽtes, quod Zacharias Mariæ Filium verum Messiam prædicaret, ab eius Matre Virgine in lucem editom: propterea que eam in loco Virginũ consedisse post partum Purificationis die non prohibuerit, complentes vltrò Sacerdotem eximium inter Tẽplum & altare occiderunt; cuius sanguine

saxa Templi ad multũ tempus illita fama est perdurasse. Herodes verò quo tandem suam curam, diligentiámque probaret Romano Imperatori in præscindendis seditionum, defectionúmque occasionibus, filium paruulum, quẽ ex vxore Dauidicæ Tribus (vt fertur) genuerat, cũ aliis interfecit. At tanti sceleris fama nõ tãtũ in Iudęa iuxta Ieremię vaticinium, (Rachele filios suos absque vlla consolatione deflente) sed Romã vsq; Imperatore ipso cũ orbe cætero tam infandum scelus condẽnante, peruagata est. Nec impunis abiuit Herodes, Numine acriter illum flagellante, cõminuẽte.

16. Cuncta hæc Patrum testimoniis robo-rantur: Ammon. & alij. Orig. & alii.

Iam verò nonnulla ex præfatis authoritate firmo. In primis Herodem se à Magis nouisse delusũ affirmant Ammonius in harm. euang. Euseb. Emis. Mat. 2. Aug. lib. 2 de cõs. c. 11. Beda, Haym, Ansel, hîc, Deinde Magos Christũ promulgasse docent Origen hom. 3, in diuers. Nyss. hom. de Christ. Nat. Chrysost. hom 8. in Mat. Leo, Theoph. Niceph. Tertiò constantẽ percrebuisse opinionem, natum in Iudæa totius Orbis Regem ostendunt Iosephus lib. 7. de Bello, c. 12. Sueto. in Vespas. c. 4. Tacit. lib. 21. annal. Egesip. li. 5. de excid c. 45. Eus. Otosi. Niceph. & Cedren. Quartò Herodem Iesũ ad necem diligenter quæsisse antè quàm infanticidij facinus excogitasset, patet Angeli verbis: *Futurum est, vt Herodes quærat Puerum ad perdendum eum.* Et Episcopi Chrysopolita. sententia ioexp. Cant. Deip confirmatur. Quintò, Pharisæos curasse Regnum traduci Herodi sentit Iosephus lib. 14 Antiq. c. 18. & lib. 15. c. 3. & 13. Sextò Herodianos adulatores Herodẽ Christũ esse iactasse, putat Tertull. lib. de præscrip. adu. hæret. c. 45 Epiph hær. 20. Hiero. li. aduers. Lucif. c. 8. Damasc. lib. de hęres. Theop. Euthym. Nicet. Septimò Herodem iussisse infantes occidi non post duos annos (vt sentiunt Tatianus, Eusebius, Cæsar & Emis. Cedr.) sed postquam cognouit se delusum à Magis, asserit Ammonius in harm. Aug lib. 2. de cons. c. 3. & 11. & colligitur ex Matthæo: *Tunc videns Herodes, quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens, occidit omnes pueros.* c. 2. Octauò, coactos fuisse vnũ in locum Infantes existimat Orig. hom. 3. in diuer. Nyssen. Orat. de Nat. Porro occisorum numerus, (vt in Caléd. Græcorum adnotatur die 29. Decem.) fuit ad quatuordecim millia, Liturgia Æthiopum confirmante. Nonò Ioãnnẽ fuisse à cæde subductũ ait Pert. Alex. in Regu. Eccl. can. 3. quas probauit sexta Synod, c. 1. apud Balsam. Meta. in comment. Ioan. Bapt. Niceph. lib. 1. c. 14. Decimò, Zachariæ necem Herodem molitum asserit Epiph. lib. de vita Proph. Petr. Alex. citatus. Et quidem Ioannis Parens ille fuit Zacharias, de quo Dominus, *A sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occidistis* (vos Scribæ & Pharisæi) *inter Templum & altare.* Luc. 11. Vbi Orig. tract. 29. in Mat. *Huius interfectionem imputat Scribis, & Pharisæis, quasi non esset interfectus à patribus eorum, sed ab illis ipsis. Non autem possunt, qui exprobrantur à Christo dicere Zachariam filium Barachiæ vnum fuisse de Prophetis duodecim, quorum scripta habemus in manibus; sed Zachariam dicit Patrem Ioannis. De quo per scripturas quidem Canonicas ostendere non possumus, nec quomodo filius fuit Barachiæ, nec quia Scribæ, & Pharisæi interfecerunt eum inter Templum & altare. Sed venit ad nos quædam traditio talis, &c.* Idem sentit Basil. Orat. de hum. Chri. gener. Cyril. adu. Antropophor. c. 27. Aug. Apoc. hom. 16. Andreas Cret. Theoph. Euthym. Scio contrariæ sententiæ fundamenta validiora: sed hæreo probabili. Porro ob Virginis patrocinium de medio sublatum Zachariam defendit Origen. tra. 19. in Mat. Theoph. Euth & Basil. fatus, *Zacharias Mariam post Domini conceptionem in Virginum loco constituens à Iudæis inter Templum & altare interfectus est. A populo nãq; accusatus, quod rem inauditam, prodigiosámque prædicaret, &c.* Et Nyss. *Cum Virginitatis mysterium in partu incorrupto Zacharias non ignoraret, in sacro Templo Virginem Matrem à loco Virginibus per legem assignato non semouit. &c.* De saxis Prophetæ nostri sanguine illitis legendus Tertul. adu. Gnost. c. 9. Valentin. Imper. Epist. ad Episc. Asiæ apud Theodor. lib. 4. hist. c. 7. Epiph. Hiero. vbi S. De Herode demũ suũ filiũ occidente scribit Macrobius lib. 2. Saturnal. c. 4. Philo lib. 2. de Tempor. Deniq; Herodem infantum, Zachariæque occisorem acerbissimo affectum supplicio scripsit Iosephus lib. 7. Antiq. c. 9. Euseb. lib. 1. hist c. 8. Chrysos hom. 2. in Mat. Haym. & Euth. Mat. 2. Niceph. Druthm. & alij.

Ioseph & alii. Mat. 2. Chrysop. Episc. Ioseph. Tertul. & alij. Ammon. & alij. Origen. Nyssen. Petrus. Alexan. & alij. Epiphan. Luc. 11. Origen. Basil. & alii. Origen. & alii. Basil. Nyssen. Tertul. & alii. Macrob. & alii. Ioseph. & alii.

---

§. VI.

De Maria in Patriam reuersione.

Pedes redit sacra ad Patriam Familia.] Quot annis Maria degit in Ægypto? Quinto ætatis anno Christum Mariam, & Iosephum ex Ægypto rediisse docet Epiphanius hær. 21. & Cedre. in compen. Tres vero annos tantùm in ægypto commoratos opinatur Aretas in c. 12. Apoc. Sequor Ammoniũ Alex. in harm. *Crescebat, inquit, interea Puer, & confortabatur spiritu, continuum septennium anni agens in Ægypto vsq; post Herodis interitum.* Ansel. Mat. 2. *Et cũ ibi latuisset septem annis, in quadam ciuitate diutius habitauit, quæ vocata est Heliopolis*, id est, ciuitas Solis. Et Petrus Comes. Hist. Euang. c. 23. *Archelai, inquit, Regni anno primo Angelus dixit Ioseph, vt rediret cum Matre & Puero in Israel terram. Qui rediens ab Ægypto post annos septem, cum audiret, quod Archelaus pro Patre regnaret in Iudæa, noluit illo ire.* 17.

Quot annis Maria in Ægypto degerit? Epiph. Cedren. Aretas. Ammon. Ansel. Comest.

Defuncto itaq; Herode ab Angelo Iosephus admonetur de reditu, defunctis Iesu necem quærantibus. *Ex hoc* (ait Hieron.) *colligimus, non solum Herodem, sed & Sacerdotes & Scribas eodem tempore necem Domini fuisse meditates.* Consurgens confestim Ioseph post tot ac tantos exanchlatos labores, post tot edita miracula, post plurium Ægyptiorum conuersionem, post euersa idolorum altaria, post sanctificatum eremum, vt ei fuerat imperatum, Puerum ac Matrem accepit, & in terram Israel proficiscitur, ablegato diuinitus latronum periculo in Paraphrasi memorato, cuius meminit noster doctissimus Franciscus de Mendoza in 1. Reg. 10. 2. Dum autem propius ad Patriam Israel accessere, audiunt Archelaum pro Patre in Iudæa clauum tenere, in qua decreuerant habitare. Ioseph somno indulgens admonetur ab Angelo in Galilæam secedere, Nazarethámque eligere ad habitãdum; vt quo à Prophetis 18.

Redit sacra in Patriam Familia. Hieron. Mendoza.

phetis fuerat annunciatum, nempe Iesum vocandum Nazaræum, posset impleri.

§. VII.

De Jesu Jnfantia, reliquisque vsque ad Iosephi obitum.

19. *Quod Iesus in infantia, ac pueritia.* *Bonauent.*

NAzaretha fælix Iesu proficientis schola, cælestium tot annis arcanorum testis.] D. Bonauentura Opusc. Medit. vitæ Christ. *Ecce,* inquit, *reduximus puerum Iesum de Ægypto, & ipsi Nazareth quiescũt, & pauperē vitā ducunt. Exinde autem vsque ad duodecimum ætatis annũ Pueri Iesu, aliquid non legitur de ipso. Dicitur tamen, & verisimile est, quod adhuc ibi est fons, de quo Puer Iesus deferebat aquam Matri, faciebat enim huiusmodi seruitia humilis Dominus: non enim habebat alium seruientem.*

20. *Maria in Ierosolymam profectio.*

Cum verò more solito, sexto Archelai anno, quo & Iesus Siæ filius summũ gerebat Pōtificatũ, Iosephus & Maria Ierosolymā ascenderent ad Paschalem solemnitatem celebrandam, & Iesum puerum secum ducerent iam duodecimũ annũ agētē, festo absoluto Ierosolymis in patriā recessuri, Puerum cum cognatis, ac notis, cæteróque comitatu præmiserunt, aliquantulo post celeriter secuturi. Hinc colligo non solùm Iosephum, sed & Deiparā Ierosolymam solitam ascēdere. Lex quidem viros solùmodo ligabat, fante Domino, *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini in loco, quē elegerit, in solemnitate Azymorum,* (id est, in Paschate) *& in solemnitate Hebdomadarum,* (hoc est, in Pentecoste) *& in solemnitate Tabernaculorum.* Deut. 16. Fœminas præceptum minimè adstringebat, liberum illis domo remanere. An necessariũ ob domorũ custodiam? Absit, securitatem Domino promittente, *Nullus insidiabitur terræ tuæ ascendente, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.* Exod. 34. Vbi Augustinus 9. ibi. *Vult intelligi, vt securus quisque ascendat, nec de terra sua sollicitus sit, Deo promittente custodiam.* Curant Diuina Israelitæ? Deus curat humana. Certè Maria aut ter in anno, aut saltem annis singulis ad peragendum Paschatis solemne Ierosolymam solebat ascendere è Nazareth, viginti septem leucarum spatio distantem, Brochardo authore.

Deut. 16.

Exod. 34. August.

21. *Amissio Iesu in ea ætate.*

Ergo Puer cum cognatis iter instituēs paululũ progressus, cùm vel loco stetisset quasi Parentes expectaturus, vel ad illos rediturus hospitiũ versus tenderet, iter aliò flexit: vnde insciis cognatis, notis, ipsisque Parentibus, sese subduxit, ac Ierosolymis remansit. At Parētes emenso eius diei itinere, cùm existimarent Puerũ, vtpotè quem præmiserant, esse in comitatu, requisierunt illum inter cognatos & notos: & cùm non inuenissent, Ierosolymam sunt die altera regressi: Vbi cùm eum ad tertiũ vsque diē quæsiissent, eo demũ die inuenerunt in Tēplo in medio Doctorũ considentem, audientem illos, & interrogantē. At Deipara existimās Puerũ in comitatu adesse consanguineorũ, & vicinorum, queis eius iucundissimus erat aspectus, fuerit decepta? Maior respondet Luc. 2. *Mihi altius rimanti, visum est absonũ a pietate admittere vllũ errorē etiam speculatiuũ in Dei genitricē cadere.* Suarius subscribit 3. p. q. 37. a. 4. d. 18. Et colligitur ex doctrina D. Thom. 1. p. q. 94. a. 4. Scilicet primos parentes in statu innocentiæ permanētes nō potuisse decipi. Si in statu innocentiæ Maria, quomodo deceptioni esse potuit obnoxia? Existimatio ergo illa haud deceptionis, sed prudens, vt rei exigebat natura, excogitatio.

Maior. Suar. Thom.

22. *Cœtui Doctorum Iesus admittitur.*

Profectò mos ille Iudæis, cũ vel in Tēplo, vel in synagogis, ad disserēdũ de lege cōuenirēt, vt sedētes disputarēt, seniores quidem dignitate in cathedris ordinatè dispositis, reliqui minoris ordinis in subselliis, nouissimi super mattas in pauimētis: quibus dabatur dicendi locus, cùm quippiam illis fuisset reuelatũ: omnia tamē maiores diiudicabāt. Ad hūc cōgressum admissus Puer tam diserte ad omnia, quę interrogabātur, respondebat, vt omnes quotquot aderāt, prudētiā Pueri, eiúsque stuperēt respōsa. Iesum equidem Siæ filiũ ideo anni illius Pontificem assero, quia constat duos Pontifices ab Archelao authore Iosepho lib. 17. Ant. c. 19. constitutos, Eleazarum in principio Regni sui, qui non diuturno tēpore durauit: & Iesũ Siæ filiũ, qui vsque ad extremũ annũ Archelai tenuit Pōtificatũ. Quàm pulchrè sub Iesu Præsule Iesus Mariæ Filius Ierosolymam ascendit, respondit, & interrogauit! vt vetus Pontifex Iesus secundùm ordinem Melchisedech Iesum Pontificem secundum ordinem Aaron de re desideratissima instrueret!

Ioseph.

23. *Subiectio Iesu.*

Dissoluto congressu Mater ad Puerũ accessit, pias obiecit querelas, ineffabilē Iesu respōsionē audiuit, Thesaurum inuenit, remeauit in Patriā voci hominũ Domino obediēte, *Et erat subditus illis.* Ad quæ Gerson ser. de Nat. Mat. *Hæc subiectio sicut inæstimabilem notat humilitatem in Iesu, ita dignitatem incomparabilem signat in Maria, & Ioseph.*

Gerson.

24. *Adolescentia Iesu incognita.*

Tria (aiebat Salomon) *mihi difficilia, & quartũ penitus ignoro, viam aquilæ in cælo; viam colubri super petram; viam nauis in medio mari* (quoniā nullum post se vestigium relinquunt) *& viam viri in adolescētia.* Prou. 30. Ignota prorsus via Viri Iesu in adolescētia, quia nullũ ab Euāgelistis vestigiũ reliquum. Ambros. lib. de Salom. c. 5. *Christus est Vir, cuius via cognosci in iuuentute non possunt. Quis enim æstimare animo possit, aut capere, quanta ille opera exercuerit, cùm secundùm hominē moraretur in terris, quæ itinera virtutum duxerit, &c.*

Prou. 30. Ambros.

25. *Num fabrilem artem exercuerit?*

An fabrilem parentis artē exercuerit? Caietanus affirmat Mat. 6. ad illud: *Nonne est hic fabri filius? Hinc habemus,* ait, *vnde satis fiat curiosis quærentibus, quid fecerit Christus vsque ad trigesimũ annũ? Vacabat enim exercitio fabrili.* Abulensis Mat. 13 q 81. *Vt dicitur Luc. 2. Christus erat subditus Parētibus suis. Id est, ministrabat eis operâ manuali, ad sustētationē vitæ: & sicut Ioseph erat faber lignarius, fortè ipse in eodē officio adiuuaret.* Idē affirmant Dionysius Carth. Mat. 13. Lyranus Mar 6. Iustinus Mart. Dial. cum Triph. Basilius Const. Monast. cap. . .

Caiet. Abulen. Carthu. Lyran. Iustin. Basil.

26. *Minimè fabrili exercitamentis, sed continuæ contemplationi studuit.*

Attamē Paulus Burg. Mat. 6 continuis contēplationis exercitamentis addictũ fuisse Dominum sic expendit. *Cùm Christus summũ gradum contēplationis attigerit, nullo modo dici potuit otiosus, etsi aliquādo ab omni actione, seu exercitio corporali vacasset; hoc enim pertinet ad cōtēplatiuā vitā, ab exteriori quiescere. Et ideo irrationabile est attribuere Christo occupationem in*

Burgen.

artibus mechanicis, ad remouendum ab eo otiositatem. Neque ex hoc, quod illi de Nazareth ipsum fabrum vocabant, concludatur fuisse fabrum; sed fabrum eum dicebant, ad vilipendendum eius doctrinã. Vel dicendũ secũdum Augustinum, quod fabrum Christũ credebant, quòd fabri filium existimabãt. Aug. lib. 2. de Cons. c. 42. *Eò Iudæi fabrũ credebant esse Christũ, quò fabri filium.* Idẽ sentit Simon de Cassia. lib. 4. c. 2. Probabilẽ assero sẽtentiã vtramque, secũdæ autẽ adhæreo; verisimile enim Iesum instar religiosi viri vitam duxisse, & orationibus, ieiuniis ac spiritualibus exercitamentis potius, quàm fabrili arti vacasse.

August. — Cassia.

IN MARIAM NVPTAM
PANEGYRICVS MORALIS SEPTIMVS

Circa literam.

Ex Eiusdem Exilio & Reditu.

OBSERVATIO I.

Exilij Mariæ ac Iosephi gloria.

Vbi mancipia Virginis edoceo cuncta bona per Mariæ manus hominibus è Iesu manu deriuari.

27. *Annon sine Maria & Iosepho cuncta humani generis bona perierant?* Chrysol.

VIr fugium fugit (cum Chrysologo ser. 2. de fuga Dom. loquor) *si timet virtus, si præsidium migrat, quæ vita, quæ spes, quæ securitas, quod munimentum? ita contra insidias liberò Regis Viduæ vna sufficit, Christo cõtra Herodis captiui minas Iudæa non sufficit tota? Elias missos ad se cælesti igne consumit, Christus sola fuga fit saluus?* Quàm pulchrè respondet. *Christus totam* causam nostræ salutis occideret si se paruulum permisisset occidi, Venerat, vt Mũdo notitiã suæ Deitatis infunderet, venerat, vt pigra mortaliũ corda ad fidem virtutibus excitaret; venerat diabolũ publico superare conflictu, venerat præsentia sua promissa persoluere; venerat, vt veniret Iudæus de contẽptu legis; venerat, vt introduceret ad fidem gẽtes; venerat eligere Apostolos doctores Orbis; & ad summum venerat mortem perdere moriẽdo, penetranda inferna dissoluere, resurgendo sepulchra reserare, ascendendo ad cælos cælestibus donare terrenos. Omnia hæc vtique periissent nobis, si Christus, eis esset *in cunabulis non fugisset*. Hinc elucet Mariæ ac Iosephi gloria, quibus fidelissimis non commisit vti Viduæ Eliã sed totius Orbis redẽptionem, ne vtique cuncta humani generis bona perirent.

28. *Instar Iosabæ Maria & Iosephus Infantem Iesũ à morte liberarunt. Vt quodam modo Christus viuat per Mariam* Apoc. 12. 4. Reg. 11.

Maria equidem Mulier illa gestans Infantem rapta in Ægypti solitudinem, vbi *habebat locum paratum a Deo, vt ibi pascant eum diebus mille ducentis sexaginta* Apoc. 12 Annon vt Puer Iesus ab insidiantis serpentis Herodis posset liberari? Adest & Ioseph Thesauri custos, vt Orbis debeat spõso vtrique æterni Regis liberationẽ. Athalia Mater Ochoziæ omne semen Regiũ conata est extinguere. At Iosaba filia Regis Iorã soror Ochoziæ Ioas filium Ochoziæ de medio filiorũ Regis furata est simul cum nutrice eiusdẽ, & abscõdit eũ à facie Athaliæ, vt non trucidaretur, *eratque cũ ea sex annis clam*, nec destitit, donec Regẽ Israel illũ constituit, 4. Reg. 11. Certè Maria & Iosephus Iosabæ explerũt imaginem de interitu puerorũ Martyrũ filiorũ quidẽ Regis æterni, infãtẽ Iesum, ne ab Herode interficeretur, clã susceperunt, & in ægyptum fugiẽtes inibi sex aut septẽ annis latitantes nutrientes, alentes, demũ in solio collocarunt. Id quod de B. Iosepho specialiter aduõtat Isidorus Mediolan. 2. p. c. 4. *Ioseph profectò plusquã Iosaba filia Regis Ioram fuit, ac in ea præfiguratus est, quæ Ioab Infantem clam nutriuit, & aluit, & Regem Israel tandem constituit.* Annon Iosabæ typus strictiori lege Mariam halabat? Isidorus. Mediolan.

Porro Iosaba & Infantem, & nutricem eius abscondit. Cur tam specialis nutricis memoria peragitur, si solius Pueri ereptio pertinens ad Iosabæ fidelitatem? Quia si Infans sine nutrice eriperetur, aut sine altrice Puer deperiret, aut nõ talis fortassè inueniretur? Minimè planè; nã facili negotio nutritioni Infantis per aliã opera impendi posset. Certè nutrix quasi necessaria ad pueri liberationem in Mariæ typũ asseruatur, Angelo profãte, *Tolle puerum, & Matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Mat. 2. Annõ Maria necessaria ad Iesu vitam indicatur, quãdo spõsum charissimũ admonet Angelus de Mariæ profectu? Sine Maria quonãmodo Iesus degere posset? Audisti rursus Gabrielem Iosepho indicentẽ. *Tolle Puerum, & Matrem eius, & vade in terrã Israel.* Ibid Annõ Infãs sine nutrice pergere tũc valeret, minimè vberibus indigens? Cur ergo specialiter indicitur Mariæ reuersio? Quia tã necessaria ad Israelis gloriã Mariæ accessio ac Iesu? Profectò Iesus solus Saluator, sed media Matre cũctis salutis applicat effectus, vnde nõ sine Matre pergit, vt ipsa intercedẽte gressus Iesu fiant hominibus salutares. *Tolle puerum & Matrem.* Sciebat Angelus haud ab spõso amãti nõ relinquẽdã, sed tamẽ quãdo Iesu profectio indicitur, non potest non discessus Matris mentio fieri; quia nunquam sine Matre Christus. Attende. 29. *Quasi necessaria Maria ad vitam Iesu, & hominum à diabolo ereptionẽ.* Mat. 2.

Quid de ingrediẽtis ac commorantis apud Ægyptũ Mariæ gloria? Annõ & fugerũt Dæmones, & fides propagari cœpit? Isaias præmonuit, *Ecce Dominus ascendet super nubẽ leuem, & ingredietur Ægyptũ, & cõmouebũtur simulacra Ægypti à facie eius.* c. 9. A facie Dei Mariæ eius pulchritudinem vtique referẽte & simulacra corruerunt, & Ecclesiæ nouis Christicolis erigũtur. Procopius, *Sunt, qui per nubem leuẽ sacro sãcta Virginẽ, a qua in Ægyptũ vlnis est delatus, intelligi arbitrãtur. Prosperè autẽ ideo Ægyptiis hic cedit aduẽtus, quod eorũ idola, quo tempore tota Regione propagari Ecclesias contigit, cõmoueri necessarium fuit.* Illud pẽde: *Prosperè autem ideo,* id est, quia in vlnis Mariæ ad ægyptũ Christus accessit, *feliciter Ægyptiis hic cedit aduẽtus* 30. *Christus salutaris Ægyptio quia in nube Maria aduentauit.* Isa. 9. Procop.

id

tam. Ansi. Maria non accessisset infœlix, aut non fœlix cederet? Certè in tot idololatrarũ conspectu, tot criminum horrore, sine Mariæ patrocinio fortasse Dominus rursum proternos flagellaret Ægyptios. Ergo quodammodo necessarium fuit ad idolorum ablegationẽ, ac erectionem Ecclesiarum, Iesu in vlnis Mariæ ad Ægyptum ingressus, *Tolle puerum, & Matrem.* Confirmat Origenes fatus hom. 3.

31\. in diuers. *Fuge in nube pusilla in Ægyptum, vt fugiant de Ægypto, qui ibi sunt dæmones, & appropient ibidem Angeli sancti, qui Deum consequuntur.* Nam necessarius Domini *in nube pusillâ* volatus. A Iosepho nutricio deferatur in exilium, Angelo nutriendus committatur sicut Baptista. An coruus altor deficiet Conditori? Fuge, ô Domine, in nube pusilla ægyptum rigaturus vt germinet sanctos obrutis idololatriæ spinis, pluuia enim quid nisi nubes stillans? Vnde sicut tota pluuia nil aliud nisi nubes est, audeo dicere, Iesum totum esse Mariam, Mariam totam Iesum esse ad Ægypti fœcunditatem.

Pluuia tota erat nubes, id est, Iesus totus erat Mariæ ad Ægypti fœcunditatem. Origen.

Imo sponsus ipse tam eximium facinus so-

32\. li Mariæ addicit accessui. *Pulchra es, amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem,* ac simul *terribilis, vt castrorum acies.* Cant.6 Si *suauis*, quonãmodo *terribilis*? Suauis equidem sanctis ad Ægypti deserta cõfluẽtibus, terribilis Dæmonus fugiẽtibus. Rupertus, *In hoc est*, inquit, *perfectio pulchritudinis, quòd non solùm suauis, nec solùm terribilis, sed vtrumque est. Suauis es sicut Ierusalem, terribilis vt castrorum acies. In quo suauis? In eo videlicet, quòd ex visitatione tui* (quando Ægyptũ ingressa) *discunt animæ plurimæ cælestem ducere conuersationem, vacantes, & videntes, quoniam suauis est Dominus.* En sanctorum examina ex Mariæ exilio ad deserta conuolantia. *Quid verò est, vt castrorũ acies? Scimus, quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur, quãdo ita fuerit constipata, vt in nullo loco interrupta videatur. In hoc Virgo principatum tenet, cuius est, contra malignos spiritus in procinctu esse.* Ecce idola Ægypti debellata. Quanta gloria Mariæ, cui soli Iesus dignatur tribuere ægypti conuersionẽ & immutationẽ, Disce hinc, quàm necessaria Mariæ intercessio, si cuncta tradit nobis Deus munera per Mariam. Vnde Dauid, *sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri in manibus Dei nostri donec misereatur nostri.* Si Dominus dona collaturus, quare instar ancillæ Dominã respiciamus, & non Dominum solummodo? An quia cuncta è manu Domini dona per manũ Mariæ hominibus conferuntur? Ita planè.

Christus soli aduentui Mariæ tribuit tam mirabilem Ægypti mutationem. Cant.6. Rupert.

OBSERVATIO II.

Deus per Mariam Iosephúmque inueniendus.

Vbi ostendo Deum solummodo à requirentibus inueniri, non ab otio torpentibus.

33\. AMISSVM ab hominibus Iesum, Virgo, Iosepho comite, quæ fuit, inuenit. *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te; iam subditũ fortiuntur, & erat subditus illis;* per Mariã

ac Iosephum inueniendus ille, qui nunquam nõ cum vtroque parente commoratur, degit, nutritur. Id in Virgine ostendã, qua semper in Iosepho sponso commorante, cõstabit Iesum, illis nobis propitiis, inueniendum apud ipsos, qui & sibi & nobis quæsitũ inuenere. *Inuenisti gratiam apud Deum.* Luc.2. *Inuenerunt illum in Templo.* Mat 2. Augustinus ser. 2. de Nat. *Porta, ait Maria, facta sum cæli, ianua facta sum Filij Dei.* Ergo nobis Filium Dei requirẽtibus accedẽdũ ad ianuã, Mariæ hærẽdũ necessariò est.

Luc.2. Mat.2. August.

Maria vtique & ianua, & Thronus simul, 34.
vbi Dominus sedens cõmoratur. Dauid, *Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.* Psal.9. Ad quæ Damianus ser.1. de Nat. Mar. *In Virgine Mariæ sedes illa Maiestas, quæ nutu concutit Orbem.* In Maria igitur quærendus, vt ab iis, qui amiserant, possit recuperari. Audi Ioãnem, *Et vox de throno dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius.* Apoc.19. Quare omnes sãcti Angeli & homines in conspectu Throni Deifici laudes effundunt? Thronus Maria, vbi Deus sedens hominibus Angelisque inuenitur, resarcitur. Vnde simul laudibus profusis gratias referũt. Damianus ad hæc. *Ex hoc throno (Virginẽ intellige) laus Angelorum prorumpit, & hominum, qui dum hic restituuntur, & illic resarciuntur, vtrique gratiarum debeat deuotionem.* Angeli vtique, & homines Mariæ & inuenienti, & exponenti debitores.

In Throno Mariæ Deus sedens homini inuenitur, resarcitur Angelo. Vnde Mariæ debitor vterque. Psal.9. Damian. Apoc.9.

Pater Iesu & Mater dolentes Puerum re- 35.
quirebãt. De qua inquisitione tridui illius illud cũ Ruperto Canticorũ expẽdo: *Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiã.* c.1. Asserit Abbas Virginẽ Prophetissã apertè cognouisse Iesũ apud Ierosolymã cõmoratũ esse: at quæsiisse illum quasi simulãdo ignorauisse; vt pateat Deũ per Mariã esse quærendũ. *Indicari tibi* (inquit) *flagitabas, vt aliis indicare scires. Sed dico: Nũquid nesciebas? Numquid quod Prophetæ sciuerunt, tu ignorabas? Ecce duo quasi repugnãtia. Si enim non nesciebas, quomodo quærẽs dolebat, dolẽs quærebat? Si autẽ nesciebat, quomodo, vel de quibus in corde suo* (Prophetissa vtique) *cõferebat?* Respondet acutè. *Percunctatio, & causa percũctationis melius cũ respõsione sponsi explanari poterit.* Quid respondit sponsus? *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierũ, abi & egredere post vestigia gregũ.* Cant.1. *O pulcherrima* (inquit Rupertus) *mulierũ, ô benedicta inter mulieres, cuius pulchritudo benedicta est, cuius pulchritudo ipse benedictus fructus ventris tui est, talis ac tanta causa tua est, vt si te ipsam non ignoras, statim scias illud, quod quæris dicẽs: Indica mihi, vbi pascas?* Quia scilicèt te nõ ignorans me in te habitantem non poteris ignorare. Ideo igitur Maria vbinã sit Christus inquirit, vt ex sponsi responsione hominibus innotescat, Deũ esse quærẽdum in Maria, quæ & illum amissũ ab hominibus inuenit, & firmiter tenuit, ne rursum elaberetur, *Et erat subditus illis.*

Simulat Maria se ignorare, vbinam Deus habitet, vt ex sponsi responsione constet per Mariam à peccatoribus quærendum esse. Cant.1. Rupert.

Surgens sponsa Ierosolymæ Iesum quærẽs 36.
vicos circuiuit. *Surgam, & circuibo Ciuitatẽ, per vicos, & plateas quæram quem diligit anima meà.* Cant.6 Nũ inuenerit? Inuenit, & tenuit. *Inueni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.* Ac si diceret, Mihi debent homines & Iesum inuenisse ipsis amittentibus, &

Tenet semper Maria Deũ, vt nunquam non per eam, & in ea ab hominibus inueniatur. Cant.6.

tenuisse semper, vt in me nunquam amissura Deum, semper valeant inuenire, si quando amittentes requirere curauerint. Bellè Ghillermus Paruus. *Tenui cum brachiis charitatis, fortiter adstringens, in æternis deliciis ipsi inseparabiliter adhæsi; tenui tenentem me, nec dimittam eum, nec dimittar ab eo.* Quicunque ergo Deum amisisti, certius apud Mariam, quam apud Ierosolymam inuenies precatus. *Illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, & Iesum benedictum fructum ventris tui nobis ostende.* Vides vel Matrem Dei Deum inuenire postquam dolens, & anxia requisiuit? Disce Deum solummodo à requirentibus inueniendum esse.

Ghiller.

Observatio III.

Subiectio Iesu Mariæ ac Iosepho, mirum in modum dignitatem manifestat eorum.

Moneo filios, parentibus subiici debere, præcipuè sanctitate decoratis.

37. PRæmitto Gersonis perpulchram sententiam se. de Nat. Mar. consid. 3. exclamantis. *O miranda prorsus Ioseph, sublimitas tua! ô dignitas incomparabilis! vt Mater Dei, Regina cæli, & Domina Mundi appellare te Dominum non indignum putaret.* Si ex subiectione Mariæ tanta Iosephi gloria, quanta Mariæ & Iosephi ex Iesu Dei Filij subiectione? *Et erat subditus illis.* Adiicit Cancellarius, *Nescio sanè, quid hic amplius habeat mirabilius, vel humilitas in Maria, vel in Ioseph sublimitas.* Nil dignius Iosepho, si dubium, an dignitas eius sit humilitate Virginis mirabilior. Concludit. *Quamuis incomparabiliter exsuperat vtrumque Puer Iesus benedictus in secula, de quo scriptum est, Et erat subditus illis.* Mirabiliter Iosephi dignitatem exprimit Mariæ subiectio, sed supra cuncta mirabilia & Iosephi & Mariæ comprobat dignitatem, Iesum subditum ipsis exhiberi. *Subditus fabro is, qui fabricauit Auroram, & Solem? Subditus fœmina textrinæ, cui flectitur omne genu cælestium, terrestrium, & infernorum?*

Iosephi dignitas mirabilis ostentatur ex Mariæ ad ipsum submissione: sed mirabilius & Iosephi & Mariæ gloria exprimitur ex Iesu subiectione.
Gerson.

38. Iam *signum magnum apparet in cælo*, imò in terra, *Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum.* Apoc. 12. Augustinus ad illud Psal. 73. *Tuus est dies, &c* Gregorius hom. 2. in Euang. asserunt, Lunæ symbolo Christi annotari Humanitatem. Quid ergo Humanitas Iesu sub Maria, nisi Christi subiectio ineffabilis? Quid mirum Mariam Solem Maiestatis induere, stellisque cingi cunctarum Reginā creaturarum, si vel Creatori dominatur? En prodigium, *signum magnum apparuit.* Bernardus hom. 1. sup. *Missus. Deus ipse subditus erat Mariæ. Vtrinque stupor, vtrinque miraculum & quod Deus fœminæ obtemperat, humilitas absque exemplo: & quod Deo fœmina principetur, sublimitas sine socio.* Annon pari ratione Iosephus signum magnū apparet, creaturæ cunctæ facilè Princeps? Audi Gersonem citatum. *Non est mirum, si Christus voluit, quòd omnes creaturæ obedirent Iosepho, cùm & ipse illi obediens extiterit, & subiectus.*

Ex subiectione Iesu, & Mariæ, & Iosephum creaturarum Reges ostentantur.
Apoc. 12.
August.
Gregor.
Bernard.
Gerson.

39. Illa sunt verba Bernardi ponderanda: *Quod Deus fœminæ obtemperet, humilitas absque exemplo; & quod Deo fœmina principetur sublimitas sine socio.* Deus obtemperat, fœmina Deo principatur? Iam nō solùm Humanitas Christi in luna, sed & Diuinitas in Sole quodammodo Mulieri mirè obsequitur, & consistente sole, ac luna, & *Deo voci hominis obediente.* Ios. 10. In Nuptiis Canæ deficiente vino Filio Deipara, *Vinum non habent.* Ioan. 2. Cui Dominus, *Quid mihi, & tibi est mulier?* Ac si diceret, Delrio in florid. Marian. interprete: Vt Deus tibi minimè subiectus, licèt, vt homo tuæ pareani ditioni. Certè miraculum edere ad Diuinitatem tibi non subiectam spectat. *Quid ergo mihi & tibi est mulier?* Nihilominus Deiparens ministris indixit: *Quodcunque dixerit vobis facite,* non solum homine, sed & *Deo* vltrò *voci hominis obediente.* Hinc Lunam fœmina sub pedibus ostentat, Sole amicta ipsa ostentatur? quia Humanitas subiicitur Mariæ, at Diuinitas Virginem exornat, sese, instar vestimenti, Mariæ manibus vltrò submittens. *Amicta Sole, &* Luna *sub pedibus eius.* O quoties voci hominis Deus homo obediuit, quando & Mariæ, & Iosepho Iesus Dei & hominis filius præstitit obsequium!

Deus vltrò Mariæ ac Iosepho obtemperat.
Bernard.
Ios. 10.
Ioan. 2.
Del-Rio.

40. Cantatissimum Virginum priuilegium ab Agno duci. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocunque ierit.* Apoc. 14. Ecclesia canente, *Quocunque pergis, Virgines sequuntur &c.* At ducatum duci Agno præbere solius Mariæ ac Iosephi virginum priuilegium ineffabile est. Bernardus hom. 1. sup. *Missus, Deus, cui Angeli subditi sunt, cui Principatus, & Potestates obediunt, subditus erat Mariæ & Iosepho. Mirare ergo vtrumlibet, & elige, quid amplius mireris, siue Filij benignissimam dignationem, siue Parentum excellentissimam dignitatem. In laudibus Virginum singulariter canitur, quod sequuntur Agnum quocunque ierit. Quibus ergo laudibus dignos iudicas, qui etiam præeunt?*

Si priuilegiū est ab Agno duci, quid ipsum ducem Agnum gubernare?
Apoc. 14.
Bernard.

41. Quid si Iesus coram parentibus morem subditi gerat? Sponsus filius semper præuenit Mariæ pulcherrimæ laudes. Ait enim, *Ecce tu pulchra es, amica mea.* Mox Maria, *Ecce tu pulcher es, Dilecte mi.* Cant. 5. Vbi Rupertus, *Ferè in omnibus Dilectam honore præuenit Dilectus.* Quare? Existimo, quia Christus prælatam sibi Mariam reuerebatur. *Quid de hoc* (addit Abbas) *censetis? Nonne cum ille Deus & homo sit, debuerat ab homine modis omnibus honore præueniri? At ille in hac disciplina totum Principatum possidebat. Ille namque sicut in cæteris* (ait Maria) *ita in consideratione mei seipsum humiliauit, quodammodo non considerans, quod ipse esset Deus, sed considerans, quod ego essem Mater, & ipse Filius, superiorem me sibi arbitrabatur: quemadmodum & Euangelista vult intelligi, cum dicit, Et erat subditus illis.* Illis, inquam, vt & Iosephi parentis dignitas commendetur, quē

Iesus ipse parentem præponit sibi, vt subditi morē gerat.
Cant. 5.
Rupert.

Deiparens

Deiparens & sibi præposuit eum inquit, *Pater euus, & ego dolentes quærebamus te.* Præponit Iosephum sibi Maria, quia ipsa viro subiiciebatur; vnde præponens sibi Iesum Matiam ipso iure Iosephum præponere videtur.

Christus ob Diuinitatis & humanitatis societatem in vna hypostasi à patria Mariæ potestate exemptus non fuit. Tolet. Titus.

42. In cuius potestatis gloriam vberiorem quæstioni do, num Christus ob Diuinitatis & humanitatis societatem in eadem hypostasi à patria obedientia Mariæ fuerit exemptus? Affirmatiuè aliquis respondeat; quia sicut Diuinitas humanitatem adeò extulit, vt illam à seculari omni dominio abstraxit, illique Regiam super omnes potestatem adiecit: sic illam à patria eripere potestate potuit. Sic Toletus Luc. 2. Tito Bostr. confirmante. *Ob id sponte se illis subiecit, quo filios omnes exemplo suo ad hoc inducat.* Ergo Maria & Ioseph patriam in Christum non habuere potestatem. Attamen cum Maldonato assero Christum ob Diuinitatis & humanitatis societatem in eadem hypostasi à patria Mariæ potestate exemptum non fuisse. Ambrosius Luc. 23 de Christo Matrem Ioanni commendante sic. *Habemus pietatis Magistrum. Docet lectio hæc, quid affectus maternus, quid sequi debeat reuerētia, & pietas filiorum?* Fundatur pietas in naturali filij erga parentes debito. Et Luc. 2. ad illud: *Et erat subditus illis. Quid enim magister virtutis, nisi officium pietatis impleret? Non vtique infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est.* Ac si diceret. Quisquis Christum à parentum eximit potestate, quia tantæ haud dignum maiestati, alicui ex debito submitti: subiectionem huiusmodi contempletur. Non infirmitatis, sed pietatis subiectionem esse reperiet. Rationem ministrat Aristoteles. Quia debitum submissionis, & subiectionis erga parentes nil adimit ingenuitatis. Methodius serm. de Purif. *Euge, quæ debitorem habes eum, qui omnibus mutuatur. Deo enim vniuersi debemus, tibi autem etiam ille debet.* Et Hypolitus orat. de sanctific. *Qui dixit: Honora patrem, & matrem, vt decretum à se promulgatum obseruaret, omnem gratiam Matri, & honorem impendit.*

Maldon. Ambr. Arist. Method. Hypol.

Nunquam venit tēpus, quo Iesus à subiectione Matris eximatur. Vnde Maria ad Filium imperans accedit. Ioan. 2.

43. Expressit Filius ipse huiusmodi subiectionem fatus. *Quid mihi & tibi est, mulier? Nondum venit hora mea.* Ioan. 2. Non congruit cuētus, siquidem Maria iubet ministris vasa aqua repleri ad mirabilem in vinum cōuersionem. Non igitur Christus effectionem miraculi abnegauit. Quid igitur? sese adhuc Matri subiectum aperuit. Quasi ægrè ferret Mariam rogantem accedere, quæ poterat imperans apparere. *Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.* Penes te est imperium, ô Mater, tu mihi, & ministris imperare cura, protinus exequar imperium. Pulchrè Nyssenus ad illud Pauli: *Tunc & ipse plius subiectus erit ei. Maternum autem consilium,* (inquit,) *quod minime in tempore adhiberetur, reiecit dicens: Quid mihi, & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Vis ne me ante ætatem præesse, & imperare? Nondum venit hora mea, quæ præbet ætati, vt imperet, & sui iuris sit.* Recordare ô pia Mater, quid mihi & tibi sit, hoc est, me tibi adhuc subiectum. Nondum venit exemptionis hora. Quando veniet, si post triginta annorum ætatem adhuc sub Matris degis imperio? Nunquam planè; quia Iesus adeò Matrem honorat, vt vel in sinu Patris residens imperare velit Deiparam, cuius ipse paret imperiis. Vnde Damian. *Accedit ad aureū illud diuinæ seueritatis tribunal non rogans, sed imperans domina, non ancilla. Quomodo enim potestati tuæ obuiare poterit potestas illa, quæ de tuis visceribus traxit originem?* Id quod de patre Iosepho licet affirmare.

Nyssen. Dam.

44. Hinc colligo Matrem Mariam ab originali labe præseruatam, Patrem autem Iosephum nulli actuali crimini fuisse obnoxium. Colligit Cancellarius Paris. serm de Concep. Virginem absque labe conceptam, quia Iesus subditus illi. *Cùm tu summus Princeps velis habere Matrem carnaliter in terra, illi certè debebis honorem, obedientiam, seruitium. Nunc autem apparet illam subiectionis legem non adimpleri benè, si in eiusmodi abominatione, immunditia, & subiectione peccati originalis aliquo tempore permitteres illam, quæ esse debet habitaculum, Templum, & palatium totius puritatis.* Quippe cum eius imperio Imperator summus debet subiacere. Ildephonsus lib. de Virg. Mariæ, cap. 8. asserit illa verba: *Fecit mihi magna, qui potens est.* Luc. 2. exprimere omnimodam Mariæ ab originali puritatem. *Vt per hanc Virginem esset Dominator subditus ancillæ, sicque haberet ancilla in subdito Dominum, ancillam Dominus in prælate.* Nec deceret Dominum prælatæ subditæ aliquando peccato submitti. Extendo ad Iosephum parentem existimatum, cuius imperio Dominus subiacet, quia ab omni actuali crimine immunem inuenit. Ex præfatis disce ô fili, parentes reuereri, eos strictiori lege, quos virtutibus specialiter ornatos esse compereris.

Colligitur hinc Maria ab originali immunitas. Gerson. Ildeph.



LIBER TERTIVS.

MARIA VIDVA.

Paraphrases, Commentariíque Literales ad Patrum Contextum de Viduæ Mariæ Historia.

PANEGYRICI MORALES CIRCA contextus literam post virum superstitem.

PROLVSIO.

De triplici quidem illo *bono statu in mulieribus* (loquor cum Richardo Laurent. lib. 1. de Laud. Virg.) quem Maria consecrauit, superest, *Vidualis* attexere tractarionem. Iudith Viduâ Deiparam adumbratam fuisse testatur, spiritualia scilicet ac cælestia contéplantem. *Ideo Eccli. 24. In Israël hereditare. Id est,* (adiicit ille) *in viduis, quæ enim vidua est, cogitat quæ Domini sunt. 1. Cor. 7. Sic ergo sola Maria habuit quidquid boni fuit in mulieribus.* Vt possit Angelus inclamare: *Benedicta tu in mulieribus, id est, præ mulieribus omnibus; quia illa omnia habuit excellentius.* Sic Laurentinus. Vitalis Arboris Marianæ. *Fructus tertius.* Richard. Laur. Eccli. 24.

Historiæ contextus ex Patribus.

NVM. I. SANCTISSIMVS Mariæ Spōsus Ioseph functus munere, functus & vita est, Turture gemente.

2. Quæ & Chanæ Nuptiis adest opem latura miseris, & perpetua Iesu comes sacra diluitur vnda collegium puritatis, & patientis Iesu vestigia sequitur, vt tragœdia tanta & tanti cordis versaretur æstimatione, & tanti gemitus ploraretur affectu.

PARAPHRASIS.

1. *Sanctissimus Mariæ Sponsus nō ægritudine, sed languet amore, obiit in Filij conspectu, à quo efflagitat, in Patriarchæ Iosephi morem, ossa in cælestem referri Palestinam exacto Ægypti mundialis exilio cum triumphans resurgeret Dominus, cui commisit spiritum. Iesus animum optimi Parentis in auitum Abrahæ sinum immittit Angelorum satellitio stipatum. Lacrymas Filius ac Mater profundunt, & tributum humanitatis soluente Domino, & Maria ostentante coniugem diligendum.*

2. *Filium secuta Deiparens Chanæ Nuptiis assistit, vt deficientis humanæ naturæ diuinitus excogitatum leuamen ostenderetur. Iordanis vndis à Filio diluitur, haud quidem crimine aut originali, aut actuali submergendo, quod nunquam adfuit; sed aliis Sacramentis ostio operiendo. Apud Ierosolymam Christo cum Discipulis Pascha celebrante, cum fæminis Maria colit; vt interfit Eucharistiæ institutioni, aduocatur; & rursum Dominus sub speciebus Matris charissima viscera inuisit. Et vale*

vale dicit passionis mysteriis operam daturus, non vt relinqueret, sed vt in abscondito exoranti & supremæ actionis causam, & redimendam commendaret Ecclesiam. Post noctis illius aeternitatem adamas Virginei cordis præstantiam sui roboris manifestat, Ioanne accedente, & plus lacrymis quàm voce Filij tragœdiam enarrante. Reuertentem sequitur Discipulum pia Parens, vt ex atrio Præsidis patienti addatur comes dolorem additura.

3. Iuxta Crucem Filij Virgo fortissima muliebres lacrymas virili constantia condecorat, (Euangelista profante: *Stabat autem iuxta Crucem Jesu Mater eius. Cum vidisset ergo Iesus Matrem, & Discipulum stantem, quem diligebat, dicit Matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit Discipulo: Ecce mater tua; & ex illa hora accepit eam Discipulus in sua.*)

3. O quàm dulciter amat, quàm amare fertur in lamenta Respha adhærens patibulo! Te audiui, ô Fili, Sampsonem falsi amicæ Dalida illigatum, Iosephum venditum, Amorem pãno vili excæcatum, vt immanitas sine pulchritudinis compassione operaretur. Alba veste tua innocentiæ imagine amentem habitum; quia veritas mundialibus stultitia: proh veros amẽtes, qui morti addicto vitæ omnis authore, tot stragium excitatorem Barabbam è vinculo soluunt! sonitum flagellorum percepi; quàm numerus vulnerum infinitus! Cuncta hominum latrocinia æquabant. Caput tuum omnium criminum vidi spinis cinctum, ne semen periret Euangelij. Tuis humeris hæsit arbor sciẽtiæ mali, vt Mundus boni arboris scientiam edoceatur. Myrrhatum calicem gustâsti quidem electis propinans, sed non hausisti, ampliùs anxius patiendi Cruci te illigatum aspicio, vt Simeonis gladius meum vulneret animum purpureo ascensu volaturum. Malus felix sub quo communis parentis iniuria filiis extitit resurrectionis occasio. Arcus pacis, Arca generi naufraganti; Cithara à mundiali Saule nequam spiritum relegans, præcordia pacatura; statera mundo redimendo immensum pretium exponens. Sol properas ad occasum, lux peris, nox instat æterna. Te obeunte, mors mea differtur? Si tu vita mea, necessariò tecum obibo. Mi Sol, si vt Sol electa, quomodo non communi occasu perimus? Adeo sum tibi amoris vinculo illigata, vt vnica sit amborum vita vnica morte corripienda; vnde te discedente meus discessus est necessarius, implicat enim mortuum viuere, aut me superstite, te obire implicabis. Arbor, è quo meus pendet fructus, ramos flecte, nec enim instar Euæ in malis prohibitis deferor, nec vitalis ligni excæcant fruges. Nec plura Deipara, Iesu loquente, & Virginem Virgini commendante.

4. Piissimus tunc Filius dilectissimũ Discipulum charissimæ Matris adoptauit in filiũ, vt iam Maria disceret specialiùs, diuino Filio discedente, se humanis matrem exhibere.

4. Iesus igitur de Cruce Matrem suam stantem conspiciens, simúlque Discipulum, quẽ cæteris familia ius dilexerat; ne quid affectus humani relinqueret in terris, quẽadmodum distributis vestibus rerum nihil reliquerat, versus ad Matrem ait: Mulier, ecce filius tuus, capitis, & oculorum nutu Discipulum designans. Mox ad Discipulum versus: Ecce, inquit, Mater tua. Atque ex eo tempore Discipulus ille erga Iesu Matrem, per omnia curam illius agens, filij affectum suscepit. Dimas à dextris confixus Latro aspiciens Mariam, & memor olim auditi promissi, fore vt aliquando ferret opem gratiam referens exhibiti à se officij, quando ex Ægypto in Palestinam Virgo pergebat: roboratus spe, corde affecto in Iesum Mariam exorat, quæ quidem à Filio, à parte Latronis stans (vt aiebat Drogo) tantam impetrat à Saluatore gratiam, vt Latro pio ausu Regnum surriperet.

5. Moritur vita, breui sepulchro addicitur, quem Orbis non potest complecti, cæli præside Luna Maria recessus Solis in leuamen. Soli sibi triduo mortis Dominicæ solitaria, hoc est, dilectionis, in morem Inferni cruciantis, sustinente incendia.

5. Dignoscit Maria Iesu animam properè sacratissimum corpus deserere iam penè cadauer, sanguinis cursum sisti, voce raucâ crebrò auram difficilem captare, mẽbra pallescere; faciem terræ referre speciem, lacrymas vltrò profluere exitialis frigoris rigore pigritantes, tempora contrahi, nares exacui, genua tremere, cuncta denique funebre obsequium præsignare. Vita moritur,

Sol

Sol deficit, perit lux, & creatura cunctæ huius Solis stella extincta disparuere. Quid Luna Maria? Haud sine sensu, non cum violentia, aut cum intellectûs imperfectione, sed voluntaria, intelligens, affectuosa magni Luminaris defectus tributum deliquij (languorem amoris vocitabis) persoluit, eo quidem quo ex magis voluntaria aduertentia, crudelioris. Mortuum suum Deiparens Iosephi sepulturo cõmendat, addito Ioãnis ac Magdalenæ ministerio, quibus ex Iesu defuncti obiectu lacrymabilis calix Martyrij propinatur. Solitaria manet triduo mortis Filij, gehennæ dilectionis crudelissimos sustinens cruciatus.

6. Marci domo recepta Virgo resurrectionem Filij precibus curat accelerari, mysteriis adest, Apostolos edocet fidelium Magistra, ex Ecclesiæ gestiens dilatatione, quippe quæ multiplicatum id granum germinârat.

6. Parentis Marci domus Virginem bis recepit Viduam, ibi prima a resurgente Domino inuisitur, aduentúmque Paracleti precibus adipiscitur, postquam vidit Filiũ ad superos auolare. Agnos cælestis ouilis gregis futuros parentes fidelium Mater ad lupas immittit cunctarum Prouinciarum lumina; Iacobo minori apud Ierosolymam Præsule, vt Mariæ Parens appellaretur. Illa quidem Apostolis exhibet magisterium. Mysteriorum omnium, eorum præcipuè, quæ ad Iesu infantiam attinent, dissoluit quæstiones, sacra loca à cuna vsque ad patibulum crebrò inuisit lacrymis irrigans, parentum ac Iosephi sepulcra veneratur, Iosephi certè sponsi charissimi vacuum, qui cum Christo stante promissis resurrexerat, ne tam venerabile corpus mortis patria possideret. Gestit Mater ex filiorum lucis multiplicatione, duplici concione Petri in morem grani terræ commissa inter millia, & quinque millia grana multiplicata, cunctisque nouis fidelibus obedientiæ obsequium magnæ Parenti præstantibus.

7. Miris innumeris sese Maria exposuit Matrem esse viuentium, & valetudine, & vita eius imperiis obsequente, qui communis salutis parens extiterat.

7. Crebrà vndique Mariæ miracula fulgurabant hominum beneficio, seu esset confirmanda Fides, seu humana miseria repellenda. Commune cunctis ægris pharmacopolium fuit; extincta lumina accenduntur, aures haud notum antea sermonẽ excipiunt, immundi Spiritus sacro Nomine audito, in fugam properant; tria speciatim cadauera spiritum rursùm inierunt. Vidua Ierosolymis filium mortuum cuius ministerio alebatur, plorat, Mariam adit, quæ filium viuum ei tradidit, & annonam. Audiunt parentes Virginis cuiusdam, qua libarat mortis flores, medicamine nullo proficiente. Mariæ illi auxilium expetunt, quæ cadauer amplexa vita donauit. Porrò resurgens adolescentula, vt gratiam referret, nunquam à Deipara recessit ministerio, ne vita ope Mariæ recuperata seculari seruiret officio. Nobilis Iudith geminam prolem viuam editura iam apparet exanimis, morituris quidem & infantibus paupertati traditis nutrici. At Mariæ precibus surrexit mater, vt pupilli rursum matris iam filij vberibus lactarentur, nũquam non Mariæ gloriam prædicantes. Priùs vox ferrea deficeret quàm summatim Deiparæ mira proferre valeret. Quid viuentium Mater nisi vitalia facinora exponeret? Fulgent,

8. Acri Ecclesiæ nouæ tempestare oborra, cogitur Maria Ioanne ac socio sese mari famulanti, pelagi quidem Domina, committere, Ephesúmque Asiæ Vrbẽ celebrem ex Dianæ Delubro, sua præsentiâ efficere celeberrimam, Téplo Diuæ ad veræ Lunæ conspectum corruente; vt mendax castitas illibatæ cederet puritati, & fũdamina impia iam pia ex Ioannis

8. Ecclesiæ pacatum pelagus Herodianæ persecutionis ventis hoc temporis agitatur, fidelium nauibus cælum vndique, & vndique pontus, portus difficilis, peruium naufragium. Syrtium scopulis Stephani nauigium illiditur: Pyrata Saulus fidelium scaphas cælesti meritorum pondere ditescentes deprædatur, Lazarus, Martha & Magdalena instar nauiculæ sine malo, aut remige pelagi exactis (dicam iniuriis, an pietate?) Marsiliæ portu recipiuntur. Tunc nauis Maria Ioanne socio, Asiatico mari traiecto, Vrbẽ Ephesum ex Téplo Dia-

na

sanctificatione exædificationi Basilicæ Marianæ inseruirent.

na celeberrimam tenuit. Ausum Mare Stella sua iram excitare, non vt obrueret, sed vt imperio Mariæ tranquillitate donaretur. Hic Dianæ Ephesiæ Delubrum septem Mundi addictum mirabilibus, calum vertice contingebat, Amazonum quidem exorientium cura excitatum Asiæ totius expensis ducentorum ac viginti annorum interstitio; addentibus centum supra viginti Regibus totidem columnas idolorum domicilia, queis Principes illò libabant obsequia. Inibi Diana, quæ Iouis beneficio Virgo perpetua, venationis, viarum, portuum præses; Stellarum Regina, piscium Domina; pietatis asylum, plena vberibus, exurgit, statua mirabilis proceritatis visebatur. Templo hærebat Basilica, Virginum, corpore quidem non spiritu, collegium, quarum illæ sacerdotali munere fungerentur, quæ post anni humile obsequium professione emissâ virtutis ementitâ specie proficerent. Profectò Maria, Fidei progressui operam impendens oleum & operam perdebat ob Templi Dianæ superstitionem. At benignissima Virgo terribilis tam castrorum acies, filij tonitru comitante, montem scandit Delubri verticem inspicientem, & noctem faciens diem, proclamat. Heu Fili, huius immunda familia peruersitas sub virginali nomine puritatis appellationem commaculat, Euangelique fragrantiam diffundi non patitur. Tubarum resonantium preces meæ exerant locum, vt Ierichuntini muri illico solo coæquentur. Dixit, & vtrunque nutans ædificium simul corruit, Dianæ quidem, ac Virginum immundarum patibulum simul & sepulchrum. Decessit Delubrum Ephesiæ Dianæ Templo postmodum à Ioanne fidelium opibus exædificato, vbi vera Parens Virginum colitur. Metaphr.

9. Extruit Virgo virginum domicilium Ierosolymis, vnde tot Monialium Collegiis leges deriuarentur.

9. Vnius anni interstitio pelagus quiescit, Mariam recipit Ierosolyma, vbi bestialium virginum ritum abolitura apud Sion virginum sacrarum consecrat domicilium, centum ac viginti adolescentulis nobilibus aut sanguine, aut virtute habitaculum. His Deipara leges indicit, normam perfectionis ia futurarum Monialium magisterium. Iacobum maiorem iam ad Hispaniam immiserat (delitias Dominæ) suam specialem opem Apostolo Fidem promulgaturo promittens. Carthus.

10. Præcipuè quidem Maria Hispanis sese dignatur exhibere parentem, Cæsaream Aragonum Vrbem verè reddens Augustam, dum Iacobi Magistri nostri votis annuens, & orantem inuisit, & prædicanti fauet, & dura tunc Hispanorum præcordia emollit, & restem tanti muneris pulcherrimam relinquit imaginem, cuius cultui Templum exsurgit loco obruti Dianæ Delubri miraculis Mundi facilè adiiciendum.

10. In Iapham Princeps proficiscitur, Carthaginem ingreditur, Granatæ Discipuli vnius sanguine ampliùs purpurascit, Cæsaraugustæ quiescit, prædicat, auditore proteruo. At Pater Mariani promissi memor singulis noctibus iuxta Iberi ripam exorabat. Denique quadam felici nocte diebus fulgentioribus addicenda, dormientibus Discipulis, Apostolica aures cælesti harmonia indulgentur, Calicolis inclamantibus: Aue Maria gratia plena. Apparet nubes eboris ac topatij massa Solis facilè currus, si Luna Mariæ ferculum. Dæmones Cæsaraugustæ incolæ hymni Angelici sonitu properant in exilium, deinceps Hispaniarum indigenæ. Rarefacta nube, columnâ iaspidis hærene Deipara ostentatur Apostolo, ipsum benedictione donans; locum Basilicæ, siue sacello exædificando illico assignat, suam æternùm opem promittit, Columnâ in testimonium, Mariæ gestantis Filium imagine diuinitus addita, semper erecta, quam celebri, Non plus vltra, titulo melius rubricabis. Rursum concinunt Angeli, densatur nubes, Maria assumitur Sionis Fano restituenda. Vidisti pastorum tugurium, ramorum ligno rùmque ardentium lumine lucidum paleis ac cespitibus rutilantibus? Desi cit ignis vi, flamma extinguitur, vix cineribus reliquiæ exponuntur. Rediit nox? Profectò non omnino tugurium excæcatur prunis flammæ succedentibus. Haud aliter qua in conspectu Mariæ Ciuitas illustratur accubans in meridie, discedente Domina, tenebris obruitur. Attamen non penitus obcæcatur, flamma vicariam prunam relinquente, scilicet marmoream Mariæ imaginem, quæ quidem nunquam cineribus operietur, si quidem è pio fidelium concursu puluere

nere excitato, vestes Imaginis, colore abolito, conteguntur; at Mariæ & Iesu facies nunquam pulueris velum operuit. Cuius miraculi frequenti diuturnitati debetur quidem, sed non soluitur admiratio. Mox feruet opus, Ecclesia extruitur, quam postea amplissima complexa Basilica inter mira meritò numeranda vertit in sacellum, vbi Maria innumeris lampadibus stipata, (stellas dixero) Regina cæli nuncupatur. Iam Hispania obsequitur Virgini, iam singulæ vrbes, villæ, deserta, viæ innumera Dominæ præparant habitacula, vbi Mariæ immortale nomen, terror hostibus, nostris exercitibus æternus triumphus; cuius referens gratiam imperium augustum Indorum venis euacuatis, vasa, lampades, candelabra offeret, Tyria purpura, gentili bombice, Pario marmore, gemmis pelagi, vestes, & altaria exornabuntur.

11. Antiochenses vehementer cupientes Marianis vberibus labia præbere, & osculaturi, & reficiendi præsentiâ Deiparæ decorantur, sede illa Pontificia tanta hospite confirmanda.

11. *Porrò Maria Salome Ioannis & Iacobi mater, Deiparæ soror apud Antiochiam degens, tot, tantáque Mariæ magnalia profuderat, ut Antiochenses fœminæ sese in Ierosolymam recipere curarentur, vt illis vberibus oscula libarent, quæ lactauerant Saluatorem. Accepit Ioannes ab Ignatio literas fœminarum fidelium affectum exprimentes, quibus lectis, Deipara, ne peregrinatio illa communi & corporis & animi distractione grauaretur, post epistolam suæ præsentiæ promissoriam, se viæ haud facili Mater misericordiæ, Ioanne comite, dedit, exaratóque pelago Regina maris, Antiochiam inuisit, fideles confirmauit, mira edidit, reuersáque Ierosolymam totam curam & Ecclesiæ directioni, & Monasterij Sion gubernationi impendit. Quotidie sese cælesti pane vteri sacra clibano condito, reficiebat, hac confessione, siue professione coram Præsule Ierosolymitano præmissa: Ei, qui me ab omni culpa immunem fecit, immensas gratias exhibeo. Attamen tam obærata ancilla gestiret, si infinitæ gratitudinis immensum pondus posset exhibere. Tot enim ac tantis beneficiis afficior, vt ni præuenta, ne caderem, fuissem ex hoc me præ debito, minus habentem reperirem.*

12. Mariæ Palmæ quidem tam onustæ fructibus non demittuntur ad terram desideriorum comæ, sed ad superos eleuantur. Absente enim Christo Deiparenti vita longa mors, æterna spes, interminabilis ploratus.

12. *Quò amplius Deipara producitur vita, eò grauius dilecti angitur desiderio, languescit amore: & si enim à Iesu frequenter inuisitur, tamen in valle degit lacrymarum. Augusti mensis adest, & Sole in Virginis conspecto domicilio, Virginis præcordia feruentissimum occupat desiderium, cupit enim dissolui, & esse cum Christo. Iam gracilis spica (inquit) messores aduocat capitis submissione: quando mea aderit æstas? Flumina, riui, fontes contractis ripis, exiguitate graminibus iam siti pallentibus pocula exhibent: meorum luminum fontes exuberant, præcordiorum mare redundante. Cupit animus ad superos auolare, sed à corporis pondere impeditur, vti passerculus exitiali virgula illigatus. Culum aspiciens, licet faueat spes, exilij æternitate pressa clamito, suspiriorúmque iaculis consequi procuro victoriam. Num non longum lethale desiderium? Quonammodo tot desideriorum cuspide vulnerata viuo? Quemadmodum viam planam conficienti vrbs videtur aufugere; quò velocius curro, eò cælestis patria properantius aufugiens apparet. Septuagesima secunda instat iam æstas: nec dum fructus maturus obiicitur? Post Crucis mysteria vigesima supra quarta hyeme ex absentia Iesu planè tristi ac laboriosa rigeo, vox turturis audita, tempus elapsum putationis: æternitatis iam flores appareant. Instar vitis abundans botris innumeris filiorum stipata appareo, Iesu nomine toti Orbi saluti; & proferetur exilium?*

13. Transmigrationis Palmæ ad cælestem paradisum palmeũ terreni germen index Mariæ ab Archangelo adiicitur. Ecclesiæ Proceres nouissima Matris benedi-

13. *Maria igitur Conditor gemitus exaudiuit, Archangelum Gabrielem immisit palmam fulgentissimam ex paradiso terreno gestantem, insigne victoriæ, quam Cælicola Deiparæ manu collocans instanti admonuit de recessu. Certior fit Ioannes, ad Antistitu*

ctione donandi ad Ierosolymam ab Angelis adducuntur, quando verus Pacificus Arcam suæ sanctificationis curat in cælestis Delubri vertice collocare.

Antistitis Ierosolymitani nuncium aures aduentat, filiis charissimis pulchra dilectionis Mater valedicit, ad Sion domicilium virginum fideles aduentant, Mariæ donandi benedictione, purissimæ lacrymantur filiæ, funebria parantur luminaria, lugubres hymni conduntur, unguenta aromataque sacerrimi corporis unctioni comparantur. Postulat Virgo Apostolos Principes Ecclesiæ interesse Arcæ collocationi, cælesti Intelligentia aurigâ è pulchra nube currus apponitur totum Orbem metiturus fælici rotatu. Ex Ægypto accipit Petrum, ex Epheso Paulum, ex Achaia Andream. Bartholomæum reddit Armenia, Zelotem Mesopotamia, Æthiopia Matthæum, Thadæum & Simonem Arabia. Offert Iudæa Matthiam. Minorem Iacobum Ierosolyma præsentat. Didacus & Philippus probabilius iam Martyrij purpura viam Deiparæ strauerant. Nec Discipuli desunt præstantiores, aut Apostolici viri nempe Hierotheus, ac Dionysius Areopagita desiderantur. Tantis hospitibus domus Sion gestit, piæ Matri filij sistuntur haud ex ægritudine, sed ex amoris vulnere lecto humili iacenti. Adeò Maria ex Patrum conspectu perfusa gaudio, vt proferretur vita, si mors non fœlicior obueniret Ecclesiæ. Enixè efflagitant Proceres Mariam adhuc populo fideli necessariam haud vita recusare laborem. Queis illa; Ecclesia soror nostra iuuencula iam à lacte abstracta pane pro cibo vtitur, nec omninò meis caret vberibus; è cælo enim terram continget tanta copia lactis. Mater iubilat, filij lacrymantur; cor omnium incapax doloris: nec enim tanta vis lacrymarum clauis sufficit.

14. Testamentum Mariæ reliquum veneramur, quo paupertatis munera fidelibus virginibus relinquuntur, diuitiarum autem donis iusti ac peccatores cuncti cumulantur.

14. Porro Ioannes socius fidelis Mariæ testamentum scripsit. O filij, inquit, meum corpus terra mandetur, vti compositum reliquero. Haud amans auri & argenti reliquas nullas adscribo diuitias. Duas tunicas duabus Virginibus his inseparabiliter mecum degentibus offero. Paupercula hoc pignus accipite, Deum simul exorantis, vt æterna hæreditate donemini. Sion filiis hac domo sacerrima commorantibus benedictionem meam relinquo, cor iustis, peccatoribus patrocinium. Licèt me odio prosequantur, licèt iniuria afficiant, ad me reuertantur nunquam non exorabilem inueniendam Sed væ illis qui mea freti intercessione vltro delictis implicantur.

15. Mariæ animus auolans Dilecti sinu requiescit, moriente Domina, vt horrores mortis omninò abolerentur.

15. Christus tota cælesti Curia stipatus humile descendit ad cubiculum. Surge, inquit, propera amica mea, & veni: coronaberis. Cui Maria: Iam exsurgò mi Iesu vocabulum dulcissimum animo perficiētē Christi manibus collocato. Absuit dolor, mortis defuere documenta; somnus est, dormit Regina; terra, quid ploras? ignis cinere confouetur. Angeli concinunt, horology cælestis rota sine cunctatione conuoluuntur, culminibus ardent luminaria. Virgines sacratissimum corpus tunica à Maria innolutum sindone, conditum aromatibus adhuc inuoluunt, duodecim millia confluunt fideles, Apostoli arcam humeris gestant, Petrus, Didacus & Paulus sacerdotalibus vestimentis induuntur, Ioannes palmam adlatam ab Angelo primus ostentat, metalla sacra vltro pulsantur non funebri clamore, sed solemni concentu, mons Sion tristem edit gemitum, arbores defuncta incuruantur, oliua syluarum Regina, torrens Cedron ad pontis oculos ploraturus approperat, aues musica cornicis vocem imitantur.

16. Sese vitæ officinam fuisse corpus confirmat Marianum, dum & corporibus ægris, & animabus mortuis præsentat medicamina.

16. Iudæus quidam non ignobilis, cui nomen Christianum inuisum, accensus inuidia, quòd Iesu Matri tantus honor exhiberetur, vt impia actione famam æternaret, coram multo populo in platea, qua da-

Hæreditariam cadauer sacratissimum occupat sepulturam vitæ officinam mortis domum rediturũ.

cis in Gethsemani, ausum Hosa imi tatus, curauit manibus irruentibus sacerti mam arcam ab humeris Apostolicis deturbare. At miseri manus inuisibili gladio abscissa lectulo harere; trunco corpore obuoluto, pænitudine iam vociferante delinquente, veniámque enixè deprecante: Sistit pompa, & vt illa dies tam iucunda Cælicolis, tam tristis humanis haud eliceret lacrymas, quæ communem iacturam non prosequerentur, Petrus sacrilegas manus accipiens brachiis truncis apposuit, quæ quidem rursum illas acceperunt, vt Virginis obsequio manciparentur. Ægros innumeros fides adduxit, corporis aspectu sanitate donatos. Corpus denique viuificum Parentum sepulchrum hæreditate acceptum apud Gethsemàni excisum humiliter excepit, concinentibus Angelis, plorantibus hominibus.

17. Ne omninò fideles Matris communis præsentiâ orbarentur, Lucas Virgineę pulchritudinis gloriam fideli penicillo æternare curauit. Vmbra equidem imaginis illius perfectio, si veritas elucescat.

17. Temerarius-ne ausus Mariæ exprimere pulchritudinem? Ausu facili curo, impossibili euentu. Haud animi pingo perfectionem, quæ vltra marinos colores, cælestem artificem requirit; sed corporis imaginem expono. Grauis quidem sed exorabilis præsentio diffluens verecundia regio corona gemmis. Mediocris statura, vt vnito virtus perfectius actiones imperaret. Innati coloris indumenta; virtus enim fugitans artificij. Triticeos granos vidisti non qui macie induuntur, sed qui apud Palæstinam nitorem imitantur? En Mariæ colorem. Comam expressurus, solis radios auelle, fili enim aurei non sufficiunt: imo & solis capilli coram Maria coma obtenebrontur. Vinacia sed modestissima lumina, quorum centro oliuæ colorem imitantes geminæ pupillæ tam modestæ quam pulchræ comparent, vt respicicus nunquam non misereantur. Si oculi ex oliua, quid non ad se conuerti deprecetur Ecclesia? Superciliorum arcus ex ebeno splendenti, Nares proportione praducta. Genæ Alexandrinâ rosâ purpuratæ. Labio corallus. Exiguum os, quia nec risui, nec verbis otiosis ostium aperuit; lætitiæ, salibus aditum reserauit. Facies longa, aquilina, vbi cælestis pictor tantæ artis inclusit vbertatem. Simul & longa manus, quibus cælestia dona impertiuntur hominibus. At quia coma erat Sol, & oportebat duodecim stellarum capitis circulum elucere, album velum capillos faciéique partem operiebat. Sed frustrà pingere curas, quod tam felici penicillo Lucas posteritati consecrauit.

18. Post paruum Denique temporis interstitium Mariæ animus Filij resurrectionem imitaturus corpus rursum informat, vt Paradisus cælestis, qui vero fruebatur Adamo, nec non & Euâ veraci potiretur: nec Bersabee æterni Iudicis throno deesset, quæ hominum causas ineffabili sollicitudine ad felicem

18. Ad hæc Thomas serò ab Angelo monitus, Ierosolymam est ingressus, postquam corpore sacratissimo in sepulchro incluso, triũ dierum interstitio, excubias Apostoli exegerũt. Piis lacrymis exhibitis deprecatur reserari sepulchrũ, corpus patescere adorandũ. Quod cùm votis Patres annuerent, lapide obuoluto, linteamina apparẽt absentis corporis spolia. Orationi operã impendũt Apostoli, reuelatur arcanum, quod Petrus sic fidelibus aperit. Ne Adamus secundus apud cælestem Paradisum solus corporeus commoraretur, Cælicolis precantibus, Christus, euacuata curia, aduolat ad sepulchrum. Terra complexa Thesaurum clamat: Cælum iustum, ne me bonis cunctis spoliari permittas. Sed ô quonam ius expostulo, si rem ipse Iudex? Mariæ animus pristinum remeat ad cubile. Quàm pulchrum spectaculum! Rursum columbæ oculi radios spargunt, greges Galaad referunt capilli; niueæ oues dentibus obiiciũtur. Rursum coccinea vitta labia sigillat; malum punicum genas exornat, turris Dauidica callo exædificatur. Rursùm gemelli capræ sacra vbera formant, tritici aceruus ventrem pingit. lilius vallatum puritatis, Hinc, inde Cælicolæ concinunt, pulsant, cithorâ, Psalteria, choro, sistro resonante. Exurgens Maria Angelorum stipata satellitio innixa Dilecto terram deserit: terra quidem benedictionibus redundans, à qua captiuitas omnis auertitur. Aquum tenet gratiarum omnium pelagus. Aëris occupat

perduceret euentum, Numine pacato; vt plures fierent immenſæ, ac prorſus ineffabilis Virginis gloriæ ſpectatores. *pat regionem vitale hominum ſpiraculum. Ignem præterit diuini amoris Salamandra, lunæ addicitur domicilio partuum Eccleſiæ Lucina. Mercurium inuiſit Magiſtra Apoſtolorum. Veneris domum ſanctificat pulchra dilectionis Mater. Sphera Solis moratur vts Sol electa, ſuper bonos & malos ortura. Martis init campum cunctarum hæreſum interemptrix. Iouis dexteram exarmat, ne fulminibus terra conflagret. Saturnum manſuefacit, ne deuoret filios, quæ Filium ſuum nobis obtulit abſumendum. Stellas viſitat, quæ maris illuceſcit ſtella. Orbem Chryſtallinum calcat ſine macula ſpeculum. Mobile ad primum accedit Dei cogitationum primum mobile. Empyreo quieſcit, quæ poſt Angelorum ac hominum tumultum Deo requies locum conſecrauit. Prætcruolat Angelos hominum cuſtos, Archangelos Iudith fortiſſima Holophernem interimens, Seraphinos Spiritus ſancti Dilecta, Cherubinos ſapientiſſima Prophetiſſa, Thronos Dei habitaculum, Dominationes Domina creaturarum, Principatus æternitatis Princeps; Poteſtates illa, cuius in Ieroſolyma poteſtas; Virtutes collegium ſanctitatis. Aſtitit ergo Regina Maria à Dextris tuis ô Domine, vt arcus tua præcordia pacificet; vt arca genus humanum cuſtodiat; vt collum corpori tuo myſtico cibū immittat, vt Berſabee intercedat; vt Eſther populum à morte eripiat; vt Scala homines tranſmittat ad ſuperos; vt ſtella tenebras ablegat, pelago errantes dirigat portu ſiſtat beato, vt Mater Filium non exorando ſed imperando peccatori adducat exorabilem.*

SECTIO PRIMA.

Apud Cana Maria.

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. I. SANCTISSIMVS Mariæ ſponſus Ioſeph functus munere, functus & vita eſt, Turture gemente. 2. Quæ Canæ Nuptiis adeſt, opem latura miſeris.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Joſephi Obitus tempore.

1. *Tres ſententiæ circa tempus obitus Ioſeph. Prima.*

IOſeph munere ſanctus, functus & vita eſt.*] Difficile veſtigatu, quonam tempore Ioſephus migrarit è vita. In cuius gratiā quæſtionis quatuor ſentērias ſubiiciam. Prima quidem ſanctiſſimum ſponſum paulo poſt duodecimum ætatis Chriſti annū obiiſſe. Sic Epiphanius hær. 8. Allicitur, quia nulla in Euangelio deinceps fit Ioſephi memoria. Adhæret Baronius in vita Cæſar. Aug. n.8 &c. *[Epiphan. Baron.]* Secunda aſſerit mortuum Ioſephum prædicationis Ieſu tempore, addens Chriſtum cum Diſcipulis eius diſceſſui interfuiſſe. *[Secunda.]* Opinio eſt quorundam ab Iſidoro Mediolan. relatorum 4.p.cap.1. *[Iſidor. Mediol.]* Tertia autem affirmat Ioſephum Chriſti paſſionis occaſione ſuperſtitē. *[Tertia.]* Cyprianus ſer. de paſſi. *[Cyprian.]* *Habebat Ioſeph in hac Chriſti diſpoſitione rationabilem contradictionem, cùm alteri commendaretur Maria, ſi ſe cognouiſſet carnalem maritum. Sed quia in ſpiritu actum erat coniunctionis illius myſterium, paſſus eſt Ioſeph æquanimiter, ſibi eum in hoc ſeruitio præponi, quē digniorem ſe indicabat: & ideo maximè, quia Magiſtri electio ſic negotium ordinabat.* Chryſoſtomus verò hom.1.in c.1.Mat. *[Chryſoſt.]* *Si enim, inquit, cognouiſſet eam, & loco habuiſſet uxoris, quomodo illam Dominus quaſi abſque ſolatio, & nihil penitus habentem Diſcipulo commendaſſet, iubens illi, vt illam acciperet in ſua.* Vbi Gloſſa, *[Gloſſa.]* *Argumentum eſt, quod, viuente Ioſeph, ſeparata eſt Virgo ab eo. Hic enim exprimitur cauſa, quare Dominus ſeparauerit eam à Ioſeph.* Idem tenet Ambroſ. tract. de inſt. Virg. *[Ambroſ.]*

Quartam denique meam ſententiam expēdo, 2.
[Quartam ſequor aſſerentem paulo ante vel poſt Chriſti baptiſmum obiiſſe.] ſcilicet paulo ante vel poſt Chriſti Baptiſmum, & ante Nuptias Canæ Galilææ Ioſephum vita functū. Defēdit Hieron. lib. cont. Heluidi. Gerſon. de S. Ioſepho. Bonau. de vita Chri. c.17. Queis adhæreſcūt Bernard Vincēt. Georgius Cedre Vberti. Comeſt. Palud. Caniſ. Viger. Salmer Toler. Barrad. Caſtro. *[Hieronym. Gerſon. Bonauent. Bernard. Vincent. & alij.]* Illa mihi ratio arridet, quia finis matrimonij Deiparæ cū Ioſepho tūc præcipuè ceſſauit. Fuit enim illud inſtitutū cōiugiū vt Chriſtus nutritiū, tutorē, adiutorémque fideliſſimum ſortiretur, ſubque matrimonij velamine haberetur legitimus, ac vt Virgo comitē, & ſolamē haberet. Quòd ſi requiras, cur noluerit Dominus nutritiū ſuum tempore paſſionis viuere reſpōdeo cum Bernardin Sen tom.3. ſer. de Ioſeph. 2. 2. c.3. *[Cur noluit Dominus tempore paſſionis viuere Ioſephum. Bernard.]* *Voluit Ioſephum mori ante Dominicā Paſſionem, ne morte Chriſti immenſo dolore cruciaretur.* Immēſo enim dolore cruciari ſoli Mariæ erat reſeruatū. Addo, ne cogerentur commendaturus Virginē

Discipulo eam à coniuge separare. Quàm dilectus Ioannes si vt committatur ipsi Deiparæ, eam viduam Dominus effecit sanctissimo coniuge prius obeunte!

§. II.

De præcedentibus ac subsequentibus Josephi obitum.

3. *Præcedentia Iosephi mortem. Isolan.*

PRofectò præcedentia Iosephi obitum sic ex Orientaliū relatione Isidorus Isolanus scribit 4.p. c.9. *Non debilitatum fuit in viribus corpus eius, nec offuscatus fuit visus oculorū eius, nec computruit dens aliquis oris eius, nec decrepuit in aliquo mens eius; sed erat tanta ætate completus in omnibus viribus suis, & fortis in omnibus membris suis, sicut in iuuentute sua. Appropinquarunt dies Ioseph, vt moreretur, & apparuit ei Angelus Domini, qui fuerat ei ad custodiam deputatus, & dixit ei, quòd deberet citò transire de hoc seculo, & apponi ad Patres suos, & cum læta facie, & grato aspectu associaret animam eius. Infirmatus cecidit in lectulum suum, & aggrauata est eius infirmitas, & hora mortis appropinquauit.*

4. *Christus & Maria morienti adsist. Iosepho.*

Filiúsne optimus obeunti Patri defuisset? An non sponso subleuando Virgo subuenisset? Audi Bernardinum to.1.a.2.c.3. *Piè credendum est, quod in obitu Ioseph præsens fuerit Iesus, & sacratissima Virgo sponsa sua. Quantas putas exhortationes, consolationes, promissiones, illuminationes, inflammationes, & æternorum bonorū reuelationes recepit in trāsitu suo à sanctissima Sponsa, & dulcissimo Filio Dei Iesu? Relinquo deuotæ mēti contemplandū.* Consonat Gerson ser. de Nat. Mar. cons 3. fatus: *Legimus in transitu Mariæ ipsum adstitisse Iesum;* (attestatur Hieron.) *sic & in obitu felici Ioseph rectè credendum est, Mariā spōsam, & Filium Iesum corporaliter adfuisse; ante enim Christi passionē defunctus est. Alioquin enim custodia Matris alteri commissa non fuisset.* Ekius item hom.2.de S.Ioseph. ait: *Cùm autem Ioseph ante Christi passionem, & mortem mortuus ipse fuerit, (aliàs enim quid opus fuisset eum tantopere Ioanni Matrem commendare) Christus & Maria funus Ioseph deplorarunt. Quoniam creditur eum ante Christi baptismum fuisse demortuū. Itaque cum Maria annis triginta vixit Ioseph, & eo lethaliter agrotante quisque pro suo affectu cogitare potest quantùm ministerij, & solatij Dominus (vtpote Filius eius creditus) suo nutritio Parenti exhibuerit. Si enim super Lazarum fleuit adeò, vt mirarentur tam feruentē eius amorem Iudæi: quātò ardentiùs fleuit nutritij sui Parentis mortem.*

5. *Descriptio obitus Iosephi, Gerson.*

Audi elegantem Gersonis concinentis mortis Iosephi descriptionem in Iosephina.

Venerat illa dies, quæ vitam morte pararet,
Perpetuā tibi, iuste Ioseph, dedit inclyta Proles.
Christus adest cum Matre pia, quibus officiosè
Seruieras, vultu placido solantur euntem,
Ora licet lachrymis oppleuerit intus obortis
Naturalis amor, etenim fas credere fas est,
Quod Patrem Iesus, sponsum fleuit morientem
Virgo benigna suum fidi custodis amatrix.
Procumbit lecto complexans membra, pudicis
Oscula dat labiis. Mi vir, proclamat, abis-ne?
Vello tamen Domini fiat, dilecte valete,
Nil timeas, Dominus placidâ te sede locabit.
Protinus ipse Ioseph pretiosâ morte quieuit.

Iam verò quidnam post obitum ante sepulturam acciderit? Refert ex traditione illa Isolan. 4.p.c.9. Iesum oculos mortui Patris clausisse, composuisse vultum, benedixisse corpori, ne putresceret: accessisse mox Angelorum multitudinem sacrum cadauer stola candida induturorum. Approbat ratio. 7. *Iesus oculos Parentis clausit. Isolan.*

Actum illicò de corpore sepulchro tradendo. Christus certè, Maria Angelis, hominibúsque piis adhærētibus funus sūt comitati, quod omnem funeream pompam facilè superauit. Vnde meritò Parisiensis Cancellarius exclamat: *O funus lætissimum, quod ipsum Mūdi gaudium est prosecutum! Nam Christus & Deipara Iosephi feretrum comitati sunt.* De more id Iudæorum actum. Vidua indicat illa, quæ filium vita functum è ciuitate Nain in sepulchrum sequebatur. Potuit Christus tacto feretro, Iosephum vitæ ac Viduæ Matri restituere; sed in tempus resurrectionis suæ celebriorem Patris distulit excitationem. 8. *Gerson.*

Quid de funerea Iosephi pompa? Isidorus ille Mediolan. tradit huiusmodi verba à Christo Domino ad Discipulos habita. *Et portauerunt corpus Ioseph maiores natu ad sepulchrū. Et ego recordatus fui dierum, quibus portauit me in Ægyptum, & suorum multiplicium laborum, quos pertulit mecum. Et fleui inclinatus super corpus eius, & posuerunt corpus Ioseph, Patris mei in sepulchro iuxtà corpus patris sui Iacob.* Pompa-ne funebris Cæsarum augustior? 9. *Pompa funebris Iosephi. Isidor. Mediol.*

§. III.

Christus Virgini vale dicit, rursum redit ad Nuptias.

AD ætatem peruenit Dominus, qua in lucem prodire definierat, audiénsque in Bethabara Ioannem solemnem Baptismū trās Iordanem iam diu celebrare, Matri Virgini vale dicens, & Nazaretha discedens, ad Ioannem se contulit, ab eoque præ modestia renuente sexta Ianuarij (vt ait Orig. Ambros. Abbas Isaac, Hieron. August. Chrysol.) Dominica die, anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris, & quarto Pilati Iudææ Procuratoris (vt placet Iosepho, & Eusebio) ac quinto Caïphæ Pontificatus, (eodem Iosepho authore) cum trigesimum iam per dies tredecim inchoasset annum (Irenæo, Euseb. Epiphan. Nazianz. Hieron. Augustino Doctoribus) sacra vnda dilutus est. 10. *Iesus baptizandus, tentandus recedit à Virgine.* *Origen. & alij.* *Ioseph. & alij.* *Irenæ. & alij.*

Actus deinde in interius desertum integras quadraginta dies ieiunus transegit, ac tres dæmonis tentationes superauit. Sic reliquum illius anni priuatim degens ad celebrandum Pascha, Ierosolymam ex consuetudine ascendit Martio sequenti. Per cuius temporis interstitium si Christus à baptismo ad Nuptias Cana nihil publicè egit, ad Virginis domum rediisse affirmo. Epiphanius hær.51. *Postquā venisset ipse à tentatione, & transisset per mare, & Iordanem, & profectionem ad propria instituisset, digressus eo, vbi enutritus erat, ad Matrem in Nazareth.* Porrò Sophronius Prato spir. cap.1. asserit cum Ioanne in spelun- 11. *Num redierit ad Matrem?* *Epiph.* *Quid sentiat author probabilius.*

ca

ta prope Iordanem Christum conuersatum, & quos obuios à Patre habuit homines pro data occasione sua doctrina priuatim imbuisse. Donec tandem post insignia Ioannis de eo reddita testimonia aliquos sibi Discipulos adsciuit, quibus cum e Iudæa in Galilæam profectus, tertia die, ex quo è Iudæa recesserat, (sexta erat Ianuarij) ad Nuptias quæ tunc in Cana celebrabantur, cum suis Discipulis aduocatus aduenit, cum iam trigesimum primum ætatis annum per dies tredecim esset ingressus. Aderat etiam tunc ibi & Mater eius. Quæ cum his qui Iesu fratres, ob necessitudinem cum sponsis, è Nazaretha Ciuitate sua venerat inuitata. Octo à Cana milliaribus Orientem versus dissita Nazaretha. Profectò inter nuptiales epulas deficiente vino (seu de more lætitia) Virginis intercessione mirabiliter conuiuæ accepere. Historiæ hæc placet series.

---

§. IV.

Peculiaria Nuptiarum spectantia ad Virginem.

Vbi plura eiusdem eloquia.

11. *Cur inuitata Maria ad nuptias.* Aug.

MAria Nuptiis adest opem latura miseris.] Inuitatam Deiparã æstimo ad Nuptias, quia alicuius cõsanguinei Quænam ergo hæc Virginis cũ Sponso necessitudo? D. August. in Præf. Ioan. Affirmat Ioannẽ Euangelistã fuisse Canæ sponsũ. *Iste siquidem est Ioannes, quẽ Dominus de fluctiuaga Nuptiarũ tẽpestate vocauit, & cui Matrem Virginem virgini commendauit.* Et Beda inibi. *Hic est Ioannes Euangelista vnus ex Discipulis Dei, qui Virgo à Deo electus est, quẽ de Nuptiis volentẽ nubere vocauit Deus.* Idẽ sentit Abdias. l. 5. Certè Ioãnis obsequentissimus nunquã admisi tantã puritatem non dico leui famine maculatam, verùm nec coram Nuptiarum facibus partio tẽporis interstitio commoratam: vt soli Mariæ virginitati reseruem è nuptiarum igne apparuisse de more cælestis tubi, pulchriorem.

Beda. Abdias.

12. *Sententia probabilior.* Niceph. Ignat. Epiph. Hieron.

Vnde assero aut Simeonem Cananæũ sic à Cana dictum diuersũ quidem à Simone filio Clope, qui vnus ex Domini fratribus) aliunde Virginis propinquum nuptias contraxisse, vti Niceph. lib. 8. c. 30. aut aliquem ex necessariis Mariæ illam causa nuptiarum inuitasse. Addo Ignatium epist. ad Philadel. Epiphaniũ hær. 58. & Hieronymum l. 1. Con. Iouin. defendere Ioannem nũquam nuptiis illigatum.

13. *Præmatura liberalitas Virginis vinũ potentis prius quam deficeret.* Thom. Lyran.

Profectò præmatura Virginis erga homines liberalitas venit contemplanda; priusquã enim merum omninò defecisset succurrit. D. Thom. in Ioan *Virgo non distulit vsque ad extremam necessitatem; sed deficiẽte vino, id est, dum esset in deficiendo.* Et Lyranus, *Vinum non habẽt,* Virgo ait, *ad sufficientiam. Voluit enim preuenire totalem vini defectum, ne appareret confusio.* Proh Deiparentis munificentia! Nondum in necessitatis versamur discrimine, & intercedet, vt auertat hominum confusionem.

14. *Sponte sua potum quasi*

Quid quod sponte sua, nemine postulante, intercesserit? An fons rogata exhibet potum? Vltro emittit chrystallum. *quid de fonte pietatis*

(ait Bernard. serm. 1. de Nupt.) *procederet nisi pietas? Quid mirum, si pietatem exhibent viscera pietatis? Nonne qui pomum in manu tenuerit dimidia die, reliqua diei parte pomi seruabit odorẽ? Quantum igitur viscera illa virtus pietatis affecit, in quibus nouem mensibus requieuit?* Didicit à Filio haud rogata miseris subuenire. Et ser. 2. *Si piè à nobis Virgo fuerit pulsata, non deerit necessitati nostræ, quoniam misericors est, & Mater misericordiæ. Nam si compassa est verecundia illorum à quibus fuerat inuitata:* (& ob verecundiam non rogata) *multo magis compatietur nobis, si piè fuerit inuocata.* rogantem. Bern.

Virginis præterea prudentiam, & breuiloquium adnoto. Amanti enim tantummodo inouendum votum. *Vinum non habent.* Sic Lazari sorores. *Ecce quem amas, infirmatur.* Ioan. 11. Augustin. *Amanti enim tantummodo nunciãdum fuit.* Bernardus in 12. grad. superb. *Quàm breuiter, quam reuerenter Virgo suggessit, vnde piè fuit sollicita. Non frontosè accessit, non palam locuta est, priuatim potentem Filium adiit, non potentiam tentans, sed voluntatem explorans.* 15. *Prudentissima Maria breuiloquiũ.* Ioan. 11. Aug.

Humilitatem item Mariæ recolo. In cuius gratiam requiro, vndenam Deipara vini penuriam agnouerit? An ei indicata? Respondet Bonauentura lib. de vita Chris. Virginem mensæ non accubuisse, sed eorum gessisse curam, quæ ad Nuptias attinebãt. Id quod probat. *Quoniam ipsa vinum defecisse sensit, ipsa Filium precata est, eadem ministros admonuit, vt illius imperata facerent.* Curans igitur extra mensam alia conuiuis necessaria vini penuriam deprehendit. Quàm humiliter abiectis officiis mancipatur Regina? Cuncta tua manibus Mariæ appone: haud defectum patientur, ipsa mirabiliter dante operam incremẽtis. 16. *Humilitas Mariæ abiectis officiis curam impendens.* Bonau.

Cæterum cur Mulier ab Amantissimo appellatur? *Quid mihi & tibi est Mulier?* Plura Patres Tom. 1. in Euangelia Temporis exponenda. In præsenti respondeo mirum in modum huiusmodi vocabulo. Christum Matris gloriam expressisse. Epiphanius: *Sanctum erat corpus Mariæ, Virgo erat, ipsa Virgo & honorata, sed nõ ad adorationem Latriæ nobis data. Propterea Euãgelium munit nos dicens, quod ipse Dominus dixerit: Quid mihi & tibi est Mulier? Quo non putarent aliqui magis eximiam esse sanctam Virginem, Mulierem eam appellauit: velut prophetans, quæ futura essent in terra.* Tot Virginis mira, tanta priuilegia hominibus obiicientur, vt ni Dominus eam esse mulierem affirmasset, illam fortassè Deum haberemus Latriæ adoratione celebrandam. Quare Dominus futura præueniens, quando reuelatum est primo in miraculo Mariæ intercedẽtis imperium, illam esse mulierem ostentauit. 17. *Mulier appellatur, ne haberetur tanta Virgo Deus.* Epiph.

Quid referam horam miraculi anticipatam in Virginis postulantis obsequium? *Nondum venit* (ait Filius) *hora mea.* Chrysostomus. *Nondum venit hora, nondum cognitus sum præsentibus, nondum sciunt vinum deesse. Sine id primum intelligant, oportet indigentes rogent, vt miraculum vniuersis appareat.* At illico, matre rogante, effecit, quod differendum adiudicabat. Cyrillus pulchrè. *Quantus honor Mariæ debeatur, ostendet, cùm statim ad actum propter ipsam accedat, quem quantum in se erat, parumper distulisset.* Et Ambrosius ad Psal. 118. *Qui* 18. *Ob intercessionem Virginis hora miraculi edendi anticipata.* Chrysost. Cyril. Ambr.

horam suam venisse negabat, fecit, Maria rogante, *quod antea differebant*. Vt scilicet potentissimam esse Mariæ intercessionem manifestaret.

19. Quid Matris fidem, quid Filij erga illam celebrem obedientiam? Licet Dominus distulisse videretur actionem, tamen ministris illa ait: *Quodcunque dixerit vobis facite*. Bernardus de verb. Apoc. *Non desperauit Virgo, ministros admonens facere, quod Christus eis diceret*. Quare ô Virgo, tam confidenter hydrias aqua impleri imperasti? Quid si Filius votis non respondeat? Ambrosius in Psal. 118. *Mater, quæ Christi sciebat affectum, dicit ministris: Quodcunque dixerit vobis facite*. Nihil poterat Matri tantæ tantus Filius negare, ipsa Deipara conscia. Sibi ergo Maria persuasit ex notitia, quam de Filij erga se benignitate habebat, nil Filiū negaturum, quod ipsius precibus efflagitaretur. Hæc Iustini sententia, dum Filiū ad Matrem sic fantem introducit: *Si vis, ne eis vinum deficiat, dic ministris*. Ac si diceret. Quidquid à me ô Mater purissima petieris, exequar: quid enim tibi abnegare potero postulanti? Bernardus denique ser. 1. Dom. 1. post Epiphan. *Durior*, inquit, *fortasse, & austerior videri posset responsio Domini; sed nouerat ille, cui loqueretur; & quis loqueretur, illa non ignorabat. Denique vt sciat, quomodo responsum ipsum acceperit, aut quantū de Filij dignitate præsumpserit, ait: Quadixerit vobis, facite*.

Confidenter imperauit ministris, sciens Filiū ei haud posse quidquam abnegare. Bernard. Ambros. Iustin. Bernard.

IN MARIAM VIDVAM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS

Circa literam.

Ex Canæ Nuptiis.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba.

Quid mihi & tibi est Mulier?

Quàm gloriosè Maria à Filio Mulier appellatur.

Vbi ostendo non verborum sonum, sed loquentis attendendam mentem, ne iudicandi temerè adsit periculum.

20. TOLETVM præmitto & Dionysium Carthus. quorum hic, *Mulier, ait, non sonat durè secundum idioma Hebræum*. Ille autem, *Quare*, inquit, *Christus Mulieris vocabulo vsus sit, existimo causam fuisse consuetudinem, & loquendi modum eo tempore communem*. Quidnam durè sonaret, si potiùs quid insonat gloriosum ineffabili redundans suauitate?

Tolet. Carthu.

21. In primis igitur Maria appellatur Mulier, vt Christo Homini assimilaretur. Ferè semper Dominus sese Filium Hominis appellat, hoc est Hominem phrasi hebræa, & consequenter *factum ex Muliere*, interprete Paulo. Vt autem Maria Christo Homini ampliùs assimilari appareret, illam Mulierem Dominus non semel vocitauit. *Quid mihi, & tibi est Mulier? Mulier ecce Filius tuus*. Ecce Homo, ecce Mulier.

Mulier Maria Iesu Homini assimilatur.

22. Deinde recolenda Epiphanij sententia asserentis appellatam Mulierem, ne ab aliquibus Deum esse falsò putaretur. Porrò adeò Mariæ conspicuæ virtutes, vt hæretici Collyridiani illam diuinâ pollere natura professi fuissent. Quid si ex ore Dominico audientes esse matrem Dei, non simul mulierem esse audirent? Haud Deus mater mea est, sed eo ampliori digna admiratione, quòd mulieri puræ tam augusta adsit maiestas. *Quod non putarent aliqui* (ait Epiphanius illo hær. 79.) *magis eximiam esse Virginem, Mulierem eam appellauit, velut prophetans, quæ in terra futura esset hæresis Collyridianorum, qui Mariam pro Deo colebant*. Hoc igitur, quod in Commentariis innueram, confirmo ex Chrysostomo pulchrè profante. *Maria ministros ad Filium duxit, expectauit, & palam ministros accersiuit, vt à pluribus rogaretur*. Quare ipsa non dixit: *Implete hydrias aqua*, quæ dignouerat Filij voluntatē? D. Gaudentius Tract. 9. *Nunquam Virgo mandaret ministris: Quodcunque dixerit vobis facite: nisi Spiritu sancto post partum diuinum plena, non solùm responsionis Christi virtutem cognouisset: verùm etiam futuri ab eo tunc ex aqua vini vniuersum ordinem præuidisset. Quid enim lateret sapientia Matrem capacem Dei?* Si cognouit euentum, facilius dixisset: *Implete hydrias aqua*: quàm eos ad Filios remittens: *Quodcunque dixerit vobis facite*. Profectò curauit Virgo ministros adduci ad Saluatorem, vt à pluribus rogatus miraculū edidisse videretur. Ne scilicet videntes, Christum soli postulanti seu imperanti obedire Mariæ, sibi persuaderent potestatem in ipsam Diuinitatem exercere, ad quam solam pertinet miraculorum excitatio; ac proindè Mariam diuinitate pollere intelligerent.

Christus curat, ne Maria Diuina haberetur, & ipsa curauit hunc ablegari errorem. Epiph. Gaudent.

23. Præterea *Mulierem* appellando conuiuis ostendit haud subiici tunc Mariæ, quia Mater; sed quia sibi charissima ob eximias virtutes; Matri enim quo ad miraculi excitationem nō erat subiectus. Id confirmo ex Canticis, vbi Christus sponsus Mariam, cuius præconia celebrat, nunquam matrem adoocat, sed sororem sponsam, *soror mea sponsa*. Cur ita? Vt ostendam à Christo diligi non præcisè quia Mater, sed quia ob virtutes eximias sororis, dilectissimæque sponsæ nomine dignè fruitur. Sic mulier appellatur à Filio, quasi præcisè

Ostendit Iesus haud subiici tunc Mariæ, quia Mater, sed quia ob eximias virtutes sibi charissima Mulierum. Cant. 1.

sè ob virtutũ celsitudinẽ diligatur, honoretur. Elegáter Ghillermus Patuus. *Ideo vocatur sponsa, & soror, nõ Mater; ne putetur tanti pretij, quia sit Mater eius corporalis: cum spiritus sit, qui viuificat, caro non prosit quidquam. Et ideo maluit laudari vt Mater secũdum spiritũ, cũ huius cõparatione videatur illã non nosse secundum carnem dicens: Quid mihi, & tibi est mulier? Et aliàs dicẽti cuidam. Ecce Mater tua, respondit: Quæ est Mater mea? Vt intelligamus magis diligi, & maiorem fieri, quia est eius amica spiritualis.* Quid Augustinus? *Nihil materna propinquitas Mariæ profuisset, nisi felicius corde Christum, quam carne gestasset.* Christus ergo Mariam Mulierem appellauit, non Matrem, vt eum contemplemur, Christum circa miraculi editionem obedire Mariæ, non ideo præcisè id fieri, quia Mater est, sed quia sanctissima & dilectissima est Mulier, quolibet propinquitatis carnalis abstracto respectu.

Ghiller.

August.

24\. *Nec desunt*, (inquit Canisius lib. 4. cap. 20.) qui ad singularem Mariæ laudem referant, quod *nunquam nisi hoc nomine*: Mulier *vocauerit: idque præstantius esse putant, quam si* Virgo *tantum appellaretur. Quemadmodum enim Christus inter viros primatum tenet, ac viri nomen maximè promeretur: Sic Maria inter mulieres omnes principatum obtinens, Mulieris nomine meritò nuncupatur, cum sit rara illa Mulier, quam ardenti desiderio Salomon in spiritu quærebat, cum diceret: Mulierem fortem quis inueniet?* Prouerb. 31. Et adiicit Paulum ad Gal. 4. Matrem Filij Dei non nisi Mulierem vocare, ex qua factus ille, legique subiectus, *vt eos qui sub lege erant, redimeret.* Si enim à Muliere peccati omnis initium, & quasi malorum scaturigo defluxit: *Cur non Mulier quoque dicatur*, (cum Canisio loquor) *ac in primis honoretur, per quam gratia, & salutis æterna principium, & certum velut antidotum agris, adeòque perditis mortalibus donatum est.*

Vocat Mulierem, vt asserat eam Mulierem fortem Salomonis.
Canis.
Prou. 31.
Gal. 4.
Canis.

25\. Porro Christus in Cruce obiectus non repellens Matrem, aut obiurgans, sed pijssimè summo erga Matrem accensus affectu, cum curauit honorare Discipulum, ac simul eum maximo beneficio onerare: cùm orbatam dulcissimo & vnico Filio vtpote Filio Dei, afficere consolatione intendit: dulcissimam Matrẽ Mulierem appellauit: *Mulier Ecce filius tuus.* Ioan. 19. Ac si diceret; meam Matrem dulcissimam Ioãnes charissimus adoptatus filius accipiet in parentem. An in Canâ Nuptiis hoc Mulieris vocabulum seuerius insonat, quod in Caluariæ monte pietate videtur redundare?

Tam suaue resonat nomẽ Mulieris in Cana, quam in Cruce.
Ioan. 19.

26\. Quid si non appellauit Matrem, sed Mulierem, ne Christi Diuinitas priùs quàm hora accederet, quia ex editione miraculi omnipotentiæ ostentaretur, per eximias Matris virtutes reseraretur. Nam si diceret: *Quid mihi & tibi est Mater?* tunc illis veniret in memoriam, fœminam tanto virtutum splendore conspicuam illam proculdubio esse, quam ex Propheta Virginem acceperant parituram. Eum certè Maria præseferebat virgineæ puritatis candorem, vt omnes sibi persuaderent ipsam non nisi virginem parere potuisse; quo quidem Messiæ Diuinitas antè manifestationis horam reseraretur. *Quid mihi, & tibi est Mulier? Nondum venit hora mea.* Mulierem vocat, quasi dissimulans ex Maria natum; quia nondum hora manifestandæ Diuinitatis accesserat; quæ planè reseraretur ante tempus, si Matris vocabulo Mariam honorasset. Nec auderem sic excogitatione ludere nisi tam magnum nactus patronum fuissem. Magnus enim Albertus in cap. 2. Ioannis *Nõ hoc Christus ex ira dixit, vt quidam malè sentiunt: vel ex indignatione, vel ex contemptu, vt hæretici dixerunt; sed humillimus noluit detegere Virginitatẽ Matris* (quippe quæ solo Matris vocabulo ob Mariæ excellentiam detegeretur) ne per hoc gloriosus in conspectu hominum appareret, antequam per miracula manifestaretur. Nam Filius tantæ fœminæ quisnam poterat esse nisi Deus?

Si appellasset Matrem, Christi diuinitas ante horam reuelaretur ex Virginis magnalib.
Albert.

27\. Cæterùm ad eruditionem nostram, si Christus austerius videtur respondisse (quod abnego) ideo effectum assererem, vt edoceret nos haud nimium carnali affici propinquitate Rikelius lib. 3. de Laudib. Virg. audiendus. *A Filio increpata videtur, quippe cui dictum est: Mulier. Veruntamen reuerà increpata non est, quippe quæ ab omni redargutionis causa immunis extitit. Nam si culpabilis erat, cur tum promptè ei Filius acquieuit? Etenim irrationabili preci non assentiri par est. Veruntamen ad eius instantiam Author naturæ eius certè Filius vinum produxit. Quod autem in his austerius ei Filius virtus virgin. & sapientia Patris respondisse videtur, propter nos fecit, erudiens, ne parentibus carnaliter nimis afficiamur. Denique & ipsa secretissimorum Vnigeniti sui consiliorum conscia loquentis mentem magis, quam verba cognouit, atque ob id Nuptiarum magistris, Quidquid, inquit, dixerit vobis facite: optime sciens sanctissima, quia omne, quod ipsa monuerit, ille repentè impleret.*

Mulier appellatur ad eruditionem, ne parentibus carnaliter nimis afficiamur.
Rikeli.

28\. Profectò Richardus Laurent. lib. 4. ex D. Maximo egregiam innuit excogitationem. *Et fortè*, sicut dixit B. Maximus, quia Mater carnalis poculi defectum suggerebat Filio, qui venerat totius Orbis gentibus nouum salutis æternæ calicem propinare: dixit *Mulier*, & nõ *Mater. Quod* enim petebat Mater erat gratiæ temporalis; sed quod Christus *parabat, gaudij sempiterni* Ac si diceret, appellatam Mariã non Matrem, sed Mulierem ideò, quia Matrem Dei Mariam augustior decebat donario. Parum postulas ô Virgo, si Matris titulus obiiciatur; hæc petitio temporalium rerum Mulieris est, Matris autem spiritualium, æternorum postulatio; præparo enim ob gratiam tui hominibus potum æternum exhibere; de quo inferiùs.

Non appellatur Mater, quia huic nomini debebatur spirituale poculum; parum enim erat, conferrẽ materiale.
Richard. Laurent.

29\. Denique idem Richardus varias congerit nominis Mulieris in præsenti interpretationes. *Ratione sexûs* (ait eodem lib. 4.) *dicitur B. Virgo Mulier. Dicitur etiam Mulier propter fœcunditatem. Item propter debitam Christo subiectionem. Vel Mulier dicitur quasi emolliens herum, id est Christum.* Quonammodo emollierit Dominum? Respondet inferiùs: *Emolliuit Maria Filium Dei, qui quasi durus erat antequam incarnaretur, quia offensus humano generi propter peccatum Adæ. Vnde quasi iratus omne genus humanum trudebat in infernum. Vnde Iob. 30. in persona generis humani: In duritia manus tua aduersaris mihi: Virgo autem ipsum factum hominem*

Mulier vocatur, quia Deum emolliuit humano generi.
Richard.

emollinit, & placauit, & genus humanum ei reconciliauit. Vnde & in partu eius cantatum est ab Angelis: In terra pax hominibus bona voluntatis. Propter hoc (adiicit pulchrè) *etiam ipse Christus in Euangelio crebrius se appellat Filium hominis, quam Filium Dei, quia emolliens est per eam. Aliter in tantum emollinit Dominū &, adhuc emollit meritis, & precibus suis, vt nunc maiora peccata patienter toleret, qui quondam minora durissime vindicabat.* Mentem verborum pondera, non sonum, ne temerè assurgas in iudicium. Quis non crederet Mariam dura à Iesu increpatione affectam, si sonus solummodò vocabuli perpēderetur? Vnde ipsa Virgo magistra, *loquentis mentem* (vti aiebat Rikelius) *magis, quam verba cognouit.*

OBSERVATIO II.

Ad illa verba,

Vinum non habent.

Christus curat ex Virginis intercessione hominibus Eucharisticum Calicem exhiberi.

Vbi innuimus ad dignam Eucharistiæ sumptionem animum disponendum mandatorum obseruatione.

30. NONNVLLI Interpretes illa aquæ in vinum conuersione adumbratam fuisse ineffabilem vini aqua permixti in Christi sanguinem transsubstantiationem.
Maxim. Sic Maximus & alij. Hoc vinum pretiosissimum virgines germinans ab illa expressum
Ioan. 1. vite, quę ait: *Ego sum vitis vera.* Ioan. 15. Christi videlicet, qui *lauabit in vino stolam suam, &*
Gen. 49. *in sanguine vuæ pallium suum.* Gen. 49. cuius *calix inebrians præclarus*, Quod quidem merū in Nuptiis Agni non deficiet Ecclesiæ, nec vnquam suggeretur; *Vinum non habent*, Hic
Maxim. igitur (authore Maximo) *calestis poculi prelibatum est sacramentum.*

31. Mariæ igitur intercessione tantum munus
Curauit Iesus mundum Mariæ debere tantū miraculi effectionem. hominibus Christus curauit exhiberi. Vnde Matri petenti aquæ in vinum mutationem, Dominus inquit: *Quid mihi & tibi est mulier?* Hæc exigua petitio Mulieris est, non Matris, Matri enim conuersio vini in sanguinem Sal-
Richard. Laurent. uatoris debebatur, Recolo Richardi sententiam lib. 4. *Et fortè Mulier appellatur, sicut dicit B. Maximus, quia Mater defectum poculi materialis suggerebat Filio, qui venerat totius Orbis gentibus nouum Calicē salutis propinare.* Pende illud: *Quia Mater defectum poculi materialis &c.* Quid Matri cum exiguo miraculo? matris meæ precibus volo mundum debere tanti miraculi effectionem, tanti calicis propinationem. Sic ille.

32. Ego equidem assero Virginem non solùm in præsenti aquæ in vinum mutationem postulasse, sed & mirabiliorem meri in sanguinē conuersionem. Ideo Dominus addidit: *Nondum venit hora mea.* Hora scilicet conuersionis meri in meum sanguinem, de qua Ioannes: *Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc Mundo, &c.* Tunc vtique Eucharistiæ institutum mysterium, poculum Eucharistiæ propinatum.
Postulabat Maria mirabilem vini in sanguinē Iesu conuersionem.

Clamat Deiparens. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Cant. 2. Me propinationis ministram effecit. Gustaui apud vinariam cellam vinum incorruptionis animarum, scilicet salutarem sanguinem Iesu. Vnde aquaticæ mūdi infirmitati ac corruptioni porrigendum curaui. Nondum venerat hora, sed promisit Filius opportuno tempore hoc pretiosissimum merum propinandum hominibus. Bellè Rupertus. *indicauit namque Maria, quod in toto Mundo defecisset vinum incorruptionis animarum, & immortalitatis corporum* (quod quidem Eucharistia est; quia, *qui manducat hunc panem viuet in æternum.*) *Tunc illi Filium respondisse: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea, Et his verbis se introductam à Filio in cellam vinariam. Quia eam intelligere sic fecit, se ad hoc venisse, vt humani generis aquaticam infirmitatem in suum vinum* (hoc est in suum sanguinem) *in suæque immortalitatis conuerteret fortitudinem.* Quæ quidem per Eucharistiam præparata immortalitas Mariæ precibus hominibus propinanda erat. 33.
Petit Deipara Eucharistia in corruptionem mundo corrupta.
Cant. 2.
Rupert.

Debeamus ergo Mariæ panis huiusce cibari dulcedine, calicis suauissimi nectare potari, ipso Iesu fante. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon.* Cant. 3. Ferculum quidem & currum, & mēsam conuiualem significat. Mensam accipio cum Honorio. *Christus* (ait ille) *Rex pacificus fecit sibi ferculum, lectum conuiualem Virginem elegit. In qua vt in lecto recubuit ipse positus ad conuiuium. Quia fideles de carne eius opulantur, quam de Virgine sumpsit.* An extra mensam cibus porrigitur? minimè. Filij enim *in circuitu mensa tua* ô Domine, canes autem micas à mensa excidentes abripiunt. Qui ergò filius, qui digne absumit, mensæ hæresc it, per manus Virginis matris panem accepturus. 34.
Maria Mensa Eucharisticum conuiuium nobis exponens.
Cant. 3.
Honor.

Annon mensa illa sapientiæ, de qua Prouer. 9. *Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam.* Ad quæ Epiphanius ser. de laudi. Virg. *Ipsa est fides Mensa intellectualis, qua Mundo panem vitæ suppeditauit.* Neque enim satis Domino victimas immolâsse, ac vinum hominibus miscuisse, nisi & vtrumque nobis in mariana mensa exhibuisset. De qua Andreas Cret. hom. de dorm. Mar. *Nos ad hoc spirituale conuiuium conuocat quæ est Verbi Mater; proponuntur autem hæ vera ac mystica epulæ,* illæ quidem de qua Dominus: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Alij apud Maldon. *Verus est cibus, verus est potus.* 35.
Mensa sapientia Maria, vbi opula Eucharistica.
Prou. 9.
Andreas. Creten.

Confirmo ex Petro Damian. ser. de Nat. Virg. fante. *Perpendite, quam debitores sumus huic beatissimæ Dei genitrici, quantásque illi post Dominū de nostra salute gratias agere debemus. Si quidē corpus Christi absque vlla dubitate nunc de sacro Altari percipimus, & eius sanguinem in sacramentum nostra redemptionis haurimus.* Cur 36.
Debemus Mariæ Eucharistiam.
Damian.

gratiæ

gratiæ agendæ sunt Virgini, cur eius debitores esse asserimus, si Christi carne exsatiamur, potamur sanguine? An Mariæ sacramentum? Illud pende: *Si quidem corpus Christi absque vlla dubietate ac sacro Altari percipimus.* Noone Altare Maria? An non Mensa, vbi nobis hoc epulum exhibetur? Gratiæ igitur post prandium super Mensam à fidelibus proferantur. *Quam debitores sumus huic beatissima Deigenitrici!*

37. *Qui Christi carnem manducat, Mariæ carnem absumere videtur.* Prou.9.

Aliter expendo Damiani testimonium. Debitores sumus Mariæ cùm Christum in Eucharistia absumimus, quia cum Christus & Maria vna caro sint, qui Christi carnem manducat, Mariæ carnem videtur edere. Aristoteles Ethic.5. c.4. *Est filius pars ipsius matris;* & ideo Maria illud Filij potest proferre: *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum.* Prou.9. Beatissimus meus Parens Ignatius piè meditabatur Filium & Matrem vnica carne, & sanguine eodem existere. Vnde videbatur sibi in Eucharistia non solùm Christi, sed & Mariæ carne ac sanguine refici. Hinc fieri aiebat, vt quicumque dignè corpore ac sanguine Domini satiaretur, non solùm in vnam cũ Christo carnem coalesceret, sed etiam in vnã eum Mariæ carnem commigraret. Quid si ad hæc sacerdote Christo illa proferente verba: *Hoc est corpus meum,* simul quodammodo sacerdos Maria proferat sententiam eandem? Allicio ad hanc excogitationem Epiphanium ser. de Laud. Virg. *Virginem appello velut sacerdotem pariter & Altare. Quæquidem Mensam ferens, dedit nobis cælestem panem in remissionem peccatorum.*

Epiph.

38. *Num Maria Eucharistici operis inuentrix?* Thom.

Liceat mihi asserere Mariam quodammodo fuisse inuentricem huiusce sacramenti, vel saltem Christo imaginem exhibuisse tanti mysterij. Profectò Incarnatio Eucharistiæ extitit simulacrum. D. Thomas Opusc. de sacram. Altaris, cap.13. *Quomodo fiet hoc, ait Virgo, quoniam virum non cognosco? Respondit autem Angelus, Spiritus sanctus superueniet in te, & ipse faciet. Et tu quæris, Quomodo panis fiat Corpus Christi? Et ego dico tibi: Spiritus sanctus superuenit, & virtus Altissimi obumbrat, & quod ibi conficitur sub panis speciebus, est Corpus Christi.* Nec mirum Eucharistiæ mysterium Incarnationis mysterio explicari, si Maria concipiens Dominum Eucharistiæ exposuit imaginem. Clithouæus ser. de Visit. tradit Ioannem Baptistam modum indixisse, quo Dominus in Eucharistia contectus, colendus, ac celebrandus esset. Tunc nimirum cùm in matris suæ aluo exilijt coram Saluatore in Virginis vtero obuelato. Adijcit Doctor Christum in vtero Mariæ clausum sui ipsius sub speciebus sacramentalibus operiendi imaginem detulisse, didicisseque quodammodo, quemadmodum sub Eucharistiæ velamine postea delitesceret.

39. *Adscribenda Mariæ ministerio dispositio ad dignam Eucharistiæ sumptionem.*

Si Mariæ adscribenda Eucharistiæ donatio, inuenio: cur non & ad ipsam conueniens præparatio? Profectò præparationis ad Eucharisticum conuiuium nos Deipara normam edocuit. *Quodcumque,* ait, *dixerit vobis facite.* Hoc est, vt vino illo ardentissimo potemini, Dei præceptis obsequendis operam impendite. Quidnam præstandum? Eua comedens de cibo vetito præceptum Domini violauit. Nos ex Mariæ consilio à prohibito cibo præceptis parentes ieiunemus, vt vitali cibo valeamus saginari. Nyssenus de vita Moysi. *Huius Corporis panem non aratio, non satio, non agricolarum opus efficit; sed terra intacta permansit, & tamen plena pane fuit, quo famescentes, mysterium Virginis perdocti satiantur.* Mysterium Virginis aptè appellauit Eucharistiam, quam ex Virgine accepimus vti asserit Bernardus ser. 4. super *Salue. Hoc à te, & per te speramus ô Domina, vinum, & panem: vinum quod lætificat cor hominis, & panem qui confirmat cor hominis. Tu mensa propositionis duodecim panum.* Famescentes igitur satiantur ex monito Mariæ, non saturi ex Euæ transgressione. Petrus Dami. ser. de Nat. *Cibum Eua tradidit, per quem nos æterni conuiuij fame mulctauit.* Quia præceptum violantes à ligni vitalis cecidimus spe. *Cibũ Maria dedit, qui nobis cælestis conuiuij aditum patefecit.* Cibum scilicet, id est, doctrinam Eucharistico conuiuio præuiam, nempe præceptorum impletionem, vt aiebat Andreas Cretensis. Maria enim mensa Eucharistica apprimè appellatur, ac simul mensa mysticæ alimoniæ, hoc est Euangelicæ doctrinæ ad dignam animi dispositionem.

Nyssen.

Bernard.

Dam.

Observatio III.

Ad illa verba.

Vinum non habent.

Ex Nuptiis Canæ Deiparæ munificentissimam misericordiã laudibus effero.

Vbi colligo nobis sæpe delinquentibus misericordiam Mariæ, quæ in morem fontis non exhauritur, esse necessariam.

40. DEIPARÆ ineffabilem erga homines munificentiam collegi ex immatura apud Cana intercessione. Nec enim defecerat vinum, & iam quasi omninò defecisset, admonuit: *Vinum non habent.* Non vocata Maria, haud instante periculo, succurrit peccatoribus.

41. *Quam facilis salus per Mariam?* Prou.8.

Ideo Deiparens *fons hortorum* appellatur; quia sponte cunctis aquam profundit. *Qui me inuenerit,* inquit, *inueniet vitam, & hauriet salutem.* Prou.8. Quàm gratis obuenit illa salus! *Et hauriet*, os vtique si fonti admoueas ebullienti. *Os aperui, & attraxi spiritum.* Psal. 118. Tantummodo ore aperto sitim cordis ostendi, & tunc ex fonte misericordiæ Mariæ spiritum, & vitam attraxi. Quid facilius quam os fonti admouere? Certè aures intendere, nec enim aperiuntur, nec admouentur. Auribus igitur excipe à Maria salutem, si os admouere fonti, & aperire non tam facile sit. *Vt facta est* (inquit Elisabeth) *vox salutationis*

Psal.118.

tionis tuæ in auribus meis, exultauit infans. Luc. 2. Vbi Abbas Guarricus ser. 1. de Ioan. *Vox Mariæ dum auribus Elisabeth sonat, ad cor Ioannis penetrat, spiritum eius animat, gaudióque salutari vegetat.* O quàm facilè ex Maria cælestibus bonis donamur, quia vltrò ministrat.

Luc. 2. Guarri.

42. Mariam ideo Thesaurum quidem appellato, sed nullo labore aut requirendum, aut manifestandum. *In me* (clamat ipsa) *gratia omnis vitæ, & veritatis, in me omnis spes vitæ, & virtutis; qui elucidant me vitam æternam habebunt.* Eccl. 24. Gratia omnis vitæ, & veritatis, omnis spes vitæ & virtutis cælestem hunc Thesaurum replent. An labore ingenti reserandus? *Qui elucidant me, habebunt.* Adi solummodo Mariam, quæquidem solem Iesum gestans cuncta penetrat homines vitâ cælesti donatura. Audi Mariani Thesauri gazas ex ore Cyrilli hom. 6. cont. Nest. tom. 4. *Deipara pretiosus totius Orbis Thesaurus.* Quid continet. Lampas illa *inextinguibilis, corona virginitatis, sceptrum rectæ doctrinæ. Per quam sancta Trinitas per vniuersum Orbem glorificatur, per quam cælum exultat, per quam Angeli, & Archangeli lætantur, per quam dæmones fugantur, per quam prolapsum plasma in cælum recipitur, per quam vniuersa creatura idolorum vesania detenta ad cognitionem veritatis venit; per quam oleum est exultationis, per quam per totum Orbem fundata sunt Ecclesiæ; per quam gentes ducuntur ad pœnitentiam.* Thesauri gloriam vidisti, cunctósque & Angelos & homines eius diuitiis obæratos. Rogas, num difficilis cunctis ex Thesauro accipientibus eius inquisitio & elaboratio? Adiicit Doctor. *Per quam Vnigenitus Dei Filius his, qui in tenebris sedebant, lux resplenduit.* Elucidas Mariam Solem mundi gestantem, & mox sine labore, imo sine expectatione vltrò Sol præcordia penetrat, ac vitali lumine complet.

Thesaurus Mariæ cunctorum bonorum, nullo labore reperitur. Eccl. 24. Cyrill.

43. Si igitur non vocata, aut requisita tam egentibus salutaris: quid requisita speciali præstabit studio? Aiebat Bernardus ser. 2. de Aduen. *Studeamus ad Deum per Virginem ascendere, qui per ipsam ad nos descendit. Studeamus per eam venire in gratiam ipsius, qui per eam in nostram miseriam venit.* Ac si diceret: Speciali studio ac diligentia adhibita, curemus inuenire Thesaurum, per Mariamque ad Deum auolare; si quidem per ipsam non quæsitam, non rogatam Christus ad nos descendit, *miseriam* corruptibilitatis incorruptibilis sanguinis mero curaturus. Nam si non rogata tam munifica extitit: quid si enixè fuerit requisita? *Per te igitur* (adiicit) *accessum habeamus ad Filium ô inuentrix gratiæ, vt per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis.* Si tam salutaris nobis per Virginem Christus vltrò datus est; quàm redundans vita ac gloria per speciale in Virginem studium acquiretur?

Si non requisita tam munifica Maria quid exorata? Bernard.

44. Profectò vinum petens hominibus propriæ ebrietatis diuini amoris ac in nos charitatis exhibuit documentum. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Cant. 2. Tunc contemplor in cellam vini introductam Deiparam, quum coniuiis vinum postulauit. An amore hominum ebriam appellare audeã? Hieronymus, *Mariam totam incendit amor, ita vt in ea esset amor continuus, & ebrietas perfusi amoris.* Ebria igitur ipsa charissimos inebriari inuitat. *Bibite amici & inebriamini charissimi.* Quàm bellè Bernardus ser. 4. in *Salue. O Domina, ostende faciem tuam, sonet vox tua in auribus nostris, quia vox tua dulcis, & facies tua decora. Vocem tuam audiuimus in Euangelio: Vinum non habent. Necessaria nobis est vox, defecit vinum in cadis nostris, vinum scilicet lætificans cor hominis; vinum quærimus, quod germinat virgines; harum pincerna tu, vexillifera tu. Calix in manu tua vini meri, in manu tua in potestate tua vini meri amoris diuini. Dic pro nobis Filio: Vinum non habent. Calix huius vini inebrians quam præclarum est! hoc lætificat cor hominis, hoc à te, & per te speramus.*

Amoris ebria Maria omnibus calicem propinauit. Cant. 2. Hieron. Bernard.

45. Non excidat aquæ in vinum mutatæ ex precibus Deiparæ mysterium; innuit enim per Mariam aquam iudicij in misericordiæ merum esse conuersam. Quam allegoriam locus ille Geneseos confirmabit: *Reuersi sunt, & venerunt ad fontem Misphat, ipsa est Cades, & percusserunt omnem regionem* Amalecitharum. Gen. 14. Pro *fontem Misphat* hebraicè *El ghenmisphat.* id est, *ad fontem iudicij.* Assyrij enim peccatores omnia ferro ignéque vastantes necessariò diuinæ indignationis ac iudicij aqua compotantur. At ipsa est Cades, vbi Maria *quasi palma exaltata* prædicatur; quia iuxta fontem iudicij vndas illas amaritudine plenas in vinum misericordiæ commutauit. Sonant profectò illa verba: *Elghen misphat ad oculum iudicij.* Deus olim terribilibus oculis instar flammarum peccatores aspiciens, iam Mariæ misericordibus luminibus intendens necessariò iudicij fons in vinum misericordiæ mutatur. Anselmus lib. de Deip. cap. 4. *Cum fonte misericordiæ oculus quo nos Virgo beatissima intuetur, rectè coniungitur.* Quid oculus iudicij non vertatur in misericordiæ lumen, si Maria Deum emolliens intuetur, aut homines beneuolè semper aspiciat? *Quoniam insita sibi* (cum eodem Patre loquor cap. 2.) *ô Virgo, pietatis oculo super multos mei similes scio te respexisse. aliquo scilicet dignitati tuæ non digno meæ deuotionis obsequio velim agere erga se. Quatenus ipso consueta misericordiæ tuo oculo digneris me respicere.* En iudicij aquaticus respectus Mundum olim obruens, oculis Virginis intuentibus, in merum misericordiæ commutatus.

Aqua iudicij per Mariam mutata in misericordiæ merum. Gen. 14. Ansel.

46. Introducta tum planè Maria in cellam vinariam plena egreditur mero non sibi solùm sed & omnibus. Ideo ait: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Cant. 2. In me quidem *ordinauit*, vt priùs impleret, mox vbera dulcedinis vino plena cunctis largiretur. Vnde clamamus *Exultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorum* super vinũ Cant. 1. Quomodo enim conuiuæ tam dulci liquore propinato non lætarentur. Bernardus ser. 83. in Cant. *Sola videor introducta?* Maria ait, *sed soli vinum non proderit; vestrum omnium est meus profectus, vobiscum partiber. Idipsum probè intellexerunt adolescentulæ cum dicebant: Exultabimus & lætabimur in te, scientes te plenis ad nos reuersuram vberibus.* Quam suauia vbera Mariæ à cella vinaria egredientis? An super vinum? Idem Bernardus super *Salue. Internæ suauitatis*

Introducta sola Maria in cellam vinariam omnibus vbera plena vino exhibet, vnde omnium lætantur. Cant. 1. Bernard.

suauitatis gustus ac dulcedo est, & manna absconditum Maria, cui comparatum omne dulce, amarum; omne iucundum, triste. Num medicaminis vinum stillatur? In morem fontis diffluit, hydriæ replentur. Hieronymus in Psal. 132. *O Domina mundi, tu unguenti habuisti fontem, cæteri stillas habuerunt.* (Hieron.)

47. (*Cuncta Mariæ munera in morem liquoris effluunt.* Cant. 4.) Cuncta Mariæ munera instar liquoris copiosè rigatu effluût. *Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Cant. 4. Aquaticus frigidus Aquilo ablegatur, vt in morem vini Auster hortū misericordiæ Marianæ flueat, & aromata fluant. Quid cum fluxu aromatibus? Annon fluere proprium est liquoris? Deiparæ misericordia nunquam non in morem aquæ, seu vini Nuptiarum, fluit, vt cuncti conuiuæ empotentur. Hailgrinus Cardinal. *Fluunt aromata ad remedia beneficiorum, quæ abundanter, & indeficienter* (sicut perennis fons) *a Deipara ad infirmos defluunt sitientes.* (Hailgri.)

48. (*Nunquam non hydria sitientibus in Maria humeris præparata.* Gen. 24.) Hydriæ implentur liquore, vt Maria cunctos valeat sitientes potare. Accedite quicunque siti torquemini, hydria Deiparæ humeris portatur. Olim Abrahæ famulus nactus Rebeccam ait, *Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua.* Gen. 24. Non pauxillum aquæ, sed multum meri, haud de hydria, sed de hydriis, imo de puteo licet ex Maria petas & tibi & camelis. Ambrosius. *Samaritana venit ad fontem, sed non descendit; puteus enim ei videbatur altus, neque impleuit hydriam. Hæc sola* (id est vera Rebecca Maria) *descendit, hæc sola cognouit fontem verum, hoc est, non aquæ, sed vitæ æternæ, sicut scriptum est: Quoniam apud te est fons vitæ. Ideo habuit, quod daret sitientibus, habuit vnde non solum puerum, sed etiā camelos adaquaret, quæ non solum iustos rigare consueuit, sed etiam peccatores replere. Hæc habens super humerum hydriam quæ lauat actus humanum.* (Ambros.)

49. (*Omnibus Maria apud Nuptias præbet hospitium, conuiuium exhibet.* Iudic. 11.) Nam & camelis. Quam cunctis Deiparæ misericordia communicatur! Omnes ad conuiuium admittuntur Nuptiarum. *Erat enim Mater Iesu ibi*, vt ait Bonauentura, vt ipsa inuitatos exciperet, cunctisque ministraret. *Fuit Iephte vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis* Iudic. 11. Aliter, *Filius mulieris hospitatricis.* Vbi Lyranus, Christus Dominus noster tantæ est fortitudinis, quòd portet omnia verbo virtutis suæ: & bene dicitur filius mulieris hospitatricis, quia Maria Mater eius ex plenitudine suæ pietatis recipit omnes ad eam *debitè recurrentes in hospitium suæ misericordiæ.* Omnes quidem recipit accedentes; quia *Oliua speciosa in campis*, si molestum tibi ad hospitium recurrere. Eccli. 24. Adamus de Perseuia. *Si Virginem nostram oliuam* diximus, erit oleum partus eius. Virgo sanè nostra est oliua speciosa in campis, quia gratia eius & misericordia omnibus est communis. (Eccli. 24. Adamus.)

50. (*Ad eundem Christus sugens vbera Matris, vt misereatur.*) Quòd si verba illa: *Nondum venit hora mea*, durum quid hominibus insonant, mox postquam Maria intercessit, Iesum aspicimus adeo emollitum, vt merum omnibus propinarit. Vndenam tanta pietas peccatori? suxit planè Dominus vbera Mariana, lactéque illo potatus non potuit non cunctis calicem propinare. Hinc satius peccatori Iesum vbera Mariana sugentem adire. *Quis mihi te det fratrem meum sugentem vbera Matris meæ vt inueniam te.* Cant. 8. Si frater est, nunquam non fratribus misericors. Frater erat apud Nuptias, nec tamen ad vini exhibitionem præparabatur, donec Matris nostræ vberibus potaretur. Sugat igitur vbera Mariana, & tunc accedam. Rupertus. *Si Abraham pater & Sara Mater gentium rectè dicitur & est propter fidem: quanto magis tu, ô fidelissima fidelium Mater es omnium nostrum? Cuius ergo Matris meæ nisi Virginis Mariæ? Quis mihi te det vt inueniam sugentem vbera Matris meæ?* (Cant. 8. Rupert.)

Post conuiuium Nuptiarum Mariæ ipsum parantis, apponentis, fontē misericordiæ propinantis gratias perago cum Bernardo profante ser. 4. de Assump. *Nos seruuli sui cæteris virtutibus congaudemus tibi, sed in misericordia nobis ipsis. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur; sed misericordia miseris sapit dulciùs, misericordiam amplectimur chariùs, recordamur sæpiùs, crebriùs inuocamus. Hæc est enim, quæ totius Mundi reparationem obtinuit. Ad hunc igitur fontem sitibunda properet anima nostra.* Hinc precor elicias, quam necessaria sit peccatoribus sæpe delinquentibus misericordia illa, quæ in morem fontis perennis nunquam exhauriatur. 51. (*Qui potamus ex mero misericordiæ, Virgini reddo gratias.* Bernard.)

Observatio IV.

Ad illa verba,

Vinum non habent.

Potentissimam Mariæ intercessionem confirmo.

Innuens, ineptè intercessoris munus obire, qui eleuandis manibus non præfert puritatem.

Potentissimam planè apud Cana Virginis sese ostendit intercessio, si nondum accedente hora miraculi edendi, quodammodo inuerso diuinæ dispositionis ordine, vinum effluxit, in nostræ infirmitatis robur potentissimum. Profectò inde colligo intercessionis vim, quod non omninò Maria suam verbis expressis petitionem aperuit, sed tantùm insinuatione vsa, inquit: *Vinum non habent.* At Dominus cognoscens Virginis affectum, edendo miraculo operam impendit. Sic olim Sponsa. *Soror nostra parua est, & vbera non habet.* Cant. 8. Mariæ pro infirma Ecclesia deprecanti dat hæc verba Ghuillermus. *Cur ô Virgo non apertè tuam exprimis petitionem dicens: Paruulæ sorori Ecclesiæ ô Domine, præsidium exhibeas?* Profectò Filius id exequetur, licet Mater solummodo insinuet petitionem; quia vel insinuatio Mariæ potentissima planè. Audi Ghillelmum appositè profantem ex ore Dominico. *More tuo facies ô pia Mater, simpliciter suggerens,* 52. 53. (*Solum innuit Maria à Domino impetrat magna peccatoribus.* Cant. 8. Ghillel.)

ris, cùm hæc dixis; sed hæc tua suggestio petitionem redolet. Vt cum ego & tu pariter recumberemus in Nuptiis, deficiente vino simpliciter mihi suggessisti dicens: Vinum non habent; & nihil addidisti. Ego autem sciebam, quid sibi vellet ista suggestio; sciebam, quod peteres vinum conuiuantibus fieri: & in hoc facto Diuinitatis meæ potentiam declarari. Feci quod volebas; nam conuertendo aquam in vinum, & lætificans conuiuas, & manifestans gloriam meam. Sic etiam nunc simpliciter suggeris sororem nostram paruam esse, & vbera non habere. Sed video, quid sibi velit hæc suggestio tua. Vis enim, & petis, vt eam per merita tua habeam excusatam, & ignoscam ei, quod nondum euacuauit quæ erant paruulæ; sed adhuc loquitur, sapitque vt paruula. Ecce facio, quod petis; ignosco ei, super hoc interuenientibus meritis tuis. Et adiicit, *Sed video, quod hoc solo contenta non sis, video quid amplius velis, ipsam scilicet grandescere, quousque vbera habeat. Pete, quod vis, dic expressè quid velis. Quid faciemus sorori nostræ? Quid vis, vt faciamus? Ecce in voluntate tua pono, quid faciam ei. Quid ergo faciemus ego & tu sorori nostræ? Ego per authoritatem, tu per interuentionem: ego diuinè operando, tu cooperando?* Quid illustrius? Non solùm Maria peccatoribus veniam, sed & cælestium bonorum impetrat abundantiam.

54. *Cuncta hominum difficilia pia desideria explebuntur, Maria intercedente.* Gen.2. Bernard.

Pete ergo quod vis. Quid Virgo postulabit? Quidquid fideliter peccatores experientur. Difficilia experunt Cuncta Maria intercedente facilia reputantur. *Producit Dominus Deus de humo omne lignum, lignum etiam vitæ in medio paradisi.* Gen.2. Vbi Bernardus ser. de tribus ordin. *Ligna sunt omnes iusti, qui plantati in medio Ecclesiæ temporalis facere debent fructū vitæ. At in medio Ecclesiæ paradiso, Virgo Mater est, vt centrum, quò Angelorum atque hominum tum oculi, tum desideria, amoresque diriguntur.* Angelorum hominúmque desideria ac amores diriguntur in Virginem? Quàm difficilis satisfactio, siquidem Angeli altè cupiunt, homines quasi impossibiliter quandóque amabunt. Profectò difficillima desideria, ac penè impossibiles amores explebuntur Mariâ intercedente. Nam cùm arbor sit vitalis, seu vita fidelium, cunctis spiritum vitæ largietur desideriis. *Virgo* (inquit Germanus) *spiritus, & vita Christianorum est.* Contemplare Deiparam apud Nuptias vitam fidelibus germinantem, quia locum irriguum Iesu sanguinis sibi elegit, vbi simul fideles suâ intercessione vitâ donantur. *Videat quisque* (adiicit Bernardus) *vt eligat sibi locum hunc irriguum, in quo fructificans proferat in tempore suo vitæ fructum. Qui iuxta fluenta radicatus fuerit, per menses singulos faciet fructum.* Vndenam tanta hominibus vbertas? petit Deipara, nec reclamante Domino: *Quid mihi & tibi est Mulier?* à prece desistit, sed admonet: *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Vnde Germanus, *Maria maternam apud Filium suum fiduciam habet, & patientiam, ad interpellandum pro nobis.*

German.

Bernard.

German.

55. *Maria Deo obiecta mox illum emollit.*

Vndenam tam subita hominibus ante horam vini elargitio, nisi quia Maria Deo obiecta ita diuina præcordia emollit, vt non vix se possit cælestis munificentia continere. Columbam olim ramum oliuæ præferentem Deiparæ typum gessisse volunt Eucherius, Rupertus & Beda. *Columba Maria est nitida, pura, mitissima, qualis decebat miseros Euæ filios.* Quodnam columbæ ministerium? Nonne hominibus indicere diluuij ablegationem? Certè miseros Euæ filios augustius decebat ministerium. Nam columba Maria non solùm diluuij nos monet ablegationem, sed & intercessione suâ facit ablegari. Deo quippe sese obiicienti irato, quasi oliuæ ramum præferens infallibiliter indicat diluuium terminatum. Legimus gentes solitas rosis vti ad iratorum Principum animos sibi conciliandos. Rosarum calathū nos cælesti Numini irato prælibemus, Rosarium dixerim Mariæ, mox terra, fugiente diluuio, exsiccabitur, ramum obiiciente columba. Mox quidem, quia ad Mariæ aspectum prompta est Numinis pacatio. Vnde Andreas Ierosol. Orat. in salutat. ait: *Aue lætitiæ organum, diuina cum hominibus reconciliatio.* Non vocauit mediatricem ad reconciliationem, sed reconciliationem ipsam, quasi Mariæ præsentia idem sit ac homines Deo reconciliari. Et Methodius Orat. in hipop. *Aue diuinæ charitatis promptuarium*, Quàm in promptu hominum salus Maria adstante Saluatori!

Rupert.

Andreas. Ierosol.

Method.

56. *Maria arcus Deo obiectus, vt eius emolliat iras.*

En Arcum Deo in nubibus obiectum, vt Dei iras emolliat. *Arcum meum* (inquit Dominus) *ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram; cùmque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor.* Gen. 9. Num arcui obiecto sagitta apponenda, vt Domini præcordia transfigantur? Minimè, Solummodo, apparente arcu, pacabitur. Certè licet Bernardus non adnotasset, ego affirmarem arcum illum Deiparæ imaginem prætulisse, cuius sola præsentia, sine precum vi, Deum emollit, ne rursum Orbis obruatur. *Filioli* (inquit ille serm. de Nat. Mar.) *hæc tota ratio spei meæ*, Arcus est Maria *similis visioni smaragdinæ*, Apoc. 4. Deo obiicietur irato, hæc mea spes, Deus pacabitur, dummodo Maria præsentetur.

Gen.9.

Bernard.

57. *Si Virgo non ignorat, quàm sit potens eius intercessio, haud ei necessarium erit, à domo egredi vt eius pascantur oues; quia ad ipsas pascua adueniet.* Cant.1. Hailgri.

Cælestis cibi curabat Virgo hominibus voluptatem à Domino præparari, ideo Nuptiarum cælestium locum requirebat. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes.* Cant. 1. Gregem meum curo in pascuæ cælestis adducere voluptatem, gramina salutaria non habent ouiculæ. Respondet sponsus, *si ignoras te, ò pulcherrima mulierum, abi & egredere post vestigia gregum.* Cardinalis Hailgrinus legit, *An ignoras te?* Ac si diceret. An ignoras tuam intercessionem potentissimam esse? Cur ergo cogitasti fore vt possis incipere vagari, & egredi post vestigia gregum? Profectò priusquam vagari incipias, quod expetis consequeris, me, sine labore precum tuarum, ouibus cibum ac potum cælestem exhibente. *An ignoras te? Et debet pronuntiari illud: (Te) cum pondere. Ac si dicat, An ignoras te, quod sis mediatrix Dei, & hominum; vt peccatores discordantes à Filio tuo reducas ad concordiam? An ignoras, quòd sis pulcherrima mulierum, & ideo intercedendo pro peccatoribus potentissima?* Haud igitur egrediare, aut incipias dare operam itineri, tuis manibus salus hominum collocabitur, cui volueris poteris elargiri.

Pondera

58. *Maria familiariter suam voluntatem insinuans, sine non petas, consequatur.*

Pondera illam particulam: *Vinum non habent.* An orationem, aut petitionem insinuet? Minimè, sed familiarem allocutionem, qua Maria magis insinuans voluntatem suam, quã precibus instans, omnia hominibus consequatur. Nec enim Deus Matrem vult clamare, vociferari, sed familiariter exprimere quidquid executioni mãdari cupiat, vt illicò Filius exequatur. *Ostende* (aiebat) *mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Cant. 2. Vbi pulchrè Ghillelmus, *Ostende mihi faciem tuam, exhibe mihi apud Patrem præsentiam tuam; vt vbi sum ego, & tu sis mecum. Sonet ibi vox tua in auribus meis. Nolo clames ad me de terra; sed astans à Dextris meis familiariùs mecum loquens, nullius repulsam patiaris.* Quasi Dominum pudeat potere Virginem, quod familiari insinuatione potens impetrare.

Cant. 2. Ghillel.

59. *Pro inueteratis peccatoribus exorat, & indignis dexteram tenet.*

Nullius repulsam? Iam Iudæi inueteratì dierum malorum à quibus Dominus longè commoratur dissitus, si Maria intercedat, ad Christũ adducentur? Quis dubitet? An Mariæ rãta pietas, vt pro occisoribus Agni cælestis velit exorare? Imo & Iesũ Dilectũ tenere, donec illis benedicat. *Tenui eum, nec dimittam.* Tenui inquã ne gladio Iudæos iniquo vulneraret. Nec dimittam donec eos donet benedictione. Audi Mariã ex ore Ghillelmi profantẽ. *Obliuiscitur quòd dulcissimus Filius tam crudeliter ab illis fuerit occisus. Recordare, ait, Fili, quòd carnem ex eis acceperis, in qua, & per quam operatus es salutẽ in medio terræ. Vtique decet spiritualibus tuis eos participare, quorũ carnẽ non exhorruisti. Debebant primi esse ad salutem, pro eo quod salus ex ipsis, sed quia pius es, sufficiat, quæso pro funestu illa electione Barabo, quod primogenita sua perdiderunt: vt fiant vel nouissimi.*

Ghillel.

60. *Ipsi inueterati peccatores audent duce Maria ad Iesum Numen accedere.*

Ipsi profectò, qui tã à salute remoti videntur, sperãt si Dux Maria, rursũ Iesu à se occiso charitatis vinculo illigari. Vnde inclamitant. *Quo abiit Dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? Quo abiit Dilectus tuus? & quæremus eum tecum.* Cant. 5. Vbi Alanus, *Abiit, est longius se.* Quia scilicet grauissima Iudæorũ crimina Deũ in lõginquã regionẽ deturbarũt. Quid igitur? *Bene dicitis: Quæremus eum tecum; quia sine Virgine qui Christũ quærit prouenire nõ potest* Paruus Ghillel. elegantiùs. *Ne quærẽtes quæramus in cassũ, & ne in deuia incidamus, insinua nobis, ò Domina, quò currere debeamus, vt quæramus eũ tecum. Ibimus, ibimus, te duce, securi.* Num praui quique, duce Deipara, à Domino admittũtur? Ipsa exprimit, du ait: *Ego Dilecto meo, & ad me conuersio eius.* Cant. 7. Honorius, *Ego dilecto meo pro vobis peccet effusa; & ad me conuersio eius: id est, per me voluit vos ad misericordiam conuerti.*

Cant. 5. Alanus.

Cant. 7. Honori.

61. *Vinum optimum guttur Virginis Diuinam potentiæ misericordia peccatori.*

Cùm audio Mariam sacro ore promentem illud: *Vinum non habẽt,* Ipsũ virgineum guttur vinum aptè assero vocitari. *Guttur tuum sicut vinum optimum.* Cant. 7. Quare guttur Mariæ optimo vino comparatur? Quia vinũ optimũ, hoc est Dei misericordiam hominibus miseris postulare dignatur. Sic explicat Honorius, *Dignum, inquit Maria, est Dilecto meo ad potandum, id est, Dignum est Dilecto meo hoc facere; nempe parcere subiectis.*

Cant. 7. Honor.

62. *Iesus asserit nihil difficile effectu, petenti Mariæ.*

Pepercit sponsus? Nihil difficile, si Maria vocem sacram emittat. Profitetur Dilectus, dum post Cãticorũ mysteria, ne hoc Mariæ priuilegium ex hominum memoria labatur, ad calcem Epithalamij scribit. *Quæ habitas in hortis, fac me audire vocem tuam.* Cant. 8. Ad quẽ locũ Ghillelmus. *In calce sacri carminis cælestis spõsus præclare insinuat, quantum fauoris, & honoris impendat Matri in æternis secum delitiis accubanti; ne quis foriò cunctetur eius se meritis commendare, eius suffragia postulare, tanquam illi sit aliquid apud Filium difficile impetratu.*

Cant. 8. Ghillel.

63. *Virgo experimentum sumit, nũ quid difficile.*

Sumam experimentum, nũ aliquid difficile appareat. *Fuge ergo Dilecte mi assimulare capreæ.* Cant. 8 Fuge, vt fugiẽtes cũprehendas, eisque similis sis eos agnos efficiens. Quàm pulchrè Hailgrinus. *In fine huius operis assignat Christus Matri officium, quod gerit in Patria, dicẽs: O tu Dilecta mea, quæ habitas in hortis gratiarũ, & virtutum, fac me audire vocem tuam in precibus, sonet vox tua in auribus meis; quia amici, id est, Angeli auscultãt: vt quod à me petieris, statim officiose peragant ministerio. Beata autẽ Virgo libenter obsecũdãs Filio, & tanquã gaudens de iniuncto tali officio, statim assurgit ad preces, dicens: Fuge dilecte mi, assimilare capræ, &c.*

Cant. 8. Hailgri.

64. *Quod Maria ore insinuat, quasi manu iam continet.*

Tam efficax intercessio Mariæ, vt quod insinuat ore, quasi manu comprehendat. Vnde licèt Iesus petenti Virgini obiiciat, *Nõ dũ venit hora mea:* haud Deipara dubia de euẽtu dixit: *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Annõ ostendit se manibus optata possidere? Audi Dionysium Carthus. opusc. de laud. vitæ solit. art. 29. *Tu Mater misericordiæ pro miseris Filiũ tuum rogabis. Quoniam Deus Pater, qui Filium suum inter Deum & homines posuit Mediatorem: te quoque inter eos & Christum Iudicẽ posuit Mediatricem. Et sicut tu Iudicem nunquã inuenis difficilem, sic te reus nunquam inuenit inexorabilem. In manibus tuis sunt omnes thesauri misericordiarum Dei.* Peteris & accipis, vt hominibus miseris exhibeas. Illud ipsum tuũ petere accipere est. Vnde & petere munus hominibus, & in manibus elargiendum pro libito habere pari, gressu feruntur.

Carthu.

65. *Id exprimunt Mariana Delubra, quæ Turris Dauidica immemorem Virginem ex ipsa ostẽtant in trophæis.*

Oculis lustra Mariana Delubra, & ex suspẽsis trophæis colliges quàm potens intercessio illius quæ tot miseris potuit subuenire. Quid quæso aliud aspiciunt, qui Templũ Mariæ ad aquas Lupias, Lauretanum, & Montis serrati ingrediuntur, quam huiusmodi clypeos, & militum non fortium, sed infirmorũ armaturam: compedes nempe, vincula, mortuorum linteamina? *Sicut turris Dauid collum tuum, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium* Cant. 4. Pagninus, *Quæ ædificata est ad docendum transeuntes.* Fortis equidem militis, sanctissimi Parentis Ignatij secularia arma in Templo Mariæ serrati Montis suspensa conspiciũtur; per Virginis namque auxiliũ carnis vicit illecebras. Ex illa Dauidica turri tabula, funes, velamina, aliaque superati periculi suspenduntur documẽta. Ephren Syrus Orat. de Laud. Virg. *Intemerata, prorsusque pura Virgo Deipara Regina omnium, spes desperantium, tu prorsus procellis vexatorum solatium, Mundi carcere clausorum liberatrix, tu orphanorum susceptio, tu captiuorum redemptio, tu ægrotantium exultatio, & omnium salus* Ideo desperatus funem, vexatus procellis tabulam, clausus carcere compedes, captiuus catenas, ac vincula, ęgrotãs linteamina suspẽdit è turri, vt trãseũtes potentissimam

Cant. 4. Pagni.

Ephren.

S Virginis

Virginis edoceant intercessionem.

66\. Illam obedientiam præstantissimam effero quę imperantis hæresciti (intellectualis quidē) insinuationi voluntatis. Hoc Iesus subditus Matri libauit obsequium, quando insinuanti Mariæ non quidem præcipienti, Vini miraculum, subditus illi protinus exequutus est. Ostendit profectò tam validam Virginis intercessionem esse, vt super Deum quandam videatur habere authoritatem. Quod Dionys. Carth. hisce verbis expressit, art. 29. loci cita. *Tu iure ac priuilegio diuinæ Maternitatis huius authoritatem habes præcipiendi omni creaturæ in esse creato subsistenti in cælo, & in terra. Et quid dico omni creaturæ, cum & super Deum verum ex te natum videaris authoritatem quandam habere secundùm ipsius ex te sumptam naturam humanam, secundum quam fuit subditus tibi.*

Christus intercedente Deipara exequitur voluntatem signo solummodo expressam ex intellectuali obedien ia.

Carth.

67\. An ponderâsti apud Cana Nuptias primùm Virgineam occasionem nactā fuisse hominibus publicè precibus subueniēdi? Quare non antea? Existimo, quia hæc prima occasio, quâ vidit misericordiā aquæ, seu vini in morem profundendam. Nec exiguâ vndâ curat nos Virgo potari. Pulchram do Petri Dami. ser. 1. de Nat. sentent. *Moueat te ò Virgo, natura, potentia moueat; quia quanto potentior, tanto misericordior esse debebis: In manibus tuis sunt th sauri miserationum Domini, & sola electa es, cui gratia tanta conceditur. Absit, vt cesset manus tua, cum occasionem quæras saluandi miseros, & misericordiam effundendi.* Adest occasio deficientis vini, vt hydriæ aqua repleantur, & in vinū conuertatur redundante lætitia, cunctis bibentibus? Mariæ in promptu erit intercessio; *quæris enim occasionem misericordiam effundendi.*

Occasiones. Virgo quærit diffundendi misericordiā.

Damia.

68\. Quare occasionem quærit? An non conuenientiùs expectaret preces peccatorum, illis vino incorruptionis deficiente omninò? Profectò Maria in hoc se natam Reginam agnoscit, vt peccatores curet liberare. Officium Virginis intercedere est, ideo non à nostra pendet obliuione. Vnde aiebat Damianus ibid. *Quis scit, quoties refrigeras iram Iudicis, cùm iustitia virtus à præsentia Deitatis egreditur?* Inscio peccatore sæpe subuenit intercessio Mariæ, quia hoc ei munus iniunctum est. Mouetur Esther, *vt intraret ad Regem, & deprecaretur eū pro populo suo.* Nondum populus coram me preces profudit; quid non rogata intercedere aggreditur? *Et quis nouit, (respondet ille) vtrum idcirco ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris.* Est. 4. Vbi Interlinealis. *Quia ideo Rex te Reginam fecit, vt nobis in persecutione auxiliareris.* Addit appositè: *Et hoc Maria Regina quadrat.* Si hoc munus Deiparæ, quid mirum nōn rogatam ex officio clamare? *Vinum non habent.* Debet hoc peccatoribus officium? Bernardinus Senen. serm. 98. *Maria omnibus facta est.* Quid ergo? *Copiosissima charitate debitricem se fecit.* Nobis facta Maria? Omnibus ex officio subueniet. August. sup Ioan. *O Maria, multum gaudeo, multùm amo; nos enim tibi, tèque nobis mira vicissitudo confœderat: vt scilicet pro nobis habeat id esse quod es; nos verò per te id esse quod sumus. Vt quid enim fieres Mater Saluatoris, si nulla esset indigentia salutis?* Et Anselmus de excel. Virg. c. 1. *Scio illam magis propter peccatores, quam propter iustos factam esse Dei Matrem.*

Non expectat peccatorum preces, quia in hoc nata, vt munus exerat mediatricis.

Damia.

Est. 4.

Interlin.

Bernard.

Aug.

Ansel.

Si igitur ipsa propter peccatores, scilicet, propter me, mei que similes facta est Dei Mater; quomodo ergo immanitas qualibet peccatorum meorum cogere poterit desperare veniam eorum, cum eam ineffabile bonum sit factum ex ea ob curationē eorū?

69\. Hinc colligo Mariæ intercessionem non solùm potentissimam, sed peccatoribus necessariam esse. Ideo qui venerat Mundi corruptibilitatem in incorruptionem conuertere, haud merum exhibuit, nisi Maria intercedente: *Vinum non habent.* Putas-ne aliquod bonum hominibus donari nisi Maria intercedente? Puto equidem, si Christus agat intercessorem. An non è Cruce pendens inclamauit: *Pater ignosce illis.* Luc. 23. Ergo non semper Virginis intercessio est necessaria. Existimo planè Christo intercedente & illam proferente sententiā: *Pater ignosce illis*, Virginem simul & verba eadem protulisse, & suam intercessionem Iesu intercessioni colligasse; ne sine intercessione Mariæ, (quæ in hoc nata ministerium) aliquod bonum peccatoribus obueniret. Salmeron doctissimus noster. *Piè satis hoc loco quidam meditantur, ad hanc clementem Christi vocem aures præstitisse Sanctam Deiparam Virginem, quæ iuxta Crucem stabat: & vt quam primum Filio suo, & precationi sua conformatam se redderet, in genua prouolutam fuisse, cùmq; lacrymis, & sanctis charitatis desideriis hostibus Christi, ac suis ignouisse dicens: Pater ignosce illis.* An noluit Deus à Patre exaudiri, nec peccatores veniam consequi, nisi simul Deiparens intercederet? Proh Marianæ intercessionis necessitas! Confirmo ex Bonauentura lib. Stim. diuini amor. *His verbis Iesus Patrem rogauit, vt ignosceret delinquentibus: corde autem Mater rogauit idem, &c.*

Necessaria omninò peccatoribus Maria intercessio. Vnde intercedente pro suffixoribus Domino etiam Virgo intercessit.

Luc. 23.

Salmo.

Bonau.

70\. Num me fugiat facilitas consequendi cælestia munera Mariâ interueniente, si video merum ipsum vitale ori addictum sine labore requirentis? Quàm verè Maria inclamat. *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.* Prou. 8. salutem hauriet fonte ipso labiis influente liquorem. Bonauentura, *Fontem vitæ ô Virgo, infudis in os meum ex quo viuentes aquæ profluunt, & emanant. Qui biberit ex eo, non sitiet vnquam.* Quàm appositè facilitatem boni capiendi ex Virginis intercessione potus vocabulum exponit! *Et hauriet*, seu bibet *salutem.* Ad illa Eccli. *Cibauit illum pane vitæ & intellectus, & aquâ sapientiæ salutaris potauit illum*, idem Doctor sic confirmat excogitationē. *Nō satis Ecclesiasticus dixit, si salutem, & vitam cibi in morē a iusto percipiendam esse diceret, nisi adderet eandem per modum potûs hauriendam. Nam cibus quantumlibet dulcis sit, non sine labore mandendo, & dentibus terendo sumitur: potus verò leniter, & sine aliquo labore percolatur.* Loco verbi illius: *Hauriet salutem à Domino*, Hebraïcè est: *Educet voluntatem à Domino.* Pagninus, *Educet, quod volueris à Domino.* Septuag. *Et præparatur voluntas à Domino*, vt illico executioni mandet quidquid homines intercessione Mariæ expetierint. Aptiùs de ipsius Virginis voluntate exposueris; quia Deipara nostras præuenit voluntates & vota, antequam inuocetur, vti in Nuptiis exprimitur. *Compassa enim est* (inquit Bonauent. in spec.) *verecundiæ illorū, antequā fuisset inuocata.* Belle Blesensis Concilij testimonium Mariæ beneficium

Quàm facilis vita, & salus per Mariæ intercessionem.

Prou. 8.

Bonau.

Pagni.

Blesen.

Concil.

beneficum exprimit ingenium. *In cuius commemoratione qui tribulati sunt Mariam implorant, quæ gaudiorum eiusmodi memor (vt sperandum est) non solum supplicationes exaudiet; sed sicut ex sua clementia consueuit, etiam supplicare volentium preces praeueniet.*

71. *Ex potentissima Mariæ intercessione colligitur eam ab originali culpa immunitam Vt ostendatur puritas oratoris. Blesen.* Colligo ex potentissimâ Virginis intercessione originali labe infectam non fuisse: vt inde pateat, quàm purè sint manus leuandæ ab eo, qui precibus offerendis operam impendit. Petrus Blesen. ser. de Magdal. *Indubitanter verum est, quia singulare est Virginis auxilium, quia plus potest omnibus Mater apud Filium. Sed quia non nouit peccatum, quasi è quodam sublimi fastigio pro nobis intercedit.* Absurdum esset asserere Virginem per mediatricis munus omnibus Adæ filiis originalis culpæ labem suis meritis impetrasse, & ipsam non vitasse delictum. Anselmus hom. de Concep. *Ansel.* *Si Hieremias, qui in gentibus erat Propheta futurus, in vulua est sanctificatus: & Præcursor Domini ex vtero matris Spiritu sancto repletus: quis differere audeat totius seculi propitiatorium mox in sua Conceptionis exordio Spiritus sancti gratia illuminatione destitutum?* Quæ seculi propitiatorium futura erat, id est, sua intercessione Deum hominibus placare debebat, ab omni proculdubio culpa vacauit, vt purissimas in Dei conspectu manus prætenderet. Et Ildephonsus lib. de partu Mar. *Ildeph.* *Constat eam ab omni originali peccato fuisse immunem, per quam non solum maledictio Euæ soluta est, verum etiam benedictio omnibus condonata.* Quàm ineptè intercessoris exercit munus, qui eleuandis manibus haud præfert puritatem.

SECTIO SECVNDA.

Maria Iesum sequitur.

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. 2. MARIA perpetua Iesu comes sacrâ diluitur vnda collegium puritatis, & patientis Iesu vestigia sequitur, vt tragœdia tanta & tanti cordis versaretur æstimatione, & tanti gemitus plorraretur affectu. 3. Iuxta Crucem Filij Virago fortissima muliebres lacrymas virili constantia condecorat.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Mariam perpetuam Iesu sectatricem ostendo.

1. *An Maria Iesu, continuò comes?* MAriaperpetua Iesu comes.] Celebratis Nuptiis, ex Filio agnoscēs Mater tēpus instare, quo in lucē prodire, ac cælesti doctrina Mūdū imbuere deberet, eum sequi eique perpetuò pro viribus adhærere constituit, seu vt debitū Filio præstaret obsequium, seu ne diuino eius priuaretur eloquio. Scio punctū hoc præcipuos Marianæ historiæ polos ministrare: an scilicet Maria fuerit Dominū sequuta, dum per tres annos integros (trigesimū primum, trigesimū secundum, trigesimum tertium, ac tres præterea ex trigesimo quarto menses vsque ad diem decimā quartā Martij, quo extremum Pascha fuit celebratum, in quo crucifixus Dominus,) prædicationis ministerio operam impendit? Nam si ostēdero Deiparam assiduā fuisse Christi sectatricem, cuncta ea, quæ in præsenti sectione narrabo, rectè contexta videbuntur.

2. *Sectatricem Iesu Mariam ex Patribus ostendo.* *Epiph.* *August.* Id igitur ex Patribus ostendo. Nam Epiphanius hær. 78. *Erat* (inquit) *Maria assectatrix Iesu, cum ipso semper existens.* Augustin ser. de Assump. *Absque dubio omni tempore ministratrix extitit, quæ hunc in vtero gessit, & omnia in infantiam eius Matris affectu ita prosecuta est, vt vsque ad Crucem, in qua Filium iam virum perfectū vidit pendentem, ab eius indubitanter ministerio non recesserit: consecuta non solum gressibus pedum tanquam pro amore Filij; verùm etiam imitatione morum tanquam pro reuerentia Dei. Maria ergo ministra Christi spiritualium operum qualitatibus sicut deuotissima extitit, ita absque dubio religionis fide, & vera credulitatis charitate secutrix fuit.* Et infrà. *Ecce igitur Maria fide, & opere Christi administratrix, & deuota vsque ad eius mortem secutrix non plus gressu, quam imitationis affectu.* Bernard. ser. Signum. *Bernard.* *Toties Maria Filium audiuit non modo turbis loquentē in parabolis, sed & Discipulis seorsim Regni Dei mysteria reuelantem, vidit miracula facientem, vidit deinde in Cruce pendentem, vidit expirantem, vidit resurgentem.* Discipulus Bernard. Guarric. *Guarr.* ser. 4. de Assump. *Sed & cum Euangelizans circuiret Iesus Ciuitates, & Castella, Maria comes individua vestigiis eius adhærebat, pēdebatque ex ore docentis adeo, vt nec procellâ persecutionis, nec horrore supplicij à consectatu Filij & Magistri potuerit absterreri.* Ildephonsus ser. 5 de Assump. *Ildeph.* *Duodecim elegit, quos Apostolos vocauit, quorum semper conuentui, nobili contubernio semper adhærebat sanctissima Virgo, cum illis semper habitabat, seseque Dominicis conspectibus frequenter præsentari gaudebat.* Adhærent Euthymius in c. 27. Mat. Metaphrast. Orat. de vita & Dorm. Deip. Nicephor. lib. 2. cap 33. & alij. *Euthy. & alij.*

3. *Ratione Euangelica probo.* Stabilio ratione ex Euangelij contextu desumpta. Ex quo Maria Nazaretha discessit, & accessit ad Nuptias, nō redijt Nazaretham, si quidē cum Filio abijt Capharnaū, vbi mansit non multis diebus, quia propè erat Pascha Iudæorum, ad quod celebrandum Iesus Ierosolymam descendit: descendisse autem & Mariam quis dubitet, cum hæc illi consuetudo fuisset: & cum Filio sine dubio, quocum mansit in Iudæa, donec rediit Capharnaū Ciuitatē suam, quod in ea domū haberet. Vnde secundo anno, qui erat trigesimus secundus Christi, post aliud Pascha cùm Capharnaum esset in domo, Mater eius cū fratribus aderat, quærens eum. Porro ea in Vrbe cū Iesu habitasse credo, donec tandem cū illo Ierosolymā ascendit. Præterea si alicubi morata fuisset Virgo, maximè Nazarethæ; at in Nazaretha habitasse ex quo venit Cana credi non potest, si quidem secessit inde cū Domino in Capharnaum; & quia semel tātùm videtur Christus Nazaretham rediisse, postquam multo tēporis in Capharnaum habitauit, quādo illi datus est Isaiæ liber, & tandem cū Nazareni despectui habentes è montis vertice præcipitare curārunt. Vnde quando ad finē anni trigesimi primi rediit è Iudæa in Galilæam, cum satis propè Nazaretham transiisset, noluit in eā ingredi; sed ea præteritā, venit Cana, & inde in suam Ciuitatem Capharnaum se recepit. Quis autem credat dulcissimo Filium non inuisere aliquando Matrem, tam benè de ipso meritam, si apud Nazaretham habitaret? Cæterùm cùm Nazareni dixerunt, tunc cum Iesus in patria sua docuit parui pendentes eum: Non ne hic est faber filius Mariæ? Nonne Mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Iudas, &c. non id protulere, quod præsens inibi Maria habitaret, siquidem nec Ioseph tunc in viuis aderat, & fratres Domini perpetuos fuisse nouimus sectatores. Ergo & Matrem eum secutam similiter affirmandum. Nec pateretur Christus, vt ludibrio & contumeliis Mater dilectissima, vidua, pauper exposita ea in Vrbe commoraretur, in qua tam impij ciues, vt ex contemptu & Matrem Mariam ei obijcerent, & præcipitem illum agere curarint.

4. *Robora.* Mat 27. Euthy. Matthæus referens fœminas Domini sectatrices, ait: Inter quas erat Maria Magdalenæ, &c. cap. 27. Vbi Euthymius. *Quærendum est, Quomodo Deiparæ non meminerit Euangelista?* Respondet appositè. *Quoniam de ea notum erat, quod adfuerit, & quæ matrum sunt, demonstrauerit; ideòque neque planctum eius scripserūt. Abundè enim satis fecerunt pronunciantes, quod Filium docentem sequebantur.* Tam adnatum Mariam perpetuam fuisse Filij sectatricem, vt superfluum ab Euangelistis visum fuerit annalibus commendare.

§. II.

De Mariæ Baptismo.

5. *Pergit Capharnaum, & Ierosolymam.* S*Acra diluitur vnda collegiū puritatis.*] Gressus igitur Mariæ Iesu comitis persequor. E Cana igitur Vrbem nobilissimā Capharnaū Galilææ metropolim proficiscitur, vbi non multis diebus commorata ad Paschæ celebrationem cum Filio Ierosolymam ascendit. *Post hæc* (ait Ioannes) id est post Nuptias, *descendit Capharnaum ipse & Mater eius, & ibi manserunt non multis diebus, & prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam.* cap. 2. Ioan. 2. Quamuis autem Mater non dicatur ad Pascha profecta, haud propterea dubitandum; quia nec Discipuli ascendisse dicuntur, cùm tamen adnotārit inferiùs Ioannes Christum de corpore suo differentem audisse: *Soluite Templum hoc, &c.* Et quidem cum Mater esset legis obseruantissima, non dubium, quin singulis annis Ierosolymam ascenderet. An dulcem Iesum non sequeretur quem puerum olim ipsa ducebat?

6. *Baptismo diluitur Filio ministrante.* Profectò Paschate de more celebrato, cum Christus ad Iordanem secederet, vt ibi suum Baptismum exerceretur, locum cedente Ioanne, qui in Enon iuxtà Salin baptizabat: eò se Mater contulit, atque à Filio sicut & Petrus, qui eo munere circa alios Discipulos functus est, sacris vndis diluitur. Euthymius in cap. 3. Ioan. Euthy. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei. Scribit, inquit, quidam Apostolorum temporibus proximus, quod Christus Petrum, ac Virginem Matrē baptizauerit, Petrus verò reliquos omnes Apostolos.* Lege Euodiū epist. *Phos* apud Niceph. lib. 2. cap. 3. Clemens Alex. apud Sophr. in 1 rato spir. cap. 37. Tertul. lib. de Baptis. cap. 12. & August. Episc. 108. ad Seleuti. Euodi. Sophron. Tertul. August.

7. *Cur baptizatur Deiparens sine labe?* Quare Deipara absque originali labe concepta sacrā vnda abluitur? Respondeo, quia Baptismi præceptū, & verbum illud: *Nisi quis renatus fuerit,* neminem excipit; neque oportet nos Virginem ex aliquo speciali priuilegio excipere, cùm absit fundamentum, neque ad eius perfectionem pertinere videatur. Deindè hoc decuit ad aliorū fidelium exēplum. Præterea, quia per Baptismum constituuntur, & signātur membra Christi Ecclesiæ prout ab ipso Domino institutæ, cuius perfectissimum mēbrum Deipara. Tandem, quia per Baptismum vtendi Sacramentis nouę legis datur potestas; at Maria vti debuit Sacramentis.

8. *Quænam Virgo receperit sacramenta?* Queisnam Maria Sacramētis vsa est? Eucharistia planè; quia huius Sacramēti receptio est præcepti diuini, frequētia autē cōsilij, & per se se honestissima, vtilissima, ac valdè eximiæ Virginis erga Filiū charitati cōformis. Assero etiā Confirmationem à Virgine acceptam; nā licèt re verà illud non acceperit, quo ad signū visibile, in quo Sacramēti ratio cōsistit, recepit tamen Characterem, gratiam, & abundantiam Spiritus sācti, quæ sūt illius effectus Sacramēti. An Extremā vnctionē accepertit? Paludanus Palud. in 4. d. 23. q. 2. a. 1. victoria in sum. n. 222. indecens docēt, & indecorum illud affirmare; quia Victor. non decuit Mariæ deprecari actualium peccatorum remissionem; institutum est enim pro iis tantum, qui actualiter deliquerunt. At Albertus Mag. in Mar. cap. 72. & 74. contrariam Albert. sententiam sequitur. Referens Antoninus 3. p. Anton. tit. 14. cap. 8. §. 3. ait, *Ponit Albertus, quod B. Maria in morte se fecerit inungi, sicut etiam communicauit; & hoc non quia indigeret, cum nullum peccatum etiam veniale, nec reliquia peccati esset in illa: sed vt praberet fidelibus in omnibus*

ombus

nibus exemplum humilitatis, & vitæ Christianæ. Idem tenent Syluest. Rosa aur. tract.3. Burstus, Canis. lib.1.c.9. laudans Albertum asserentem cuncta à Virgine præter Ordinem nouæ legis accepta Sacramenta. Attamen debuisset Matrimonium etiam, & Pœnitentiam excipere; hanc quidem, quia eius materia caruit Virgo; illud autem, quia à Virgine contractum non est postquam in sacramentum nouæ legis est institutum. Lege Suarium tom.2. in 3.p.d.19.s.3. Baptismum igitur Virgo suscepit non vt culpa originalis aut actualis ablueretur, quâ Deipareos fuit immunis, sed vt vtendi sacramentis nouæ legis sibi copia daretur.

Syluest. Canis. Suari.

§. III.

Vsque ad Pascha nouissimum reliqua.

9. *Quid post Iordanem?* POstquam apud Iordanem nouem fuissent mensibus commorati, audientes Ioannem coniectum in vincula, vt simul Pharisæorum inuidiæ cederent, Capharnaum Decembri mense rediere, in qua integrum illum annum cũ nouem sequẽtis mensibus magna ex parte cõsedere. Inde Christo vniuersã Iudæã peragrãte, sequenti Martio, vt illis moris erat celebrãdi Paschatis causa Ierosolymã ascenderũt; sed confestim in suam Ciuitatẽ Capharnaum sunt reuersi. Rogas, cur Capharnaum Christi Ciuitas appellata? Theophylactus in c.9. Mat. respondet, *Suam Ciuitatem Capharnaum dicit; illic enim habitabat. Bethlehem peperit, Nazareth educauit, Capharnaum dedit domicilium.*

Theoph.

10. *Laudatur Virgo à pia fœmina.* Verùm summâ, vt par erat, de Iesu opinione conceptâ, cum redeũtem illum aliquando domũ copiosa turba secuta esset, vt nec corpori reficiendo, nec sumendo pani copia daretur; oblatũ Dæmoniacũ cæcũ, mutũmque in omnium conspectu restituit sanitati. Quod opus per sese quidẽ admirãdũ Pharisæi, qui celebri Christi famâ excitati ad eum accesserant, Diabolo tribuebãt. Cognati verò Christũ in furorẽ versum existimãtes ex insania opus profectũ autumabãt. At inter tam peruersa iudicia adfuit fidelis fœminæ cogitatio, quæ in media turba vocẽ intẽdens in hasce Mariæ laudes vi admirationis irrupit: *Beatus venter qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.* Cui Dominus, *Beati qui audiũt Verbum Dei & custodiunt illud.* Quæ sententia suo in loco explanabitur.

11. *Quærit Filium.* Aberat tunc forte domo solicita pro Filio Maria, eũ quærẽs: cúmque regrederetur, vidẽs turbam, quæ Christũ audiebat, ad fores vsque circum sedẽtem, nec vllũ sibi patescere aditũ: & Pharisæorũ calumnias, assiduúmque Filij laborem materno animaduertens affectu: vt paulolũ posset recreari, tẽpusq; superesset aliquod quo refici posset, ei denũciari petit, pro foribus adesse Matrẽ cũ aliis cognatis, qui eũ vellent conuenire. At Christus pluris Patris, quam Matris negotia faciens suam Matrem, sororem, & fratres illos esse respondit, qui sui Patris complerent voluntatem. Sic quidem eo die sermone producto, missa turba, & Mater ad domicilium admissa est.

12. *Fugit, audita Ioannis nece cum Iesu, à fœminis piis ministratur Dominus.* Constat equidem ex Euangelistis Mat. 14. Mar.6. & Ioan.6. sequenti anno, qui erat Christi trigesimus tertius ante Pascha iam proximũ Ioannẽ decollatum, non quarto Calendas Septẽbris anni trigesimi primi Domini, vt existimauit Rupertus, licet eo die ob aliam causã ab Ecclesia celebretur, quia scilicet tunc caput eius inuentum: sed propè Pascha anni trigesimi tertij Christi, (vt rectè Beda lib.2. in 6. Mar c.26.) non tempore Dominicæ Passionis, vti affirmat Damianus Epist. 12.c.15. Perlata ergo est fama Ioannẽ ab Herode trucidatũ. Quæ res cõpulit & Christũ in desertũ aliquantulũ recedere, & eius Matrẽ Ioannis materteram magno, vt par erat, affici dolore. Ad Pascha nihilominus iuxta consuetudinem ascendentes, mox domum rediere, in Galilæáque more solito permanserunt, donec septimo demum mense ad festum scenopegiæ petiete Ierosolymam, multis piis fœminis sequentibus, quæ illis suis facultatibus ministrabant, de quibus Matthæus cap. 27. *Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa ministrantes ei. Inter quas erant Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater Filiorum Zebedæi.* Ad quæ verba Hieronymus. *Consuetudinis Iudaicæ fuit, (nec ducebatur in culpam more gentis antiquo) vt mulieres de substantia sua victum, atque vestitum præceptoribus ministrarent. Hoc quia scandalum facere poterat in Nationibus Paulus abiecisse se memorat. Ministrabant autem Domino de substantia sua, vt meteret earum carnalia, cuius illæ metebant spiritualia Non quòd indigeret cibis Dominus creaturarum, sed vt typum ostenderet Magistrorum, quòd victu atque vestitu ex discipulis deberent esse contenti. Sed videamus quales comites habuerit? Mariam Magdalenam à qua septem dæmonia eiecerat, & Mariam Iacobi, & Ioseph matrem materteram suam sororem Mariæ Matris Domini; & matrem Filiorum Zebedæi, quæ paulo antè Regnum liberis postulauerat; & alias, quas in cæteris Euangeliis legimus.*

Rupert. Beda. Mat.27. Hieron.

13. *Vbinam vsque ad Pascha nouissimum commoratus?* Apud sanctam Vrbem vsque ad Enceniorũ festum, quod Decembri Mense celebre erat, cõmorati, quod Pontifices & Pharisæi insigne sanctitatis nomen ei inuidẽtes, Christũ cõprehendere statuissent, Ierosolymis discessẽre, & partim in Iordanis proxima solitudine, partim Bethaniæ à Lazari sororibus hospitio suscepti, tres illos vsque ad extremum Pascha menses latuere. Christus autem quinque ante Pascha diebus Ierosolymam solẽni põpa ingressus in Domo Ioannis cognomento Marci cum Discipulis Pascha celebrauit, non in Ioannis Euangelistæ domo, vt alij existimarunt.

.§ IV.

Maria Pascha celebrat nouissimum.

14. *De domo Mariæ Marci parentis, vbi Deipara commorata.* PRæmittam Alexandri Monachi orat. de laudibus Barnab. apud Metaphrast. 11. Iunij, testimonium. *Quam primum vero adiit domum Mariæ matris Ioannis, qui postea Marcus dictus est. Age, inquit, mulier, veni, & vide. Ecce Iesus Propheta è Nazareth*

Alexand. Monach.

Galdas in Templo est, magnifica quadam edens miracula. Cùm hæc audiisset admirabilis illa mulier, Templum Dei adiit, vbi cum Iesum Templi Dominum vidisset, ad eius pedes se abiecit, eumque sic precata est. Si gratiam inueni, ô Domine, in conspectu tuo, veni ad domum ancillæ tuæ, vt ingressione tua famulos meos benedicas. Eius petitioni Christus Dominus assensus est, quem mulier illa valde læta in cœnaculum suum accepit. Ex illo igitur die quoties Dominus Ierosolymam venisset, illic vna cum Discipulis diuersabatur. Quibus cum & Pascha illic fecit, vbi & Mysteriorum sacramenta eosdem discipulos docuit. Sermo enim quidam à patribus ad nos peruenit, eum, qui lagenam aquæ portabat, quem Dominus ipse Discipulis suis præcepit, vt sequerentur, Marcum fuisse B. illius Mariæ filium. In illo igitur ipso cœnaculo Dominus Pascha fecit, in illo apparuit Thomæ Apostolo, cum è mortuis surrexisset. Illuc postquam Iesus in cælum assumptus est, Discipuli cum reliquis Patribus centum viginti, ex monte Oliuarum conuenerunt. Illuc Spiritus sanctus in linguis igneis ad Discipulos descendit in die Pentecostes. Illic collocata nunc est magna, & sanctissima Sion omnium Ecclesiarum maxima. Hæc fuit domus Virginis, vt infrà confirmabo. Ne, quæso, sententia hæc è memoria labatur.

15. *Celebrauit inibi Maria Pascha cum mulieribus sectatricibus.* Metaph.

Apud hanc domum Mariam cum Mulieribus Christi sectatricibus Pascha celebrâsse quis dubitet? Nam cùm compertum sit Matrē Iesu tunc adfuisse Ierosolymis, nulla ratio existimare cogit non ea ipsa in domo Mariæ matris Marci domo exceptam hospitio. Metaphrastem audite Orat. de vita, & dormit. Deip. *Erant etiam mulieres, quæ consequebantur Iesum à Galilæa, & ministrabant ei. Ea ratione videntur non affuisse quidem à tempore Mysteriorum, sed cum duodecim quidem minimè accubuisse, fuisse tamen eius domus consequenter participes. Nam Discipulos quidem cum Mysteria, & humilitatis summa traderet doctrinam, vnà habuit accubantes; Matrem autem iussit curam gerere mulierum, quæ ministrabant, tanquam per eam ipsas benignè accipiens, & adimplens officium humanitatis, & simul cum eis vescens, & sic pro ministerio eis referens gratiam.* Quòd si in eadem domo aderat Maria, cùm Christus augustissimum Sacramentum instituit, mihi verosimile valde videtur, Virginem post Agni communem esum, ad Discipulorum vocatam Cœnaculum, Corporis ac Sanguinis Dominici fuisse participem, vt rursum ad vterum reuerteretur ille qui solum in Mariano vtero sequie fruitus fuerat. Christophorus à Castro meos sapientissimus fauet Magister, aliique moderni. Absolutâ autem Cœna, cum Filio imminentē necē Deipara cognouisset, ille quidem in hortum secessit cum Discipulis, Principum ac Pontificum ministros expectaturus: Virgo autem domi se continuit, rei exitum etiam ipsa præstolatura.

Adfuit Mysteriis.

§. V.

Secuta Deipara Filium patientem, vsque ad Caluariæ Montem.

16. *Id probo ex Luca.* Patientis Iesu vestigia sequitur.] Dum Maria Filium comprehensum agnouit, atque ad hunc, illumve Iudicem circumduci, non patitur maternus affectus eum non vsque ad Caluariæ Montem cum piis aliis mulieribus comitari. Id probo ex Luc. 23. *Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum,* Eas autem fuisse illas, quæ piè Iesum secutæ erant à Galilæa, idem Euangelista vers. 49. affirmat: *Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres, quæ eum secutæ erant à Galilæa.* Cùm autem constet Mariam Deiparam Christo adfuisse pendenti è patibulo cum Maria Cleophæ, & Magdalenæ, & hasce constet etiam fuisse ex his mulieribus, quæ Iesum à Galilæa sequebantur, quæque portantem Crucem sunt lamentatæ: constare debet Deiparam vnam ex illis, quippe quæ iuxta Crucem Domini stetisset. Nicephorus lib. 1. cap. 30. *Sola ibi aderat Mater, & quem diligebat Discipulus, qui omnia, quæ vel ante, vel post mortem eius gesta essent, oculis ipsi suis spectarunt.*

Luc. 23.

Niceph.

17. *Ex Metaphraste confirmo.* Libet Simeonis Metaph. citati subiicere testimonium. *Cum tempus iam adesset Passionis, & ille seipsum traderet, & iam adduceretur ad Pilatum, & ante Caypham sisteretur, & ad Herodem mitteretur examinandus, & tandem in eū ferretur sententia, & Cruce condemnaretur: Mater sicut in aliis superabat mulierem, ita hic quoque videtur plusquam mulier quæ ab illo minimè recedit, sed propius sequebatur, nihil timens, quod esset formidabile; non quòd tantùm maternis vinceretur visceribus, quàm quòd potius diuino induceretur iudicio adeò, vt alias quoque duas mulieres, duas inquam Marias ad hoc adhortata sit & vt secum versarentur, persuaserit; vtque essent forti & generoso animo, & vellent adhærere huic sponso, qui non videtur, & tamen, cùm non cernatur, appropinquat. Sic tamen vnà quoque ingressa est in atrium Annæ, & Caypha cernens vnumquódque eorum, quæ gerebantur; & apud eum quidem manens, dum iudicaretur, vnà autem proficiscens dum abduceretur ad mortem, vtrúnque, qui ibant, egressus & ingressus considerans, & omnium ora attendens, vt sciret, quænam in eum ferretur sententia. Nulli enim obscurum est, eam hæc vidisse omnia, quandoquidem in Cruce quoque vnà aderat, quando ab ipso crucifixo Filio fuit commendata Discipulo,* De quo tota sect. 3. Pergo ad reliqua.

§. VI.

Adstat Maria Saluatoris Cadaueri?

18. *Quia post* Reliqua igitur, quæ in Caluariæ Monte Virgini accidere fortissimæ, sententiæ hærens Simeonis Metaph. persequar. Quomodo

obitum Filij Deiparæ

modo sustinuit inimicos, qui nec post mortem quidem erant Filio reconciliati, sed eædem adhuc in mortuum spirabant, (viuum dixerim Deiparæ animo informatum, Diuinitati cadauer vnitum.) latus eius lanceæ, diræ cuspide confixerunt, diræ profectò, quæ Matrem simul transfixit. Deipara autem videns post Filij mortem perinde ac si viueret, ex eius latere aquam & sanguinem scaturire, haurit reuerenter. Quod Nicephorus etiam affirmat fatus lib. 1. cap. 59. *Sanguinem, & aquam è latere eius quasi adhuc viuentis recèns profluentem religiosè simul, & honorificè admodum vasculo excepit.*

Niceph.

19. *Operam dat sepulturæ Iesu.* Metaph.

Deinde totam se dedit sepulturæ parandę, & quemadmodum diuinum Corpus è ligno deponeretur, aptèque addiceretur monumento. *Cùm autem non posset* (ait Metaph.) *hæc per se efficere, mentem mouet omnino eius Filius, vt scrutaretur in loco Caluariæ. Quod cùm factum esset, concedit, vt eius scopus facile succederet; inuenitur enim quoddam monumentum recentissimum, & pulcherrimum, vt in quo nullum adhuc corpus esset sepultum; ne si aliqua fuissent posita corpora, dubitaretur, quodnam surrexisset.* Postquã autem sciscitata intellexit non solùm horti dominum amicum esse, sed inter discipulos adnumerari, eum adit Virgo, & verbis ei suadet, (an lacrymis sine voce, an præsentia?) vt suo in monumento recepto cadauere in horto Thesaurus posset inueniri. Da ergo, ait, mihi gratiam, & communi huic Magistro obsequium præsta; audacter pete corpus illius, vt deponatur, ac sepulchro mandetur: sic mihi bis viduæ afferes solatium aliquod quæ in omnem redacta sum egestatem. Ex me non possum quicquam præstare, vt vides, cùm sola, & hospita, cum vnoque solo ex Discipulis attenta sim crucifixo; ne vel aues carniuoræ militum crudelitatem desæuientiũ in cadauer imitentur. Sic mihi sistes dolorem, sic reprimes lacrymas. Cum ergo Deipara Iosephum huiusmodi verbis affecisset, expulsâ ille omni formidine, audacter ad Præsidem ingreditur, & vsus verbis causę accommodatis petitum cadauer accepit.

20. *Excepit corpus.* Metaph.

Mortuum itaque videns Filium Maria, *Mortuo animo* (ait ille) *vsa est, vt oportuit. Quin etiam in eo a Cruce deponendo, maternis manibus inseruiit, & clauos, qui extrahebantur, suo sinu accepit, & membra illius amplexa est, partim quidem vlnis stringens, partim autem suis lacrymis plagas emundans. Deinde etiam tota toti corpori circumfusa, Ecce ad finem vsque, ait, tibi ab omni seculo præfinitum mysterium venit, ô Domine. Et Iosepho manu tradens sindonem: Tibi autem, inquit, deinceps erit cura, vt in hac eum honestè componas, myrrhâque pulchrè condias, & ei iusta facias.*

21. *An Virgo*

Tradidit Ioseph Corpus Dominicum monumento nouo, & statim ipse Nicodemus, reliquique qui aderãt, statim è sepulchro recedunt. Num recessit Deipara? Metaphrastes minimè recessisse affirmat. *Mater, inquit, sola remansit sepulchro adhærens, minimè dormientibus oculis perseuerans. Nam aliæ quidem tota nocte ad sepulchrum ingressæ sunt, & egressæ, quamobrem nec eis contigit videre plura miracula Resurrectionis. Illa autem quæ indiuulsa assidebat sepulchro, omnia vidit aperte; & non statim, sed postea retulit in luce, & renunciauit. Nam quomodo simul terræ motum, & Angeli in momento temporis descensum, & lapidis reuolutionem, & custodum profundum soporem, & expergefactionem, & quorundam in Vrbem reuersionem potuissent abeuntes mulieres, & rursum reuertentes integrè perspicere? Sed clarum est, hoc fuisse materni, & ardentis amoris, quæ perpetuò assidens, & acriori spiritu vigilans, omnia nos fortè vidit, vt se habebant: quod ne tantillùm quidem à sepulchro recesseris, donec ipsam vnisitam vidit Resurrectionem. Nam lapis quidem reuolutus, & Angelus ei insidens ab aliis quoque visus est mulieribus; quando autem, & quemadmodum hæc facta sunt, illæ quidem omninò nesciebant; ipsa vero sola, vt quæ assideret, omnia accuratè perspexit.*

apud sepulchrum remanserit vsque ad Resurrectionem? Metaph

22. *Assero probabilius, Virginem cum reliquis à sepulchro recessisse.* Mat. 28.

Verùm sententiam hanc de Virginis apud monumentum mansione non satis firmari reor; quia si Maria vna erat ex illis mulieribus, quæ ab Euangelista reuersæ dicuntur, simul ipsa reuersa est; si quidem illa vna erat earum. Nec vrget ratio, quâ Doctor mouetur; Matthæo apertè satis omnia manifestante, cap. 8. Cùm enim fœminæ solicitæ de euoluendo lapide accessissent, Angelum asserit amouisse. *Ecce terræ motus factus est magnus; Angelus enim Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum; præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos. Quæ cùm abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in Ciuitatem, & nunciauerunt Principibus Sacerdotum omnia quæ facta fuerant.* Itaque & mulieres conspexerunt, & ipsi custodes, & illæ omnia Apostolis nunciauere. Nec oportuit Virginem triduo illo solam assedisse sepulchro. Quomodo enim id Ioannes sustinuisset, Magdalena-ne, & aliæ piæ fœminæ solam Deiparentem reliquissent? Scimus autem & Ioannem, & reliquos apud sepulchrum minimè commoratos, sed rediisse Ierosolymam, & die vna Sabbatorum ad monumentum rediisse. Dicendum igitur Filij corpore sepulcro mandato, vnà inde cum Discipulo ad vrbem in Ioannis domum (cui cognomen Marcus) à viris, Fœminisque piissimis fuisse adductam; vbi pro fide, qua prædita erat, certissimâ Filium resurgentem expectauit.

IN MARIAM VIDVAM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS
Circa literam.

Ex eadem Iesu Sectatrice.

OBSERVATIO I.

Quàm gloriosum Deiparæ primam omnium fidelium sacrâ fuisse Eucharistiâ refectam.

Vbi de purissimis sacerdotum futuris manibus.

23. *Metaph.* EX Metaphraste collegimus Mariam cum piis fœminis Pascha nouissimũ apud domum Marci celebrasse, sanctissimúmque Eucharistiæ Sacramentum primam è Filij manibus accepisse.

24. *Repetit Christus Matris primum hospitium.* Placuit profectò adeo Iesu Domino primum illud hospitium apud Mariæ præcordia, vt cum non deceret iterato in Matris vterum introire, & renasci: excogitaret quonam modo domum illam Mariana scilicet viscera repetere posset. Innuit Anonymus apud Metaphrast. (*Metaph.*) *Ad diuina*, inquit, *Mysteria quotidie accedebat, & Filij Corpus, quod prius in vtero gestauerat, sæpè visceribus inferebat.* Vt qui gestatus olim iam fuerat in vtero Matris, eadem sæpè sacratissima viscera iniret. Annon Patrum communis sententia ad illud Mat. vlt: (*Mat. 28.*) *Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem seculi*, quod licèt Eucharistiam Christus instituerit, vt sui absentis desiderium in fidelium animis leniret, tamen ante omnes alios, & præ omnibus, propter Mariam fuerit instituta: vt videlicet illa post Christi passionem hâc escâ confirmata facilius suæ beatitudinis moras sufferret. Si ergo præcipuè propter Mariam fuit instituta, prima fuit Sacramento refecta, vt & vulneris futuri iam proximè dolor leniretur, & vt dignissimè primum illud hospitium Christo sub Eucharistiæ velamine pararetur.

25. *Docet Deipara sacerdotes quam puris manibus debeat Eucharistia excipi.* Christus hoc conuiuium instituens expressit quonam esset pectore recipiendum, *Accipiens* (inquit Apost.) *panem in sanctas ac venerabiles manus suas.* Cur sanctitas manuum exprimitur, nisi vt innuatur puritas pectoris hunc panem excipientis? Iacobus in Lithur. (*Iacob.*) *Accepit in sanctis & immaculatis manibus.* Basilius, (*Basil.*) *In impollutis, & irreprehensibilibus manibus.* Solæ Christi manus suum Corpus & Sãguinem dignè omninò possunt tractare. Post manus Christi sanctissima Dei Mater digne Christi corpus versare manibus, portare brachiis, ad pectus suspendere, ore poterat suauiari, quod in suo conceptum vtero inter sanctitatũ splẽdores nouem mẽsibus gestauerat. Vnde Christus primam refecit Deiparam Synaxi, vt suprema fidelium excepturorum Eucharistiam exprimeretur dispositio, fidelibúsque recepturis documentum exhiberetur.

26. *Sola in Maria Christus sub Eucharistia in plenitudine perfectionis recipitur, prout fert humanitas nostra.* Quæsierat Virgo, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie?* Cant. 1. (*Cant. 1.*) Vbi modernus quidam illud verbum *Meridie* exprimit, *in plenitudine lucis, sanctitatis, perfectionis.* Ac si diceret, quando cubas cum fidelibus pransurus, vbi pascis in plenitudine perfectionis, quænam illa fidelis adeò anima, quæ perfectissima dispositione præmissa à te vero cibo pascatur? Cui Dominus: *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, &c.* Superiùs versionem illam: *An ignoras te pulcherrimam mulierum.* Ruperti dedimus, huic (*Rupert.*) apprimè argumento congruentem, Quæris, ô Mater apud quænam præcordia dignè recipiat panis effectus? quænam perfectissimè me recipiat sponsa? An te ignoras pulcherrimam esse omnium fidelium, qui hoc epulo reficiuntur? Tu ô Virgo, post me dignis manibus accepisti, tu dignissimis visceribus hospitium adaptâsti.

27. *Deipara recipit Eucharistiam ineffabili dispositione.* Rursum Maria. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.* Cant. 2. (*Cant. 2.*) L X X. *Qui pascit in liliis.* Vbi Gillelmus (*Gillel.*) asserit Mariam *lilium liliorum, castam castorum, iustam iustorum.* Dilectus igitur *pascit in liliis*, hoc est eos fideles reficit suo pane suauissimo, qui lilia puritatis exsurgunt. At *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Quasi nullum lilium adesset, me seligit dilectam, quam reficit Eucharistia primam, à qua perfectissimâ fidelium dispositione recepta est.

28. *Docet nos Maria præparationem.* Adhuc nos edocet Maria ad sacram Synaxim præparationem. *Comedi fauum meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Cãt. 5. (*Cant. 5.*) L X X. (*Septuag.*) *Comedi panem meum.* Ex mente Nysseni, Pselli, & Philonis panis seu fauus, ac vinum in præsenti sanctissimum Corpus ac Sanguinem Christi significat: mel autem, & lac recepturi fidelis designat puritatem; hæc autem sententia laeto vtrique coniugi exhibetur. Ait ergo Deipara prima ad sacrum epulum inuitata: *Comedi panem meum* qui ex vtero meo terra prodiit purissima *cum melle meo*, cum suauitate deuotionis, cum puritate ex ipso fauo deriuata. *Bibi vinum meum*, quod ex me vite habuit exortum, *cum lacte meo*, cum ea puritate quæ decuit eam, cui à Domino & concipiendi, & pariendi, & lactandi dignitas exhibita est. Pergit Deipara iam corpore, & sanguine refecta Apostolos ac Discipulos mensæ ac Tabernaculo assidentes inuitare: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini*

mini charissimi. Ibid. Iam prima cecepi, vos amici participes epuli efficiamini. Quicumque Mariæ puritatem (quoad ab homine præstari poterit) imitamini, comedite, & bibite, inebriamini. Iudas autem nec charissimus, nec amicus abscedat mula asinaria in tartarum deturbandus, si pollutis manibus scandali suscitator excipiat. Tertullianus lib. de Idololat. cap. 7. *Si autem manus tua scandalizat te, amputa eam. Quæ magis amputanda, quam in quibus Domini Corpus scandalizatur.* Ediscant Sacerdotes quam puris manibus debeant tantum excipere Sacramentum.

Tertul.

OBSERVATIO II.

Filium Deiparens pro hominum salute libentissimè obtulit.

Vbi innuimus, naturæ repugnantiam obedientiæ meritum non minuere.

29. EX Bonauentura vidimus à Maria Filium Patri pro hominibus libentissimè oblatum. Hieronymus epist. de Assump. *Neque enim dubium est, illam, quæ meruit pro liberandis ferre pretium, posse liberatis impertiri suffragium.* Vbi inter merita Virginis computatur Filium nostræ salutis pretium tulisse.

Hieron.

30. Ipsa profatur. *Melior est fructus meus auro, & lapide pretioso.* Prou. 8. Vbi Bonauentura ad illud. *Benedictus fructus.* Luc. 2. ait: *Melior est fructus meus, fructus ventris mei, (quem ego tanquam meum hominibus, & pro hominibus offero) auro & lapide pretioso.* Illud pondera: *Fructus meus, quem offero.* Constantinus Copronymus, authore Nicephoro in fine lib. 8. asseruit impiè, Mariam crumenam auro plenam thesaurum salutis acceptum de more crumenæ sine vllo merito redidisse. Profectò non solùm reddidit, sed dedit tanquam suum. *Quem ego tanquam meum pro hominibus offero.* Si Christus Mariæ fructus, si suum absolutè possit appellare *Melior est fructus meus*: non solùm effudit illum, sed pro hominum salute dedit.

Non solum Maria reddidit pretium acceptum, sed dedit illud pro hominum salute.
Prou. 8.
Bonau.
Niceph.

31. Certè Doctores tanti æstimant Virginem, vt eam auserint salutis nostræ auctricé compellare. Hieronymus citat. *Veneremur salutis auctricem, quæ dum Auctorem suum concepit de cælo, nobis Redemptorem prabuit in terra.* Augustinus serm. 17. de Nat. *Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria.* Irenæus lib. 3. cap. 38. *Vniuerso generi humano causa salutis facta est.* Et Chrysologus serm. 142. *Angeli mirantur omnes homines vitam meruisse per fœminam.* Christus Dominus causa fuit principalis nostræ salutis; solus enim rem totam pro peccatorum debito integrè satisfaciendo peregit. Maria autem tantùm sua impetratione eandem salutem quodammodo promeruit, & iuuauit; vnde redemptionis, ac salutis nostræ causa aliqua dicenda est. Quare? Plerique putant, quia Incarnationem Christi de congruo promeruit. Alij, quia pro communi omnium salute quandiu superstes fuit, exorauit, qua quidem prece cunctorum salutem de congruo pro suis meritis impetrauit. Alij, quia Christum peperit, qui salutis nostræ caput causáque extitit. Ego autem ex eo Virginem redemptioni, ac salutis nostræ causam aliquam dici asseruerim, quia Christum tanquam aliquid, quod suum erat, Mundo donauit, & pro Mundi salutè sponte obtulit. *Quem tanquam meum hominibus, & pro hominibus offero.* Sic Doctor Seraphicus.

Mariam Doctores salutis nostræ auctricem appellarunt.
Hieron.
Aug.
Irenæ.
Chrysol.

Enimverò vt D. Bonauenturæ sententiam exponam, & confirmem, affirmo, Christum Mariæ Filium aliquid proprium illius fuisse, voluntatémque Virginis semper diuinæ adeò fuisse addictam, vt cum nouisset æterni Patris deffinitionem statuentis Filium suum pro hominum salute morti tradere, ipsa quoque voluntariè eúdem Filium suum obtulit neci. Vnde eleganter Bonauentura ad illa verba: *Sic Deus dilexit Mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* Ioan. 3. de Maria etiam efferri posse ait. *Sic Maria dilexit Mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* Audi Gersonem tit. 2. de cantic. d. 3. p. alphab. *Erige cordis aures ad voces spiritus sui, dum proprium Filium, dum dilectum oris sui, viscerum quoque suorum, & veterum consensit crucifigi pro redemptione nostra, dans nobis illum vtique cum gaudio, & exultatione, quæ summam superabat carnis angustiam. Alioquin qualiter implesset, quod dicitur: Hilarem datorem diligit Deus?* Illud: *Consensit crucifigi*, expende. Quid si non consentiret? Suus erat Filius, sine consensu Virginis non ab ipsa pretium eriperetur. At tam conformis eius voluntas cum cælesti, vt minimè retineret, quem tam munificus Dominus hominibus, & pro hominibus exhibebat. 32.

Maria Filium quod aliquid proprium illius erat, voluntariè obtulit pro hominibus.
Bonau.
Gerson.

Vidisti Christum Sacerdotem seipsum Patri pro hominum salute offerentem? Deiparam Sacerdotem quidem existima eandem suam hostiam Patri libantem, donantem hominibus. Epiphanius serm. de laud. Deip. *O Virginem stupendum Ecclesiæ thesaurum, qui à te partus est ingens mysterium. Virginem appello tanquam Sacerdotem pariter & altare, quæ quidem mensam ferens, dedit nobis cælestem panem Christum in remissionem peccatorum.* Sacerdotè Virginem appellauit, quia Sacerdotis in morem simul cum Sacerdote Filio æterno Patri obtulit redemptionis hostiam. 33.

Maria Sacerdos eandem, quam Christus Sacerdos, hostiam obtulit Patri.
Epiph.

Cecinit Dauid, *Tu es, qui extraxisti me de ventre, in te proiectus sum ex vtero. De ventre Matris meæ Deus meus es tu.* Psal. 21. Hebraicè *Expositiuus factus sum apud te ex vtero Matris meæ.* Sic expono. Ex quo Mater mea me edidit in lucem, me hominibus exposuit. Exposuit & Patri, vt mecum, non sicut cum naturali filio, sed veluti cum leuato aliquo è terra infante, & quasi cum seruo ageret. Exposuit frigori, tormentis, Cruci. Certè eo spectasse asserit Cyprianus Virginem, cùm Filiú recèns natum è gremio transtulit in præsepe. Id quod Virgo gessit, vt omninò & Patri, & Filio posset conformari. Bonauentura 1. dist. 48. q. 2. *Nullo modo dubitandum est, quin virilis Mariæ animus, & ratio illius constantissima voluit etiam tradere Filium suum pro salute generis humani; vt Mater per omnia conformis esset Patri, & Filio.* 34.

Maria ex vtero Christum laboribus exposuit pro hominum salute.
Psal. 21.
Bonau.

Quam

35. Quam Deiparæ voluntatem adumbratam affirmo, cum apud Templum Purificationis die donatum Filium vili pretio redemit. Bernardum accipite serm. 3. de Purif. *Oblatio ista, fratres, satis delicata videtur, vbi tantùm sistitur Domino, redimitur auibus. Veniet, quando non in Templo offeret Mater, nec in brachiis Simeonis, sed extra Ciuitatem inter brachia Crucis, quãdo non redimetur alieno; sed ipse redimet omnes sanguine suo. Illud erit sacrificium vespertinum, istud est matutinum.*

Adumbratam hæc Maria voluntas, cùm apud Templũ Filium redemit.
Bernard.

36. Hioc collige, quam sis debitor affectui Deiparæ, quæ sacrificium illud vespertinum, effecit matutinum, iam inde à partu pro hominum salute offerens Patri. *Illud erat vespertinum sacrificium, istud est matutinum.* Adde Bonauéturam citatum. *In hoc miro modo debet laudari, & amari Deipara, quòd adeo compassa est, vt si fieri potuisset, omnia tormenta, quæ Filius pertulit, ipsa libentiùs sustinuisset. Et nihilominus placuit ei, quòd Vnigenitus eius pro salute generis humani offerretur. Verè ergo fuit fortis; & pia, dulcis pariter & seuera: sibi parca, & nobis largissima. Ideo à nobis amanda, & veneranda post Trinitatem.* Porrò & Matris Iesu & oostrum affectum dolentis quidem, & gaudentis exprimit Abulensis ad cap 9. Deut. q. 4. fatus. *Virgo in tempore passionis ex charitate magna, quâ eam repleuerat Spiritus sanctus, ardenter diligebat salutem humani generis. Cùm ergo eum vidit patientem, admirabiliter consolabatur, quia certissimè videbat redemptionem humani generis factam. Dolebat tamen acerbè, quia videbat tenerrimum illum Iuuenem Christum Iesum, quem ipsa conceperat, quem magis diligebat, quam animam suam, (ita vt pro eo mori elegisset, si licuisset.) Erat ergo in ea simul dolor, & gaudium, vtrumque magnum; sed fatis vnum alteri concordabat.* Rursum Bonauentura serm. 1. de Virg. tom. 3. Virginis in nos exprimit charitatem. *Nulla postea creatura ita per amorem nostrum exardescet, quæ amantissimum Filium suum, & vnicum, quem magis seipsa amauit, nobis dedit, & pro nobis obtulit.*

Totum ergo genus humanum debet Deiparæ.
Bonau.
Abul.
Bonau.

37. Vis ostendam, quàm ingens hæc erga homines Deiparæ charitas? Idem Spiritus sancti aduentantis, ac Deificæ virtutis vmbraculum, quo eguit Virgo ad Filij conceptionem, ad mysteriumque stupeodum Incarnationis perficiendum fuit necessariũ, postmodum adfuit Virgini, vt Filium suom pro hominum salute donaret. Bernardinus Sen. serm. de Nat. Mar. *Spiritus sanctus superueniet, & virtus Altissimi obumbrauit tunc vel maximè, cùm Filium in Cruce pendentem non vidit solùm Maria, sed obtulit Patri.* Ergo debitrix natura Mariæ æternam ei debet gratiæ retributionem. Ad hæc in morum eruditiooem, dum videris Mariam mœstam & hilarem in oblatione Filij, collige non imminui obedientiæ meritum, cum repugnans oatura lacrymis prosequitur constantis animi resolutionem, imperiique difficilis sacrificium.

Quam difficilis Maria donatio, quâ ingentem arguit erga homines charitatem!
Bernardin.

⁂

Observatio III.

Maria quodammodo Mundi Redemptrix.

Inde ostendo, quàm necessarium nobis Deiparæ præstare obsequium, ad salutis efficaciam.



N Deipara Mũdi Redemptrix? Profectò Christus solus pro hominum salute voluit immolari, vnde cunctos discipulos abire disposuit, *Si ergo me quæritis*, ait, *sinite hos abire.* At quodammodo necessarium fuit, Deiparã non separari, quia cùm vna Christi ac Mariæ voluntas esset, vnũ quodãmodo obtulere holocaustum. Pulchrè Arnold. Carnot. tract. de Laod. Mar. *Omnino tũc* (id est, in Cruce) *erat vna Christi, ac Mariæ voluntas, vnumque holocaustum ambo pariter offerebant, hæc in sanguine cordis, ille in sanguine carnis. Vnde communem in Mundi salute cum illo effectum obtinuit.* 38.

Arnold.

Aonon Maria cum Domino ad salotẽ Mũdi est cooperata, quatenus semetipsam ita Deo per mortis ac crucis votum & desiderium, vt, si fieri posset, ad vniuersitatem saluandam cõmori cuperet? Arnold. *Stabat iuxta Crucem non minor, quam Matrem Dei decebat; fortassè autem quia in morte Filij intelligebat redemptionem Mundi, etiam sua ipsa morte se aliquid æstimabat publico muneri addituram.* Id est, votum illud, ac desiderium charitas erga homines extorqoebat, qua ardebat adeò, vt pro ipsis emori exoptaret. Nec defuit Virgini peracerba nex; in Iesu enim crudeliorem mortem sustinuit, quàm si in seipsa experiretur. De quo Tom. 1, lib. 12. 39.

Redemptrix quodammodo Maria per votum, & desiderium crucis.
Arnold.

Annoo cum Christo Maria ad redemptiooem Mundi est cooperata, quatenus suam voluntatem cum voluntate Christi conformem exhibens, Filium suum morti pro salute communi addixit? Adde obseruationi præmissæ, (vbi de hoc plura argumento) Bernardinum tom. 1. ser. 51. c. 4. fanct. *O mira circa nos vtriusque parentis Christi pietatis dignatio! O inæstimabilis Dei, & Virginis dilectio charitatis! Qui vt seruum redimerent, communem Filium tradiderũt, propter nimiam charitatem, qua Deus & Virgo nos miseros peccatores dilexerunt.* Nec cadat sine pondere verbum illud Deum ac Mariam complectens: *Qui vt seruum redimerent*, quasi & Deo & Deiparæ redemptio hominum adscribatur. 40.

Cooperata est saluti nostræ, quia Filium suum morti addixit.
Bernardin.

Annon cooperata, quia ipsa apud Mediatorem egit mediatricem? Citatum Bernardinum audite. *Iam vsque neque ipsa mulier benedicta inter mulieres videbitur otiosa. Inuenitur equidem locus eius in hac reconciliatione. Opus enim est mediatore ad Mediatorem istum; nec alter nobis vtilior, quam Maria.* Profectò Maria *non videbitur otiosa, panem enim otiosa non comedit*, quæ nostram quodammodo salutem *operata est consilio manuum suarum.* Prou. 31. Quonammodo manuum, si consilio: opere, si verbo? Quia sermo, 41.

Et quia apud Mediatorem ipsa egit mediatricem.
Bernardin.

sermo, quo mediatricem agens, vtitur Deipara quasi opus manuum confixarum vtique est.

42. *Totam doctrinam ex Arnoldo confirmo.* Arnol.

Triplicem profectò præmissam rationem eleganter Abbas Carnotensis citatus complectitur. *Et, quod difficillimum erat, moriebatur Virgo, & mori non poterat, nec poterat ex facie colligi crux illa animæ, & patibulum spiritus, in quo erat hostia viua, & beneplacens Deo, & medullatum holocaustum, quod cum ipsa incenderet, tantum conscientia ministerio vtebatur, ipsáque sine strepitu se ipsam mactans, in altario interiori & ligna, & flammas, & lances conferebat. Nimirum in tabernaculo illo duo videres altaria, aliud in pectore Mariæ, aliud in corpore Christi; Christus carnem, Maria immolabat animam. Optabat ipsa ad sanguinem animæ & carnis sua addere sanguinem, & eleuatis in cruce manibus celebrare cum Filio sacrificium vespertinum, & cum Domino Iesu corporali morte redemptionis nostræ consummare mysterium. Sed hoc summi Sacerdotis erat solius priuilegium, vt de sanguine munus intra sancta inferret: nec poterat ei consors hæc esse cum aliquo dignitas. Cooperabatur tamen plurimum secundum modum suum ad propitiandum Deum, cum tam propria quam Matris vota charitas Christi perferret ad Patrem: cùm quod Mater peteret, Filius approbaret, Pater donaret. Diligebat Pater Filium, & Filius Patrem, Mater verò post vtrumque ardebat, vnumque erat, quod diuersa exhibebant officia, quòd Pater bonus, quòd Filius pius, quòd Mater sancta intendebat, quòd in commune elaborabat dilectio: simulque se complectebantur pietas, & charitas, & bonitas: Matre supplicante, filio interpellante, Patre propitiante.* Quid illustrius? Ex prædictis concludo humani generis reparationem Christo vt causæ principali condignum pretium offerenti redemptionis nostræ donatam: Mariæ verò ex congruitate quadam impetranti; non quod Christus eo indigeret adiutorio, sed quia Matris dignitas hoc postulabat, vt eius preces meritis, & vota cum meritis, ac votis Christi coniungerentur; vt salus hominum vtrique ab æterno Patre donaretur.

43. *Celebrant Patres Redemptricem Mariam.* Bernard. Tertul. Irenæ. Epiph. August.

De Maria ergo sic Redemptrice illud Bernardi ser. de verb. Apoc. expono: *Fidelis Maria, quæ salutis antidotum & viris, & mulieribus propinauit. Illa enim* (Eua) *ministra seductionis, hæc propitiationis: illa suggessit præuaricationem, hæc intulit redemptionem.* Tertullianus, *Quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem redigeretur ad salutem.* Irenæus, *Vt Virgo Maria Euæ fieret aduocata; & quemadmodum genus humanum morti adstrictum est per Virginem, per Virginem solueretur.* Consonant Epiph & August.

44. *Maria adimplet nobis, quæ desunt passionum Christi.* Colos. 1. Thom.

Paulus ad hæc, *Gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo, quæ desunt passionum Christi in carne mea.* Colos. 1. D. Thomas docet Christi passionem quoad sufficientiam completam omnino, & perfectam in seipsa esse: tamen quoad efficaciam attinet, vt scilicet in singulis effectum sortiatur, hominum operatione indigere. *Hoc est*, ait, *implere Paulum, quæ desunt passionis Christi in carne sua.* Aliter tamen Virgini accommodo Apostoli sententiam. *Quæ desunt* (clamat illa) *passionum Christi adimpleo* in spiritu meo. Quia redemptionem nostram ita Christus perfecit, vt Mariam etiam huic operi sibi adiutricem adsciuerit. Quapropter sicut partus (teste Aristotelé de part. anim. lib. 4.) natura ipsa duce, ex viro robur, ex fœmina verò formam, & venustatem trahit: ita etiam redemptio nostra (quæ per Mariam & Christum veluti parta est) à Christo sufficientiam, & robur, & constantiam: à Maria verò venustatem, ac speciem sibi accersiuit. Ildephonsus lib. de Virginit. Mar. *Concedas mihi, ò Maria, adhærere Deo & tibi: illi sicut Redemptori meo, tibi sicut operi redemptionis meæ. Quod enim in mea redemptione Christus est operatus* (en sufficientiam, & robur) *in tua persona veritate formatum.* (Ecce formæ pulchritudo) sufficientiam Christus perfectissimam, Maria ex Christi gratia, dedit, vt in singulis effectum sortiatur. *Arist.* *Ildeph*

45. *Maria Mundum inueteratum innouauit, quod munus Redemptoris.* Andre. Ierosol.

Augustinus asserit lib. de doctr. Christ. ex triplici vitio, scilicet turpitudine, auaritia, fastu Mundum senectute confectum. An non Christus Redemptor Mundum senescentem detulit ad iuuentam? Virginitate quidem, humilitate, paupertatéque nitens Maria Iesu imitatrix eundem senio confectum Mundum innouauit. Andreas Ierosol. serm. de Annunc. *Hodie summa Vniuersi opifex potentia conceptum apud se iam dudum de rerum creatione consilium ad finem perducit. Quia prior nostra effigies nouam figuram consequitur, & senio quasi confectus Mundus per Mariam peccatorum senectam exuit.* Quàm verè Bernardus serm. de Natiuit. Mar. *Cælestis Deus rore aream rigaturus, totum vellus priùs infudit. Redempturus humanum genus, pretium vniuersum contulit in Mariam.* Vt scilicet per ipsam hominibus impenderetur. Nihil enim gratiæ, aut boni à Christo in nos vnquam proficiscitur, quod Virgini acceptum referri non debeat, quæ redemptionem generis humani cooperatione sua eatenus absoluit, & complet; quatenus efficit, vt gratiam, quæ nobis per Christum præparata est, & reipsa, & de facto obtineamus. Si pretium vniuersum nostræ salutis in Maria, putas ne sine obsequio ad Mariam, tibi ab ipsa efficaciter conferendum? *Bernard.*

SECTIO TERTIA.

Maria curæ Ioannis addicitur.

PATRVM CONTEXTVS.

Nvm.3. IVxta Crucem Filij Virago fortissima muliebres lacrymas virili constantia condecorat,(Euangelista profante : *Stabat autem iuxta Crucem Iesu Mater eius. Cùm vidisset ergo Iesus Matrem,& Discipulum stantem, quem diligebat, dicit Matri suæ : Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit Discipulo: Ecce mater tua; & ex illa hora accepit eam Discipulus in sua.*) 4. Piissimus tũc Filius dilectissimum Discipulum charissimæ Matris adoptauit in filium, vt iam Maria disceret specialiùs, diuino Filio discedente, se humanis matrem exhibere. 5. Moritur vita breui sepulchro addicitur, Maria solitaria.

COMMENTARII LITERALES.

§. I.

Mater Virgo iuxta Crucem dolens, stans,

1. *Constantia Deiparæ non fugientis, sed stantis iuxta Crucem.* Ambr.



TABAT *autem iuxta Crucem Iesu Mater eius.*]Constãtiam Mariæ iuxta Crucem stantis Patres concelebrant. Ambros.l.de instit.Virg.c.7. *Stabat antè Crucem Mater, & fugientibus viris stabat intrepida. Videte, verum pudorem mutare potuerit Mater Iesu, quæ animum non mutauit? Spectabat piis oculis Filij vulnera, per quem sciebat, omnibus futuram redemptionem. Stabat non degeneri Mater spectaculo,quæ non metueret peremptorem. Pendebat in Cruce Filius, Mater se persecutoribus offerebat.*Et l.10.epist.82. *Maria, vt Matrem Christi decebat,fugientibus Apostolis, ante Crucem stabat, & piis spectabat oculis Filij vulnera; quia spectabat non pigneris mortem,sed Mundi salutem.* Quanta ergo Mariæ constantia,quàm ardens in peccatores charitas, si Petro, reliquisque fugientibus,mortis aspiciebat horrorem, & Filij dilectissimi non tam spectabat vulnera, quàm fructus patientiæ.

2. *Decorè dolebat.* Metaph.

*Stabat Mater eius.*Si Mater cur non doleret, cur non lacrymaretur? At stãs sese firmat haud indecorè doluisse.Metaphrastes orat.de vita & dormit.Mariæ: *Dicunt hi,qui de iis rebus tractarunt, Mariam ab initio vsque ad finem se fortiter, & constanter gessisse. Honestè quidem, & non indecorè vtentem motu animi, factis autem ostẽdentem se esse Matrem;sed omninò Matrem illius,qui amico mortuo & ostendit amorem, & motum animi certis finibus continuit. Lacrymatus* corã mortuo Lazaro *Iesus*?Cur non & Mater eius corã Filio mortuo lacrymaretur? At Filij constantiã imitata stabat iuxta Crucem.Profectò dolorẽ Virginis cum animi constanti fortitudine copulatú apprimè describit Anselm. *Stabat Maria in fide Iesu constantissima, & patientissima; nam Discipulis fugientibus cunctisque viris recedentibus, in gloriam totius fœmineæ sexus inter tot pressuras Filij sui constanter ipsa sola stabat, & pulchrè stabat, vt decet pudicitiam virginalem. Non se laniabat in tanta amaritudine,non maledicebat,non murmurabat, nec vindictam hostium à Deo petebat. Sed stabat disciplinata,verecunda, patientissima, lacrymis plena,doloribus immersa.* Ambrosius orat.de obitu Valent. *Stantẽ Mariam lego,stentem non lego.* Non quia non lacrymas profunderet,sed quia constantia lacrymabilem vincebat affectum.

Anſel.

Certè quò grauior dolor, eò constantia laudabilior. Epiphanius sic dolorem in Lament. Mar. describit. ex ore Deiparæ. *O Simeon, en nunc gladius, quo mihi prædixisti cor meum traiiciendum. Ecce gladius, ecce vulnus. Fili, & Deus mi, tua mors cor meum subit, viscera mea sunt disrupta, meum lumen obtenebratum est, & pectus meum grauis pertransijt gladius.* Euthymius Mat. 27. contestatur.Et Metaphrastes citat. adhærescit fatus. *Quæ omnia transuerberabant profundius, quam vlis claui cor Virginis, & innumerabilibus quidem plagis illa sauciabatur. Hoc vero erat ei omnium molestissimum, quod ad illum quidem accedere,& eum alloqui sitiebat, repellebatur autem à multitudine tanum eam circundantium.* Quid hoc dolore acerbius? 3. *De dolore Mariani grauitate.* Epiph. Euthym. Metaph.

Constantiam autem asserunt & attentio ad cuncta, quæ gerebantur, & voluntas Filium pro hominibus Patri offerens. & circundantis, osculantisque Crucem affectus. Num attenta? Bernardus. *Stabo,& aspiciam oculis manus perforatas, & pedes videbo, quomodo pendeat in patibulo Mundi Saluator, & quomodo transeat ex hoc Mundo. Accedam propius, & amplectar brachiis, & depositum de Cruce osculabor Filium Deum & Dominum meum* Non ergo deliquium indecens animi Virgo passa est: An voluntaria? Bonauentura lib. 1. Sent. d.48.q. vlt. *Nullo modo dubitandum est, quin virilis eius animus,& ratio constantissima vellet etiam tradere Filium suũ pro salute generis humani: vt Mater per omnia Patri esset conformis* Num constantis animi expressit affectus?Metaphras. *Verisimile est Deiparam ad Christum accessisse, & intemeratos eius pedes,& impressas eis plagas libenter esse deosculatam:& sanguine miscentem lacrymas oculos, & genas attriuisse;cum maximo autem animi motu eum aspiciẽtem dixisse: Quid hæc sunt, ô Domine Deus? Loquere aliquid modicũ ad tuã Matrem recreandam; non fero enim dolores, quæ te sine dolore peperi. Quis mei curam geret, ac defendet?* Consonat Euthymius. 4. *Quænam Maria constantiam obfirmene.* Bernard. Bonau. Metaph.

§. II.

§. II.

Joanni Deiparens commendatur.

5. *Ioannes filius Deiparæ, in beatitudinis firmitudinē. Metaph.*

CVm vidisset ergo Iesus Matrem & Discipulum stantem, quem diligebat, dicit Matri sua: Ecce filius tuus. Deinde dicit Discipulo: Ecce Mater tua.]Profectò proclamanti Deiparæ: *Quis mei curam geret?* (vt aiebat Metaphr.) Filius respondit: *Ecce Filius tuus. Cum eam* (inquit ille) *vidisset, tam acerbè affectam, & stantem propè dilectum Discipulum: eam primùm aspiciens, Mulier, ait, ecce filius tuus, ostendens Discipulum. Sic vel Cruci affixus curam gerebat Matris, & eam commendauit dilecto Discipulo, nos docēs non negligere parentes vsque ad extremum spiritum. Discipulo quidem eam commendat sic consolans, illum autem magis honorans consolatione. Et quod valdè eum diligeret, hoc vtens testimonio (quid enim aliud faciens, aut dicens illum tali honore est dignatus?) Simul quoque, quod permansisset, ei referens gratias. Deinde cùm etiam aspexisset Discipulum: Ecce, inquit Mater tua. Hoc autem erat coniungentis ad dilectionem, & simul etiā ostendentis amborum authoritatem.* Illud sine pōdere minimè excidat: *Quod permansisset ei referens gratias.* Permanenti Ioanni Deiparens addicitur in præmium, quasi beatitudine donaretur; quia speciale cum Deipara commercium pignus est æternæ felicitatis.

6. *Cur Mulier appellatur Maria? Chrysost.*

Mulier ecce filius tuus.] *O bone Iesu* (clamat Chrysost.hom.84.in Ioan.) *quid Matrem tuam erubuisti, quæ te tam dulciter nutriuit, dulciter lactauit, tam durè loqueris, Mulier inquiens? Sed ideo factum esse arbitror, ne materno nomine Matri dolorem amplius excitares. Nō enim tunc tempus erat Matrem dulciter alloquendi.* At mulieris vocabulum nil acerbum portendere supra ostendimus.

7. *Cunctis homines à Domino Mariæ traduntur in filios. Salmer.*

Ecce Filius tuus. Ac si diceret, Cunctos homines in Ioāne figuratos, tibi ò Mater tuæ tutelæ cōmendo, addico peccatores speciali tuo patrocinio. Salmer. audiendus. *Ecce filius tuus, scilicet adoptiuus, & spiritualis; quia Virgo tanquam Mater spiritualis Ioannem, & nos omnes in filios Dei, & Christi fratres dicitur adoptasse, quatenus omnium bonorum suorum, & meritorum tanquam communis Mater nos hæredes instituerei; suisque singularibus precibus, exemplis, & documentis adiuuat ad filiorum Dei adoptionem adipiscendam, & inuitat.* Adiicit pulchrè. *Aduerte Christum non contentum nos fecisse æterni Patris sui filios, voluisse quoque alia ratione (quo nos sibi coniunctiores redderet) nobis esse propinquum; vt ex vtraque parte tam Patris, quàm Matris, essemus illius fratres.*

8. *Quid in sua recipit Deiparam? Beda.*

Et ex illa hora accepit eam Discipulus in sua.] Vbi Beda. In quæ sua Ioannes Matrem Domini accepit? Erat quidem ex illis, qui clamarāt: *Ecce nos reliquimus omnia.* In sua ergo officia Ioannes Mariā suscepit, vt ei tanquam Christi parenti, sibi specialissimè commissæ præstaret obsequium. Beda, *Accepit eam Ioannes in sua, vt ad eius curam, quidquid Virgini esset necessarium, pertineret. Suscepit ergo eam in sua, non prædia, quæ nulla propriè possidebat; sed officia, quæ propria dispensatione exequenda curabat.*

IN MARIAM VIDVAM

PANEGYRICVS TERTIVS MORALIS

Circa literam,

Ex ipsa cura Ioannis addicta.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba.

Stabat autem iuxta Crucem Iesu Mater eius.

Incredibilis Mariæ iuxta Crucem dolor: num Filij dolorem vicerit.

Innuò non benè munus parentis explere, qui filiorum incommoda propria non reputat.

9. PLVRA quidē tom.1.digessi, nō pauca hîc lib.2.circa Simeonis gladium addidi, nonnulla proprio hoc in loco de Virginis iuxta Crucem dolore adiiciam, vt eius constantiam inuictam valeam obiicere. Ipsam restor.

10. *Maria Luna obfuscata sola tenebrosa fugatione. Cant.1. Halig.*

Adolescentulis sociis Deipara doloris sui præstantiā iuxta Crucem obeunte Filio exprimens (neque alius explicare posset) fatur. *Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol.* Cant. 1. Proximā expendo clausulam: *Quòd fusca sim, &c.* Filium meum, ò filiæ Solem contemplamini, me Lunam aspicitis, extincto Sole, Luna necessariò tenebris obruitur. Halgrinus Card. apud Delrium. *Virgo loquitur de dolore, quem habuit tempore passionis Filij sui, dicens: Nigra sum animi mœrore confecta, obfuscata, obscurata, decolorata, quia decolorauit me Sol moriens, decolorem me fecit Sol obscuratus, & obfuscatus.* Isaias. *Non est species, neque decor. Vidimus eum, & nō erat aspectus.* Quid autem iuxta Crucē Mariæ Lunæ commoranti? *Ipso igitur* (addit Cardin.) *sic despecto, despecta est & Mater: ipso sic obfuscato, obfuscata est & Mater.*

11. *Maria est moriens iuxta Crucem quasi omnium Martyrum collectio amplius obiecta. Cant.3.*

Vicit certè dolor Virginis omnium Martyrum dolorem, quia ipsa dolens cunctorum Martyrum epilogatio est. Ab Angelis Maria & iuxta Crucem moriens & ad superos ascendens obiicitur, dum clamant:

legi: nullum tamen scopum attigisse omninò tatus sum. Quidam enim ex eo Mariæ solitudinem adstruunt, quia orbata Filio, nec incongruè: minùs nempè appositè alij solitudinis nomine de Deiparæ martyrio differunt. Profectò cuncta complexus indè Mariæ solitudinem adstruo, vnde orbanda Filio crudelissimis affecta est vulneribus ab omni leuamine abstracta, & quasi in solitudine constituta.

17\. Omnium tribulationum Virgo vulneribus simul tentata affectu ad superos auolauit assidens affixo Domino. Cuius obitum mysticum describens Sponsus acclamat: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris?* Cant. 3. Ex Damiano Obseru. proxima vidimus cunctas tribulationes Martyrum, ac Sanctorum omnium cruciatus in pulueres ob contusioné exitialem redactorum, in Mariæ iuxta Crucem statione colligari. Pondero in præsenti illam particulam: *Quæ ascendit per desertum.* Vbi Rupertus: *Id est, animum habens valde solitarium.* In solitudine tam saucia, tam affecta doloribus adeo constituitur, vt nullum ei leuamen adhibeatur. *Quomodo sedet sola ciui at!* Haud est, *qui consoletur eam.*

Omniũ tribulationum Maria affecta in solitudine solatij omnino constituitur.
Cant. 3.
Damian.

18\. An Virgo patiens ab spiritu consortabatur? Certe spiritus ipse præcipuo solatij lenimine indigebat, fante Simeone: *Tuam ipsius animam gladius pertransibit.* Luc. 2. Aliis in Diuis aut laboribus, aut martyrio affectis caro sauciabatur adeò spiritu roborato, vt & corporei cruciatus doloré ablegarét. Haud sic Maria, cuius spiritus vulneratus haud poterat aut à corpore, aut ab ipso animo subleuari. Richard. Laur. l. 3. *Martyres etsi tormenta sentiebãt in corpore, interiori tamen consolatione refrigerabantur in mente: & si eorum corpora pertransibat gladius tormentorum, tamen anima eorum confortabantur in Christo. At anima Matris torquebatur in Christo.* Quonammodo Maria ab spiritu vnicè vulnerato, cunctis Martyrum turmentis, omnibus Diuorum laboribus affectos, posset solatium accipere?

Maria patitur sine spiritus leuamine.
Richard.

19\. Certè & Christus Martyrum caput, qui cũctorum patientiam superauit, spiritus leuamine priuatus non fuit, quia simul viator & comprehensor. Attamen Maria omninò fuit huiusmodi solario destituta. Obijcis Virginis animũ adeò Christi animo adstrictum amoris vinculo, vt spiritus vterque vnicus spiritus quodãmodo coalescat. Vnde Simeon animum Mariæ Christi animum vocitauit. *Tuam* (inquit) *ipsius animam gladius pertransibit.* Si ergo Maria anima Iesu leuaretur à seipsa, quemadmodum Christi caro ab spiritu vidéte recreatur. Proh Virginis solitudo, cuius animus Christi spiritus est solũ vt tristetur, vt vulneretur, nõ vt leuamine afficiatur: *Tuam ipsius animam.* Tantum tui doloris pondus, ô Virgo, vt etiã cùm sis anima Saluatoris, tota vulnerãda es sine leuaminis, quo afficitur Filius, adiectione. Ad hæc Richard. *Filius etiam simul fruebatur, & patiebatur; quia fuit in via comprehensor. Vnde Psal. 15. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Sed anima Matris torquebatur in Christo, & totam eius,* (id est, Christi) *animam vehementia doloris possidebat.* Parum Christi dilectioni toto corpore pati, totum curauit animo vulnerari. Cùm autẽ quasi repugnaret visionis beatæ gloria (sic fari liceat,) prouidit suum totũ spiritum in Matre vulnerari; vt totam Christi animam vehementia doloris possideret. Patiente igitur sine leuamine vllo Mariæ animâ, in ipsa tota Christi anima quodammodo patitur, illa superior portio quodammodo non eximitur. Tam solitaria Virgo patitur, vt neque spiritus communi solatio frueretur.

In Maria tota Christi anima patitur, ne ex comprehensione aliqua pars (superior quodãmodo) eximeretur à vulnere.
Luc. 2.
Richard.

Angelus Virgini: *Ne timeas, Maria.* Luc. 1. 20.
Annon Maria Domina? Cũcta Dominæ creaturarum securitas, à nulla vtique deterreri potes. *Quid Maria?* Significat *Dominam maris*, id est, Lunam, cuius Imperio & mare & cuncta sublunaria subiiciuntur. Sole Domino patiẽte cunctæ creaturæ compassione affectæ obiiciũtur. *Petra scissa, Sol obscuratus.* Luna Maria patitur, nulla compatitur creatura. Annon materiali dominæ Lunæ felicior contigit obitus, cunctis sub lunaribus commorientibus? Anastasius Synai. l. 4. Exam. *Defectus Lunæ compatiuntur elementa, & processui eius, quæ fuerint exinanita, cumulantur.* Tuos ô Luna Maria, processus exinaniti cumulandi prosequimur; at defectu minimè sauciamur, mari ipso ignobiliores, cuius fluctu (adiicit ille) *in ortu eius* (Lunæ) *stant placidi, quoad vsque Luna sine lumine est.* Qui in Mariæ ortu gaudio perfundimur iuxta illud: *Natiuitas tua, Virgo, gaudium annunciauit vniuerso Mundo*, crudelissimo in defectu amarè lugeamus.

Domina Maria patienti nulla subdita creatura adhibet leuamen.
Synai.

Reliquus (dices) Mariæ fletus in solatium. 21.
Haud dubium, quin lacrymis & suspiriis animi dolentis vulnera emolliri. At nec cõmune hoc leuamen Virgini reliquũ. Audi Arnoldũ ad illa verba: *Mulier, ecce Filius tuus. Suspirat Maria intrinsecùs, & erumpentes reuocat lacrymas, & eò ampliùs anxietas intumescit, quò prohibetur egredi, & per luctus, lamentáque dissolui. Emergebant quidem aliquando gemitus, sed increpati reprimebantur, reuertebantúrque in finum mentis, de quo prodibãt, & collidebant se adiuuicẽ introrsus, eratq; in anima illa tẽpestas valida, &c.*

Nec reliquus Mariæ fletus in leuamen.
Arnol.

Putásne leuiter ex lacrymarum repressione 22.
animũ sauciari? Olim Dominus Ezechieli dilecta cõiuge orbando: *Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga: & non planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ. Ingemisce tacens.* c. 24. Postquam Deus Prophetæ ploratus ac planctus suppressioné indicit, ne rigidus nimiũ videretur, gemitum permittit molliorem: *Ingemisce tacens.* Quasi vt posset viuere propheta, necessariũ esset doloré foras aliquo modo exire. Bernard. serm. 26. in Cant. de Gerardi tumulo locutus: *Suppressus dolor introrsus radicauit, eò acerbior factus, quòd non est exire permissus. Fateor, victus sum.* Me repressus fletus obruet. Quid plura? *Exeat necesse est foras, quod intus patior.* Vt scilicet possim cum viuentibus annumerari.

Quam necessarius fletus saltem, vt vulnerata corda viuãt.
Ezech. 24.
Bernard.

Profectò Mariæ non permittitur, gemitum 23.
foras educere, nec tacentem quidẽ plorare. *Emergebant* (aiebat Arnold.) *aliquando gemitus, sed increpati reprimebãtur.* Victáne Maria? Certè eò crudelius sauciatã contẽplor, quòd minimè omninò mori permittebatur. Fletus cõpressus, dolor repressus Virginẽ lethaliter vulnerãt, sed nec tũc solariũ mortis ei permittebatur, vt durius viuendo moreretur. *Erat in anima illa tempestas valida,*) adhuc loquimur cũ Carnotensi)

Nec tacens gemitum Virgo emittit, vnde & moritur necessariò, & durius non omninò moritur.
Arnol.

tenſi) *occurrentibus ſibi procellis, & quaſi in ſartagine frixis medullis, ebulliebat amaritudines, quas excoquebat, & coagulabat exacerbatio perſeuerans. Et, quod difficillimum erat, moriebatur, & more nō poterat.* Moriebatur quidem, quia vt viuat tanto affecta vulnere parens, (à qua *deſiderabile nō oculorum* tantum, ſed & cordis tollebatur,) exire neceſſe erat foras, quod intus patiebatur ſaltem tacito gemitu: *Ingemiſce tacens.*

24. *Nec ſolatiū Virgini Ioānni tunc commiſsi.* Obiicies denique adſtante iuxta Crucē Mariâ ſimul Ioannem adſtitiſſe, cui Christus dilectiſſimam Matrem commendauit. *Mulier, ecce Filius tuus.* c. 9. Annon præſtans Virgini leuamen dilectiſſimo Diſcipulo eſſe commendatā? Imò me iudice, horribilis fuit graue doloris incrementum. Cum Bernardo ſentio ſer. *Signū magnum*, profante. *Annon tibi*, Maria, *pluſquam gladius fuit ſermo ille: Mulier, ecce Filius tuus? O commutationem! Filius Zebedæi pro Filio Dei, ſeruus pro Domino, homo purus pro Deo vero traditur.* certè plerumque iuſti cæleſti ſuffulti leuamine afficiuntur Daiude teſtatore: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Pſalm. 93. At qui aliquando ſine ſolatio patitur obiiciat ſibi Deiparam ſine vllo leuamine patientem.

Observatio III.

Ad illa verba.

Stabat autem iuxta Crucem Ieſu Mater eius.

Patientis in ſolitudine Mariæ conſtantia.

Vbi innuo, nos à tentatione liberari, ac conſtantia pollere, ſpecialis Dei eſſe miſericordiæ.

25. Parum fuiſſet Mariā tribulationibus agitari, ſi inconſtantia animi laboraſſet. Non miratur Chryſoſtomus ſanctiſſimum Iobum laboribus tentatum, (quod non ſingulare) ſed animum inuincibilem ſteriſſe. Profectò id mihi omninò mirandum, Deiparam tot tormentis exactam, tot laboribus tentatam, tot afflictionibus affectam, tam conſtanti animo iuxta pendentis filij Crucem ſteriſſe.

26. *Vbera Virginea fortiſsima ad. uerſa quæque ſuſtinenda, inſtar turrium.* Cant. 8. *Ego* (inquit ipſa) *murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo pacem reperiens.* Cant. 8. Simul ac in Sulamitide in pacificam à Deo ſum electa, ſtatim eam iodui conſtantiā, ac fortitudinē, vt tota non vndique ſolū muris ſepta, ſed ſeptum ipſum muruſque viderer: quin & vbera mea, quibus in fœmina mollius, tenerius, infirmiuſque nihil eſſe ſolet, vſque adeò firma, & generoſa ſe exhibuerunt, vt turres dici poſſent. Quæquidem tam præſtans fortitudo mihi fuit neceſſaria; vt Simeonis gladio vulnerata, non deficerem. *Et vbera mea ſicut turris.* L X X. *Sicut turres.* Grauiſſimum martyrium vicit pectoris Mariaoi conſtantia. Bernardus de Lament. Virg. exclamat: *O gratiæ martyrium! ô frequens ſuſpirium! ô languens pectus Virgineum! Veruntamen rectum erat amoris continens modum piè, & iuſte dolebat, ſperans firmiter, & fortiter.* Bern.

27. Luciferi, ſeu matutinæ Stellæ domus Libra eſt. Scis Planetæ domum dici illam, vbi omne ſuum exerit robur ſtella; ideo in domo regnate dicitur, authore Anaſtaſio Syna. Annon Libræ ſignum Chriſti patibulum repræſentat? Canit Eccleſia: *Statera facta corporis.* Aſſero igitur Luciferum ſiue ſtellam matutinam Mariam: cum iuxta Crucem ſtetit ſtateram, tamquàm in domo ſua robur ac fortitudinem maximè oſtentaſſe, motúſque aoimi texiſſe. Pulchrè Ildephonſus de Virgine iuxta Crucem ſtante ſerm. 1. de Aſſump. *Qui cuncta quaſi in ſtatera ſuſpendit tenet, Crucis ſtateræ ſuſpenditur; ſuper quem Virgo multum doluit, multum perpeſſa eſt, & gladio doloris eius vulnerata in anima.* Attamen in domo ſua exiſtens ſuum robur exeruit: *Vbera mea ſicut turres.* Quanta ſtellæ huiuſce ſua in domo fortitudo? Mortis potentiam ſuperabant ipſa charitas, ipſa præcordia vulnerata. Guarricus ſerm. 4. de Aſſump. *Stabat iuxta Crucem Ieſu Mater eius. Planè Mater, quæ nec in terrore mortis Filium deſerebat. Quomodo enim mortis terreri poterat, cuius charitas fortior, quam mors erat?* *Iuxta Crucis ſtateram ſeu libræ ſignum Maria Lucifer ſiue ſtella matutina ſuum robur oſtendit.* Ildeph. Guarricus.

28. Quid ſi venenum ipſum fortiſſimæ Mariæ antidotum egerit in præcordiis? Quàm conſtans pectus, quod tantùm antidoti à vulnere, à morte præſeruantis hauſit, quantùm veneni bibit? *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Cant. 1. Myrrha ſimul hîc & dolorum colligationem, & medicamioum aduerſus illos pharmacopolium innuit. Si faſciculus myrrhæ amariſſimæ ſtatio Virginis iuxta Crucem Dilecti: conſtantiſſimo pectori Mariano illa ipſa dolorum vbertas ei peperit medicinam. Alanus: *Per myrrham doloris amaritudo ſignificatur, quia myrrha amaritudo interpretatur. Iſte Matri faſciculus myrrha Filius dicitur, quia excluſit à Virgine omnem putredinem (aut defectum virium) ſicut myrrha ſeruat carnem à putredine immunem.* Quid fortius, quàm ipſo dolore leuari, ipſo tentamine fulciri, ipſo labore à diro cruciatu præſeruari? *Ipſa tribulationum immanitas conſtantiſſimæ Mariæ fuit antidoti loco.* Cant. 1. Alanus.

29. Confirmo eiuſdem capitis teſtimonio. *Botrus Cypri Dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Oculū tētationis Patres interpretātur. Quid autē Cypr botrus? Idem eſt Alano ac botrus ſeo faſciculus *mœroris.* Dilectus Ieſus fuit Matri mœroris colligatio totius, dum ſeſe ei Cruci illigatus dedit aſpiciendum. Tunc tentationis oculus Engaddi. Quia in Engaddi aut tentatione oculi Mariæ à Deo illuminati ſeipſa tētatione protectam agnouere. Perbellè Alanus. *Cyprus mœror & triſtitia interpretatur in Engaddi; quia Virgo in ipſis tentationibus, ac tribulationibus agnouit, & intellexit, quomodo quis à Deo eripitur à tentatione.* Quomodo agnouit ereptionem à tentatione in ipſis tentamentis? Annon quia ipſa laborum certamina erat Mariæ conſtantiæ quaſi victoria? *Cognouit Maria ipſa tentationem eſſe ſiue profluum patiendi.* Cant. 1. Alanus.

Chriſtus

30. *Sponsa & Mulier vocatur Maria iuxta Crucẽ quia mulier fortis, constãs sponsa.* Cant. 4.

Christns Mariæ inquit: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.* Cant. 4. Cur Deipara sponsa à Filio vocitatur potiùs quam Mater? Respondet Cardinalis Hailgrinus, spoosam vocari propter constantiæ inconcussæ firmitudinem. *Sponsam vocat propter inconcussam constantiam. Maria enim velut sponsa sponso suo familiarior maiorem in sponsi bonis* (& malis) *obtinet portionem.* Ideo à Domino suffixo non Mater, sed Mulier appellatur. Vt scilicet Mulieris vocabulo menti species illius fortis Mulieris præsentetur: *Mulierem fortem quis inueniet?* Prou. 31. Hinc acutè Bernardus postquam opinionem falsam quidem aliquotum memorasset, asserentium Virginem spasmo affectam ex aspectu Christi Crucem gestantis: mox occurrit obiectioni affirmans Mariam stantem iuxta Crucem ab Euangelista adstrui, vbi à Domino *Mulier* vocatur, & noo *Mater*; vt non tam maternum obiiciat affectum, quàm inconcussam fortis mulieris fortitudiné. Hieronymus ser. de Assump. inde colligit Virginis martyrium horribile, quia constantissima haud passa fuit sensûs alienationem. *Ideo plusquam martyr fuit, quia nec passa est alienationem sensus.*

Prouerb. 31. Bernard. Hieron.

31. *Cunctos fortissimos constantissima Virgo superauit.* Iob 1.

An constantior Iobo patientissimo? Illum proculdubio Ducem fortissimum superauit. Permittitur hostis Iobum tentare, vulnerare, sed animo seruato: *Verumtamen illius animam serua.* cap. 1. Haud exitialia vulnera Iobi, quia Diabolus vitam non cooseruat, sed vulnera cum vitæ conseruatione modificat. At Mariæ animus ipse vulneratur adeò, vt solus Deus potuerit eius seruare vitam, ne exanimis iaceret ipse quodammodo spiritus. Ansel. de excel. Virg. c. 5. *Passio tua sua immensitate transiit cuncta penetralia tua, suique benignissimi cordis intima. Et vtique pia Domina, non crediderim te potuisse vllo pacto stimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres, sustinere, nisi ille spiritus vitæ dulcissimi tui Filij te confortaret.* Vnde *quidquid crudelitatis inflictum est corporibus Martyrum leue fuit, aut potius nihil comparatione tuæ passionis.* Et consequenter omnium constantiam longo interuallo superâsti.

Ansel.

32. *Maria vel confictam superborum cõstantiam verè superauit.* Richard.

Non solùm veram fortissimorum vicit cõstantiam Deipara stans iuxta Crucem; verum & confictam superborum fortitudinem superauit. Quid Nabuchodonosore superbius? Certè Monarcha ille Assyriorum hoc sibi nomen imposuit, vt inconcussam suimet constantiam, quam simulare curabat, exprimeret; *Nabuchodonoser* enim (authore Richardo Victor. lib. 1. de erud. p. 1. c. 1.) *interpretatur sessio in agnitione angustiæ.* Quasi soperbissimus vincere intendat cunctos, quòd nulla deprimatur angustia. Quid, quæso, constantius sedere, an stare? Proculdubio sessio aliquam animi, & corporis arguere potest infirmitatem. Vnde Dauid sessione amaritudinem signari affirmat. *Surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Victus ergo à Maria vel confictor ille constantiæ, si non sedens, sed stans iuxta Crucem obiicitur: *stabat iuxta Crucem Iesu Mater eius.* Sedebat superbissimus ille, Nabuchodonosor, imo superborum parens Lucifer: *sedebo in monte testamenti.* Maria autem stabat magnanimior. Amedæus hom. 5. *Stare in illa cordis amaritudine magna adscribitur constantiæ. Stabat sublimissima quadam magnanimitate.*

33. *Maternus affectus corruere facit alias faminas, Mariam stare efficit.* 4. Reg. 4. Amedæus.

Profectò nihil priùs agit afflictio ex incõmodis filiorum percepta, quàm matres deturbare. Vidit Sunamitis olim defunctum filiũ, cucurrit ad Elisæum, *& apprehendit pedes eius.* 4. Reg. 4. Apprehendit-ne pedes, vt humilitate, & submissione placeret, & allieeret? Certè vt maternum ex morte filij affectum exprimeret, & effectum. Caietanus, *Matre affecta ob mortem filij tenuit pedes Elisæi.* Porrò Maria stat coram Filio suffixo. Bellè Amedæus citat. *Stabat autem iuxta Crucem, vt illud dulcissimum caput nati spinis coronatum tristi spectaculo videret.* Tantùm aberat, vt ex aspectu se sic filij morientis corrueret, qnòd staret vt videret caput spinis stipatum. Colligas, precor illud, non corruere hominem laboribus agitatum, Dei esse specialis muneris: neque aliquid ex eo reliquum, vnde possis gloriari. Ideo aiebat Alanus sup. Engaddi interpretatur oculus tentationis. *Vinea autem intelliguntur conuentus fidelium in oculo tentationis Engaddi constituti; quia oculo tentationis illuminati intelligunt, se à tentatione liberari per Dei misericordiam.* Sic ille.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Mulier, ecce filius tuus.

Fidelium Maria (peccatorum licèt) Mater à Domino assignatur.

Vbi adnoto virginitatem speciali Virginis curæ addictam.

MVlier, dixit, non Mater; quia quodammodo renuntians Virginis maternitatem, eam remittit fidelibus. Ac si diceret. Mihi ô Maria Mulier sis, hõminibus autem Mater: *Ecce mulier filius tuus: Ecce homo, mater tua. Ioannes tibi* (loquor cum Bernard. ser. *Signum.*) *pro Iesu traditur, seruus pro Domino, discipulus pro Magistro, filius Zebedæi pro Dei Filio, homo purus pro Deo vero.* 34.

Bernard.

35. *Christus quasi renuntians Mariæ affectũ maternum, vt peccatoribus impertiat.* Cant. 6. Gillel.

Mulier, ecce filius tuus. Mibi mulier sine Matris relatione sis ô Virgo, vt totum peccatoribus affectum maternum reserues. Huic sensui adnatus ille Epithalamij locus fantis sponsi: *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.* Cant. 6. Affectum charitatis maternæ à me in filios adoptiuos cura transferri. Mihi mulieris plorantis munus exequere, illis autem dulcissimæ matris fouentis, protegentis, exorantis Elegans Gillel. Paruus in persona inquit Saluatoris: *Noli me aspicere, ô pia Mater, vt olim vt mater; auerte a me maternos oculos, sed aspice me velut sponsa & amica. Habeant materni illi oculi vacationem, sed ad me. Porro*

ro ad membra mea vacaro illos nalo. Auerte à me ad fratres & filias meos. A me, quia assumptus ad Patrem à Matre non debeo ampliùs teneri diligi; in meos autem conuerte, quos oportet, me ab illis assumpto, materna tua pietatis teneritudine confoueri. Non ergo tepescat materna pietas tua, non extinguatur, nec minuatur; sed a me in meos, integrè transferatur. Illos iam tenere vt Mater dilige, me iam intuere vt sponsa, & dilecta. Et adiicit argumento nostro conuenienter: *In Cruce pro salute hominum agonizans vnum tibi adopta Ioannem dicens: Mulier ecce filius tuus. Porrò multos tibi vice mea adopto, & relinquo filios. Mulier, ecce filij tui, quos diligas, & piè confoueas. Sic auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt, hoc est, propter ipsos auolaui à te; vt auertas oculos tuos maternos a me, a quo volaui à te, vt à me in meos transferres teneritudinem materna pietatis.* Piaculum duxi, vel vnicam particulam supprimere.

Cur existimas vlteriùs Christum Mariam
36. non Matrem, sed Mulierem appellasse? Quia (auctore Alexand.) virgo statim atque nupsit, puella, vel adolescentula nuncupatur: quamdiu vnum tantum filium enixa est, puerpera: cùm verò plures edidit, Mulier appellatur. *Sub arbore malo* (inquit Dominus) *excitaui te, ibi peperit te mater tua, ibi parturiuit te genitrix tua.* Cant. 8. Theodoretus sic legit, asserens *Matris* nomine gratiam innui. Ego gratiâ plenam Mariam Matrem intelligo, à qua magno doloris nixu cuncti fideles pariuntur. Rupertus pulchrè Matrem & genitricem Mariam iuxta Crucem stantem Mulierem exponit, cui Dominus: *Ecce Mater tua; Mulier, ecce filius tuus. Proinde quia ibi dolores vt parturientis sustinuit in passione Unigeniti sui, omnium nostrum salutem beata Virgo peperit, & facta planè omnium nostrum Mater est.*

Mulierem Dominus Mariam appellat, vt omnium Matrem ostēdat.

Cant. 8. Theodo. Rupert.

37. David audiendus. *Mater Sion dicet, homo, & homo natus est in ea.* Psal. 86. Sic legunt Ambrosius, & Augustinus Virgini adscribentes illud: *Homo & homo natus est in ea*, Christus scilicet, & genus humanum. Eleganter Guarricus ser. de Nat. *Hoc ipsum & Maria sapere videtur, qua dilectum votorum suorum insinuare cupiens affectibus hominum, cupit formare iterum Vnigenitum suum in omnibus filiis adoptiuis. Qui etsi geniti sunt verbo veritatis, nihilominus parturit eos quotidie desiderio, & cura pietatis.* Illud solummodo adoora hominem & hominem, scilicet Christum & fidelem populū ex Virgine ortos. At formationem Iesu iteratam Obseru. proximâ persequemur.

In Virgine natus homo Christus & populus fidelis.

Ps. 86. Guar.

38. Adnoto Mariā specialiter virginum Matrē assignari, cū Ioanni Virgini à Domino cōmendatur: *Ecce Mater tua.* Salmeron noster sic: *In Iuāne virgine specialiter cōmendantur omnes virgines sanctissimæ Deiparæ; quia & Virgo virginū, & qua peculiarem eorum, qui virginitatem suam Deo dedicarunt, curam habet.* Bellè Galfridus apud Tilm. *Quodammodo Ioannes Virginis Matris in virginitate filius fuit, cuius illa si non carnem, carnis tamen integritatem edidit, & illum si non hominem, tamen virginem genuit. Cæterùm quam multos hodie parit sanctissima illa, fœcundissimáque virginitas! quam fœlix huiusmodi generatio! suo equidem modo fœcunda simul, & incorrupta posteritas.* Contestatur Epiphan. lib. 3. adu. hæte. *Qua ratione non Petro tradidit, non potiùs Andreæ, aut Matthæo? At manifestum est, quòd Ioanni propter virginitatem. Ecce enim Mater quanquam non esset ipsius Ioannis secundum carnem; sed vt ostenderet ipsam Matrem esse principem* (siue præcipuè) *virginitatis.*

Specialiter Maria virginum Mater est.

Salme. Galfr. Epiph.

Non excluduntur equidem à materno Mariæ affectu reliqui fideliū status, imo nec profligati peccatores sese ad meliorem frugē recipere curantes. Habēt enim quo possint quodāmodo cogere Mariam. Ansel. de excel. Virg. c. 1. *Si igitur illa propter peccatores, scilicet propter me, mei que similes facta est Dei Mater, cur non illam erga me parentem futuram sperabo?* Et c. 12. *Cur itaq; non iuuabis nos, atq; eris Mater nostra, quando propter nos in tantam celsitudinem es eleuata, vt te Dominam habeat, & veneretur omnis pariter creatura?* Commendatur ex præfatis virginalis puritas, cui præcipuè sese Virgo virgiuum parentem addicit. 39.

Attamen peccatorum Mater esse debet.

Ansel.

Observatio V.

Ad illa verba:

Mulier, ecce Filius tuus.

Quàm verè, quàm dulciter Maria sibi à Filio iniunctum Matris nostræ munus implērit.

Vbi innuitur Diuos exorandos esse, vt miseris subueniant.

Vm Maria Matris hominum rectè munus obierit? Salmeron noster doctissimus ad hæc verba: *Mulier, ecce* 40.
Filius tuus, inquit, *Est autem Maria multis rationibus Mater nostra. Et fide, vt Abraham, qui pater est omnium credentium. Et passione & cruce parturiens nos doloribus, cui sumus in Ioanne, vt filij à Christo dati. Et cura, siue diligentia; quia, ac si esset propria Mater, omnibus necessitatibus spiritualibus succurrit. Vnde in Nuptiis pro vini defectu Filium exorauit. Est & Mater antiquitate; nam seniores parentes dicuntur. Hinc Maria prima est post Christum in prædestinatione Dei. Denique Mater est dignitate; persona si quidem in dignitate constituta, siue viri, siue fœmina patres, & matres dicuntur: at B. Virgo toti humano generi præfecta est, cum summa Mundi dignitate, & consolatione.*

Plura Matris munera gerit Deipara.

Salm.

Præterea Maria homines in vterum mater-
41. næ pietatis excipit, vt pariat Christo; dedeceret enim Mariana viscera partus inferior. Premo rursum Dauidicum carmen: *Homo, & homo natus est in ea.* Psa. 86. Siue *Christus* & *Christus*, semel & iterum à Virgineo thalamo procedens. Quonammodo sæpe Christus è Deipara nascitur, nisi quia semel ipse è Maria exortus, rursum oritur in fidelibus? Maria enim spiritu concipit homines peccatores, vt conuertat in Christos, eósque filios dulcissimos enitatur. Guarricus ser. de Nat. *Maria cupit formare iterum vnigenitum suum in omnibus filiis adoptionis. Qui etsi geniti sunt verbo veritatis, nihilominus parturit eos quotidie desiderio, & curâ*

Homines excipit vtero pietatis peccatores, & gestat, donec formetur in illis Christus.

Ps. 86. Guar.

b pietatis.

pietatis, donec formetur in illis Christus, donec occurrant in virum perfectum, in mensuram plenitudinis ætatis Filij sui, quem semel peperit.

42. *Nũ plus debeant Mariæ adoptiui filij, quam vnigenitus, qui solum sine dolore peperit?* Apoc. 12. Guar.

Quid si filij adoptionis plus Matri nostræ, quàm Filius Vnigenitus, debeamus? Profectò Vnigenitum sine dolore peperit, cum dolore ingenti pariuntur adoptiui. De primo virgineo partu Isaias, *Ante quàm parturiret peperit.* Quid sine parturitione parere, nisi sine dolore eniti? Guarricus eitat. *Maria antè quàm parturiret peperit; quia sine dolore peperit.* At parturiés Virgo sępe enititur adoptiuos. Et *in vtero habens, cruciabatur vt pareret.* Apoc. 12. Habet quidem Maria cunctos fideles prædestinatorum quidem cœtum, quos in Christo efformatura mirum in modum (mysticè) discruciatur. Proh peccatorum crudelitas viperarum quidé filiorum imitantium natalitium! Cur Iesu fratres ipsum non imitamur sine Matris cruciatu prodeuntem? Pulchrè Guarricus idem ser. 3. de Annunc. *In hoc tibi sit exemplo Iesus conceptus, & gestatus in vtero, qui non grauauit vterũ Mariæ.* O Matris pietas ineffabilis cunctarum parentum vincens charitatem! Concepit olim post prolis desiderium Rebecca, quam cruciatus fœtûs coëgit proclamare: *Si sic mihi futurũ erat, quid necesse erat concipere?* Grauata quidem est Virgo, & in vtero habens, & discruciata paritura hominum ingratitudine. *Caue, ne illam pœniteat* (Ecclesiam transfer in Mariam) *te concepisse, sicut Rebeccam pœnituit. Si de aliquo nostrum sic conqueri contigerit viscera Matris nostræ Ecclesiæ, timeo ne meliùs fuisset, si conceptus non fuisset homo ille. Ipse Deus in nobis, si qui tales sũt, emolliat cor lapideum, ne quassãt ipse viscera matris, consoletur, ne fatigetur eos, qualescũq; sint, portare, donec formetur in eis Christus.* Proh Mariæ charitas! Ecclesiam Rebeccam continget fortassè peccatorem aliquem pœnitere concepisse, & grauatam maximè immaturum educere miserabili fœtûs exitio. At Mariam semel peccatorem ad viscera pietatis traducentem nunquam pœnitet eum concepisse, fouet eum, donec fælicissimo edat partu in eo efformato Saluatore.

Guar.

Ecclesia matrem pietate Maria vincit.

43. *Non indiget Maria sicut Ecclesia consolatione, vt prauorum filiorum pondus sustineat.* Bernard.

Illam particulam pondera: *Ipse viscera Matris consoletur, ne fatigetur eos, quales cũmque sint, portare.* Consolatione huiusmodi piissima indiget mater Ecclesia ob filiorum nimiam ingratitudinem viperarum crudelitaté referentium. Porrò Maria tam adeò diligit discruciantes se filios, vt illud ipsum eligi in peccatorũ Matrem, illud ipsum filios prauos esse hominis filios ipsi sit consolatio. Allicio, ad hanc mentem præfata Obseru. proxima Bernardi verba: *O commutationem! aliter, ô consolationem! tibi traditur homo purus pro Deo vero, filius Zebedæi pro Filio Dei. Tuam affectuosissimam animam pertransijt hæc auditio,* gladij vtiq; in morem. Igitur commutatio illa, Christi scilicet pro peccatore, Dei pro homine, piissimæ Matri nostræ extitit consolatio. Quid mirum, si deliciæ Virgini id ipsum, quod Ecclesiæ molestia. *Deliciæ meæ* (inquit Maria) *esse cum filiis hominum.* Eccl. 24. Cum filiis hominum meis quidem filiis effectis. *Quam pulchra es,* (sponsus ipse testetur) *charissima in delitiis!* Cant. 7. Quænam Mariæ deliciæ? An virtutes spiritualem quendam paradisum referentes? Certè deliciæ Virgini chariss.mæ Matri sunt filios adoptiuos concipere, parere, nutrire, ineffabilique affectu custodire. Gillel. *Maria delitiæ erant Matris super prole gaudentis.* Si gaudium Mariæ molestiæ prolis, haud, quemadmodum Ecclesia, consolatione indiget, ne ex vtero proiiciat peccatores.

Eccl. 24. Cant. 7. Gillel.

84. *Maria lactat, & nutrit filios agnos, & hœdos.* Prou. 8.

Efformato itaq; in peccatoribus Mariæ filiis effectis Christo, eos Virgo lactat, & nutrit. *Cum eo* (ait Maria) *eram cuncta componens.* Prou. 8. Aliter. *Ego eram propè ipsum nutritia, vel nutrix.* An solos enutriat iustos? Certè piissima misericordiæ parens etiam nutrit peccatores, vt misericordiæ Matris lacte agnus viuat, hœdus in agnum conuertatur. *Duo vbera tua* (sponsus inquit) *sicut duo hinnuli gemelli capræ.* Cant. 7. Cur hinnulis capræ, & non ouis Mariæ vbera cõparantur? Annon vt congruẽtia omninò peccatoribus, qui in hœdis signãtur, appareant? Tantùm abest, vt Mater Virgo peccatores reiiciat, quòd quasi obliuioni tradens agnos, solis hœdis vbera piissima adnata esse videantur. Bellè Gillelmus. *Pariebat Virgo Mater nobis salutem, atque eo ipso pariebat nos ad salutem. Sacro lacte suo nutriebat nobis vitam, atque eo ipso nutriebat nos ad vitam. Piis caput nostrum brachiis suspendebat ad vbera sua, & nos ad eadem in illo suspendebat. Nec sibi ille pascebatur, sed nobis, atque ideo nos in illo nascebamur, & pascebamur. Duo vbera tua sicut duo hinnuli. Hoc est, duo vbera tua congruunt hinnulis caprarum, siue hœdis, id est, infirmitati eorum.*

Cant. 7.

Gillel.

45. *Nos nutrit Maria Mater ac si Iesu vbera exponeret.*

Haud sine pondere excidant illa: *Pariebat Virgo Mater nobis salutem, atque eo ipso pariebat nos, &c.* Quonammodo nos parit, cùm Christum enititur? nos lacte potat, cùm Christus vberibus maternis illigatur? Certè, quia Maria tam pia, tam misericors hominibus (hœdis quidem sæpe) Mater ostenditur, vt lactet hœdos tanquam si agnum sine macula lactaret, nutrit Ecclesiam, ac si vbera porrigeret Saluatori. *Manè surgamus ad vineas* (clamat Deiparens) *videamus, si floruit vinea, ibi dabo tibi vbera mea.* Cantic. 7. Tibi ô Fili Iesu, vbera exhibebo. Hœdis ne guttula lactis reseruatur? Profectò plena vbera solis adoptiuis natis sunt à Virgine præparata quasi soli Iesu exponerentur. Adhuc Paruus: *surgamus ad vineas, hoc est, ad Ecclesias, per Orbem plantandas, quæ in vnam magnam vineam, id est, Ecclesiam redigantur. Videamus, si floruit vinea. Tuum est, ô Fili, videre hoc. Sed tamen dixi: Videamus; quia ego semper tecum, & se quare Agne, quocumque ieris. Ibi dabo tibi vbera mea. In Ecclesia dabo tibi vbera mea spiritualia ad pascendos tuos lacte maternæ pietatis, scilicet eos tibi assiduè commendando, & augmentationem eis piis à te precibus impetrando.*

Cant. 7.

Gillel.

46. *Replicatur Mariana maternitatis affectus.* Eccl. 24. Richard.

Sileat, sileat humanæ maternitatis affectus in Mariæ misericordiæ Matris conspectu fantis: *Ego Mater pulchra dilectionis, & agnitionis, & timoris & sanctæ spei.* Eccl. 24. Vbi Richardus Laurent. lib. 6. *Horum quatuor dicit se Matrem. Pulchra quidem dilectionis, ad differentiam sordida, quia non amat suos fatuo amore, sicut faciunt quadam matres. Est etiam mater timoris, docens fugere, quod fugiendum est. Et agnitio-*

nis, id est, reuelata fidei; quia fidei reuelatio ab ipsa, & in ipsa facta est. Et sanctæ spei. Sua exemplo spei docuit, quod sperandum. Vel Mater sanctæ spei, quia contraria Euæ, quæ malè sperauit, quod fieret vt Deus, & ideò mortua. Sed hæc Mater est sanctæ spei, quia vitam gignendo, mortis sententiam reuocauit. Quam replicatus huiusce maternitatis affectus!

47. *Liberos Mariæ induit. Method.* Ad hæc Maria cælesti natos induit amictu. Mali parentes nostri (loquor cum Methodio) & se, & nos ipsorum liberos gratiæ, innocentiæ, & immortalitatis amictu exuerunt. Cúmque cognouissent se esse nudos, erubuerunt, ac timore affecti ad latibula confugere. Non est, quòd iam pudeat suæ homines nuditatis, Matrem habemus fortem vtique illam fœminam, *quæ stragulatam vestem fecit, sindonem præparauit, quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum, cuius domus non timet à frigoribus niuis; omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.* Prou 31. Certè ipsa misericordiæ Mater authore Richardo Laurent. *Prou. 8. Richard.* lib. 12. vestis hominum est, *Vnde Prou. fine dicitur: Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus, stolâ scilicet geminâ. Frigora pellit infidelitatis; vnde ei dicitur: Cunctas hæreses, &c. Et ornat; ipsa enim est Dorcas, quæ pauperes vestiebat.*

48. *Aliquando Maria simulat muneris materni oblitam se esse, vt animus à filiis exoretur, & excitetur ad subueniendum.* Tam nostra quidem Mater Maria est, postquam Ioanni à Domino traditur in parentem, vt quasi iure ab ipsa maternam possimus protectionem exigere. *Ex illa hora recepit eam discipulus in sua.* Ad hominum in Ioanne ditionem Maria pertinet, nostra omninò misericordiæ parens. Vnde si aliquando nostra nequitiâ parumper à nobis semoueri videatur, eam, obiecto ei Matris munere à Domino iniuncto, exorare curemus. *Cant. 1.* *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hœdos tuos.* Cant. 1. Illud: *si ignoras te, aliter, An ignoras te.* Sese Virgo ignorat? Minimè, sed munus suum simular ignorare. *Gillel.* Pulchrè Gillelmus addit: *An ignoras te esse Matrem nostram?* Recordare ô Mater tui muneris, & accurre, vti hœdos conuertas in agnos. *Cum eos* (inquit) *in feruore tentationis positos aliqua latentiori causa citò non exaudit, & protegit: suos pia Mater filios ad tempus quodammodo non agnoscit. Ad maternum ergo excitatur quodammodo affectum, cum dicitur: si ignoras te esse Matrem, & nos esse filios tuos: egredere, & vide, quia tu Mater misericordiæ, at nos miseri sumus, Ingressa es in gaudium Domini tui, in cellaria sponsi tui, in Regnum Filij tui, vbi æternis delitiis affluis; inde egredere ad filios laborantes; egredere non per separationem, sed per miserationem de sanctuario Filij tui, pie miseris subueniendo.* Colligitur apertè operæ pretium esse diuos exorare, vt miseris succurrant, si vel misericordiæ Mater nostra aduenit exorata, & *filios suos*, silentes *ad tempus quodammodo non agnoscit.* Rogitet sæpe, qui cælesti cupit munere affici.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Et ex illa hora accepit eam Discipulus in sua.

De specialissima Mariæ maternitate erga eos qui apud Societatis Iesu scholas Virginis ineunt sodalitium.

Vbi illos laudo, qui astutiam serpentis tartarei prudenti astu debellant.

AD hæc verba Beda profatur: *Alia litera habet; Accepit eam Discipulus in suam. Quidam volunt, in suam Matrem: sed congruentius subauditur, in suam curam.* 49.
Profectò Discipulus ille speciatim electus, vt à Domino singulari amaretur affectu Mariam Matrem suam peculiariter adipiscitur: selectorum enim à Iesu pia singulariter ita est parens, vt illorum solummodo, Mater omnium curam gerere videatur. Hinc testor vos Virginis sodales, qui sub nostræ Societatis Iesu magisterio specialissimum Virgini libatis obsequium, quàm accuratum Mater familias nostra vobis exhibet munus sibi à Domino iniunctum: *Ecce filius tuus! Accepit eam discipulus in sua*; domo quidem, vt alij interpretantur. Virgo Mater in dilecti à Domino excipitur domo? Quàm illa cælestis paradisus, quò serpentis non properat astus, semper ostio obserato!

In cuius instituti gratiam Prouerbiorum expendam testimonium. *Ego sapientia habito in consilio, & eruditis præsum cogitationibus.* c. 8. 50. *Sodalitia Virginis laudatur prudentia.* *Prou. 8.*
Præsidet quidem Maria sub sapientiæ nomine eis, qui eruditioni humanæ ac diuinæ operam impendunt eorum certè spirituale magisterium. Antiqui codices: *Habito in concilio.* Ac si diceret: Assideo Præses conciliis, seu Congregationibus. Hebraïcè pro *Concilio* est *Gharmah*, quod serpentis sonat astum. Ideo Simachus. *Ego habito astutiam, vel in astutia,* *Simach.* id est inter astutos. An non qui Deiparæ concilia consecrata frequentant, serpentis astu salutari pollent, exitiali serpenti horribiles? Dominus profatus: *Estote prudente sicut serpentes,* Mat. 10. *Mat. 10.* Quanam serpens calliditate viget? Caudę obiectu caput tuetur, ac defendit, *August.* August. ad Psal. 57. authore. Alteram autem caudâ opprimit, alteram terræ adigit; ne voces *Epiph.* incantantium exaudiat. Sic idem Augustinus, Aquas petens salubres, non priùs haurit, quàm venenum expuerit; ne lædatur à potu, adnotante Epiphanio hære. 37. Aliquod arctum subintrans foramen, tunicam veterem exuit innouandus, vti Beda Mat. 21. adnotauit.

Estote, ô Mariæ sodales, *prudentes sicut serpentes.* Diaboli astum imitamini. Quemnam obsecro? 51. *Diaboli astu*

Sequentes Mulierem priusquam virum sibi conciliant.
Hilar.

obsecro? Respōdet Basilius in Regul. breuior. interr. 245. Illum, quo Diabolus seducturus Mulierem aggressus est. Hilarius expressit hîc. *Huius serpentis prudentiam malignantis consilij ordine Genesis docuit. Primum enim animum sexus mollioris aggressus est.* Studuit itaque astutissimus ille serpens priùs sibi mollioris naturæ fœminam conciliare, vt virum facilè deuinciret? Sodales nostri serpentis astum referentes Mulierem benedictam priùs sibi conciliare student, vt per ipsam virum Christum sibi deuinciant arctiùs, eiúsque faciliùs gratiam inire valeant.

52\.
Reliquas serpentum astus referunt sodaliter.

Postquam autem sibi Mulierem conciliarunt, ipsius monitu serpentis adhuc imitatores curant serpentem antiquum debellare Basilio assertore. Caudæ obiectu caput ille ab ictibus tuetur; Sodales vt Christum defendant, cuncta temporaria discrimini obiiciunt.

August.

De quibus Augustinus citat. *Quid est, astutè sicut serpentes? Offer omnia membra, & res tuas percutienti, dum modo caput serues integrum*, id est, Christum. Antes obturat? Sodalibus speciali sodalitij sui lege cautum, ne comediis Diabolij incantationibus intersint, ne libros legant impudicos. Virus expuit antè potum? Sodales venenum per confessionem peccatorum expuentes sese præparant, vt singulis mensibus, aut crebriùs Eucharistiam deuotè, & dignè sumant, Epiphanij monitum exequuti:

Epiphan.

Quando serpens è latibulo procedit ad aquam, vt bibat, non secum affert venenum, sed in latibulo relinquit: & sic progressus potum aquarum sumit. Sic nos cum ad Ecclesiam, ad mysteria (id est ad sumendam Eucharistiam) venerimus, malitiam nobiscum non feramus. Foramen denique ille subintrat, vt senectam deponat? Sodales Virginis statim statim ac se ad Sodalitium recipiunt, per arctam mandatorum ingressi viam veteres mores exuentes, nouam & recentem vitam ordiuntur, omnium generali peccatorum confessione præmissâ, Theophylactum audientes:

Theoph.

Sicut serpens per angustam cauernam transiens, veterem pellem expoliat: ita & nos per angustam viam incedamus, vt veterem exuamus hominem.

53\.
Calliditate Maria expoliauit serpentem, vt sodalibus suis præstet spolium.
Gen. 3.

Curautem ij, qui sese Virgini ex animo addicunt, serpentis astutiâ ab eadem Deipara insigniuntur, si rogites: crediderim, quia Maria antiquum serpentem, capite attrito, sua calliditate expoliauit. *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Gen. 3. Annon serpentis astus in eo maximè situs, quòd caudam extremam vulneri exponit, vt caput tueatur? Huiusmodi versutia Maria serpentem expoliauit; caput enim serpentis contriuit caput iam tueri nescientis. Quam quidem Virgo astutiam, qua orbauit serpentem iis sanè, qui se illi ex animo deuouerunt, libenter impertit. Quare iure optimo in *consilio*, siue in *astutia* dicitur habitare. *Ego habito in concilio.*

54\.
Custodit Deipara congregationis vineam.
Cant. 1.
Rupert.

Quinam præterea huiusce habitationis fructus? Domum sodalium Virgo custodit aut paradisum deliciarum Altissimi, aut Domini Sabbaoth vineam dilectam. *Posuerunt me* (ait Deiparens) *custodem in vineis, vineam meam non custodiui.* Cant. 1. Vbi Rupertus vineas populum Iudaïcum, & Gentilicum interpretatur. Mihi, inquit Maria, peculiaris erat cura populi mei. Sed eius improbitas me coegit hanc curam aliò transferre; & sic quidem posuerunt me in aliis vineis custodem, gentilium cura mihi iniuncta à Domino est. Haud vineam meam, Iudaicum populum, vllo odio deserui, sed illi me sua incredulitate repulere; ideo non custodiui, quia custodiri noluit. *Verum Deus* (adiicit Abbas) *pro vna vinea plurimas mihi colendas & custodiendas sunt largitus, quæ omnes custodiam meam habent, & habere desiderant, de meritis meis præsumentes, de intercessionibus meis confidentes, & pro huiusmodi custodia ad me iugiter clamantes.* Sic ille de catholicis totius Orbis Ecclesiis. At de Sodalitiis Societatis pulchrè subiungit Del-Rius: *Nonne idem optimè vsurpemus ac tot Parthenopæis vbique sodalitiis, quæ priuatæ quædam, & peculiares sunt Deiparæ vineæ?*

55\.
Pascit Maria Congregationum gregem.
Cant. 1.

At vt nullum munus Deipara erga suos sodales non obeat, quæ vineam custodit Sodalium, ipsos pascit, gregem electorum. Mariæ sponsus: *Egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos.* Cant. 1. Deiparæ sodalitium ineunt scolasticorum nostræ Societatis greges, quorum non paucæ oues hœdorum ingenium imitantur. Hos pascens Deiparens omnino efficit reliquo modestorum gregi conformari. Honorius,

Honor.

Abi (inquit) *ô Virgo, post vestigia gregum, quare oues pulabundas, congrega eas in ouile. Egredere de castris seueritatis in latitudinem misericordiæ. Pasce hædos tuos adhuc lasciuientes, & petulcos vitio potiùs ætatis, quàm malitia obfirmatos; pasce sinceritatis, & veritatis pabulo; nihil, te pascente, illis nociturum.* Quid sodalium Virginis scholasticorum Societatis conuenientius potuit excogitari?

56\.
Efflorescit mirabiliter nostrarum scholarum iuuentus ex speciali in Mariam obsequio.
Cant. 1.

Vndenam ortum existimatis, tantoperè scholarum Societatis iuuentutem florescere? Quia hi ad Mariæ sodalitium se recipiunt, fiúntque Deiparæ thalamus, quem opus est floridum exponi, sante vtroque sponso. *Lectulus noster floridus*, Cant. 1. Iesus & Maria sibi extruunt lectulum floribus, horti instar, vernantem iuuentâ felici, eum qui Societatis Iesu scholæ addictus Virginis speciali deuotioni mancipatur. Excogitauit pulchrè Hailgrinus,

Hailgr.

Manet Iesus in eo, qui diligit eum; sed qui diligit Filium, diligit Matrem; & ita vterque manet in eo, qui diligit alterum. Sed tamen aliter, & aliter. Nam in corde diligentis se manet Iesus per inhabitantem gratiam, Maria verò per deuotionem ipsius. Videtis quo pacto cor nostrum fiat Iesu & Maria thalamus. Itaque per specialem Mariæ deuotionem fit animus vtriusque thalamus sponsi. Quo fructu? Certè non potest Iesu ac Mariæ lectulus floribus non vernare. Vnde iuuentus speciali deuotioni Mariæ addicta necessariò efflorescit. *Si lectulus est* (addit Cardan.) *eorum iuuentus pia continuò efflorescit; nam canit Maria: Lectulus noster floridus. Quasi dicat: In vniuscuiusque conscientia quietis locum inuenero, faxo mox efflorescat decore pariter, & odore. Sit decora iuuentus per ornamenta virtutum; sit odorifera exemplo illustrium operum.* Ex dictis collige, quemadmodum prudens debeas astum serpentis imitari aduersùs tartareum serpentem; sapientis,

tis, enim fortisque militis est hostem ipsius armis debellare.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Et ex illa horâ accepit eam Discipulus in sua.

Ioannis Euangelistæ ex custodia Virginis elogia.

Aliquorum Diuorum quasi necessarium nobis obsequium ad salutem.

57. August. IN qua sua (cum Augustino apud D. Thom. loquor) *Ioannes Matrem Domini accepit? Neque enim non ex eis erat, qui dixerant ei: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Suscepit ergo eam in sua non prædia, quæ nulla propria possidebat: sed officia, quæ propria dispensatione exequenda curabat.* In cuius officiorum erga Virginem curæ gratiam breuiter elucido, an Virgo vnquam fuerit à Ioanne vsque ad eius discessum derelicta? Ratio dubitandi, quia in Discipulos Domini anno ipsius trigesimoquinto persecutione obortâ, Stephanus est lapidibus obrutus. Cùm autem Philippus in Samariam abiisset, vt verbum sacrum enuntiaret, Apostolique apud Ierosolymam commorantes audissent, Samariam veritatis sono auditum gratum exhibuisse, Petrus ac Ioannes ad Samaritanos immissi fuere, vnde necessariò Ioannes Ierosolymis abfuit. Addo Paulum profantem: *Post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim; alium autem Apostolum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.* Gal.1. Vnde cum Hieronymo, & Anselmo colligo Ioannem tunc apud Ierosolymam non adesse.

Num Maria à Ioanne derelicta? Ratio dubitandi.

Gal.1.

58. Assero absolutè Ioannem à Virgine vsque ad eius obitum minimè discessisse. Nicephorus lib.2. cap.24. *Sed enim monumenta produnt dilectissimum hunc Euangelistam post Iesu in cælum ascensum cum Matre Dei in ea quam ad Siõ fuisse scripsimus domo vixisse, vsque ad illius ad Dominum migrationem.* Idem affirmant Metaphrastes Orat. de Dorm. Mar. & Beda ad Ioan. 20. l. aurem retract. in Acta Apost. cap.8. profatur: *Absit autem, vt credamus Ioannem, cui Dominus in Cruce Matrem suam commendauit, post vnum annum recessisse, & eam reliquisse solam, ac tanto tempore deiectam, vt etiam corpus suum defuncta timeret ab hostibus comburendum.* Petiit, fateor, Ioannes cum Petro in Samariam, anno similiter, à redemptione, tertio aberat, cùm primo Paulus Ierosolymam ascẽdit. Sed qui habita à Virgine facultate paruo temporis aberat interstitio, adesse quidem absolutè putandus est. Defuitne illo exiguo tẽpore obsequio Deiparæ? Minimè verò Iacobo fratre Domini tunc Ierosolymis manente, in eadémque domo cum Deipara habitante.

Authorum sententia nugans?

Niceph.

Metaph.

Beda.

Illustria hinc Ioannis exsurgunt eloquia. Cur Petrus, aut Andreas primi Christicolarum Duces in sua Deiparam non recepere? Cur Iacobo vni aut altero non commendatur? Certè vt discedente Filio, integrè quodammodo vices eius exerceret. Vnde non dixit: Ecce Filij vicarius, seu Filio similis: sed, *Ecce Filius tuus.* Pulchrè Guarricus ser. 4. de Assump. *Decebat Matri Domini non alius obsequeretur, quàm Dilectus Filij; quatenus & Mater semper suspirans Filium, in Dilectum Filij suauius respiraret.* Semper Maria Filium suspirãs semper in Dilectum Iesu Ioãnem respirabat, alterum nacta Filium, siue potius eodem fruita saluatore. Accuratè, obsecto, proxima clausulæ verba expende: *Quatenus Mater semper suspirans Filium, in Dilectum Filij suauius respiraret.* Quàm dulcis Mariæ Ioannes, si semper illa suspirans, semper Ioannem nacta est in leuamen! Effinge tibi sitim hominis interminabilem sine termino, simul refrigerio donatam, Quam suauiter sitit, qui tam dulciter mox refrigeratur! Semper Maria suspirans in Filium, semper in Dilecti Filij Ioannis conspectu respirat; vt semper sitienti Mariæ sit interminabile refrigerium. 59.

Ioannes, semel quodammodo Iesu vicesgerès perpetuum Deiparæ refrigerium.

Guar.

Annon potuit Deipara ad Nazareth domũ reuerti, vt in sua illam hæreditas paterna reciperet. *Non est bonum* (Deus olim) *hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.* Gen.2. Mariam haud conueniens solam remanere; vnde Ioannes virgo Virgini Mariæ adiutorium adiicitur. *Simile sibi.* Beda citat. *Dominus Ioanni Matrem suam Virginem virgini cõmendauit.* Rogas, cur non fuerit conueniens solam Deiparam remanere? Respondet Bernardus lib. de passio. Dom. cap. 10. propter emolumentum societatis. *Hoc Christus docuit, cùm Matrem Discipulo, & Matri Discipulum mutuo commendauit. Nimirum nolens, vt charitas spiritualis ex vna parte frigida remaneret; sed vt simul dormientes, hoc est, in vera charitate simul quiescentes, mutuò calefiant, id est, alter ab altero ad charitatis exercitia mutuo accendantur.* Qualis Ioannes, cuius augusta viuendi ratio Mariam ad celsiora virtutis facinora excitarit, & accenderit? 60.

Tam sanctus Ioannes, qui potuerit Virginem ad celsiora virtutum facinora excitare, & accendere.

Gen. 2.

Bernard.

Lubet Ioannis virginis ex huiusmodi mutuâ calefactione, & accensione incrementa exprimere. *Simul quiescentes mutuò calefiant.* Virgo Ioannes, priùs quàm in sua Deiparam accepit, fante Ambrosio: *Maria postea Ioanni Euangelistæ est tradita coniugium nescienti.* Et Beda vbi sup: *Matrem suam Virginem Virgini commendauit.* An mente possimus excipere quanta puritatis incrementa virgini Ioanni ex tam diuturna cum Deipara Virgine commoratione accesserint? Trium mensium spatio Maria apud alterum fuit Ioannem commorata. Quanta ex huiusmodi morâ Baptistæ puritas? Ambrosius lib. de inst. Virgin. cap. 7. *Mariæ tanta fuit gratia, vt non solum in se virginitatem seruaret; sed etiam iis, quos visitaret, integritatis insigne conferret. Visitauit Ioannem Baptistam, & in vtero matris prius quam nasceretur, exaltauit. Nec immeritò mansit integer corpore, quem in tribus mensibus oleo quodam sua præsentia* 61.

Ineffabilis Ioannis puritas ex Virginis societate colligitur.

Ambros.

præsentia & integritatis vnguento Domini Mater exercuit. Tanto oleo Baptista triplicis mensis angustiis inungitur? Quid Euangelista tot annos Agnum secutus immaculatam, quocumque ierit, & vbicumque commoraretur?

62. *Colligitur & supra cunctos eius sapientia.* Quid de sapientiæ præstantia attexam? Profectò Ecclesiæ Apostolos, Euangelistas, Doctores facilè superauit. Vnde ex animantibus Ezechielis, meritò sibi Ioannes Aquilæ symbolum retinuit. (Ezech.) Ex eo enim quòd apud cælestium sacramētorum aulam Mariam assiduè fuerit diuersatus, patet illum supra cunctos doctissimos auolasse. Ambrosius citatus. (Ambros.) *Vnde non miror, præ cæteris locutum diuina mysteria, cui præsto erat aula cælestium sacramentorum.*

63. *Dignitate itē supra omnes Apostolos apparet.* Parum esset superare scientia, si non & dignitate cunctos superasse videretur. Curæ enim Ioannis Dominus Matrem suam addicens, manifestè dilectissimum Discipulum supra omnes euectum Apostolos signauit. Nū non Petrus omnium Apostolorum caput? Digniorne Ioanne? Petro quidem Ecclesia, Ioanni Maria commendatur. Cum Dominus Petro præsignasset Ecclesiæ curam, & illustre Martyrium prædixisset, visus sibi Apostolus dilecto ampliùs Discipulo Ioanni augustius munus iniungendum, ait: *Hic autem quid?* Ioan. 21. (Ioan. 21.) Quonam charissimus Ioannes fungetur munere, quonam Martyrij genere consummabitur? Profectò Ioannes supra ipsum Ecclesiæ verticem caput videtur attollere & munere, & Martyrio; sufficit illi, vt egregia eius dignitas appareat, vna Deipara Mater donari. (Ernald.) Ernaldum ad illa verba: *Ecce filius tuus*, audite. *Petro commendatur Ecclesia, Ioanni Maria: illi tumultuosa negotia, huic quieta; illi atria, & vestibulum, & altaria sanguinum, huic commendatur altare incensi, & Sancta sanctorum.* Quo igitur vincit altare incensi, & Sancta sanctorum, atria, vestibulum, & altaria sanguinum, eo Ioannis dignitas dignitatem Petri videtur superare.

64. *Ioannes quasi Pontifex summus Propitiatorio Mariano hærescens.* Annon magnus Pontifex reliquos olim Sacerdotes dignitate vincebat? Quis dubitet? Illi datum semel per anni circulum Sancta sanctorum inuisere. Quid Ioanni? Supremus Sacerdos Petrus videtur à Ioanne superari, si quidem solus hic ad Sancta sanctorum eligitur. (Ernal.) *Ad culmen* (addit Ernaldus) *ministerij sui nullus secum admittitur, solus Ioannes assistit Propitiatorio, solus illud vas aureum continens Manna, illúdque diuinæ legis scrinium Pontifex designatus obseruat.* Pace tuâ dixerim, Ecclesiæ Vertex, ipsius Ioannis augustissime parens Petre, cui Pontifici maximo tota subest Ecclesia, à cuius potestate nec Maria Mater eximitur.

65. *Non filiorum familia Ioanni commendatur vt Petro sed Mater ipsa.* (Ernald.) Verùm Ioannis fidelitas mirum in modum hinc oculis obiicitur, cui non familia filiorum, sed ipsa Mater à Domino diligenter commendata est. Ponderat idem Doctor attexens: *Non est passus Christus, vt Iudaica rabies in sanctuarium suum profanam mitteret manum, vel aliqua infestatione violaretur Templum illud Spiritus sancti. Positus est fidelis eduens ad tanti thesauri custodiam. Discipulus qui in Cœna Dominica ceruical sibi in pectore Magistri aptauerat, ecce iterum alio priuilegio honoratur; & post illud reclinatorium, in quo viderat, quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, officina illa, in qua Verbum caro factum est, diligenter ei à Filio commendatur.* Nulla particula sine pondere cadat. Illam premo: *Diligenter*; vt Iesu affectus erga aptissimum custodem thesauri tanti prouidendum appareat. 66. *Diligenter curat ut Iesus Ioannem Mariæ custodem adsciscere, ad quod munus assuefactus est in diuinitatis contemplatione.* Ministros egregios vt Reges possint inuenire, diligentissimè curant requirere, vti de Dauide à Deo diligēter iuxta cor suum quæsito aliquando pōderabimus. Qualis Ioannes, qui *diligenter* à Iesu, vt Sanctuarium custodiat prouidetur? In gratiam autem Mariæ thesauri custodiendi, pende illa: *Ecce iterum alio priuilegio honoratur, &c.* (Ernol.) Vt enim tantum ei munus iniungeretur, priùs quasi assuefecit Ioannes ex Diuinitatis contemplatione. Postquam enim Ioannes intellectus tanto est acumine donatus, vt Verbi gloriam proferret, aptè à Domino Mariæ eligitur in custodem, vt muneris præstantiam valeat penetrare.

66. *Tam dilecta Maria Ioanne donatur, tam dilectus Ioannes Maria donatus est.* Iam verò quantùm Ioannem existimas, quo Deiparam Filius donauit, vt ardentissimum erga Matrem amorem ostenderet? *Ecce filius tuus.* Certè & Mariæ, & Ioannis simul gloriam celebro. Tam dilecta Maria vnico hoc pignore donatur, tam dilectus Ioannes, vt supremo hoc munere donaretur. (Ambros.) Audi Ambrosium de Instit. Virg. cap. 7. *Subscribitur Ioannes in testamento Christi, legatur Matri pudoris defensio, testimonium integritatis; legatur & Discipulo Matris custodia, pietatis gratia commendatur.* Addit pulchrè in puritatis Ioannis præconium. *Sed cum quo Virgo habitare debebat, quam cum eo, quem Filij hæredem integritatis sciret esse custodem?* Pondera præmissam particulam: *Legatur Matri pudoris defensio.* Quia eo ipso, quòd constet Virginem Ioanni purissimo fuisse traditam, virginitatis Marianæ post partum fides satis firma aduersùs oblatrantium hæreticorum rabiem obiicitur.

67. *Cuncti Diui quasi famuli Deiparæ, filius autem Ioannes.* Quid si hinc cuncti Diui quasi serui Deiparæ si cum Ioanne filio componantur? *Ecce Filius tuus.* Famulabantur Mariæ Apostoli, tota ei seruiebat Ecclesia: Ioannes autem filiationis munere fungens, non tanquam famulus, sed tanquam filius obsequebatur. (Sophron.) Sophronius ser. de Assump. *Virginem & si omnes venerati sunt Discipuli, eique famulabantur officio dilectionis: Ioannes tamen ampliùs & specialiùs, qui sibi accepit in suam Matrem filius, vt seruiret cura filiationis.* Reliqui itaque Apostoli famulabantur Virgini dilectionis officio: Ioannes autem filiationis cura præstabat obsequium. (Ildeph.) Ildephonsus consonans profatur ser. 6. de Assump. *Licèt omnes Apostoli ei famularentur, Ioannes specialius vsque ad finem vitæ coluit, qui sibi commissam accepit in suam, & sic ei quasi filius astitit Matri, & obsequiis est.*

68. *Parum iam, Ioannem Angelorum cœtui addi.* (Ildeph.) Coniacent hinc etiam plura in Ioannem Patrum excogitata præconia, scilicet Angelorum numero esse Euangelistam addendum ex Virginis custodia. Ildephonsus serm. 5. de Assum. *Si quis adhuc studio pietatis, vel pia curiositatis affectu, indagare voluerit, quia Maria post Ascensionem Domini egerit, quam sanctè, & iustè vixerit, & cum quibus habitauerit, soli Deo cognitum esse videtur, & Gabrieli Archangelo,*

&

& Angelis sibi collætantibus, secúmque loquentibus, Ioanni etiam dilecto Discipulo. Apertius autem ser. 1. *Quam faliciter sub præsidio Angelorum, & Ioannis fuit?* Ac si in Angelorum numerum Ioannes referatur. Coniacet inquam hoc, similiáque elogia, dum Ioannes filius Virginis vocitatur. Solum-ne adoptiuus? Certè, Petro Damiano auctore, naturalis quodammodo filius ex verborum illorum: *Ecce filius tuus*, efficacia quodammodo exsurgit, de quo Tom. 4.

69. Deniquè (vt cuncta Ioannis præconia complectar) haud Ioannes alius omninò à Virgine menti obiiciendus, sed quasi pars œconomiæ Marianæ habendus est, vt quid speciale illa verba *Filius tuus*, de Ioanne peruulgent. Ernaldus vbi sup. *Iam ergo quadrigam, quâ currendum est ad Patriam intueor; vt per Matrem ad Filium, per Filium verò attingere possit pœnitentis affectus ad Patrem. Et in hoc ferculo quo nos ab hoc seculo euehis in beate Ioannes sis columna argentea, Mater ascensus purpureus eius, Filius media charitas, reclinatorium aureum visio Patris in decore suo, & æterna pacis iocunda tranquillitas.* Ferculum vnum Pater, Filius, Maria, ac Ioannes componunt? Ad œconomiam Mariæ Ioannes videtur attinere: vt huiusmodi exaggeratione ostendam adoptionis illius perfectionem, ac gloriam. Ascendendum itaque nobis ad Superos Ioannis ope. Annon colligere datur quorundam Diuorum specialius necessarium nobis obsequium? Colendus Ioannes pertinēs ad quadrigam quâ debemus ad superos auolare.

Ioannes pars est Deiparæ œconomiæ.

SECTIO QVARTA.

Solitudo Mariæ.

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. 5. MAria soli sibi triduò mortis Dominicæ solitaria, hoc est, Dilectionis in morem Inferni cruciantis sustinet incendia.

IN MARIAM VIDVAM
PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS

Circa literam.

Ex Eiusdem ob Iesu necem solitudine.

OBSERVATIO I.

Mariam Solitudo dilectionis in Inferni mystici dolores deturbauit.

Vbi Amoris diuini vehementiam, & efficacitatem exprimo.

1. DE Martyrio, & Luctu Deiparæ plura Tom, 1. lib. 12. locutus, quæ hoc Volumine circa Gladium Simeonis, confirmaui vbertim, in præsenti punctum illud specialissimum solitudinis Marianæ (quod à nullo ita nudè scriptum aut dictum legi, andiui, vt non eum Virginis *iuxta Crucem* statione copularetur) illustrandum assumo.

2. Præmitto illud, quo argumentum nitatur, Canticorum testimonium. *Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio:* cap. 8. Vbi Guillelmus Parnus. *Charitas Maria dura sicut infernus.* Ex sapientissimo meo Paulo Sherlogo. dilectio fortis vt mors ad vexandum, & æmulatio, id est, ardens zelus, dura, & implacabilis est nullam concedens indulgentiam. Ignis huiusce dilectionis quam flammæ efficaces! *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum, aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Ibid. Qualis incendij pertinacia est aquis cedere renuentis? Plinius lib. 1. cap. 2. asserit eiusmodi reperiri calorem, qui vndis augetur. Tacitus ad finem lib. 13. Annal. vaporem ignitum terræ visceribus erumpentem sic describit: *Villas, arua, vicos passim corripiebant, neque extingui poterant, non si imbres caderent non si flumalibus aquis, aut quo alio humore niterentur.*

Charitas Mariæ dura sicus infernus.

Cant. 8. Guillel. Sherlog. Plin. Tacit.

Quàm acriter Maria amoris igne inextinguibili torquebatur, dum se solitariam aspiciebat! Amedæus hom 5. *Præ nati morte inenarrabili dolore Virginis pectus vrebatur.* Vritur, & non consumitur, quia inferni ignis est. En rubus sine combustione ardescens. *Vidit Moses, quòd rubus arderet, & non combureretur.* Exod. 3. Est qui, non incongruè, 3.

Vrebatur Maria, & non consumebatur. Amedæ. Exod. 3.

in

in Numine apud rubum commorante Dominum Saluatorem saluti hominum sub Pharaone inferni, & criminis gementium prouidentem quasi in Cruce suffixum. Quòd si Maria rubus sit ardens sine consumptione, infernis ex morte Filij flammis immersa obijci ut torquentibus quidem, sed crudelius minimè consumentibus.

4. *Quod omnes non possunt Virgo potuit, vincens humanitatē.* Isa. 35.

Isaias Inferni ignem describens, eius pertinaciam adnotauit. *Quis vestrum habitare poterit cum igne deuorante?* Isai. 33. Si vorat ignis, non diuturna erit inhabitatio. Certè habitatio est, quia vorans semper nunquam absumit. Quod igitur homines non possunt, potuit Deipara cælesti quidem ope suffulta. Amedæus citat. *Virgo vrebatur, & quod hominum genus ferre non posset, adiuta diuino munere fœmina valuit sustinere. Vicit sexum, vicit hominem, & passa est vltra humanitatem.*

Amedæ.

5. *Viuens moritur semper amans.* Origen.

Iden inferno igni mortem copulauit: *Fortis vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.* Ardet amans dilecti absentia, & moritur nunquam non superstes. De Magdalena post Iesu obitum Origenes hom. 10. in diuer. *Perdiderat vitam animæ suæ, & iam sibi arbitrabatur posse mori, quàm viuere, quia forsitan inueniret moriens, quem inuenire non poterat viuens, sine quo tamen viuere non valebat, fortis est vt mors dilectio.* An occidit amantem? Certè *dura sicut infernus æmulatio.* Nec viuere potest sine Iesu, nec ei mors datur. Chrysologus serm. 147. *Amor quod amat non potest non videre, & nisi ad desiderata peruaserit, necat amantem.* Necat quidem, sed viuentem conseruat, vt sit sine termino occisio, & moriendo viuat, qui amando necessariò viuit, & moritur. Pulchrè Leo Hebræus Dial. 1. de Amo. *Quid tibi plura dicam? Amoris causa amantes viuendo moriuntur, & moriendo viuunt.* Plura Obseru. 4.

Chrysol.

Leo. Hebr.

Observatio II.

Inferni Dilectionis Marianæ quasi æternus sensuum cruciatus.

Vbi dilectionis durissimam passionem expendo.

6. Guillel.

De horribili dilectionis Marianæ inferno Guillelmus ait, *Nihil durius illo, quia nec vila vi superatur, vt euadatur.* Nihil profectò durius, quia colligatio cunctorum est tormentorum æterno cruciatu sensum afficiens.

7. *Amans in conspectu amati laborandi, annos reputat dies.* Gen. 29.

Dum amans dilecti conspectu fruitur, pro vnico die annos reputat. Testor Iacobum, de quo Moses; *seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.* Et infrà, *Seruiens apud eum septem alijs annis.* Gen. 29. Quas hebdomadam Labam ex quorundam interpretatione vocitauit: *Imple hebdomadam dierum &c.* Quid septem diebus cum septem annis? Certè amantes in conspectu dilectæ pignoris annos quasi dies norunt reputare. Nazianzenus Orat. 28. apposité: *Profectò vel vnicus dies totius vitæ humanæ instar est desiderio laborantibus. Nam illud Patriarcha Iacob mihi alio modo se habere videtur, qui pro duabus virginibus quatuordecim annis Laban Syro seruiens haud quaquam labore frangebatur. Erant enim, inquit, omnes dies illi quasi dies vnus, quòd earum amore flagraret. Cuius rei fortasse causa erat, quia rei expetitæ conspectu fruebatur.* Qui igitur in dilecti conspectu laborat, minimè frangitur, potiùs labore crescit, defatigatione proficit.

Nazian.

7. *Amans in absentia, amati pariter dies reputat secula.* Nazian.

At qui absente dilecto patitur non sic, sed quolibet in die tormentorum æternam colligationem contemplatur. *Profectò vel vnicus dies totius vitæ instar est desiderio laborantibus.* Id est, iis qui laborant, dum amati præsentia desideratur. *Totius vitæ instar est?* Parum dixit. Nam cruciatus ille ex desiderio æternitatem sequitur, interminabiles pœnas æmulatur.

8. *Fingit breui in tempore æternitatem.* Ioan. 20.

Defuncto Domino Magdalena desiderij gehennali igni tradita deplorabat. *Stabat ad monumentum Maria foris plorans.* Ioan. 26. Pende verbum: *Stabat*, quod interminabilem actionem indicit. Stabat quidem, quia amoris cruciatus ex desiderio amati eam faciebat æternitatem patiendi confingere Laurentius Iust. de Triump. Chri. agone. cap. 24. *Sibi ipsi indixerat nusquam diuertere, donec, quem diligebat, vbi positus fuerat, reperiret.* Tò *Nusquam diuertere* Pondera. Fingebat (ac si diceret) sibi semper inibi ploraturam, nusquam tormenta terminanda, æterno cruciandam incendio, quia desiderio laborabat. O Mariæ Matris discruciatio horribilior, quæ non dilectum Magistrum; sed Natum dilectissimum lamentabatur crudelissimâ nece addictum! Ad instans quodlibet æternitatem traxit.

Iustini.

9. *Maria traxit ad quod libet sua sui udi... instans æternitatem tormentorum omnium.* Gen. 22. Chrysol.

Abraham fortissimus Filium iugulaturus, eum vinculis illigauit. *Cùmque alligasset Isaac.* Gen. 22. Contemplor parentem illo instanti alligationis, abstrahens à reliquis temporis partibus intellectum. Certè totam patiendi æternitatem pater ad vnicum illud instans trahebat videns filium interimendum. Bellè Chrysologus serm. 10. *Abraham offerebat filium, imò se immolabat in filio. Patris erat ibi passio tota, vbi filius immolabatur.* Aduerbium illud. *Ibi* preme. Ibi quidem, illo in instanti erat tota passio, vniuersi cruciatus, laborum duratio æterna erat *ibi tota vbi* pater filium videbat neci præparari: Annon efficacius *Mariæ erat ibi passio tota, vbi,* Filium pro ingratissimis mortuum, ab ipsisque trucidatum aspexit? O dilectio quolibet in instanti æternam confingens pœnarum durationem! Leo Hebræ. Dial. 1. *Quis diuino amore ardentior, & celerior?* Bernardus ser. 79. in Cant. exclamat, *O amor præceps, vehemens, flagrans, impetuose.* Quid tanta impetus vehementia, præcipitatio, conflagratio, celeritas Virgineo in animo quolibet in instanti

Leo. Hebr. Bernard.

ſtanti (æternitatis tortura) operaretur? Ediſce dilectionis ineffabilem eſſe paſſionem.

Observatio III.

De pœna Damni, qua apud dilectionis Infernum Deipara afficitur.

Vbi innuo, ſolos Dei ex animo receſſus luctu eſſe proſequendos.

10. *Pœna Damni per antonomaſiam, Damnatio.* LEVIS damnatis ſēſus pœna, ſi cum Damni tortura comparetur. Hæc quaſi tota miſeris damnatio, vnde & *Damnū* ideo appellata eſt, quia quodammodo tota damnatio. Ideo Lucas de Epulone: *Sepultus eſt in inferno.* cap. 15. Vtique à morte æternùm depaſcendus. At Chryſologus poſtquam linguæ conflagrationem ponderauit, poſtquam horrores ignis tartarei expendit, ait: *Non eſt id, quod te manet incendium.* Si in inferno ſepelitur nunquam non moriturus, ſemper ignis horribilis incendio torquendus, quonammodo illum hoc non manet incendium? Quia totum corporis, aut animi incendium quaſi non eſt, ſi cum Damni pœna comparatur. Ideo exaggeratione veraci pœnæ ſenſus miſer mederi præcipuo vulneri curabat, Lazarum ad ſe immitti poſtulans, qui pauper Ieſu exerebat imaginem. Vnde tenaciter retinens inopem (vti innuit Doctor) Damni pœnam expetit infrænare. Alibi plura.

Luc. 15. Chryſol.

11. *Quam horribile Virgini orbari Filio. Quaſi pœna damni gehenna dilectionis.* Animi Mariani pœna horribilis, corporis compaſſio ineffabilis, Attamen ſanctiſſima dilectionis gehenna ex Ieſu abſentiâ horribilius, ineffabiliúſque diſtorquetur. Si ad relationem realem prædicamentalem termini coëxiſtentia requiritur, mortuo Ieſu, nonne omninò Maria ſine Filio relicta eſt ſolitaria licet ſemper dignitate Matris Dei conſpicua? Curauit Dominum Matrem ab huiuſmodi crudeliſſimo liberare cruciatu, cum è Cruce pendens diſceſſurus ait: *Mulier, ecce filius tuus.* Ioan. 19. Relatio Matris ad filium, filij ad Matrem non perit omnino, relicto Ioanne relationis vicario. Petrus Dam. ſerm. 1. de Ioan. *Vt hic ſuppleret, quod ad tempus ipſe Dominus diſpenſatiuè ſuppreſſerat, ſibimet Vicarium dereliquit.* An pœna excuſſus? Profectò horroribus ex huiuſmodi ſubſtitutione filij torqueretur. Edmundus Cantuar. ſpecu. Eccleſ. cap. 23. *Quanta anguſtia erat repleta Maria, quando ſtetit ad dexteram Filij ſui, & recepit Diſcipulum pro Magiſtro. Et quam habuit magnum dolorem, quando recepit ſeruum pro Domino, & filium peccatoris pro Filio Dei.* Nulla pura poteſt creatura Conditoris Filij abſentiam ſupplere. Damni Deiparæ pœna huiuſmodi neceſſaria eſt, ſi poſt Ioánis ſubſtitutionem in filium adhuc anguſtiâ Mater repletur, & magno dolore ſaginatur.

Ioan. 19.

Damian.

Edmun.

12. Vicem Mariæ doluit Ieremias clamans: *Quomodo ſedet ſola Ciuitas plena populo!* Thren. 1. Si plena Ciuitas illa Mariana (de qua dicta glorioſa) populo quonam modo ſolitaria deſcribitur? Profectò qui vniuerſus Ieroſolymæ populus, cuncti Mariæ adoptionis filij, omnes Diui, haud poſſunt Virginem ab illa ſolitudine liberare, ſi Filius Dei, ſi Natus eius diſceſſit. O quomodo ſedet ſola poſtquam Ioannem accepit in filium, poſtquam cunctorum hominum Mater effecta eſt! Præcipuus Mariæ ex huiuſmodi ſolitudine cruciatus. Pone illam cunctos ſenſuum dolores pati, Cruci cum Domino ſuffigi, adhuc quodammodo planctu proſequenda non fuiſſet, niſi hac ſolitudine ob Filij Dei diſceſſum afficeretur. Pulchrè Paſchaſius lib. 1. in Thr. *Niſi ſola eſſet, plangenda non eſſet.*

Solum plangenda eſt Maria, quia ſine Filio eſt. Thren. 1.

Paſcha.

13. *Quam acerbus luctus ex relationis Filialis abſceſſu.* Poſt ſepulturam Ieſu ad inungendum corpus Magdalena acceſſit; quod cum non inueniret, miſeram inſtituit plorationem. *Stabat Maria ad monumentum foris plorans.* Ioan. 20. Vbi Auguſtinus Tract. 121. *Oculi, qui Deum quæſierant, & non inuenerant, lacrymis iam vacabant, amplius dolentes, quod fuerat de monumento ſublatus, quam quod fuerat in ligno occiſus. Quoniam Magiſtri tanti cuius vita ſubſtracta fuerat, nec memoria remanebat.* Si ex ablata memoria, ſeu reliquiarum corporis Magiſtri tam iuſtè Maria lamentatur: quid Deipara cuius Filij nec memoria, ſcilicet relatio (ſic fari liceat iuxta Thomiſtarum ſententiam) realis remanebat? Oculi, qui Filium quæſierant, & non inuenerant lacrymis ſolitariè vacabant. Dum ſcilicet dicebatur Mariano cordi: Vbi eſt Filius tuus? Ediſce Dei lamentari receſſus. Nec enim lacrymis temporariorum bonorum iacturæ proſequendæ, ſed ſoli Dei receſſus ex animo te ad lacrymarum pelagus debent immittere.

Observatio IV.

Nulla apud Infernum dilectionis Mariæ (ex ſolitudine) Redemptio.

Vbi adnoto, illa mala timenda, è quibus redemptio minime ſperatur.

14. *Guillel.* AIEBAT Guillelmus de dilectionis Marianæ gehenna. *Neque vlla vi ſanatur, nec euadatur.* Non emoritur pœna, quia apud dilectionis infernum nulla eſt redemptio, neceſſariò Maria cruciatui addicitur.

15. *Redimitur Simeon, non Maria. Luc. 2.* Simeon ille qui Ieſu aduentum tot deſideriis coluit, cùm primùm cœpit optatis frui, clamat: *Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine ſecundùm verbum tuum in pace.* Luc. 2. Imo & nūc debuiſſes inſtar phœnicis vitā inſtituere, vt redēptione fruereris. Quid tibi cum dolore, qui Dei

ſalutare

Timoth. Iesosol.

ſalutare aſpexiſti? Reſpondet Timotheus Ieroſol. Orat. de Purif. *Abſoluar nunc, quæſo, Domine, ne diutius hærens hic, quæ nolim intueri compellar. Dimitte me nunc obſecro, ne videam audax. nefariúmque Iudæorum in te facinus &c.* Quid ſi tunc videres? Diro vtique aſpectu deperirem. Ideo ô Domine, *nunc* efflagito abſolui, mox ad Abrahæ ſinum auolabo, vt ab huiuſmodi me cura expedire poſſim. Vulgariter liceat expendere. *Echare eſte cuidado à parte, que no te vere morir.* Et cur ô Virgo beatiſſima audiens ex ore Vatis, *Tuam ipſius animam gladius pertranſibit*, non mox efflagitas? *Nunc dimittis* Matrem *suam Domine.* Saltem poſt obitum Filij poſtula: *Nunc dimitte* in bello, ſi *in pace* dimiſſa haud cum Simeone fui. Annon ſcis ô Virgo, te apud dilectionis gehennam (in qua nulla redemptio) pati?

16. *Conſumitur Mater Machabæorum, non Deipara.* 2. Mach. 7.

Machabæorum Mater poſt diram admodum torturam tandem deperit. *Nouiſſimè autem poſt filios & mater conſumpta eſt*, 2. Mach. 7. Diuturna enim conflagratio fortiſſimam paulatim infirmauit, & tandem conſumpta obiicitur ignis dilectionis vi (nec enim alicuius externi cruciatus Textus facit memoriam) Conflagrans Maria cur non tandem conſumitur? An quia in huiuſmodi dilectionis inferno nulla redemptio eſt? Ita planè.

17. *Nec ſperabat, nec cupiebat redimi.*

Leo. Hebr.

Amedæ.

Leo.

Imo nec redimi cupit, nec liberari curat, quo vicem Virginis amplius doleamus. Speras ô Deipara ab hiſce cruciatibus liberari? Non ſpero. Deſideras, aut procuras abſolui? Nec deſidero, nec procuro; quia dum deficit Filius, neceſſaria mihi conflagratio eſt. Bellè Leo Hebr. Dial. 1. *Quod maiorem indicat admirationem, quam cruciamenta ex amore prouenientia ſæua, inhumana, atque intolerabilia exiſtant, mens tamen eis (amanti) liberari nec ſperat, nec deſiderat, nec procurat.* Paſſa eſt Maria *vltra humanitatem*, (vt aiebat Amedæus.) Attamen cum tam dirè excruciaretur, eius amor in Chriſtum *adeò intenſiùs æſtu* (loquor cum Leone citato de Diu. amo.) *atque inflammabatur, vt omnes ipſius ſenſus, totámque phantaſiam, nec non vniuerſam ſuper mentem occupare videretur.*

18. *Durius inferno, ſine dilecto filio viuere.* 2. Reg. 2. Chryſoſt.

Neceſſitatis huiuſmodi cruciatum expendo. Dauid de Saulis ac Ionathæ nece loquutus. *Saul & Ionatha amabiles, qui in vita ſua non fuerunt disiuncti, ita nec morte ſunt ſeparati ſunt.* 2. Reg. 2. Ad quæ Chryſoſtomus, *Quod ait: Neque in morte ſeparati ſunt, in ſolatium doloris fuit. Quod nullis contigit, illis obtigit, videlicet vno eodémque die è viuis eripi, neutro alteri ſuperſtite. Exiſtimabant enim vitam iniucundam fore ſi alter ab altero fuiſſet diuiſus.* O Saul, nonne minus crudeli flamma diſtorquereris, mortuo filio, ſuperſtes, quàm gehennali addictus incendio? Profectò quodammodo diriùs inferno dilectionis alligari. Quid exaggeratius? Heu ploranda Maria, cuius in gehenna dilectionis nulla redemptio! Conſumitur Simeon, conſumitur Machabæorum Mater, tu poſtquam non ſeptem filios, ſed vnicum ſepties lethaliter vulneratum vidiſti, non conſumeris? Vidi flagellis cæſum; vidi Crucis baiulatorem; vidi ſub ligni pondere excidentem; vidi nudum apud Caluariæ montem Iobi in morem, vulneribus leproſum; vidi ligno ſuffixum; vidi morientem, vidi cadauer: & conſumpta non ſum? Quid mirum, ô Virgo ſi apud dilectionis tuæ infernum nulla eſt redemptio? Ediſce mala illa formidare, è quibus liberari nequeas.

Observatio V.

In Inferno Dilectionis Mariæ non permittitur lacrymarum ſolatium.

Vbi lacrymarum vim ad quamlibet paſſionem propellendam oſtendo.

19. Guillel.

PERSEQVITVR Guilhelmus excogitationem huiuſce dilectionis Marianæ inferni expendens horrores. *Neque vllis blanditiis mollitur, vt minus puniat.* Ac ſi diceret, Nec blanditiæ noſtrorum verborum, ex compaſſione, emolliunt tormenta, nec patientis blandis lacrymis emollitur. Quia ſi ſtridor dentium comitatur flagrantem, fletus ei interdicitur ex quorundam Doctorum expoſitione ad illa: *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Fletus erit ſiue eiulatus, non lacrymæ, non dulcia ſuſpiria queis flamma extingui valeat.

20. *Noſtra lacrymæ cor Mariæ conterebant.* Act. 21. Chryſoſt.

Quis conſolabitur filiæ Ieruſalem? Flentes cimcti ad deſolatam Virginem accedamus. An ex lacrymis noſtris eius cruciatus emollitur? Potiùs cor conſtringitur. Paulus compatientibus inclamabat: *Quid facitis flentes, & affligentes cor meum?* Act. 21. Chryſoſtomus legit: *Conterentes cor meum.* Lacrymæ veſtræ non emolliunt paſſionem, ſed præcordia adamantina licèt, poſſunt contritione afficere. *Paulus ille* (ait Doctor hom. 4 in Epiſt. ad Cor.) *Adamantinus ignis contemptor, robuſtus, & immobilis, qui ait: Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti, an anguſtia, an perſequutio, an gladius, &c. cùm videret quorundam lacrymas perfrangebatur, & conterebatur.* Quantò iuſtiùs Maria, illi incendio addicta, quòd nullis blanditus emolliri poteſt? Conteritur cor, diſcerpitur, perfringitur, ſed cruciatus ampliùs ſuperbit, inextinguibili flamma efferueſcente.

21. *Maria non lacrymatur, & ideò flenda.* Exod. 2. Rupert.

Nec ipſa lacrymas valebat profundere, vnde pœna poſſet euacuari. *Mortuus eſt Rex Ægypti, & ingemiſcentes filij Iſrael propter opera, vociferati ſunt.* Exod 2. Vbi Rupertus, *Antea nimietus oppreſſionis ingemiſcere non ſinebat, vociferari prohibebat.* O quàm leuat præcordia vulnerata lacrymarum profuſio!

22. *Non eſt infernalis ignis, vbi lacrymæ profluunt.* Luc. 23.

Chriſtum Crucis baiulatorem *ſequebatur multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum.* Queis Dominus, *Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete.* Luc. 23. Cur ô manſuetiſſime, tam dirum fœminis piis prædicis

exitium? *Si hoc fit in viridi ligno, in arido quid fiet.* Inferni flammis plorantes addicis? Profectò gehennæ eis non indicitur flamma, quibus datur lacrymas profundere. Salua res illis, quæ possunt suspiria emittere, lacrymas effundere non prohibentur. Mariæ passionem doleo, cui non permittitur lacrymari.

23. *Magna est velut mare contritio tua? quis medebitur tui?* Desperata Mariæ consolatio. Quare? Quia *omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.* Cunctis amaritudinibus Maria oppletur, nec potest profusis lacrymis redundare. Pulchrè Ernaldus apud Tilm. *Eò amplius anxietas Mariæ intumescit, quò egredi prohibetur. Denique formido imperabat dolori silentium, & vrgentium Iudæorum turbidi oculi, illos turbines suffocabant. Illa tantarum procellarum salsuginem cohibebat, & clauso tanti doloris tormento intrinsecùs alienum vultum exhibebat.* Hinc lacrymarum gloriam expende.

Maria contritio sine medicamine, quia flere non potest.
Ernald.
Lacrymæ commendantur.

Observatio VI.

Pia Inferni Marianæ dilectionis Pertinacia.

Vbi Deiparentis validissimum apud Deum patrocinium confirmo vel inimicis veniam impetrans.

24. QVæ malè amauerat Epulo, pertinaciter diligere & apud Tartarum videbatur, dum ait: *Mitte Lazarum in domum patris mei; habeo enim quinque fratres, ne & ipsi descendant, &c.* Luc. 15. Amor-ne diuinus primas cedit seculari pertinaciæ? Dilexit Maria Christum, dilexit peccatores, quos ipsi Christus discedens commendauit in Ioanne (authore Bernardo) *Ecce filius tuus.* Tam tenaciter diligit vt nolit ab incendio huiusmodi separari. Leo Hebr. Dial. 1. *Mens eu liberare hec sperat, nec desiderat, nec procurat.* Si prophanus aut diuinus id amator, quid Maria? Non dico Filium Deum, homines Filij tortores sic dilexit, vt pro illis preces profuderit; Ne descendant in locum tormentorum.

Non vult Maria in dilectione vinci ab inferni.
Luc. 15.
Bernard.
Leo Hebr.

25. De Nilo sapiens, *Assistens quasi Geon in tempore vindemiæ.* Eccli. 4. Hanc Nili proprietatem sub ripa sese continentis dum fructus colligendi sunt, post semina iacta se profundentis Deiparæ intercessioni accōmodat Hugo Card. *Tempore vindemiæ, id est, in die iudicij assistet Filio suo, nec exundabit, nec profundet corda arida aquis gratiarum.* Si tempore vindemiæ peccatori non faues, si votorum instantia contineris, ô Domina, iam botrus Cypri traditus torculari, vindemia est, defere peccatores, corda arida non perfundantur gratiarum vndis. Certè Maria nunc præcipuè opitulatur, botrum enim expressum quasi semina spargit hominum cordibus excipienda, Marianæ intercessionis gratiis terra fœcundanda.

Nunquam non Maria hic pro peccatoribus intercedit.
Eccli. 4.
Hugo.

26. Quid post obitum Filij, quæ ipsos persecutores suffixionis ministros, irrisores protegebat? *Stabat autem iuxta Crucem Iesu Mater eius.* Ioan. 19. Locus stationis Mariæ dextera Iesu erat Regionem Aquilonarem respicientis. Quare? Respondet Richardus Laur. lib. 4. *Ad hoc autem se interposuit Cruci & Aquiloni, ne Diabolus signatus per Aquilonem (sante Propheta Ab Aquilone pandetur omne malum.) posset eos impedire, qui venire vellent per passa ad brachia Saluatoris extensa: sicut fecit dexter Latro, & sicut fecisse videtur Centurio ille, & qui cum eo erant, qui dicebant: Verè Filius Dei erat iste.* Quæ peccatores protegit, dum necatur Dilectus, quomodo non proteget solitaria, quando solitudini solatium homines ei à Filio relictos contemplatur?

Iuxta Crucē stans protegit peccatores.
Ioan. 19.
Richard.

27. Duriori etenim crematur incendio, videns Christi suffixores, seu peccatores filios à Patris cælestis gratia cecidisse. Vnde clamat cum Mose: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro, quem scripsisti.* Exod. 32. Filium Dei mortuum fuisse horribile mihi vulnus est: filios adoptionis, grauissimum mihi vulnus deperire. Me æternùm, ô Domine, dilectionis inferno addicendam puta, aut mei filij ob necem Saluatoris in tartara non detrudantur. Amedæus hom. 5. *O vulnus durius omni vulnere! ô iaculum in corde! Alieno, quàm proprio damno magis affligebatur.*

Durior Mariæ gehenna, peccatores damnari.
Exod. 32.
Amedæ.

28. Quid mirum, si à Filio didicit pro inimicis preces profundere, si ipse profusus sanguis veniam proclamans verba ori Virgineo cordi Matris exhibebat affectum? Ioab olim, vt Absalonem, qui fratrem occiderat, Patri Dauidi conciliaret, Thecuitidis fœminæ prudentissimæ in ore verba posuit. At illa coram Rege: *Ancilla tua,* inquit, *erant duo filij, qui rixati sunt in agro: & percussit alter alterum, & occidit eum. Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersùs ancillam tuam dicit: Trado eum, qui percussit fratrem suum, vt occidamus eum, & quærunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est.* Cui Dauid, *Viuit Dominus, quòd non cadet de capillis filij tui super terram,* O Rex, Absalonem curas post Ammonem extinguere? *Quare cogitasti huiusmodi rem contra populum Dei?* Viuat fratris occisor, ne vnus & alter filius deleatur. *At Rex: Numquid manus Ioab tecum in omnibus istis? Respondit mulier, seruus tuus Ioab ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.* Rex denique fatur: *Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, ô Ioab, & reuoca puerum Absalon.* 2. Reg. 14. In Thecuitide Virginem Domini ancillam licet contemplari, quæ Deo Regi: Mihi ancillæ tuæ duo filij, quorum adoptiuus cælestem occidit hæredem. Vniuersa creatura exurgens in fratricidam me curat ad vindictam excitare. At ancilla tua *vtroque orbabor filio in vna die?* Viuat peccator tanti ignis scintilla, cuius extinctio mihi futura amanti

Iesum ipse Mariam inmittit, vt à Patre veniā pro fratricida exoret.
2. Reg. 14.

amanti gehenna. O mulier, *nunquid manus Ioab tecum in omnibus istis?* Quid *Ioab*? Hebraïcè *Habens Patrem.* Non seruus tuus Ioab, sed Filius tuus Iesus *præcepit istud,* i. le vocem efformat, ille excitat linguam, ille mentem exacuit, qui mihi peccatores commendans in Ioanne dixit: *Ecce filius tuus.* A Filio tuo didici pro interemptoribus eiusdem exorare. O Maria, *ecce placatus feci verbum tuum, reuoca puerum Absalon.* Quàm victa Thecuitis à Maria! Absalon Ierosolymam rediit, sed Patris faciem non vidit. At peccatores Mariæ precibus ad placatum Numen adducti, & sinu gratissimo excipiuntur, & faciei boni Parentis frui licet aspectu. Maria enim sic filios ablui pœnitudinis curauit affectu: (*Peccaui in cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus*) sic virtutum decore studuit ornari, vt illud eis aptari possit, (spiritu veracius:) *sicut Absalon vir non erat pulcher in omni Israel: à vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula.* Ibid.

SECTIO QVINTA.

Maria Christo superstes.

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. 6. MARCI domo recepta Virgo Resurrectionem Filij precibus curat accelerari. Mysteriis adest, Apostolos edocet fidelium Magistra communiter degens, ex Ecclesiæ gestiens dilatatione, quippe quæ multiplicatum id granum germinarat. 7. Miris innumeris sese Maria exposuit Matrem esse viuentium, & valetudine, & vita imperiis eius obsequente, quæ communis salutis parens extiterat. 8. Acri Ecclesiæ nouæ tempestate oborta, cogitur Maria, Ioanne socio sese mari famulanti (pelagi quidem Domina) committere, Ephesúmque Asiæ Vrbem celebrem ex Dianæ Delubro sua præsentia efficere celeberrimam, Templo Diuæ ad veræ Lunæ conspectum corrueure, vt mendax castitas illibatæ cederet puritati. 9. Extruit Virgo virginum domicilium Ierosolymis, vnde tot monialium Collegiis leges deriuarentur. 10. Antiochenses vehementer cupientes Marianis vberibus labia exhibere & osculaturi, & reficiendi præsentia Deiparæ decorantur, &c.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Resurgens Saluator Mariæ primùm apparet.

1. *Haud Deipara perrexit vnctura cadauer.* Nazianz. Nyss. Niceph. Metaph.

MArci domo recepta Virgo resurrectionem Filij precibus curat accelerari.] Communis Patrum sensus Mariam post sepulturam Saluatoris expectantem eius resurrectionem domi Marci (de qua supra) conquieuisse: nec cum aliis piis fœminis ad sepulchrum properásse. Scio Nazianzenum Orat. 2. in Pasch. Nyssenum Orat. 2. de Resur. & Nicephorum lib. 1. hist. capit. 33. affirmásse Virginis cum piis aliis fœminis ad inungendum cadauer profectionem. Quorum sententiam cum Metaphraste orat. De Dorm. Deip. & aliis reiicio, quia indecens ex Euangelica historia enumerandi fœminas ratio ab his excogitata. Theophylactus sic recensuit vnctrices: *Maria Magdalena, & altera Maria, hoc est Deipara* An tantæ Dominæ huiusmodi enarrandi ratio quadrat? An Magdalena quasi feruentior pulchræ dilectionis Matri præferenda? An Euangelista omnino Deiparæ aduentum, aliis fœminis memoratis silentio inuolueret? Assero igitur Virginem domi quieuisse, resurrectionis articulum expectantem certam omninò fælicissimi euentus. Bernardus de Pass. Dom. cap. 2. *Et fortassè* (inquit) *propterea illa Mater, quæ plus habuit pietatis, cum aliis ad vngendum corpus Christi non venit, quia frustra putabat eum vngi, quem resurrecturum sciebat.* Bernard.

2. *Ostenditur Maria Christus resurrectionis tempore.*

Ecce autem nocte ea, quæ Sabbatum proximè consequitur, vergente ad lucem, Iesus cœlesti circundatus fulgore triumphantis præseferens gloriam, Matris primæ omnium sese conspectui obiecit, hoc tam debito obsequio eam remunerans, quæ & certa fide, & spe constanti, & accensa charitate reliquos omnes seu viros, seu fœminas longo interuallo superabat. Metaphrastes citat. ad hæc. *Videntur ei prima data esse boni nuncij resurrectionis: & quo ad eius fieri potuit, ab ea conspectus fuisse splendor Filij. Sed sic quidem Dei Mater & ipsa clarius aspicit Filij resurrectionem, & eius prædicatores de ea magis confirmat, quàm ea* Metaph.

quæ vnguenta obtulerunt: etiamsi d.m loqueretur de resurrectione, auditam eius me·tionem fecerint: cauentes fortasiè maternum afferre testimonium; ne videretur suspectum, & propter coniunctionem, fidei esmians haberetur. Et Nicephorus libr. 1. capit. 32. *Primum quidem à Matre, & reliquis compellns mulieribus, deinde à dilectis Discipulis.* Pene omnes recentiores subscripsere.

Niceph.

3. Obiectioni fit satis. Ansel.

Obiicis. An Euangelistæ silentio obuoluissent, si Christus primum apparuisset Parenti? Et obiicit, & soloit simul Anselmus fatus lib. de excellent. Virg. capit. 6. *Si aliquis quærat, quare Euangelista non referant ipsum piissimum Dominum à morte resurgentem huic suo dulcissima, dilectissimaque Matri, vt eius dolores mitigaret, primò, ac præcipue apparuisse? Dicimus, quòd à quodam sapiente audiuimus sic: Tanta est suscitata auctoritas narrationis Euangelicæ, vt nihil in ea inane, nihil superfluum repetatur. Ita quod si Mundi Domini, si Domina Mundi ipsius Filius ab infero resurgens scriberetur, sicut alij cuilibet, apparuisse: eámque de sua resurrectione docuisse: quis non tale scriptum superfluum duceret, Reginam videlicet cæli & terræ, omnisque creaturæ coæquare illis, quibus apparuit, viro, aut mulieri.*

4. Aliam soluo obiectionem. Ruper.

Rursum obiicis Euangelistam afferentem primò Mariæ Magdalenæ apparuisse. Ergo non primò Mariæ. Certè apparuit primò Mariæ, ex iis, quibus apparuiste Euangelistę narrant Audi Rupertum lib. 7. diu. offic. cap. 25. post huiusmodi solutionem sententiam nostram confirmantem. *Verissime Matri primus resurgens apparuit. Quod si idcirco verum non videtur, quia nullus Euangelistarum scriptis hoc attestatur, consequens est, quod nunquam post resurrectionem suam visus sit Matri; quia quando, vel vbi apparuerit illi, nullus eorum nominatim edixit. Sed absit hoc ab illo, qui in lege sua patrem, & matrem honorare præcepit. Absit, inquam, vt Matrem propter se doloris gladio transuerberatam tam dura negligentiâ talis Filius inhonorauerit.* Canit Sedulios lib. 5. Pasch. carm.

Sedul.

---- Huius se visibus adstans
Luce palam Dominus priùs obtulit, vt bona Mater
Grandia diuulgans miracula, quæ fuit olim
Aduenientis iter, hæc sit redeuntis & index.

5. Gaudium Mariæ rediuiuum aspicientis Saluatorem. Ruper.

Quàm ingenti gaudio Virgo in conspectu viuentis Filij fuerit perfusa, Rupertus citat. admotauit. *Perpendere gestit Christiana deuotio, quantus torrens gaudij repentè inundans, locimos vulneris replens, animam eius ferro doloris confossam inebriauit, cum rediuiuus Filius illi antè omnes fortasse mortales Materno Virginem non defraudans honore, victoriam suam annunciauit, dulcia carnis suæ vulnera, quam illa veram de carne sua carnem conceptam peperit, deosculanda præbuit.* Sic Abbas.

§ II.

Coram Matre Christus cælos scandit, &c.

6. In monte

MYsteriis adest.] Postquam Christus sub illius lætissimi diei nocte, & octauo prætere die apud eam ipsam domum in qua cum Iesu Matre conclusi manebant, Apostolis, ac Discipulis visendum se, ac contingendum præbuisset, ex eius præcepto cuncti cum ipsa Deipara in Galilæam properarunt, vbi eius conspectu erant liberiùs fruituri. Rupertus li. 7. de diu. offic. c. 25. *Nunquid vel tunc, quando vndecim Discipuli abierunt in Galilæam, in montem, sicut constituit illis Dominus, Mariam prætererunt, & absque illa videntes eum adorauerunt? Absit.* In monte igitur (quem alij Christi, alij montem in Nazareth, alij Thabor fuisse existimant) Dominum gloriosum Maria, reliquique Discipuli adorarunt. Epiphanius hær. 76. *Adorauerant ipsum omnes Angeli Dei, & adorauit ipsum Maria, vbi gloriosè resurrexisset in carne, & omnes ipsius Discipuli.*

Galilæa Maria Christum adorat.

Ruper.

Epiph.

7. Ascendenti adest.

Profectò hac mira Christi ostensione recreati Maria & Apostoli cum Discipulis Ierosolymam regrediuntur, vbi in cœnaculo congregatis eum demum quadragesima à Resurrectione die se Christus ostendisset, extrà ciuitatem eductos in Oliueti montem iussit confluere. Ibi Deiparenti, fratribúsque valedicens, videntibus omnibus, eleuatus est, nube eum ab aspicientium oculis eripiente. Annon tunc Maria cum sponsa inclamaret? *Fuge dilecte mi, assimilare capreæ, hinnulóque ceruorum super montes aromatum?* Cant. 8. Vbi Gillelmus ex ore Mariaoo profatur. *Quia Fili, expedit mihi, & tuis, vt vadas, nolo lentè vadas; sed fuge Dilecte mi, & fugiendo assimilare capreæ, hinnulóque ceruorum, non tantùm celeri, sed & hilari fuga, Paracletum citò missurus. Fuge, ascendendo in cælum, & sedendo à dextris Dei supergredere omnem excellentiam Angelorum. Ecce iam fugis Dilecte mi, & salutata Matre, redis ad Patrem; vis-ne adhuc carmen nostrum finiri? Non; an; prius enim mecū debes habitare in hortis, in æternis mecum accubare delitiis; ibique mihi quanto familiarius, tanto & efficacius commendare plurimos, donec & ipsi dicant: Fuge, Dilecte mi, & sic carmen finiatur.*

Cant. 8. Gillel.

8. Recipit Paracletum.

Regressi. Ierosolymam Discipuli cum Maria orationi instantes apud cœnaculum permansere, iuxta Christi promissa Paracletum expectantes. Intereà communibus & Mariæ, & fratrum ferè centum viginti precibus Matthias sorte cęlesti in locum Iudæ suffectus est. Cum demum dies Pentecostes complerentur, Ecclesiæ Principes spiritu sunt diuino repleti, rutilāribus igneis linguis, omni Discipulis idiomate vtentibus, stupore correptis iis, qui tunc ex omnis Orbis plagis ad festum illud celebrandum Ierosolymam confluxerant. Porrò eo affluentius varia diuini Spiritus sunt Mariæ addicta charismata, quo cæteris apud Deum gratia præstabat, & Matris Christi dignitate, & totius Ecclesiæ Magistræ munere, cunctos superabat.

§. III.

Mariæ Magisterium.

9. Prima wi-

APostolos edocet fidelium Magistra. Apostoli diuino acti Spiritu Christum incipiunt

bauntur ab Apostolis Deiparentis.

piunt hominibus denunciare, fæliciter sibi actum putantes, dum Iesu ad Patris dexteram confidente, Matre mundus reliqua fruebatur, cuius precibus germinans adoleret Ecclesia, iuuaretur consilus, documẽtis erudiretur. Profectò Dei genitrici Ierosolyma degenti primas in omnibus Apostoli tribuerunt, ad eamque omnes soliti conuenire, vel vt consulerẽt, vel vt ei sua referrent, vel vt aliqua ex ea discerent, magna quidem Parente, & felicibus Ecclesię profectibus gaudente, & tempestatibus agitata; Petrus & Ioannes coniiciuntur in carcerem, Paulus persecutionem excitat, qua Stephanus occiditur, Iacobus minor trucidatur, Petrus comprehenditur; & Maria cõmunis Mater, instar Rachelis suos filios deplorat.

10\. *Edocet Apostolos Iesu obseruata mysteria.* Luc. 2. Euseb. Emiss.

Porrò quæcumque, dum ageret cum Filio, suo in corde de cunabulis, de Mysteriis, de doctrinà reconderat, ad hoc tempus conseruarat, vt quod Spiritus sancti munere ea melius teneret, tanquam Magistra optima Apostolis expromeret. *Conseruabat omnia verba hac.* Eusebius Emisse. ser. 2. de Nat. *O Mater sapientissima, ô sola tali filio dignissima, qua omnia verba hac in corde suo ideò conferebat, nobisque conseruabat, & memoria commendabat, vt postea ipsa docente, ipsa narrante, & nunciante scriberentur, & in vniuerso Mundo prædicarentur. Ab ipsa hac Apostoli audierunt: & ipsa dictante, scripserunt, nobisque legenda mandauerunt. Quis igitur Euangelio non credat? quis eis contradicere præsumat, qua aut Matris, aut Filij authoritate muniuntur?*

11\. *Labia eloquentis Virginis fauo comparantur.* Ruper.

Sponsus clamat Deiparentem exaudiens Mysteria dictantem post diuturnum silentiũ Apostolis: *Fauus distillans labia tua.* Cãt. 4. Hyemis durante rigore apis sollicita fauo cõficiendo, tacita quidem operatione, curam adhibuit; quia tacendi tempus aderat. At Vere primo instante recondita Mysteria, distillante labiorũ fauo, profudit. Adhæc Rupertus Mat. 2. *Tempus tacendi, & tempus loquendi. Discretionem huiusmodi Virgo sapiens non ignorauit, quandiu Filius hominis manere decuit minoratus paulo minus ab Angelis, verè tandem fuit B. Virgini tempus tacendi. Vbi autem gloria, & honore coronatus est Filius hominis resurgendo, & in cælum ascendendo, ex tunc B. Virgini fuit tempus loquendi: & hoc amicis, id est, sanctis Apostolis: & taliter locuta est, vt proinde rectè dicat Dilectus eius: Fauus distillans labia tua.* Legendi Sophro. ser. de Assump. Zacharias Chrysopol in monotessar. Ildeph. ser 5 de Assump. Ruper. li. 5. in Cant. & Bern. hom. 4 sup. *Missus.*

12\. *Magistra Apostolorum vocatur à Patribus.* Ambr. Idiota.

Præterea Virgo Apostolorum Magistra ab Ambrosio vocitatur profante li. de Inst. Virg. c. 7. *Eadem postea Ioanni Euangelista est tradita coniugium nesciens. Vnde non mirum præ cæteris locutum Mysteria diuina, cui præsto erat aula cælestium Sacramentorum.* Idiota autem lib. Cont. c. 3. exclamat: *O beatissima Virgo Maria, species tua consistit in humilitate, pulchritudine Sanctorũ cogitatuum, & Doctrina veritate, qua in cælo intelligitur; quia Doctrix fuisti Doctorum, & Magistra Apostolorum. Vnde & beatus Lucas, cui inter cæteros Euangelistas descriptio Dominica incarnationis attribuitur, Euangelij seriem à te Virgine Maria didicisse traditur.* Annon Lucas se accepisse asserit, quæ scribit, *ab iis, qui viderãt* Ergo cum ea, quæ ad infantiam Saluatoris spectant, sola Virgo Dei Mater viderit, ex ore ipsius illa accepisse quis abnuet? Porro & à Luca visam Deiparam concedit Nicephorus lib. 15. c. 14. Nom Apostoli ab Spiritu sancto edocti Mariæ indigerent magisterio? Quid doctrinæ ab Spiritu sancto deriuatæ adderet magisterium Mariæ, accipe ex Anselmo lib. de excel. Virg. c. 7. scribente. *Licet Apostoli per reuelationem Spiritus sancti edocti omnem fuerent veritatem, incomparabiliter tamen, eminentius, & manifestius ipsa per eum Spiritum veritatis illius veritatis profunditatem intellexerat: & per hoc multa eis per hanc reuelabantur, qua in se non solum simplici scientia, sed ipso affectu, ipso experimento didicerat, de Mysteriis eiusdem Domini nostri Iesu Christi.*

Niceph.

13\. *Quid Spiritus sancti doctrina adderet Deipara magisterium?* Ansel.

§. IV.

De communi Virginis cum Discipulis viuendi ratione.

COmmuniter degent.] Cæli Regina cum Apostolis & Discipulis communem agit vitam, in precibus cum illis vnanimiter perseuerans, & in fractione panis. Accipit operâ Ioannis suam illa portionem ad victum, & vestitum ex communibus bonis, quæ Apostoli pro cuiusque necessitate distribuebant. Sophronius ser. de Assump. *Ecce Iesu ascendente, cum quibus Virgo vacat in schola virtutum, & meditatur in lege mandatorum Dei, vt & ipsa sit forma disciplina Christi, & exemplum perfectionis hominibus. Conuersatur quidem cum testibus sancta resurrectionis & ipsa testes; conuersatur cum senatoribus cæli intrà curiam paradisi sub Spiritus sancti disciplinâ, & magisterio diuina Maiestatis. Inuenitur prima Maria inter primos summi Regis cohæredes, quorum vita non erat iã de terris, in quibus Christus prædicabatur: sed de cælis.* Vitam sic depinxit Sophronius; at viuendi subsidia Gregorius Turon. hunc in morem expressit li. 2. de glor. Mart. *Post admirabilem Dominica Ascensionis gloriam, qua, contrito diabolica malignitatis capite, mentes fidelium ad complenda cælestia animauit: sancti Apostoli Domini, & Saluatoris nostri cum Maria Matre eius in vna cõgregati domo, omnia ponebant in medio, neq; quisquam suum aliquid esse dicebat; sed vnusquisque cuncta possidebat in charitate, sicut sacer Apostolica actionis narrat stylus.* Beda autẽ in c. 19. Ioan. *Tribuebatur vnicuiq; prout cuique opus erat; vnde intelligendum est, sic distributum Ioanni, quod opus erat, vt illic etiam beata Maria tanquam Matris portio poneretur.*

14\. *Communis Maria cum Apostolis victatio.* Sophro.

Viuendi subsidia è communibus bonis Maria compendiuntur. Turon.

§. V.

Quid post Domini Ascensionem Deipara?

MIris innumeris, &c.] Miraculorum officina Maria fuit cunctis ægrotantibus 15. *Mira innu-*

mira edidit Deipara.

commune pharmacopolium exponens, resertáris sepulchra. Haud possibile singula mira excitata à Virgine recensere. In Paraphrasi triplicem mortuorum suscitationem memoraui, cuius Pelbartus in Stellar. cato Virg. meminit.

Omniū miraculorum maximum vita eius immaculata. Mar. vlt. Cant. 3. Ruper.

16. Certè vita Deiparæ cunctorum mirabiliū maximum. Apostoli *sequentibus signis* vbique verbum sacrum profuodebant. Mar. vlt. Assero Mariæ vitam immaculatam inter præcipua miracola, quibus prædicationem sequentibus fides plantata est, adscribendam. *Manus mea,* inquit Maria, *distillauerunt myrrham.* Cant. 3. Ad quæ Rupertus lib. 5. inquit ex ore Mariano: *Operam dedi, vt cum Apostolis Christi vtique dilecti mei, dictis, & factis proficerem currenti Euangelio. Nam hoc est, quod dico; Manus meæ distillauerunt myrrham. Oportebat namque vt maximè relictis credentium, atque Apostolicam vitam imitantium viduis mirum darem exemplū omnis mortificationis vitiorum, normámque in propatulo mox venturis, nouúmque eatenus inauditum exemplum.* Illa expende: *dictis & factis proficerem currenti Euangelio*: & *Mirum* darem exemplum: Et, *Eatenus inauditum exemplum.* Profecit vita Deiparæ mirabilis, & inaudita Euangelio currenti; quia illud instar miraculorum, sequebatur in fidei opera bona prædicantis confirmationem.

Memoria volutis Deipara Filij monumenta. Sophro.

17. Illa quidem animo voluebat, quæ viderat, audieráṡque Filij Mysteria, Angelicam Salutationem, mirabile Natalitium, vitam cælestem, doctrinam salutarem, lacrymabilem necem, Resurrectionem, Ascensionémque gaudio prosequendam. *Quæso* (inquit Sophronius serm. de Assumpt.) *si qua sunt in vobis viscera pietatis, considerate, quo cruciabatur Maria amore, quo ve desiderio æstuabat, dum reuolueret animo cuncta, quæ viderat, quæ cognouerat.* Porro Virginis affectum Christi monumenta recolentis, & persequentis piis lacrymis eleganter Rupertus libr. 5. in Cantic. scripsit. *Fuerunt mihi quotidie lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum diceretur mihi; vbi est Deus tuus, Filius tuus? Siue dum dicerem ego: Me dimisit in hoc exsilio Deus meus, Filius meus, de me taliter incarnatus, vel natus? propter me, &, me vidente, taliter agonizans, talia passus? Quale mihi erat commemorare, siue narrare verba eius, verba morientis; siue continuò morienti dilecti, maximè commendantis præceptum charitatis? mandatum dilectionis, ab illa Cœna Sacro-sancta quando tradebatur vsq; ad hac verba nouissima: Mulier, ecce Filius tuus. Ibi ignis, ibi gladius doloris, & anima mea victima erat holocausti. Toties sensi profundo corde vulneratā memor istud, quod nunc dico: quia declinaueras, atque transieras, ipsa commemoratione horum sensum mihi renouante, vt magis, ac magis sentirem eum hic iam non esse, visibiliter non comparere.*

Ruper.

18. *Inuisit loca Natalitij, necis, ac sepulturæ Saluatoris.* Sophro.

Illa frequenter, non absque internâ suauitate, ea loca inuisit, lacrymisque dulcibus irrigat, quibus vel egisse aliquid Filium, vel aliquid fuisse perpessum recordatur. Sophronio citato adnotante: *Quamuis iam in spiritu esset, tamen dum in carne vixit, carnalibus monebatur sensibus. & ideò quàm sæpè locorum recreabatur visitationibus: & quem genuerat, mentis amplexibus complectebatur. Fortassis ergo præ nimio amore in loco, quo sepultus Christus dicitur, interdum habitâsse credimus, quatenus pijs pasceretur internus amor obtutibus. Sic namque locus medius est hinc inde constitutus, vt adire posset Ascensionis eius vestigia, & locum sepulturæ, ac resurrectionis: ac omnia, in quibus passus est, loca inuisere; non quod iam viuentem quæreret cum mortuis, sed vt suis consolaretur aspectibus.* Adhæret Ildephonsus serm. 5. de Assumpt. fatus: *Si scire volumus, quid Dei genitrix post resurrectionem Domini, ante quam ipsa cælos ascenderet, agebat: sine dubio loca Dominica Natiuitatis, passionis, sepulturæ, & resurrectionis frequenter circumiens, inuisere cupiebat. In eisdem etiam locis lacrymas fundebat, & sanctissimi oris sui oscula dulcissima imprimebat. Deinde ad notum sibi refugium, Apostolicum videlicet contubernium post visitatum Dominicorum locorum cum gaudio remeabat.* Ildeph.

Omnibus omnia Deipara.

Illa quidem eà incensa erat charitate, vt tanquam Mater, ad quam omnes filiali accurrerent affectu, sese imbecillibus, infirmisque demitteret, consolaretur afflictos, ignorantes edoceret, ad viam errantes addoceret, ad Euāgelicámque pietatem Apostolico functa munere, omnes quotquot posset, instrueret. Quapropter meritò Mariam Ildephonsus ser. 2. de Assumpt. Euangelistam vocitauit. Omnium leuamen, quid non ab omnibus quæreretur? *Quærebant me vtique* (ait ore Mariano Ruper.) *omnes piâ sollicitudine, quærebant multiùm sperantes de me, quòd inesset mihi aliquid dignum sua inquisitione. Nonnihil in me superesse arbitrabantur de thesauris Altissimi, quos superueniens in me Spiritus sanctus thesaurizauit in conceptione tanti Filij.* 19.

Ildeph. Ruper.

Sese quotidie Synaxi reficiebat. Metaph.

Quotidie illa sese sacra Synaxi reficiebat, doctore ex Anonymo Metaphraste. *Ad diuina Mysteria* (ait) *quotidie accedebat, & Filij corpus, quod prius in vtero gestauerat, sæpe visceribus ingerebat.* Præmissâ quidem accedebat ad sacra, non peccatorum à quibus immunis erat, confessione, sed beneficiorum à Deo acceptorum professione, vti in Paraphrasi ex Magno Alberto (*Missus est*) innuimus. 20.

Alber.

Maria consilium Concilium Ierosolymitanum illustratur.

Porrò sexagesimum quartum annum agente Deipara, Petrus Roma profectus, Paulus cum Barnaba Antiochia Syriæ, Ioannes & Iacobus, qui inibi degebant, cum aliis ex Discipulis Ierosolymis cōuenere, ad eam de Iudaïcorum rituum vnà cum Euangelio obseruatione quæstionem decernendam. Cuius rei deffinitio consiliis illius, quæ Christi mentem perfectissimè fuerat assequuta, perfecta est. Quod sic Ruper. lib. 5. Cant. expressit. *Pulsandum erat ad ostium veritatis, & consulendum oraculum Spiritus sancti, scilicet sacrarium pectoris tui; vt viuâ voce omnem necessariò tenendam demonstrares regulam fidei, cum testimonio Scripturarum, quas memoriter tenebat Prophetissa magna, & capax omnium prophetiarum.* Idem argumentum vberius lib. 1. confirmat. Sexagesimo quidem quarto Virginis anno Concilium Ierosolymitanum fuisse celebratum ex Beda li. de sex ætat. Adone in Chro. & aliis didici. 21.

Rupert. Beda. Ado.

§. IV.

§. VI.

Desiderium visendæ Deiparæ fidelium pectoribus accensum.

22. *Ignatius Mariam cupit inuisere. Ignat.*

TAm Ingens aderat Mariæ visendæ fidelibus pectoribus desiderium, vt Ierosolymam multi adire curarint. Id exprimit Ignatius Mart. epist. 1. ad Ioan. *Sunt hic,* ait, *multa de mulieribus nostris Mariam Iesu videre cupientes, & quotidie à nobis ad vos discurrere volentes; vt eam contingant, & vbera eius tractent, quæ Dominum Iesum aluerunt, & quædam eius secreta percunctentur Mariam Iesu. Et hac talia excitauerunt viscera nostra, & cogunt valdè desiderare aspectum huius (si fas est fari) cælestis prodigij, & sacratissimi spectaculi. Tu autem diligenti, ô* Ioannes, *disponas modo super desiderio nostro.* Et epist. ad eundem. *Mihi, si licitum est, ad te ad Ierosolymæ partes volo ascendere, & videre fideles sanctos, qui ibi sunt, præcipuè Mariam Iesu, quam dicunt vniuersis admirandam, & cunctis desiderandam. Quem enim non delectet videre eam; & alloqui quæ Deum verum de se peperit, si nostræ sit fidei, & religionis amicus?*

23. *Dionysij Magni de Deiparæ maiestate sententia.*

Profectò sapientissimus Dionysius ex Areopagi Senatoribus à Paulo non multo antè Athenis conuersus, vt accepit adhuc in viuis degere Ierosolymis Mariam, profectus, eam duce Ioanne inuisit. Cuius confestim aspectu simul summâ suauitate perfusus, admirationéque maximâ correptus est. Præstat ex eiusdem Dionysij ore cordis affectum mirabilem exaudire. *Non credidi* (ait epist. ad Paul.) *confiteor coram Deo, Princeps mi maxime, extra Deum summum, & optimum esse, haberi etiam, nec posse ab hominibus percipi, quæ ego oculis non tantum mentis, sed corporis vidi, perspexi, atque proprijs oculis intuitus sum Deiformem, atque super omnes calices Spiritus sanctissimam Matrem Christi Iesu Domini nostri, quam mihi benignitas Dei, Apostolicique culminis authoritas, & Virginis almæ indeficiens clementia videre concessit. Fateor iterum atque iterum coram omnipotentia Dei, & clementia Saluatoris, & gloria maiestatis Virginis Matris eius, quoniam cum à Ioanne vertice & Euangelij & Prophetarum, qui in corpore habitans quasi Sol fulget in cælo, ductus fui ad Deiformem præsentiam altissimæ Virginis: & tantus me immensus diuinus splendor circumfulsit exteriùs, & plenius irradiauit interiùs, tanta etiam in me omnium odoramentorum superabundauit fragrantia, vt nec corpus infelix, nec spiritus posset tetius, ac tanta æternæ felicitatis insignia sustinere. Defecit cor meum, defecit & spiritus tanta gloriâ maiestatis oppressus. Testor, qui aderas in Virgine, Deum, si tua diuina concepta mente non me docuissent, hanc ego verum Deum esse credidissem. Quoniam nulla videri maior esse posset gloria Beatorum, quam felicitas illa, quam ego infelix nunc, tunc verò felicissimus degustaui.* Tanta erat vniuersæ Ecclesiæ de Virgine opinio, ea de eius virtute concepta existimatio, vtpote quæ vel ipso vultu Dei matris præ se ferret dignitatem, omnésque se intuentes sua maiestate componeret, internósque affectus miris modis mitigaret. Quod affirmat Ambrosius lib. de Inst. Virg. cap. 7. *Sed ipsa se offerebat periculis, cuius tanta gratia, vt non solùm in se Virginitatis gratiam reseruaret; sed etiam iis, quos viseret, integritatis insigne conferret.* *Ambr.*

§. VII.

Maria sese in Ephesum recipit.

ACri Ecclesiæ noua tempestate oborta.] Magna vbique pace fruebatur Ecclesia. At quinto fere anno, grauissimam excitante persecutionem Herode in Christicolas, Iacobus maior, qui paulo antè ex Hispania redierat, propè Pascha est gladio peremptus; Petrus autem comprehensus, vt post Pascha occideretur. Sed instante precibus Matre Domini, cum Ecclesia ab Angelo ereptus mirabiliter, in domum Marci Mariæ domicilium se recepit Antistes. Hâc occasione affecti reliqui sunt Apostoli dispersi. Petrus quidem Romam proficiscitur, alij in alias Regiones sese receperunt, solo Iacobo Ierosolymæ Præsule suas oues protegente. 24. *Profectionis causa.*

Verum Ioannes tempori cedens cum Virgine Ephesum profectus est Conciliũ Ephes. epist. Synod. ad Cler. Constant. tom. 2. cap. 26. *Quare & Nestorius impiæ hæreseos instaurator in Ephesinorum Ciuitate, quam Ioannes Theologus, & sacra Virgo Deipara Maria quandoque incoluerunt.* Quòd si Virgo cum Ioãne Ephesum adiit (nauali quidem expeditione vti probat Poza) alias vrbes Asiæ ingressam fuisse reor. Porrò Metaphrastes innuit vero similiter Templum *Dianæ Multimammia* inconspectu veræ Dianæ ipsiusque ac Ioannis precibus corruisse. Nec obstat Iesu obeunte terræmotum Vrbem Ephesum obruisse, vti Plinius innuit lib. 2. cap. 84. Reseruato enim Dianæ Domicilio, vt Virginis precibus, cum apud Ephesum moraretur exciderent Vrbs reliqua potuit terræmotui cessisse. Nec dubium, quin sua præsentiâ ac precibus Maria vna dumtaxat hora plura impetrauerit, & contulerit in posterum Ephesinis beneficia, quam Paulus integro illo triennio sui in Ephesso Apostolatus. Imò asseruerim ipsam Pauli prædicationem Dei donum fuisse, quòd per Mariam illius Vrbis incolæ obtinuerunt. Testor Ferreolum Locrium affirmantem Ioãnem Euangelistam viuente Virgine templa in Ephesso dedicâsse. Sic ille lib 4. cap. 4. vt Deipara, quam Canisius veram Dianam vocitauit, aptius ab incolis adoraretur. Præfuit illa venationibus, viis, & portubus? Callimacus. 25. *Virgo Ephesi commoratur, Templum Dianæ euertit probabiliter.* Concil. Ephesi. Plin.

Da mihi perpetuo, vt sim Virgo, da Pater alme, &c.

Nam præfecta viis, & portubus ipsa fereris.

26. *Templum à Ioanne extructum veræ viuenti Dianæ Mariæ.* Ferreol. Callim.

Certè Mariæ rates, de quibus Bonauentura in Psalter *vndique suis beneficiis irretiuisti nos semper.* Viis, & portibus præest propè litus pelagi concepta. Piscatoribus Apostolis post Iesu mortem præficitur in Magistram.

Dianáne

Eurip. Procop.

Dianáne siue Luna. *Dea lucifera*, Euripide anthore in Iphigen? A Deo immissam Mariam vt humano generi lucem impendat, dixit Procopius in cap. 19. Isai. *Super omnes res terrenas*, instat Lunæ, *volabat*. Num *Diana multimammia*, id est, plures habens mammas vel vbera? Maria vberibus à natura inditis Deum ipsum, vberibus à gratia donatis, homines reficit.

27. *Monasterium Virgo Virginibus apud Sion ædificat.* Carthus. Ezquer.

Nec tamen ex professo tunc Ioannes prædicationis gratia apud Asiam est commoratus, sed tantùm persecutionis fugiendæ causâ ab Herode excitatæ. Vnde existimo statim credo Ierusolymam cum Deipara rediisse, seséque ad pristinum excepisse domicilium. Vbi innuente Carthusiano, approbantéque nostro Alfonso Ezquerra diligenti gressuum Virginis vestigatore, & aliis, exædificationi Monasterii operam ex fideliùm eleemosynis dedit, quo centum supra quinquaginta virgines religioso amictu tot virginum domiciliis leges à Deipara edoctæ præscriberent. Creditu pium, difficile probatu. Quod si probandum sit, non abnegabo ex Dianæ virginibus infeliciter sacratis, ejusque collegio receptis, Virginem diuinitus excitatam, vt veræ Dianæ fœminarum tot virginitas sacraretur.

§. VIII.

De Virginis in Antiochiam Syriæ profectione.

28. *Causa profectionis Marianæ.*

A*ntiochenses vehementer cupientes*, &c.] Feruntur Ignatij ad Ioannem Apostolũ, & Virginem Mariam Epistolæ, quibus à Ierosolymis profectam esse Virginem in Antiochiam Syriæ non leuibus euincitur argumentis. Suprà dedi Epistolarum Ignatij ad Ioannem periodos; accipe eiusdem Præsulis literas ad Mariam. *Christifera Mariæ Ignatius. Me te neophytum, Ioannisque tui Discipulum confortare, & consolari debueras. De Iesu enim tuo percepi innumera dicta, & stupefactus sum ex auditu. A te autem, quæ semper ei fuisti familiaris, coniuncta, & secretorum eius conscia, desidero animo fieri certior de auditis. Scripsi tibi alias, & rogaui de iisdem. Valeas, & neophyti, qui mecum sunt, ex te, & per te, & in te confortentur. Amen.* Promisit Deipara se socio Ioanne, Antiochenam Ecclesiam inuisuram.

29. *Approbo profectam fuisse, Ioanne socio.* Bernard. Carthus. Marcus.

Certè hæ Epistolæ à Bernardo serm. 7. in Psal. 90. & à Dionysio sup. Dionys. de Diuin. Nom. & à Marco Michaele Presb. Carnot. lib. de viris illust. collaudantur. Vrbs igitur illa Syriæ totius Metropolis, cui Palestina, ipsaque Ierosolyma subiacebat, quæ Petrum poscebat Episcopum: Ecclesia ferax illa Doctorum, & Prophetarum, vbi primùm Discipuli Christiani nominantur, nec continere se potuit, quin Mariam inuiseret, (vti ex duplici ad Ioanneon Epistola patet) nec Maria à se misericordiæ patente impetrare, vt pô prima illa nascentis fidei pignora, & Christiani nominis præsens illustraret. Num non puella & recens grauida ad solatium cognatæ Iudææ aduolat in montana? Potiori iure adulta & matrona in proximam Antiochiam ad filiorum tot solamen proficiscitur.

30. *Viuenti Virgini Petrus sacellum erexit, dicauit.* Vitria. Volater.

Non difficile crediderim inde traxisse originẽ illud sacellum, quod Petrus Apostolorum vertex, dum in Syria, Virgine superstite, moraretur, extruxit, cuius Iacobus de Vitriaco meminit. *Dicitur*, ait, *quod inter omnes beatissimæ Mariæ Ecclesias, ista fuerit prima.* Et ex Raphaële Volaterrano lib. 11. geogr. in Syria confirmatur. *Sacellum*, inquit, *Deigenitrici primum omnium extruxit Princeps Apostolorum ex ære Christianorum collato, in quo priuatim sacrificasse dicitur.* Profectò hic populorũ amor, & pro viuente adhuc Deipara sumptus, eius exploratam ootitiam, atque in eam regionem aduentum haud obscurè insinuabant.

§. IX.

Num aliquas Deiparens scripserit Epistolas?

31. *Virginis Epistola ad Ignatium.*

PRiusquàm è memoria dilabatur, vestigandũ nobis, num Epistola, quæ ad Ignatium Episcopum Antiochenum, qua præmisit Virgo se in Antiochiam profecturam, circumfertur scripta, alicuius sit authoritatis: sicut duæ aliæ; vna quidem ad Vrbem Messanensem data, altera ad Florentinam. De singulis agendum. Prima sic se habet Epistola:

Ignatio dilecto Discipulo humilis ancilla Christi Iesu.

De Iesu quæ à Ioanne audisti, & didicisti vera sunt. Illa credas, & illis inhæreas, & Christianitatis votum firmiter teneas; & mores, & vitam voto conformes. Veniam autem vnà cum Ioanne, te, & qui tecum sunt visura. Ita & in fide viriliter age, nec te commoueat persecutionis austeritas; sed valeat, & exultet spiritus tuus in Deo salutari tuo. Amen.

32. *Epistola Deiparæ ad Florentinos.* Hieronym. Ferrari.

Epistola autem illa, quam Florentini se accepisse gloriantur à Deipara immissam (vt pro concione est interpretatus Hieronymus Ferrarien, apud eandem Vrbem die 25. Octob. anni Dominici 1495. sic se habet; *Florentia Deo ac Domino Iesu Christo filio meo, & mihi dilecta, tene fidem, insta orationibus, roborare patientia; his enim sempiternam salutem apud Deum, & apud homines gloriam consequeris.*

33 *Mariæ ad Messanenses Epistola.* Constant.

Alterius demùm ad Messanenses scribendæ hæc fuit occasio. Dum Paulus Romam proficiscens Rhegij commoraretur, rogatus à Messanensibus duas habuit conciones, vnam de Incarnatione Verbi, & Mariæ adhuc viuentis virginitate; quâ excitati duos nuncios Ierosolymam immiserunt protectionem tantæ Virginis deposcentes. Maria autem suâ manu hebraicè scriptam eis dedit Epistolam, quam Paulus linguam vertit in græcam, Constantinus autem Gaspar hisce temporibus in latinam sic: *Maria Virgo, Ioachimi filia, Dei humillima ancilla, Christi Iesu Mater ex Tribu Iuda, stirpe Dauid, Messanensibus omnibus salutem, & Dei Patris omnipotentis benedictionem. Vos omnes fide magna legatos ac nuncios per publicum documentum ad nos misisse constat, Filium nostrũ Deigenitum Deum, & hominem esse fatemini: &*

in

in cœlum post suam resurrectionem ascendisse, Pauli Apostoli electi prædicatione mediante, viam veritatis cognosceates: ob quod vos, & ipsam Ciuitatem benedicimus, cuius perpetuam protectionem nos esse volumus. Anno Filij nostri quadragesimo secundo, indictione primâ, tertio nonas Iunij, Luna 27. feria 5. ex Ierosolymis. Maria Virgo quæ supra.

34. *Authoris circa epistolas hasce indicium.* Verùm approbans primam ad Ignatium Epistolam, duas alias confictas ab aliquo aliàs pio multàque dubia, pugnâtia ac Virginis humillimæ stilū minimè sapieotia continere affirmo. Nec ideo Deiparentis honori aliquid me detraxisse existimo, qui ounquam non de Virginis meæ tot titulis Domioæ laudibus cōticescam. Nec enim Mariæ honor defertur si falsa affingamus, sed si falsa non dixisse probemur. Imò de prima ad Ignatiū Epistola dubitarim. Annō Filium imitata Deipara nil nobis (oecessariū minimè) scriptis reliquit exaratū?

IN MARIAM VIDVAM

PANEGYRICVS MORALIS QVINTVS

Circa literam.

Ex ipsa Christo superstite.

OBSERVATIO I.

Mariæ spiritus cum Iesu commortuus, cum ipso exsurgente resurgit.

Edoceo passionis socios, & consolationis participes esse futuros.

35. Canis. PRÆMITTO meum Canisium doctissimum lib. 5. cap. 1. profantem. *Est probabile, ac piorum fide dignum Mariam non modo patienti Filio vehementissimè compassam esse: sed etiam eidem iam glorificato cum noua quasi gloria sese conformâsse.*

36. *Resurgens Iesu Psalterium, exsurgit & idem Cithara Mariæ, quia in Iesum transformata per compassionem erat.* Psal. Aiebat Vates, *Exsurge Psalterium, & Cithara.* Psal.

Christum Psalteriom, Citharam autem Deiparentem Richardus Laur. interpretatur. O Domioe, ioter mortuos liber, Psalterium & Cithara gloriosè resurge. Quid Christum non solùm Psalterium, sed & Citharam exurgere, nisi Deiparam quasi oecessariò cum Iesu commoituam (quia vna quodammodo essentia) qoasi necessariò cum eodem resurgere? *Tuam* (inquit Simeon) *ipsius animam doloris gladius pertransibit.* Luc. 2. Vbi Beroardinus Senen. tom. 3. serm. 2. cap. 1. *Istarum duarum animarum, scilicet Christi & Virginis miram doloris indicat participationem, & (vt sic dicatur) transformationem.* Igitur *Exurge Psalterium, & Cithara*, earundem animarum miram gloriæ indicar participarioocm, & transformarionem resurrectionis die. Vnde exsurgens Iesus Psalterium simul exsurgat & ipsa Cithara oecessum est; erat enim in Filium per compassionem transformata.

Bernard. Senen.

37. *Qui fasciculus myrrhæ fuerat Matri patiens, fuit vinum dulcissimum resurgens.* Annon vox illa Deiparentis? *Fasciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: Botrus Cypri Dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Cant. 1. Ac si diceret: Meus Iesus, qui in morem amarissimæ myrrhæ mea perfuderat in passione præcordia, resurgens eadem vino lætificante perfudit; myrrhæ quidem mensurā meri exæquante. Rupert. *Dilectus meus mihi fasciculus myrrhæ, quia moriturus; & botrus Cypri erat, quia resurrecturus. Botrus, inquam Cypri, videlicet terræ, vel insulæ botros prædulces, vinumque optimum adferentis; quia non qualecumque, sed optimum est vinum Resurrectionis.* Cant. 1. Rupert.

Expende proximam particulam: *Non qualecunque, sed optimum est vinum.* Gaudium in Resurrectione meum cor afficiens non qualecunque fuit, sed optimum. Existimo planè tuoc Deiparam sic sese glorificato Filio conformasse, vt assumpta fuerit ad claram essentiæ diuinæ visionem, & temporariæ beatitudinis gloriam. *Non qualecumque, sed optimum est vinum Resurrectionis.* Quod aiebat Canisius: *Eidem iam glorificato cum noua quasi gloria*, probabile est, *sese conformasse.* 38. *Num viderit diuinam essentiam in Filij resurrectione?*

39. *Donata fuit Maria gloriosa temporis particula pro passionis prolixa diuturnitate.* Tam augustum-ne gaudij compendium tam exiguæ vnius diei compassioni? Profectò noo solùm Passionis Dominicæ die Maria fuit amaritudinis pelago immersa, verùm à Simeonis vaticinio: *Tuam ipsius animam gladius pertransibit*, continoo fuit vulnere sauciata. Audi Ropertum citatum. *Ex quo Mater facta sum, sciui Filium meum ista passurum. Cùm igitur carne mea talem progenitum, talem Filium sinu meo fouerem, vlnis gestarem, vberibus lactarem, & talem eius mortem præ oculis haberem, & propheticâ, imo plusquam propheticâ mente præuiderem, qualem, quantam, quàm prolixam me putatis materni doloris pertulisse passionem? Hoc est, quod dico: Fasciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Quæ tam prolixâ materni doloris passione affecta est, quid ni ex diuturnitate gaudij ad compendium redacti afficeretur? Gloriosa igitur temporis tunc particula donata est Maria pro passionis tam prolixæ diuturnitate. Rupert.

40. *Totius vitæ Marianæ martyr ex passione Filij quasi vnius instantis, fo-* Rursum Maria sponsa: *Lana eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Cant. 2. Ad quæ Paruus Ghillelmus. *In passione Filij languor Mater manifestissimè se prodit: Lana eius sub capite meo. At dextera illius, id est gloria Resurrectionis amplexabitur me.* Vicit-ne gloriæ pondus vim compassioois? Vicit

Si cum instā ei illius resurrectionis obiecta sibi gloria componatur. Cant. 2. Gillel.

est planè. *Nec enim sunt digna passiones huius prolixi temporis ad gloriam*, quæ tunc reuelata est in Maria. *Non sicut passio ad modicum contristauit, ita etiam Resurrectio ad horam exhilarabit; sed conscisso mærorìs mei sacco, perpetua lætitia circumdabis me. De morte eius luctus mihi breuis, sed quia resurgens ex mortuis iam non moritur, materna in me charitas immortali lætitiâ perfruetur.* Igitur tam prolixa diuturnæ meditationis mortis Dominicæ passio(de qua Rupertus)exæquabat modicum instans, vnde luctus Mariæ breuis erat, si cum præstantiâ lætitiæ in resurgentis Iesu præsentia perceptæ ab ipsa Deipara componatur, quæ quidem lætitia meritò immortalis vocitatur: *Immortali lætitia perfruetur.* Totius igitur vitæ mœstitudo breuis & quasi vnius instantis vocatur; at vnius instantis lætitia in apparitione resurgentis immortalis & quasi æterna iustè appellata est; quia ad claram essentiæ Diuinæ visionem omnis gaudij compendium tunc fuerit assumpta. Ideo dextera amplexatur Deiparam, læua autem leuiter tangit mentem illius, interprete Gillelmo.

41. *Maria surgit similis gloriosa resurrectioni, quia Deum clarè vidit probabiliter.* Cant. 2. Gillel.

Christum audiamus Virginis gloriam mirificè celebrantem. *Surge propera, amica mea, & veni.* Cant. 2. Quam sententiã sic idem Paruus interpretatur. *Surge commortua mihi per affectum maternum, surge mecum. Claui mei ferrei fodiebant mihi manus, & pedes; sed maternũ pectus tuum transfigebant, surrexi a morte, surge & tu à mærore; vt sicut similis facta es morti meæ, ita fias similis resurrectioni meæ.* Non dixit: Ita meæ resurrectionis gloriâ potiaris: *Sed fias similis resurrectioni meæ.* Annõ resurrectio Christi *gloriosa* ab Ecclesia vocitatur? Quid ergo Mariam similem fuisse gloriosæ resurrectioni, nisi gloria tunc ex visione beatificâ fuisse potitam?

42. *Maria passionis Iesu socia, & resurrectionis particeps.* Cant. 2. Hailgr.

Hinc colligo passionis Iesu socios, & consolationis participes exsurgere. Fatur Sponsus: *Imber abiit, & recessit, surge.* Cant. 2. Commentator Hailgrinus Card. *Veni ergo, quia tempus est metendi, quod seminâsti; qui enim seminauit in passionis meæ lacrymis, in exultatione Resurrectionis meæ metat oportet.*

43. *Præstantissima mæroris Deiparæ festinatior adhuc resurrectio debebatur.* Cant. Rupert.

Cur existimas contractũ adhuc fuisse promissum resurrectionis tempus adeò, vt qui asseruerat post tres dies ac noctes surrecturum, post exiguos duos dies ad viuentes reuerteretur? Certè ob ineffabilem vulneratæ Parentis compassionem, cui abbreuiatio illius temporis debebatur. Clamitabat illa: *Reuertere, similis esto, dilecte mi, capræ, hinnuloque ceruorum.* Cãt. 2. Quæ eleganter Rupertus exponit. *Cito reuertere in tua resurrectione, noli moras facere; quia anima mea desiderat te. Scio quidem, quia cito reuersurus es iuxta illud Prophetæ: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Triduum quidem tempus breue est, sed dilecta & columba tua Maria gementis mente vulnerata, non satis, Dilecte mi festinatum est. Abbreuia hoc triduum, & similis esto in reuertendo capræ; id est, velocissimus esto ad peragendum cursum tuum.* Nos igitur commortuos die tertiâ suscitat; at Mariam grauiori vulnere affectam compassionis, viuificare festinauit, vt muneris præstantia obsequij ponderi responderet.

Observatio II.

Perfectissimum Mariæ Magisterium.

Vbi Euangelici Magistri proprietates assigno.

RVPERTVS lib. 5. in Cant. *Mariam Magistram Magistrorum*, siue 44. Rupert.
Apostolorum appellauit. Quam appositè Deipara magisterij munus expleuerit pluribus confirmabo præmittens Dominicam Magistri Euangelici descriptionem: *Vos estis sal terræ, vos estis lux Mundi.* Mat. 5. Mat. 5.

Capvt I,

Maria vitæ docuit exemplo.

45. *Deipara hominibus sal ac Sol ob doctrinam scientiæ, ac sanctitatis.* Hieron. Idiota.

FVtura Ecclesiæ Sal, ac lux Maria, perfectissimè & virtutum sale, & doctrinę ac sapiẽtiæ luce condecorata est. Profectò (vt à virtutibus ducamus exordium) Virginis vita Orbis instructio ac eruditio fuit. Hieronymus epist. ad Paul. & Eust. de Assump. *Si placeat* (inquit) *vobis charissimi, tanta Virgo, placeat & opus virtutis, cuius vita omnium est disciplina, cuius mores institutio sunt Ecclesiarum.* Quàm præstans magister, qui voce simul ac actionibus tradit documenta? Idiota sapientissimam Virginem *Vitæ moralis ideam, & exemplar appellauit.*

46. *In Maria pennis, seu calamo sanitatis.* Mal. 3. Bernard.

Christus iustitiæ Sol hominibus exortus virtutum ac scientiæ assertor iuxta propheticum: *Orietur timentibus vobis Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.* Mal. 3. Et iustitiam & sanitatem hominibus magisterij calamo scribit. Post Christum autem quid Maria? Bernardus ser. in Salue. *Virtutum auctrix, & scientiarum scientia sanctarum Maria. Quia sicut Sol vniuersa cæli lumina præcedit prærogatiuâ claritatis eximiæ: sic totam rationalem creaturam post Filium excellit splendore virtutis, ac scientiæ.* Auctrix quidem virtutum ac scientiarum meritò vocitatur; quia Mariana præcepta ad fidei doctrinam, morumque compositionem ipsa exempli exhibitione diriguntur.

47. *Vel ex respectu beatæ Mariæ Iesu virtutibus condecoratum apparet.* Mat. 13. Bernard.

Fatuè Iudæi, vt Christi virtutum magisterium obscurarent, inclamitabant: *Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? Nonne Mater eius dicitur Maria?* Mat. 13. Ac si dicerent: Si filius assolet matrissare, quidnam in Maria sciẽtiæ & virtutum, quod filius referre videatur? Profectò Maria parens nati sapientiâ ac virtutibus clarissimi mirifice gloriam confirmauit; quia teste Bernardo, *Scientiarum scientia sanctarum Maria*, id est, & scientiæ, & sanctitatis hominibus præscripsit documenta.

48. *Maria facit quod Iesus docet, Filij doctrinam confirmans.*

Annon Iesus *cœpit facere, & docere*? Certè licet nihil peculiariter ipse efficeret, quod Discipulis traderet in exemplum, sed solummodo doceret verbo profuso: Mater illius (quæ vnà

vnâ cum filio essentia, auctore Augustino) tantæ sanctitudinis fulgorem spargebat: vt vices gerens operationis, exemplo confirmaret vocali Saluatoris documenta. Vnde Sophronius serm. de Assump. *Maria forma est disciplinæ Christi.* Quia scilicet Virgo idem loquebatur virtutũ lingua, quod Christus ore prædocebat. Vnde auctor ipse virtutum etiam cœpit facere in Matre, quod homines edocuit.

Sophron.

49\. Quod si illud: *Cœpit Iesus facere, & docere*, ad operationis doctrinam referendum sit adeò, vt illud ipsũ fecisse fuisset tradidisse documenta: Maria Iesu imitatrix *cœpit facere, & docere*, id est, operibus perfectissimis sãctis queisque documenta exhibere. *Sicut turris Dauid* (inquit Spõsus) *collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis.* Cant. 4. Vbi Pagninus, *Ædificata ad docendum.* Vt ipsa exædificationis augustissimæ constructio perfectissima proprium planè superni opus Conditoris virtutibus obiectis edoceat aspicientes.

Obiecta Maria, audita edocet homines.
Cant. 4.
Pagni.

50\. Celsius quiddã asseruero. Christũ Dominũ Patris sapientiam specie tenus erudiri visum à Maria: vt quemadmodum puer audiebat Doctores apud templũ, & eos interrogabat, subditus Mariæ eã interrogaret, & exaudiret prætextu humilitatis, & submissionis. Ad quẽ sensũ allicio Ildeph. sententiam lib. de Virg. Mar. *Sub Maria disciplinâ infans Deus versatur.* Et quamnam Maria Filio puero doctrinã nunquã non silens, & verba conseruans in corde suo exhiberet, nisi virtutum eximiarum documẽta; vt visu Filius Mariæ perciperet actiones? Id expono ex sententia illa Prou. *Verba Lamuelis Regis, visio, qua erudiuit eum Mater sua.* c. 1. Id quod apposite Iansen. de sapientissimo Salomone, ac matre Bersabee interpretatur. Postquem Franciscus de Mendoza noster tom. 1. ad c. 4. l. Reg. Christo Patris sapientiæ, & Deiparæ accommodauit. Ac si Christus videret Matris opera eximia, quæ quidem vocalia ad doctrinam præclarissima obiicerent documẽta. Vnde & *visio* ipsa virtutum *verba* appositè vocitantur.

Quid si visione virtutũ Maria erudiere Saluatorem?
Ildeph.
Prou. 1.
Iansen.
Mendoza.

Capvt II.

Ineffabilis Mariæ peritia.

51\. Magistræ Mariæ opera expẽdi, iã scientiã eximiam cõfirmo. Bernard. ser. *Signum. Maria*, ait, *profundissimam diuinæ Sapientiæ, vltra quam credi valeat, penetrauit abyssum; vt quantum sine personali vnione creatura conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa.* Quid mirum si discipula effecta Saluatoris ab ipsius cunabulis documenta cælestia tacita meditatione ruminabat? *Conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo.* Luc. 2. Ad quæ Græcus apud Cat. D. Thom. *Considera*, ait, *prudentissimam mulierem Mariam, verè Sapientiæ Matrem, qualiter scholaris*, seu discipula, *fit Pueri.* Ediscat Maria sapientissima occultiora mysteria, vt postmodum Discipulis aliquando sine eorum intellectu, iuxta illud: *Adhuc & vos sine intellectu estis?* valeat aperire.

Maria sapientissima Iesu discipula.
Bern.
Luc. 2.
Græcus.

52\. O quàm Magistra è sapientiæ surrexit abysso! Ildephonsus serm. 2. de Assump. *Audite Matrem Prophetissam Dei. Prophetissam dico; imò vt ita dicam, Euangelistam.* Ex iis enim, quę in corde conseruabat, plura Euangelistis aperuit mysteria. Canisius noster lib. 5. cap. 1. *Licet Apostoli per reuelationes Spiritus sancti omnem fuerint veritatem edocti: incomparabiliter tamen eminentius, ac manifestius Maria, per eum spiritum veritatis illius veritatis profunditatem intelligebat: & per hoc multa eis per Mariam reuelabantur, quæ in se non solum simplici scientia, sed ipso effectu, ipso experimento didicerat.* Accepit ex Anselmo.

Vicit cunctos Magistri Discipulos.
Ildeph.

Aptè Rupertus Mariam *Magistram Magistrorum*, siue sapientissimorum Reginã, ac verticem appellauit. lib. 1. in Cant. cuius scholares doctissimi quique. *Veni* (inclamat Sponsus) *de Libano, veni; coronaberis, de capite Amana.* Cãt. 4. Quid *Amana*? Iustus Orgel. *Veritas, fides.* Quid *de Capite*? Delrius in Mariana flor. Fest. Assump. *De præcipuo & excellentissimo in aliqua re.* Quid ergo præcipuum in veritate, & fide? Annon Mariæ peritia, vt magisterium? Veni ergo, ô Deipara, *de Capite Amana*, hoc est, de præcipua, ac excellentissima notitia veritatis & fidei, Apostolis traditura documenta. Numnon perfectissima scientiarum notitia illi, quæ aliquo modo (vt loquar cum Suario 3. p. q. 57. a. 1. Dis. 20. sect. 1.) accepit donum illud, & singulare Spiritus sancti auxiliũ, quod solet dari sacro scriptori ad Canonicam Scripturam scribendam; quæ donum linguarum ad publicas functiones die Pentecostes accepit? 53.

Præcipua, ac excellentissima veritatis notitia in Virgine.
Rupert.
Cant. 4.
Iustus.
Delrius.

Maria profatur tot donis obætata. *Introduxit me Rex in cellaria sua.* Cant. 1. Ad quæ Rupertus. *Quæ sunt illa cellaria Regis Dei?* Et respondet: *Nimirum sacra Mysteria quæcumque continentur in Scripturis sanctis. Rex cæli & terræ introduxit me in cellaria sua; nihil enim a me abscondit, sed omni dulcedine suâ me inebriauit. Qui enim verbum suum, quod erat, & est in corde suo, mihi totum infudit, quomodo non etiam cum illo mihi omnia donauit?* Si nihil abscondit, plura Virgini mysteria singulariter reuelauit, gloriam Deificam & supercælestem non abscondit. 54.

Nil supellia à Maria absconditum.
Cant. 1.
Rupert.

Hinc Spiritus. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.* Prou. 31. Accommodat bellè Deiparæ sub huiusmodi prætextu Bernardus serm. quodam de B. Virg. *Licèt in parabolis loqueretur ad turbas; licèt omnia Apostolis nota faceret, vt amicis; quædam tamen credendum est præ cæteris Matrem suam quemadmodum dilexisse, ita etiam propensius erudiisse, quædam et secretius intimâsse, frequenter eam in cellam vinariam occultâsse, prout nouit, & voluit gloriam Deificam, & super cælestem reuelâsse notitiam.* Sibi igitur Maria & sal & lux, si sanctitudinis ac sapientiæ peritia donatur. 55.

Præ cæteris Iesus vberius Matrem erudiit.
Prou. 31.
Bernardus.

Capvt III.

Totam Ecclesiam dogmata veritatis Maria edocuit.

Mvndi itaque lux Maria salutari doctrinã mirificè illustrauit Ecclesiam. *Vos estis lux*, ideò à Philone *Illuminatricem* reor fuisse vocitatam. Profert sapiẽtissima Magistra, quæ 56.

E throno Mariano verè prædicatoriæ, & doctrina.

Philo. Apoc. 4. didicerat à Magistro, parabolas exponit, secreta Mysteria aperit, fante Ioanne: *De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua.* Apoc. 4. Si Deipara thronus, quid voces, fulgura, & tonitrua nisi lucidissima tantæ Magistræ documenta? Bern. serm. illo cit. *De throno, scilicet de Maria procedebant fulgura, & voces, & tonitrua; quia Maria parabolas, ænigmata legalia, & mirifica gesta, dicta, opera, auidius obibit, sincerius luculentiúsque aliis edidit.* (Bernard.)

57\. *Præsidet Maria conciliis, vt scientiarū difficultates possint enodari.* Prou. 8. Isidor.

Ego (ipsa inquit) *Sapientia* habito in consilio, (aliter *in concilio, & eruditis intersum cogitationibus.* Prou. 8. Præsidet Maria inuocata Côciliis, cuius ope maximę sciētiarū difficultates ac nodos superari doctissimis viris compertū experiméto est. Vnde pro falsa illa scientiarum Præside Mineruâ, ab eruditis colendam, & appellandam Isidor. edocuit. Patum iā Virginem esse Deboram, quæ *iudicabat populum, & sedebat sub palma, ascendebantque ad eam filij Israel in omne iudicium.* Iudic. 4. (Iudic. 4.)

58\. *Christus quasi indiget Mariæ magisterio, vt recipiatur.* Cant. 6. Rupert.

Apostoli quidē & Discipuli Orbi fidei veritatē profetebant. At Christus quasi indigens Mariæ magisterio, vt ab hominibus reciperetur inclamabat: *Aperi mihi, soror mea.* Cant. 5. Prædicantibus ac docentibus cūctis Ecclesiæ proceribus nō recipior omninò, donec tua doctrinâ penitus præcordia illustrentur. Pulchrè Rupert. *Aperi mihi os tuum, loquere, prout ad cōfirmandum pertinet Euangelium; & in hoc optata tibi quietis patere suspendium, & gratum propter me rumpe silentium. Quia caput meum* (adiicit Iesus) *plenum est rore. Extraneus* (pergit Abbas) *factus sum fratribus meis. Aperi igitur cum aliis testibus os tuum, & facito, vt locum habeam, vbi reclinem caput meum.*

59\. *Mirantes auditores Apostoli, Deipara Magistra.* Iudit. 12. Gillel.

De Iudith Textus: *Mirabātur ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum: Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.* c. 12. Profectò Mariæ sapientia cunctos Ecclesiæ Magistros, scilicet Apostolos in admirationem traxit. Super c. 5. Cāt. Gillelm. sic: *Licèt Apostoli, docente vnctione sancti Spiritus, omnia fidei Mysteria plenissime didicissent, delectabat tamen eos cognita per Spiritum sanctum audire ex ore Mariæ, & de iis sæpius cū ea conferebant, & super eos stillabat eloquium eius. Et cùm disserebat de mysterio Incarnationis, cuius ministra extiterat singularis, tacebant omnes, & mirantes Mariæ sapientiam os cordis sui aperiebant, quasi ad imbrem serotinum, & velut quasdam delicias cælestes ex verbis eius hauriebant.*

60\. *Pariens Iesū fontem, simul scripturarum aquas profudit.* Gen. 2. Rupert.

Profectò eo ipso quòd *Incarnationis ministra singularis* effecta est, fluuium Iesum profūdens simul scripturarum vndas necessum fuit parturire. *Fluuius olim egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* Gen. 2 Quod expendés Rupertus, ait, *Ex te, ô terra benedicta Maria, fons ille ascendit, qui apud Deum erat, cum omnibus aquis viuentibus veniens in te, id est, cum omnibus Scripturis veritatis, ad irrigandam superficiem terræ, ad instruendam Ecclesiam per vniuersum Orbem terræ. Ad hoc ex te, ô locus voluptatis Dei, initium accepies sanctum Euangelium, & diuidetur in quatuor capita, id est, in quatuor necessaria salutis sacramenta, quæ sunt Incarnatio, Passio, Resurrectio, atque Ascensio.*

61\. Ponderanda proximæ particulæ: *Incarnatio, Passio, Resurrectio, atque Ascensio*, quæquidem doctrinæ Marianæ summam complectuntur. Quàm egregia mysterij Incarnationis magistra Deiparens! *Quò declinauit Dilectus tuus? & quæremus eum tecū.* Cāt. 5. *Vbi declinauit* (loquor cū Iusto Orgelit.) *Dilectus tuus Deus quodammodo? Nā cùm in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit.* De quo mysterio peritissimè nos Deipara informauit, Psello authore. *Nōdum, ait, cognitam habens Verbi incarnationē, quam ineffabili ratione in terram descendens induit, cuius quidem Incarnationis mysterium ne Angelis quidem ante Verbi Assumptionē fuisse exploratum, docet Angelorum in Psalmis interrogatio. Sed vt antè Ascensionem, sic & post illam non possumus de Dilecto vtilius interrogare, nec à quoquam fidelius edoceri, quàm à sacratissima Dei Genitrice.*

Quàm disertè edocuit Maria Incarnationis mysterium. Cant. 5. Iustus. Psellus.

62\. *Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis mysteria sapientissimè Maria dilucidauit.* Cant. 5. Rupert.

Quàm denique sapiens & Passionis, & Resurrectionis, & Ascensionis Maria assertrix! Fluuij Dominici quatuor capita à Deipara Ecclesiæ prædicata sic complexus Sponsus: *Messui myrrhā meam, comedi fauum meum, bibi vinū, veni in hortum meū.* Cant. 5. *Ego nascendo, moriēdo, resurgendo, ad cælos ascēdendo, salutē Mundi operatus sum. Nunc amicis, & testibus meis te, ô Virgo, superesse oportet, & omnium, quæ facta sūt, idoneum perhibere testimoniū. Diligēter auscultent amici, & enarrent omnibus nuptiarum nostrarum filiis quatuor ista, quæ facta sunt; quia veni in hortum meum, quia messui myrrham meam cum aromatibus meis, & quia comedi fauum cum melle meo, & bibi vinum cum lacte meo. Descendendo quippe in vterum tuum veni in hortum meum; moriendo, atque in infernum descendendo reuersurus cum sanctis meis messui myrrham meam cū aromatibus meis: resurgendo comedi fauum meum cum melle meo: ascendendo in cælum bibi vinum meum cum lacte meo.* Igitur *testibus meis* Apostolis, ac Euangelistis *te, ô Virgo superesse oportet, & omnium, quæ facta sunt, idoneum perhibere testimonium.*

63\. *Vox Spiritus sancti Mariæ vox.* Ildephons. Dam. Rupert.

Quàm appositè Ildephonsus serm. 1. de Assump. Deiparam *Signaculum fidei* vocitauit! Quàm iustè Petrus Damian. ser 23. *Totius religionis* appellauit *assertionem.* Testes nāque ipsi Apostoli, ac Euangelistæ plura mysteria fidei ex vnius Virginis magisterio didicere. Rupertus lib. 1. in Cant. *Vox tua, ô Virgo, vox Apostolis fuit Spiritus sancti. Quidquid supplementi opus erat eisdem mortalibus, vel testimonij ad confirmandos singulorum sensus, quos acceperant ab eodem Spiritu diuidente singulis prout vult, ex religioso ore tuo perceperunt.*

64\. *Scripturarū aquæ olim ex literæ occidentis amaræ per Mariam potabiles.* Rupert.

Demùm Mariæ Magisterio debemus Scripturarum aquas suauissimum nobis in potum cessisse, cùm olim tanta amaritudine occidentis literæ laborarent. Id quod ex vulgari illa Ruperti sententia confirmatur. *Aquæ* (inquit ad cap. 2. Genes.) *suapte natura salsæ erant, & amaræ: ascendendo autem per illam quasi terræ mammam, scilicet paradisiacam terram, versæ sunt in dulcedinem, vt irrigarent vniuersam terræ superficiem, ipsæque dulces, ac potabiles captiuo* (*quod futurum erat*) *generi humano terram extra paradisum facerent habitabilem. Similiter aquæ Scripturarum ex te soror mea sponsa, Maria, dulcescunt, ex vtero tuo sine per vterum tuum viuentes factæ:*

falla: alias autem valdè amara, imo mortuæ, atque mortificantes sunt; litera enim occidit. Sic Abbas.

Caput IV.

Catholicam veritatem Maria ab hæresum incursu vindicauit.

65. *Maria Virgo Pharaonis currus siue hæreticorum monstra obruens.* Cant. 1. Rupert.

SAl simul Deiparens doctrinâ vitaliâ corruptione hæresum præseruat Ecclesiam. Vidimus ex Ambrosio Mariæ Magistræ Apostolorū consiliis prauitatē hæreticam corruisse. Clamat Sponsus: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea.* Cant. 1. Placet Ruperti sensus asserentis (cum de Cōcilio Ierosolymitano cōsiliis Mariæ exornato sermo processit) cūctas hæreses illā solam interemisse. Igitur Dei equitatus Abbati virga fuit moysi; aliis Angelorum exercitus, qui in Pharaonis curruū submersione pugnarūt: aliis Dei ipsius fortitudo. Vincat Rupertus, dum euehit Virgam Mariam, cuius potentia singularis Pharaonis currus, hæreticorum scilicet belluina, & inquieta monstra submersit.

66. *Serpentem plurium capitum comminuit.* Gen 3. Bernard.

Eo fœminam fortissimam serpentis caput comminuentem. Ipsa cōteret caput tuū. Gen. 3. siue capita septem, queis innumeræ aduersùs fidē dogmaticæ sententiæ signantur. Bernardus ser. *Signum. Ipsa est*, inquit, *quondam à Deo promissa Mulier serpentis antiqui caput virtutis pede contritura. Sola enim contriuit vniuersam hæreticorum prauitatem. Contriti sunt insidiatores, conculcati supplantatores, confutati derogatores, & beatam eam dicant omnes generationes.*

Vndenā Deiparæ adscribi possit omnium hæresū extinctio?

Rogas, quonammodo huiusmodi hæreticorū strages verè Deiparæ adscribatur? Anuon quia Magistra sapientissima iā ab Ecclesiæ cunabulis Apostolis, reliquisque fidelibus lucem præscripsit veritatis? Addo, quia omnes hæretici voluptatibus indulgentes, repunt humi, Ægyptiæ pecudes, libidinū mancipia, quæ ad aspectū Virginis intemeratæ virginitatis fulgore perstringuntur, & disparent. Nihil enim sic offendit hæreticos ac pudicitia nostra, cuius vexillum Virgo præfert.

67. *Maria in triuiis sententiarum vera Diana statuenda, vt veram instituamus viā.* Prou. 8.

Quàm liber ab errore, qui viam, Mariā duce, salutarem instituit? *Nunquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam? In summis excelsisque verticibus supra viā in mediis semitis stans.* Prou. 8. *In mediis semitis*, id est, biuiis ac triuiis, quando scilicet plures in vnum cōcurrentes semitæ viatorem reddunt ancipitem. In triuiis veteres Dianæ erigere soliti simulacrū, vt iter agentes dirigeret. Sic Maria *pulchra vt Luna* nobis in intellectualibus Religionis dissi[…]lium rationum triuiis statuēda, stet media inter hasce semitas, vt in optimā dirigat. Bern. hom. 3. sup. *Missus. Mariam cogita, ipsam sequens non deuias, ipsam cogitans non erras.*

Bernard.

68. *Maria scripturarum custos.* Prou. 8.

Ao malis illud: *Nunquid sapientia clamitat, &c.* Virginem inducere iuxta viā veritatis ingressum portas Ecclesiæ custodientem, deterrentem hæreticos ab ingressu? Id innuūt proxima eiusdem loci verba: *Iuxta portas Ciuitatis in ipsis foribus loquitur dicens: Intelligite paruule astutiam*, scilicet hæreticorum. *Pone me* (inquit, Virgo) *vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.* Cant. 7. Ad quæ Rupertus, *Quid est præsenti loco cor tuum, & brachium tuum nisi scriptura veritatis, quæ scripta sunt secundum cor tuum? Pone me vt signaculum super illud cor tuum, & pone me vt signaculum super illud brachium tuum.* Quam ob causam? *Contra triplicem, quæ in me latrant, insaniam Iudaicam, Paganam, Hæreticam. Prompta sum, expedita sum, deuota sum è contra fortiter defendere illud cor tuum, protegere illud brachium tuum, sicut imperiale signaculum, sicut fidele testimonium, mirâ fortitudine, mira duritia, quam nullus possit effringere.* Cant. 7. Rupert.

69. *Zelus Mariæ circa fidei custodiam, aduersus hæreticos.* Cant. 7. Rupert.

Addit Deipara: *Quia fortis est sicut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.* Cant. 7. Matris dilectionis pulchræ suauitas impiis hæreticis aduersùs Dilecti cor, ac brachium dimicantibus durū vertitur in infernum, Ruperto adiiciente: *Quis vnquam portare potuit zelum dilectionis, quem habet Maria circa cor Dilecti sui; iram æmulationis, quam habet circa brachium Dilecti sui? Sicut mors, sicut infernus ita nulli parcit, & omnibus est immitis, quicumque male sentiunt de scripturis veritatis. Nonne cum in remittendis peccatis piissima sit, illos duntaxat, qui loquuntur extra, vel contra verbum veritatis mortificat, & inferno addicit eorum animas? Quod cordi Dilecti sui id est scripturæ veritatis contrarium est, tolerare non potest: illos, qui sunt in hoc, eliminat, & anathematis gladio trucidat.* Subiicit Mater sponsa. *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.* Cant. 7. Rupertus: *Cuius eius? Dilectionis, siue æmulationis. Sicut ignis dum coacitatus fuerit, generat flammā, sic dilectio Mariæ dum aliquid percepit non secūdum cor huius Viri, non secundum sensum huius Dilecti, parit æmulationem lucentem pariter & vrentem, lucentem amicis, vrentem inimicos.* Vt sit Deipara Magistra simul pulchræ dilectionis, ac timoris mater.

Cant. 7. Rupert.

Observatio III.

Superstitis Christo Virginis sanctitatem illustro.

Vbi ostendo perfectissimum animum simul premi exilio, ac beatitudine patriæ potiri.



70. Ildeph.

VIDNAM Deiparens post Iesu egerit Ascensionem? Respondet Ildephonsus ser. 6. de Assump. *Si vultis scire, quid post Domini Ascēsionem egerit, hoc vnū certū est, quia Virgo sancta corpore & mente permansit.* Certè Deum solum existimo posse huiusmodi quæstioni satisfacere. Id quod asseruit idem Toletanus Antistes ser. 5. fatus: *Si quis indagare voluerit, quid post Ascensionem Domini Maria egerit, quàm sanctè & iuste vixerit, soli Deo cognitum esse videtur.*

71. *Post ascensum Iesu, operibus perfectissimis*

Deipara igitur orbata Filio post ipsius Ascēsionem operibus egregiis vacans super cunctos sanctissimos curabat ascendere, mirantibus Angelis: *Quæ est ista, quæ ascendit de deser-*

turas Maria ad superos auolare. Cant. 8. Rupert. Maxim.

eo deliciis affluẽs, Cant. 8. Rectè Deipara in deserto cõstituta, sine (authore Ruperto) *animum ex Filij ascensu habeas valde solitarium*, studens speciali virtutum exercitamento super omnes ascendens Filium secutura depingitur. *Tunc* (ait D. Maximus) *omnis pulchritudo ad Virginem comparata deformitas est, & omnis innocentia peccatum.* Auolauit ad Filium.

72. *Tota potestas Mariæ post ascensum Christi in sanctitatem cessit.* Epiphan. Cant 4.

Cur existimas Virgini à discedente Domino minime iniunctum sacramentorum ministerio operam exhibere? Certè, cuncta potestatis documenta vberiori cessere sanctitati. Quid Maria post Christi recessum? An Discipulos benedicit? An sacraméta cõfert Christicolis? Respõdet Epiphan. hær. 79. *Non permisit Deus beatæ Mariæ dare Baptisma, non benedicere Discipulos, non imperare in terra iussit; sed solum ipsam sanctificationem esse voluit.* Vt ex ipsa cuncta Iesu progenies sanctificatione donetur. Turris Dauid Maria, *mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Cant. 4. Hebr. *Colxilte hag giborim*, id est, *omnia scuta potentium.* Maria enim relicta à Domino officina virtutum à qua fortissimi bellatores virtutum scuta mutuantur.

73. *Vita Mariæ Christi assũpti in gloriam vitam referebat.* Cant. 2. Bernard.

Num à recedẽte Filio Deipara recessit? Certè egregiis operibus sic vita Mariæ Christũ referebat, vt nullatenus absẽs videretur. *Dilectus meus* (ait illa) *mihi, & ego illi*, Cant 2. Dilectus Matri Iesus etiam post ascensionẽ cordi fideli nunquã nõ præsentatur crescẽte sanctitudinis perfectione. Bernardus: *A dilectione incipit, de Dilecto prosequitur, nihil aliud se scire indicãs nisi Dilectum. Absentauit se ille, illa remansit, nihilominus nunquam absens est sibi, qui nõ recedebat à corde nec quando recedebat.* Illud pende: *A dilectione incipit.*

74. *Quæ sanctitudinis verticem tenuerat, quasi incipit sanctitatis viam terere post Christi ascensum.* Prou. 8. Mat. 25. Mat. 1. Chrysost.

Post Ascẽsionẽ Filij, quasi profectus exiguos peregisset, nouam instituit viam sanctitatis. Quàm sancta antè Filij Ascensionẽ Maria? Vel iuxta conceptionis vestibulum sapiẽtiæ agẽs personã à Patribus inducitur. *Nunquid non sapientia clamitat, & Prudentia dat vocem suam?* Prou. 8 Pudet appellare Mariã sapiẽtẽ, prudentẽ, seu sanctã, sic virginibu Euãgelicis, seu cũctis Diuis appellatis: *Et quinque prudentes.* Mat 25. Ipsissima sapiẽtia & prudentia, id est, ipsissima sãctitas aut cõcepta, aut recèns nata compellatur. Si enim virtus ipsa ac sanctitas, quæ nomine sapientiæ significatur: viuẽs rationale animans esset, non aliter viueret quam Maria. Testor Iosephũ Virginis spõsum possibilius putantem mulierem posse sine viro concipere, quàm Mariam admittere valere peccatũ, vt ipsissimã decebat sanctitatẽ. *O inæstimabilis* (clamat Chrysostom. hom. 1. Imperf. in Mat.) *laus Mariæ! Magis credebat* Ioseph *castitati eius, quam vtero eius: & plus gratiæ, quam naturæ. Conceptionem manifestè videbat, & fornicationem suspicari non poterat. Possibilius credebat mulierem sine viro posse concipere, quam Mariam posse peccare.* Quid ipsissimæ sanctitudini conuenientius? Si ergo tanta Virginis seu infantis seu iuuenculæ perfectio, quid post Domini ascensum? Pudeat Mariam sanctam appellare, cùm ipsissima sanctitas miris, ac ineffabilibus aucta crementis compellanda sit.

75. *Perfectissimè Euangelij in-*

Quæ ergo perfectissimè veteris legis fuit præcepta exequuta, Euangelij post Filij ascẽsionẽ & præcepta & cõsilia nõ remissiori impleuit affectu, semper eadẽ perseuerantiæ dono suffulta. Exposuit ipsa profata: *Mãdragoræ dederunt odorem suum: In portis nostris omnia poma noua & vetera, Dilecte mi, seruaui tibi.* Cant. 7. Interpretatur Ioannes Hailgrin. *Bonorum operum perseuerantia demonstratur in Virgine. Dicit enim: Omnia boni odoris opera, ò Dilecte, quæ feci, iam vetera, quæ ex mandatis legis veteris processerant: quam noua, quæ produxerũt præcepta & consilia Euangelica, sine infectionis macula, sine corruptionis putredine seruaui tibi tanquam grata xenia præsentanda.* Nullum Virginis opus non dignũ cælesti Imperatori præsẽtari.

gos seruaui, *sicut veteris legis præcepta impleuerat.* Cant. 7. Hailgr.

76. *Quasi non relinquitur post Christi ascẽsum in terra Maria, quæ sanctitatis profectibus necessariò in cœlum eleuatur.* Cant. 8. Ghillel.

Mirabar aliquando charissimam Iesu Matrem & sponsam apud terricolas à Domino derelictam. At contemplatus eiusdẽ ineffabilem sanctitatem, video exilium ei patriam extitisse; quia tanta gratiæ puritas cælestẽ exarsit in gloriam. Rursum expẽdo carmẽ illud: *Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluẽs?* Cant. 8. Ascendẽte-ne Iesu, relinquitur in terra Maria? Ascendit profectò, quia sanctitas illius cõtinuis incrementis quodammodo in gloriam cõuersa est, ex perfectionis vtique intensione. Vnde *affluẽs* vel in deserto *deliciis* depingitur, quibus Cœlicolæ apud superos potiuntur. Apposite Paruus Ghillel. *Quæ est ista, quæ mihi iam sublimis, & gloriosa apparet? ista, quæ meæ considerationis oculis speciem Dilecti ingerit exhibet?* (vt quasi non ascendisse videatur.) *Ascendit de deserto non simpliciter, sed deliciis affluens. Multi electione gratiæ, & Christianæ pietatis profectibus ascendunt de deserto humani generis, sed nullus eorum ascendit deliciis affluens; ascendunt ad delitias, non autem in deliciis. Euntes eunt cũ fletu. Quod ergo Dei genitrix ascendit de deserto, commune est ei cũ multis; quod autem in deliciis ascenderit, singulare illi est.* Profectus enim illius tanti, vt in Iesum conuersa, sanctitate ipsa gloria facta, in gloria semper fuerit assumpta, quemadmodum de Filio Apostolus: *Assumptus est in gloria.*

77. *Caro Mariæ Christo superstiti egit animã effecta in sanctitate respondẽs.* Ildeph. Basil. Eusebi. Nyssen.

Expendo præmissam Ildephonsi sententiam, *Si vultis scire, quid post Domini Ascensionem egerit, hoc vnum certum est, quia Virgo sancta corpore, & mente permansit.* Sancta corpore; Num nõ animus propria sedes est sanctitatis? Certè in Virgine Spiritus sanctitas vel in carnem refũditur. Basilius de hum. Chris. gener. *Sanctitate compacta Virginis caro.* Quia scilicet post Domini ascensum continuis egregiæ sanctitatis profectibus impletus ad summum sanctitudine Deiparæ spiritus in carnem exundauit. Sic Eusebius Cæsar. ad illud Lucæ 1. *Spiritus sanctus superueniet in te, Id est*, inquit, *qui supernè habitat in mente tua, descendet etiam ad sanctificandam inferiorem partem tui, id est carnem.* & Bernardus. *Vt ventrem perfundat, qui perfuderat mentem* Sed Gregor. Nyssen. ser. de Nat. egregiè complet argumentum. *O beatam carnem Mariæ, quæ bonitatis præstantiã ad se traxit animæ bonæ. In reliquis enim omnibus animus purus Spiritus sancti præstantiam capit: Hic autem caro fit spiritus receptaculum* Recole Mariam relictam in lacrymarum valle: attamen *Ascensiones* ad superos disponentem, vt simul cõmoretur in terra & ad supernam auolet Patriam: & perfectissimorum animorum imitetur volatum, quiquidem simul & premuntur exilio, & beatitudine quodammodo patriæ potiuntur.

OBSER

OBSERVATIO IV.

Speciales ſanctitatis actiones Mariæ ſuperſtitis recolo.

Vbi intuo, quàm ſit apta regimini prudens Principis ſinceritas.

78. *In Maria ſuperſtite conuentus virtutum.* Cant.4. Damian.

HVIVSMODI Maria ad Superos diſpoſuit in valle lacrymarũ aſcenſiones cunctarum virtutum ſtipata ſatellitio. Aſceodit enim Filium aſcendentem ſecotura *Sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrha & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij.* Cant. 4. Ad quæ Petrus Dam. ſerm. de Aſſump. *Vniuerſus puluis pigmentarius in Virgine proiectus eſt, quando in ea virtutum conuentus reuerendum ſibi thalamum conſecrauit.* Aptiùs ipſe legit: *Orbis pigmentarius in Virgine proiectus eſt.* Ac ſi explicationis gratia diceres: *Vn mundo de virtudes.*

79. *Plures virtutes Mariæ ſuperſtitis ab ſponſo laudantur.* Ildeph. Cant.4. Rupert.

Dũ omnes Aogelorum chori Christum poſt aſcenſum in dexterâ Patris reſidentem collaudant, Deiparens ab ipſo Filio (*quam enim ſanctè & iuſtè poſt aſcenſionem Maria vixerit*, aiebat Ildephonſus, *ſoli Deo cognitum eſſe videtur*) celebratur. *Quam pulchra es amica mea, quàm pulchra! Oculi tui columbarum, &c.* Cant.4. Exponit Rupertus. *Quid in te, ô dilectiſſima dilectarũ, laudabitur à Dilecto, quem laudat omnis chorus Angelorum? Laudatur ſimplicitas, munditia, innocentia, doctrina, verecundia, humanitas mentis, incorrupta Virginitas. In oculis ſimplicitas, in capillis cogitationum tuarum munditia, in dentibus innocentia, in labiis doctrina, in collo humilitas, in vberibus tuis admiranda cum fœcunditate virginitas.* En ſuperſtitis Mariæ actiones.

80. *Suauis in eloquio, decora in operibus, pacem faciēs inter Deum & hominem.* Cant.6. Hailgr.

Relicta quidem à Domino Virgo, vt eloqoij ſuauitate corda ad Deum alliceret, operibus iuſtis ſanctitatem hominibus ſuaderet, homines Numini conciliaret, Diaboli teprimeret incurſus. Adiicit ad hæc Sponſos: *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies.* Cant. 6. Accommodat inſtituto meo Hailgrinus Card. fatus: *Domina mea, ſuauis es in eloquio, decora in operibus, tu mihi es ſicut Ieruſalem, id eſt, pàcis viſio, pacem faciens inter Deum & hominem, tu es malignis ſpiritibus terribilis.*

81. *Maria in exilio, quaſi conuerſa in Patriam ex virtutũ exercitamentis.* Gillelm.

Aliter particulam illam: *Sicut Ieruſalem* expono. Adeo Spooſus pulchram Virginem ex prædictis virtutibus, præcipuè ex conuerſatione, ac clementia intuetur, vt eam noo in lacrymarum valle conſtitutam, ſed io ipſam patriam cæleſtem cooueṙſam eſſe aſſirmet. Gillelmus ſic: *Pulchra es per conuerſationis munditiam, & ſuauis per animi clementiam ſicut Ieruſalem illa cæleſtis, quæ eſt in Angelis.*

82. *Turris aduerſus diabolũ, & hæreticos Mariæ humilitas.*

Curabat Dominus diſceſſurus Eccleſiam ſuam aduerſus Diabolum, ac hæreticos ſoperbos communire; ideo prouidit Mariæ præſidium, quæqoidem humilitatis operibus ſtudẽs (dum fideles viſitat ægrotos curat, carceribus incluſos ſolatur, &c.) turris eſt fortiſſima Eccleſiæ. Ideo Dilectus clamat: *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis.* Cant.7. Vbi Rupertus. *Turris*, inquit, *David humilitas eſt Mariæ. Tum fuit hæc humilitas potens, vt nec Diabolus, nec hæreticus poſſet contra illam.* Cant.7. Rupertus.

83. *Sinceritas prudentiſſima Mariæ laudatur.* Cant.6. Irenæus.

Profectò Mariæ ſimplicitas aduersùs Diaboli, hæreticorúque verſutias dimicauit. Nec enim illa animi ſinceritas vnquam à prudentia diſceſſit, iuxta illud: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Inquit Spõſus: *Vna eſt columba mea, perfecta mea.* Cant. 6. Columbæ vocabulum ſinceritatẽ Virginis commendat, perfecta autem ob prudentiam mirabilem vocitatur. Iren. de Deipara locutus l. 5. c. 19. *Deuicta eſt*, ait, *ſerpentis prudentia in columbæ ſimplicitate* prudentiſſima planè.

84. *Sinceritas Mariæ apta regimini, quia ſinceritas ſubditos diſcolos ad meliorem frugem adducit.* Cant.8. Sophron.

Nec enim Regina, abſenre Chriſto, Eccleſiç cooſtitueretur, quæ Apoſtolos in Orbem immitteret, quæ Principibus oouæ Religionis ſalutaria imperia præſcriberet,) vltrò cũctis obſequium Dei Matri præſtantibus) niſi ſinceritas cum prudentia eſſet copulata. Ea certè prudentia apta regimini, quæ à ſinceritatis candore procedit. Clamat Domious: *Veni de Libano ſponſa mea, veni, & coronaberis.* Cant.8. Sophr. hom. de Aſſump. *Procurate, ô filiæ, vt ſimplicitas columbæ, quæ fuit in Maria, inuiolata, illæſáque cuſtodiatur. De qua in Canticis: Veni de Libano, coronaberis.* Num candot Libani aptum coronę decus exponet? *Non immeritò venire de Libano iubetur; quia Libanus candidatio interpretatur; erat enim candidata beata Virgo multis meritorum virtutibus ſimplicitatem columbæ in omnibus repræſentans. Quia quidquid in ea geſtum eſt, totum ſimplicitas.* Si quidquid geſtum ſimplicitas, quonammodo ſubditi verſipelles ſeſe ad meliorem frugem reciperent? Certè aptior regimini, qui prudenti ſinceritate præoiſſâ, gubernationis muneri incũbit, quàm qui aſtu vtens nunquã nõ ſubditorum ſuſpicatur inſidias, præcipuè cum ſinceritate fulgens multis meritorum virtutibus cãdidatus apparet. *Erat enim candidata Virgo multis virtutibus, ſimplicitatem columbæ in omnibus repræſentans.*

85. *Maria ipſa Charitas eſt.* Idiot. Aug. Ildeph. Idiot.

Quid de ſuperſtitis Mariæ eloquar charitate, quâ fidelibus ſibi obſequentibus ſeruiebat, iam Aſiam ſua præſentia illuſtrás, iam Aotiochiã petens, vt Chriſticolas ſolaretur. Idiota io Prooem Cant. Virg. *Inuenta Maria Virgine, inuenitur omne bonum; ipſa namque diligit diligẽtes ſe, imò ſibi ſeruientibus ſeruit.* Didicit à Maria Paulos omnibus omnia fieri. Tanta Virginis erga homines charitas, vt in ipſam charitatem conuerteretur. *Ne ſuſcitetis dilectã.* Aliter, *Charitatẽ.* Aug. apud Booau. in ſpec. c. 14. *Quis dubitare poterit omnino in charitatis affectionem trãſiiſſe viſcera Mariæ, in quibus ipſa Charitas, quæ Deus eſt, corporaliter requieuit.* An Maria accẽſa charitate? Imò ipſa charitas eſt Ildeph. orat. 2. de Aſſump. *Quæſo vos, filij, imitamini ſignaculum fidei veſtræ Mariam, quam velut ignis ferrum Spiritus ſanctus totam decoxit, incanduit, & ignivit ita, vt in ea Spiritus ſancti flamma tantum videatur; nec ſentiatur niſi tantùm ignis amoris Dei, & hominum.* Quia ſcilicet tota Maria in flammam charitatis conuerſa eſt. Num non tanti ignis effectus non ſolùm Ieroſolymæ habitáres fouere, ſed & Aſia & Antiochiâ cõmorantes accedere? Idiota citat. *Non eſt, qui*

se abscondat à calore eius. Longè positos illuminat radiis misericordiæ suæ, sibi propinquos per specialem deuotionem accendit.

86. *Præoccupauit Maria charitas Antiochenos fideles.* Audisti Antiochiæ fideles viam arripere voluisse, vt Reginæ cælesti Ierosolyma commoranti sisterentur. Quod cum Maria audisset, sese difficili viæ commisit, vt illos ab itineris suscipiendi cura leuaret. Quàm aptè Sapiens! *Inuenitur ab his, qui quærunt illam, præoccupat eos, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.* cap. 6. Quia (vti aiebat Idiota) *non est qui se abscondat a calore Mariæ, longè positos illuminat, &c.*

87. *Zelus Virginis circa Fidei dilatationem. Cant. 7. Gillel.* Quid denique de zelo, quo Deiparens superstes æstuauit, vt nomen Filij per vniuersum Orbem perfunderetur, dum Apostolos, ac Discipulos immitteret, attexam? *Veni,* inquit, *Dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.* Cant. 7. Exposuit aptè Gillelmus fatus: *Parum est, ô Iesu, te esse in Iudæa notum, & in solo Israel magnum esse nomen tuum. Vt ergo vsque in Idumæam extendas calceamentum tuum, & salues populos gentium, veni, Dilecte mi, egrediamur in agrum. Egrediamur de illa Ierusalem, quæ modo Babylon dicitur, pro eo quod non nouit tempus visitationis suæ, & adhuc scandalum patitur in Cruce Saluatoris sui. Egrediamur hinc, & commoremur in villulis gentium vsque ad vesperam seculi.*

Mox Virginem Iacobo apud Hispaniam laboranti apparuisse, eique Iesum tradidisse confirmabo. Sollicitudinem huiusmodi præfata innuit sententia: *Egrediamur in agrum, &c.* Halgrinus. *In his verbis ostendit Mater sollicitudinem, quam gerit pro Ecclesia; qualiter sollicitet Filium, vt eam visitet, & profectus videat. Visitemus, ait, illos, qui sunt in agro, & vomere prædicationis humanorum cordium terram scindunt. Commoremur in villis, facientes mansionem apud illos.* Mansere apud Cæsaraugustam Iesus & Maria, vt marmorea reliqua ipsorum attestatur imago. 88. *Inuisit Apostolos laborantes in re frumentaria. Cant. 7. Halgri.*

SECTIO SEXTA.

Maria Cæsaraugustana.

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. 10. PRæcipuè quidem Maria Hispanis se dignatur exhibere parentem, Cæsaream Aragonum Vrbem verè reddens Augustam, dum Iacobi Magistri nostri votis annuens, & orantem inuisit, & prædicanti fauet, & dura tunc Hispanorum corda emollit, & testem tanti muneris pulcherrimam reliquit Imaginem, cuius cultui Templum exsurgit, loco obruti Dianæ Delubri, miraculis Mundi facilè adiiciendum.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Beatæ Mariæ de Pilari historia.

1. *Apparitio Mariæ oranti Apostolo.* *CÆsaream Aragonum Vrbem.*] Celebris planè Mariæ apparitio adhuc apud nos degentis Cæsaraugustanis effecta. Cùm enim Apostolus Iacobus Ioannis frater Hispaniam in dispersione Apostolorum sortitus esset, ac Euangelium Cæsaraugustæ proferret, diuinæ legi nouæ Hispanis repugnantibus, Apostolus sese ad Deiparæ immittentis & Hispanos speciali affectu sibi commendantis opem contulit. Quæ quidem corda ciuium edito emolliens miraculo, præexcelsum inibi sibi consecrauit domicilium. De quo in Paraphrasi.

2. *Probatur ex Petri Antonij Bouteri testimonio.* Porro ne quidquam vel in historiæ enarratione videar affingere, orationem Petri Antonij Bouteri repetam, qui in Chron Hisp. ca. 21 in hunc modum scripsit: *Benedictissima Virgo, gloriosa, & sancta Maria, Domina nostra, & Regina Angelorum in ripa fluminis Ebri propè Cæsaraugustam Aragonum Vrbem in columna marmorea glorioso Apostolo Iacobo apparuit. Qui eodem deinceps in loco, sacellum Angelicum iussu extruxit, & eius honori, ac nomini consecrauit, quod diuæ Virginis à columna Cæsaraugustana cognominant: ob pilam siue columnam, in qua videndam ipsa se præbuit.* Adde & in qua marmoream reliquam & Virginis & Iesu (in discedentis Reginæ memoriam) Apostolus imaginem adorauit, vt ex Christophoro de Castro meo sapientissimo Magistro accepi. *Quod quidem miraculum* (addit Bouterus) *contigisse perhibetur circa annum Imperij Tiberij vigesimum,* superstite Mariâ.

§. II.

Prædicta confirmantur.

PRæmitto meum Canisium li. 5. c. 21. fantem. *Ego cum antiquissimam omnium apparitionem inuestigare pergo, nullam aliam potui reperire, nisi quæ sub Cæsare Tiberio Augusti pro-* 3. *Confirmat Canisius.*

xumo

ximo successore non homini vulgari, sed Iacobo Apostolo facta celebratur, verèque mirabilis apud Hispanos Ciuitate Cæsaraugusta contigit, & longæua maiorum traditione confirmata, nobisque velut per manus tradita multorum suffragiis corroboratur.

4. *Ex Ecclesiæ eiusdem antiquis tabulis. Canis.* Hoc certè de miraculoso casu multæ, quæ in eadem sancta Ecclesia tabulæ supersunt, testimonio esse possunt. *Constat autem* (adiicit Canisius) *hoc ipsum Templum multis ab hinc seculis eximiis, ac infinitis fere miraculis nobilitari.* Id quod Bouterus Calixti Pontificis, & aliorum autorum testimonio probat, ac Vasæus in Annal. rerum Hispan. etiam indicat. *Bouter. Vasæus.*

5. *Ferndi Catholici priuilegium.* Audi testimonium Ferdinandi II. Aragonum Regis cognomento Catholici in priuilegio, quo sub protectione sua suscipit Ecclesiam B. Mariæ de Pilari, dato Metimnæ Campensi 12. Apri. anni 1504. *Sane*, inquit, *ex Catholicis occiduis neminem latere existimamus apud Vrbem Cæsaraugustam quandam esse mirifica deuotionis sacram, & antiquissimam Ædem, siue Templum celebre purissimæ, ac intemeratæ Virgini Dei genitrici dicatum sub vocabulo* B. Mariæ de Pilari, *innumeris, & assiduis miraculis præfulgentem: Vbi ipsa suauissima Virgo adhuc in humanis agens, Hispani Populi miserata nondum orthodoxa Fidei lucem intuentis, sese diuo Iacobo, & circunstantibus mirum in modum suprà lapideam columnam corporaliter videndam obtulit. Vndè cunctis ferè Hispaniæ gentibus cæca gentilium credulitate obduratis lux Saluatoris exorta est. Quo tamen in loco relictis ab eadem immaculata Virgine columna, & desuper candida eius effigie, seu imagine, ab ipso B. Iacobo, & eum sectantibus sacellum ibidem perexiguũ constructum fuisse asseritur, quod primum Ecclesiæ nomen in Hispania obtinuit. Attamen crescente cum tempore deuotione, piisque largitionibus suffragantibus, Domus ipsa, vt tantæ Reginæ Palatium decebat, longè quidem amplificata est, & tandem in statum, quo hodie est adducta.* O quanta à Ferrandi ætate exponit incrementa auro famulante, margaritis seruientibus, argento obsequẽte, vbi prudentis olei innumeræ lampades nunquam extinguntur.

Porrò Calixti III. quod in tabulariis Ecclesiæ Cæsaraugustanæ datũm Romæ 9. Kalen. 6. *Confirmo ex Calixto.*
Octob. anni 1456. asseruatur, inter alia hæc continet: *In qua* scilicet Ecclesia *B. Maria antequam ad cælos assumeretur, cum Iesu Christo Filio suo, & Domino nostro B. Iacobo maiori in columna marmorea apparuit.* Vides Iesum apparentis Mariæ comitem extitisse. Idem continet priuilegium, quo Ioannes II. Aragonum Rex sub suum suscipit res omnes sanctæ Mariæ de Pilari patrocinium, datum Cæsaraugustæ die 26. Octob. anni 1459.

Eandem denique traditionem confirmant 7.
quæ de aduentu Iacobi in Hispaniam inuenies *Ex aliis eidẽ traditioni fides adiicitur.*
apud Dexterum Pacianum Barcinon. Episcopi filiũ in fragm. histor. quã ad Ieron. scripsit. Anast. Antioc. Patriar. li. de Pass. Mart. Venãt. Fort. in Poëm. apud Calix, Isid. li. de ort. & obi. Patr. c. 71. Bed. in Colle. Leo. III. & alios quã plurimos legi huius traditionis cõfirmatores. *Dexter. Fortun. Isidor. Beda. Leo. III.*

IN MARIAM VIDVAM

PANEGYRICVS SEXTVS MORALIS

Circa literam,

Ex Cæsaraugustana Apparitione.

OBSERVATIO I.

Ex Iacobi precibus necessitas Marianæ inuocationis ostenditur.

Vbi innuitur Rosarij vis aduersus inuisibiles animi hostes.

8. INnuitur planè ex antiqua traditione (authore Christophoro Castrensi) Virginẽ inuocatam à D. Iacobo, ac Discipulis apud Cæsaraugustam apparuisse, nec antè Hispanos vero Numini obsecutos, quam potentissima Mater inuocaretur. Edocemur necessarium nobis Mariæ votis implorare auxilium, vt cuiusuis negocils optatum exitum videamus. Bern. hom 3. sup. *Missus. Mariam inuoca, non recedat ab ore, ipsa propitia perueniis, ad finem* scilicet exoptatum. *In mediis semitis stans*, Prou. 8. Virgo obiicitur biuij errores inuocata relegans. Quòd si (vt asseruimus) triuię Dianæ simulacrum in triuiis supr columnam collocatum gentiles adorabant: Mariã in Cæsaraugustana columna Iacobo in difficultatum biuio constituto optimam viam exitus demonstrauit. *Castro. Bernard. Prou. 8.*

Quàm appositè Deipara clamat! *Beatus homo, qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei!* Pro. 8. Duæ particulæ expẽdendæ: *Quotidie, & Postes ostij. Certè quotidie* inuocanda Deipara, quæ conctis hebdomades dieb⁹ speciale præstat auxiliũ. Planetæ ita singulis diebus præsidẽt, vt dies Luminari cuiq; respondens aliquo eiusdem Planetæ proprio decoretur, aut fœdetur effectu. Georgius Venet in harm. Mundi Cant. 3. ton. 2. optimum cuique docet crebriùs versus eam cæli plagã aspicere, in qua Planeta versatur; sed tunc maximè cũ primo manè Soli adhærens exoritur. Maria Diana fulgentissima singulis regnat diebus, septem continens Planetarum mirificè proprietates, vnde singulis diebus inuocanda. Epiphanius de laud. Virg. *O vterum impollutum habentem circulum cælorum!* Et Guarric. *O vterum, qui cælum e septem circulis constans*: in quibus scilicet septẽ Planetæ statuuntur. Inuocãda igitur Virgo *mane quotidie. Et qui manè vigilãt ad me, inuenient me.* Ibid. Exoritur enim quotidie Soli vero adhęrescens, nunquã non 9. *Quotidie inuocãda Maria vim omnium continens Planetarum. Quæ quidẽ inuocata adstat postibus, siue Columna. Prou. 8. Venet. Epiph. Guar.*

fauens inuucantibus. A Luna Maria castitatem, à Marte Deipara fortitudinem, à Mercurio fidelium Magistra eloquentiam, linguæque temperantiam, (nec enim eloquentia loquentia est,) à Ioue Matre Dei animi magnitudinem, sublimitatémque ad cęlestia appetēda, à dilectionis Parente diuinam ardentissimā charitatem, à prudentissimo Saturnali sydere prudentiam, à Sole denique electa Virgine diuinorum cognitionem licebit expetere. Planetæ quidem plerúmque nostris ex oculis auferuntur, die enim Solis luna non regnat, Mercurij dies Iouis pellit influxum At Maria semper adest, nunquam à nobis subducitur.

Idiota.

Vnde eleganter Idiota lib. de Laud. Virg. cap. 1. & 2. fatur. *Astra plerúmque à nostris aspectibus subducuntur, certis partibus sublata, aut certa motus moderatione depressa, Maria verò dulcissima, & Sole & Luna, & Mercurio, & Ioue, & Venere, & Saturno, & Marte illustrior suo lumine nulla sui commutatione aut vicissitudine complet, ac ambit omnia, flammis lustrat, luce vestit, benignitate tegit, virtute fouet; nec enim illi succedit nox.* Quid illustrius? Iam verò qui inuocat, *& obseruat ad Postes,* seu columnas Virginem Dianam assidentem columnæ intuebitur ad optatum dirigens exitum.

10. *Nulla diei particula Maria influxu orbata est, quia ipsa aurora, sol, & Luna.*

Pondera proximam illam sententiæ clausulam: *Nec enim illi succedit nox,* Hoc est, Maria nunquam non influit, nunquam non regnat, nunquam non inuocantibus adest. Quid cęlicolæ clamant? *Quæ est ista quæ progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol?* Cant. 6. *Aurora* Maria diluculo fauet, *Sol*, interdiu fert opem, Luna noctu præstat auxilium; vt nulla sit hora diei Virginis protectione orbata. Innocentius serm. 2. de Assump. *Ipsa Virgo est Aurora, Luna, & Sol.* Nec Aurora cum sit, solarem excludit lucem; *Luci enim comparata inuenitur prior.* Sap. 7. Id est cum lucenti comparatur Auroræ, adhuc purior, aut fulgentior Aurora inuenitur existere. An comparata Lunæ Solis radios non imitatur? Imo Solis nunquā non vincit splendorem. *Luci comparata inuenitur purior.* Aliter *prior.* Quia priùs quàm Aurora consurgat, Luna superat Solis fulgorem orta *prior.* Idiota citat. *Virgo Solem flore lacti excedit.* Hoc est, quando Solis orituri pullulant flores, Aurora exsurgente, Maria superat Solem. Tunc autem adhuc prior inuenitur ipsa Aurora Solem superante, quia *Luna.* noctis tenebras ablegat solari lumine, semper igitur inuocanda Virgo poli Regina. Damascenus serm. 2. de Nat. *Virgo, cuius pulchritudinem Aurora, Sol, & Luna mirantur, subueni clamantibus ad te iugiter.*

Cant. 6. — Innoc. — 11. *Maria Aurora & Luna semper vincit solis fulgorem.* — Sap. 7. — Idiot. — Damasc.

12. *Inuocata à Iacobo Hispaniæ duce Maria opem tulit ex Sion profecta.*

Clamauit Iacobus Hispanicæ militiæ dux, hostes tartareos debellaturus, purgaturus Hispaniam. Porrò Deipara ex Sion exaudiens opem tulit deprecanti. *Reuertere*, inquit ille, *Sunamitis, reuertere, vt intueamur te.* Cant. 6. Arripe viam, te gentes intueantur repugnantes, te hostes teterrimi adspiciant; mihi ô Virgo, pacifica Sunamitis, hostes Bellona profligabis. Annó Maria ex Siō exaudiens apostolo Duci pugnatura præsentatur? Audi Innocentium citat. *Militia est vita hominis super terram, Mundus positus est in maligno, nec est nobis colluctatio aduersùs carnem, & sanguinem; sed aduersùs spiritualia nequitiæ in cælestibus; aduersarius enim noster Diabolus tanquam leo rugiens circuens quærit quem deuoret. Quicumque ergo sentit impugnationem à Dæmone, respiciat Castrorum aciem ordinatam, deprecetur Mariam; vt ipsa per Filium immittat auxilium de sancto, & de Sion tueatur.* Altius adserimus, siquidem nō misit Maria de altu, aut de Sion auxilium, sed ipsa ex Sion profecta ad Cæsaraugustam aduolauit Diabolum debellatura Vnde asserunt traditionis authores ad conspectum Virginis cantātibus Angelis comitibus: *Aue Maria*, Diabolum è Cæsaraugusta profligatum, vt locus Fidei exhiberetur. Vim Rosarij aduersus inuisibiles hostes hinc licet perpēdere.

Cant. 6. — Innoc.

Observatio II.

Cæsaraugustæ gloria ex Deipara ipsam quærente.

Vbi innuitur Deum à peccatoribus requirendum haud à Deo requiri spectaturis.



Hispanis felicissimu omine datum prima obsequia superstiti Deiparæ præsentare, primū tēplum extruere. Quod quidem in Virginem officium tantum vidit incrementum, vt nullus adsit noster angulus, vbi aliquod nunc exsurgat Mariæ nomine insignitum sacellum. Tacendi nunc tēpus cum sermo nullatenus materiæ præstantiam exequi, tot illustria præconia sibi Hispania sortita, quot in suis Vrbibus, oppidis, villis erecta Delubra Virgini conspiciuntur. Deuotio hæc Hispaniæ nostræ nata est, quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non solum à Iacobo docti, sed ab ipso parente facti: non modo instituti, sed & imbuti sumus. 13.

Annon tam singulare debemus obsequium Deiparenti benignissimæ, quæ non à nobis quæsita inuenta est, sed ipsa nos eruendi à baratro quęsiuit occasionem? Olim obruto diluuij aquis Orbe, *emisit Noe columbam post eum,* (coruum) *vt videret si iam cessassent aquæ* diluuij *super faciem terræ; quæ cùm non inuenisset, vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam.* Gen. 8. Maria, authore Methodio, in Arca Noë mistica figuratur Fugit columba in arcam veri Noe, cùm à tentationum procellis, ac vitiorum eluuie, vbi quietem non inuenit, sese abducens, ad Virginis sinum, ad Matris Dei vlnas, ad propitiatorium Mundi, ad miserorum perfugium, ad aram salutis, ad Arcam thesaurorum Dei pio, concitato, & alacri volatu perfugit. Felix iustus, qui quærens refugij eminentem locū ab excidio liberatur æterno. An non felicior coruus, qui periturus iā, vndis iam obtectus non quærēs requiem à Virgine arca quæritur, & inuenitur? Ita planè. En Hispaniæ

14. *Maria ab aliis quæsita & inuenta Hispanos quæsiuit, & inuenit.* — Gen. 8. Method.

peniæ causam c[illegible]n Deipara. Apud Sion pacis visionem commune perfugium Christicolis diluuij vndas fugientibus præsentabatur, quos quæsita, & inuenta ab eis, benignissimè protegebat. Verùm Hispanos in morem corui pereuntes non vocata ab eis, quæsiuit, inuenit, ad sinum adduxit, ab vndis exitialibus liberauit. Petrus Damian. adhæc, ser. 1. de Nat. Mar. *Scio Domina, quia benignissima es, & amas nos* (Hispanorum personam agere videtur) *amore inuincibili. In manibus tuis sunt thesauri misericordiæ Dei, absit, vt cesset manus tua, cum* (attende) *occasionem quæras saluandi nos miseros, & misericordiam effundendi.* Quæ nos in vmbra mortis residentes requisiuit ad vitam, inuocata, & quæsita non inuenietur?

Damia.

15. Debemus equidem parenti Iacobo fidei magisterium. An sese Hispani ad bonam recepere frugem, donec Deiparens nostra Mater effecta, gratiam nobis in tempore opportuno præstandam à Domino impetrauit? Quis dubitet prædicante Iacobo patre nostro gratiam nobis à Deo sufficientem datam fuisse, vt pœnitudini operam possemus impendere? Attamen veritati non paruimus, donec Virginis præsentia cælestem à Deo profluentem gratiam nobis ministrauit in tempore opportuno, siue ea opportunitate, eo tempore, quo nouit Deus nos tali auxilio fuisse cooperaturos. Dauid cecinit Dei benignitatem profetens: *Das illis escam in tempore opportuno, aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Psal. 144. Benignissimum sese cunctis animantibus ostentat, cùm non solum escas elargiatur, sed opportuno in tempore prouideat. Esca materiali in opportuno tempore omne animal donari solet; at spirituali gratiæ elargitione non omnes, sed fœlicissimi illi, quos Deus benignissimus respicere dignatur. Certè asseruerim huiusmodi in tempore opportuno escam nobis Mariæ speciali intercessione donari. Audi Bernardum Hispanorum gloriam ser. super *Salue*, obiicientem. *Data est Maria omnis potestas in cælo, & in terra, & in manibus eius vita, & spiritus noster, & oculi omnium Christianorum* (Hispanorum liceat scribere) *in eam sperant, & ipsa dat escam gratiæ,* (*qua plena est*) *in tempore opportuno.* Impetrauit enim suis precibus à Deo, vt tempore illo nobis auxilium conferret, quo nouit nos operatione nostra efficax illud reddituros eodem diuinæ gratiæ munimine fauente.

Hispanis Maria impetrauit gratiã in tempore opportuno.

Psal. 144.

Bernard.

16. Si ergo nobis non quæsita appropinquat, duritiem tolerat Hispanicam, aspernabitur-ne affectum pœnitentium, qui illam quærunt gestientes inuenire? Deipara gressibus charitatis Cæsaraugustanos requisiuit, cùm duri, cùm acres, cùm obliti. Sequuntur iam Deiparam, requirunt lacrymantes, prædulces, cupiẽtes: An illos misericordiæ Mater aspernabitur? Bellè Bernardus citat. *Leuemus cor nostrum cum manibus ad eam, & appropinquemus ei passibus amoris reddẽtis ei vota de die in diem,* (sic apud Templum Deiparæ Aragonum fidelissimum Hispaniæ germen) *de hora in horam, dicentes assiduè: Salue Regina Mater misericordiæ. Non aspernetur illa affectum nostrum prædulcem, ingens desiderium, inundationem lacrymarum, assiduitatem precum.* Proh Cæsaraugustanorum fidem, & in Deiparam eorum specialissimè parentem obsequium! Eorum tam assidua vota vt non iam de *die in diem*, sed *de hora in horam*, videãtur, cuius testes munera aurea, argentea, serica Virginis cultui mancipata. Tam prædulcis affectus, vt sanctum Delubrum commune sit omnium ciuium Domicilium. Tam ingens desiderium, vt ipsa è Tẽplo egressio, sit noua ingrediendi voluptas. Tam inundantes lacrymæ; quod imaginis Virginis de Pilari aspectus obsequentis sit cordis compunctio. Tam assiduæ preces, vt nunquam non pij populi clamores exaudiantur.

Maria non quæsita nobis appropinquauit? Quid si eam quæramus? Cæsaraugustanorũ omnium piissima affectio!

Bernard.

17. In Templo augusto marmorea illa Deiparę Imago tam cereâ conspicitur, vt in campis sit oliua speciosa in mediis olei lampadibus cunctos omnibus donans. *Quasi oliua speciosa in cãpis.* Eccles. 24. Ad quæ Adamus de Perseuia, quasi Virginem de Pilari conspiciens, profatus est. *Si Virginem nostram oliuam dixerimus, de oliua profluit pinguedo olei; fundit Virgo nostra gratia plenitudinem, misericordia vnctionem. Quam iocundum, quam suaue est illi cohærere: quam salutiferum intra eius diuersorium remorari! Si infirmus es, de diuersorio illo abundanter profluit oleum infirmorum.* Quotiens lampadum olei stilla ægrotantibus misericordiam stillauit! *Si sanus es, & de testimonio conscientiæ arridet tibi iustitiæ sanitas, oleum lætitiæ suscipis.* An vllus sacerrimum inuisit sacellum, qui voluntatis lacrymas non profunderet? *Species morum, operum decor, meritorum gloria de gratia Mariæ suscipitur.* Imaginis enim Mariæ aspectus inuisentibus efficacissima ad componendos mores assolet esse prædicatio. Quid mirum tot Hispanos munera ex Maria accipere: *Si nostra est Virgo, nostra sunt Virginis viscera.* Quia quæ se non quæsita Hispanis tradidit, nostræ sese speciali iure dedidit ditioni.

Apud Virginem Cæsaraugustanam cuncta cinibus bona. Eccl. 24. Adamus.

18. Sed quid curo Dei secreta apud Delubrũ B. Mariæ Cæsaraugustanæ reserare, si labiorũ ipsius Virginis huiusmodi munus proprium esse videatur. *Fauus distillans labia tua, sponsa, mel & lac sub lingua tua.* Cant. 4. Id est de lacte ac melle tuæ pietatis specialissimæ, quâ Hispanos foues, sola tua labia fauus vtique dulcissimus possunt nos facere certiores. Honorius, *Labia Virginis sunt, quæ de ipsa Dei secreta aperiunt, quæ vt fauus distillans sunt. Lingua Virginis est, qui eius præconia loquuntur, de quibus mel & lac manat.* Cũ audis Virginis singularia præconia, te ipsã Virginẽ audiuisse existima; quia sola Virgo potest tanta præconia celebrare. Hinc collige specialissimi priuilegij esse homines à Virgine quæri, à Deo requiri; communiter enim spectant donec peccatores requirentes inueniant. Imo tempus adest cum quæsitus minimè sit inueniendus, cùm clamet Isaias: *Quærite Deum, dum inueniri potest.* c. 55.

Virginis Cæsaraugustanæ præconia celebrare, ipsius Virginis munus est, non alterius linguæ.

Observatio III.

Cæsaraugustanorum seu Hispanorum ex Virginis apparitione salus.

Moneo

Moneo sanctos excitandos non esse precibus indignis, id est ad animæ salutem non spectantibus.

19. QVAM desperata Hispanorum salus antè Deiparæ in Cæsaraugustã profectionem! quam ex eiusdem præsentia salus effusa! Versabantur illi mediis in fluctibus iam penè submergendi cùm vltronea accedens tabula eis obtulit euasionem.

20. *Maria naufraganti Hispaniæ tabulam salvationis obiecit.* Fracta tempestatibus naui, dum naufragus arreptam requisitam tabulam brachiis allicientibus tenet, feliciter ab vndis liberatur, Annon Mariæ præsentia Cæsaraugustanis pereuntibus tabula obiicitur? Bernardus sup. *Signum. Fidelis Maria, quæ salutis antidotum nobis propinauit, ministra propitiationis iniectis redemptionem.* Ac si diceret, sese qua saluaremur, exhibuit tabulam naufraganti Hispaniæ. *Spes ista* (ait Augustinus) *vnica reorum, Hæc est* (inquit Damianus ser. de Annun.) *ad quam nos inclinamus*, instar scilicet naufragi tabulam arripientis. Anselmus lib. de Laud. Virg. cap. 1. *sola memoria laudis eius salus pronenis peccatorum: & cui saltem ita concessum fueris sæpe dulci studio posse cogitare de illa, magnū promerendæ salutis indicium censetto* Quid illi, queis concessum, non solùm de Maria cogitare, sed & eius dulcissimo adhuc superstitis vltroneo aspectu frui?

Bernard.

August.

Ansel.

21. *Ex profectione Virginis ad Cæsaraugustanos colligo Hispaniam præcipuè ad prædestinatorum cœtum pertinere.* Perrexit Virgo ad Cæsaraugustanos? Colligo Hispaniã præcipuè ad cœtum prædestinatorum pertinere. Nec enim Deipara pergit ad oues, quæ diuino gregi non sunt addicendæ. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam.* Cant. 1. Indicari postulat, quænam sint oues ad prædestinatorum gregem pertinentes, ne incipiat *vagari* pergendo scilicet ad eas inutiliter custodiendas, quæ æterno errori sunt addicendæ. Cupit illa non incerta, ac dubia vagari, sed viam arripere hominum quæsitorum vtilitate tunc cum primum viæ se committit. Hailgrinus Cardin. *Quia Virgo beata custodem se dixerat vinearum multarum, vt sciat quis palmes sit in vite, & quis extra vitem: indicari sibi petit à Filio de ouibus, quænam sit in grege Domini, & quæ sit extra gregem*, (id est quænam saluandæ, quænam æterno interitui addicendæ.) *Ne tanquam incerta vagetur, & dubia, quibus suas impendat operas.* Impendit Cæsaraugustæ ciuibus? impendit Hispanis? Haud incerta & dubia iter egit Maria, haud vagata est; sed fæliciter cœpit oues Hispanicas quæritare fidelissimum futurum cælestis Pastoris gregem.

Cant. 1.

Hailgr.

22. *Ex hœdis ad oues transierunt Hispani ex speciali in Virginem obsequio.* Oues dixi Hispanicas? Verius hœdos tunc fœdissimos vocitarim. Certè ex hœdis ad oues transiere ex speciali in Mariam affectu, & deuotione. Sponsus Mariæ, *Pasce*, ait, *hœdos tuos.* Cant. 1 Quinam hœdi Mariæ? Hispani peccatores, si hœdi ad sinistram constituti, cur nomine ouium insigniuntur cum Mariæ esse prædicantur? Quia hœdi Hispanici, seu Cæsaraugustani peccatores, infidelitate ablegata mores prauos suos ad bonum pia mutatione composuere. Pulchram audi Ghillelmi sententiam asserentis non omnes peccatores hœdos esse Mariæ. *Hœdi eius non sunt peccatores illi, qui circa Matrem pietatis indeuoti, & inofficiosi existunt, opémque eius non requirunt. Nec illi, qui Virginem studiosè quidem venerari, opémque eius summa instantia implorare videntur: sed à suis sceleribus non conuertuntur. Hos illa non cognoscit; quia sic volunt esse Matrem pietatis, vt non sit Mater iustitiæ, & veritatis: tam officiosi in vno, quam iniuriosi in altero. Soli illi hœdi Mariæ sunt, qui vt illam dignè venerentur, opémque eius assequi mereantur, peccata sua perfectè deserunt, moresque suos ad bonum seria mutatione componunt. Hi adhuc hœdi sunt, quia de recentium criminum vulnere adhuc saucium habent conscientiam: sed tamen hœdi sunt Mariæ, ab ea confouendi, sanandi, & paulatim in oues mutandi, & de sinistrâ damnationis in dexteram felicitatis transferendi.* Huc vsque ferè ille. Hispania quidem hœdus Mariæ, peccata deserens, mores prauos seria componens mutatione, vt dilectam in ouem valeat immutari.

Cant. 1.

Ghillel.

23. *Apostoli preces ad salutem Hispanorum attinentes audit Deipara, & assurgit, vt opem illaturam ad ea quæ, quæ indigna sunt, non excitatur.* Exorans Apostolus Magister Hispaniæ, eius nomine quid petebat? Cæsaraugustæ, & totius Hispanorum ditionis salutem. His piis precibus excitata Virgo viam arripere festinauit. Nec enim à Deipara quidquam postulandum, quod ad animi salutem non spectet. Id monet sponsus: *Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis Dilectam, donec ipsa velit.* Cant. 3. Preces Deiparam suscitant ad viam arripiendam, si quando fideles sua præsentiâ indigent ad animi salutem. Sunt qui curent ipsam excitare, vt ad iniusta properet; hi ab sponso prohibẽtur. Nec enim Maria accurret, nisi cum ad salutem inuocantis excitabitur. Ghillelmus ad hæc. *Multi indigna, id est, quæ præstari non debent postulando, piam Matrem in intimæ suauitatis deliciis quiescentem quantum in ipsis est, improbis clamoribus inquietant. Illorum importunitatem cælestis Sponsus reprimit, dicens: Adiuro vos, id est, vehementer prohibeo, ne suscitetis dilectam, id est, quantum in vobis est, inquietetis talia postulando. Donec ipsa velit; nondum enim vult surgere, vt veniat* (ex Sion, vbi intima suauitate immersa commoratur) *ad effectum petitionum vestrarum; quia non postulatis qualia postulari decet. Ergo postulate digna impetratu, vt delectet piam Matrem surgere interpellando pro vobis.* Surrexit quidem Apostoli dignis precibus excitata, Sion reliquit, & Cæsaraugustam petens, saluti Hispanorum operam impendit. Moneris sanctos excitandos minimè precibus indignis, seu quæ ad animi salutem non pertinere videantur.

Cant. 3.

Ghillel.

OBSERVATIO IV.

Specialis Deiparę erga Hispaniam affectus.

Vbi innuo specialem in nos Diuorum curam

curam ex speciali in ipsos nostra ortum duçere deuotione.

24. *Quam specialis Deipara sit erga cunctas Christianorũ Nationes, Vngari militis probatur exemplo.* Bonfini.

RELIQVÆ Nationes propria euoluentes monumenta specialem Deiparæ erga ipsas affectum exponant. Nec enim vlla lingua potest de Marianis beneficiis conticescere, quæ quidem specialissima esse non difficilè confirmabit. Testor Vngariam, de cuius milite sic ex Antonio Bonfinio lib. 3. rer. Vngaric. Decade 3. anno Dom. 1415. noster Ioannes Busæus suo in Viridar. scribit. *Post pugnam* à nostris contra Turcas & Valachos in Vngaria commissam, in campo, vbi magnus restabat cæsorum corporum cumulus, fortè à viatoribus auditas voces *Iesu*, & Maria: cúmque propiùs se admouissent cumulo, caput loquax ita locutum: *Quid hîc astatis stupentes? Christianus sum, & Dei Matri addictus, sine confessione facta occubui ante biennium. Maria Dei Mater, cui in vita deuotus extiti, linguam hactenus mihi reseruauit, quo confiteri possem. Quare rogo vocate Sacerdotem.* Vocarunt, Confessus est, & absolutione perfecta, illico conticuit. Quodnam illustrius specialis affectûs documentum. Similia cunctæ Christicolarum Nationes, Regna, Prouinciæ exhibeant. Ego quidem meam Hispaniam specialissimè à Virgine obeatam vberrimo calamo possem apertè confirmare. Ea etenim sunt Mariæ beneficia & magnitudine, & continuatione, vt meritò cunctæ Nationes sibi specialissima extitisse certatim affirment.

25. *Hispania cordi Virginis speciatim addicitur.* Cant. 7.

Cunctis igitur ex Gentilitate Nationibus ad vbera Matris nostræ commorantibus speciali Hispania (audacter dicam?) enutritur affectu. Sponsum audite. *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capræ.* Cant. 7. In cuius expositionem præmitto vulgare illud, nempe gentilitatis populos capræ signari vocabulo, si agnus olim nomine Iudaici populi, hircus verò gentilici oblatus est. Si igitur capra gentilitas, cur capræ, seu gentilitatis duo hinnuli duobus Mariæ vberibus addicuntur, fante Ghillelmo: *Duo vbera tua sicut duo hinnuli, hoc est, duo vbera tua duobus congruunt*, seu accommodantur, *hinnulis*? Variæ quidem gentilitatis Nationes designantur hinnulorum distinctione. Vnde aspiciens meæ Hispaniæ specialem erga Deiparam affectum, existimo Hispaniæ hinnulum à reliquis distinctum, vt nõ coaceruatim, sed seiunctim à Virgine vberibus esse donatam videatur, eam scilicet vberum plagam sortitam, vbi sedes præcipua cordi statuitur.

Ghillel.

26. *Hispanicam Cæsaraugustam sua specialissima præsentia gratia donat.*

Cunctis Regionibus obsequentibus sibi suæ protectionis impendit effectus At Hispaniam tam speciali affectu sibi addictam specialissimæ suæ præsentiæ gratia donat sese Cæsaraugustanis præsentans. Rectis sibi corde fauet cunctis Nationibus, rectiori corde Hispanis se præsentem ostentat. Quam bellè Bernardus ser. sup. *salue! Quàm bona Domina his qui rectiori sunt corde! His aduocata nostra sola bonitate sua agente, præsentia sua tantam copiam exhibet, & quam sit exorabilis exhibitione impertita gratia docet; Vt innouati spiritu preclamemt per consolationem experientia: Salue Regina Mater misericordiæ.*, Quid Hispanis illis Deiparæ superstitis præsentia fruentibus accommodatius?

27. *Hispania deuotione erga Virginem ditissima multiplicem sibi auxiliatricẽ nam experitur.*

Cecinit Dauid: *Et filiæ Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Psal. 44. Tyrus quidem emporium ditissimum erat, notissimúmque Hebræis, colebat idola impiissima inter omnes Chananæorum regiones Ciuitas, adnotantibus Dydimo, Athanasio, ac Theodoreto. Porrò Chrysostomus aduertit à parte hîc totam gentilitatem designatam, & à Ciuitate maximè dedita luxui, ac impietati cæterarum luxum, & impietatem Nationum gentilium ostendi. Quid autem: *Omnes diuites plebis?* Lorinus respondet: *Phrasi hebræa sunt ditissimi. Sic enim inter alios modos circum* loquuntur superlatiua, quibus *carent.* Theodoretus verò, Augustinus, & Cassiodorus asserunt particulam hanc: *Ditissimi*, aut *ditissimæ* esse Tyri filiarum, id est Nationum gentilitatis. Præterea clausulæ illa verba: Vultum tuum hebraicè esse: *facies tuas. Panaichie challu ghaxire gham.* Id est, *facies tuas deprecabuntur ditissimi populi.* His præmissis, quæsierim cur gentilitatis vultum Mariæ deprecaturæ filias speciatim recenseat, cùm satis fuisset scribere: *Et Tyrus* id est, gentilitas *tuum vultum deprecabitur*, ô Deiparens? Annon vt cunctas Nationes coaceruatim minimè adnumeret, sed seiunctim afferat deprecantes? Ita planè. Nec enim omnes æqualiter sunt diuites Marianæ deuotionis thesauris. Profectò non immeritò asseruero inter Nationes gentilitatis diuites Hispaniam meam ditissimam affirmari posse, si in Virginem contemplemur affectum tot muneribus attestantibus apud Deiparæ Delubra. Igitur ditissimis filiabus gentilitatis, siue Hispaniæ Prouinciis non vultus in singulari, sed facies multæ Dominæ promittuntur: Facies tuas deprecabuntur ditissimi gentilitatis. Cur ita? Certè, quia specialem Virgo ditissimæ ex obsequio Nationi debet affectum. Hispanis populis Maria tot facies ostentat, quot ipsi ad ipsam aspicientes adnumerantur: Cunctos seiunctim respicit, ad singulorum orationes specialissimè attendit; facies multas gestat; quia flet cum flentibus per compassionem, cum gaudentibus gaudet, sub ducis specie se Hispaniæ hostibus ostendit terribilem; peccatoribus ad ipsam confugientibus exorabilem, cunctis fidelibus nostris clementissimam.

Psal. 44. Dydi. Athan. Theodor. Lorin. August. Cassiod.

28. *Ideo multoculata ad pericula Hispanorum aspicienda.* Cant. 4.

Ideo innumeris luminibus aspiciens Deipara à Patribus prædicatur *multoculata* appellata (de quo alibi) quia plures facies prætendere eam efficit erga Hispaniam affectus. *Vulnerâsti cor meum in vno oculorum tuorum.* Cant. 4. Singulari lumine (seu cunctorum Mariæ luminũ vnitate) spõsus aspicitur; quia respectus ille sola est contẽplatio, sola fruitio est. At quia nos aspicit miseratura, à pluribus calamitatibus liberatura conspicit, tota est diuersitate respectûs oculata. Ghillelmus, *De quatuor*, inquit, *pennatis animalibus, quæ sanctorum typum tenent, legitur: In circuitu, & intus plena oculis esse: hoc aspiciarum sollicitudine curarum, quibus non tantum sibi, sed aliis inuigilant.* Quis tam plenus oculis, quàm Mater luminis?

Ghillel.

Quis

Quis pari sollicitudine nobis (Hispanus loquor) inuigilauit, ac Mater pietatis? An ab hostibus inuisibilibus, aut visibilibus, superabimus? *Quid frustra* (adiicit) *maligni expanditur rete ante oculos eius. Vndique sunt eius oculi aperti* (quia vbique apud nos Virginis erecta Delubra, ipsi dicata altaria) *Idco frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.*

29\. Quid mirum tot Hispaniam Mariæ muneribus affici si nunquam non Virginem Reginã memoria versat, nunquam non se diligentem Deiparam diligit speciali affectûs deuotione? Aiebat Anselm. lib. de excel. Virg. cap. 6. *Nihil vtilius post Deum memoriâ Matris eius, nihil salubrius meditatione pij amoris, quo feruebat. sæpe quippe vidimus, & audiuimus plurimos hominum in suis periculis recordatos horum omnis periculi malum illico euasisse.* Illicò quidem, quia Filium cum Deipara vlnis gestet (quemadmodum Iacobo apparuisse constat) salus in promptu est. Idem Anselmus cap. 12. *Proculdubio benignissimus Filius tuus erit ad concedendum quidquid voles promptissimus. Tantummodo itaque velis salutem nostram, & verè nequaquam salui esse non poterimus.* Annon volet Maria se diligentes liberare? Bernardus serm. sup. *Salue. Agnoscit Virgo diligentes se, & propè est in veritate inuocantibus se.* Apud Ierosolymam commorabatur, & tam propè erat inuocanti Iacobo, ac si Cæsaraugusta ei præberet domicilium. *Præsertim his, quos videt sibi conformes factos, & totam spem suam* (post Filium suum) *in ea posuerint, & toto corde quæsierint.* Colligo ex præfatis specialem in nos Diuorum affectum ex speciali nostri in ipsos oriri obsequio.

Illico occurrit Hispaniæ semper Mariæ memoriã tenenti, ardenter diligens.
Ansel.
Bernard.

Observatio V.

Verum erga Virginem Hispaniæ studium est, eiusdem virtutum imitatio.

Diuos enim eorum facinorum imitatio non vacuæ preculæ honorant.

30\. PROXIMA Bernardi verba perpendo: *Propè est Maria inuocantibus, præsertim his, quos videt sibi conformes factos.* Addit, *in castitate, & humilitate.* Vestra venia, ô florentissima Orbis Regna, asseruerim Hispaniam specialissimè existere horum Mariæ virtutum imitatricem. Testor tot virginum Monasteria, castitatis Marianæ germen. tot Delubra Virgini sacrata, vbi rutilant humilis deuotionis obsequia.

Bernard.

31\. Propè itaque est Maria suis imitatoribus, his apparet opem aduersùs hostes latura, *Ego murus*, inquit, *& vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.* Cant. 8. Turris sunt protectionis vbera pietatis Marianæ hominibus, ex quo reperio in eis pacem, hoc est, eum primum, superatis hostibus, meritum virtutum pacificè eos adspicio imitatores. Honorius appositè. *Ego ero murus eis; quia, si vitam meam imitabuntur, erunt inexpugnabiles. Et vbera mea turris, id est* per mea exempla erunt tuti *in bono. Ex quo* (adiicit) *facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Ex quo tempore Deum precibus placaui, & eis pacem & gratiam impetraui.* Vbi adnoto pacem & gratiam simul incedere. Frustra pax quæritur hostibus Hispaniæ superatis, dum Deo impugnando opera datur, dum fouendis vitiis studium impenditur.

Apparet Maria opem latura suis imitatoribus.
Cant. 8.
Honor.

Ancilla iure specialissimo Mariæ Hispania; quid ni Dominæ opera imitari studeret? *Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ.* Psal. 122. Annon ancillula manibus heræ intenta, si operosam aspexerit, studet imitari: si socordem verò, simili desidia soluitur? Et Virgines veræ ancillæ, quæ egregia ipsius opera imitantur. Bonauentura in spec. *Ancilla. Domina Maria est qualibet anima fidelis illi deuota. Huius ancillæ oculi in manibus Dominæ suæ semper debent esse; quia oculi omnium nostrum ad manus Mariæ semper debent respicere.* Vt accipiamus quidem protectionis munus, sed priùs vt actiones egregias imitemur. 32.

Hispania ancilla Mariæ eius actiones imitatur.
Psal. 122.
Bonauent.

Expende duplicem illam particulam Bernardi: *in castitate, & humilitate.* Virginitas Dominæ ab ancilla Hispania referatur oportet, ea scilicet quæ sit cum fœcunditate coniuncta. Quid Virginitas & fœcunditas? Castitas quidem cum eleemosyna copulata. Sic Ghullelmus ad illud Cant. 8. *Sub arbore malo suscitaui te. Bene*, Christus ait, *piam Matrem meam miraris, & veneraris; Sed quia in imitatione totus venerationis est fructus, imitare quam veneraris, imitare illam tam in partu quàm virginitate. Illa in corpore virgo & mater est: te quoque in spiritu virginem & matrem esse oportet. Illa enim me caput omnium corporaliter peperit, & virgo permansit: te quoque similiter oportet membra mea*, id est pauperes, *spiritualiter parere, atque in spiritu virginem permanere.* Eleemosyna enim custodia castitatis An solùmmodò *in spiritu* nos oportet virginitatis esse cultores? Certè & in corpore integri virginitatẽ Deiparæ imitari oporteret. 33.

Studiosus Mariæ eius virginitatem fœcundam imitatur.
Ghillel.
Eleemosyna castitatis custodia.

Quid si exciderit virginitatis decus? Si virginem non imitaris, humilem imitere necessum est: *Et humilitate.* Ex eodem Bernardo ser. 7. ex paru. accipite documentum. *Nõ in sola virginitate cõstare poterat gratiæ plenitudo; nec enim omnibus est datum de ea accipere. Felices qui non inquinauerunt vestimenta sua, & cum Regina nostra de virginitatis priuilegio gloriantur. Sed num vnam tantùm benedictionem habes ô Domina; & mihi obijcere, vt benedicat. Periit virtus illa à me; numquid mihi non erit aliquid apud te? Non erit vbi possim esse tecum qui tam sequi non valeo quocunque ieris? Quæri Angelus puellam, quam præparauit Dominus filio Domini sui, bibit etiam de hydria tua, cognatà sibi virtute virginitatis delectatus. Sed num quid & iumentis potum non tribues? Bibit Angelus, quòd virum non cognoscis, bibant iumenta, quòd singulariter de humilitate gloriaris: Quia respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ* Ergo ancillæ Mariæ, si de puritate non possint, de Dominæ humilitate glorientur. 34.

Imitetur humilitatem is, à quo puritas discessit.
Bernard.

Tepidum planè (ne dicam frigidum) quorũdam deuotulorum studium, qui se Virginis obsequio 35.

Non verò

deuotus Maria ille, quem in se Virgo nō transfert. — obsequio addictos iactant, quia quasdam ei quotidie preculas exoluunt negligentes simul Virginis virtutes imitari. Amor, cùm ardentior, ad similitudinem eurat adoiti, Aristotele (Arist.) lib.3 Ethic. fante: *Amor aut similes inuenit, aut facit.* Virgo quoscumque sibi verè affectos experitur, ocyus ad similitudinem suam & morum imitationem transferre satagit. *Si quis paruulus venias ad me; & insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum.* Prou.9. (Prou.9.) Suis Virgo (authore Andrea Cret.) suarum virtutum conuiuium apponit. Bonauentura (Bonauent.) ser.1. de Virg tom.3. *Quia igitur tota ardens fuit, omnes se amantes, eámque tangentes incendit, & sibi assimilat. Vnde similis dicè potest cuidam lapidi pretioso, qui manus se tangentis adurit.* Inferiùs. *Nam ferrum igne non tactum est frigidum, est durum, est rubiginosum; sed dum ignis aduenit, ferrum calefacit, & mollitum vertit, & eius rubiginem consumit, & in suam pulchritudinem ipsum vertit. Tu ergo habens cor non carneum, sed ferreum nimis durum, si hoc igne Maria tangeris, affectu calescis, & compassione mollescis, & omnis peccati rubigine spoliaris, & similis illi igneus efficeris.* Frigidús-ne, durus, & rubiginosus appares? Perspicuum documentum te minimè verè Virginis studiosum ab ipsa in suum haud adsumptum obsequium, haud addictum protectioni.

36. Diligo, ais, affectuosè Virginem. Et rectitudinis deseris viam? Et Diabolo vitiis indulgendo præbes obsequium? An id Deiparam diligere? Audi sponsum. *Recti diligunt te.* Cant. 1. (Cant. 1.) Sunt qui tuam diligunt protectionem, non *te.* Iniqui planè vberum tuorum, ò Mater pietatis, dulcedinem amant, *te* autem non diligunt, tuas actiones negligentes imitari. Soli igitur recti, seu qui rectè viuunt, te ipsam diligunt. Rupertus (Rupert.) bellè. *Recti soli & sic priùs per odium iniquitatis diligentes diligunt te, & hi soli fructuosè veniunt ad te. Porrò eos, qui diligunt lac tuum, & non te (hoc est, amant te propter se, & commoda sua, non propter te, & honorem tuum) quantumlibet adulentur tibi, repellet eos ab vberibus consolationis tua.* — *Qui recti sūt diligunt Virginem ipsam imitando, non solum illius munera.*

Excitata Apostolica oratione accessit Deipara, lactans Filium sese ostendit fidelium Hispanorum futuram parentem. At minimè ad profectionem excitabitur nisi digno clamante. 37. *Digni postulemus, vt assurgat Virgo ad protectionem nostram.* *Adiuro vos,* ait sponsus, *filia Ierusalem, ne suscitetis dilectam, donec ipsa velit.* Cant.3 (Cant.3.) Ad quæ Ghullelmus (Ghilhel.). Filias vocat, in quo vt molles notat; (fortissimos pudeat Hispanos) *nam si viriliter saperent hi* (vt aguot) *filij vocarentur. In eo tamen, quod non filias Babylonis, sed Ierusalem dicit, suauiter blanditur, & allicit. Multi indigni, quibus præstari non debeat, Virginem inquietant. Igitur postulato digni exaudiri;* (Virginis imitatores) *vt dilectæ piā Matrē surgere, digni postulate, & tūc volētē surgere suscitabitis.* Vti Iacobus,

---

SECTIO SEPTIMA.

Vitalis Mariæ Mors.

PATRVM CONTEXTVS.

Num.2. MARIÆ palmæ quidem tam onustæ fructibus non demittuntur ad terram desideriorum comæ, sed ad superos eleuantur; Absente enim Christo, Deiparentis vita longa mors, æterna spes, intermi nabilis ploratus. 13. Transmigrationis palmæ ad cælestem paradisum palmeum terreni germen index Mariæ ab Archangelo adiicitur. Ecclesiæ proceres nouissima Matris benedictione donandi ad Ierosolymam ab Angelis adducuntur, &c. 14. Testamentum Mariæ reliquum veneramur, quo paupertatis munera fidelibus Virginibus relinquuntur; diuitiarū autem donis iusti ac peccatores cuncti donantur. 15. Mariæ animus auolans Dilecti sinu requiescit; vt horrores mortis omnino abolerentur. 16. Sese vitæ officinam fuisse, corpus confirmat Marianum, dum & corporibus ægris, & animabus mortuis præsentat medicamina.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Postulat Deipara à vita dissolui.

1. *Cupit Virgo dissolui à corpore.* ABsente Christo Deiparentis vita longa mors.] Dissolutionem è corpore enixè Maria postulabat, vt cum Christo commorari posset. *Amor enim Christi* (loquor cum Sophronio (Sophron.) serm. de Assumpt.) *Maria desiderium pariebat, desiderium verò gliscens quasi nouis reparabatur ardoribus in tantum, vt credam, quod nonnunquam omnia etiam, & semetipsam transcenderet; quia omninò amor impatiens quod* amat

amat non potest non videre. Quæso, si qua sunt in vobis viscera pietatis, considerate, quo cruciabatur amore, quove desiderio æstuabat Virgo? Puto, quod quidquid cordis est, quidquid mentis, quidquid virtutis humanæ, si totum adhibeas, non sufficias, vt cogitare valeas quanto indesinenter cremabatur ardore pij amoris. Quia & si diligebat Christum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota virtute, nouis tamen quotidie inflammabatur præsentia absens desideriorum affectibus: tantò validius, quantò diuinis illustrabatur intus visitationibus. Differebat tamen Virginis obitum Ecclesiæ vtilitas. *Erat námque* Ansel. (ait Anselmus lib. de excel. Virg. cap. 7.) *vtilis, & necessaria fides nostra conuersatio sua.*

2. *Per nuntium, certior fit de discessu.* Ad prouectam aduentarat ætatem Deiparens, gloriosum Filij Nomē vbique terrarum nō absque ineffabili voluptate videtat annūciatū, seque, vti ipsa prædixerat, à cunctis generationibus prædicatam. Assiduis suum hinc ad Filium discessum precibus efflagitante; optatissimū adest tempus dissolutionis, ab Angelóque (putarim Gabriele) facta est Virgo summa cū lætitia extremi diei certior. Metaphrastes sic: *Cum ætate prouecta ad multā senectutem peruenisset, & peregrinationis finis tempus esset præsens, per Angelum se migraturam esse à Filio edocta est: sicut antea quo tempore in eius ventrem ingressurus erat, nunciatum illi fuerat.* Innuit quidem Pater ab eodem Angelo nempe à Gabriele vtriusque Virginein euentus & incarnationis Verbi, & propriæ mortis certiorem effectam. Cedrenus in Comp. & Niceph. lib. 2 cap. 21. idem affirmant.

3. *Palmam Archangelus Virgini offert.* Quia verò triumphalis potiùs inuectionis, quàm mortis ille dies, palmæ ramum Virginei triumphi documentum à Filio (è terreno, vt creditur, paradiso, Euæ secundæ haud abnegato habitaculo) in vnus Deiparens accepit. Cedren. Cedrenus ibid. *Quindecim ante diebus Maria suum exitum cognouit, tridnóque ante Archangelus ad eam venit præmium portans.* At Metaph. Niceph. Metaphrastes, & Nicephorus apertè asserunt palmam Virgini præsentatam, rutilantibus foliis oculos perstringentem.

§. II.

Quid post felicem nuncium acceptum?

4. *Fidelibus denunciatur Mariæ obitus.* Metaph. E *Celesiæ Proceres &c.*] Respondeo ex Metaphraste proferente: *Eam rem lætitia tanta, quanta verbis explicari non potest, Mater indicans, statim iussit plurima lumina in domum afferri, idque factum est: tota verò domus mundata est, lectus item, & thalamus ornabatur, & conuocabantur quotquot erant cognati, & vicini, vt eum ea lætitia fierent participes. Deinde parata erant omnia ad excessum. Significat itaque iis, qui conuenerant, id quod ei Filius per Angelum nūciauerat; ostendit autem brauium quod similiter ab eo datum fuerat: id verò erat ramus palmæ, signum victoriæ mortis & vitæ imago immortalis. Sicut etiam Hebræorum pueri id eius faciebant Filio inspirati diuinitus; illi enim appropinquanti ad passionem hi ramos palmarum efferebant, eum futurum victorem mortis ante significantes.*

5. Denunciat itaque Virgo lætissimum Ioāni nuncium, quo omnia ad decessum necessaria præpararet. At Ioannes, pro officio, Mariæ obitum notū eis effecit, qui Ierosolymis tūc adetāt fidelibus, cognatis, & propinquis tam viris, quàm fœminis, per quos ad Vrbes proximas res delata. *Expendo prædictam sententiam.* Cuncti pro temporis ratione conueniunt ad diem in monte Sion Virginem inuisuri ea in domo commorantem, vbi tot tantáque à Christo, ac Paracleto fuerāt patrata mysteria quæ ad id vsque tempus Virgini perpetuum fuerat Domicilium (Monasteriū quidē Virginum effectum.) Legendus Andre Cret. Creten. Orat. 1. de Dormit. Damasc. Orat. de Assump. Damasc. Cedre. in Comp. Niceph. lib. 2. cap. 3. Cedren. Nazian. Niceph. Trag. de Chri. pati & Metaph. citat. Nazian. Adducūtur lumina pro cuiusque pietate plurima, vnguenta de more; hymnique in discessu cantandi præparantur. Metaph.

6. *Adsunt Apostoli nube ferente conducti.* Adsunt illicò diuino quodam modo & rationi mirabili Apostoli cuncti tunc superstites dispersi per Orbem, Petrus, Ioannes, cū reliquis, viríque Apostolici Ierotheus, Timotheus, & Dionysius Areopagita cum viris aliis sāctitudine insignibus; qui quidē nube vecti, domum ingressi, spectaculóque addicti lacrymabili, summis precibus, ne cōmunis Ecclesiæ Parens abesset, efflagitarunt. Cōfirmo ex Damasceno Orat. 2. de Assump. fiore. Damasc. *Apostolos, qui passim toto Orbe ad hominum piscationem aspersi erant, diuino imperio nubes, retis cuiusdam instar, ad Ierusalem vrgebat, velut aquilas quasdam compelleas, atque in vnum cogens. Vbi enim fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Metaph. Metaphrastes. *Per nubes*, ait, *suos Christus congregat Discipulos, vt venerandum Virginis corpus mandarent sepulturæ.* Nicephorus lib 2. c. 21. addit. *Tonitrus atque nimbi sonitu ex finibus omnibus suos Christus Discipulos congregat.* Testem oculatū Dionysium Areopagitam adhibeo. *Testis oculatus Areopagita.* *Quandoquidem* (inquit lib. de diu. Nomin. c. 3.) *& apud ipsos Numine afflatos nostros Hierarchas, quando & nos, vt nosti, & ipse, & multi Sanctorum nostrorum fratrum conuenimus ad visionem corporis vitæ Principis, vel quod vitam inchoauit, vel quod Deus suscepit. Aderat autem & frater Domini Iacobus, & Petrus summa, prouectissima Theologorum summitas.* Sunt, qui existimāt adfuisse Iacobum Zebedæi filium: sed obiisse probo Tom. 4 *Aderant* (addit Damascenus) Damasc. *vna cum Apostolis sanctissimus Timotheus, & Dionysius Areop. quemadmodum ipsemet Dionysius de B. Ierotheo, qui & ipse tunc aderat, in iis libris, quos ad prædictum Timotheum elaborauit, testatur.* Legendus Iuuenal. Arch. Ierosol. ab Iuuena. & alij. Euthimio relatus lib. 3. c 40. Andr. Cret. Orat. 2. de Dorm. Michael Syngel. in vita Dion. S. Gregor. Turon. lib 1. de glor. Mart. cap. 4. Ildephon. ser. 9. de Assump.

7. *Lætitia Virginis Apostolos benedictione donauit.* Quidnam Deipara ex filiorum conspectu? Mirum in modum lætitiâ est affecta. Metaphr. Metaphrastes scripsit. *Postquam vidit eos Deipara, cognouit autem ea fuisse propter quam omnes statim accersiti fuerant, & vniuscuiusque audiuit petitionem, eos quidem, vt par erat, impertiit benedictionibus.* Innuit inscia Virgine Apostolos aduentasse. At probabilius existimo tantum priuilegium ipsius precibus tribuendum. Vberius rem Damascenus citatus describit. Damasc. *Videor mihi, ait, videre sanctis sanctiorem, & piis magis piam dulcem Mannæ vrnam,*

aut,

aut, vt verius dicam, fontem super aliquem lectum decumbentem in indiuisa & inclyta Ciuitate. In ea ergo Virgo iacebat super aliquem felicissimum lectum. Aderant ergo hi qui Verbum & ipsi viderant, & ei seruierant, eius quoque Matri, vt debebant, ministraturi, & tanquam pulchram, & pretiosam hæreditatem ab ea hausturi benedictionem. Cui enim dubium eam esse fontem benedictionis, & omnium bonorum scaturiginem? simul quoque aderant eorum asseclæ, & successores, & ministerij, & benedictionis simul futuri participes. Postquam autem omnes desiderio simul, & debito satisfecerunt, & ex multis floribus, varijsque hymnis contextam sacram contexuere coronam, benedictionem tanquam aliquem à Deo datum thesaurum accepere, Nicephorus adiicit lib. 1. cap. 21. *Vnusquisque, quæ optaret, precatur, benedicere omnes dignatur, & extremis illos vocibus compellat. Deinde Petrum ad se venire iubet, mox etiam reliquos Apostolos vocat, ardentes habentes faces, & mirificè exultans, labiaque aperiens, gratias Filio agit.*

8. Aduocant interea cælestes Proceres à superis Mariam. *Agedum*, (cum Damasceno loquor) *huc ad nos veni, ô diuino, & qui vitam adfers thesaure, veni ad nos desiderantes, qua finem posuisti nostro desiderio.* At vberioribus verbis, eloquentia mœroris filia, terricolarum eam retrahebat sanctorum multitudo. *Mane nobiscum*, (addit ille) *quæ es nostra consolatio, quæ es vnicum nostrum in terra solatium; ne nos relinquas orphanos, quæ es mater misericordiæ: venientes in periculum habeamus te laborum requiē, & sudorum refrigerationem; tibi, si velis manere, in tua est potestate; & si velis recedere, nihil est impedimenti, si recedis, quæ es Dei Tabernaculum, nos quoque recedemus, qui vocati sumus tuus populus propter tuum Filium. Te solam in terra relictam habemus recreationem, tecum viuente simul viuere, & cum moriente mori, est beatum. Quid autem dicimus, moriente? Tua quidem mors est vita, & vita est melior: & hanc vitam superasti incomparabiliter. Nobis autē quemadmodum erit vita vitalis, si te non habeamus, cum qua versemur? Hæc mihi videntur Apostoli cum tota Ecclesia congregatione dicere Virgini.* Quid autem fidelibus filiis fidelior Mater? *Vos*, inquit, *valete filij*, (adhuc Damascenus) *meum autem hinc decessum ne luctu, sed lætitiâ potius prosequimini: quandoquidem vobis est persuasum, nos transire ad gaudium.*

Aduocatur à cælicolis, & terricolis Deipara.
Damasc.

§. III.

De Virginis Testamento.

9. T*Estamentum Mariæ reliquum veneramur.*] Ioannes quidem indiuiduus Mariæ minister memoriæ papiro scripsit, quæ Deipara reliquit suæ vltimæ voluntatis monumenta. Animum quidem cœlo non moriens addicit, viuens enim à primo conceptionis instanti donarat. De corpore sic ex ore Damasceni: *Videte, vt corpus meum mandetis sepulturæ in hac figura, in qua ego me composuero; hæc enim, inquit, est mea voluntas.* Corpori adeo Virgo purissima tunicam acu adaptauit, vt nulla sanctissimæ carnis particula oculis patesceret.

Iubet corpus humari eo habitu, quo ipsa relinquit.
Damasc.

10. An hæreditatem pinguem posteris reliquit? Duabus Virginibus (comitibus-ne an ministris famulantibus?) duas distribui vestes imperauit. Metaphrastes, *Virgo ad Ioannem aspiciens virginem, Duas, inquit, tunicas, quas toto vitæ tempore habui mei corporis* tegumentum, eas dari iubeo *hisce duabus mulieribus.* Et infrà, *Etenim Deiparà vitam finiens, duabus virginibus duas suas vestes donauit loco benedictionis: ex quibus vna fuit ex mei generis maioribus; quæ id accepit, quod donatum fuerat, & in arca posuit, & omnino iussit his, qui erant sui generis, vt esset virgo vnaquæque, quæ eam acciperet.* Nicephorus autem. *Tum Virgini Discipulo, & itidem aliis ipsa Virgo præcepit, vt duas eius tunicas viduis*, (corrige *virginibus*; ipse enim author se lib. 15. correxit) *quæ præter cæteras propensiori amore, atque pietate fuissent, donent.*

Duas tunicas duabus inter virginibus distribui.
Metaph.

11. Num oobis ô Virgo Mater, haud reliqua vlla benedictio? Certè, ioquit, iustis affectum exhibeo: peccatoribus autem offero protectionem, à quibus nunquam recedam, duplici si conditioni fidem præstent, scilicet si deuotio eorum cū vita terminetur, & huiusmodi deuotioni operam præstent non vt liberiùs suis indulgeant voluptatibus; sed vt meo præsidio ad meliorem sese frugem recipiant. Ea ex Doctorum sententiis, ex historiarum de Virginis ineffabili pietate periodis collecta credite. Inferiùs expendam.

Legatum à Maria hominibus.

12. Enim verò haud silentio involuam virgineæ vestis in Constantinopolim perlatioocm. De qua Nicephorus lib. 15. cap. 24. profatur. *Leone imperante, veneranda immaculatæ Matris vestis Constantinopolim hoc modo perlata est. Hanc Mater Dei ad Filium migrans Hebrææ Virgini reliquit, quæ etiam ad illud ipsum tempus incorrupta permansit, & multa miracula edidit. Postquam autem Candidus, & Galbius germani fratres patritiâ dignitate præditi Ierosolymam profecti, omnia ibi loca perlustrârunt, & exosculati sunt; atque inde etiam in Galilææ partes venerunt, & Thesaurum hunc apud Iudæā quandam seruatum inuenerunt, consilium eius auferendi ceperunt, & Ierosolymorum Vrbe peragratâ, & sancto quoque loco salutato, ex Palæstina discessuri arcam eadem longitudine & latitudine, quæ illa erat, in qua diuinæ Matris Dei vestis reposita erat, fieri curarunt. Solito ornamento coopertam per fraudem in loco suo deposuerunt, alteram autem illam cum sacrosanctâ veste receperunt, & cum ea quàm celerrimè Constantinopolim recurrerunt; in suburbana regione, cui Blacherne nomen erat, occultare diuinum Thesaurum volentes. Quandoquidem verò rem tentare, quæ fieri nequiret, visi sunt, eam ad Imperatorem retulere. Atque ille incredibili elatus voluptate, eo loco, vbi asseruabatur, constructo Templo, cum magna veneratione sacram arcam in eo collocauit: vbi nunc quoque veneranda illa vestis seruatur integra, veluti inuictum, perpetuúmque Vrbis præsidium: quæ varios repellit morbos, & miraculis, quæ in ea fiunt, naturam, & vim temporis superant.* An non piaculum, vnicam particulam narrationis huiusce supprimere?

Vestis Virginis in Constantinopolim perlatio.
Nicephor.

§. IV.

Deiparæ Mors eximiis est priuilegiis ornata.

13. *Miraculis plena Mariæ Mors.* Creten.

M*Aria animus auelans Dilecti sinu requieścit.*]Moritur Adami filia sed eximiis est nobilitata priuilegiis Mater Dei, fante Andrea Cret.orat.de Assump. *Virgo miraculo plenum Mundo reliquit suum decessum.*

14. *Christus stipatus cœlestium Choris.* Damasc.

Primùm fuit priuilegium,Christum Angelorum Choris stipatum Virgini morienti astitisse. Damascenus orat.2. *Rex* inquit, *ipse ad Matrem suam venit,vt diuinis suis, & purissimis manibus sanctam,& labis expertem ipsius animam susciperet.* Nicephorus. *Altissimus Filius eius cum innumerabili Angelorum exercitu descendit animam Virginis assumpturus.* Sophronius autem de Assump. *Creditur, quod Saluator omnipotens ipse,quantùm datur intelligi, per se totus festiuus occurrit,& cum gaudio eam secum in throno collocauit. Aliàs autem*(id probat) *quo modo impleuisse creditur, quod in lege ipse præcepit: Honora matrem tuam?* Videndus Gregor. Turon. lib.2. de glor.Mart.c.4.Ildeph.ser.3.de Assum.Porrò innumeram cælestium Procerum multitudinem Christum circundantium, Virginis cadauer,animúmque festiuo plausu prosequentium eleganter hic Præsul describit ser.1.fatus. *Vidi Ierusalem descendentem de cælo a Deo ornatam auro mundo,& lapidibus pretiosis intextam, quo profectò hodie decorata ideo descendit, vt Reginam mundi Mariam secum eueheret ad sublimia. Quod si Dauid vna cum omni populo dignum duxit Arcam veteris Testamenti cum tanto honore prosequi:multò religiosius est hanc dignis laudibus commendari. Ascendit Dauid*,ait textus,*& omnis populus cum eo,vt ferrent Arcam Dei. Dauid, & omnis populus ludebant coram Domino in canticis,& cytharis, & sistris, &c. si in figura tanta confertur gloria,quid hodie ante Mariam,quando in cælestem Ierusalem eius animus euehitur? Quantus exercitus Sanctorum cum hymnis præcurrit?*

Gregor. Turon. Ildeph.

15. *Reddit Filio gratias,eique animum & corpus commendat.* Metaph. Damasc.

Annô Filio gratias reddidit Deiparens? Nunc non ei animum commendauit? *Benedico tibi,* inquit, *datori omnis benedictionis*, (cum Metaphraste loquor) *qui meum ventrem inhabitasti; benedico tuæ charitati, quâ nos dilexisti, Domine, & magnifico verba tua,quæ nobis data sunt in veritate:& credo mihi affutura quæ dixisti.* Et Damascenus, *In manus tuas Fili,commendo spiritum meum, suscipe tibi charam animam, quam conseruasti alienam omni reprehensione;meum corpus tibi trado,& non terræ,custodi saluum,quod tibi placuit habitare,& cum natus esses conseruasti virginem. Tu meis filiis maximè desiderabilibus, quos tibi placuit vocare fratres, esto mei discessus solatium: benedictioni eorum adijce benedictionem per mearum manuum extensionem.*

16. *Obiit sine dolore.* Damasc. Ildeph.

Secundum mortis Mariæ priuilegium;sine dolore obiisse,fante Damasceno, *Quemadmodum antequam vllo partus dolore afficeretur,peperit: ita etiam ipsius è vita discessus doloribus caruit.* Ildephonsus autem serm.9. *O quam venerandum*, exclamat, *præ cæteris honorandum diem, in quo Dei genitrix Virgo Maria de Mundo migrauit ad Christum,quæ dolori non subiacuit post partum,non labori post transitum.* Cur dixit: *post partum & post transitum*,si in ipso partu ac transitu doloribus homines soluuntur? Quia sicut partus Virgini fuit ac si pariendi occasio præteriisset, nullo dolore comite: fuit ei ipsa transitijs instantia ac si præteriisset. Post transitum-ne homo doloribus mortis excruciatur? Minimè. In transitu igitur Maria tam fuit dolore immunis ac *post transitum.* Idem à Nicephor.& Metaph.affirmatur.

17. *Haud confecta ægritudine, præ dilectionis magnitudine obiit.* Num. 33. Deut. 34. Albert. Carthus.

Addo nulla confectam ægritudine Virginem obiisse (vt tertium exponam priuilegium.) Obiit-ne sic Aaron in monte Hor. Num. 33.& in montanis Nebo Moyses, Deut. 34. *Mortuus est* ibi *Moyses seruus Domini,iubente Domino, non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt.* Quid ergo de Virgine affirmandum? Profectò amoris vis Virginem à viuis abstraxit, vel à mortuis ad viuos fecit auolare. Albertus Mag.in Mariali. *Beata Virgo præ amore,& sine dolore mortua est.* Carthus.lib. 4.de laud. Virg.art.3. *Ad intuitum dilecti Filij sui cum incomparabili aspirauit ardore,diuinarum quoque rerum contemplationi erat profundissimè tunc intenta; ergo præ spiritualis suauitatis affluentissima experientiâ, ac feruentissima dilectione separabatur sine pœna a corpore.* Ex B.Brigitta lib.6.cap.62. confirmo. *Paraui me*, inquit Maria,*ad exitum, circumiens omnia loca, more meo, in quibus Filius meus passus fuerat. Cumque quadam die animus meus suspensus esset in admiratione diuinæ charitatis, tunc anima mea in ipsa contemplatione repleta fuit tanta exultatione, quòd vix se capere poterat; & in ipsa consideratione anima mea à corpore fuit soluta.* Non quidem tunc, quando loca sacra percurrebat: sed in lectulo collocata postmodum coram Apostolis apud Sion rursus redeunte diuinæ charitatis admiratione, præ exultatione amoris obiit. Igitur *in ipsa consideratione anima* Virginis *a corpore fuit soluta*, quâ tunc affecta est quando parans se ad exitum loca sacra lustrabat.

Brigit.

18. *Omnem corruptio ab eius corpore effugit.* Damasc. And.Cret.

Quartum priuilegium fuit omnem corruptionem à Deiparæ corpore effugisse. Damascenus orat.1.de Dormi. *Non vidit*, ait, *caro tua ô Virgo corruptionem.* Et orat. 2. *Si Virgo lætantium omnium habitatio est, eius profectò,quæ lætitiæ causa extitisset, atque incolumem virginitatem in partu seruasset,incorruptum etiam post mortem corpus seruari oportebat.* Contestatur Cretensis orat.de Assump. *Mater,quæ ipsa in Vitæ re pepererat consecuta est vitæ finem partus non absimilem,& miraculum Deo,& fide dignum. Sicut non fuit corruptus parientis vterus, ita mortua caro non interiit. O miracula! Partus effugit corruptionem, & sepulchrum non admisit interitum.*

19. *Fuit Mors Deiparæ miraculis illustrissima.* Damasc. Niceph.

Quintum denique sit Mortem Virginis multis fuisse miraculis illustrem. Ad hæc Damascenus orat 2. *Hic surdis auditus, claudis pedum firmitas restituebatur, cæcis visus instaurabatur, peccatoribus cum fide accedentibus syngrapha lacerabantur* Nicephorus lib.2.cap.22. *Apostoli,& qui præterea ibi aderant viri egregij lectum coronâ circumdantes, reuerenter Virginem osculantur. Ad quam deinde quam plurima fiunt*

miracula;

miracula;cæci namque oculis Solem cernunt ; surdis auditus datur , claudi gressus recipiunt ;& , vt semel dicam, omne morbi genus in tactu solo profugit. Idem scribit Metaphrastes.

§. V.

Nonnullas præterea Mortis Marianæ circunstantias adnoto.

20. *Viatico munita Virgo obiit.* CRedibile planè (vt author nouus quidē, sed doctus affirmat) Apostolo Petro ministrante, Deiparam tunc viatico Eucharistici sacramenti fuisse refectam. Quod si , Damasceno doctore, Mors Deiparæ Verbi incarnationem referebat, pane Eucharistico nobilitatam fuisse affirmarim. Fatur D. Thomas 1.2.q. 102.art.3. (Thom.) *Erat iste panis sicut in spica in statu legis naturæ in fide parentum; erat autem sicut simila in doctrina legis Prophetarum ; erat verò sicut panis formatus, post humanitatem assumptam, coctus igne , id est , formatus Spiritu sancto in clibano vteri virginalis.* Pane igitur quem à te ô Virgo , in mortis præsidium homines accepimus , poriori iure reficeris , vt tua Mors vitalis exsurgat.

21. *Expirantis Mariæ habitus.* Quonam modo, ais, Deipara spiritum emisit ? Describit Metaphrastes fatus: (Metaph.) Cùm preces ad Filium direxisset, *se reclinat in lecto , & manibus in altum sublatis , cum nulli reprehensioni affine suum corpus in honestam & decoram figuram composuisset , & os venerandum aperuisset, (etenim videbat iam Dominum ad ipsam venientem cum multitudine Angelorum) tota impletur gaudio , & voluptate ; & cum rursus dixisset : Fiat mihi , Domine , secundum verbum tuum , emittit tanquam in somno spiritum.* Quàm affinis Mortis huius instantia instantiæ Incarnationis mysterij , si eisdem verbis vtitur Deiparens vt moriatur, queis vt Filium Dei conciperet vsa prædicatur! Lege Nicephor. lib.2 cap.21.

22. *Noctu obiit.* Num diurno, an nocturno tempore obierit? Si requiras, Solem illum clarissimum obtectum nocte nubis more gerente, Gregorius Turon. (Turon.) lib.1. de glor. Martyr. cap.4. affirmat. *Congregati sunt, ait, omnes Apostoli de singulis regionibus ad domum eius : cúmque audissent , quod esset assumenda de Mundo , vigilabant cum ea simul , & ecce Dominus Iesus aduenit cum Angelis suis , & accipiens animam eius , tradidit Michaeli Archangelo , & recessit. Diluculo autem lauauerunt Apostoli cum lectulo corpus eius.* (Ildeph.) Ildephonsus autem serm. 4. de Assump. inquit , *O beatissima & gloriosa celebratio noctis huius , in qua Virgo venerabilis Maria cum laudibus cælestis militiæ poli aula cum ineffabili triumpho excipitur, ex cuius carne Dominus Verbum caro efficitur , quam ad immortalitatis gloriam transmutatam , ac super Angelos eleuatam nullus fidelium ambigit.*

23. *Psalmodia Angelorum.* Certè vbi sanctissimum Deo Deipara tradidit spiritū, suauis per æthera psalmodia resonat Angelorū partim animā in cælū comitantiū, partim corpori hærentiū, eiúsque mirificè celebrantiū exequias. (Sophron.) Sopht. ser. de Assump. *Ad cuius exequias, quantum fas est credere, famulabantur Angeli, & vniuersa cælorum gratulabantur curia.* Iuuenalis verò apud Euth. lib.3.c.40. (Euthy.) *Et cùm apud eam essent Apostoli , ets. visio extitit Angelica , & audita fuit diuina hymnodia præstantiorū Potestatum, & sic cū diuina gloria, & supercælesti in manus Dei sanctā tradidit animā ratione quadam ineffabili* Ildephons ser.3. (Ildeph.) *Quod si ad partū virginis tota Angeli cātauerunt, credimus, quod hodie dignàs concelebrarunt exequias, & suscipiunt cum gloria Matrem sui Creatoris gaudentes.* Aduētus quidē Creatoris Mundo salutaris, è quo sedes Angelorū reparandæ erant, gaudium peperit Angelis, quos similiter affecit lætitia Matris Creatoris ascensio.

24. *Angelorum ac elementorum concentus.* Porro & Angelorum & elemētorū cōcentū sic descripsit Orat. citata Damascen. (Damasc.) *Elemētorū, vt mihi quidem videtur, factus est motus , & alteratio, vocésque & strepitus ; laudésque dignas cantabant Angeli præcurrentes, deducentes, cōsequentes, partim quidē sanctissimā , & nulli culpæ affinem animam comitantes: & simul ascendentes, donec regali throno stetisset Regina; partim autem diuinum corpus circundantes, & canticis, quæ Angelis digna erant, Dei Matrem celebrantes.*

25. *Quid interea Apostoli?* Apostoli interea, reliquique qui aderāt Apostolici viri stupore correpti, summa cū reuerentiâ, ac lacrymis (exultationis ne an mœroris) diuinissimū illud Tabernaculū circūdātes, hymnísque ad id cōpositis prosequentes, amplectebantur, osculabātur, ex contactu sanctitudinem requirentes; nec vana spes, si quidem ex frequenti multitudine accedentes qui quouis morbo laborabant sanitate donati redibāt. Lauatur de more corpus, quod purificabat vndam , ac munda inuolutum sindone rursum lecto adiicitur; succenduntur lampades , vnguenta profunduntur, quæ exhalante è cadauere odore, suauiora reddūtur, sparguntur flores, Angelis & Ecclesiæ Proceribus certatim grata cātica effundentibus. Cuncta hæc accepi ex Areopagita lib. de Diui. Nom. c.3. Andrea Cret. Orat.2. de Dorm. Ildeph serm.1. de Assump. Metaphr. citato. Pulchrum do vnicū Damasceni Orat. de Dormit. testimoniū. (Damasc.) *Quid verò hi , qui aderant sanctissimo , & sacratissimo corpori ? Metu, desiderio, & lacrymis exultationis diuinissimum & sanctissimum circunsistentes Tabernaculum , amplectebantur ex contactu repleti benedictione. Tunc autem morbi fugiebant , fugabantur turba dæmonum omni ex parte compulsa ad sola loca subterranea, aer æther, & cælum ascensu spiritus sanctificabatur : terra autem depositione corporis. Sed nec aqua natura erat expers benedictionis ; lauatur enim aqua purâ , quæ non corpus mundabat , imo verò ipsa sanctificabatur. Deinde quid ? Mundum in mundis inuoluitur sindonibus, & in lecto rursus Regina ponitur. Deinde lampades, & vnguenta, & hymni , quibus eam prosequebantur , Angelis quidem suis longure canentibus hymnum eis conuenientissimum, Apostolis autē, & à Deo inspiratis Patribus Dei gratia canentibus cantica, & quibus applaudebat spiritus.*

26. *Spiritus Deiparæ ad Patriam quemadmodo deductus.* Iam verò . purissimus Deiparæ spiritus à Christo Domino cū cælestiū copia Procerū ad supernā Patriā deducitur , & super eunctorū Choros ad Filij dexterā collocatur. Quæ ex ore Patrum accipite. Spiritus quidē ad cælum inuectionem sic Sophronius de Assump. (Sophron.) exposuit: *Creditur , quòd Saluator ipse, quantum datur intelligi, per se totus festinus occurrit, & cū gau-*

dio consessum in throno collocauit. Exclamat Ildephonsus Ser. 9. *O beata Maria, gaudens ingredere paradisum, quæ de terris ad cælestem vitam lata es ab Angelis, & inter choros Virginum sicut Sol fulgens suscepisti principatum super Archangelos in cælo.* Quam augustum Angelorum, præcipuè Michaelis priuilegium in Patriam Deiparæ animum intulisse. Ildeph.

27. *Supra cunctos spiritus eleuatur.* Sophro. Eiusdem verò Mariani spiritus supra cunctos Choros collocationem Sophronius declarauit. *Hæc est dies,* inquit, *omni sæculo veneranda, in qua meruit exaltari super Choros Angelorum, & peruenire vltra, quam nostra humanitatis est natura, vbi non substantia* tollitur, sed gloriæ magnitudo monstratur, cum eleuatur in dexteram Patris, vbi Christus pro nobis introiit Pontifex factus in æternum ad cœli palatium. Hæc est, inquam, dies, in qua vsque ad throni celsitudinem intemeratæ Matris spiritus processit.

§. VI.

De Mariæ numero Annorum.

28. *Vixit Maria annos 54.* Ansel. DE numero annorum, quos in terris Deipara egit, quæstio suboritur. Certè, sex apud Patres rationes opinandi reperio. Prima sententia asserit ad quinquagesimum quartum non peruenisse. Sic Anselmus ad illud Gal. 1. *Alium Apostolum vidi neminem nisi Iacobum fratrem Domini.* Ergo iam tunc Deipara assompta, *siquidem tunc Ierosolymis non erat Ioannes.* Certè erat annus ille tertius à Pauli conuersione, ipso fante: *Deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum:* annus autem Christi trigesimus septimos, ab eius morte quartus, Virginis quinquagesimus primus.

27. *Vixit 57.* Hypol. Secunda sententia Virgini dat quinquaginta septem annos. Hypolitus Theban. apud Epiph. Presbyt. ser. græco de Deip. ait vixisse nouem annos post Domini Ascensionem, quos sic computat: *Tertio anno oblata est in Templo, in quo annis vndecim & sex mensibus fuit: sex item mensibus in domo Ioseph, decimo quinto anno peperit; annis triginta tribus vixit cum Filio, qui sunt omnes quadraginta octo. Post Ascensionem Domini vixit annis nouem, qui sunt omnes quinquaginta septem.*

28. *Vixit. 59.* Euod. Tertia sententia affirmat quinquaginta nouem superstitem. Tribuo Euodio santi apud Niceph. lib. 2. cap. 3. *Nam tremula cùm esset, in Templo est præsentata, & ibi in Sanctu sanctorum traduxit annos vndecim. Deinde Sacerdotum manibus Iosepho ad custodiam est tradita, apud quem cùm menses peregisset quatuor, ab Angelo Gabriele lætum illud accepit nuncium. Peperit autem Mundi lucem annos agens quindecim. Deinde annos peregit trigintatres. Post Crucis autem supplicium in domo Ioannis annos impleuit vndecim: vt ætatis eius anni simul collecti sint quinquaginta nouem.*

29. *Vixit. 60.* Niceph. Opinio quarta Virgini tribuit superstiti annos sexaginta. Author Nicephorus lib. 2. Hist. cap 21. *Cùm Claudius, ait, quintum imperaret annum, & immaculatam Dei Verbi Matrem mortem obire oporteret, sexagesimum illa agens annum, nuncium à Filio per Angelum de migratione, & aduentu ad se eius accepit.*

30. *Vixit. 62.* Euseb. Quintum illorum placitum, qui superstitem apud nos mansisse aiunt annos sexaginta duos. Inquit Eusebius in Chron. anno Christi 48. Olimp. 207. anno 2. *Maria Virgo Dei Mater ad Christum in cælum assumitur, vt quidam sibi fuisse reuelatum scribunt, sic: Obiit anno decimo quarto post Christi ascensum, & vita Virginis sexagesimo secundo.*

31. *Authoris opinio dans Mariæ septuaginta duos annos.* Cedren. Epiphan. Mea sententia est apud nos Mariam septuaginta duobus annis degisse. Patronum habeo Georgium Cedre. Comp. hist. in Tyberio. *Tradit,* inquit, *sanctam animam Domino ac Filio, & Deo suo annos nata septuaginta duos. Vixit ergo viginti quatuor annis post Christi ad cælos ascensum.* Et Epiphanium Presbyt. in vita Virg. *Ætas Virginis ad septuaginta duos annos processit, autore etiam Andrea Cret. qui ad summam ætatem ait venisse Virginem. At summa ætas non est ætas quinquaginta nouem annorum.* Cretensem equidem etiam citat, & sequitur Michael Glycas lib. 3. Annal. Innominatus apud Ansel. Opusc. de forma, & morib. Mariæ. *Maria,* ait, cum, *assumpta erat in cælum fuit septuaginta duorum annorum, qui sic computati sunt: Septem educata cum parentibus. Septem cum dimidio ministrabat in Templo Domini. In domo Ioseph sex menses. In quarto decimo anno annunciatur ei gaudium totius sæculi. In decimo quinto peperit Christum, & cum eo triginta & tres annos in præsenti vita, Post ascensionem Domini fuit ipsa in domo Ioannis Euangelista viginti quatuor annos, qui simul computati sunt septuaginta duo.* Omnes ferè moderni adstipulantur. Certè, cum prædicto sentiens authore quoad annorum numerũ, circa supputationem ex parte dissentio. Vnde veriorem supputandi rationem in meæ sententiæ dilucidationem duxi subiiciendam. Creten. Glycas.

§. VII.

Temporis Annorum Virginis Chronographia.

32. *Maria concepta tredecim anni.* SIngulos Mariæ annos distingoo, ab eo exordium ducens anno, quo fuit concepta. Ille quidem juxtà Hebræorum supputationẽ annus fuit ab Orbe cõdito 4072. ab initio Regni Dauidici 1152. Danielis 63. Hebdomadis annus quartus; Herodis Regis tyranni Iudæorũ 17. iuxta Græcam rationẽ enumerãdis 190. annus tertius, iuxta Roman. V. c. 717. Augusti Cæsaris à primo Consul. seo à Triomuir. annus vigesimus septimus; ab initio verò Monarchiæ deuicto Antonio annus decimus quartus. Iuxta rationem numerandi Hispanorum Æra vigesima tertia. Maria ergo cõcipitur sexto Idus Decẽbris. Nascitur Nazarethæ sexto Idus Septembris æra vigesima quarta. Nutritur ab Anna duobus annis, duobus mensibus, & tredecim diebus, Vndecimo Kalendas Decẽbris præsẽtatur in Tẽplo, vbi vndecim

decim annos permansit, en Mariæ innuptæ annos tredecim.

33\. *Maria nupta vigintinouem annis.* Profectò cum annorum tredecim mensium trium, & dierum fermè decem & octo circum festum Encæniorum mense Decembri Iosepho à Sacerdotibus desponderetur: anno decimoquarto inchoato per sex menses & septem suprà decem dies octauo Kalendas Aprilis Christum de Spiritu sancto concipit. Mox digreditur ad Elisabetham ex Ioanne iam sexto mense grauidam, qua cum tres ferè menses peregit. Redit Nazaretham Ioannis ortu appetente, vbi grauida à Iosepho ex Bethlehemo redeunte deprehenditur. Annorum quatuordecim, mensium trium, & dierum septemdecim Bethlehemi octauo Kalendas Ianuarij Filium Dei est enixa. Kalendas Ianuarij Infantem circumcisum vocat Iesum Mundi scilicet Saluatorem. Octauo Idus Ianuarij ille à sapientibus Proceribus adoratur. Quarto nonas Februarij à partu die quadragesima Purificationi Virgo subiacet Ierosolymis, & inde cum Infante, duce Iosepho, petit Ægyptum. A decimoquinto vsque ad decimum nonum in Ægypto moratur. Vigesimo parat, defuncto Herode, in Israël reditum. Vigesimoprimo cum puero reducitur à Iosepho, qui timens Archelaum in Galilæam secessit, & postea apud Nazareth habitauit. A vigesimoprimo vsque ad vigesimumquintum Nazarethæ moratur. Annorum viginti quinque supra sex menses ad Pascha secundùm consuetudinem ascendit. Anno vigesimoseptimo, qui erat Iesu vndecimus, & mense tertio inuenit eum in Templo cum Doctoribus disserentem. Vsque ad quadragesimumsecundum Nazarethę degit, circum quæ tempora diem suum Iosephus obiit. Viginti nouem ecce nuptæ Mariæ annos.

34\. *Maria Vidua annis triginta.* Enim verò Vidua Maria vsque ad quadragesimumtertium in vrbe degit eadem. Quadragesimoquarto Iesus, Matri valedicto, ad Iordanem secedit, vbi ingressus annos triginta per dies tredecim sexta Ianuarij die baptizatur, vsque ad decimumquintum Februarij quadragesimam ieiunio honorat, ac reliquum illius anni priuatus transigit in deserto. Quadragesimoquinto Mariæ anno eius precibus Filius aquam in vinū sexta Ianuarij apud Cana cōuertit, & inde cum Deipara Capharnaum secedit. Quadragesimosexto Virgo à Iesu in Iordane diluitur, & anno integro Capharnai commoratur. Ioannes coniicitur in vincula ab Herode Antipa mense Decembri Christusque à Iordane Capharnaum suam Ciuitatem secedit, vnde totam perlustrat Galilæam. Quadragesimoseptimo Maria cum Filio degit Capharnai vsque ad Septembrem, quò ascendit cum eo Ierosolymam ad Tabernaculorum solemnia. Decollatur Ioannes annorum triginta supra duos & octo menses paulo ante Pascha, ideo Christus trans mare Tyberiadis secedit. Quadragesimooctauo adstat Filio suffixo septimo Kalendas Aprilis. Triduò post à mortuis surgentem prima omnium videt. Quadragesimà die scandentem cælos intuetur. Die quinquagesima Idibus Maij Spiritu sancto repletur. Vsque ad quinquagesimum annum supra septem degit Ierosolymis in Sion, hoc anno Herodis persecutioni cedens à Ioanne Ephesū ducitur. Quinquagesimooctauo Epheso reductâ vsque ad septuagesimumsecundum (breui ad Antiochiam, & Hispaniam breuiori recessu) apud à se extructū virginum Collegium commoratur. Decessit die decimàquinta Augusti mēsis anno inquam ætatis septuagesimosecūdo, die octauâ Septembris mox sequentis complendo. Tertio ab obitu die ab Angelis (vt sectione proximâ videbimus) in cælum assumitur, vbi exaltata super Angelorum Choros viuere cœpit, & cum Filio imperare anno ab Orbe condito 4145. ab initio Regni Dauidici 1125 Olimp. 208. anno 4. ab initio Monarch. Augusti victo apud Actium Antonio 87. Consul. Nero. 2. & L. Pisone Æra 96. anno à Iesu nato 58. currente; à Christo verò passo 24. iam completo die 25. Martij, qui idem erat Petri Pontificatus annus 24. cum mensibus quatuor, diebus viginti.

IN MARIAM VIDVAM

PANEGYRICVS MORALIS SEPTIMVS

Circa literam.

Ex vitali eius morte.

OBSERVATIO I.

Quàm anxiè Virgo expectaret vitam cum morte commutare.

Vbi exilij huius miseria innuitur, & æternæ felicitatis gloria, quantóque exulans iustus solatio afficiatur lacrymarum profluuio, ac vtilitatis proximorum consideratione.

35\. *Solatium Mariæ sepulchrum videre, cui addici cupiebat. Bernard.* PRÆMITTO D. Bernardum epist. ad Paul. de Assump. profantem. *Cogitate, & perpendite, quantis afficiebatur Virgo doloribus post Christi ad calos ascensum; considerate, quo cruciabatur amore, quoue desiderio æstuabat, tanto validius, quanto diuinis illustrabatur visitationibus. Præ nimio desiderio fortassis, in loco, quo sepultus dicitur, interdum habitâsse eam credimus, non quod iam viuentem quæreret cum mortuis, sed vt sepulchri consolaretur aspectibus.* Vndenam autem aspectus sepulchri Mariæ solatium afferret, nisi ex propriæ mortis obiectione:

36. *Quæsiui*, inquit, *quem diligit anima mea, quæsiui eum, & non inueni.* Cant. 3. Non quidem inueni statim, cupiebam (heu!) enim dissolui, & esse cum Christo. Rupertus sic: *Quæsiui inquit meditando, vocans semper orando; sed sic quærens non inueni, sic vocanti non respondit mihi.* Quid igitur requirebas? *Dulce lumen, & delectabile videre solem; sed mihi dulce, non viuere, sed dissoluta vitali vnione, videre carnem meam in Christo viuentem; delectabile habebam; quem genueram, videre facie ad faciem ad dexteram Patris super omnia fulgentem. Non sic statim inueni, non quàm cito volui super hoc respondit mihi.*

Cupit mori, & nō statim inuenit quod requirit.
Cant. 3.
Rupert.

37. Ideo priùs discedentibus è Mundo Discipulis Iacobo minori, reliquisque viris ac fœminis profatur in exilio relicta. *Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis Dilectum meum, dicite ei, quia amore langueo.* Cant. 3. accommodat meo eleganter instituto idem Rupertus. *Si ante me, vt sæpè fit; discipuli ante Magistram exeuntes de corpore veneritis ante Dilecti mei conspectum: adiuro vos, vt annuntietis ei, quia amore langueo; quia amore eius, præ magno videndi faciei eius desiderio, nimirum vitæ huius tædium patior, & animo gemitutoso, lacrymosisque oculis suspiriosas præsentis exilij moras sustineo.*

Prius morientes Discipulos adiurat, vt hoc desiderium Dilecto manifestent.
Cant. 3.
Rupert.

38. Integrum Canticorum præfatum locum rursùm expendam. *In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea; quæsiui eum, & non inueni.* cap. 3. ad quem pulchrè Alanus fatur. *Per lectum non absurdè domus illa in arce Sion sita, in qua Christus cum Discipulis supremam cœnam celebrauit, significatur: in quam post Filij passionem gloriosa Virgo sese recepisse perhibetur quærens per crebra suspiria, & sancta desideria quem diligebat anima sua; ibique loca illa venerabatur, venerandóque ore cordis osculabatur, in quibus dilectum Filium vel cum Discipulis accubuisse, vel in eorum pedum lotione prostratum fuisse, aut alicubi resedisse imaginari poterat. Sed quid per huiusmodi pia deuotionis obsequia quam Dilectum requirebas? Sed minimè inuenit, quia ex iis consolationem non recepit.* Vnica etenim consolatio Mariæ à vita dissolui, à morte, inquam, huius corporis liberari.

In lectulo suo in domo Sion quærit, & nō inuenit Saluatorē, quia moriens non inuenit nisi in æterna requie.
Cant. 3.
Alan.

39. Idem expressit Maria desiderium fata. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & me iam nemo despiciat!* Cant. 8. Cupit Iesum Verbum apud Deum facie ad faciem contemplari. Ita Cardinalis Hailgrinus. *Inuenire desiderat eum solum, in diuina videlicet natura* (foris nempe, non intra naturam humanam inuisibilem) *in qua solus est, & humanum non habet consortium. Inuenire desiderat eum, vt non solùm cognoscat in carnis ergastulo;* (sicut olim) *sed vt Deitatis immensitatem inueniat, quæ nullo concluditur termino, & omnia continet, & concludit: & ipsum sic inuenire desiderat, vt deosculetur eum; vt videlicet eum præsentem videndo tanquam facie ad faciem, in eius amore delectetur.*

Cupit Iesum foris, siue in Deitate extra carnem videre apud Patriam.
Cant. 8.
Hailgr.

40. Ideo contemplationi instabat, somno meditationis dulcissimo quiescebat, firmam mente voluens spem, fore, vt quæ sub humeris vitæ mortalis pondus grauissimum sustinebat, dexteræ Dominicæ apud Patriam gloria potiretur. *Læua*, inquit, *eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Cant. 8.

Solatium ei, cum mente voluit suum à corpore recessum.

Cant. 8.

Meæ expositioni Alanus dans locum sic fatur. *Virgo mentem suam cælestibus desideriis occupans, læuam sub capite habebat, quia mente erectâ ad beatitudinem, vitam præsentem sub se portabat. Et dextera Christi eam amplexabatur; quia ex omni parte cælestis eam dilectio cingebatur. Et quia Virgo in contemplatione erat,* (vnde sibi spei solatium) *socios Christus admonet, ne eam suscitent: Ne suscitetis dilectam, &c.*

Alan.

41. Eundem moriendi affectum exprimit, dum clamat: *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Cant. 1. *Nota* (inquit Alanus) *quod sicut Virgo gloriosa desiderauit Christi aduentum in carnem: ita omnibus votis optauit venire ad ipsum post Ascensionem.* Quàm ingens desiderium, quod desiderio Incarnationis, è qua hominum salus, valeat comparari. Sed cur se trahi postulat, si omnibus votis expetit à morte huius exilij liberari? *Trahe me.* An quia adeò homines diligebat, vt ægrè ab ipsis dimoueretur propter ea queis detinebatur vincula charitatis? Ita planè.

An æquali affectu mori cupit, ac desiderauit Incarnationem Verbi? Attamen amauit Maria hominum, vt actio illa erat.
Cant. 1.
Alan.

42. Alibi denique clamitabat: *Veniat Dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum.* Cant. 5 Rupertus sic expendit. *Veniat in me hortum suum, & me transferendo in cælum, quò abiit, quò me vidente, ascendit, comedat fructum pomorum suorum, perficiat vsque in finem gratiam eorum, quæ in me celebrata sunt, operum suorum. Quando ita venies in hunc hortum tuum, ad istum, quem dicis, fontem hortorum? Quando ita venies ad me, vt vbi tu es, ibi tecum ego sim?*

Inuitat Maria Iesum ad fructus horti.
Cant. 5.
Rupert.

43. Annon vlla consolatione Virgo exilio addicta subleuatur? Profectò adeò homines diligebat, vt eorum, ipsa duce ac mediatrice, profectus sibi cesserint in leuamen. *Fulcite me*, ait, *floribus, stipate me malis; quia amore langueo.* Cant. 2. Languet equidem desiderio moriendi, vt cum Christo possit commorari. At interim postulat nouæ Christianæ prolis erumpentibus floribus, seu Ecclesiæ fructibus fulciri loco solatij. Rupertus sic: *Occisus est Christus,* (ait Deiparens) *& sepultus, & resurrexit, & ascendit in cælum. Scitis autem quicunque amici estis, quicunque illum diligitis, scitis, quia quisque vestrûm dicit: Cupio dissolui, & esse cum Christo; quanto magis ego, quæ ipsum genui, cum illo esse cupio. Reuera non quomodocunque cupio, sed & amore langueo. Igitur fulcite me floribus, stipate me malis: hæc mihi sit consolatio. Amore languens pro absentia Dilecti vnde possum consolari, nisi ex eo vt credatis, & credentes vitam habeatis in nomine eius, ô populi vniuersi? Credendo fulcite me floribus: benè operando, & fructum vitæ æternæ percipiendo stipate me malis: Hæc mihi sit consolatio. Ita enim fiet, vt non lassescam fatigatione dilectionis.* Quam ingens in peccatores Deiparæ affectus, vt eorum solo profectu consolationem percipiat: vt vtilitas hominum ei cupienti ad cælos eleuari, sit quodammodo mori, & ad patriam parare volatum!

Exultanti Virginis solatium, hominum profectio, & vtilitas.
Cant. 2.
Rupert.

44. Ad hæc simul Virgo lacrymas profundens præ desiderij magnitudine, ipsarum lacrymarum profluuio solatiū capiebat. *Anima*, inquit, *mea liquefacta est.* Cant. 5. Audi Ruperti eiusdem excogitationem. *Quando ego loquebar*

Et lacrymarum affluentia exultatio.
Cant. 5.
Rupert.

bar pro vtilitate audientium ea,quæ erant Dilecti, tunc ipse Dilectus loquebatur. Vt ergo Dilectus meus locutus est,anima mea liquefacta est,Flebam quippe, & præ singultibus vehementer erumpentibus,nonpoteram verbu nisi intercisa euoluere. Verùm fletus ipse consolatio mihi erat , sicut & cuique vestrûm lacrymæ suæ dulces sunt fluentes in eiusdem recordatione Dilecti. Quanto magis mihi dum diceretur quotidie: Vbi est Deus tuus, Filius tuus ? Sine dum dicerem ego : Me dimisit in hoc exilio Filius meus , Deus meus. Sola equidem ineffabilis dulcedo lacrymarum tantæ potuit mederi amaritudini.

Observatio II.

Vitalis Marianæ Mortis elogia.

Vbi doceo mortis incorruptibilitatem sæpe virginitatis integritati respondere.

45. QVàm verè Metaphrastes Virginis mortem vitam vocitauit! Licèt ipsi clamare: *Qui me inuenerit inueniet vitam.* Prou. 8. LXX. *Egressiones meæ egressiones vitæ.* Cuncti ex nihilo ad esse mortui egrediuntur , illos ex vtero matris exeuntes in Mundum mors comitatur, tandem è Mundo migrantes mors excipit. *Egressiones meæ* vitales omnino. Viua concipior,viua veraci vitâ gratiæ nascor ; cùm autem è viuis excedo, mortem ipsam decorans reddo vitalem. Amedæus hom.7.ait:*Vt fatear verum,vita est,vbi sola mors moritur,vbi corpus mortis exuitur , vbi vita carnis pia quiete defuncta fœnori multiplici in posterum reseruatur.*

Exitus Mariæ vitalis. Prou.8.

46. Rem illustrat pulchra D. Epiphanij addubitatio Nec enim audet obitum Virginis mortem appellare. *Non dessimo* (inquit Hær. 78.) *hoc,& non dico,quòd immortalis mansit ; sed neque affirmo an mortua sit. Excessit enim Scriptura mentem humanam, & in suspenso reliquit propter vas pretiosum,ac excellentissimum. Vnde quis ad suspitionem veniat carnalium de ipsa rerum ?* Ac si diceret. Nil adest in Maria , vnde in suspitionem veniamus ipsam obiisse ; cato enim vas pretiosum,ac excellentissimum. Illud expende.*Sed neque affirmo,an mortua sit.*Non dixit: *Quòd mortua sit*:sed *an mortua*,quasi ambignum Doctori, num in quæstionem voluendum sit, num Maria mortua fuerit. Id quod de peccatis asseruit Augustinus. *Cum de peccatis agitur,nullam de beata Maria volumus afferri quæstionem.* Addit Epiphanius , *Siuè igitur mortua est,non nouimus;siue sepulta est , non copulata fuit carni.* Id est, non copulata est si mortua fuit,carnis corruptibilis conditioni,vt putredini traderetur , aliásque mortis conditiones subiret. Profectò Pater abnegare non potest Virginem diem suum obiisse. Vt enim inquit Damascenus, *Filij sui lege obsequitur , atque vt Adami filia veteres pœnas subiit. Nec mirum,cùm ipsius quoque Filius, qui ipsemet vita est , mortem minimè recusarit.* At asserens

Mors Virginis à communi putredine abstracta potius vita vocanda est.

Epiph. August.

Damasc.

non audere se Virginem mortuam , probat mortem illam potius vitam esse vocitandam, cùm nihil appareat quod veteris Adami excessus sapiat conditionem.

Fatur ad hæc sponsus , a *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Cant.1.Quid 47. murenulæ?Cassiodorus , *Murenula*,inquit,*ornamentum fuit colli virginalis, & puellaris:videlicet virgula aurea perplexa , intermistis nonnunquam pulchra varietate subtilissimis argenti filis. Et hoc est,quod dicit : vermiculatas argento ; hoc est,in modum vermium terrenorum , quos lumbricos dicunt,distinctas,& inter se coniunctas. Murenulæ autem dicuntur à similitudine piscis murini,qui murena vocatur.* Annon mors iugũ grauissimum hominum collo impositum ? *Iugum graue*(ait Sapiens)*super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum,vsque in diẽ sepulturæ matris omnium.* Ecclesf. 40. Graue id iugum est pœna mortis , quæ ipso soluitur excessu. *Tibi* igitur ó Mater collum subiicienti iugo mortis communi) iugum adeò suaue *faciemus* , vt sit potiùs ornatus. Vermis haud edax,sed argenteus,lumbricus aureus, corruptionis minimè filius : vt mors tua potiùs sit colli ornamentum,quàm iugum. Aiebat Damascenus, *Ipsa mortem exornasti.* Id est , fecisti existere tui ipsius ornatum,tota iam tibi murenula seu lumbricus aureus , tota argenteus vermis ; ipsa enim communis corruptio tibi est quasi immortalitatis documentum.

Iugum mortis Virgini potius extitit ornamentum. Huius enim mortis lumbriculi aurei, vermes argentei.

Cant.1. Cassiod.

Ecclesf.

Damasc.

Suam vitalem mortem ipsa fata descripsit: 48. *Amore langueo.* Cant.2. Vbi Abbas Guarricus serm.2.de Assumpt. *Langueo plus impatientiâ amoris,quàm passione doloris:plus vulnerata charitate,quàm grauata infirmitate. Filiæ Ierusalem, nunciate Dilecto,quia amore langueo ; ipse nouit, quomodo meo medendum sit languori.* Quonammodo ò Domina , tuo languori medendum ? Mors mihi præsentissimum languoris antidotum ministrabit. Annon vitalis quælibet medicina corporis valetudini conferens ? Quis dubitet. Si ergo mors Mariæ extitit medicamen,vitalis omninò meritò appellabitur.

Mors Virginis vitalis medicina ægritudinis amoris.

Cant. 2. Guar.

Celebris quorumdam opinio Ioannem cum mortuis nondum enumerandum,quia Domi- 49. nus asseruit:*Sic eum volo manere donec veniam, &c.*Ioa.20.Nicephorus lib.1.cap.35.hanc reiiciens sententiam,ait: *Quam quidem multorum opinionem tanquam importunam , minúsque veram ipse Dominus corrigit,dicens : Non dixi Petro,quod Ioannes moriturus non sit ; moriturus est enim eo modo,quo Dei genitrix.* Certè in huiusce sententiæ gratiam,assero melioris notæ Interpretes Ioannem docere mortuum planè, sed eam mortem subiisse,quæ potius dulcissimo somno sit comparanda. Ideo Nicephorus mortuum affirmat Ioannem *eo modo , quo Dei genitrix.* Quam quidem obiisse asseueramus morte quidem vitali , instante potiùs amoris stimulo, quàm ægritudinis exigentia. Ioannes *non moritur* , quia moritur eo modo quo Virgo discessit.

Ideo dicitur à quibusdam Ioannẽ mortuum nõ esse, quia illius mors vitali Virginis morti assimilata est.

Ait Lucas : *Intrauit Iesus in quoddam castellum , & mulier quædam nomine Martha excepit* 50. *illum in domum suum : & huic erat soror nomine Maria.* Luc.10.Lectio hæc Euangelica ab Ecclesia in festo Assumptionis canitur.Ideo Bernardus requirit ser.2.*Cur nulla prorsus Lazari,*

Nulla Lazari mortis memoria in Deiparæ obitu, quæ quidem

fratris

Somnus appellandus. Luc 11. Bernard.

fratris vtriusque sororis, *mentio fiat*? Et respondet, *Absit, vt proprij quidquam inquinamenti domus hæc* (Maria scilicet) *habuisse dicatur, vt in ea proinde scopa Lazari*, (id est, pœnitentia) *quæreretur*. Aptè quidem: Sed accommodatius meo argumento existimo ideo Lazari memoriam in recessu Virginis è lacrymarum valle peractam non esse, quia Lazarus mortuus in monumento fœtidus dicitur accubuisse. Absit autem vt vitalis Mariæ mors quidquam communis obitûs inquinamenti contraxisse dicatur. Verùm ex eo quòd à Domino Lazari mors somno fuerit assimilata, Marianæ mortis aliàs referre potuisset imaginem. Nicephorus enim lib. 2. cap. 21. fatur:

Niceph.

In charis Iesu manibus Maria perinde ac obdormiens beatam deponit animam. Et Metaphrastes, *Emisit tanquam in somno spiritum.*

51. *Quasi non mortua Virgo quia iubente Domino obiit.*

Aliquis non antiquus Deuteronomij interpres recenset quosdam asserentes Moysem inter viuos adhuc existere, quia iubente Domino obijt translatus scilicet sicut Enoch. Certè si falsæ huic sententiæ ansam præbuit Moysem *iubente Domino* obiisse, assero Virginem non mortuam, quia iubente Filio mortua est. Damascenus orat. de Dorm.

Damasc.

Cùm audisset a Filio: Veni benedicta Mater mea, in requiem meam: audi, surge propinqua mea: hæc, inquam, cùm audisset sancta, deponit spiritum in manibus Filij. Implés vtique præceptum illius profata: *Fiat.* Metaphrastes, *Cùm rursus dixisset: Fiat mihi Domine, secundùm verbum tuum, emisit spiritum.*

Metaphr.

52. *Mortis Mariæ incorruptio cum virginitatis incorruptione componitur.* Auctor apud August.

Tanta quidem Marianæ mortis incorruptio, vt cum eiusdem virginitatis incorruptione à Patribus componi valeat. Audi antiqui Authoris sententiam in serm. de Assump. apud August. tom. 9. *Si Christus voluit integram Matrem virginitatis seruare pudore, cur non velit incorruptam à putredinis seruare fætore? Potuit eam a putredine & puluere alienã facere, qui ex ea nascens potuit virginem relinquere. Si elegit diuina voluntas inter flammas non solum corpora puerorum seruare illæsa, verum & ipsa vestimenta seruare inusta, cur abnuat in Matre propria, quod elegit in veste aliena?* Et Augustinus ipse serm. 4. de Assump. *Qui in vna præ cæteris illam gratiâ sui conceptus honorauit, pium est credere singulari saluatione eam in morte honorasse. Potuit enim eam à putredine, & à puluere alienam facere, qui ex ea nascens potuit virginem relinquere.* Pende illud: *singulari saluatione.* Reliquos in vita saluatione honorauit, dum à culpæ redemit seruitute. *At in morte singulari saluatione* honorauit Mariam, quia à communi illam corruptione liberauit, morte quidem illius illibatæ virginitatis incorruptionem imitata

August.

53. *Si Virgo in morte corruptionem passa esset putredinis, an Iesu caro vidisset corruptionem?* August.

Audacter asseruerim, si corpus Virginis in morte corruptione fuisset affectum, totam Christi carnem non omninò à corruptione liberam fuisse, nec illud enunciari potuisse: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*; quandoquidem caro eius, id est, Mater ipsius, quæ in vnam cum ipso carnem coalescit, corruptioni tradita fuisset. Aptè Augustinus citat. *Putredo & vermis humanæ est opprobrium conditionis. A quo opprobrio cùm Iesus sit alienus, natura Mariæ excipitur, quam Iesus de illa sumpsisse probatur: caro enim Iesu caro est Mariæ, & multo specialiùs quam Ioseph Iudæ, cæterorumque fratrum eius, quibus dicebat: Frater noster, & caro nostra est.* Adhærens Petrus Bles. in instruct. fidei, ait: *Concepit sine pudore, peperit sine dolore, hinc migrauit sine corruptione, vt plena, & non semiplena gratia esse probaretur. & Deus Filius eius antiquum, quod pridem docuit, mandatum fideliter adimpleret, videlicet matrem honore præuenire: & ne caro Christi virginea, quæ de Matris carne assumpta erat, à tota discreparet.* Quàm pulchrè.

Blesen.

Mors Filij sine corruptione? Ne igitur caro eius *discreparet à tota* carne virginea Matris, huius sine corruptione obitus. *Lectulus noster* (profantur Filius & Parens) *floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.* Cant. 1. Id quod incorruptioni corporis Dominici, ac Mariani Gillelmus accommodat. *Lectulus, Maria inquit, noster floridus, id est, reflorescente carne suâ vernauit floribus nouæ resurrectionis. Tigna domorum nostrarum cedrina, quia etsi domum luteam habites, id est, corpus terrenum, quod de me sumere dignatus es, non tamen consumetur à tinea corruptionis. Lectulus tuus nonne & meus?* Ac si diceret, eadem ac corpus tuum, meum corpus incorruptione fruitur. Ideo enim illo vsus vocabulo: *Domorum nostrarum. Non tantum* (adiicit Doctor) *domus Iesu, sed & domus Mariæ hoc priuilegium commune fuit, eo quòd Iesus os ex ossibus, & caro de carne Mariæ fuit. Ideo enim corpus Matris propter corpus Filij cum corpore Filij à generalis lege corruptionis exceptum, perpetuæ imputribilitatis gratiâ conseruatum fuit.* Confirmo ex Alano profante. *Domus hæ intelliguntur corpus Christi & corpus Virginis, tigna domorum substantia corporum, quæ dicuntur cedrina, id est, imputribiles. Cedrus enim imputribilis est. Sicut enim credimus corpus Christi putredine non esse resolutum, ita probabile est à corruptione putredinis alienum esse corpus Mariæ.* Illud obsecro adnotes Marianæ mortis imputribilitatẽ cum virginitatis eiusdem incorruptione componi appositè; quia mortis incorruptibilitas assolet castimoniæ integritati respondere, vti videre licet in Xauerio nostro Indorum Apostolo, cuius corpus incorruptibilitate donatur in virginitatis integerrimæ documentum.

54. *Domus, id est, corpus Iesu & Mariæ in corruptionis gloria condecorantur.* Cant. 1. Gillel.

Alan.

Observatio III.

Mariæ Mors non solùm vitalis, sed gloriosa.

Vbi sanctorum gloriosum obitum licet contemplari.

PARVM esset Mariæ Mortem vitalem omnino vocitari, si non & gloriosa meritò appellaretur. Assolet 55.
Mors ad gloriam scalam ministrare, sed quandonam ipsa gloria extitit malorum quidem naturæ maximum? Certè Mariæ Mors haud cum malis adnumeranda, nec solummodo vitalis

talis communirer, sed specialissimè summéque vitalis appellaoda, si vitæ beatæ donatur possessione.

56. Aiebar D. Damascenus serm. t. de Dorm. *Qaocirca non te mors beatam reddidit, sed ipsa mortem exoraâsti, vt qua mortis mæstitiam sustaleris, & mortem aon mortem esse, sed gaudium plenum omnibus feceris.* Profectò mors sanctos reddit beatos, id est, è corporis ergastulo ad beatitudioem immittit, exulanti Iacob obiiciens scalam, qua ad superos liceat ascendere. Attamen Maria suo obitu mortem ipsam exornauit, beauit, vt esset plenum gaudium, id est, gloria, de qua Iacobus epist. cap. 1. *Omne gaudium existimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis.* Cunctas tentationum molestias omne gaudium, seu plenam felicitatem vocauit Apostolus, Mariæ autem mortem plenum gaudium siue gloriam Damascenus meritò appellauit.

Mors Mariæ gaudium est plenum, siue gloria bonorum plenitudo. Damasc. Iacob. 1.

57. Quis crederet Lunæ Mariæ defectum gloriam esse, si lux obruitur, si tenebræ peruolant communis miseriæ spiritum è corpore emittente Maria? Audi pulcbram Damasceni comparationem solutionis loco. *Quemadmodum hic splendidissimus Sol tametsi cùm a lunari corpore aliquantisper obducitur, quodammodo deficere, caligineque obrui videtur, ac fulgorem suum cum tenebris commutare: non tamen à luce sua excedit, verùm perennis in se lucis fontem scaturientem habet, qui breui interuallo decedente luna rursus emicat. Ad eum modum tu quoque ô Luna Maria electa vt Sol, fons perennis veri luminis corpore mortis huius aliquantisper obduceris, & deficere, ac caligine obrui videris; sed breui interuallo decedente mortis tenebris, rursus emicasti, inaccessibili prorsus donata fulgore.*

Maria vti Sol electa Ecclypsim passa, breui interuallo defectione emicat, luce inaccessibili. Damasc.

58. Igitur glorioso Maria obitu auolauit ad superos. Quàm vitalis Virginis Mors, quæ communis miseriæ oullam soluit vsuram! Nec enim beatæ vitæ lux tenebris potest obduci. D. Amedæus hom. 7. de Deiparæ obito, *Morte*, inquit, *gloriosâ Maria migrauit, si transitum ad vitam mortem liceat nominare.* Aiebat Paolos: *Quis me liberabit à corpore mortis huius?* Liberatio illa à morte vita est, imò vita beata, quâ frui Apostolus cupiebat. Mors igitur Virginis à mundiali miseriâ liberatio vita beata est, gloria est. *Morte gloriosâ Maria migrauit.*

Morte gloriosa Maria migrauit. Amed.

59. Vndenam vitam agens Virgo apud mortem vitâ potitur? Existimo, quia vitam vidit, id est, Christi fruitur aspectu beatissimo. Ita Amedæus citat. *Egrediens vidit vitam, ne mortem videret. Vidit Filium, ne carnis abscessa doleret.* Aspectus Iesu Matrem reddidit impassibilitatis cælesti dote frui. Addit Doctor. *Hoc haustu indefectiuo antè decessum præuēta est Mater Virgo, ne transita in ipso vel leuissimo mortis gustu tangeretur.* Christus quidem *gustauit mortem*, quia dolore tactus incredibili obiit, amarissimo mortis calice euacoato. Verum Maria nectareæ visionis Filij haustu præuenta nec quidem mortem gustauit, imò nec leuissimæ mortis guttulæ gustu tacta est.

Videns Christum gloriosè moritur. Amed.

60. Annon Dei visione frui gloria cælestis? Ita planè. Profectò illod ipsom Mariam obire, mori, Dei præsentia frui quodammodo erat. Audi Damascenum illa orat. de Dormit. *Sacram tuam migrationem mortem haud quaquam appellabimus, sed somnum, vel peregrinationem, vel (vt aptiore verbo loquar) cum Deo præsentiam.* Id est, cælestem gloriam, Dei enim præsentia frui cælestis beatorū felicitas est. Quid beatius morte Mariæ, si Dei præsentia est, si Dei visio valet appellari? Hinc iustorum gloriosum obitum licet cootemplari à communi quidem immunem horrore.

Mori Deiparæ erat quasi Dei præsentia ac visione frui. Damasc.

Observatio IV.

Testamento Deipara specialissimum iustis legat affectum.

Edocens iustos semper iniustis esse præferendos, seu ad præmium, seu ad regimen.



IRGINIS obeuntis exaratum Testamentum illustro. Legauit illa iustis specialissimi affectus documenta. Nam cum virtutom illius imitatores existant: strictiori lege tenetur eorum protectioni operam impendere. 61.

Nuptiis Canæ Galilææ Dominum Matrémque adfuisse Ioanoes affirmat. *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat Mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus.* cap. 2. Cur noo monuit vocatam simul Mariam? Annon vocata adfuit? Certè affectus specialissimi documentum fuit non vocatam nuptiis interesse. Et quare ioterfoit? An vt mensæ accumberet? vt conuiuij abundantia impinguaretur? Adfuit quidem vt conuiuantibus vini prouideret abundantiam. *Optabat Dei genitrix* (ait Rupertus) *conuiuantibus fieri ianua cælestis beneficij.* Ianua hæc non pulsantibus hominibus egentibus aperitur, quia specialissimo affectu Virgo iustos sibi deuotos fouere assolet. *Ne illorum deuotio* (adiicit Abbas) *fructu suo careret.* Si Salome sancta filium Ioannem iustom planè matrimonio jungebat, (vti plutes ex Doctoribus opinantur) quid mitum Mariam non vocatam accurrere, vt specialissimo defectoi vini sobueniret affectu? Iustis Virgo sese fontem pietatis exhibuit, dum oon exorata Filium orat: *Vinum non habent. Quid enim* (ait Bernardus serm. 1. in Domi. post oct. Epiph.) *de fonte pietatis procederet, nisi pietas? Quid mirum si pietatem exhibent viscera pietatis?* Iustis ergo se footem vberrimum offert Maria nonquam non affluentem. 62.

Non vocata Maria Nuptiis iustorum specialis interest affectu. Ioan. 2. Rupert. Bernard.

Propensiorem lego Mariam prophetissam in Aarooem, quàm in Moysem, soror enim Aaron, non Moysi vocitatur. *Maria prophetissa soror Aaron sumpsit tympanum &c.* Exod. 15. Cur potiùs Aaron quàm Mosis soror dicitur? Oleaster. *Quia familiarior Aaroni.* Et quare specialem Aaroni affectum exhiberet? Existimat noster Franciscus de Mendoza ad 1. Reg. 4. quia Moyses aliquando ad vindictam tanqoam iudex, Aaron semper ad misericordiam tanquam Sacerdos propendebat. Addo huiusmodi ad miserendum propensio- 63.

Propensior Maria in Aaron fuit (sic: Propensior Maria iustiori.) Exod. 15. Oleaster. Mendoza.

ne

ne vberiori vberiorem iustitiam designari. Nam cùm Saul ad vindictam irruens Dauidis sibi parcentis aspiceret benignitatem, inclamauit: *Iustior est me.* Richardus Laurent. asserit Mariam Aaronis sororem nunquam non (detractionis exceptâ maculâ) Virginem Deiparam adumbrâsse, quæ quidem specialissimo affectu eos prosequitur, qui vberiori iustitiâ rutilare videntur.

64. *Maria est apis Mater iis, qui apum in morem iustitiæ referunt imaginem.* Iud. 5. Ambros.

Celebris Deboræ gubernatio, quæ mater extitit Israëli. *Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerunt, donec surgeret Debora, surgeret Mater in Israel.* Iud. 5. Debora Iudex *apis* interpretatur. Annon Regina sine aculeo tota Mater obiicitur? Apum planè Magistra exarmata nascitur, aut saltem aculeo non vtitur, authore Ambrosio lib. 6. Exam. cap. 21. Et cur Debora apis tam benigna Israëli, vt Mater illius valeat appellari? Existimo, quia iustarum caput Regina exsurgit. Audi pulchram Richardi Laurent. sententiam lib. 12. de Laud. Mar. *Legitur de Regina apum, quod mittit apes ad mare, vt inde afferant guttas maris salsas, & ponant cum dulcedine florum, & inde conficiunt mel ex amaro, & dulci. Et hoc est quod dicit Apostolus 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, ecce radix amara iustitiæ; quis infirmatur, & ego non infirmor? per compassionem: Ecce fructus dulcis.* Huiusmodi subditis iustitia pollentibus Debora apis Regina Mater est. *Et hoc designatum est Iud. 5. ubi dicitur, quod Debora, quæ interpretatur apis, sedebat sub palma.* Proh Reginæ nostræ specialissimum erga subditos iustos affectum! sese eis exhibet sine aculeo Matrem: *Donec surgeret Mater in Israel.* Nunquam non sub palma sedet, quia *iustus vti palma florebit.*

Richard. Laurent.

65. *Balam ancillam affectus specialis conuertit in Matrē: vberior Mariæ affectus Reginam iustorum mutauit in ancillam.* Hieron.

Erat quando mirabar Mariæ humilitatem sese Domini ancillam vocitantem. *Ecce ancilla Domini*, quando ab Angelo Dei Mater appellatur. Quàm strictiori iure rapiar in admirationem Deiparentem videns obsequio mancipari eorum qui specialiter eam honorant obsequio. Bala Iacubi ancilla dicta olim communis Patriarcharum omnium parens, quod pro omnibus apud Iosephum intercesserit. D. Hieronymus quæst. hebr. ad 1. Paral. *Quidam putant ideo Balam matrem in hoc loco ab Esdra nominatam, quia post mortem Iacob legatione functa fuerit inter Ioseph & cæteros Patriarchas, quia precati sunt eum, ne recordaretur peccati eorum.* Commendabilis planè affectus, qui Balam ex ancilla conuertit in Matrem. At commendabilior, qui Mariam ex Matre Regina conuertit in hominum se diligentium verè, id est, iustorum ancillam. Idiota in Prol. ad contemp. de Virg. ait: *Inuenta Maria, inuenitur omne bonum. Ipsa namque diligit diligentes se, imò sibi seruientibus seruit.* Haud potest excogitari præstantior in iustos affectus illo, qui Reginam poli iustorum addixit seruituri.

Idiota.

66. *Peccatores excipit à foris arca Mariana, iustos intus claudit, ne egrediantur.* Gen. 6.

Omnes fateor peccatores piissimus Mariæ excipit sinus, sed specialissimo custodiendi more iustos amplectitur. Recipit quidem peccatores, qui è Marianâ protectione cadentes rursum sæpè sese pelago immergũt. At iustos ita continet Virgo, vt non facilè mundialibus implicentur. Homines olim, ac animantia terrestria in arca Noë continebantur velut in carcere, vt vndæ diluuij minimè ea possent obruere. At ea quæ & in mari & in terra partim assolent nutriri, vt cocodrili, &c. cõmune naufragium euadere foris in arcæ tecto constituta, *quod* (authore August. l. 1. de mirabil. c. 5.) *latum, & stabile spatium faciebat, vt intus manentes sine periculo conseruaret.* Scio ô Virgo, (quam passim Patres Noë mysticam Arcam vocitant) te peccatoribus facilè ad pericula redituris latum spatium obiicere; sed tamen capaciorem misericordiæ sinum iustis ad vlteriorem patriæ cælestis ripam propetantibus ostentas, qui quidem, carceris in morem, illos detinere valeat, ne rursum ad pelagi pericula dilabantur. Aug.

67. *Peccatoribus micas & stillas, iustis totam exhibet mensam.* Cretens.

Mensam intellectualē Andreas Cret. Deiparam vocitauit, cui hærescunt iusti, ex qua sæpè comedunt, & bibunt peccatores ea quidem differentia, quod iustis patetur alimonia, calix propinetur: peccatoribus autem micæ è mensa excidant, calicis reliquiæ exhibeantur. An non Maria Rebecca Abrahæ seruo hydriam apponens, at camelos inuitat ad canales? Ex mensa mysticâ iusti panem accipiunt, micæ peccatoribus præparantur. Ad hæc D. Bernardus de verb. Apocal. *Ciba hodie pauperes tuos Domina: ipsi quoque catelli de micis edant. Nec puero Abrahæ tantum, sed & camelis potum tribuas.* Annon vberiori cibo, & potionis ampliori apparatu iustus, quàm peccator à Virgine dotatur? Bern.

68. *Nil tam per se notam, quam ineffabilem esse misericordiã, qua Deipara excipit iustos.* Cant. 6. Innocent.

Exclamarat Sponsus: *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt Sol.* Cant. 6. Vbi Innocentius serm. 2. de Assump. *Luna lucet in nocte, aurora in diluculo, Sol in die. Nox est culpa, diluculum pœnitentia, dies gratia.* Auroræ ergo, Lunæ ac Soli Maria comparatur, vt eius ineffabilis erga peccatores pœnitentes, ac iustos misericordia exprimeretur. Luna Maria fauet in nocte culpæ peccatoribus, Aurora excipit in diluculo pœnitudinis prodigos reuertentes, Sol autem in die iustitiæ amplius iustos illuminat. Profectò Pater id exprimit adiiciens: *Qui ergo iacet in nocte culpæ respiciat Lunam, deprecetur Mariam: qui ad diluculum pœnitentiæ surgit, respiciat Auroram, deprecetur Mariam.* Nec addidit, vt similitudinem absolueret: *Qui in die gratiæ viuit, respiciat Solem, deprecetur Mariam.* Cur igitur cum expressisset Mariæ erga peccatores, ac pœnitentes pietatem, non addidit, vt similitudinem perficeret, quonam modo se Virgo haberet erga iustos in die gratiæ viuentes? Existimo quia id otiosè adiiceret, cùm quòd rem per se iam notam enarrâsset, tum quia impossibile arbitratus est exprimere affectus Mariani erga iustos præstantiam; vnde vnum & alterum exponens, tertium vti ineffabile prorsus reliquit.

69. *Rebecca Maria plus fauet iusto Iacob, quam iniusto Esau ve benedictione donarentur.* Gen. 25. Ambr.

Isaac & Rebecca duorum parentes filiorum Esau & Iacob, quorum *hic mitium cibos morum* (loquor cum Ambrosio) *hic domesticam gratiam, hic pro patre teneræ mansuetudinis, atque pietatis dulces epulas ministrauit.* Ille autem *venatu aspero prædam quærit agrestem.* Certe Esau peccator paternam benedictionem amittit, Iacob iustus & temporalium & spiritualium bonorum copiâ donatus est. Annon profuit illi Rebecca? En Mariam (authore Richardo Laurent.) vtriusque fratris & iusti

&

& peccatoris parens, cum posset peccatorem intercessione suâ ad vnicam salutis æternæ sedem (suppono etenim vni illorum benedictioné solummodo à Deo præparatam) attollere, maluit iustum filium huiusmodi gratia donare; quia specialissimo iustos sibi adstringit affectu, & docet Virgo iustos semper iniustis præferendos siue præmia elargiaris, siue ad regimen ministrum requiras, siue negotia grauia committere cures.

Observatio V.

Testamento Maria legat peccatoribus se nunquam ab illis recessuram.

Edocemur salutis, ex obsequio Virginis, facilem esse viam.

70. Diximvs Mariam Testamento legâsse peccatoribus sibi obsequium præstantibus, se nunquam ab eis, vt opé afferat vocantibus, recessuram. Quid felicius peccatori imperfectissimum Virgini libanti sacrificiũ (dum peccatis simul operam nauat) quam eius Dominæ ope fulciri, quæ piissimæ parentis in morem nunquam non filio hæreat ægrotanti?

71. *Maria haret intimè peccatoribus quasi rerum causa.* Deus equidem rerum causa necessariò intimè præsens est cunctis creaturis, vt cõseruari valeant: nec alius potest assistentiæ, aut præsentiæ strictior excogitari. En præsentia Mariæ, vt peccatoribus succurrat: illis quidé quodammodo intimè præsens adest vt causa rerum. Cecinit Dauid: *Operatus est salutem in medio terræ.* Psal. 37. D. Bernardus serm. 2. de Pentec. asserit Mariam terræ medium hîc vocitari. *Maria mirabili proprietate terra medium appellatur.* Quare? *Ad illam sicut ad medium, sicut ad rerum causam respiciunt qui in inferno habitant.* Peccatores scilicet Mariam quasi ad rerum causam aspicientes eius apud se præsentiam intimam ineffabiliter commendant. Nec solum vt conseruet, sed vt valeat recreare illos, quos culpa ab ipsa deturbauit essẽtia iuxta illud Bernardi: *Per peccatum in nihilum redacti, iteratò creati sumus. Maria in te* (adiicit Pater) *respiciunt oculi totius creaturæ; quia in te & per te, & date benigna manus Omnipotentis quidquid creauerat recreauit.*

Psal. 37.
Bernard.

72. *Nunquam Mariam absentem inuenies.* Immisit olim Rex Iosias ad Prophetidem Holdam, quæ de rebus ab illo agendis Deum consuleret. *Ierunt itaque ad Holdam Prophetidem, quæ habitabat in Ierusalem.* 4. Reg. 22. Quæstioni do, quare ad fœminã accurrerint, cum Ieremias cunctorum Prophetarum Princeps posset Regi respondere? An quia tunc Ieremias erat iuuenis? Num quia Iosias *quærebat* (loquor cum Lyrano) *consilium pietatis & misericordiæ diuinæ: ideo ierunt ad mulierem; quia mulieres magis solent esse misericordes, quàm viri?* Aptiùs alij interpretantur, haud misisse ad Ieremiam, *quia erat absens.* O peccatores diuinis cõmiocationibus perterriti, vti Iosias, haud vobis facilis ad Ieremiam virum, ad Christũ accessus, quia absens à vobis affectu est, abiit in regioné longinquam ipsius in morem peccatoris; accurrite ad Holdam quærentes consiliũ pietatis, & misericordiæ diuinæ; neque enim *absens* vnquam à vobis reperietur, quæ semper mater piissima vobiscum commoratur. Nec ad Ierosolymam mittite, aut pergite, vbique vt *rerum causa* commoratur.

4. Reg. 22.
Lyran.

73. *Præoccupat Maria requirentes se, quia semper adest.* Illi *ierunt ad Holdam*, peccatores autem à Maria pergente ad ipsos præoccupantur; quia nunquam ab eis discessisse videtur, quæ tam opportunè succurrit laborantibus. *Præoccupat sapientia Maria eos, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.* Sap. 6. Euangelicæ Virgines & sapientes & fatuæ, iusti scilicet & peccatores *exierũt obuiam Sponso & sponsæ.* Christo scilicet & Mariæ. *Moram autem faciente sponso.* Mat. 25. Cur non additur: *& sponsa*, quæ cum Domino simul gradiebatur? An quia Christus iudex moris vtitur ad subueniendum, nam absens reperitur: at Deipara, quæ specie visibili absens obiicitur apud superos habitans, nunquam à peccatoribus recedit? Ita planè. Ea est Maria vt simul in Dilecti sinu resideat, & apud homines indiuidua commoretur. Ideo moram non facit, cùm succurrendi occasio obiicitur. Clamarent tũc miseræ stultæ Virgines: *Domina Domina, aperi nobis;* non *Domine, Domine*, fortasse ostium eis reseratum fuisset. *Sæpè* enim (verbis vtor Idiotæ) *quos iustitia Filij potest damnare, Matris misericordia liberat; quia thesaurus Domini est, & thesauraria gratiarum ipsius.*

Sap. 6.
Mat. 25.
Idiota.

74. *Esther Maria simul apud superos commoratur, & apud peccatores conspicitur; vnde faciente moram sponso, ipsa minimè moram efficit.* An simul apud superos commoratur Maria, & ab hominibus non recedit? *Assumpsit* Esther *duas famulas, & super vnam innitebatur; altera verò famularum sequebatur Dominam defluentia in humum vestimenta sustentans.* cap. 15. Typum Mariæ exerens Regina simul vni alteri innititur famulæ, cum & superis innititur, & terram socia hominum habitat eis ad salutem præstans ducatum. Vnde & cum spõso absente commorari potuit, & ipso *faciente moram*, moram ipsa non facere, quia præsens intimè erat peccatoribus. D. Bonauentura in speculo, cap. 3. *Duæ famulæ, quarum Domina est Regina Maria, sunt Angelica, & humana natura. Intelligentia Angelica est famula super quam Domina innititur in cælo: anima verò humana est famula, quæ Dominam suam sequitur in Mundo, colligens vestimenta Dominæ, scilicet virtutes, & exempla Mariæ.* En Dominam & apud cælicolas, & cum terricolis simul commoratur.

Esther. 15.
Bonau.

75. *Velocior salus inuocata Maria, quam Iesu: quia hic abesse ostenditur, illa nunquam non adesse conspicitur.* Difficilem hinc Diui Anselmi sententiam exponam. *Velocior est nonnunquam salus memorato nomine Mariæ, quam inuocato nomine Iesu.* Sic ille lib. de Excel. Virg. cap. 6. Quid bone? Annon Iesus velocissimè accurrit inuocatus? *Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius, &c.* Annon in pennis *eius sanitas?* Annon *venit saliens in montibus, transiliens colles;* quia *Dilectus similis est capræ, hinnulóque ceruorum?* Annon currit in siti, & authore Augustino, *nunquam erit* fine

Ansel.

ſtus fiti, quia ſemper currens obiicitur? Quonā modo ergo velocior ſalus inuocato nomine Mariæ, quàm inuocato nomine Ieſu? Reſpondet Doctor, quia *ad Chriſtum tanquam ad iudicem pertinet etiam & punire; ad Virginem tanquam ad patronam non niſi miſereri.* Aptè quidem; ſed argumento accommodatius velociorem eſſe dixerim ſalutem nomine Mariæ memorato, quia Chriſtus iudex cum ſit, velut abſens à peccatoribus oſtentatur, peregrè enim *profectus* abſconditur, & ſæpè à ſuis ſanctiſſimis *quantum iactus eſt lapidis ſaltem abſtrahitur.* At Maria nunquam abſens oſtenditur, ſemper cum peccatoribus præſens intimè commoratur. Apud dominam famula ſub eodem cubiculo ſedet manuum gerens opuſcula; famulo quidem ad domus veſtibulum ambulante. Aduocat hera miniſtrantem, audit hærens cubiculo ancilla, audit & famulus, hic velociſſimè ſcandendo gradus operam nauat, illa autem reſpondet: Adſum. Dicitote mihi, quiſnam velocius ſeſe vocanti Dominæ offeret? an famulus velocior fœmina, aut ipſa fœmina infirmior vtique & ad curſum ineptior? Certè velocior erit miniſterium inuocato famulæ auxilio, quàm viri velocioris; quia ille abeſt à cubiculo à platea ad cubiculum aſcenſurus, famula autem minimè à cubiculo recedit. Velocior itaque memorato nomine Mariæ ſalus, quàm Ieſu nomine inuocato; quia hic abſens cum ſit, vocatus aduenit opem laturus: (ſic liceat mentem expromere ſciens Deum nunquam non adeſſe cum in ipſo viuamus, moueamur, & ſimus) Maria autem aduocata non ventura reſpondeat nunquam à peccatoribus recedens.

76. *Reſpondet prior peccatori vocanti Maria, quam Ieſus, quia hic abeſt, illa nobiſcum eſt.* Ioan. 2. Rupert.

Patet id in Cana Nuptiis. *Nuptiæ*, inquit Ioannes, *factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat Mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem Ieſus & Diſcipuli eius ad Nuptias.* Ioan. 2. Vbi Rupertus vini defectum explicat peccatoris corruptionem, quæquidem ipſa clamitat: Doleo corruptionis preſſus ægritudine. Succurrit miſero Chriſtus, ſuccurrit Maria; hæc obiiciendo Filio: *Vinum non habent*, corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt; ille aquam in vinum conuertendo. Rogas, an Deipara velocior accurrerit, vel Filius? Scio velociorem ſeſe ſalutē obtuliſſe ex Maria, quæ Filio hominum miſeriam miniſtrauit: *Vinum non habent*, occurrente Domino: *Quid mihi, & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea.* Iam quæſtio procedit: An velocior Maria Filio velociſſimo ad ſuccurrendum? Minimè planè, quia Deus vincit creaturæ pietatem. Attamen ſalus velocior; quia Chriſtus abſens cum eſſet, *vocatus eſt, & venit ad Nuptias*, Maria verò non venit, quia *erat ibi* nunquam diſcedens à peccatore: *Et erat Mater Ieſu ibi.* Ediſce, quam ſit facilis ſalutis aditus, quàm in promptu peccatoribus ſaluatio poſt Mariam.

Observatio VI.

Primam condicionem ad legati huius validitatem confirmo, ſcilicet: ſi peccator nunquam à Deiparæ obſequio receſſerit.

Ediſcimus Diuis vſque ad obitum obſequia à peccatoribus libanda.

SVNT qui poſtquā Mariæ obſequio ſe deuouent, poſt temporis interſtitium deuotionem obliuioni committunt. Haud hiſce infallibilis Marianę ſpes pietatis; ſed illis, quos vitæ terminus inuenit Deiparæ cultores; quos demum ipſa ad ſalutis portum impetratâ à Deo eis pœnitudine adducit. 77.

78. Olim Oza ſacrilego auſu Arcam contigit, vnde *percuſſus eſt ſuper temeritate.* 2. Reg. 6. Grauiter quidem Oza deliquit. Lyranus. *Fecerat poni arcam ſuper plauſtrum, cum tamen deberet portari humeris Leuitarum. Quod autem ſic deberet portari, Oza nullo modo debebat ignorare. Peccauit ergo in hoc, quòd voluit aſſimilari Philiſthæis infidelibus in Arcæ deportatione.* Repentinā ideo temporariâ morte affectus eſt. An ſimul æternâ? Sunt qui putent æternæ morti nō fuiſſe addictum, quia *mortuus fuit ibi iuxta Arcam.* Annon Arca illa Mariam adumbrabat? D. Ildephonſus ſerm. de Aſſump. *Arca Dei viuentis Maria, de qua natus eſt Chriſtus Dei virtus.* Vel apud veræ Arcæ typum occumbens ſacrilegus ille non damnatur, eorum exerens imaginem, qui iuxta Arcam Mariam, id eſt, ipſi obſequium præſtantes vſque ad vitæ terminum diem ſuum obeunt.

Oza ſacrilegus ſalutem aſſecutus, quia iuxta Arcam obiit, quidem cū Mariam. 2. Reg. 6. Lyran.

Ildeph.

79. Profectò *Arca* venerabilis *capta eſt, duo quoque filij Heli mortui ſunt Ophni, & Phinees.* 1. Reg 4. Quæris, num æternâ ſimul morte Heli filij fuerint puniti? D. Ephrem lib. *Confeſſio, &c.* reſpondet affirmatiuè, quia eorum malitia ſatis nota, & nunquam, quod ſciamus, retractata. *Mortui ſunt Nadab & Abiu, ne ſpatium quidem pœnitentiæ, ac ſeſe defendendi conceſſum eſt. Ophni quoque & Phinees hos imitati, quia in inſolentia, & arrogantia perſtiterunt, eodem iudicio ſubiecti ſunt.* Diuus Antiochus *miſerrimâ* aſſerit illos *morte* diſceſſiſſe. Loquitur quidem de æternâ; temporalis enim, qua quis in prælio pro tuendis ſacris occumbit, glorioſiſſima appellanda, Chryſoſtomus denique eos *turpiter & miſerabiliter* corruiſſe affirmauit: auaritiæ, intemperantiæque delicto pœna reſpondente. Attamen Abulenſis credit valdè probabile damnatos non fuiſſe; quia pro tuenda Arca in bello occubuēre. Ethnici ea diuino imperio bellantes dicuntur ſanctificati, fante Domino: *Ego mandaui ſanctificatis meis*, (Medis ſcilicet) *& vocaui fortes in ira mea.* Iſai. 13. A fortiori credo verè ſanctificatos fuiſſe illos, qui non fugiendo, ſed pugnando pro Arca occubuerunt. Iuxta Arcam Dei obeunt, in Arcæ ipſius obſequio vitam terminantes: Maximum exhibent æternæ ſalutis documentum. Quid iuuat te, ô Virgo, hoc eſt, tuo perſiſtens obſequio, licèt improbus, licèt ſacrilegus fuerit, cōdemnetur? Teſtor hiſtorias aſſerentes pluribus à Filio te conſecutam in nouiſſima calamitate ſpatium pœnitentiæ; quia priùs eos vita deſeruit, quàm tui memoria, & deuotio. Aiebat Anſelmus de Excel. Virg. cap. 12. *Benignisſimus*

Filij Heli ſalute donati, quia in obſequio Arcæ eos mors deprehendit: quid in obſequio Mariæ? 1. Reg. 4. Ephrem.

Antioch.

Chryſoſt.

Iſa. 13.

Anſel.

missimus Filius tuus ad concedendum quidquid vole. promptissimus erit, & exaudibilis. Tantummodo itaque velis salutem nostram, & re verâ nequaquam salui esse non poterimus. Annon voles huiusmodi tibi addictos saluari? Existimo illos, qui damnandi sunt antè vitæ terminum vltrò te detestatos, ne quem mors tibi obsequentem reperit, ab æterna salute, nolente te, cecidisse dicatur.

80. Iesu mortem sic Ioannes descripsit: *Inclinato capite tradidit spiritum.* c. 19. Ad quæ Hugo Card. expendens particulam: *Inclinato capite,* inquit, *Capite inclinato ex parte Matris suæ, quasi diceret: Per ipsam veniam petite; ipsa est oraculum misericordiæ.* O morituri, curate vt vltima calamitas vos Virginis cultores deprehendat. Testor Latronem idcirco se ad bonam frugem recipientem, & Regno donatum, quia Virginem cum valens coluisset, eam à latronū manibus liberando, de quo supra, (confirmante Ansel. apud Torres de Instit. Princ. l. 13. c. 1. & Dionysio Cart. de vita Chris. p. 1. c. 13.) moriturus demù coluit, vt morte eum in obsequio Virgineo comprehendente, æternæ saluti, intercedente Virgine inter crucem Iesu & crucem latronis posita, (vti Petrus Dam. apud Salmer. tom. 10 tract. 40.) addiceretur.

Moriturus Dominum edocet peccatores in obsequio Virginis occumbere.
Ioan. 19.
Hugo Card.
Anselm. & alij.

81. Morte quidē non moritur qui iuxta Mariā Dei Arcā occūbit. Quòd si morte primâ quis afficiatur in sumente Domino criminū vindictā; à morte secunda seu dānatione æternā ex Arcæ Marianæ præsidio liberabitur. Ad Sacerdotē Abiathar morte dignū Salomon ait: *Vade in Anathoth ad agrum tuum. Et quidem vir mortis es, sed te non interficiam, quia portâsti Arcam Domini Dei coram Dauid patre meo.* 3. Reg. 2. Si viro mortis vita donatur propter Arcam olim asportatam: quantò potiori iure peccatoribus morientibus temporaliter propter Virgineam Arcam actu ipso corde gestatam venia & æterna vita concedetur? Disce Diuis obsequia libans nunquam à deuotione cadere, preces qualescunque offers quotidie haud tradere obliuioni.

Vir mortis non perimitur morte secunda Arcam Marianam præferens.
3. Reg. 2.

Observatio VII.

Secundam conditionem ad legati huius validitatem illustro, videlicet, si peccator virgini prǽstet obsequium non eo prætextu, vt illa ad crimina indulgeat protectionem; sed vt ad pœnitentiam impendat auxilium.

Edocemur non Diuis inseruire, vt delictis illigemur impunè, sed vt à delictis recedamus.

82. PEius alij vt indulgere possint voluptatibus curant Virginem sibi precculis conciliare. At Mater miserationis eis redditur castrorū acies ordinata, horribilisque timoris parens. Quomodo enim legislatoris Mater proteget legis transgressores? Imò illos fortissimè debellabit in impudentissimæ securitatis vindictam.

83. Delinquentes olim Hebræi vt adhuc impœnitentes ab irato Numine protegerentur dum aduersùs Philisthæos dimicarent, Arcam Testamenti hostibus opposuere scutum sibi futuram. Quid plura? *Inito certamine, terga vertit Israel, & percussus accubuit.* 1. Reg. 4. Tantane clades electi populi in Arcæ protegentis conspectu? Pulchrè occurrit Theodoretus: *Non enim oportebat legem propugnatorem suum fieri eis, qui legem palam transgressi fuerant.* Delinquit populus liberè, quia Arcam habet propugnationem? Ideo Arca ipsa oppugnatrix exsurgit. Audiendus Richardus Laurent. lib. 19. *In Arca fuit Deuteronomium significans legem nouam. Maria est Arca conseruans omnia verba nouæ legis. Noua enim lex in ipsa erat; lex enim spiritus vitæ eam repleuerat, quæ liberat à lege peccandi.* Si Maria Arca legem protegens, hominésque à lege peccandi liberans, certum est hostiliter se habituram aduersùs eos, qui ipsam inuocant adiutricem, vt liberiùs valeant peccati legi parere, legémque diuinam violare.

Arca Maria eos debellat, qui se protectionem ambiunt aduersus ipsam legem, quam illa custodit, & defendit.
1. Reg. 4.
Theodor.
Richard.

84. Minetuæ quidam deuotulus ad meretriculam diuertens, vt securius posset voluptatibus operam exhibere, Diuæ simulachrum attulit ad lupanar, visus sibi fore vt Diuæ propugnaculo à Iouis fulmine liberaretur. Proh homuncionis stultitiam! Deo Virgo luxuriei effrænatæ deditis addicet protectionem? Quàm bellè Enodius! *Virginis oculos & lupanaris secreta violauit; & in vtraque sacrilegas actione. Nec flagitia veneratur, quibus inimicam Deam testem adhibuit: & castitatis profligat ruborem, quam indignis associat.* Quàm meritò emisso fulmine deperiret! An non dementiæ documentum Virginem luxuriæ protectionem addicere, Mariam, inquam, impudicitiæ inimicam lasciuiæ patronam adhibere? Et delicias & nos destruimus, si quidem propugnaculi loco vindictam sollicitare curamus.

Demens qui Diuam puritatis adhibet impudicitiæ propugnaculum.
Enod.

85. Textoris liceat Emblemate hanc cogitationem confirmare. Pingitur aranea ad oliuam Palladi Virgini consecratam ascendens, vt dans operam telæ conficiendæ impunè posset sub Diuæ protectione volantes auiculas illigare. Canit Poëta.

Palladis arbor erat, fragiles vbi aranea telas
Texuit; at miseram musca volando necat.

Leuis itaque musca araneam aculeo fragili confixit, iustè quidem, si Palladis Virginis propugnaculo vsa, vt liberè volantes muscæ irretirent, ad deliciarum pabulum. Addit:

Nec mirum si musca leuis deuicit arachnem,
Palladis arbor erat Palladis auxilio.

Num non Maria Virginum Regina *oliua est speciosa in campis?* Sub protectione Virginis retia cōficitis, vt mulierculas possitis comprehendere, venari delicias? Leuis quælibet musca Beelzebuth seu Principis muscarum alumna vos miserè debellabit.

Perit aranea vtens Palladis auxilio ad latrocinia, &c.
Text.

86. Itáne? Vbinam Mariæ potentissimæ innatum auxilium? *Cùm omnes sancti* (loquor cum Richardo Laurent. lib. 3.) *& Angeli possint Christo supplicare, ipsa sola materna authoritate potest ei vt Filio imperare.* 3. Reg. 2. *Vbi legitur, Salomon qui significat Christum, respondisse Matri: Pete mater mea, neque enim fas est, vt auertam faciem tuam. Ideo sic oramus: Monstra te*

Potentissima apud Filium Maria non potest postulare sua puritati repugnantia.
Richard.

esse Matrem. Quasi diceremus ei : Imperiosè & materna authoritate supplica. Item illud : Ora Patrem , iube Natum. Nonne legitur, quod Iesus erat subditus illi ? Et quod Maria materna fungens authoritate, corripuit Filium dicens : Fili, quid fecisti nobis, sic ? Et subditur, quod audita correptione, (querelam dulcem vocitarim) *descendit cum illis.* Igitur orante Maria: Fili, ne voluptati indulgens meâ fretus protectione, percutiatur, proculdubio consequetur. Stultè, potéstne Virgo exorare, tibi concedi locum impunè delinquendi? Si Christus non potest faciem à Matre auertere; ideo quidem, quia ipsa haud potest quidquam, quo facies erubescat, postulare. An quod huiusmodi continet contradictioné consequi intendet? Edisce Diuis non inseruire, vt vaces voluptati, sed vt euacues quæ erant delinquentis.

SECTIO OCTAVA.

Sepultura & translatio Deipara.

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. 16. HÆREDITARIAM cadauer sacratissimum occupat sepulturam vitæ officinam domum mortis redditurum. 17. Post paruum interstitium temporis Mariæ animus Filij resurrectionem imitaturus corpus rursum informat, vt Paradisus cælestis, qui vero fruebatur Adamo, nec non & Eua veraci potiretur : nec Bersabee æterni Iudicis throno deesset, quæ hominum causas ineffabili sollicitudine ad fælicem perduceret euentum, Numine pacato ; vt plures fiant immensæ , ac prorsus ineffabilis Virginis gloriæ spectatores.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Funeris Mariani pompa.

1. *Defertur in Gethsemane corpus Marianum Apostolicis humeris.* Turon.



ÆREDITARIAM *cadauer sacratissimum occupat sepulturam.*] Diluculo igitur Arca Domini venerabilis è Sion monte sublata (vti Gregorius Turon. de glo. Mart. l.1. c.4. affirmat) Apostolorum humeris vecta per mediam ducitur ciuitatem in sacratissimú prædiú Gethsemanes, vbi sepulchrum aderat hæreditariú ; Rege regum id tegête suæ Diuinitatis splendore, Angelis præeuntibus, & consequentibus totáque Ecclesiæ congregatione præcurrente, & gratas emittente voces. Legendi Iuuenalis apud Euth lib.3. c.40. Andreas Cret. Metaph. orat. de Dorm. Niceph. l. 2. c. 22. Damascenus autem audiendus orat de Dorm. *Tunc Arca Domini sublata ex monte Sion vecta humeris inclytis Apostolorū in Tēplum , seu sepulchrum transmittitur per mediam Ciuitatem, tanquam quædam sponsa decorata splēdore spiritus, ad quem non patet aditus : & sic fertur in sacratissimum prædium Gethsemani, Angelis alis contegentibus corpus , & Ecclesia tota congregatione.*

Iuuen. Creten. Niceph. Damasc.

2. *Funus Deiparæ cum Arca translatione confertur* Damasc.

Pergit autem Pater funus Mariæ cum pristina Arcæ Dei depositione conferre fatus: *Quemodo Rex Salomon propter Arca requiem in Templo Domini, quod ipse construxit, omnes seniores Ierusalem vocauit ad concionem in Sion : & sustulerunt Sacerdotes Arcam, & Tabernaculum testimonij, ipsi verò & Leuita , & Rex , & vniuersus populus ante Arcam sacrificabant boues, & oues innumerabiles; qui & intulerunt ipsam Arcam Testamenti in locum eius in Sancta sanctorum sub alas Cherubim. Sic tunc propter requiem Arca intelligentis, non Testamenti Domini , sed ipsius hypostasis Dei Verbi : ipse nouus Salomon , qui est Princeps pacis , & Vniuersi optimus architectus, mentium cælestium supermundanorum ordines, & noui Testamenti Proceres, Apostolos scilicet, cum vniuerso populo Sanctorum, qui erat Ierosolymis, hodie congregauit : & animam quidem per Angelos in Sancta sanctorum introducit, portatur autem corpus manibus Apostolorum, Rege Regum id tegente splendore sua, quæ sub aspectum non cadit, Diuinitatis: & toto cœtu populi præcurrente, & sacras voces emittente , & sacrificante sacrificium laudis; donec in sepulchro tanquam in thalamo, & per ipsum in delicijs Eden , & in cælestibus repositum est tabernaculis.*

3. *Iudæo impio manus abscissæ, eidem pœnitenti restitutæ.* Damasc. Niceph. Metaph.

Pompæ solemnissimæ gloriam addidit prodigium, quod ex Damasc. citato, & Nicephoro l.2. c. 22. acceptum ore Metaphrastis exponam. *Cùm hoc sacrum,* inquit, *& impollutum corpus in Gethsemane offerretur, vbi sepulchro tradi Deipara ipsa præceperat. Iudæus alijs inuidentibus infænior , & impudentior , cùm venerandum portaretur grabatum , in id irruit plenus inconsiderato impetu , & furore. Eius autem scopus erat sacrum lectum in terram allidere ; & tali afficere iniuria , vt qui esset vir insignis audacia. Non neglexit autem diuina iustitia , sed manus , quæ grabatum apprehenderant , ex vlnis protinus fuerunt abcissæ. Verum quæ in partu gaudio totum Orbem terrarum repleuerat , non erat vlli omninò in morte futura molestia. Cumque qui passus fuerat esset quidem improbus , ne tamen omnino eius improbitas videretur insanabilis ; ex ijs , quæ fuerat passus , instam eorum*

rum, quo malè senserat petiit pœnitentiam; & quoniam carebat manibus, nec eas poterat ad preces extendere, emisit lacrymas ex oculis, & sic petit curationem. Disciplinam autem vide simul & medicationem. Statim enim hi quidem, qui lectum ferebant, constiterunt: accedit verò is, qui passus fuerat sectionem; & qua amputatæ fuerant manus vlnis applicatis (hoc autem iusserat Petrus) statim secuta est manuum curatio.

§. II.

Sacratissimi Corporis depositio.

4\. *Depositio eius cadauer sacer affectus Damasc.*

SAcerrimè Cadaueris depositionem describit idem Damascenus, fatus. *Rursúsque amplexus, & rursus encomia, hymni sacri, & genuum inflexiones, & lacrymæ, & ex animi mœrore & desiderio fontes circumfluentes. Licebátque videre lacrymas de fluxu contendentes. Sic sacratissimum corpus præclarissimo imponitur monumento.*

De qua felicissima Mariani corporis custodia sic Sophronius serm. de Assump. *Monstratur sepulchrum eius, cernentibus nobis vsque ad præsens in vallis Iosaphath medio, quæ vallis est inter montem Sion, & montem Oliueti posita. Vbi in eius honorem fabricata est Ecclesia miro lapideo tabulatu, in qua sepulta fuisse ibidem ab omnibus prædicatur; sed nunc vacuum esse Mausoleum cernentibus ostenditur.* Lege Euthymium lib. 3. cap. 40. Bedam de Locis cap. 6. Brocardum lib. de rer. Sanct. in Descrip. Ierosol.

Euth. & alij.

Apud deliciarum iam locum nempe sepulchrum, deficere-ne poterat cælestium volucrum melodia? *Angelorum* (inquit Iuuenalis Episc. Ierosolym lib. 3. Histor. cap. 40. Euthymij.) *Chorea, & hymnodia mansit tres dies perpetuos.*

Iuuen.

§. III.

Eiusdem ad superos translationis argumentum.

5\. *Sepulchrum Thomæ reseratur vacuũ quidem.*

POst paruum interstitium Maria animus corpus rursum informat.] Aperientes Apostoli monumentum vacuum reperiunt, vnde resurrectionis Mariæ, ad cælósque translationis validissimum sumpsere documentum. Causam aperiendi sepulchrum, sic adnotat Iuuenalis citatus: *Post tres dies Angelicâ cessante hymnodiâ, qui aderant Apostoli, cum vnus abfuisset (Thomas videlicet) & post tertium diem venisset, & quod Deum susceperat corpus adorare voluisset, loculum aperuerunt, sed intemeratum quidem, & omni ex parte laudandum corpus nequaquam inuenire potuerunt: cùm ea tantum sola inuenissent, in quibus fuerat compositum, & positum; & ineffabili, qui ex his profluebatur, essent odore repleti, locum clauserunt.* Cuius authoritatem Metaphrastes confirmat.

Iuuen.

Metaph.

Quod dicimus, asserit Iuuenalis diuinus Ierosolymorum Episcopus. Fuit autem hic vir sanctus, & à Deo inspiratus, qui ab antiquâ, & verâ traditione narrationem dicit ad se sic fuisse deductam, &c. Consonat Nicephorus lib. 2. cap. 23. dicens: *Iuuenalis Ierosolymorum Episcopus magnus sane, diuinóque afflatus Numine vir, ex vetustâ traditione rem hanc sic gestam scriptis suis cum fide confirmat.*

Niceph.

6\. *Linteamina osculantur Apostoli, vacuo sepulchro.*

Certè linteamina, quæ, vt vidimus, aptè composita repererunt, deosculati sunt, ineffabili deuotione affecti; sepulchrum autem ad pristinum modum conformant pro certo habentes per Angelorum manus corpus beatissimum sanctissimo spiritu viuificatum translatum ad Superos. Vacuum equidem Virginis sepulchrum pulchrè interrogat Damascenus. Orat. 2. de Assump. *Vbinam est illud minimè adulterinum aurum, quod Apostolorum manus in te condiderunt? Vbi inexhausta opes? Vbi pretiosus ille thesaurus, qui vitam suscepit? Vbi gratiæ abyssus; Vbi curationum pelagus? Vbi fons, ex quo vita orta est? Vbi amabilissimum Dei Genitricis corpus?* Sepulchrum autem sic respondens inducit: *Quidnam in sepulchro quæritis eam, quæ ad cælestia tabernacula electa est? Quid custodiæ rationem à me exposcitis? Non ea meæ vires sunt, vt diuinis iussis obluctor. Relictâ sindone sacrum illud corpus postquam mihi sanctitatem impertiuit, atque vnguento, & suauissimo odore me compleuit, diuinúmque delubrum effecit, abreptum hinc abiit.*

Damasc.

§. IV.

Assumptio Deiparæ Patrum testimoniis stabilitur, commendatur.

7\. *A dextris Filij Maria tota incorruptionis ornatur amictu.*

VT Paradisus cælestis, &c.] Pro veritate Assumptionis Deiparæ non tam stabilienda, quam illustranda libet nonnulla Patrum testimonia recensere. *Astitit* (inquit Dauid) *Regina à dextris tuis in vestitu deaurato.* Psalm. 44. Id est, ad superos eleuata tota Maria incorruptionis ornatur amictu. Athanasius in Euangel. de Deipar. *Nunc adest, ait, Regina a dextris suis, & in vestitu deaurato incorruptionis, & immortalitatis circumamicta sacris & solemnibus verbis celebratur. Non quidem secundùm spiritualem simplicitatem, & quasi sine corpore, & carne assistat; sed quòd induta sit, quantum spectat ad sanctissimam eius carnem, incorruptibilitate, & immortalitate. Proinde illa noua Eua mater viuentium appellatur ad primitias immortalitatis omnium viuentium.*

Psal 44.

Athan.

8\. *Sepulchrum Mariæ vacuũ apud nos est, ergo surrexit.*

Aiebat D. Petrus de Dauide locutus: *Et sepulchrũ eius apud nos est.* Act. 2. Haud dixit: Et corpus eius, sed vacuum sepulchrum, cum Euãgelista multa Sanctorũ corpora surrexisse cũ Domino affirmârit: *Et multa corpora surrexerunt.* Annon Dauidis sanctissimi corpori huiusmodi priuilegiũ denegaretur? Ergo fideles clamitent: Mariæ vacuũ sepulchrum apud nos est, corpus minimè, quia potiori iure tantum fuit Deiparæ priuilegium impensum. Audi

Act. 2.

Sophron.

Sophronium serm. de Assumpt. *Legimus, quia multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Vnde Petrus dixisse legitur cum de Dauid loqueretur in testimonium: Et sepulchrum eius apud nos est. Quasi non sit ausus dicere, quod ipse, aut corpus eius apud nos est; sed tantum sepulchrum, quo conditus fuerat. Hinc autem resurrexisse credimus eum cum cæteris sanctis, & ideo vacuum remansisse mausoleum. Vt nunc beatissime Mariæ resurgentis sepulchrum vacuum cernitur.*

Haud decuit Dei Matrem tradi putredini. August.

9. An deceret tantæ Matris Dei dignitati putredini subiici cadauer? Augustinus lib. de Assumpt. cap. 2. *Quid de Mariæ morte, quid de eius assumptione dicendum? Vnde diuina Scriptura nihil commemorat, quærendum ratione, quod conueniat veritati. Si dicimus eam mortis teneri vinculis, & resolutam in communem putredinem, vermes, ac cinerem: deliberandum est, si hoc conueniat tantæ sanctitati, tantæ aulæ Dei prærogatiua.* Iuuenalis apud Euthym. lib. 3. cap. 40. *Apostoli obstupefacti* sepulchri vacui miraculo, *hoc solùm poterant cogitare, quòd cui placuit in propria persona carne indui, & ex Virgine homo fieri, & post partum eius incorruptam seruare virginitatem: ei quoque visum est,* (quasi vi consequentiæ) *postquam ea è viuis excessit, intemeratum eius, & impollutum corpus honorare translatione, ante vniuersalem resurrectionem.* Leo autem Imper. orat. de Dorm. Mar. *An non, obsecro, te sanctificationis arcam, ornatissimum thalamum, diuinissimum thronum ad suum diuinum, & augustale templum transponit? An non illam, ex qua carnis indumentum susceperat, carne vestiuit, & ad summa fastigia cælorum euexit?*

Iuuen.

Leo Imper.

Ex sepulchro vacuo Iesu colligit Angelus resurrectionem. ergo ex vacuo etiam Mariæ monumento. Mar. 16. Cretens.

10. Vt Angelus efficax, imò irrefragabile Dominicæ Resurrectionis mulieribus obiiceret argumentum, ait: *Ecce locum, vbi posuerunt eum.* Mar. 16. Apostolis autem cadaueris linteamina in eiusdem resurrectionis confirmationem exponuntur. Si Mariæ monumentum vacuum, si linteamina sacra adoranda accepimus, subest-ne ratio dubitandi? Exclamat Andreas Cret. orat. 1. de Dorm. *O miracula! partus effugit corruptionem, & sepulchrum non admisit interitum. Quomodo potest hoc demonstrari? Vultis dicam? Quomodo est monumentum inane? quomodo corpus euanuit? quomodo sunt in sepulchro vestes in quibus est sepulta, nisi effugisset interitum corpus, quod sepultum fuerat? Quod si ita est, quomodo non est vera, & à mendacio aliena translatio? Stat sepulchrum inane vsque ad præsentem diem, quod & testimonio est approbatum, & approbat sanctam translationem.*

Eleuatus Sol Marianus ad cursus cælestes super bonos & malos oriturus. Cant. 4. Damascen.

11. Electa vt Sol Virgo à cœlicolis vocitatur. *Quæ est ista quæ progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol?* Cant. 4. Si vt Sol electa est, haud terræ terminis concludatur oportet, sed ad Superos auolet cursus cælestes directura, vt Sol Marianus *super bonos & malos* exoriatur. Bellè Damascenus citat. *Præclarissimo corpus sanctissimum imponitur monumento. Sed hinc tertio die ad cursus cælestes in cælestia transfertur curricula. Non enim oportebat in sinu terræ coerceri.*

Surrectione Filij & Matris quasi vi consequentiæ simul gloria celebratur. Psal. 131. Glycas.

12. Prædixerat Dauid Filij ac Matris simul, (imò consequenter quodammodo) resurrectionem. *Surge Domine, in requiem tuam, tu, & Arca sanctificationis tuæ.* Psal. 131. Illa particula: *Et*, idem quod *ideo* in præsenti. Ac si diceret: Surge, ô Domine, & consequenter Arca sanctificationis tuæ resurgat. Nam quia tibi tam propera resurrectio paratur, *ideo* Matri tuæ paratur resurrectio. Michaël Glycas p. 3. Annal. *Maria ac sepulchro resurrexit prorsus vti Filius eius, Solis sepulchralibus exuuiis in monumento relictis. Consimili itaque modo & ipsam Dei Matrem ex mortuis resurrecturam fuisse, quo Filius resurrexerat multo antè Dauid huiusmodi verbis significauerat: Surge Domine, in requiem tuam, tu, & Arca sanctificationis tuæ. Nam quia nouerat Dauid, eam quæ Christum vtero suo gestasset, eodem pacto resurrecturam è sepulchro, quia & Natus eius Dei Filius resurrexit: Ideo consimilem vtriusque resuscitationem ex mortuis multo antè expressit. Etenim ni res ita se haberet, non postquam dixit: Surge Domine subiecisset: Et, id est, ideo Arca sanctificationis tuæ.*

13. *Quasi non obnoxia obdormitioni Virgo sicut Dei filius.* Germ.

Quid si quemadmodum Filius, vt Deus, obdormitioni obnoxius non erat, nec ipsa Dei Mater obdormitioni obnoxia esset quodammodo: vnde sicut Filius mortem gustauit, sed non bibit; hoc est, post breuem somnum auolauit ad superos? Germanus orat. de Dorm. *Corpus tuum virgineum omninò sanctum est, & humanum quidem; sed quòd ad summam immortalitatis perueneras vitam, atque integrum sit, & absolutè viuum, & obdormitioni non obnoxium, quippe quod vas Dei capax fuerit.* Et Metaphrastes ibid. *Sacratissimum corpus Mariæ mandatur sepulturæ. Quidni enim, cum etiam qui erat Deus eius Filius more hominum sepelitur?*

14. *Ideo & ipsa & Mariæ mors naufragio Ionæ comparatur viuentis.* Matth. 12.

Ionæ naufragio fœlici Iesu sepultura comparatur. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus.* Mat. vlt. Et cur cum Ionæ vita apud cetum Christi mors componitur? Annon quia glorioso sepulchro Dominus quasi viuens commoratur? Haud aliter Virgo inter mortuos libera tribus diebus habitat: & quodammodo non obnoxia dormitioni dormit sicut Dominus dormitioni minimè obnoxius. Augustinus lib. de Assumpt. cap 2. *Ionam seruare in ventre ceti præter naturalẽ vsum voluit incorruptum sola misericordia. Mariã præternaturalem incorruptam non seruauit gratia?* Id est, gratia illa, quâ quodãmodo præter naturalis facta est, & cõmuni obdormitioni quasi non obnoxia. Ionã misericordia prętet vsum naturalem seruauit incorruptum. Mariam præternaturalem seruauit ea ipsa gratia, qua præternaturalis quodammodo est effecta. Vt scilicet eius sepultura Iesu viuentis inter mortuos sepulchrum posset imitari. Kosinas hymnograph. episc. Maiumanus. *Tu Virgo, quæ præter naturæ ordinem Deum enixa es, clara victoria symbola deferens, illum, qui te genuit, æmulata, super naturam naturæ legibus concedis. Nam & moreris, & mortua cum Filio denuo exsuscitaris vnà cum illo in omnem victura æternitatem.* Huius sententiam Glycas epist. ad quemdam Monac. collaudat Lege Gregor. Turo. lib. 1. de glor. Mart. cap. 4. Michaelem Sing. in vit. Dion. Niceph. lib. 1. cap. 35. & lib. 2. cap. 22. & 23. Roderi. Arcb. Tol. in act. Conc. Later.

Kosin.

Glycas & alij.

Bern. ser. 2. de Assump. Ansel. de Excel. Virg. c. 8. Rupert. lib. 6. Cant. Instin. ser. de Assump. Tam communis sententia pietate Ecclesiæ comprobata haud sine temeritate abnegari non potest.

15. *Mariana gloria præ-[stantia.]* Quid de Marianæ gloriæ præstantia? Cœli tenere verticem Michael Singel. citat. affirmat. *Hinc Virgo integerrima, quæ omnibus cælestibus Potestatibus sublimior est, & omni creatura dominatur post celebratam eius memoriam ad sublimiorem cæli requiem est assumpta.* Et Damascenus Orat. de Dorm. *Quomodo Filius ad Mariam descendit, ita decebat etiam eam illi dilectissimam ad ipsum extolli in maius, & perfectius tabernaculum.* Id quod propriâ Obseruatione confirmabo. Michael. Singel. Damas.

IN MARIAM VIDVAM

PANEGYRICVS MORALIS OCTAVVS

Circa literam.

Ex Ipsius sepultura, & translatione.

OBSERVATIO I.

Assumptæ Deiparæ Volatum illustro.

Vbi innuitur quanta laboribus gloria prępararetur à Domino.

16. PLVRIBVS augustis quidem Patres Assumptionem Deiparæ elogiis concelebrant, quorum lib. 12. vberiùs gloriam expressurus inpræsenti nonnulla prælibabo.

17. *Cælo noui apparent Ioanni, quia Maria assumpta eos noua gloria ornauit.* Apoc. 21. Ansel.

Cælum nouum se vidisse Ioannes affirmat, Ierosolymámque *nouā* apparuisse testatur. *Vidi cælum nouum, Vidi Ciuitatem sanctam Ierusalem nouam.* Apoc. 21. Et cur cælorum nouitas Ioanni ostentatur, nisi quia assumpta Maria cælos ineffabiliter exornauit? D. Anselmus de Excel. Virg. cap. 8. *O dies tanti occursus gloriosa! Dies illa non solum te Domina, ineffabiliter sublimauit, sed cælum ipsum, quod penetrasti, nec non cuncta, quæ in eo sunt, noua & ineffabili gloria decorauit. Noua quidem cælum gloriâ ornauit, quia priorem gloriam eius ex præsentia tui, vltrà quam dici possit, aut cogitari, magnificauit. Nam cum tu Domina ascendis illuc, noua illud, & præcellenti virtutum tuarum dignitate irradias, immensâque miserationum tuarum luce collustras.* Exornatura igitur cælum potiùs quàm ab ipso vt cæteri exornanda ascendisti.

18. *Auolat Christus ante Matrem, vt prępararet assumendæ triumphum.* Bernard.

Profectò assumptæ Virginis gloriam mirificè illustrat multo ante transitum Deiparæ tempore Christum in cælum auolâsse. Cur non simul Christus exsurgit in requiem & Arca sanctificationis? Existimo vt Matris assumendæ festiuum pararet triumphum. *Suscepta enim a Filio* (loquor cum Bernardo ser. 1. de Assump.) *& exaltata est cum eo honore, quo tanta Mater digna fuit: cum ea gloria, quæ tantum decuit Filium.* Vnde conueniens (ne dicam necessarium) fuit, vt prior ad cælos auolaret. Guarricus Abbas de Assump. *Ego* (Iesum locutum inducit) *vt facerem quod decuit, vt Patrem honorarem, in terram descendi: vt Matrem honorarem in cælum ascendi.* Vt scilicet Matris assumendæ triumphum præpararem. Guarri.

19. *Maiori solemnitate Mater quam Filius excepta est, Filio ei occurrente.* Ansel.

Maiori planè solemnitate Mater, quàm Filius excipietur, si ille vt Matrem honoraret cælos scandit. Requirit Anselmus, lib de excel. Virg. cap. 7. Cur Dominus cælum ascensurus Matrem secum non eleuauit sibi comitem apud terricolas hærentem? Quæstionem autem sic dirimit: *O bone Iesu, fortassis-ne sua cælesti Curia veniret in dubium cui potiùs occurreret, tibi videlicet Domino suo, an ipsi Dominæ suæ. Nam vt in partes suo occursu diuideretur, quatenus pars tibi, & pars illi in primo aduentu obsequeretur, non deceret æstimo.* Quid egregius de Mariæ gloria potuit excogitari, si tam similis ascendenti Filio, vt potuissent Cœlicolæ dubitare, cuinam priùs obsequium impenderent. *Prudentiori* (adiicit) *consilio vsus, præcedere illam volebas, quatenus ei locum immortalitatis in Regno tuo præparares, ac sic comitatus totâ Curiâ cælesti festiuus ei occurreres, eámque sublimius, sicut decebat tuam Matrem, ad te ipsum exultares.* Angeli Christum mirabiliter ascendentem gestientes excipiunt, Deiparam autem excepturus hospitio ipse Dei Filius festiuus occurrit. Quàm egregiùs cum Virgine gestum!

20. *Assumpta Maria, vt dignum Filio Dei Palatium apud superos existeret.* Guarri.

Et cur demùm, resumpto corpore, Maria ad Superos auolauit? Existimo Iesum dignum admodum palatium non habere quodammodo vsque ad Matris ascensum. Sic Guarricus ser. 1. de Assump. *Fuisti diuersorium peregrinationis, eris Palatium regnantis. Fuisti tabernaculum pugnaturi in Mundo, eris solium triumphantis in cælo. Fuisti thalamus Sponsi incarnati, eris coronati Regis thronus.* Ideo clamat sponsus: *Veni electa mea, & ponam in te thronum meum.*

21. *Cælestis Ierosolyma suo Viro ornatur, vt Virginem excipiat.* Apoc. 21. Ildeph.

Vt Dei Filium exciperet descenderat Ciuitas Ierosolyma beatorum, non tamen Viro suo ornata, sed vt ornaretur. At nunc Ioannes vidit *Ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo a Deo paratam, & ornatum Viro suo.* Apoc. 21. Ornatur quidem Viro Iesu, vt augustiori indumento ascendenti Virgini occurrat. Ildephonsus ser. 2. de Assump. *Ideo sic decorata ascendit, vt Reginam Mundi Mariam duceret ad sublime, & eo locaret in throno Re-*

gui; alioqui præteritæ officiosissime non occurreret, nisi hæc festinitas magna esset.

22. Vis Mariæ assumptæ gloriam vestigare? Tam ornata ipso sponso Curia cælesti, tanta pulchritudine diffluens sponsa gloriæ incrementis ineffabilibus à Maria donata est. Bernardus ser. 1. *Virgo hodie gloriosa cælos ascendens, supernorum gaudia civium copiosis sine dubio cumulauit augmentis. Maria præsentia totum illustrauit Orbem adeò, vt & ipsa iam cælestis Patria clarius rutilet Virgineæ lampadis irradiata fulgore.* Proh Deus immortalis! Tanta-ne Mariæ gloria, vt sponsæ cælesti ornatæ Viro suo possit addere pulchritudinem? Hieronymus epist. ad Paul. de Assumpt. *Nulli dubium, illam cælestem Ierusalem descendentem tunc exultasse singulari lætitia; creditur enim, quod Saluator per se totus festiuus occurrit, & eam gaudio eam secum in throno collocauit.* Vt scilicet Ierosolyma iam & Viro, & Viragine ornata conspiciatur.

Tam ornata Viro suo cælesti curia Virgo hodie addidit splendorem. Bernard. Hieron.

23. Potest-nè augustior triumphus excogitari, si vel ipsum Spiritum sanctum in admirationem abripuerit? Clamat ille: *Quæ est ista, quæ ascendit quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribi is vt castrorum acies ordinata?* Cant. 6. Vbi Hieronymus citat. *Admiratur Spiritus Sanctus, quia omnes de ascensu huius Virginis admirantes facit, quod quasi noua diluculi aurora rutilans ascensu suo resplenderet multis vallata Sanctorum agminibus; vnde dicitur acies ordinata. Pulchra vt luna, imo pulchrior, quia sine defectu sui coruscat cælestibus illustrata fulgoribus; electa vt Sol fulgore virtutum.* Quantus fulgor hodiernus, qui quodammodo Deum in admirationem traxit?

Ipsum Spiritum sanctum in admirationem rapuit hodiernus splendor gloriæ. Cant. 6. Hieron.

24. Nec quidem accidentalis hæc cælestis Curiæ gloria acidentaliter à Maria impenditur, sed totam exæquauit æternitatem. D. Hieronymus loco alleg. addit: *Putandum pro tanta assumpta Virgine exultatione & gloria, quod exultatio fiat in superna. Vnde credimus, quod non hunc tantum diem, solemnem ducant pro eius honore annuum, verum etiam continuum, & æternum iucunditatis, ac venerationis obsequio cum amni colunt tripudio amoris & gaudij.* Quanta ' vis gloriæ assumptionis Mariæ quæ toti sufficit æternitati?

Gloria hodierna tota sufficit æternitati. Hieron.

25. Æternum ergo Christus cœlicolis hodiernæ solemnitatis gaudiis præparat conuiuium. Clamarat è terris Mater: *Veniat Dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum.* Respondet Filius è superis: *Veni in hortum meum soror mea, comedi fauum &c. comedite amici.* Cant. 4. Iam fructus pomorum absumpsi ad superna assumpta Matre, cælestes incolæ æterno fruimini conuiuio. Honorius: *Quasi dicat: sicut conuiuatores de variis epulantur, iucundantur: ita vos Angeli, amicique mei congratulamini, quia nona festa æterna contuli, dum Matrem meam vestramque Reginam vestris gaudiis induxi.*

Æternum huius accidentaria gloria fonulis. Cant. 4. Honor.

26. An dulce Cœlicolis huiusmodi conuiuium? Certè ea lætitia fruuntur ex Mariæ conspectu, vt quasi æternùm cupiant in Virginem assumptam prospicere. Annon ex Dei aspectu concepta voluptas Angelorum desiderij metaphorâ exponitur? *In quem desiderant Angeli prospicere.* Eò itaque gloria ex præsentia Virginis gloriæ beatorum assimilatur, vt desiderent Angeli æternùm hoc frui conspectu. *Reuertere*, (clamitant Angeli) *reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Cant. 7. Num Cœlicolæ Virginis aspicientes fulgorem eo feruntur affectu vt quasi cupiat æternùm aspectare? Audi Alanum. *Reuertere ô Maria a captiuitate Mundi, cui non debes subiici. Reuertere, vt intueamur te, quia sicut in faciem Filij tui desiderant Angeli prospicere, sic in specie ac pulchritudine tui vultus desigere volumus, & luce vultus tui illustrari.*

Cupiunt semper beati in Mariam aspicere, ita voluptatis magnitudine. Cant. 7. Alan.

27. Regina olim *Saba ingressa est Ierusalem multo cum comitatu.* 3. Reg. 10. O Maria, non Nicaula; Cæli & terræ, non Saba, Regina cælestem Curiam ingressa? *Contemplentur* (inquit Anselmus de Excel. Virg. cap. 8.) *qui potest, quo gaudio, quâ festinitate, quibus coaccatibus tubilans omnes beatorum Spirituum Ordines, quando & vnicam Domini sui Matrem aduentare, & ipsum Dominum suum videbant ei omni sua gloria decoratum velle occurrere.* Et Damianus ser. de Assump. *Attolle oculos ad Assumptionem Virginis, & saluâ Filij Maiestate inuenies occursum huius pompæ non mediocriter dignorem. Soli quippe Angeli Redemptori occurrere potuerunt; Mariæ vero Filius ipse cum tota Curia tam Angelorum, quam sanctorum solemniter occurrens, euexit ad beatæ consistorium sessionis.* An sunt aliæ vlira tam multa arcmata, tam egregia merita, tam fragrantes virtutum odores?

Hodie ascensus appar omne. 3. Reg. 10. Ansel. Dami.

28. Vt autem vberior confluxerit assumptæ Reginæ Satellitium, animæ ex Purgatorio igne ereptæ simul euolauerunt. Quod Gersonis sententia confirmatur. *Non est* (inquit tract. 4. sup. Magn.) *incredibile Christum fuisse, cuius currus erat decem millibus multiplex, per Angelos, ducens secum multam ex Purgatorio captiuitatem ob honorem nouae coronationis Reginæ misericordiæ.* Vt quemadmodùm Filius Rex ascendens in altum captiuam adduxit captiuitatem, ascendens Regina Mater triumpho simili exornaretur.

E purgatorio igne erepta animæ Reginam comitantur. Gerson.

29. Adhæc cupis indicem Mariæ præterea charitatem? Non solùm Purgatorium euacuauit, verum & apud terricolas se radicare ostendit: *Et radicaui in populo honorificato.* Cur existimas ascensum Virginis nomine assumptionis insigniri? Respondet Damianus serm. de Assump. *Ascendit Saluator in cælum potestatiua virtutis imperio, assumpta est Maria gratia sublenantis indicio.* Non indigebat Angelorum vi, vt in cælum conscenderet, dono enim agilitatis quod hbet gloriosum corpus à terra in cælum potest auolare. Sed quare ab Angelis arrepta depingitur? De Christo Apostolus: *Assumptus est in gloria.* Quod si quæras, cur qui ascendit propria Deitatis virtute dicatur assumptus, Tom. 2. respondi ea esse Dominum in terricolas charitate affectum, vt quasi auulsus fuerit ad Superos. Id quod de ascensu Virginis contemplabor. Ascendit illa agilitatis dono, sed adeò (sic fari liceat) ægrè recedebat ab hominibus abduci, vt à Filio Angelisque quasi renuens adsumeretur.

Maria à terra quasi vi abrepta: ita in homines affecta. Damian.

30. Sed quid pluribus vtor, si hodierna solemnitas quò vberiori sermone esset celebranda, eò augustiori silentio veneranda est. Vnde Bernardus ser. 4. de Assump. fatur: *Tempus loquendi*

Hodie loquendi, & tacendi tempus. Bernard.

quendi est omni carni, cùm assumitur Verbi incarnati Mater in cælum. Sed de eius gloria nec silere deuotio patitur, nec dignum aliquid sterilis concipere cogitatio, aut inerudita potest locutio parturire. Edisce ex præfatis quantum sit essentialis gloriæ pondus sic accidentariæ beatitudinis tanta magnitudo, vt exanthlandis laboribus curam impendas.

Observatio II.

Marianæ gloriæ vis ineffabilis confirmatur, ex Dei Maternitate.

Vbi filij parentibus honorem impendere edocentur.

31. *Maria ea sit potiur gloria quæ Matrem Dei decebat.* Bernard.

PRÆMITTO Bernardum ferm. 1. Assump. ad illud: *Intrauit Iesus in quoddam castellum. Quem in castellum,* inquit, *Mundi huius introeuntem priùs ipsa susceperat, ab eo suscipitur hodie sanctam ingrediens Ciuitatem. Sed cum quanta putas gloria? Nec in terris locus dignior vteri virginalis templo, in quo Filium Dei Maria suscepit: nec in cælis regali solio in quo Mariam hodie Mariæ Filius sublimauit. Quàm diuinis amplexibus suscepta à Filio, & super omnem exaltata creaturam cum eo honore, quo tanta Mater digna fuit; cum ea gloria, qua tamen decuit Filium.* Igitur ea Virgo gloria à Deo Filio donatur, quæ Dei Matrem decebat.

32. *Ineffabilis ex hoc capite gloria Mariæ.* Bernard.

Ineffabilis ex hoc capite prorsus gloria Mariæ. Inenarrabilem Propheta Christi generationem expresserat esse, cum inquit: *Generationem eius quis enarrabit?* An licebit dicere Mariæ assumptæ gloriam, quia illa generatio in ipsa & ex ipsa perfecta est, inenarrabilem omnino? Bernardus citat. *Christi generationem, & Mariæ assumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratiæ in terris adepta est præ cæteris,* (quia Mater Dei) *tantum & in cælis obtinet gloriæ præ singulis. Quòd si oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quod præparauit Deus diligentibus se; quod præparauit gignenti se & diligenti se, quis loquatur?* Æquè igitur quodammodo ineffabilis est & generatio Verbi incarnati, & assumptæ Mariæ gloria, quia in eius gloria generatio illa rursum exprimitur, maternitatis dignitati gloriæ pondere respondente.

33. *Quærens Filium Deipara hodie ad debitum Dei Matri thronũ ascendit.* Cant. 3. Ghillel.

Depingit Ghillelmus Virginem ad thronũ sibi præparatum auolantem, & quærentem vtique Dilectum. *Paululum cùm pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea.* Cant. 3. Angelorum, Archangelorum, Seraphim, Cherubim, Thronorum, Dominationum, Potestatum, Virtutum gloriæ thronos occupat, nec tamen consistit, quia apud Filium Matri optimæ Maternitatis iure thronus præparabatur. Inducit Doctor Angelos clamantes, *Pertransibis nos, & inuenies Filium quem quæris. Cùm Iesus tuus in cælum ascenderit, & tu post illum assumpta fueris, pertransibis nos; vt quadam singularitate honoris, & gloria super omnes Choros eleueris Mater, & tunc conquiescat inquisitio tua.*

Positus olim thronus Bersabee *Matri Regis* Salomonis, *quæ sedit ad dexteram eius.* 3 Reg. 2. Id est eo præmio affecta Bersabee Deipara, quæ Matrem veri Salomonis deceret. Ildephonsus ser. 2. *Sicut est incomparabile, quod gessit, & ineffabile Maternitatis donum, quod percepit: ita & inæstimabile, & incomprehensibile præmium, & gloria non dico inter cæteras sanctas virgines, verum etiam vltra omnes Sanctos, quam promeruit, &c.* 34.

Matri thronus ad Filij dexteram apponitur iure maternitatis, & gratiæ prolis. 3. Reg. 2. Ildeph.

Delitiis affluens Maria è terra ad Superos auolauit, clamantibus Angelis: *Quæ est ista quæ ascendit deliciis affluens?* Bernardus serm. 4. *Quæ est ista, quæ de sub Sole, vbi nihil est nisi labor, & dolor, & afflictio spiritus, ascendit deliciis spiritualibus affluens?* In cuius expositionem præmitto Virginem Deum apud terricolas clarè vidisse. *Oculi tui,* inquit sponsus, *columbarum, absque eo, quod intrinsecus latet.* Cant. 4. Vbi Rupertus. *Si quispiam dixit, & Deo conscio non mentiens dixit, se fuisse in paradisum raptum &c. quantò magis tu Regina cælorum persæpe cælestibus interfuisti, & didicisti, & assecuta es aliquid, quod latet, & latere nos debet.* Illud expende: *Persæpe cælestibus interfuisti.* Quando? Meus Antonius sub distinctione loquitur. *In ipso conceptu, vel partu fortè illi datum est ad horam, vt videret mysterium huiusmodi, vt in Patria, sicut Moyses vidit Deum in raptu.* De Incarnationis tempore Bernardus ser. 3. de Assump. *Virtus Altissimi obumbrauit Virgini, ne nimio splendore præstricta, Diuinitatis fulgore illa singularis aquila tolerare nõ posset.* Idem Bernardinus Senen tom. 4. serm. 36. p. 3. affirmat. In contemplatione sæpe Deum vidisse asserit Damianus ser. 1. de Nat. *Considera, quia ipsa est, quæ in contemplatiuæ dignitatis superuecta dulcedinem, in ipsius Dei substantiam lucidiores defixit obtutus.* Et Bernardin. citat. *Meritò gratia plena in contemplando Deũ plusquam Paulus raptus in tertium cælum. Quia si essent tot Pauli quot sunt creaturæ, non attingerent suum contemplari; Nam Paulus fuit vas electionis, Maria verò fuit vas Diuinitatis.* Albertus Magn. sup. Magnif. cap. 32. & cap. 140. Cancellar. Parisien. Alphab 8. lit. L. E. R. Hieronym. serm. de Assump. sæpe affirmant Deum à viatrice Virgine aspectum. Nec suâ caret probabilitate in ipso Conceptionis instanti Deum vt in se est, perspicuè vidisse. Gerson, *Quid si addatur ad posse Dei, quod hoc decuit dari Matri suæ?* Bernardinus Senen. tom. 2. ser. 51. a. 1. cap 2. *In prima sanctificatione quantùm ad rationem, & intellectum tanta illi claritas superinfusa est, vt cognosceret naturam increatam Diuinalem &c.* Et Bernardus de verbis Apoc. *Felix aurora fælicis diei extitisti nuncia. Talis dies talem auroram diei decuit. Et rectè quidem auroræ implesti officium; ipse enim Sol iustitiæ de te processurus ortum suum quadam matutinâ irradiatione præueniens, in te lucis suæ radios copiosissimè transfudit.* Quorsum hæc? Si tot tantisque delitiis affluens Deipara è valle lacrymarum ascendit, an fabile gloriæ, quæ ipsi apud Superos parata est, pondus existet? Quænam igitur ista, quæ tot delitiis affluens tam ineffabilis 35.

Si in lacrymarum valle degens cælestibus affluit delitiis Deum clarè videns: quænam visionis præstãtia donaretur in Patria? Bernard. Cant. 4. Rupert. Anton. Bernard. Bernardin. Damian. Bernard. Albert. & alij. Gerson. Bernardin. Bernard.

ineffabilis gloriæ throno addicitur? Mater equidem Saluatoris, quam decet ineffabilis gloriæ magnitudo.

36. Profectò ea est Deiparentis gloria, vt sicut beati è Dei conspectu gloria perfruuntur; ita quodammodo, aspectata gloria Mariæ beatitate donentur. Ideo inclamant: *Reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Cant.6. *Summa* enim (ait Petrus Damian. ser. de Nat.) *gloria est post Deum te videre à Dei Mater, adhærere tibi.* Et Bonauentura, *Post Deum maior nostra gloria, & maius nostrum gaudium ex Maria est.*

Beantur cœlicolæ aspectata Maria gloriosa. Cant.6. Damian. Bonau.

37. Quàm ineffabilis gloria Mariæ,) quæ fluminis Iesu in morem Dei Ciuitatem lætificauit! *Fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei.* An lætificanda assumeris Virgo, vel lætificatura beatos exsurgis. *Tu gloria Ierusalē.* Iudith 15. Vbi Petrus Damian. ser.3 de Nat. *Per hāc beatissimam Virginem Dei Matrem non solùm amissa olim vita hominibus redditur*: quemadmodum per Iudith Hebræis Holopherne interempto) *sed etiam beatitudo Angelicæ sublimitatis augetur.* Bernardus ser.1. de Assump. Virgo gloriosa cælos ascendens supernorum gaudia ciuium copiosis cumulauit augmentis. An Deus Maria, vt eius aspectus Diuos beare valeat? Id certè non ex natura, sed ex gratia habet Virgo quia Dei Mater. Audi Guarricum ser.1. de Assump. *Veni electa mea, & ponam (ait Dominus) in te thronum meum. Nullus mihi plus ministrauit in humilitate mea, nulli abundantiùs ministrare volo in gloria mea. Communicasti mihi, quod homo sum? Communicabo tibi, quod Deus sum.* O Mater Dei eâ donaris gloriâ, vt quasi Deus aspectata possis quodammodo beatitudine donare Cœlicolas. Edoceantur hinc filij honorare parentes.

Quanta illa gloria, quæ Dei in morem potest Cœlum beare cœlestē? Iudit.15. Guar.

Observatio III.

A nobis hodie recedit Deipara, ac nobiscum in protectionem, & auxilium commoratur.

Innuo eum, qui proximo auxiliatur, posse simul Contemplationis dulcedine frui.

38. PLangendum nobis (loquor cum D. Bernardo ser.1. de Assump.) *potius, quàm plaudendum esse videtur. Quantum enim de Mariæ præsentia cælum exultat: nunquid non consequens est, vt lugeat tantùm hic noster inferior Mundus eius absentiam? Cesset tamen* (adiicit) *querela nostra.* Quonammodo viduæ terræ tenebris sine Luna obrutæ, vmbra sine vitæ Matre mortis offusæ querela cessabit? Annon quia datum nobis *sentire stillicidia* (ait Pater) *stillantia super terram*? Certè non omnino Maria à nobis abstrahitur, si apud Superos degens simul cum terricolis auxilij præsidio commoratur.

Lugemus, Maria absentes: lætamur simul nobiscum morâte. Bernard.

39. Dolet ipsa materno affectu vicem nostram, nec obstant gloriæ excessus expressi, quominus non valeat vel captiuitatis filiorum miseriam lamentari, Aiebat Propheta: *Vox in Excelso audita est lamentationis, luctus, & fletus, Rachel plorantis filios suos.* Ier. 31. In excelso lamentatio exaudita? Annon hæc patria lacrymarum, illa voluptatis? Inducitur Rachel in excelso plorans filios, vt innueretur (authore Richar. Laur.) Maria, cuius affectus erga nos etiam apud Superos accendi monstratur. Plorat ac si in lacrymarum valle commoraretur.

In cœlis habitat gloriosa, ac simul nobiscum habitans nostram vicē dolet. Ier.31. Laurent.

Aquā olim Hebræis datam, & conseruatam ob Mariæ sororis Moysi merita patet. Vidisti fontem illum è silice diuinitus erumpentem, toto tempore, quo Israelitæ per desertum iter agebant, illos fuisse comitatum, siuè re vera rupes ipsa pariter cum illis ambularet, siuè solus fluuius, modò per accliuia montium violentus ascenderet, modò per decliuia vallium pacatus decurreret, modò per æquata camporum compositus sequeretur, iuxta illud: *De consequente eos petra.* 1.Cor.10. Certe R. Salomon apud Lyran. meritis asserit Mariæ sororis Aaron tantum miraculum Hebræorum vtilitati excitatum. Et probat, quia anno quadragesimo ab egressione de Ægypto, postquam describitur mors Mariæ, statim aducitur aquæ defectus. *Mortuaque est ibi Maria, & sepulta est in eodem loco; cùmque indigeret aqua populus, &c.* Num.20. O Maria non soror Moysi & Aaron, sed Deiparens, immensa gratiarum flumina ex te superstite apud nos in Ecclesiam redundārunt. An te ascendente deficiet fons? Profectò semper apud nos affectu degens tuæ protectionis flumina perennabunt. Datum enim nobis post ascensum tuum (vt cum Bernardo loquar) *sentire stillicidia stillantia super terram*, nos semper *petra & Deserti*, & Cœli consequente.

40. *Nunquam nobis deficit fons misericordiæ, quia Maria mortua nondū apud terricolas commoratur.* 1.Cor.10. R. Salo. Num.20. Bernard.

An Maria soror Moysi procul à suo populo, quando è terra recessit? Nunquam procul Maria Deipara etiam postquam assumitur. Imo Maria illa in terra degens Moysi fratri propè Nilum exposito *procul stans* adfuit. Exod.2. Certè nostra Maria & apud Superos existens in omnium excubat tutelam, non procul stans, sed proximè assistens. Datane à terra Deipara cælo, vt deserta ac vidua illa, recedente Domina, remaneret? Minimè planè, sed vt Virginis assumptæ dona semper experiretur perfectissima. Eleganter Bernardus ser.1. *Pretiosum*, inquit, *hodie munus terra nostra direxit ad cælum; vt dando, & accipiendo, felici amicitiarum fœdere copulentur humana diuinis, terrena cælestibus, ima summis. Illuc enim ascendit fructus terræ sublimis, vnde data optima, & dona perfecta descendunt. Ascendens ergo in altum Virgo Maria dabit ipsa quoque dona hominibus.*

41. *Nunquam Maria procul à nobis, etiam cum ad superos euolat.* Exod.2. Bernard.

Adiicit Pater: *Quid nî daret, si quidem Regina est cælorum, misericors est, Mater est &c.* Annon Sara sororis nomine post peregrinationem Abrahæ patrocinatur? Quanto strictiori iure Mater nostra nobis impendet auxilium? Aiebat Patriarcha *Dic obsecro, quòd soror mea sis, vt benè sit mihi propter te.* Addit Textus: *Abraham benè vsi sunt propter illam,*

42. *Post peregrinationem adhuc Sara Maria, soror imo mater nostra est, nobiscum degit.*

fuerunt

Gen.12.

fuéruntque ei asini, & boues. Gen. 12. Num post peregrinationem æterna patria fruens ô Domina, fratrum, imo filiorum oblita recedes? Bonauentura in spec. cap. 6. *O Sara nostra,* clamat, *dic obsecro, quòd soror nostra sis, vt propter te bene nobis sit à Deo, & ob gratiam tui viuant animæ nostræ in Deo. Dic, inquam, clarissima Sara nostra, quod sis soror nostra, vt propter talem sororem Ægyptij, id est Dæmones nos revereantur: vt propter talem sororem Angeli nobis in acie coniungantur: vt insuper propter talem sororem Pater & Filius, & Spiritus sanctus nostri misereantur.* Sic post peregrinationem vel hærens throno Regina nostra hominum recordatur.

43.
Maria est Domus Dei, ac simul porta apud nos.
Cant.4.

En illa *turris David, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea.* Cant. 4. D. Ambrosius in Psal. 118. legit: *Mille ostia pendent in ea.* An quasi mille nobis aditus ad Virginem in cælo residentem pateant, mille nobis ianuæ per Virginem in cælum referentur? Certè vt mille aditis & mille ianuis ad terricolas subleuandos ipsa descendat. Imò firmiter apud nos in morem portæ hæret. Vt clamet Iacob: *Non est hic aliud, nisi porta cæli,* cum tamen apud cælos sit *Domus Dei.*

44.
Arca Maria apud cæli montem ascensa, ac simul nostris medetur ægritudinibus.
Eusel.

Profectò in Maria communi viuentium Arca cuncta animantia, omnes, inquam, peccatores refugium habuere, quamdiu Mundi huius fluctibus illa vehebatur. At postquam cælestibus montibus hærescens obiicitur, hominum-ne ægritudinibus medebitur? Ita planè. Asserit Eusebius Cæsari. lib. 9 de Præpar. cap. 4. arcæ Noëmiticæ ligna multis morbis remedia ministrasse in Armeniæ vertice constituta. *Nauis adhuc,* ait, *inuenitur in Armenia, cuius ligna remedium hominibus aduersus multos morbos mirabiliter afferunt.* Existimo id præstitum in veræ Arcæ viuentium documentum, cuius pietas etiam ex æternis montibus hominibus ostentatur. E monte-ne æterno tanta hominibus gratia ex Maria? Imo quia apud Armeniam cælestem, omni adest ægrotanti. Andreas Cret. Enco. de Dorm. Virg. *Quandiu versabaris in fluctibus, te habuit parua terræ portio; ex quo autem translata es è terra, te vniuersus Mundus continet commune propitiatorium.* Ex montis specula aptiùs hominum ægritudines contemplatur, vnde velociùs succurrit, Anselmo de Excel. Virg. cap. 12. profante: *Eò nos propensiori studio tuna precamur, & foue, quos in facibus mundi natos & alitos potiori leuamine prospicis indigere.*

Andre. Cret.

Ansel.

45.
Maria ascendens, simul commoratur scutum futura nobis pugnaturis, aut Dei ira vulnerandis.
Prou. 8.

Cùm videris Deiparam cælos scandentem, existima simul tecum indiuisibiliter commorari. Quid homini pugnanti firmius adsolet exhærescere? Annon scutum? Egens ergo ad pugnam perpetuam præsidio, fatere tecum actum quidem feliciter, si Deiparam commorantem in cælis simul in terris tenes scutum protectionis. *Beati* (ait Maria) *qui custodiunt vias meas; audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abiicere eam.* Prou. 8. *Vias meas* in cælum ac in terram custodite, non *viam.* In cœlum enim primam viam instituês, ad terram simul regredior, vt adsim in morem scuti pugnaturis. Ex Hebræo loco illius particulæ: *Nolite abiicere eam,* legitur: *Ne feriamini.* Ergo penes nos est, Mariam superos petentem retinere, vt scutum firmissimum habeamus. Confirmo cogitationem pulchrâ sententia Anonymi cuiusdam apud Alcui. homil. ser. de Nat. sanctis. *Ecce coram tremendo Iudice assistimus peccatores, cuius manus terribilis gladium suæ iræ vibrat super nos; & quis auertet eum?* Virgo-ne? Coram Iudice apud Empyreum assistit, peccator autem vulnerandus in terra commoratur. Certè Maria simul cælis adest, peccatori hærens terræ succurrit. *Nemo,* adiicit, *sanè Domine, tam idoneus est vt gladio tuo scutum pro nobis obiiciat, vt tu Dei amantissima.* Angelus brachium Abrahæ iam iam in puerum irruentem tenuit? *Te brachium & manum extendente pro nobis diuina vltionis gladius eleuatur, & contrahitur.* En apud nos Mariam. Quid si non iam ipsa piissima Mater sese scutum vulnerandis adhibeat, sed Patri irato brachium suum opponat vulnera accepturum, ne homines de medio tollantur? Pseudo Augustinus ser. 6. apend. asserit Iustitiam Diuinam gladium aduersùs peccatores strinxisse, tuncque Patrem brachium suum, id est Filium carne indutum obiecisse. Annon ideò Dei iustitia gladium strictum ad feriendum contraxit, sed in ipsum Patris brachium vulnus validè inflixit. Certè quodammodo intendit Pater (sic liceat fari) ad eludendum gladij ictum potentiorem se actu Mariæ brachium ostendere: non quòd potentior sit (absit) sed quia triumphum misericordiæ Deus Mariæ Filius Matris potentiæ reseruauit; vt sub eius præsidium cuncti peccatores confugerent, si brachium Mariæ apud nos, quasi ad cælum non auolauit.

Anon.

Pseudo. August.

Certè cælo hærescens simul apud mundiale desertum habitat. Ascendens ad superos Maria inducitur, dum Cælicolæ clamant: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum?* Cant. 8. Si ascendit de deserto ad Patriam, quomodo per desertum simul ascendisse asseritur. An simul in Curia cælesti & in deserto nostro commoratur? Profectò ea est Mariæ erga homines pietas, vt simul Regina in Patria ascendens ostendatur, & apud nos solitaria spectetur. Bellè Rupertus: *Quæ est ista quæ ascendit per desertum, id est, animum habens valdè solitarium.* Quid, Mariam solitariam ascendere? Vidisti, aut audisti fœminam agricolæ filiam ad curiam allatam, vt alicui affecto ad ipsius pulchritudinem nuptiis copularetur? Apud Vrbem Regiam commoratur, attamen & verbis & actionibus sapit tugurium: Hispanè expendam *Esta muy labradora, muy serrana.* Ad Superos ascendit Maria cælestis Regis sponsa, sed tamen tam affecta deserto, vt apud Cælos habitans simul solitaria sit, simul apud solitudinem aut desertum commoretur.

46.
In Patria residet, ac simul in deserto degit.
Cant.8.

Rupert.

Mons Maria, authore Gregorio, quæ quidem ad cælos ascendens quasi verticem extollit, non radicitus è terra conuellitur. *Et radicaui* (inquit) *in populo honorificato.* Eccli. 24. Vnde simul cæli fastigium, & terræ occupat terminos, montis quidem gerens officium. *Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines Orbis terræ.* Prou. 8. LXX. *Dominus fecit regiones, & inhabitabiles, & summitates.* Redditationem Hilarius ob quam excelsi montes

47.
Vertex Mariani montis Deo thronum apud superos exponit, ac simul ipsius radix apud nos vnam pelago cohibet.
Prou.8.
Hilar.

ad

ad cælum assurgant. Vt scilicet maria valeant coërcere, ne terram obruerent. *Montes*, enim *Numen habitat*, Menandro authore Vnde mons eleuatur à vertice vt Deo præstet domicilium, & simul à radice pelagus potest continere. Annon Maria *mons Dei, mons pinguis*? Eleuatur à vertice Dei thronus futura, iuxta illud: *Veni electa mea, & ponam in te thronum meum*; simúlque terram à fluctibus tumentibus liberat à radice: *Et radicaui in populo.* Zonaras. *Ne tam validi* ((loquor cum Zonara in Cant. de Deip.) *Ecclesiam demergant, obiice te Virgo celsissima.* Ac si diceret: Celsissima es ô Virgo, vt simul valeas à vertice quidem thronum Deo in cælo præstare, & à radice pelagi tumorem cohibere.

48. *Ascendit Virgo, vt nobis pacem inueniens reuertatur.* Cant. 8.

Ascendit Deipara. An vt homines Deo exosos relinqueret? Certè vt apud eos manens Deo conciliaret. *Facta sum*, ait illa, *coram ipso quasi pacem reperiens.* Cant. 8. Ad Deum auolaui, non vt ab hominibus faciem auerterem, sed vt *coram ipso* Domino irato peccatoribus pacem innenitem. Vnde innenta pretiosâ margaritâ ad homines redij. Concil. Basil. Concilium Basili. *Inter omnes, qui cælestem Regem pro nobis interpellant, præcipue ad gloriosissimam illam, & omni laude dignissimam Virginem Mariam est recurrendum; quæ quanto altior extitit, (super cælos assumpta) tanto humilior* (apud nos manens) *ad nos respicit, omnes ad Deũ trahere cupiẽs.*

Rursum locum Epithalamij expendam. 49. *Virginis assumptæ deliciæ sunt simul esse cum filiis hominum commorari.* Cant. 8. Eccli. 24. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens.* Cant. 8. Queisnam Virgo affluat deliciis si roges, crediderim eas è deserto delicias Virginem fouere, quibus apud desertum fruebatur. Porro in deserto deliciæ Deiparæ cum filiis peccatoribus commorari: *Et deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* Eccli. 24. Igitur ad cælos ascendens, imo in throno præcelso collocata adhuc eisdem deliciis potiri videtur; quia & in cælis regnat, & cum hominibus exul commoratur. Illa itaque deliciarum affluentia est eisdem suis deliciis ex hominum societate frui. Et *deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* Anon. Anonymus apud Metaphr. de vita Deip. fatur: *Vt quæ iam corpore absens erat, animo se adesse hominibus comprobaret; proderétque verum esse illud: Et deliciæ meæ esse cum filiis hominum; atque Angelis ansam praberet iam tunc exclamãdi: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens?* Quasi affluentia deliciarum ascendentis ad Superos Virginis sit, simul apud *filios hominum* commorari: *Et delitiæ meæ esse cum filiis hominum.* Disce contemplationis deliciis non priuari, qui ad proximi simul descendit auxilium: si Deipara simul cælum & terram quodammodo occupare conspicitur, hanc affectu, illud præsentia.

SECTIO NONA.

Mariæ Pulchritudo.

PATRVM CONTEXTVS.

NVM. 17. NE omninò fideles Matris communis præsentiâ orbarentur, Lucas Virgineæ pulchritudinis gloriam fideli penicillo æternare curauit. Vmbra equidem imaginis illius perfectio, si veritas elucescat.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Lucæ Euangelistæ Imagine.

1. *S. Mariæ Maioris imago.*

LVcas *Virgineæ pulchritudinis gloriam fideli penicillo æternare curauit.*] Romæ extat in sancta Maria, quam *Maiorem* nominant, Virginis effigies, cuius per Vrbem circumlatione S. Gregorij tempore pestis ingrauescens subitò discussa. Illam quidem antiqua traditio manibus & penicillo Euangelistæ Lucæ acceptam testatur, author qui ante annos mille floruit Theodorus Theod. lector lib. 1. Collect. Metaphrastes in Actis Metaph. Lucæ, & innumeri alij.

2. Est præterea imago alia superiori similis apud Poloniæ Regnum, eaque miraculis clarissima, cuius hæc inscriptio: *Hæc Imago beatissimæ Virginis Cestochouiensis fuit à S. Luca depicta, & ab Helena Augusta Ierosolymis Constantinopolim translata.* Polonica imago. Existimo esse illam, de qua Nicephorus lib. 15. cap. 14. fatur: Niceph. *Pulcheria Augusta Templum in Vrbe Constantinopolitana erexit, vbi Antiochia missam Verbi Matris Imaginem dedicauit, quam D. Apostolus Lucas suis ipse manibus depinxit, adhuc viuente illa, & tabulam ipsam vidente, gratiámque adeò illi forma sua immittente.*

3. *Imago Lauretana, & Edessa.*

Præterea Lauretana Imago Apostolorum tempore sculpta creditur vel à Nicodemo, vel ab alio Virginis familiari. Quæ Imago Edessæ in Syria iussit S. Alexium in Templum introduci, & nunc in basilica S. Alexij Romæ asseruatur non absimilem formam, vultúmque proponit; sed iis fere conuenientem, quæ Lucæ Imagines repræsentant.

Profectò

Authoris mi/s circa imagines prælatas qua non à Luca expressæ?

4. Profectò à D.Luca expressas veneror Imagines S. Mariæ Maioris, quæ ex cõstãti traditione inter exemplaria ab Apostolis accepta prædicatur: & eam effigiem, quæ in Lauretano Sacello colitur omnium religione Reliquas, licet in plerisqun coonenianc, non tot antiquorum suffragiis video commendari. Quæ vero Epiphanius, Nicephorus, & alij de vultu & corpore Mariæ tradiderũt prædictis Lucæ formis ac picturis coouenire reor, vti ab Athanasio lib. de pass. imag. Dom. accepi.

Athan.

Descriptio Mariana pulchritudinis.

Niceph.

5. Vis Imaginum à Luca expressarum pulchritudinem expromam? Audi Nicephori ex Epiphanio descriptionem. *Modus eius,* ait, *tales fuit. Erat in rebus omnibus honesta & grauis: pauca admodum eàque necessaria loquens: ad audiendum facilis, & perquam affabilis, honorem suum, & venerationem omnibus exhibens. Staturà mediocri, quamuis sint qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem excessisse dicant: decenti dicendi libertate aduersus homines omnes vsa est: sine risu, sine perturbatione, & sine iracundia maximè. Colore fuit frumentum referente, capillo flauo, oculis acribus, subflauas & tanquam olea colore pupillas habentibus: supercilia inflexa, & decenter nigra: nasus longior, labia florida, & verborum suauitate plena: facies non rotunda, & acuta, sed aliquanto largior: manus simul, & digiti longiores. Erat denique fastûs omnis expers, simplex, minimèque vultum fingens: nihil mollitiei secum trahens; sed humilitatem præcellentem colens. Vestimentis, quæ ipsa gestauit, coloris natiui contenta fuit: id quod etiam nunc sanctum capitis eius velamen ostendit. Est, vt paucis dicam, in rebus eius multa diuinitus inerat gratia.* Sic Nicephorus ex Patrum Doctrina, ac traditione mortuæ Imagini Lucæ (quod penicillus non potuit) vitæ spiraculum impendit.

---

§. II.

Quàm pulchra Maria!

Dei donum pulchritudo.

6. ANnon Dei donum pulchritudo? D. Augustinus lib. 15. de Ciuit. cap. 22 *Pulchritudo Dei donum est.* Certè virtus venusto in corpore gratior ostentatur. Cecinit Poëta: Æneid.

Virg.

Gratior est pulchro veniens de corpore virtus.

Carthus.

Plus planè virginea v.g. puritas pulchro in corpore emicet, Carthusiano fante lib. 1. de Laud. Virg. a. 34. *Sicut incontinentia in deformibus est vituperabilior; sic continentia in pulchris laudabilior est.* Imperio dignam pulchritudinẽ indicat Abulensis Parad. 2. c. 101. Denique Scriptura pulchras fœminas commendat. Esther *erat formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa, & amabilis.* cap. 2. Iudith *erat eleganti aspectu nimis.* 8. Rachel *decora facie, & venusto aspectu.* Gen. 29. De filiabus Iob, *Non sunt inuentæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra.* cap. 24.

Abul.

Esth. 2.

Iudith.

Iob. 29.

Huiusmodi dono mirum in modum affecta Maria.

7. Num Deipara huiusmodi cælesti dono non vberrimè afficeretur? Nazianzenus de Christo. pati. *Inter pudicas pulcherrimas atque venerandas prima.* Richardus Vict. in Cant. cap. 26. *Tota pulchra meritò dicitur Virgo, quia pulchra facie fuit, & pulchro corpore.* Eodem loci asserit *vultum Angelicum* exhibuisse. Albertus Mag. apud Dionys. Cart. lib. 1. de Laud. Virg. c. 34. Christi pulchritudini venustatem Matris comparauit. Gregorius Nicom. Orat. de oblat. Virg. exclamat: *O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum! O Dei genitrix pulchrorum omnium summum ornamentum!* Damascenus Orat. 1. de Nat. *Humanæ naturæ venustas, primogenæ Euæ correctio, mulierum ornamentum.*

Nazian.

Richard.

Albert.

Thaum.

Damas.

Mentis Deiparæ pulchritudo exterior documentum fuit.

8. An vana hæc Virgini pulchritudo? *Fallax gratia, & vana pulchritudo.* Prou. 31. Profectò Ambrosius lib. 2. de Virg. ait corpoream speciem Deiparæ *sanctitatis fuisse simulacrum, probitatis figuram.* Nam doctore Platone in Tim. ex vniuerso corporis habitu læditur anima. Et Aristoteles lib. 2. de part. animal. ex corporum temperie animi facultates affici arbitratur. Quod si adiicit Salomon: *Mulier timens Deum ipsa laudabitur.* Ibid. Commendabilis planè Deipara ex corporea, sed longè commendabilior ex animi pulchritudine. Ideo ab sponso bis pulchra vocitatur: *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es!* Cant. 1. Vt tam corporis quàm animi pulchritudo ostentaretur: *Tota pulchra es* Cant. 4. Expendit Richardus Vict. *Pulchra facie, pulchra mente.* Cur existimas Virginem protulisse: *Nigra sum, sed formosa.* Can. 1. Vt ostenderet animi pulchritudinem longo interuallo corporis venustatem superare. Tam pulchra mens, vt pulcherrima facies in eius conspectu fusca admodum videatur apparere: quemadmodum Sole exoriente pulchræ Lunę penitus ablegatur splendor. *Pulchra vt luna* Maria; sed electa cum sit *vt Sol* ex iustitia, ex sanctitate, quasi disparet fulgor corporis mente mirum in modum rutilante.

Prou. 31.

Ambros.

Cant. 1.

Richard.

Cant. 1.

Splendor interior solis instar, lunam externa pulchritudinis Mariana irradiabat.

9. Profectò, vt ampliùs corporea Virginis pulchritudo commendetur, assero ipsam pulchritudinis mentis imaginem extitisse, vt Ambrosij confirmem sententiam: *Fuit simulacrum mentis figura probitatis.* Audiendus Dionysius Cart. art. 36. *Virgo quo abundantioribus diuinorum charismatum infusionibus fuit præuenta, eò hac ipsa exuberantia magis in eius refulsit vultu, ac visu: & quò quotidie in omni gratia, ac virtute, & in omni luce contemplationis theorica, in mystica theologia splendore, in puritate interna, & sanctitate Angelica excellentius profecit, eò interior illa ac diuina synceritas luminosa in eius facie euidentius apparebat, atque visibiliter radiabat.* Quid minus vanum ea pulchritudine, quæ ex internę sãctitudinis radiis deriuaretur?

Dionys.

An spirarit odorem?

10. Addit Carthusianus Virgineam Mariæ pulchritudinem fragrantiâ mirabili comitatam. *Cur non putetur credibile, quod virginea eius caro dulcem sit sortita odorem?* Annon id sanctitatis internæ documentum? Profectò crediderim non decuisse Virginem odorem spirare, ne delicias amare videretur.

Pulchritudo Mariæ nec ægritudine, neque temporis iniuria affecta.

11. Id autem firmabo nunquam aut ægritudine, aut temporis iniuriâ Virginis pulchritudinem affectam fuisse. Caietanus Opusc. de spasmo Virg. *Dissonat rationi beatam Virginem ægritudinem aliquam passam esse; quia similis debeat Filio credi per omnia, quantum fas est. De*

Caiet.

Filio autem testatur Chrysostomus, quòd non fuit conueniens aliquo morbo languere. Idem edocet Galat.lib.7. cap.10. Quod autem formæ nitor *vernalium florum velocitate fugacior*, vt aiebat Boëtius lib.3.de Consol.fuerit in Deipara immortalis ex D.Antonino ostendo. Asserit ille 4.p.tit.15.c.10 §.2. Mariam per pulchras fœminas figuratam multo fuisse pulchriorem. Ergo Sara, quæ nonagenaria pulchritudinem conseruauit inferior fuit Deiparæ, quæ etiam septuagenaria indemnem debuit seruare venustatem. Nec credo aliam ob causam illam Saræ prærogatiuam diuinis litteris commendatam, nisi vt in imagine notaretur, qualis futura Deipara in senectute. Alibi plura.

(Margin: Galat. — Boeti. — Antonin.)

§. III.

Ex Luca Imagine Virginis corpoream pulchritudinem in particulari describo.

11\. (Margin: *Perfectio pulchritudinis conficta ab Aristeneto congruit verè Mariæ eiúsque à Luca expressæ imagini. Descriptio. Aristen.*)

LIceat mihi verè scribere, quæ falsò de alia fœmina expressit Aristenetus epis. 1. Ea enim membrorum proportio, quam, vt perfectam pulchritudinem exponeret ille, adoptauit, veræ perfectissimę Mariæ venustatis epilogatio, Imaginisque à Luca reliquæ imitatio est. O naturæ, inquam, eximium operæ pretium! ô mulierum decus! ô viuam spirantem per omnia pulchritudinis imaginem! *Mixta candore, ac tenui rubore genæ natiuum rosarum referunt splendorem. Subtilia labra tenuique interstitio distincta genarum purpuram vincunt. Supercilia fusca purissima nigredine, disparatáque inter se æquabili meditullio. Nasus rectus & adæquatus tenuitati labrorum. Oculi magni flagrantes, & puro lumine suffecti, in quibus viride pupula lactei circuli vicino candore circumfusum, ex ipsa colorum pugna temperiem pulchritudinis facit excitatius gratam; in qua gratias insidentes cuiuis odorare promptum est. At coma suo ingenio fusa similis est crispitudine, vt Homerus ait, hiacyntino flori, & hanc opinor manus Dei discriminauere. Ceruix alba vultuì nitori haud dissimilis. Statura procera. Incessus compositus, &c.*

12\. (Margin: *Pulchritudinis Virgineæ ex Nicephoro recapitulatio.* Niceph.)

Iam verò singula ex Nicephoro verè scribente de Maria, quæ præfatus Auctor de prophana fœmina confinxit, singulas clausulas exponam. Recolo sententiam: *Fuit staturâ mediocri, colore frumentum referente, capillo flauo, oculis acribus, subflauas & tanquam oleæ colore pupillas habentibus; supercilia inflexa orans, & decenter nigra: nasus longior, labia florida, facies aliquanto longior, manus & digiti longiores, &c.*

13\. (Margin: *Virginis procera statura.* Epiph. Ansel.)

Fuit in primis *statura mediocri.* Epiphanius, *Sunt qui eam aliquantulam mediocrem longitudinem excessisse affirment.* Parum autem reputa pro nihilo. Anselmus, *Mediocris statura in Maria* Quid statura mediocris? Existimo eam, quæ parum recedat à magna. Nec enim minor fœminis, quam viris à proceritate laus. Andromache longa & formosa depingitur, & Diana sæpe. Ouid.lib. 14. Meta. de Galatea, *Longa procerior alno.* Veriùs Ecclesiasticus de Maria, *Quasi platanus exaltata sum iuxtà aquas.* cap.24. Celebre indusium Virginis adlatum à Carolo in Galliam, ex cuius mensura certum Mariam proceram extitisse. Longa denique Iesu statura proceram Deiparæ confirmat, si à matre potissimum liberi aut magnitudinem, aut exiguitatem corporis accipiunt, Alberto Mag.lib. de animal, 10. cap.2. & Arist.lib.2.de gener.animal.cōfirmantibus.

(Margin: Ouid. — Ecclu.24. — Albert.)

14\. (Margin: *Color albus & rubicundus.* Cedren. Cant.1. Gregor. & alij. Legionen. Galen. Theoph. Isidor.)

Colore frumentum referente. Ergo Virgo non candida, non niuea? Fateor nonnullos Deiparam albam minimè fuisse arbitratos, imo à Cedreno *sub* fuscam vocitari illo nisus loco: *Nolite me considerare, quòd fusca sim.* Cant. 1. Assero Mariam candidam fuisse & rubicundam. Annon eiusdem coloris Christum fuisse Patres affirmant? Gregorius Psellus, Tres Patres, & alij plurimi id scripsere quorum sententiā Ludouicus Legiun approbans ait: *Prisci scriptores hac de Christo, qua homo est, interpretantur; quorum ego sententiam maxime probo.* Quis autem dubitet Christum vnicè Mariæ filium Matri similem euasisse? Galenus in art. med. *Signum optimæ temperaturæ est color commixtus ex albo & rubeo.* Nec aliud asseruisse arbitror Nicephorū; quia apud Palestinā pulcherrimū frumentū, quod albū ostentatur. Theophr.lib. 8.de plant.c.4 *Triticum, ait, aliud candidum, aliud accedens ad purpuram.* Color ergo Deiparæ cādido tritico assimilatur, siue laudatur ex rubicundo albedinis comite colore, de quo Isidorus lib.1.different.lit.D. pulchrum definiens ait: *Pulcher ab specie cutis dictus, quod est rubens pellis.* Obstat-ne locus Canticorum: *Nolite me considerare quod fusca sim?* Minimè, quia addidit: *Quia decolorauit me Sol.* Ac si diceret: si fusca nunc sum, id à natura non habeo, sed à Solis iniuria. Certè spirituali sensu verba illa cum Ruperto puto tradenda. *Nigra sum, id est, grauida inuenta sum; sed formosa, id est salua virginitate.*

(Margin: Rupert.)

15\. (Margin: *Flaui capill.* Ouid. Iuuen. Virgi. Mallon. Turon. Onuph. & alij.)

Capillo flauo. Profectò flaui capilli pulcherrimi ab antiquis cōmēdantur. Ouid.lib.2.Fast.

Forma placet, niueúsque color, flauique capilli.

Messalina (teste Iuuen. Sat 6.) quæ nigris erat crinibus, cum aliquid obscœnū clā meditaretur, suam natiuam comam sub flauo occultabat capillamento. De moribunda autem Didone cecinit Virgilius.

Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem Abstulerat.

Daniel ergo Mallonius c.11. ne vllius pulchritudinis specie Virgo orbaretur, flauos eius capillos scripsit: *Non solum e facie, sed e capillis Mariæ affulgere radius cœlitus videbatur.* Habēda equidē ratio eius capillamenti Mariæ, quod ad hunc vsque diem variis in locis asseruatur. Gregorius Turon.lib.1.de glor. Mart.c.10. & 19 reliquiarū Deiparæ meminit, à quibus ipse expertus est profecta miracula. In iis aderant crines Dei genitricis, quos Hugo Rex Franciæ aurea pyxide clausos dederat Hērico Imperatori, vt scribit Ingulphus Abb. Testor Ouetē & Vrbē vbi sunt flauos, quos vidi, capillos, sūma religione incolæ ac peregrini venerantur. Legēdi Onuphrius lib.de septem Eccle. Mariani. Siculus lib.5.de reb. Hisp. Baron.in suo appar.&Canis.lib.1. Annō decuit à natura habere Deiparā quod artibus fœminæ scrutātur?

16\. (Margin: *Oculis acri, viride, quo.* Ansel.)

Oculis acribus, &c. Cedrenus in comp. *Oculis fuluis, ac mediocribus.* Anselmus, *Fuscos habebat*

Albert.

habebat oculos, rectos aspectu. Albert. Mag. *Videtur, quod oculorum color in Deipara debeat esse niger, vel glaucus.* Affirmo tamen viridantem fuisse occulorum Virginis colorem, vt oliua speciosa *misericordes* ad peccatores oculos conuerteret. Si fulgentes Mariæ pupillas considerꝭ, eas visioni smaragdinæ nõ absimiles comperies. Plinius lib. 37. cap. 5. Sic de smaragdo: *Nullius coloris aspectus iucundior est. Nam herbas quoque virẽtes auidè spectamus; smaragdos verò tantè libentiùs, quoniam nihil omninò viridius comparatum illis viret.* Quid autem *acres* oculos Mariæ fuisse? Vibrantes expono, & tanquam exiliẽtes, qui excelsam animam exponunt. Collucebant oculi Mariani, vt eis specialiter congruat quod Cancellarius Paris. de tota Mariæ facie scripsit ser. de Concep. *Extendam, & inspirabo per faciem eius luciditatem quãdam pulchritudinis.* Lucianus Pseudomantem pingit corpore & aspectu decoro, planéque specie diuina quadam: *Oculi ei erant [illegible] tenter acres:* id est, diuinum quid relucentes. Quid de oculorum Mariæ motu? Anselmus vocat *rectos aspectu*, id est, non præcipites, vagos, & inconstantes: sed graues, ac compositos. Quid de mensura? Quidquid Cedrenus de mediocritate asserat, existimo magnos extitisse. Galenus enim de Art. Med. ait: *Si magnitudini concinnitas oculorum adsit, & operationum virtus multitudinem benè temperatã substantiæ ostendit.*

Plini.
Gerson.
Lucian.
Galen.

17\. *Supercilia inflexa erant, & decenter nigra.* Cedrenus, *Erat Deipara magno supercilio.* Anselmus. *Erant Mariæ nigra supercilia.* In primis assero supercilia Virginis *inflexa* versus frontem quo ad figuram, quo ad dimensionem magna. Demissa enim supercilia & fœda sunt, & inuidiæ notam habent apud Galenum; quæ ad nasum coëuntia sunt, mœrorem innuunt; quæ vltra modum oblonga, arrogantiã, & inuerecundiã arguunt. Eã solam descriptionem, quæ à Doctoribus, & Lucæ Imaginibus in Virginis superciliis designatur, à malo omine immunẽ crediderim. Deindè existimo *nigra fuisse.* An flaua Virginis coma flauum supercilium exigebat? Minimè; sæpe enim in viris aliquam esse dissimilitudinem, eámque gratissimam in capitis, ac barbæ capillamento.

Supercilia inflexa, nigra.
Cedren.
Ansel.

18\. *Nasus longior.* Anselmus, & Cedrenus aliter locuti: *Deipara naso erat mediocri.* Expono mediocritatem huiusmodi declarandam de altitudine, latitudine, & gemino foramine. Porrò Nicephorus de longitudine, quæ à fronte ad labia vsque ducitur, locutus. Vnde existimo haud paruũ, vel depressum circa frontẽ, nec obliquum, nec protensum ad os, nec adũcum, nec incuruum à fronte, nec rotundum, nec latum in medio, nec crassum à summo, nec acutum, vel gracile nimis in extremitate, nec obtusum, aut obstructũ; sed mediocriter longum, latum, & apertũ nasum Virginis extitisse. Talem planè videtur Aristoteles ad Alex. descripsisse. *Nasus ille est magis æqualis, qui mediocriter longus, eius latitudo est mediocris: ad extremitatem eius foramina nõ multum aperta.*

Nasus mediocriter longus.
Ansel.
Cedren.
Aristotel.

19\. *Labia florida.* Lucæ picturæ Virginis labia nec crassa, nec exilia, nec exerta, nec tumentia, sed æqualia omninò, nec vltra genas, nec intra illas collocata fuisse testantur. Purpureo quidẽ tincta cruore apponuntur. Aristen. epist. 1. *subtilia labra, tenuique interstitio distincta genarum purpuram vincunt.* Et Theophr. *Quot roseis labellis insidens sirenula.* Quid de labiis Mariæ? De sponso ipsa: *Labia eius lilia stillantia myrrham primam,* Cant. 5. Id est purpurea. *Liliorum* enim (loquor cum Plin. lib. 21. c. 5. & Dioscor. lib. 3. c. 39.) *quoddã genus est purpureũ.*

Labia purpurea.
Aristen.
Theoph.
Cant. 5.
Plini.

20\. *Facies non rotunda, & acuta, sed aliquantò longior.* D. Anselmus, *Vultus eius longus.* Assero Deiparæ faciem non valde magnam, sed longiorem aliquanto, (vt affirmat Niceph.) Rugosam, ossosam, planam, rotundam, macilentã, aut valde carnosam minimè admitto. Insignẽ certè indolem insignis facies illa adsignabat. An facies Mariæ simulauerit, aut dissimulauerit vnquã quod non debuit? Index semper conscientiæ fuit. Grauis, iucundus elegans, & venerabilis vbique Virginis vultus; (nisi summa Filij, aut hominum calamitas mœrentem faciem postularet) vt exclamet Gregorius Thaumat. *O puram illam, & clarissimam animam, quæ in florenti facie ostendis dotes quæ naturã superãt!*

Longior aliquanto facies; grauis, & iucundus aspectus.
Ansel.
Thaumat.

21\. *Manus simul, & digiti longiores.* Cedrenus, *Manibus ac digitis longis.* Et Anselmus, *Longæ manus, longi digiti.* Vngues verò albos, planos, molles, tenues, subrubẽtes, cutis colorẽ repræsentantes habuisse Deiparam affirmo. Nũ Homerus hîc rursum canet, quod de Aurora cecinerat? Odyss. lib. 2. 8. & 17. *Roseos* scilicet habere *digitos*? Haud decebant Mariam manus paruæ, per quas Deus sua hominibus munera esset largiturus. Certè à Theophrasto, Iuuenali, & aliis elegans corpus manu longa, longis ac gracilibus ornari digitis adnotatur.

Manus, ac digiti longiores.
Cedren.
Ansel.
Homer.
Theoph.
Iuuen.

22\. Profectò Nicephorus, ac Epiphanius reliquas corporis pulcherrimi visui obiectas, perfectiones minimè descripsere. Nos autem ex Lucæ Imaginibus duximus vobis præsentãdas. Quid de Fronte? Picturam Lucæ à Metaphraste, Theodoro, Vincẽtio Bellou. & aliis obseruatã contemplatus, cõperio. Virginem frõtem habuisse, qualem in Iesu Brigitta descripsit lib. 4. cap. 70. *Frons non prominens, vel mersa, sed recta.* Non magna nimis, quæ, Galeno authore, socordiam, & timorẽ indicat: nec parua, quæ ex Aristotele, mobile præfert ingenium; non angusta, imperitiæ quæ sit argumentum, vt ait Albertus; nõ circularis, quæ doctore Arist. portendit iracundiam; non conuexa, carnosa, gibbosa, & alta quæ stuporem, & imprudẽtiã monstrat, ex Adamantio. Lucæ itaque Imago frontem Deiparæ exprimit lætam, generosam, explanatam, speciosam, serenam, & eius dimensionis quo ad latitudinem, ac altitudinem, quæ non maximè à magna recedere videatur.

Frons recta &c.
Theodor. & alij.
Brigit.
Galen.
Arist.
Albert.
Adam.

23\. Certè genas ex pictura Lucæ conictor nõ fuisse carnosas nimiùm, nec graciles, nec oblongas, nec rotundas, nec contractas; sed in ea proportione, vt vultus maiestas perfecta foret: ne facies vel cadauerosa videretur, vel vltra modũ pinguis, & crassa. Spõsus sic de Mariæ genis: *Sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ.* Cant. 4. Quo tumet cortex, vultus minimè cadauerosus adnotatur, ex R. Salomonis sententia; quo cortex in Palestina est coloris purpurei, rubescẽtes genæ commendantur, vt obseruat Sanctius.

Cant. 4.
R. Salo.

24\. Dẽtes cãdidos, nitidos, rectos, planos, mũdos, expolitos esse dixerim. Sic pulchros dẽtes exponit Apollonius lib. 1. ep. 11. *Si casu dẽtiũ series*

Dentes candidi.

ordinata promineat, niueum protinus repræsentat ipsa colorem.

Caput Virgineum ex Lucæ picturis vbi-
25. *De Capite, Mento, Collo, Humeris, & Pectore.* que est plenissimum maiestatis, paulo maius
mediocri, decenti in eo sincipitis, & occipitis
tumore, & rotunditate. Quid de Mento? Pi-
cturæ testantur nec fuisse paruum, nec lon-
gum, nec quadratum, nec concauum ad nares,
nec connexum, nec bifidum, quale Nazareis
adscribitur: sed rotundum, mediocre, & gla-
brum, quod muliebrem decet speciem. Profe-
ctò Mariæ collum haud nimium crassum, seu
magnitudine ossium, & neruorum vastum;
sed tenue, & gracile: ita tamen vt compactum
esset, & parumper carnosum, & robustum,
quin venæ vllæ, aut ossa prominerent, figura
quidem oblonga cum venustate, eáque recta. Humeri ab Imaginibus Euangelistæ referuntur non lassi, & inarticulati, vel soluti, vel graciles, & acuminati; sed ampli & minus, quam in aliis fœminis contingit, decliues: & plusquam in illis accidit, robusti. In pectore denique mediocritas elucebat, quæ ad latitudinem vergere videretur. Quid plura? Verissimum profectò Petri de Riga, qui D. Bernardi tempore floruit, carmen:

Vnam nec maculam natura reliquit in ista.
Ad caput à planta transuolat iste decor.

Hinc argue pedes, quos penicilli ars non ausa exprimere, dignam tantæ exædificationi basim exposuisse.

IN MARIAM VIDVAM
PANEGYRICVS MORALIS NONVS.
Circa literam.
Ex Virginea Pulchritudine.

Observatio I.
Corporea Mariæ Pulchritudo æterna, immarcescibilis, quia vera.
Vbi profanæ communis pulchritudinis recenseo defectus.


26. *Pulchritudo corporis fugax.* *Ana est pulchritudo* Sapiens ait Prou.
31. Sine vlla communi imperfectio-
ne Virginis corporea pulchritudo.
Nazian. Nazianzenus Orat. 31. pulchritudinem *fragile*
Boetii. *bonum* vocitauit, *morbi ludibrium.* Boetius
Prou. 31. prof. 8. lib. 3. de Consol. *Formæ, inquit, nitor*
vt rapidus est, vt velox, & vernalium florum mu-
tabilitate fugacior. Accepere ex ipso Veritatis
fonte. *Vana est pulchritudo.* Vnde minimum
bonum asseruero, si tam modico temporis ni-
ter interstitio. Ad illud Geneseos: *Videntes filij*
Dei filias hominum, quòd essent pulchra, accepe-
runt sibi vxores, cap. 6 fatur Augustinus lib. 15.
August. de Ciu. cap. 22. *Deserto magno bono, lapsus fa-*
ctus est ad bonum minimum, quod est pulchritudo.
En pulchritudinis vanitas: *Vana est pulchritu-*
do. Hinc colligo fæliciorem esse fœminam
quæ pulchritudine donata non est, quàm pul-
chrá, quæ tam citò periturо bono exornatur.
Ambros. Aiebat Seneca lib. de tranq. vitæ: *Leuior dolor*
Seneca. *non habere, quam perdere. Tolerabilius est, faci-*
liúsque non acquirere, quam amittere; ideóque la-
tiores videbis, quos fortuna non respexit vnquam,
quam quos deseruit.

27. Profectò Maria pulchritudinis formam,
Æterna Mariæ pulchritudo Zonæ Virgineæ æternitati comparatur. quam habuit semel, nunquam amisit, vnde
donum illud inter cælestia perfecta bona, quæ
occasum minimè cognoucre, adnumerandũ.
An quod Deus vel Marianæ Zonæ impertitus
est, ipsi Dominæ denegaret? Porrò de Zona
Euthy. Virginis sic apud Metaph. Euthymius: *Landa-*
tur Zona, quæ annos plus nongentos illæsa, atque
integra perseuerat, cui nequaquam infuscatus est
color: quæ vincit splendore niuem, taléмque se vi-
dentibus offert, qualis ex manu prodiuit artificis.
Ea se cæli Regina re vera, vt credimus, cinxit.

Maximus Tyrius ser. 11. sic veram deffinit 28.
pulchritudinem: *Quod verè pulchrum est, id* *Si verè pulchra Maria, debuit venustate æterna donari.*
neque exitiosum vnquam, neque lubricum. Fallax
enim pulchritudo, quæ subiecta est vanitati.
Fallax gratia, vana pulchritudo. Ergo si Virgi-
nis pulchritudo vera, non debuit exitio, aut Maxim.
lubricitati subiacere. Vnde Hesichius ser. 2. de Hesichi.
Laud. Virg. Mariam *virgam semper viridem, &*
puellam impollutam vocitauit. Quod si quæ-
ras, vndenam Maria septuagenaria possit puel-
la prædicari? (quia semper viridis, semper puel-
la appellatur à Patre) respondeo ideo semper
puellam vocari, quia in flore ac decore corpo-
ris semper permansit.

Aiebat sponsus: *Tota pulchra es.* Cant. 4. 29.
Quid Virginem totam vocari pulchram, nisi *Maria pulcherrima mulierum citius marcescere pulchritudo, si non donata esset perpetua viriditate.*
pulcherrimam mulierum asserit? *Si ignoras te, ô*
pulcherrima mulierũ. Cant. 1. Nulla enim præ-
ter Mariam omninò venusta potest prædicari;
difficilè enim imo nunquam authore Comi-
co, *totus in mortalem fœminam confluxit pulchri-*
tudinis apparatus. In mortalem dixit, vt solis
Diuis fœmmis hoc concederet priuilegium.
Quorsum hæc? Certè si téporum iniuriæ ex- Cant. 4.
posita fuisset Mariæ pulchritudo celerius Cant. 1.
quàm fœminæ pulchræ reliquæ illa venusta- Menand.
te expoliaretur; quia pulcherrima mulierum
celerius venustatis terminum, seu exterminiũ
pateretur. Audi Plinium lib. 21. cap. 1. *Quæ spe-* Plin.
ctatissime florent, celerrimè marcescunt: & forma eò
citius eliditur, quo magis est conspicua. Quæ igi-
tur supremæ pulchritudinis donum accepit,
simul & munere æternandæ venustatis dona-
ta est. Augustin. ser. de Incar. *Tu tota pulchra*, id August.
est, *pulcherrima mulierum, tota formosa, & tota*
gloriosa. Cur pulchritudinẽ & gloriã copula-
uit? Certè vt assereret Mariæ formositatẽ eam 30.
esse, quæ gloriosis corporibus inhæret sine *Venustas Mariæ Solem ac Lunam vicit, quia sine mutatione.*
termino duratura.

Exclamat Sapiens: *O quam pulchra est casta*
generatio cum claritate! immortalis est enim, & c
cap. 4. Quàm pulchra Virgo virginum pa- Sap. 4.
rens!

rens ! Immortalis etenim Mariæ polchritudo est. Aliquando aiebat sponsus: *Pulchra vt Luna, electa vt Sol.* At videns Luná deficere, Solem deperire nocte peruolante, recognosco vulgarē cōparationem pulcbritudinem æternam Mariæ minimè æquantem. Splendor etenim huius venustatis æternus est. Pulchrè Idiota lib. de Laud. Virg. c. 1. & 2. *Virgo sua pulchritudine omnem Mundi pulchritudinem vincit, Solem, Lunam, & stellas flore lucis excedit.* Excedit quidem flore lucis, qoia folgor venustatis Marianæ sēper floridus, nūquá æstū passus est. *Neque enim* (adiicit) *Sol perpetuo nobis splendet, cum contraria vicissitudine nox diei succedat. Nec semper Luna Orbem illustrat, cum cælorum conuersione noster hic Mundus certo temporis spatio tenebris obuoluatur. Maria verò Sole, & Luna, & Astris illustrior suo lumine, nulla sui commutatione, aut vicissitudine complet, ac ambit omnia, luce vestit; nec enim illi succedit nox.* Igitur tu, ô Virgo æternùm venusta, (loquor cum Augustino citato) *cunctas fœminas vincis pulchritudine carnis;* quia cunctarum marcescibilis *vana pulchritudo.* Tua, ô *pulcherrima mulierum,* venustas vera, quia *non lubrica* (verbis vtor Maximi vbi supra) *neque flagitium aliquod efficit, neque quenquam ad in fortunium ducit, aut ad calamitatem deducit, neque in pœnitentiam desinit.* Sic ille.

Idiota.
August.
Maxim.

Observatio II.

Corporea Mariæ pulchritudo nunquam fefellit, quia aspectata fuit genitrix puritatis.

Vbi edocemur, nec sanctas pulchras fœminas aspectandas, vulnerat enim qualibet pulchritudo.

31. *Pulchritudo fallax, quia ad delictum adducit, ac pollicit.* Prou. 31. Gen. 6.

NON solùm vanam mundialem pulchritudinem, sed & fallacem Sapiēs asseruit. *Fallax gratia.* Prou. 31. Quare fallax, nisi quia ad fallacem voluptatem fallaciter arripit aspicientes. *Videntes filij Dei filias hominū, quod essent pulchra, acceperunt sibi vxores.* Gen. 6. Annoo fallax pulcbritodo, quæ humana, mundialis, ac profana cū esset, Dei filios, saoctos vtique, proceres, principes adduxit ad lapsum? Augustinus supra aiebat: *Deserto magno bono lapsus factus est.* Ambrosius autem lib. 3. de Virg. inquit: *Carnes etiam volantes aquilas deponunt. Eundem in modum caro pulchra aquilas Dauides, & Salomones, ni caueant, fallit.* Quàm *fallax pulchritudo!*

August. Ambros.

32. *Mariæ gratia minimè fallax, quia non ad ducebat ad libidinem.* Bonau. & alij. Ambros.

Prob Deiparæ veoustas perfectissima, cuius aspectus non modò oon nocuit, sed & cōtulit hominibus integritatem! Ita Bonauentura in 3. dist. 3. 1. p. a. 1. Alens. 3. p. q. 9. memb. 2. a. 1. D. Thom. in 3. dist. 3. q. 1. a. 2. Titelm. ad Psal. 44. Ambros. autem lib. de Inst. Virg. c. 7. *Tāta erat, ait, eius gratia, vt non solùm in se virginitatē seruaret, sed etiam si quos inuiseret, integritatis insigne conferret.* Copula particulam: *Tanta eius gratia,* cum illa Salomoois: *Fallax gratia.* & cō-

templari licebit, quàm abstracta Mariæ venustas à communi muodiali semper fallente, nūquam oon hominum abripiente præcordia.

33. *Aspectus Mariæ libidinem effrenatam extinguebat, cælesti dote.* Cassia. Gerson. Maior.

Parum erat corrigere hominum aspicientiū intemperantiam, si non conferret *insigne castitatis,* & impotem redderet appetitum. Simon de Cas. lib. 2. in Euang. c. 22. *Nec propter excellentem eius pulchritudinem immundè poterat cōspici.* Et Gerson ser. de Nat. Mar. Cons. 3. ex Bonau. *Extinguebat libidinem diuinus ille aspectus, quasi frigidus quidam ex oculis ros virgineus expiraret, vel effineret à mente sua castissima.* Et ser. de Concep. *Physionomia Virginis mouebat aspicientes ad omnem castitatem, & luxuriosas extinguebat, mortificabatque cogitationes.* Ioaones Mai. in Loc. *Eá vsá infrenis libido, vt firmiter teneo, prorsus extinguebatur. Illam enim dotem Deipara Omnipotens suppeditauit, vt mortalium nemo illam concupisceret.* Dos virgineæ pulchritudinis est baud ab hominibus cōcupisci, quia modestiam arguit virginalem.

34. *Licet sinceris oculis conspiciat, à noxia vulneraberis pulchritudine.* Ambros.

Haud sic profana immūda pulchritudo. Licet sinceris oculis aspiciatur, animo intuentis venenum infundit. Testor Lothi vxorem pulchram illàm Ciuitatem conflagrātem aspiciētem. Quid illi? Ambrosius lib. 2. de Virginib. *Naturam suam, quia impudicos licet castis oculis prospexit, amisit.* At Maria pudicis oculis impudicos prospiciens & sibi & illis naturæ adquirebat ornatum.

35. *Pulchram sanctissimam Saram poterant Ægyptij impudenter aspicere, Mariam non poterant.* Gen. 12. Plato. Cassia.

An pulchræ sanctæ fœminæ aspectatæ ablegant aspicientium intemperantiam? Minimè planè. Sanctissimæ Saræ Abrahami vxori sic Ægyptum ingressurus Patriarcha: *Noui, quòd pulchra sis mulier, & quòd cum viderint te Ægyptij, dicturi sunt: Vxor ipsius est, & interficient me.* Gen. 12. Illud pondera: *Cum viderint te Ægyptij,* pulchram scilicet mulierem. Annon sanctissimæ Saræ eos modestia absterreret? Ea pulchritūdinis lex cuiuscumque fœminæ dos sit, hominum animos abripere. Plato Orat. 2. cap. 9. *Pulchritudo omnis splendor quidam est humanum ad se rapiens animum.* Profectò Mariæ typus extitit Sara, Richardo Laur. & aliis authoribus, quia quemadmodum illa cum Abrahamo sponso in Ægyptum relegata est, sic Deipara Iosepho comitante. Cur ergo, vt omnino veritas simulacro responderet, nōn etiam Virgo ab sponso aodiuit? *Dic, quòd soror mea sis &c.* Ibid. Annon mulierum pulcherrima Maria Saram superauit venustate? Annon Ægyptij semper impudentiæ libidine effrænes? Certè baud coraoit Iosephus de sua incolumitate, vxorisque custodia quam sciebat ea præditam fuisse pulchritodine, quæ intemperantia pressos ad castimoniæ amorem alliceret. Simon Cass. citat. ad bæc: *Talem gratiam Deus in Virgine Matre posuerat, vt nec propter excellentem eius pulchritudinem immundè posset conspici. Nouerat hoc Ioseph experimento sui, qui nunquam ex ipsa carnis tentationem præsenserat, quamuis, secum pariter habitaret.* Vnde frustra Ægyptum ingressurus Abrahami metu corriperetur.

36. *Sanctæ filiæ spina vulnerantes sunt, sed pulchra Maria sine punctione lilium.*

Sanctissimæ quæque, Dei vtique filiæ pulchritudine vulnerant aspicientes. Nec enim id solùm profanæ Veneris pulchritudioi adnatum. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea in-*

Cant.2.

ter filias. Cant.2. Quænam filiæ? Non quidem Babylonicæ fœminæ, sed sanctitudine conspicuæ animæ, Ghuillelmo authore. Quid autem sancti filiabus cum spinis? Profectò si pulchræ sint semper vulnere afficiunt aspectantes. In hoc autem à Deipara superantur, quæ lilij in morem minimè possit vulnerare. Pulchrè Richelius. Quamuis fuerint multæ Virgines sanctæ, tamē respectu Virginis quasi spinæ fuisse videntur. Quare? Quia *fuerunt aliis spinæ, qui ex earum intuitu concupiscentia pungebantur. Porrò Deipara tam intensa castitate erat repleta, quòd intuentium corda sic penetrarit sua inæstimabili castitate virginea, quòd à nullo potuit concupisci: imo potius extinxit ad horam eorum libidinem.*

Richel.

37. Nec mirum, si Deiparæ pulchritudo ineffabilis erat Verbi Filij splendoris participatio. Andreas Cret. hom. de Assump. *Erat illud luminosum corpus Deiparæ, quod Dei Verb. totam capiebat plenitudinem.* Profectò corpus, seu aspectus Dominicus ea gratià effulgebat, quod intuentes ad meliorem frugem excitaret. Vnde Guarricus ser.3 de Ram. ait: *Mox vt Dominus respexit Petrum, Petrus de clementia piissimi vultus suscepit imbrem fecetissimum, lacrymas post peccatum.* Verè igitur Iesu splendore completa Virgo eius retulit proprietates homines adducens, vt prauis affectibus ablegatis, castitati præstarent obsequium. Ex præfatis quidem terrenæ pulchritudinis fallacia deprehenditur.

Filij ex hoc gloriam Virgo imitatur. Creten.

Guar.

Observatio III.

Virginis corporea pulchritudo non homines arripit ad libidinem, sed Deum pellicit, vt pacem, seu veniam peccatoribus impertiat.

Vbi ostenditur solummodò castam pulchritudinem Deo notam esse, minimè impudicam.

38. Dixerat Plato proxima obseru. cit. *Pulchritudo splendor quidam est, humanum ad se rapiens animum.* Num diuinum animum abripiet? Profectò soli Marianæ venustati exhibitum diuinum ad se animum adferre. An dicam auferre? *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum.* Aliter: *Abstulisti.* Cant.4.

Plato.

Cant.4.

39. D. Bernardus hom.2. sup. *Missus: Corporis decore perfulgida, specie sua, & pulchritudine sua in cælestibus cognita.* Annon à Deo? *Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna.* Psal.44. Ac si diceret, vt omnimodam Iesu pulchritudinem commeodaret: Haud ad debellandum homines tibi gladius (quo præcingeris iuxta id proximum: *Accingere gladio tuo super fœmur tuum, potentissime*) est necessarius; intende, respice, vtere velot gladio pulchritudine tua, ac specie tua; & protinus victoria potire, *prosperè procede, & regna.* Haud aliter ô Domina, *specie tua, & pulchritudine tua* intendis, dum ex ea in cælestibus dignoscens. Num non Deus ipse debellatur?

Vt Deum debelles, intēdit Deipara specie & pulchritudine loco gladij. Bernard. Psal.44.

40. Quàm terribilibus, quàm minacibus oculis Deus homines olim aspectabat! Respexit Mariam pulcherrimam, & ad subleuandam nostram infirmitatem humiliatus est. *Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.* Ecclesiastis, 24. Accommodat Mariæ hanc sententiam Hailgrinus ad illud: *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa in vno oculorum tuorum.* Quàm egregia pulchritudo, cuius acie Dominus sese fatetur vulneratum adeò, vt quos homines persecutus fuerat, iam speciali affectu prosequatur. *Maria, ait, mulieris speciem sic concupiuit Dominus, & ipsa eius desiderium in tantum superduxit, hoc est, ad tantum excessum perduxit: vt ad nostram infirmitatem humiliatus sit Omnipotens.*

Speciem Mariæ Deus aspiciens, hominibus parcit. Eccl.24.

Hailgr.

41. Annon terribilem Assuerum Estheris pulchritudo reddidit mansuetum? *Ipsa roseo colore vultum perfusa, & gratis, ac nitentibus oculis tristem celabat animum.* Quàm horribiles tunc oculi Regis? *Cumque leuasset* Assuerus *faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset.* Attamen ex pulchro sponsæ aspectu ardens animus debellatur. *Conuertitque Deus spiritum Regis in mansuetudinem.* Esth.15. En pulcherrimam mulierum Mariam Dei spiritum in pietatem commutantem. Clemens Alex.3. Pædag. cap. 2. *Estheris pulchritudo inuenitur pretium, quo liberatus fuit populus, qui interficiebatur.* Quid non Mariæ venustas pretium esset, quo peccatores quotidie Numini irato concilientur?

Esther Mariæ mansuetum terribilem reddidit Assuerum. Esther.15.

Clemens. Alexan.

42. Ideo superos resurgens Deipara scandit, vt in Dei conspectu Numen nunquam valeat iræ præteritæ recordari. Annon id possit tanta venustas? Post Iobi ærumnas ei tres filiæ exortæ, de quibus Textus: *Non sunt inuentæ mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob in vniuersa terra.* cap. 42. Quare tanta illæ ornatæ pulchritudine ascendunt? Respondet Author Græcæ Cat. *Filias liberali spiritu, atque egregia forma suscepit, vt earum aspectu omnis superioris ærumnæ memoria funditus interiret.* Surrexit quidem Dominus stigmata vulnerum ostentans, ascendens in altum *captiuam duxit captiuitatem*, id est, adduxit belli reliquias, quibus necessum illi nostræ ingratitudinis ad inferendas Domino ærumnas recordari. Profectò vt omnis superioris ærumnæ memoria funditus interiret, adstitit à dextris Filij pulcherrima Regina Maria, cuius aspectu *Deus spiritum* Filij in *mansuetudinem conuertit.*

Ideo pulcherrima Maria factus semper Deo obiicitur, ne recordetur ærumnarum. Iob.42. Cætus.

43. Hinc Maria fatur: *Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.* Cant.8. Ambrosius sic vertit: *Ego eram in oculis eius tanquam inueniens pacem.* Ac si diceret: Adeo gratus vultus meus oculis Sponsi, vt Estheris instar pacem peccatoribus pacato Numine inuenirem. Ita exposuit Pater: *Talis eram in oculis sponsi, qualis quæ habet pacem.*

Pulchritudo Mariæ pacem hominibus reperit. Cant. Ambrof.

44. Vt autem constaret ex pulchritudinis obiectione

Ad Sponsum pacificatur. Cant.6.

ctione Deum à Virgine pacatum, ipse clamat Sponsus: *Pulchra es, amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem.* Cant. 6 Aliter: *Pulchra, & decora sicut visio pacis.* An ipsa visio pacis, siue ipsa pax pulchritudo? Certè pulchritudo Mariæ visio pacis, siue pax est; quia illud ipsum Deo præsentari Virginis pulchritudinem idem est, ac, pace initâ, Deum & homines amicitiæ vinculo colligari. Vnde Apponius asseruit *in decore aut pulchritudine* sponsæ ipsam pacem ostendi; quia ipsa illius pulchritudo, & decor diuino conspectui obiectus est pacis obfirmatio. Tanti-ne vel corpoream pulchritudinem Mariæ Deus æstimat? Profectò ideò corporis Mariani grata venustas Altissimo, quia castitate obiicitur ornata; eiusmodi enim pulchritudo Deo nota est, quia digna immortalitate, iuxta illud Sapientis: *Quàm pulchra est casta generatio; immortalis est enim memoria illius, & apud Deum nota est.* cap. 4. Pulchritudo sine castitate mortalis, peritura, & ideo Numini ignota.

Appon.

Sap. 4.

Observatio IV.

Spiritualis Mariæ Pulchritudo Deum, & creaturas debellauit.

Vnde excito ad Humilitatis Marianæ, cunctarum virtutum exercitum moderantis imitationem.

45. *Maria pulchra mente, & corpore.* Cant. 4. Richard. Vict.

Illes hæreo sponsi verbis: *Tota pulchra es, amica mea.* Cant. 4. Parum esset corpus tantâ pulchritudine condecoratum esse, si mens fœditate laboraret. *Tota* igitur *pulchra* Maria. Richardus Victor. *Tota pulchra meritò dicitur Virgo, quia pulchrâ mente fuit, & corpore.* De mentis dissero venustate.

46. *Maria spiritu pulcherrima ob suauissimam plurium virtutum harmoniam, quæ chorum illâ castrorum constituit.* Cant. 6. Appon. Elias.

Concinit illud eiusdem Epithalamij: *Pulchra es amica mea, & suauis.* Cant. 6. Vbi Apponius: *Pulchritudo in lenitate morum, suauitas in munditie cordis ostenditur.* Quàm appositè puritas, ac pulchritudo mentis, seu cordis Virginis suauitati comparatur; pulchritudo enim harmoniæ suauissimæ exprimitur similitudine. Elias orat. 10. Nazian. *Est pulchritudo proportio quædam & harmonia dissimilium partium. Vnde congruenter per concentum in sonis hoc demonstratur. Nam in musicis instrumentis alius quidem sonus est, qui per infimam chordam editur: alius, qui per huic proximam: alius, qui per summam: alius, qui per huic vicinam. Is autem, qui ex omnibus promanat concors numerus est, &c.* Haud aliter à dissimilium mentis partium proportione pulchritudo. *Pulchra igitur Virgo & suauis,* quia mentis eius venustas dulcissimam harmoniam proferebat. Vnde alibi: *Vox tua dulcis, & facies decora.* Illa enim internæ venustatis proportio mihi pro suauissima melodia est. Eo dulcissimos *Choros castrorum.*

47. Virgo ipsa profatur: *In me omnis gratia viæ & veritatis.* Eccli. 24. Richardus Laurent. lib. 5. *Benedicis omnis gratia, seu pulchritudo; nulla enim defuit ei virtus, nec puritas Angelorum, nec fides Patriarcharum, nec patiẽtia Martyrum, nec sobrietas Confessorum, nec innocentia, aut humilitas Virginum.* Chori hic suauissimi castrorum.

Omnis pulchritudo (velut Chori) spiritualis in Maria. Eccli. 24. Richard.

Erat olim Esther formosa valde, & incredibili pulchritudine. cap. 2. Ad quæ idem Richardus citat. *In figura Mariæ dictum est hoc de Esther. Erat enim Virgo formosa valde per charitatem, quæ est forma virtutum; incredibili pulchritudine per insolitam castitatem; inauditum enim erat aliquem ante Virginem votum virginitatis perpetuæ emisisse. Vel incredibilis pulchritudo Mariæ in superlatiuo gradu virtutum omnium plenitudo. Vnde Isaias: Quis audiuit vnquam tale?* Et inferiùs ad illud: *Tota pulchra es amica mea,* inquit: *Tota dicitur Maria pulchra, quia omnes virtutes actiuæ, omnes virtutes contemplatiuæ in ea conuenium, & præ omnibus creaturis admirabilem effecerunt: & hæc fuit eius incredibilis pulchritudo. Per virtutes actiuas habuit voluntatem mundissimam, per speculatiuas mentem purgatissimam, &c.* En Maria Esther. 48.

Maria Esther incredibili pulchritudine omnium corda debellauit. Est. 2. Richard.

Additur: *Omniumque oculis gratiosa & amabilis videbatur.* Ibid. Exponit Laurentinus: *Omnium oculis, primò ipsius Dei, qui eius humilitatem respexit, & speciem eius desiderat intueri. Vnde dicunt ei Pater, Filius, & Spiritus sanctus: Reuertere, reuertere Sunamitis, vt intueamur te. Secundò oculis Angelorum, & omnium beatorum qui in eam sicut in Filium desiderant intueri: In quem desiderant Angeli prospicere.* 1. Pet. 1. Id est, quemadmodum cupiũt intueri Saluatorem, vt eorum adoretur visionis affectus, sic seruata proportione mirantes, & cupientes pulchritudinem Virginis intuentur. *Tertiò oculis hominum.* Quem enim mortalium non alliceret tot virtutum harmonia? O quàm egregia, quàm incredibilis pulchritudo; quæ non solùm creaturas, sed & ipsum amoris vulnere debellat Conditorem. 49.

Virtutum suauitate velut Choris castrorum Deum Angelos, & homines Maria vicit. Laurent.

Postquam Sponsus Deiparentem pulcherrimam mulierum vocitauerat: *O pulcherrima inter mulieres:* addidit: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea.* Cant. 1. Quid cum equitatu pulchritudini? Sic ex Delrio sensum elicio: Vsque adeò pulchritudine excellis, vt oris tui species, seu mentis pulchritudo sit velut equitatus quidam potẽtissimus ad omnium animos vincendos. Nam virtutes omnes Deiparæ à charitate quasi duce instructæ erant velut quidam equestrium exercitus ad omnium animos per amorem vincendos potentissimus. *Pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.* Cant. 6. Quid Lunæ, ac Solis pulchritudini cum terrore castrorum? Acies instructa est ad aspectum pulcherrima, & cum quodam mentis stupore admirabilis. Præterea est ad quamlibet arcem oppugnandam, & expugnãdam potentissima. Virginis pulchritudo, quæ ex multarum virtutum varietate conflatur, (Richardo Laurent. lib. illo 5. fante: *Tota pulchra est Maria, quia tota pulchra est anima, cui nihil deest spiritualis pulchritudinis*) veluti numerosus quidam exercitus ad quodlibet ferreum pectus emolliendum est potentissima. 50.

Ideo Virgo similis equitatui, exercitui, & palmæ dicitur. Cant. 1. Delrio. Cant. 6. Richard. Cant. 7.

Cant. 7. Theodor.

Quam pulchra es (pergit Sponsus) *& quam decora charissima in deliciis! Statura tua assimilata palmæ.* Cant. 7. Appositè Virginis statura palmæ comparatur tum propter altitudinem, tum quia inter pulchras mentes, palmam Deiparens præripit pulchritudinis. Accedit, quòd palmæ folium speciem gladij refert. Tot illa gladiis armata, quot foliis indura: Virgo autem quot virtutibus, donis, ac prærogatiuis exornatur, tot quasi fortissimis, & acutissimis armatur gladiis ad omnia sibi per amorē subiicienda. *Quid videbis in Sunamite* (demum Sponsus) *nisi choros castrorum?* Cant. 7. Ex Theodoreti sententia colligo Virginem multis è sanctis esse conflatam ob cunctarum virtutum varietatem. Huiusmodi igitur compactio Sanctorum in Maria, *qua venit sicut choros castrorum pæana canentes, & choros ducentes victoria præconium celebrantes*, instar exercitûs omnium animos deuicit. Proh harmonia virtutum! An Deum ipsum? Rursum expendo

Deum ipsum deuicit. Eccl. 36. Hailgr.

Sapientis sententiam: *Species mulieris exhilarat faciem viri.* Eccl. 36. Vbi Hailgrinus ad cap. 4. Cant. loco illius particulæ: *Exhilarat*, ponit, *Humiliat*, seu *vincit*. Vt sit sensus Mariæ pulchritudinem spiritualem ipsum sic afficere Conditorem, vt inclamare valeat: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuorum.* Cant. 4. siuè in virtutum venustissima vnione, quæ in morem exercitus instruuntur. *Species* (ait ille) *Mulieris*, Mariæ *Virum potentissimum humiliat, seu vincit, seuerum, & austerum emollit.*

Cant. 4.

51\. Nos hinc Bernardus serm. 45. in Cant. allicere ad Virginis curat imitationem. Expendens enim illud, *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es*, fatur: *Quaramus geminam animæ* (Mariæ quidem exemplo) *pulchritudinem. Hoc enim mihi videtur innuere, quod Deus eam vocat bis pulchram. Decor animæ humilitas est. Meritò pulchra repetitio, cui neutra defuit pulchritudo. Rara auis in terris, aut sanctitatem non perdere, aut humilitatem sanctimonia non excludi; & ideo beata, quæ vtramque retinuit.* Hunc præcipuæ Marianæ pulchritudinis decorem imitari procura, humilitas enim mirum in modum valet virtutum reliquarum militiam præcordia & Dei & hominum debellantia suo in ordine continere.

Humilitas Mariæ pulcherrimi huius virtutum exercitus moderatur ac es. Bernard.

Observatio V.

Spiritualem Virginis Pulchritudinem describo.

Innuens, quarumnam virtutum apparatu Dei sponsa ornanda sit.

52\. D. Gregorius Nicomed. orat. de Virg. Oblat. exclamat: *O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum! O Dei genitrix pulchrorum omnium summum ornamentum!* Quod si (authore Basilio in Psal. 44.) *Pulchrum est membrorum omnium dispositione, & harmonia gratia vigens*: in singulis spiritualiter membris Virginis pulchritudinem operæ pretium contemplemur.

Greg. Thaum. Basil.

A capite procedo, quod sic laudat Sponsus: *Caput tuum vt Carmelus.* Cant. 7. Vbi Carthusianus per caput Virginis sanctam eius voluntatem intelligit; quæ instar Carmeli, *altitudine ferebatur in Deum, & bonorum operum fructibus abundabat.* R. Abenesra hoc loci vult Carmelum haud montem significare, sed coccineum colorem Hebr. *Carmel.* 2. Paral. 2. pro eo quod nos habemus *coccino*, est hebr. *Carmil.* Charitas ardentissima Deiparæ designatur quæ meritò *Carmil* siue *punica*, siue *coccinea* Hebræi. *Caput tuum super te sicut Carmelus.* Vt indicetur caput sponsæ non fuisse super humeros depressum, sed supra humeros eminens. Virginis perfectissima charitas, quæ non solùm operibus respondit, sed eminentiâ omnia transcendit opera legis, ad supererogationis actiones aspirans. Adde Carmelum *scientiam circumcisionis interpretari.* Conspectâ Virgine, facilè dignosces quid in operibus expediat resecare. 53.

Caput Deiparæ sua Charitate seu plena voluntas. Cant. 7. Abenesra.

Cæsaries deinde commendatur. *Capilli tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.* Cant. 4. *Coma capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus.* Cant. 7. *Vulnerasti cor meum in vno crine colli tui.* Cant. 4. Galaaditæ capræ nigræ. Profectò niger capillorum color ineffabilem Virginis in cogitationibus vel minimis perfectionem significat. Annon nigredo illa vniuersam intelligendi congregat aciem? Numnon ob obscuritatem, quæ tanta ex perfectione cogitur, illa inexplicabilis omnino præsentatur? Profectò *Rex ligatus* (vt LXX. legunt illud: *Vincta canalibus.*) *in canalibus*, seu *transcursibus*. Cogitationum enim Mariæ venustate affectus Rex ipse ligatus apparet ipsis vulneratus: *Vulnerasti cor meum in vno crine.* 54.

Capilli, seu cogitationes. Cant. 4. Cant. 7. Septuag.

Profectò duplici similitudine oculorum Virginis pulchritudo ab Sponso profertur. *Oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecùs latet.* Cant. 1. *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.* Cant. 7. Scio columbarum Palestinæ oculos præstare magnitudine. Rupertus septem Spiritus dona in Virgine contemplatur. *Oculi tui columbarum, id est, lumina omnium gratiarum. Omnium quippe spirituum tu effecta es particeps, ex quo me castis visceribus suscepisti.* Hugo Caren. simplicem Virginis oculos explicat intentionem. Certè piscinis simul comparantur in *Hesebon*, quia illæ amplæ piscinæ aquas clarissimas proferētes & stabiles. Annon Mariæ intentio ex operum multitudine ampla, ex puritate splendida, ac simul absque vlla vel minima perturbatione, constans? 55.

Oculi, seu intentio. Cant. 1. Cant. 7. Rupert. Hugo.

Genarum præcipuum quidem vultus ornatum non Sponsus præteriuit. *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ.* Cant. 4. Flos mali punici totus est rubore perfusus. Vnde Beda per genas putat verecundiam signari, à qua genæ rubore perfunduntur. Rupertus de verecundia Virginis exposuit. *Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata.* Eccl. 26. Quid Virgo? Ambrosius lib. 2. in Luc. *Disce Virginem moribus, disce virginem verecundia.* 56.

Genæ, seu verecundia. Cant. 4. Beda. Rupertus. Eccl. 26. Ambr.

Labiorum

57. *Labia, seu silentium, ac prudentissima verba.* Cant.

Labiorum gloria exprimitur sententia illa: *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Cant. 4. Hebr. *Tanquam filum coccini labia tua, & sermo tuus decorus est.* Virginis loquentis prudentia per labia exprimitur, aptè coccineæ vittæ, aut rubro filo comparata; quia sicut coccinea vitta assolent fœminæ crines, ne effluant, constringere, ita prudentiæ examine, ne temerè profundantur, sermones constringuntur. Porro coccinea ea in Deipara vitta, quoniam eius in loquendo prudentia rubebat charitate. Locutam Virginem quater solummodo in Euangelio Bernardus obseruat (Bernard.) serm. *signum. Numquid*, ait, *non ab initio venisse pastores, & primam omnium Mariam inuenisse leguntur? Sic & Magi quoque non sine Maria puerum inuenerunt. Et inducens in Templum Templi Dominum multa à Simeone audiuit tam de eo, quam de se ipsa. Et tamen ad loquendum tardat in omnibus.* At si ea Virginis verba, quæ quater profluxere ex pectore, profundissimo quidem mysteriorum puteo, contempleris, charitate rubescere deprehendes.

58. *Collum, seu intercessio, obedientia, humilitas.* Cant. 4. Cant. 7. Cant. 1.

Certè describendo collo præcipuè operam Sponsus impendit. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Cant. 4. *Collum tuum sicut turris eburnea.* Cant. 7. *Collum tuum sicut monilia.* Cant. 1. Turris Dauidica Virginis intercessionem præsentat, collum quidem; quia per Virginem vniuersa ad nos è Domino tanquam ex capite beneficia deriuantur. Hûc spectat illud: *Deriuatus est fons vsque ad nos, descendit per aquæductum vena illa cælestis.* Annon turris Mariæ præsidium firmissimum, tutissimum peccatorum refugium? Confirmat D. Ephrem. Virginem *fidelium vallum appellans.* (Bernard. Ephr. Rupert.) At Rupertus Virginis humilitatem collo asserit designari turri quidem eburneæ; quia Mariana humilitas potentissima fuit. *Qua fortitudine* (inquit Doctor) *luctabatur iste* Iacob, *vel ille* Moyses? *Profectò humilitate. Igitur ô Dilecta, collum tuum, quod est humilitas tua, turris est eburnea, id est, fortissima, atque pulcherrima.* Monilia quidnam? Obedientiam Deiparæ designari (Orig.) Origenes affirmat hom. 2. in Cant. *Ceruix tua speciosa facta est sicut redimicula, & meritò; quam enim prius præuaricationis inobedientia turpem fecerat, nunc obedientia fidei speciosam facit, & pulchram.*

59. *Vbera, seu virginalis fœcunditas.* Cant. 4.

De vberibus præterea sic Dilectus: *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in liliis.* Cant. 4. Rursum inibi: *Pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Alibi, *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ.* Cant. 7. Rupertus (Cant. 7. Rupertus.) virginitatem ac fœcunditatem Deiparæ duobus ait vberibus assignari, hœdulis comparatis; propter eam, quam Orbi lætitiam attulere. Id quod & ventris innuit descriptio. *Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis.* Cant. 7. Vbi (Cant. 7. Carthusian.) Carthusianus existimat in aceruo fœcunditatem, in liliis autem virginitatem Mariæ adumbrari. De Marianis vberibus botris vtique sic Richardus Laurent. lib. 5. (Richard.) *Vbera Mariæ botris assimilantur, in quo mirabilis prærogatiua merendi demonstratur in Virgine; quæ non minus meruit fundendo lac ex vberibus suis, ad nutrimentum Filij: quam meruerunt Martyres, qui per botros figurantur, fundendo sanguinem suum per martyrium. Omnium enim operum merces secundùm radicem charitatis pensatur.*

60. *Manus seu operum mortificatio sine prauo delicto.* Cant. 5. Richard.

Quid de Deiparæ manibus? Ipsa descripsit. *Manus meæ distillauerunt myrrham, & digiti mei pleni sunt myrrhâ probatissimâ.* Cant. 5. Sic expendit Richardus citat. *Manus meæ distillauerunt myrrham; nam in spirituali gratiâ sic absorpta sum, quòd nihil in me vicit de mũdana concupiscentia. Quin potiùs manus meæ, & digiti mei, id est, opera mea, & operum meorum discreta distinctio perfectæ mortificationis testimonium proferebant.* Et addit: *Illa myrrha electa est, quæ sine vulnere, ac scissione corticis manat ab arbore, & illam amaram carnis mortificationem designat, quam profert anima nullo peccati vulnere sauciata. Talem myrrham messuit Deus in Virgine, quæ licèt vulnus peccati non haberet, seipsam tamen multipliciter mortificare curauit. Et ideo aptè dicit, quòd digiti sui pleni sunt myrrha probatissimâ; & talis myrrha propriè Domini est; vnde dicit: Messui myrrham meam.*

61. *Gressus seu humilitas.* Cant. 7.

Quid denique de gressuum, ac calceamentorum Virginis venustate? *Quam pulchri sunt* (ait Sponsus) *gressus tui in calceamentis, filia Principis!* Cant. 7. An regia Mariæ humilitas commendatur? Gratissima planè Deo humilitas Virginea, in quam præcipuè dicitur aspexisse, fante Bernardo sup. (Bernard. Hieronym. Ansel.) *Missus. Humilitate concepit. Sed quid dicam* (cum Hieron. loquor serm. de Assump. 1. & 2.) *pauper ingenio, cum de specie tua. ô Virgo, quidquid dixero, minus profectò est, quàm tua dignitas mereatur.* Quis enim (verbis vtor Ansel. de Excel. Virg. cap. 11.) *tam miram Matris Dei gratiam*, seu speciem pulcherrimam *oculo mentis aspiciens non obstupescat, & elinguis fiat?* Quare sicut opus Lucæ Euangelistæ, corpoream Virginis pulchritudinem penicillo exprimere, solius Dei opus, spiritus Virginei venustatem Angelicis ac humanis mentibus præsentare.

LIBER



LIBER QVARTVS.

MARIÆ CONCEPTIO.

Paraphrases Commentariíque Literales ad caput primum Matthæi.

PANEGYRICI MORALES CIRCA literam in Mariam sine labe conceptam.

PROLVSIO.

VT Zeuxis egregius Pictor Agrigentinis Iunonis exponeret imaginem, multas, authore Plinio lib. 35. cap. 9. contemplatus est virgines, vt quod laudatissimum in cunctis appareret, in vna Iunonis splēdesceret imagine. Sub hoc prætextu Emissenus de symb. hom. 1. *De magnis*, inquit, *eminentiora præsumpta sunt: quomodo si aliquis pictor egregius ex multarum pulchritudine personarum, vnam aliquam vellet coaptare, & exprimere personam, ex pluribus speciebus speciosa deflores, acdiuersas vultuum gratias in vnam faciem colligat, & de præcipuis præcipua eligat, vt vnam ex plurimis formam artificis dispositione componat.* Summi Opificis idea Patriarcharum, Regum, Procerum, Fœminarúmque illustrium sibi cognitas præsentat perfectiones, vt ex cunctarum defloratione Mariam efformatam assereret. Parum esset ad Montem tam pinguem, Montem nempe Dei efformandum cælestem Opificem Reges, Patriarchas, fœminas discernere multiplici labe fœdatas. Si non & purissimos discerneret Angelos, si non ipsum collegium sanctitatis exprimeret, Idiota in Contemp. Virg. cap. 1. profante. *Non deficit tibi puritas Angelorum, non fides Patriarcharum, non scientia Prophetarum, non zelus Apostolorum, non patientia Martyrum, non sobrietas Confessorum, non innocentia, & humilitas Virginum. In summa, nullo genere vacâsti virtutum. Quodcumque donum alicui Sanctorum vnquam datum est, tibi non fuit negatum, sed omnia omnium Sanctorum priuilegia in te congesta.* Annon Angelus in primâ sui conditione purus? Igitur si non defuit Mariæ *puritas Angelorum*, in primo suæ Conceptionis instanti purissima, *simulacbrum est* (cum Tertulliano loquor aduer. Valent. cap. 12.) *ex omnium defloratione constructum.*

Vitalis Iuna-tianæ Arboris FRVCTVS QVARTVS.

Eusfeb. Emiss.

Idiot.

Matthæus Cap. I.

VERS. 1. LIBER generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham.

PARAPHRASIS.

1. CHRISTI *natiuitatem, doctrinam, miracula, mortem, ac resurrectionem Matthæus scripturus, primo loco Christi genealogiam recenset,*

censet, exordium capiens non à summo capite, sed à Dauid & Abraham, quod horum memoria celeberrima pariter, & gratißima apud Iudæos extiterit.

2. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius.

2. Abraham itaque, iam ex senio defecto corpore ex vxore iam effœta promissum genuit Isaac, qui Christi geßit typum ligna ad sacrificium baiulãs. Isaac genuit Iacob, qui cùm esset fratre minor, tamen excusso maiore consecutus est hæreditatem, iam tum typum agens Ecclesiæ è gentibus, Iudæis exclusis, congreganda. Iacob genuit Iudam, qui Tribui nomen dedit, ex qua Christus prædictus est exoriturus. Nec hunc solum genuit, sed & alios vndecim Iudæ fratres, qui singulis Tribubus Israëliticæ gentis indidere cognomina.

3. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar, Phares autem genuit Esron, Esron autem genuit Aram.

4. Aram autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naason, Naason autem genuit Salmon.

3.4. Porrò Iudas sustulit gemellos Phares & Zaram, non ex legitima vxore, sed ex Thamar nuru suâ, quæ vita functo Her Iudæ primogenito, nimium prolis auida, sumpto habitu meretricio, obuelatâque facie, concubitum soceri sui dolo furata est, re minimè vacante delicto, sed tamen redundante mysterio. Ex Phares natus est Esron, ex Esron Aram, ex Aram Aminadab, ex Aminadab Naason, ex hoc autem Salmon exortus.

5. Salmon autem genuit Booz de Rahab, Booz autem genuit Obeth ex Ruth, Obeth autem genuit Iesse.

5. Salmon sustulit Booz ex Rahab, quæ tametsi non esset Iudaicæ gentis, tamen ob seruatos exploratores à Iesu immissos, locum meruit in eorum cathalogo, qui per fidem redditi commendabiles, iam tum adumbrans peccatores, & gentes à Dei cultu alienas fide, & operum merito Christo copulandas. Booz item filium habuit Obeth ex Ruth Moabitide, quæ & ipsa, velut abdicatâ patriâ, maluit inscri populo Iudæorum. Ex Obeth proditus est Iesse seu Isai, cuius nomen non reticet Isaiæ de Christo vaticinium.

6. Iesse autem genuit Dauid Regem, Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.

6. Ex Iesse progenitus est Dauid ille Deo charus, Rex & Propheta, Vrbis Ierosolymitanæ conditor, Goliath interemptor, Christi nepotis multis nominibus repræsentans imaginem. Dauid genuit Salomonem illum pacificum, ac Templi Dominici constructorem ex adamata Bersabee, quam Vria marito priore per dolum occiso sibi matrimonio copularat, non absque scelere, sed neque absque futuri præsagio.

7. Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam, Abias autem genuit Asâ.

8. Asâ autem genuit Iosaphath, Iosaphath autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Oziam

7.8. Porrò ex Salomone natus est Roboã, ex hoc lucem vidit Abias, ex Abia prognatus est Asâ, ex Asâ pius Iosaphath viuis adnumeratus. Ex Iosaphath pio impius Ioram progenitus; quia impiæ filiæ Achabi adhæsit vxori. Ex Ioram autem prodiit Ozias, cuius lepra sacrilegi ausus monumentum, candida extat Mundi proceribus salis statua, ne audeant sacris immisceri.

9. Ozias autem genuit Ioatham, Ioatham autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam.

9. Ex Ozia natus est Ioatham, ex Ioatham Achaz, cui cæleste Deiparæ signum haud petere audenti fuit exhibitum, ex Achaz autem sanctißimus Ezechias, cui vtiliùs superna stetere luminaria.

10. *Ex*

10. Ezechias autem genuit Manassem, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Iosiam.

10. Ex Ezechia satus est Manasses, tenebræ ex luce, sed quæ parentis præclara gesta haud potuit obnubilare. Ex Manasse prodiit Amon, hic genuit Iosiam, cuius fragrantissimus odor vnctum tam clarissimæ posteritatis parentem Christum præsignaret.

11. Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.

11. Ex Iosia ortus est Iechonias, reliquique Iechoniæ fratres sub id tempus, quo Nabuchodonosor tyrannus exusto templo, quod erat Ierosolymæ, Regem ac populum Hebræum captiuum transtulit in Babylonem, figuris nimirum portendentibus Diaboli tyrannidem in genus humanum, & libertatem Christi beneficio restituendam.

12. Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel.

12. In hoc rerum confinio, cùm iam de restituendo suo sacris, ac sedibus populo Dei ageretur, alter Iechonias genuit Salathielem, Salathiel verò Zorobabelem excitauit.

13. Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliacim, Eliacim autem genuit Azor.

13. Ex Zorobabele proditus est Abiud; Abiud parens extitit Eliacim, Eliacim verò Azor filium accepit.

14. Azot autem genuit Sadoch, Sadoch autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud.

14. Ex Azor Sadoch est progenitus, Achim Sadoch parentem obtinuit, qui Eliud dedit posteritati.

15. Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Matham, Matham autem genuit Iacob.

15. Eliud filium Eleazarum sortitus est, Eleazar Matham natum suscepit, ex Matham exoritur Iacob, & nomen & virtutem proculdubio proaui referens, vt arbor bona sanctissimum ferretur in germen.

16. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de quâ natus est Iesus, qui vocatur Christus.

16. Etenim Iacob pater fuit Iosephi, cui virgini ex eadem tribu, familiaque Virgo Maria nupsit, Mater promissi Seruatoris Iesu, quem Hebræi vocant Messiam, hoc est Christum, siue vnctum, quòd hic Rex omnium, idémque summus Sacerdos solus Deum Patrem vitiis humanæ gentis offensum sui corporis victimâ placarit, ac depulsâ mortis tyrannide cæleste Regnum omnibus aperuerit.

SECTIO PRIMA.

Libri generationis Dominicæ Titulus, & Prooemium.

TEXTVS.

VERS. I. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham,

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Quanam ex Tribu Christus exortus.

1. *Tribus Iuda cunctarum copiosior, fortior, nobilior.*

PRÆSTABAT equidem Tribus Iuda cæteris hominum multitudine; nã cùm Ioab Dauidis imperio populũ numerasset, inuenta sunt de Israël octingenta millia virorũ fortiũ, qui educerent gladium, & de sola Tribu Iuda quingenta millia pugnatorum. 2. Reg. 24. Fortitudine excellebat fortissimum parentem Iudam imitata, fante Mose, *Porrò Iudas, qui erat fortissimus, &c.* 1. Paral. 5. Testor rubrum pelagus Tribus Iudæ robur miratum, dum, cæteris formidantibus, ipsa viæ difficilis experta est securitatem. D. Hieronym. in Ose. 11. *In exitu Israel ex Ægypto, quando ex aliâ parte mons, ex aliâ rubrum mare, ex aliâ verò Pharaonis cingebat exercitus, & inclusus populus tenebatur, cæteris tribubus desperantibus salutem, & aut reuerti in Ægyptum, aut bellare cupientibus, solus Iudas fideliter ingressus est mare, vnde & Regnum meruit accipere.* Eminebat denique nobilitate Regia profectò tribus. *Iuda Rex meus.* Psal. 56. Quod Chaldæus interpretatur, Iodas mihi Regem suppeditabit. *Non auferetur sceptrum de Iuda.* Gen. 49. Pertinebat quidem Regnũ ad Rubẽ primogenitum, sed parentis thorum violans, & libidini tantæ præstans obsequium seruus planè ab imperio deturbatur.

2. Reg. 24. — 1. Paral. 5. — Hieron. — Psal. 56. — Chald. — Gen. 49.

2. *Christus ex Tribu Iuda.*

Si Tribus Ioda omniũ præclarissima, manifestũ equidẽ erat Christũ ex ea ducturũ exortũ. Paulus inquit, *manifestũ est, quòd ex Iuda ortus est Dominus noster.* Hebr. 7. Et Ioannes, *Vicit leo de Tribu Iuda.* Apoc. 5. Id est, Christus, qui instar fortissimi leonis à Iuda oriundus de morte, mundo, inferno, peccato æternã victoriã reportauit. Parens autem Iacob sic Saluatorem prophetico ex ore profudit. *Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorũ tuorũ, adorabunt te filij patris tui.* Gen. 49. Ab allusione nominis exorsus est, significat enim Iudas laudationem à verbo ידה *Iadah*, id est, *laudauit*. Ad quæ D. Ambr. de Benedict. Patriar. *Meritò se circa gratiam Iuda Iacob sanctus effudit, & ad Iudã dirigi videtur alloquium, sed Iudas ille posterior, id est, Christus exprimitur, qui ex ea Tribu natus est.* Christus igitur infinitũ est nostræ laudationis argumẽtũ. Quid de victoria? *Manus tua in ceruicibus inimicorũ tuorũ.* Sic exponit Euseb. l. 8. demõst. Euãg. c. 2. *Cùm manus suas Christus extendisset in cruce, cum manus eius, fugientibus inimicis, in terga inimicorum fuerunt.* Pergit Iacob nepotis gloriam celebrare. *Catulus leonis Iuda, ad pradã fili mi ascẽdisti, &c.* Gen. 49. Ad quæ Beda, *Id est, ascendens in crucẽ captiuos populos redemisti. Benè Christus vt leo requieuit, qui non solùm mortis acerbitatẽ non timuit, sed etiam in ipsa morte, mortis imperium vicit; quod autem dicitur. Quis suscitabit eũ? quia nullus nisi ipse.* Profectò ex Tribu Iuda oriturũ iustitiæ Solem ille, me authore, locus adũbrabat, in quo castra in solitudine Iudas metabatur. Orientalẽ enim plagam Tribus Iudæ tenebat, adumbrans scilicet ex ea splendidissimum Solem oriturum, qui suo fulgore totum terrarũ Orbẽ illuminaret. Præterea ipsum nomẽ Hebræũ יהודה *Iehudah* significasse videtur Iuda Tribum fore ostiũ, per quod Deus humana indutus natura Orbem ingrederetur. Nomen enim *Iehudah* omnes quatuor literas cõtinet nominis ineffabilis *Iehouah*, quod à numero literarum tetragrammaton Græci, Latini Quadriliterũ vocant, nam punctorũ Hebraicorũ nulla habetur ratio. Addita præterea est litera, ד *daleth*, quę ostium significat, vt indicaretur Deũ, cui nomẽ Iehouah erat, per Virginem de Tribu Iuda tanquam per ostium ad terras ingressurum. *Porta* (Dominus ait) *hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transiens per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eã, eritque clausa Principi.* D. Ambr. l. de Instit. Virg. c. 7. *Quæ est* (inquit) *hæc porta nisi Maria? Ideo clausa, quia Virgo. Porta igitur Maria, per quam Christus intrauit in hunc Mundum, quando virginali fusus est partu.* Manifestũ igitur Iesum ex Tribu Iuda exortum clarissimum duxisse.

Heb. 7. — Apoc. 5. — Gen. 49. — Ambros. — Euseb. — Gen. 49. — Beda. — Ezech. 44.

Ant. de Escobar & Mend. Tom. III.

Nũ simul ex Tribu Leuitica? Sequor quod ex Sixti V. præcepto in festo D. Annæ recitat Ecclesia. *Anna Dei genitricis mater Gaziri filia ex tribu Iuda, in Bethlehem oppido Iudææ nata Ioachimi fuit vxor, qui & ipse Galilæus erat ex eadẽ Tribu, ex Nazareth, ambo ex stirpe Regia, &c.* Quamuis autem tam Anna quàm Ioachimus ex Tribu Iuda Regiã orti sint, potuit tamẽ vel vterq; vel alter aliquẽ ex Tribu Leuiticâ habere progenitorem, cuius ratione dici possit Christus aliquo modo è Leuiticâ Tribu exortus. Audiѻ Aug. l. 83. q. quæst. 61. *A Dauid in duas familias Regiam, & Sacerdotalẽ origo distributa est, quarum Regiã descendens Matthæus, Sacerdotalem ascendens Lucas secutus est, vt Dominus noster Rex & Sacerdos noster & cognationem duceret de stirpe Sacerdotali, & non esset tamen de stirpe Sacerdotali, id est, de Tribu Leui, sed esset de Tribu Iuda, id est, de Tribu Dauid, ex qua nemo intendit altari.* Inibi rationẽ reddidit Doctor, cur oportuerit Christum ex Tribu Leui ortum nõ esse. *Oportebat, vt euacuaturus sacrificia, quæ secundùm ordinem Aaron in Leuitico sacerdotio fiebant, non esset de Tribu Leui; ne ad ipsam Tribum, & ad ipsum sacerdotem, quod temporaliter vmbra erat futuri, pertinere videretur mũdatio peccatorum, quã Dominus oblatione holocausti sui, quod in veteri sacrificio figurabatur, impleuit.* Cur autem congruum fuerit Christum ex Tribu Leuiticâ aliquo modo oriri, exponit Beda, vt scilicet vnctio Sacerdotum Christi, id est, vncti nomen adumbraret. D. Aug. de consen. Euang. lib. 2. c. 2. *Firmissimè* (inquit) *tenendum est carnem Christi ex vtroque genere propagatam, & Regum scilicet, & Sacerdotum, in quibus personis apud illum populum Hebræorum etiam mystica vnctio figurabatur, id est, Chrisma, vnde Christi nomen elucet, &c.* Denique Maria fuit Elisabethæ cognata, quod aliquis ex Virginis progenitoribus vxorem duxerit fœminam ex Sacerdotali Tribu, vel quod aliqua

3. *Habuit Christus aliquam cum Leuitica Tribu cognationem.* — Aug. — Beda. — Aug.

ex Virginis familia fœmina nupſerit Sacerdoti.

4. *Chriſtus etiã ex Gentibus ortus eſt.* Porrò quemadmodum ad Salomonici Tẽpli extructioné non Iudæi solùm, verũ Ethnici quoque Tyrij operã contulerunt, ſic ad exædificandũ Diuinitatis Templum, ſine corpus Chriſti iuxta illud. *Soluite templum hoc.* Ioan. 3. non Iſraelitæ tãtùm, ſed etiã Gentes conuenerunt. Vnde in Dominicæ genealogiæ libro & Iudæi, & Ethnicæ fœminæ adnumerantur. An non Rex ille Iudæorum Regũ origo, decus, & ornamẽtũ Dauid ex fœminis Gẽtilibus ortus, Rahab ſcilicet Chananæa, & Ruth Moabitide Dauidis proauia? audio Iſaiã inclamantẽ, *Emitte Agnum dominatorẽ terræ de petra deſerti ad mõtẽ filiæ Sion.* c. 16. *Iſai. 16.* Si Agnus dominator Chriſtus Mũdi auferens peccata, congruè, Hieronymo, ac Ruperto authoribus, Ethnica Ruth petra deſerti compellatur.

§. II.

De Libro generationis Ieſu Chriſti.

5. *Quid ſignificet Liber generationis? D. Th.* LIber generationis.] Ambiguum planè quid hæc verba ſignificent. An Matthæus Euãgeliũ ſuũ librũ generationis Ieſu Chriſti cõpellet? Profectò Chriſti generatio parua quædam rantę Scripturæ portio eſt. Attamen ſcio D. Th. ſic ſatisfacere. *Matthæus, qui ſcripſit Hebrais, in ſcribendo modum Hebræorum ſeruauit. Conſuetum eſt autem apud Hebræos libros ſuos à principio intitulare, ſicut dicitur, Geneſis, quia ibi agitur de generatione.* Conteſtantur Lyranus, & Carthuſia. Itaque aſſerunt hi doctores Euãgeliſtam noſtrum morem Hebræorum ſecutum Euangelium ſuũ Librum generationis appellâſſe, quia initio de Chriſti agit generatione, vt in Geneſeos titulo confirmatur.

6. *Cur hæc ſententia non probetur.* Hærerem profectò huic ſententiæ, vt morem gererem Maldonato, ſi morem huiuſmodi falsò Hebræis attribui non comperiſſem. Illi namque non aſſolent libros à rebus nominare, de quibus in principio ſermo eſt, ſed à primis verbis, ſiue dictionibus. Liber Geneſis ab Hebræis dicitur *Bereſith*, id eſt, *In principio*. Exodus *Veelle ſemoth*, id eſt. *Et hæc nomina.* Leuiticus *Vaicra*, id eſt, *Et vocauit*; quia hæ dictiones initia Voluminum. *Chryſoſt. Opinio Chryſoſtomi.* Certè D. Chryſoſt. hom. 2. in Mat. propterea putat Librum Euangelij appellari Librũ generationis Ieſu Chriſti, quia omnium geſtorum Chriſti, & omniũ bonorum caput & radix eſt generatio Chriſti humana. *Librũ* (inquit) *generationis vocat Matthæus, quia totius diſpenſationis caput & radix, atque principium omnium nobis in hoc conſiſtit bonorum. Omni ſiquidem admiratione pleniſſimũ eſt, & ſuper ſpem, expectationemque mortalium, quod Deus homo factus eſt; hoc autem impleto, illa omnia, quæ ſequuntur, iuxta ordinem, & rationem conſequuntur.* Preſſius Euthymius. *Reliquum eſt,* ait, *vt ab hac præcipua parte Euangeliſta totum Librum generationis Librum vocarit.*

7. *Authoris mens.* Mea autem ſententia eſt, hæc verba, *Liber generationis, &c.* haud eſſe titulũ toti præfixum Euangelio, ſed huic tantummodo Ieſu genealogiæ. Quaſi dicat. Hæc eſt enarratio, ſeu Scriptura generationis Meſſiæ, hic eſt catalogus eorum, à quibus duxit originem. *Gẽ. 5.* *Hic eſt Liber generationis Adam.* Gen. 5. Id eſt, hic catalogus eorum, quos Adam primus homo progenuit, quorum deinde nomina, & generationes ſequuntur. Nec enim illud caput Liber eſt propriè, ſed catalogus. Obiicis nomen Libri catalogum non ſignificare, ſed longius aliquod volumen. Reſpõdeo tamen hebraiſmum eſſe, cùm Liber pro breui aliqua ſcheda, vel genealogia vſurpatur. Nam nomen hebræum ספר *ſepher*, quo Matthæus vſus eſt, non ſolum volumen longius, ſed breuem etiam ſchedulam ſignificat. Ierem. c. 32. emiſſe dicitur campum, *Ieremias. 32.* venditionis vero ſchedam librum ſæpè compellat hebraice *Sepher*. Similiter paruus repud.j libellus liber appellatur Iſai. 50. *Quis eſt hic liber repudij matris veſtræ, quod dimiſi eam.* *Iſai. 50.* Hanc ſententiam Abulenſ. Maior, Gagneius, Ianſenius, & Barradius amplectuntur. *Abulen.* *Facilior interpretatio.* Profectò ſi facilius cupias hæc exponere verba. *Liber generationis Ieſu Chriſti*, ſic interpretor, Liber de vita Chriſti, noto hebraiſmo, quo totus vitæ curſus ſignificatur. Noe dicitur perfectus *in omnibus generationibus ſuis*, id eſt, Maldonato expoſitore, *in omnibus partibus vitæ ſuæ*. Gen.

§. III.

Quid, Filij Dauid Filij Abraham?

8. *Cur hos ſolum nominarit Euangeliſta?* FIlij Dauid Filij Abraham.] Cur hos potiſſimum duos ex tam longa parentum Chriſti ſerie Matthæus nominarit? Irenæus lib. 8. cap. 8. Ambroſius lib. 3. in Luc. cap. 5. Chryſoſtomus hom. 2. in Mat. Hieronymus, & alij nominatos ideo aſſerũt initio Dauid, & Abraham, quia his Iudæi ſciebant factas de Meſſia promiſſiones, quaſi Matthæus completas in Chriſto eſſe volebat educere. Quid Abrahæ Dominus? *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* *Gen. 12.* Gen. 12. & 22. Quod D. Paulus de Chriſto docet intelligendum Gal. 3. Quid autem Dauidi? 2. Reg. 7. 1. Paral. 17. Pſal 88. factam fuiſſe promiſſionem de Meſſiæ generatione conſtat. *Pſal. 131.* Ipſe teſtatur Pſal. 131. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.*

9. *Cur Dauid prapoſitus ſit Abrahamo? Hieron.* Cur autem Matthæus Dauidem Abrahamo, Iuniorem ſeniori antepoſuit? Reſpondet Hieronymus, Ordo præpoſterus, ſed neceſſariò commutatus, ſi enim primum poſuiſſet Abraham, & poſtea Dauid, rurſus ei fuerat repetendus Abraham, vt generationis ſeries texeretur. Moderni autem affirmant ſic Euangeliſtam falſum fugere ſensũ, qui poſſet ex recto ordine elici. Si enim ſcripſiſſet, *Filij Abraham Filij Dauid*, ſignificare videretur Abrahamum eſſe filium Dauidis. *Barrad.* Barradius aliam congruentiorem adhibet rationem, quia Dauidis filius Meſſias ab omnibus expectabatur, atque adeò appellabatur filius Dauid. Hoc ergo quod Iudæi in generatione Meſſiæ maximè requirebant, antè omnia initio genealogiæ opus fuit proponere, idque deinde progenitoribus enumeratis confirmare.

10. *Authoris ſententia, verbum illud, Filij Abraham, non eſſe referendum ad Chriſtum ſed ad Dauidem.* Ego equidẽ Caietanũ ſecutus verba illa, *Filij Dauid Filij Abrahã* exiſtimo non eſſe referenda ad Chriſtum, vt ſignificetur, meſſiam filium eſſe Abrahæ: ſed ad Dauidem ipſum, vt ſignetur filium Abrahę extitiſſe. Ac ſi diceretur, *Liber generationis Ieſu Chriſti Filij Dauid,*

qui

qui filius fuit Abraham. Si enim voluisset Matthæus edocere Iesum filium fuisse Dauid & Abraham, quade causa *filij* verbum non venustè iteraret, cum sufficeret Filij Dauid & Abraham? Doctis frequens Hebræorum hac in re consuetudo. Consule 1. Paralip. caput quartum. *Ziza quoque filium Sephai filij Allon, filij Idaia, &c.* Num Ziza significatur Sephei simul Allon, & Idaia filius? Minimè; sed significatur Zixam filium fuisse Sephei, qui Sepheus filius fuit Allon, hic autem Idaia filius. Christus ergo filius Dauid, qui Dauid filius fuit Abraham. Hine constat quare Euangelista Dauidē præposuerit Nā cum expeteret ostendere Christum præcipuè Dauidis esse filium, priùs Dauidem nominauit. Vt autem simul ostenderet Iesum ortum etiam duxisse ex Abrahamo, cui promissio quoque facta fuerat, addit Dauidem Christi parentem filium fuisse Abrahami. Sensus itaque verborum est, En Librum de Christi generatione filij Dauid, qui fuit Abrahæ natus. (1. Paral. 4.)

11. *Mystica Hugonis ratio.* Mysticam Hugonis Card. causam, quare Dauid iunior Abrahæ seni præponatur, non prætetibo. *Quia profundius fuit peccator Dauid, ideo vt ex misericordia ostendatur natus, Dauid peccator iusto Abrahæ præponitur.* Quam quidem paucis illustrandam assumo.

IV.

Dauid peccator iusto Abrahæ præponitur.

Quia Iesus ex misericordia natus, ex peccati occasione ad miserendum allicitur.

12. *Christus ex misericordia natus.* Hugo. VT *ex misericordia* (ait) *ostendatur natus*, non ex iustitiæ debito. Ac si diceret. Ne Christi natiuitas debita videretur hominum iustitiæ, noluit Iesum Abrahæ filium sed Dauidis nominare, *Filij Dauid*. Natus itaque Christus ex misericordia, non ex debito. Nec gratitudinem debebat Dominus homini, omnino ex misericordia natus est.

13. *Iure misericordiæ impietas occasio est Deo ad miserendum.* Basil. Seleu. Quid, quæso, diuinæ munificentiæ cū peccato? Porrò talis Dominus, vt quasi debeat misericordiam iniquitati. Pulcbrè D. Basilius Seleu. orat. 38. *Deus nobis compassus est, si hoc de illo dicere licet, cui ingenitum est non pati: & iras iure debitas in charitatem vertit indebitam.* si iure debitæ iræ, quonam iure iustissimus Deus in indebitam vertit charitatem? Quonam iure qui nescit pati nobis homo factus compassus est? Iure planè misericordiæ, quo vel impietas occasio est pietati diuinæ ad miserendum.

14 *Quia profundius peccator Dauid, parti Iesu efficitur?* Psal. 24. Hugo. Ipse felicissimus parens Iesus Dauid inclamitabat, *Tu propitiabere peccato meo, multum est enim.* Psalm. 24. Ac si profundiur malitia opportunior misericordiæ esset occasio. Quod Hugo contemplabatur cum diceret. *Quia profundius fuit peccator Dauid, ideo ex misericordia è Dauide natus.* Quasi diceret, quia Dauid totius iniquitatis est profundo immersus, ex Christi natiuitate, peccati accēpit propitiationem, *Multum est enim.*

15. *Vt nasceretur Iesus, quodāmodo ex maiori hominū malitia allicitur.* Gen. 6. Gen. 8. Pugnant duo Geneseos testimonia. *Videns Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, pænituit eum, quod hominem fecisset, & tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominē, &c.* Gen. 6. *Nequaquam vltra maledicā terræ propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescentia sua.* c. 8. Quid ò Domine, castigas, quia cuncta cogitatio cordis humani in malū prona sunt; & parcis, quia sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt? Vndenam huiusmodi effectus externi mutatio? Profectò Arca Noëmi Christi nouam progeniē præsignauit, Augustino, & aliis Doctoribus attestātibus. Ante Christi aduētū Ius rigoris præualebat At quia Iesus ex misericordia natus, ex Dauide profūdo peccatore progenitus, occasio est iam ad miserendum, quod ad puniendum permouerat. Hildeb epist. 15. *Quasi Deū immemor propitiū, merces sit iniquitatis.* Propitiatur enim factus homo peccato Dauidis, multum erat enim. Hildeb.

16. *Cū peccator plus indignus est veniæ, tūc Dauidis filius subuenit.* Mat. 15. Chananæa illa clamosis vocifetationibus Discipulorū aures obtūdebat, eis autē rogantibus, vt dimitteretur, ne voces mulieris sequētibus molestæ essent, Dominus inquit. *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël.* Fœminæ autem. *Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus.* Attamen quando magis illa digna vt dimitteretur & quia gentilis, & quia dierum malorum inueterata, canis dū esset ad filiorū panem admittitur. Annon quia inclamitauit, *Miserere mei Domine, fili Dauid.* Mat. 15. igitur cū omnino dimittenda mulier ab hominibus, imò ab ipso Domino iudicatur, admittitur; quia Christus profundi Dauidis peccatoris filius ad miserendum ex ipsius desperatioris peccati occasione allicitur. Iam acumē Chrysostomi reuelatur ad illa Apostolorū verba, *Dimitte eam. Æstimo Discipulos ad calamitatem mulieris esse tristatos; sed tamen non sunt ausi dicere: Da ei hanc gratiam, sed Dimitte eam. Sicut & nos cum volumus alicui persuadere, multoties contraria dicimus.* Expetunt Discipuli fœminam subleuari, quod vt consequantur, contrarium à Domino efflagitant, ostendentes Chananeam esse prorsus miserationis indignā. Ac si filij Dauidis ingenium dignoscerent, in hoc vtique natum. vt magis indigno, ac desperato peccatori vberiori sæpè miseratione subueniret. *Miserere mei fili Dauid.*

17. *Spiritus aduocatus noster postulat pro nobis gemitibus contrariis vt Dauidis natus magis indignis misereatur.* Rom. 8. Profectò Discipuli hunc postulandi morem ab ipso Spiritu sancto didicerunt. Ait enim Paulus. *Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Rom. 8. Quinam hi gemitus inenarrabiles? Gemitus planè, quos difficile est aperire mysteria. Nam si verba expendas, contrarium videntur postulare. Pro illa dictione *inenarrabilibus*, alij legunt, *Contrariis*. Ac si dicat Paracletus pro peccatoribus postulat gemitibus, seu orationibus contrariis. Quid experit? Peccatores Dei veniā donari Cur ergo Paracletus, seu aduocatus noster nō vtitur gemitu proprio. Donentur venia: sed, Eis minimè parcas; quia iniquitate per grauantur? Quia scit Verbum caro factum, qua filius Dauidis tunc proniori affectu ad miserandum adducendum, cum

Chrysost. homines plus miseratione indigni proponantur. *Sicut & nos* (aiebat Chrysost.) *cum volumus alicui persuadere, multoties contraria dicimus.*

IN DEIPARAM SINE LABE CONCEPTAM

PANEGYRICVS PRIMVS CIRCA LITERAM.

Ex Libri Titulo ac Procemio.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba

Liber generationis.

Liber Marianus sine væ Dei Filij manu scriptus.

Vbi innuitur, illum verè Deiparæ Conceptionem celebrare, qui omnino à culpa curat abstinere.

18.
Maria Liber est, in cuius capite, seu Titulo scriptum à primo conceptionis instanti Deo paruisse.
Caiet.
Richard. Laurent.

PRÆMITTO Caietanum profacorem. *Matthæus propenus titulum libri, ascendo, liber generationis: &* (io mové Procemij) *totius libri materiam explicat.* Igitur Tituli huiusce Libri Procemiique mysteria aperiamus. Etenim Richardus de sancto Laurentino lib. 12. de Laud. Virg. verba hæc, *Liber generationis Iesu Christi*, de Deipara interpretatur. *Liber* (inquit) *generationis Iesu Christi hic est. Sed quia quod exponitur de Christo, potest exponi de B. Virgine, Liber generationis Iesu Christi hæc est.* Hinc equidem originalis puritas Mariæ adstruitur. Audi Dauidem Christi gerentem personam, *In capite Libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus.* Psal. 39. Capit Libri Dominici est conceptio, à qua omnis œconomiæ Domini gloria deriuatur. Christus in conceptione tam obediens Patri, vt nullatenus inobedienti adhæserit protoplasto. *In capite Libri* (inquit D. Ambros.) *scriptum est de Christo, quod venturus esset, vt Dei Patris faceret voluntatem, quando Euam in specie Ecclesiæ ad hominis adiumenta formauit.* Liceat immutare. *Quando Euam in specie Mariæ ad homines adiumẽ a formauit.* Obediens enim secunda Eua Maria, Dei exequuta est voluntatem, hominũ auxilio operam impendens. Itaque si Maria liber est, Richardo authore, in huiusce Libri capite, hoc est, in primo Marianæ vitæ tractatu, in conceptione Dei obediẽs volũtati, omnino ab Adamo & Eua abstracta Christi conceptionem imitatur.

Psal. 39.

Ambr.

19.
Maria Liber est, sed in morem folij vnius secti à multitudine infectorum.
Isa. 8.

Ad Isaiam Dominus, *Sume tibi Librum grandem, & scribe in eo stylo hominis.* Isa. 8. Quæ Richard. Laur. Deiparæ accommodat, *Liber iste Maria, & dicitur Liber grandis dignitate, scientiæ profunditate, multimodá difficultate, sententiarum inscrutabilitate, & omnimodá vtilitate.* Pugnat profectò aduersùs purissimam Deiparæ conceptionem particula illa. *Et scribe in eo stylo hominis.* Quid enim humano stylo scribitur, quod humanę labis non deturpetur atramẽto? Porrò Epiph. hæresi 30. ab huiusmodi nos expediuit difficultate. Legit enim loco illius dictionis, *Sume tibi Librum grandem. Accipe segmentum chartæ recentis.* Quonammodo Liber grandis Maria si segmentum, si folium distectũ à reliquis foliis inspiciatur? Imò ideo Liber grandis est. Si humano stylo folia Libri assolent defœdari, segmentum Libri sit Maria, à reliquis infectis hominibus ipsa purissima abstrahatur, ne communis labis vitio, quãdo omnes in Adamo delinquũt, deturpetur. Pulchrè planè Epiphan. *Accipe Librum, id est, segmentum chartæ recentis. Vbi segmenti vsus est vocabulo, quod etsi viri semine propagata sit Virgo, ita tamen sit a naturali hominum consuetudine velut secta.* Liber est, sed nõ ille, in quo communis infelicitatis carmen scriptum, sed velut charta recens, noua quidem, vetustate ablegata, ab hominum infectorũ secta multitudine. En Mariam Librum grandem dignitate, scientiæ profunditate, &c. ac simul chartam vnicam, seu folium sectum, ne communis culpæ labe inficeretur. Haud hic hominis stylus, sed spiritus inscriptoris, fante D. Antonino, 4. p. tit. 15, cap. 5. *Scriptor huius Libri fuit optimus, quoniam Spiritus sanctus, qui omnium est Artifex, & omnium habet sapientiam.* Nec enim Deipara Liber, in quo sapientia, id est, Christus scriptus est, stylo hominis scribendus, sed eodem stylo scriptus, quo ipsa Sapientia fuit libri huius purissimis in foliis exarata. *Beata* (adiicit ille) *Maria Liber fuit, quia continuit in se diuinam sapientiam, id est, Filium Dei, & ex hoc innumerabilis eius puritas, scilicet in anima, & corpore.*

Richard.

Epiph.

Haud in Mariano libro stylus hominis, sed diuinus sancti scriptoris.
Anton.

20.
Iudex ipse Librum Marianum scripsit sine væ, non ipsa Maria.
Iob. 31.

Audi Iob, *Librum scribat ipse, qui iudicat.* cap. 31. Vbi Richardus Laurentius, *Hic est Liber scriptus a nostro Iudice, de quo dicit Iob quasi desiderans ortũ Mariæ, Librum scribat ipse, qui iudicat, id est, Filius cui potestatẽ dedit Pater iudicium facere.* Expetens ergo Iob Mariæ conceptionem Filij futuri Iudicis equidem potentia perficiendam esse prophetauit, ne legi communi subiaceret. Quid enim speciale in ortu, seu conceptione Mariæ rutilat, si in Libro hoc lamentationes, & væ scriberentur? aut cur manus Verbi scriptura Librum hunc peteretur à Iobo? Quod si in Libro Ezechielis scriptæ erant lamentationes, carmen & væ, hæc *non conueniunt huic lib.o*, (ait Richardus) *Lux fer enim in sui natura scripsit væ, & hoc indelebiliter. Adam in sui natura lamẽtum, sed delebiliter. Sed in libro isto indelebiliter*

Richard.

ter scriptum est carmen, & hoc sine va: Quando homines scribunt & Angelus nequã, væ pagina redundat, quando autem Iudex Verbum scribit sine væ dulcia carmina insonant. Librum scribat ipse, qui iudicat.

21\. *Fructus lectionis Mariani libri fine va fit, à peccato abstinere.*

Monuerim Marianum librum cum profectu legendum. Cùm enim omnimodam Deiparæ innocentiam contemplaris, ad ipsius imitationem teneris assurgere. Audi Libri huius lectionem inclamantem, *Qui audit me, non confundetur, & qui operantur in me, non peccabunt.* Eccl. 24. Ac si diceret Maria; qui legit libri huius innocentiam, ab omnique contagione peccati me immunem aspicit, minimè delicto contaminari debet, Non *peccabunt.* Id quod egregiè Richardus Laurent. ponderauit. *Fælix ille, qui de libro isto quantulamcumque lectionem quotidie memoria commendabit. Et hoc est, quod dicit liber iste de seipso Eccl. 24. Qui operantur in me secundum quod doceo, non peccabunt.* Qui igitur abstinet à delicto, verè Festum celebrat Conceptionis.

Observatio II.

Ad illud verbum:

Generationis.

Mariæ conceptioni purissimæ Christi purissima conceptio assimilatur.

Vbi quàm filij parentibus similes.

22\. *Richard. Laur.*

HÆREO adhuc illi sententiæ Richardi lib. 12. *Quia quod exponitur de Christo, potest exponi de B. Virgine, potest dici liber generationis Mariæ.* Si generatio Mariæ Christi generationem imitatur, proculdubio inenarrabilis est.

23\. *Generatio Mariæ Iesu generationi assimilatur, quia sublata fuit omnino à terra vita eius.* Isai. 53. Richard. Procop.

Isaias proclamat, *Generationem eius quis enarrabit?* cap. 53. Quæ verba Richardus & Christo & Mariæ accommodat iuxta sententiam suam, *Quod exponitur de Christo, potest exponi de Virgine.* Inquit ergo lib. 4. *Generationem eius quis enarrabit? Eius, id est, Christi; vel eius, id est Virginis.* Quare inenarrabilis Christi generatio? Annon *quia abscissus est* (adiicit Propheta) *de terra viuentium?* Quidnam Christum abscindi? Respondet Procopius. *Si generationis modus quæratur, ideo enarrari non potest, quod tollitur à terra vita eius, id est, quod eorum qui in terra degunt, ipse eius sit in carne longè vita excelsior, qui solus peccatum non admisit.* Inenarrabilis itaque generatio Iesu, quia ita ab humana ortus est propagine, vt nullam humanitatis contraxerit maculam. Ergo si Mariæ generatio inenarrabilis prędicãda, ideo planè, quia sublata fuit adeò à terra vita eius, vt nullo terreno puluere fuerit infecta. Inenarrabilis prorsus generatio Mariæ, quia abscissa omnino *a terra viuentium.*

24\. *Fructus immaculatus prodit Iesus ex Maria arbore non infecta.* Mat. 7.

Profectò debuit puritas vtriusque generationis copulari, quia communi labe infecta generatione Mariæ, quodammodo post-

modum Iesu generatio affecta infectione videretur. Apud Matthæum Filius ipse, *Non potest arbor mala bonos fructus facere.* cap. 7. Si arbor Mariana ex radice infecta, quonammodo bonum Christi fructum parturiret? Audi Hugonem Victori. Apol. de Verb. incar. cap. 3. *In cælo qualis Pater talis Filius, & in terra qualis Mater talis Filius. In cælo imago Patris, in terra imitater Matris. Talis ergo Agnus qualis Mater Agni, ex mundus mundus. Non enim potuit arbor bona malum fructum facere; quoniam omnis arbor ex fructu suo cognoscitur.* Quid illustrius? Hugo. Vict.

Particulam adiicit Hugo ponderãdam. *Radix integra, ramus incorruptus.* Id est, Christus incorruptus ramus exortus est ex Maria integra radice. Nam si ex infecta radice ramus prodiret incorruptus, iam arbor mala bonos fructus emitteret. Igitur vt Christi generatio purissima prodiret, priùs Mariæ generatio sine macula præparatur: vt queam adfirmare Christi generationem iam inde in Virginis conceptione figurâsse. Matthæus sic, liber generationis Iesu Christi. At postea, *Christi autem generatio sic erat.* cap. 3. Cur non dixit, *sic est?* Quia vt ostenderetur huiusce cõceptionis puritas operæ pretium fuit innuere iam inde à generatione Virginis initium duxisse. *Erat* Christi generatio in radice, in arbore Mariana, antequam prodiret in lucem. 25. *Christi purissima generatio quasi adsimulatur in purissima Conceptione Mariæ.* Hugo. Mat. 3.

Pulchrè D. Chrysost. apud Thom. in Cat. *Ac si dicat Euangelista: Generatio quidem eorum Patrum quos expesuimus, sic fuit, quemadmodum retuli, (genuit, genuit &c. per generationem primâ labe deriuatâ) Christi autem generatio non sic, sed ita erat. Cùm esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph. Quasi enim aliquid nouum dicturus, præmittit modum generationis dicere, &c.* Profectò huiusmodi immaculata generatio erat in Maria quasi in radice minimè infecta, vt ex integra radice ramus incorruptus exoriretur. Vnde ipse Dominus Ambrosij ex ore ad Psalm. 40. profatur Deiparæ. *Generationis meæ in te priuilegium recognosco, quem nulla potuit macula inquinare peccati.* Ac si diceret, Quod ego naturaliter habui, id ô parens ex meo habuisti priuilegio, vt ego ex arbore immaculata omninò expers maculæ prodirem. Chrysost.

Imo ideo (sic fari liceat) inenarrabilis generatio Iesu prædicatur, quia sine macula ab immaculatâ Matre duxerit ortum. Rursum expendo Prophetæ vaticinium. *Generationem eius quis enarrabit, quia abscissus est de terra viuentium?* Isai. 53. Ac si diceret, Inenarrabilis prorsus generatio Iesu purissima, quia de terra viuorum, non quidem de mortuorum communi clade terra exortus. Bellè Rupertus lib. 2. in Isai. cap. 19. *Ineffabile, quod de carnis generatione hic rectè dictum intelligitur, qui abscissus est de terra viuentium, de terra, inquam, non morientium, siue non mortuorum morte peccati, quia omnes in Adam mortui sunt; seu de terra viuentium, id est de terra virginea per sanctum vitificata Spiritum abscissus est.* Viuit igitur Maria à primo conceptionis instanti, vt non mortua peccati morte possit appellari, & ex viuente semper viuos semper ac inter mortuos liber 26. *Ex terra viuente semper Christus semper viuis exortus.* Isai. 53.

dominus otiatur. Colligas hinc obſecro, quàm plerumque filij parentibus aſſimilentur, quàm eiſdem informentur moribus, ſi qualis parentum arbor, tales fructus appareant.

OBSERVATIO III.

Ad illud verbum

Jeſu Chriſti.

Nomen Ieſu Mariam ab originali contagio præſeruauit.

Vbi de grato animo dulciter liberatoris nomen proferente.

27. DOITVR appoſitè communi generationi, ſcilicet Ieſu & Mariæ *Ieſu Chriſti* vocabulum, vt innuatur, gratiam illam, ac priuilegium à Deipara acceptum virtute nominis Ieſu.

Ieſu nomen ſolam inſtar vnguẽti, præſeruauit Mariam, reliquos Diuos curauit. Cant. 1. Epiſcop. Chriſop.

De quo ſponſa, *Oleum effuſum nomen tuum.* Cant. 1. L X X. pro oleo, *vnguentum* appoſuere. De quo Chriſtopolitanus Epiſcopus ad Pſalm. 44. fatur. *Nomen suum eſt odoriferum ſicut oleum aromaticum & effuſum.* Porrò vnguentum hoc confectum affirmat ex myrrha, & balſamo, aliiſque ſpeciebus aromatum, vt ſit *ratione myrrhæ ab omni corruptione præſeruatiuum*, & ratione balſami curatiuum. Itaque nomen Ieſu ſolam Mariam præſeruauit à cõtagio communi. *Primò illud nomen præſeruauit Virginem matrem ſuam ab omni culpâ tam originali, quàm veniali. Sed omnes alios fideles ſanauit, & curauit ab originali, licèt quoſdam præſeruauit ab actuali, ſed alios omnes ſanauit, & curauit ab originali, & veniali, & mortali. Et ſic nomen Ieſu fuit, præſeruatiuum, & curatiuum.*

28. Quam quidem Dominici Numinis gloriã dulci carmine Maria celebrauit, *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.* Luc. 1. Vbi Gerſon tract. 5 ait *Nomen Dei ſingulariter inter omnes creaturas emicat in Maria, quæ illuminans & illuminata per interpretationem nominatur.* Quid ſingulare in Maria ex Ieſu nomine? *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna ſanctum nomen eius.* Triplicem Cancellarius memorat beatitudinem Mariæ ex Ieſu nomine deriuatam, *Beatam reſpice primo modo, dum ab inſtanti creationis ſpiritus ſui initiatum eſt matrimonium cum æterno Sponſo per arrham, &c.* Quia igitur ſanctum Filij nomen adfuit, beatam me ex immaculata Conceceptione homines prædicabunt, in ſplendoribus ſanctis exortam *Nomen Dei ſingulariter emicat in Maria, quæ illuminans, & illuminata nominatur.*

Nomen Ieſu fecit Mariã à conceptione beatam prædicari. Luc. 1. Gerſ.

29. Spiritus audiatur Sponſus. *Mulierem fortem quis inueniet, procul, & de vltimis finibus pretium eius.* Prou 31. De vltimis finibus ſeu terminis vitæ Deipara laudatur, de vno conceptionis fine, de altero obitus. Vndenam Maria de Conceptionis termino commendabilis, de illo inquam remotiſſimo fine, ſeu primo vitæ inſtanti? Audio Iſaiam proclamantem, *Ecce nomen Domini venit de longinquo.* cap. 30. E longinquo nomen Domini venit? An de illo remotiſſimo conceptionis Marianę fine, ſeu termino, vt fortitudine donaret fœminam ad culpæ originalis hoſtem ſuperandum, vt mulier fortis valeret appellari? Ita aſſerit Richardus Laurentinus lib. 6. de Laud. Virg. fatus. *Dicitur procul, & de vltimis finibus pretium eius, id eſt, fortis Mulieris, ſcilicet Mariæ pretium Chriſtus Ieſus. Vnde dicitur ei Iſaia 30. Ecce nomen Domini venit de longinquo. Procul*, id eſt, in primo Marianæ conceptionis inſtanti nomen Ieſu pretium pro Matre effectum, ipſam à tyrannide culpæ præſeruauit. *vere* (concludit) *pretium Mariæ, quæ eam reddidit pretioſam.*

Nomen Ieſu de longinquo venit, quia prope de primo Marianæ conceptionis inſtanti. Iſa. 30. Richard. Laur.

Adhuc pondero particulam illam: *Procul, & de vltimis finibus* Ieſus Mariam liberauit, 30.
priuſquàm conciperetur in vtero. *Vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur* Luc. 1. Ad quæ requirit D. Bernardus ſerm. 1. de circun. cur nomen Ieſu ab hominibus vocatum eſt poſt Chriſti natiuitatem, ab Angelis autem priuſquam conciperetur? Reſpondet, *Ieſus Angelis Saluator, & hominis: ſed hominis ab incarnatione, Angelis ab initio creaturæ.* Hominibus ſubuenit Ieſus poſt caſum, Angelis ab initio creationis. Proh Ieſu Mariam liberantis gloriam! Ei ſubuenit vt Angelo *ab initio creaturæ*, in primo ſcilicet Conceptionis inſtanti Ieſum Saluatorem appellauit. *Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*, aliter *Ieſu meo.* Luc. 1. Anima enim ſeu ſpiritus Mariæ in illo conceptionis inſtanti à captiuitate præſeruatus grato affectu liberatoris nomen concelebrat; vt & ab Angelo, & ab Angelorum Regina vocetur Ieſus priuſquam in vtero conciperetur. Vides Mariam, & Angelos ab initio ſuæ conditionis Ieſum Saluatorem grato ore proferre, & à tanti liberatoris laudibus conticeſcis? Ingrati certe animi eſt, poſt ingens beneficiũ acceptum tam profundo ſilentio vti, vt ſaltem Saluatoris nomen pia vociferatione non profundas.

Maria ſubuenit Ieſu, vti Angelis ab initio creationis. Luc 1. Bernard.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba:

Filij Dauid Filij Abraham.

Iunior Dauid contra naturæ leges ſeniori Abrahæ prælatus, aſſerit Mariam haud naturæ, ſed gratiæ legibus ſubiacere.

Vt diſcamus non conqueri, dum videmus nobis præferri, qui poſt habendi videbantur.

EX Hugone Card. oſtendi Dauidem Abrahamo præpoſitum eſſe, quia profundus peccator. 31.

Hugo. Card.

peccator. Profectò rerum ordine obseruato, ac currente natura iustus erat præponendus peccatori, licèt peccator aliàs canitie venerabili stiparetur. Adiecit tamen Cardinalis hoc effectum, vt iam ex misericordia negotium illud exéri appareret. Si naturæ contemplemur instantiam, Maria ab Adamo procedens debebat Adami infecta prodire contagio. At quia misericordiæ ac gratiæ agitur causa, contra naturæ leges ex Adamo procedens à communi labe exsurgit immunis.

32\. *Immutata lege naturæ cælum Marianum honoratur Dei utique præparatum habitaculum.* Gen. 1. Richard.

Richardus Laurētinus ansam exhibet egregiæ excogitationi lib. 7. de Laud. Virg. *Maria cælum, quia primarium opus Dei, vnde Gen. 1. In principio creauit Deus cælum, & terram. Et ipsa primarium opus Dei dignitate, & præfiguratione.* Ad cuius expositionem operæ pretium est Geneseos indicatum testimonium exprimere. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* Certè si ordo naturæ sit obseruandus prius terra exædificanda erat, quàm cælum, quia hoc tectum est terræ hominibus præparato habitaculo: prius autem statuēdo domus pauimento opera impendi assolet, quàm tecto domus vtique capiti. Difficultatem calluit Procopius fatus. *Sed admirabile est, si quis hoc ædificium consideret, quod prius expandit cælum, deinde demum collocauit terram, quasi architectus quisquam* (vt exponat exemplo) *primò fastigium erigat, postea verò pauimentum paret.* Cur igitur sapiens architectus Dominus naturali pondere non adlatus fuit ad fundamenti exædificationem? Respondet pulchrè Doctor. *Siquidem Deus non subiacet naturali necessitati, nec artis consequio addictus est.* Elegit sibi habitaculum cœlum, & ideo commutato naturæ ordine terræ præposuit. Planus iam sensus sententiæ Richardi. *Maria cælum, quia primarium opus Dei. Et illa primarium opus Dei dignitate.* Haud hîc requiras naturæ leges, sed artificis potestas & voluntas, honoratur, luce perfunditur, independenter à terra pauimento cælum tectum efficitur, quia nulla dependentia à naturæ legibus excogitanda, quando *Artifex non subiacet naturali necessitati.*

Procop.

33\. *Maria, instar Ephraim minoris, benedictione immunitatis à cōmuni labe donatur, quia futura parens Iesu.* Gen. 48.

Caligāti Iacobo Iosephus filios suos Ephraim & Manassem benedictione auita donandos detulit. Posuit Ephraim ad dexteram suā, id est, ad sinistram Israël, Manassem verò in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris. Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Ephraim minoris, sinistram autem super caput Manasse, qui maior natu erat. Quod cùm impedire conaretur Ioseph pro lege naturalis præcedentiæ dixit. *Non ita conueniit pater, quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius.* At Parens nil de lege naturæ curans totus pergit ad gratiam. *Scio fili mi, scio.* Gen. 48. Vbi Chrysost. *Prævidens futura, ita et benedictionem faciam.* Si leges naturæ contemplere præponendus Dauidi Abraham, Manasses maior Ephraim minori. At gratiæ disponenti leges cedunt naturæ. Profectò Caietanus meum complet argumētum. *Frater eius iunior maior erit illo. Probauit rei euentus, nam de Tribu Ephraim fuit Dux Iesus Naue.* Quàm appositè ob honorem parentis Iesu leges naturæ commutantur! Quàm iustè Maria Iesu veri futura parens ablegato legis naturalis prætextu, gratiæ ope à communi labe liberatur!

Chrysost. Caiet.

34\. *Lux Mariana non est naturæ, sed gratia legibus addicenda.* Prou. 20. Richard.

An Maria Domina seruorum legibus subiacebit? Sub communi mensura lucernam cælestem contemplabimur? Richardus lib. 1. ad illa verba Prou. 20. *Lucerna Domini spiraculum hominis,* inquit, *Dicamus & nos, lucerna, Domina, id est, Maria, quæ illuminatrix & Domina interpretatur, quia peccator per eam respirat in spe veniæ.* Iam expendo Euangelicum testimonium. *Nemo* (Dominus ait) *accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio.* Luc. 11. Quidnam est lucernam sub modio poni, nisi conari gratiam exuberantem angustissimæ legibus subiacere naturæ. Ambrosius bellè lib. 7. *Lex intra mensuram est, vltra mensuram gratia.* Gloriam Mariæ luminaris vtique magni totius naturæ leges supereminere necessum est, quare sicut Dauid Abrahamo, gratia est naturæ præponenda. Hinc ediscas precor tua labia silentio obfirmare, cùm videris aliquem contra naturæ leges perpetuâ hîc felicitate donari, quia videbatur æterno addicendus opprobrio, Deus equidem scit fili, scit interna discutere merita, præsentiáque ac futura contemplatur.

Luc. 11. Ambr.

SECTIO SECVNDA.

Libri generationis Dominicæ Tractatus primus primam Thesseradecadem expendens.

TEXTVS.

VERS. 2. ABRAHAM genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius. 3. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar, Phares autem genuit Esron, Esron autem genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab. 4. Aminadab autem genuit Naason, Naason autem genuit Salmon. 5. Salmon autem genuit Booz de Rahab, Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem genuit Iesse, Iesse autem genuit Dauid Regem.

Cant.2.

ter filias. Cant.2. Quænam *filia?* Non quidem Babylonicæ fœminæ, sed sanctitudine conspicuæ animæ, Ghuillelmo authore. Quid autem sancti filiabus cum spinis? Profectò si pulchræ sint semper vulnere afficiunt aspectantes. In hoc autem à Deipara superantur, quæ lilij in morem minimè possit vulnerare.

Richel.

Pulchrè Richelius. Quamuis fuerint multæ Virgines sanctæ, tamé respectu Virginis quasi spinæ fuisse videntur. Quare? Quia *fuerunt aliis spina, qui ex earum intuitu concupiscentia pungebantur. Porrò Deipara tam intensa castitate erat repleta, quòd intuentium corda sic penetrarit sua inæstimabili castitate virginea, quòd à nullo potuit concupisci: imo potius extinxit ad horam eorum libidinem.*

37. *Filij ex hoc gloriam Virgo imitatur.* Creten.

Nec mirum, si Deiparæ pulchritudo ineffabilis erat Verbi Filij splendoris participatio. Andreas Cret. hom. de Assump. *Erat illud luminosum corpus Deiparæ, quod Dei Verb. totam capiebat plenitudinem.* Profectò corpus, seu aspectus Dominicus ea gratiâ effulgebat, quod intuentes ad meliorem frugem excitaret. Vnde Guarricus ser. 3. de Ram. ait: *Mox vt Dominus respexit Petrum, Petrus de clementia piissimi vultus suscepit imbrem fletuum, lacrymas post peccatum.* Verè igitur Iesu splendore completa Virgo eius retulit proprietates homines adducens, vt prauis affectibus ablegatis, castitati præstarent obsequium. Ex præfatis quidem terrenæ pulchritudinis fallacia deprehenditur.

Guar.

Observatio III.

Virginis corporea pulchritudo non homines arripit ad libidinem, sed Deum pellicit, vt pacem, seu veniam peccatoribus impertiat.

Vbi ostenditur solummodò castam pulchritudinem Deo notam esse, minimè impudicam.

38. Plato.

ADIERAT Plato proxima obseru. cit. *Pulchritudo splendor quidam est, humanum ad se rapiens animum.* Num diuinum animum abripiet? Profectò soli Marianæ venustati exhibitum diuinum ad se animum adferre. An dicam auferre? *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum.* Aliter: *Abstulisti.* Cant.4.

Cant.4.

39. *Vt Deum debellet, iactâdie Deipara specie & pulchritudine loco gladij.* Bernard. Psal.44.

D. Bernardus hom. 2. sup. *Missus*: *Corporis decore perfulgida, specie sua, & pulchritudine sua in cælestibus cognita.* Annon à Deo? *Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna.* Psal.44. Ac si diceret, vt omnimodam Iesu pulchritudinem commendaret: Haud ad debellandum homines tibi gladius (quo præcingeris iuxta id proximum: *Accingere gladio tuo super fæmur tuum, potentissime*) est necessarius; intende, respice, vtere velut gladio pulchritudine tua, ac specie tua; & protinus victoria potire, *prospere procede, & regna.* Haud aliter ô Domina, *specie tua, & pulchritudine tua* intendis, dum ex ea in cælestibus dignosceris. Num non Deus ipse debellatur?

Quàm terribilibus, quàm minacibus ocu- 40.
lis Deus homines olim aspectabat! Respexit Mariam pulcherrimam, & ad subleuandam nostram infirmitatem humiliatus est. *Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.* Ecclesiastis, 24. Accommodat Mariæ hanc sententiam Hailgrinus ad illud: *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa in vno oculorum tuorum.* Quàm egregia pulchritudo, cuius acie Dominus sese fatetur vulneratum adeò, vt quos homines persecutus fuerat, iam speciali affectu prosequatur. *Maria, ait, mulieris speciem sic concupiuit Dominus, & ipsa eius desiderium in tantum superduxit, hoc est, ad tantum excessum perduxit; vt ad nostram infirmitatem, humiliatus sit Omnipotens.*

Speciem Mariæ Deus aspiciens, hominibus paret. Eccl.24.

Hailgr.

Annon terribilem Assuerum Estheris pul- 41.
chritudo reddidit mansuetum? *Ipsa roseo colore vultum perfusa, & gratis, ac nitentibus oculis tristem celabat animum.* Quàm horribiles tunc oculi Regis? *Cùmque leuasset* Assuerus *faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset.* Attamen ex pulchro sponsæ aspectu ardens animus debellatur. *Conuertitque Deus spiritum Regis in mansuetudinem.* Esth.15. En pulcherrimam mulierum Mariam Dei spiritum in pietatem commutantem. Clemens Alex. 3. Pædag. cap. 2. *Estheris pulchritudo inuenitur pretium, quo liberatus fuit populus, qui interficiebatur.* Quid non Mariæ venustas pretium esset, quo peccatores quotidie Numini irato concilientur?

Esther Mariæ mansuetum terribilem reddidit Assuerum. Esther.15.

Clemens. Alexan.

Ideo superos resurgens Deipara scandit, vt 42.
in Dei conspectu Numen nunquam valeat iræ præteritæ recordari. Annon id possit tanta venustas? Post Iobi ærumnas ei tres filiæ exortæ, de quibus Textus: *Non sunt inuenta mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob in vniuersa terra.* cap. 42. Quare tanta illæ ornatæ pulchritudine ascendunt? Respondet Author Græcæ Cat. *Filias liberali spiritu, atque egregia formâ suscepit, vt earum aspectu omnis superioris ærumnæ memoria funditus interiret.* Surrexit quidem Dominus stigmata vulnerum ostentans, ascendens in altum *captiuam duxit captiuitatem*, id est, adduxit belli reliquias, quibus necessum illi nostræ ingratitudinis ad inferendas Domino ærumnas recordari. Profectò vt omnis superioris ærumnæ memoria funditus interiret, adstitit à dextris Filij pulcherrima Regina Maria, cuius aspectu *Deus spiritum* Filij *in mansuetudinem conuertit.*

Ideo pulcherrima Maria sacros semper Deo obijcitur, ne recordetur ærumnarum. Iob.42. Græcus.

Hinc Maria fatur: *Ego murus, & vbera mea* 43.
sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Cant 8. Ambrosius sic vertit: *Ego eram in oculis eius tanquam inueniens pacem.* Ac si diceret: Adeo gratus vultus meus oculis Sponsi, vt Estheris instar pacem peccatoribus pacato Numine inuenirem. Ita exposuit Pater: *Talis eram in oculis sponsi, qualis quæ habet pacem.*

Pulchritudo Mariæ pacem hominibus reperit. Cant.8. Ambros.

Vt autem constaret ex pulchritudinis obie- 44.
ctione

Ad Sponsum profitetur. Cant. 6.

ctione Deum à Virgine pacatum, ipse clamat Sponsus : *Pulchra es, amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem.* Cant. 6 Aliter : *Pulchra, & decora sicut visio pacis.* An ipsa visio pacis, siue ipsa pax pulchritudo ? Certè pulchritudo Mariæ visio pacis, siue pax est; quia illud ipsum Deo præsentari Virginis pulchritudinem idem est, ac, pace initâ, Deum & homines amicitiæ vinculo colligari. Vnde Apponius asseruit *in decore aut pulchritudine* sponsæ ipsam pacem ostendi; quia ipsa illius pulchritudo, & decor diuino conspectui obiectus est pacis obfirmatio. Tanti-ne vel corpoream pulchritudinem Mariæ Deus æstimat ? Profectò ideò corporis Mariani grata venustas Altissimo, quia castitate obiicitur ornata; eiusmodi enim pulchritudo Deo nota est, quia digna immortalitate, iuxta illud Sapientis: *Quàm pulchra est casta generatio; immortalis est enim memoria illius, & apud Deum nota est.* cap. 4. Pulchritudo sine castitate mortalis, peritura, & ideo Numini ignota.

Appon.

Sap. 4.

Observatio IV.

Spiritualis Mariæ Pulchritudo Deum, & creaturas debellauit.

Vnde excito ad Humilitatis Marianæ, cunctarum virtutum exercitum moderantis imitationem.

45\. *Maria pulchra mente, & corpore.* Cant. 4. Richard. Vict.

Illis hæreo sponsi verbis : *Tota pulchra es, amica mea.* Cant. 4. Parum esset corpus tantâ pulchritudine condecoratum esse, si mens fœditate laboraret. *Tota* igitur *pulchra* Maria. Richardus Victor. *Tota pulchra meritò dicitur Virgo, quia pulchrâ mente fuit, & corpore.* De mentis dissero venustate.

46\. *Maria spiritu pulcherrima ob suauissimam plurium virtutum harmoniam, quæ chorum illũ castrorum constituit.* Cant. 6. Appon. Elias.

Concinit illud eiusdem Epithalamij : *Pulchra es amica mea, & suauis.* Cant. 6. Vbi Apponius : *Pulchritudo in lenitate morum, suauitas in munditie cordis ostenditur.* Quàm appositè puritas, ac pulchritudo mentis, seu cordis Virginis suauitati comparatur; pulchritudo enim harmoniæ suauissimæ exprimitur similitudine. Elias orat. 10. Nazian. *Est pulchritudo proportio quædam & harmonia dissimilium partium. Vnde congruenter per concentum in sonis hoc demonstratur. Nam in musicis instrumentis alius quidem sonus est, qui per infimam chordam editur : alius, qui per huic proximam : alius, qui per summam : alius, qui per huic vicinam. Is autem, qui ex omnibus promanat concors numerus est, &c.* Haud aliter à dissimilium mentis partium proportione pulchritudo. *Pulchra igitur Virgo & suauis*, quia mentis eius venustas dulcissimam harmoniam proferebat. Vnde alibi: *Vox tua dulcis, & facies decora.* Illa enim internæ venustatis proportio mihi pro suauissima melodia est. En dulcissimos *Choros castrorum.*

47\. Virgo ipsa profatur: *In me omnis gratia viæ & veritatis.* Eccli. 24. Richardus Laurent. lib. 5. *Benedicit omnis gratia, seu pulchritudo; nulla enim defuit ei virtus, nec puritas Angelorum, nec fides Patriarcharum, nec patiẽtia Martyrum, nec sobrietas Confessorum, nec innocentia, aut humilitas Virginum.* Chori hîc suauissimi castrorum.

Omnis pulchritudo (velut Chori) spiritualis in Maria. Eccli. 24. Richard.

48\. *Maria Esther incredibili pulchritudine omnium corda debellauit.* Est. 2. Richard.

Erat olim *Esther formosa valde, & incredibili pulchritudine.* cap. 2. Ad quæ idem Richardus citat. *In figura Mariæ dictum est hoc de Esther. Erat enim Virgo formosa valde per charitatem, quæ est forma virtutum; incredibili pulchritudine per insolitam castitatem; inauditum enim erat aliquam ante Virginem votum virginitatis perpetuæ emisisse. Vel incredibilis pulchritudo Mariæ in superlatiuo gradu virtutum omnium plenitudo. Vnde Isaias : Quis audiuit vnquam tale ?* Et inferiùs ad illud : *Tota pulchra es amica mea*, inquit : *Tota dicitur Maria pulchra, quia omnes virtutes actiuæ, omnes virtutes contemplatiuæ in ea conuenerunt, & præ omnibus creaturis admirabilem effecerunt : & hæc fuit eius incredibilis pulchritudo. Per virtutes actiuas habuit voluntatem mundissimam, per speculatiuas mentem purgatissimam, &c.* En Maria Esther.

49\. *Virtutum suauitate velut Choris castrorum Deum Angelos, & homines Maria vicit.* Laurent.

Additur: *Omniumque oculis gratiosa & amabilis videbatur.* Ibid. Exponit Laurentinus: *Omnium oculis, primò ipsius Dei, qui eius humilitatem respexit, & speciem eius desiderat intueri. Vnde dicunt ei Pater, Filius, & Spiritus sanctus : Reuertere, reuertere Sunamitis, vt intueamur te. Secundò oculis Angelorum, & omnium beatorum qui in eam sicut in Filium desiderant intueri : In quem desiderant Angeli prospicere.* 1. Pet. 1. Id est, quemadmodum cupiũt intueri Saluatorem, vt eorum adnotetur visionis affectus, sic seruata proportione mirantes, & cupientes pulchritudinem Virginis intuentur. *Tertiò oculis hominum.* Quem enim mortalium non allicieret tot virtutum harmonia ? O quàm egregia, quàm incredibilis pulchritudo; quæ non solùm creaturas, sed & ipsum amoris vulnere debellat Conditorem.

50\. *Ideo Virgo similis equitatui, exercitui, & palmæ dicitur.* Cant. 1. Delrio.

Postquam Sponsus Deiparentem pulcherrimam mulierum vocitauerat : *O pulcherrima inter mulieres* : addidit : *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea.* Cant. 1. Quid cum equitatu pulchritudini ? Sic ex Delrio sensum elicio : Vsque adeò pulchritudine excellis, vt oris tui species, seu mentis pulchritudo sit velut equitatus quidam potẽtissimus ad omnium animos vincendos. Nam virtutes omnes Deiparæ à charitate quasi duce instructæ erant velut quidam equestrium exercitus ad omnium animos per amorem vincendos potentissimus. *Pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.* Cant. 6. Quid Lunæ, ac Solis pulchritudini cum terrore castrorum ? Acies instructa est ad aspectum pulcherrima, & cum quodam mentis stupore admirabilis. Præterea est ad quamlibet arcem oppugnandam, & expugnãdam potentissima. Virginis pulchritudo, quæ ex multarum virtutum varietate conflatur, (Richardo Laurent. lib. illo 5. fante : *Tota pulchra est Maria, quia tota pulchra est anima, cui nihil deest spiritualis pulchritudinis*) veluti numerosus quidam exercitus ad quodlibet ferreum pectus emolliendum est potentissima.

Cant. 6. Richard. Cant. 7.

Quam pulchra es (pergit Sponsus) *& quam decora charissima in deliciis! Statura tua assimilata palmæ.* Cant. 7. Appositè Virginis statura palmæ comparatur tum propter altitudinem, tum quia inter pulchras mentes, palmam Deiparæ præripit pulchritudinis. Accedit, quòd palmæ folium speciem gladij refert. Tot illa gladiis armata, quot foliis induta: Virgo autem quot virtutibus, donis, ac prærogatiuis exornatur, tot quasi fortissimis, & acutissimis armatur gladiis ad omnia sibi per amorē subiicienda. *Quid videbis in Sunamite* (demum Sponsus) *nisi choros castrorum?* Cant. 7. Ex Theodoreti sententia colligo Virginem multis è sanctis esse conflatam ob cunctarum virtutum varietatem. Huiusmodi igitur compactio Sanctorum in Maria, *qua veìut sicut chori castrorum pæana canentes, & choros ducentes victoria præconium celebrantes*, instar exercitûs omnium animos deuicit. Proh harmonia virtutum! An Deum ipsum? Rursum expendo Sapientis sententiam: *Species mulieris exhilarat faciem viri.* Eccl. 36. Vbi Hailgrinus ad cap. 4. Cant. loco illius particulæ: *Exhilarat*, ponit, *Humiliat*, seu *vincit*. Vt sit sensus Mariæ pulchritudinem spiritualem ipsum sic afficere Conditorem, vt inclamare valeat: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuorum.* Cant. 4. siuè in virtutum venustissima vnione, quæ in morem exercitus instruuntur. *Species* (ait ille) *Mulieris*, Mariæ *Virum potentissimum humiliat, seu vincit, seuerum, & austerum emollit.*

Cant. 8. Theodor. — Deum ipsum deuicit. Eccl. 36. Hailgr. — Cant. 4.

51\. Nos hinc Bernardus serm. 45. in Cant. allicere ad Virginis curat imitationem. Expendens enim illud, *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es*, fatur: *Quæramus geminam animæ* (Mariæ quidem exemplo) *pulchritudinem. Hoc enim mihi videtur innuere, quod Deus tam vocat bis pulchram. Decor animæ humilitas est. Meritò pulchra repetitio, cui nunquam defuit pulchritudo. Rara auis in terris, aut sanctitatem non perdere, aut humilitatem sanctimonia non excludi; & ideo beata, quæ vtramque retinuit.* Hunc præcipuæ Marianæ pulchritudinis decorem imitari procura, humilitas enim mirum in modum valet virtutum reliquarum militiam præcordia & Dei & hominum debellantia suo in ordine continere.

Humilitas Mariæ pulcherrimè huius virtutum exercitus moderatur acies. Bernard.

OBSERVATIO V.

Spiritualem Virginis Pulchritudinem describo.

Innuens, quarumnam virtutum apparatu Dei sponsa ornanda sit.

52\. D. Gregorius Nicomed. orat. de Virg. Oblat. exclamat: *O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum! O Dei genitrix pulchrorum omnium summum ornamentum!* Quod si (authore Basilio in Psal. 44.) *Pulchrum est membrorum omnium dispositione, & harmonia gratia vigens*: in singulis spiritualiter membris Virginis pulchritudinem operæ pretium contemplemur.

Greg. Thaum. — Basil.

A capite procedo, quod sic laudat Sponsus: *Caput tuum vt Carmelus.* Cant. 7. Vbi Carthusianus per caput Virginis sanctam eius voluntatem intelligit; quæ instar Carmeli, *altitudine ferebatur in Deum, & bonorum operum fructibus abundabat.* R. Abenesta hoc loci vult Carmelum haud montem significare, sed coccineum colorem Hebr. *Carmel.* 2. Paral. 2. pro eo quod nos habemus *coccino*, est hebr. *Carmel.* Charitas ardentissima Deiparæ designatur quæ meritò *Carmil* siue *punica*, siue *coccinea*. Hebræi. *Caput tuum super te sicut Carmelus.* Vt indicetur caput sponsæ non fuisse super humeros depressum, sed supra humeros eminens. Virginis perfectissima charitas, quæ non solùm operibus respondit, sed eminentiâ omnia transcendit opera legis, ad supererogationis actiones aspirans. Adde Carmelum *scientiam circumcisionis interpretari.* Conspectâ Virgine, facilè dignosces quid in operibus expediat resecare. 53.

Caput Deiparæ sua Charitate, animo plena voluntas. Cant. 7. Abenesta.

Cæsaries deinde commendatur. *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.* Cant. 4. *Coma capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus.* Cant. 7. *Vulnerasti cor meum in vno crine colli tui.* Cant. 4 Galaaditæ capræ nigræ. Profectò niger capillorum color ineffabilem Virginis in cogitationibus vel minimis perfectionem significat. Annon nigredo illa vniuersam intelligendi congregat aciem? Numnon ob obscuritatem, quæ tanta ex perfectione cogitur, illa inexplicabilis omnino præsentatur? Profectò *Rex ligatus* (vt LXX. legunt illud: *Vincta canalibus.*) *in canalibus*, seu *transcursibus*. Cogitationum enim Mariæ venustate affectus Rex ipse ligatus apparet ipsis vulneratus: *Vulnerasti cor meum in vno crine.* 54.

Capilli, seu cogitationes. Cant. 4. Cant. 7. Septuag.

Profectò duplici similitudine oculorum Virginis pulchritudo ab Sponso profertur. *Oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecùs latet.* Cant. 1. *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.* Cant. 7. Scio colūbarum Palæstinæ oculos præstare magnitudine. Rupertus septem Spiritus dona in Virgine cōtemplatur. *Oculi tui columbarum, id est, lumina omnium gratiarum. Omnium quippe spirituum in effecta es particeps, ex quo me castis visceribus suscepisti.* Hugo Caren. simplicem Virginis oculos explicat intentionem. Certè piscinis simul comparantur *in Hesebon*, quia illæ amplæ piscinæ aquas clarissimas proferētes & stabiles. Annon Mariæ intentio ex operum multitudine ampla, ex puritate splendida, ac simul absque vlla vel minima perturbatione, constans? 55.

Oculi, seu intentio. Cant. 1. Cant. 7. Rupert. Hugo.

Genarum præcipuum quidem vultus ornatum non Sponsus prætcriuit. *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ.* Cant. 4. Flos mali punici totus est rubore perfusus. Vnde Beda per genas putat verecundiam signari, à qua genæ rubore perfunduntur. Rupertus de verecundia Virginis exposuit. *Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata.* Eccl. 26. Quid Virgo? Ambrosius lib. 2. in Luc. *Disce Virginem moribus, disce virginem verecundia.* 56.

Genæ, seu verecundia. Cant. 4. Beda. Rupertus. Eccl. 26. Ambr.

Labiorum

57. *Labia, seu silentium, ac prudentissima verba.* Cant.

Labiorum gloria exprimitur sententia illa: *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Cant. 4. Hebr. *Tanquam filum coccini labia tua, & sermo tuus decorus est.* Virginis loquentis prudentia per labia exprimitur, aptè coccineæ vittæ, aut rubro filo comparata; quia sicut coccinea vitta assolent fœminæ crines, ne effluant, constringere, ita prudentiæ examine, ne temerè profundantur, sermones constringuntur. Porro coccinea ea in Deipara vitta, quoniam eius in loquendo prudentia rubebat charitate. Locutam Virginem quater solummodo in Euangelio Bernardus obseruat (Bernard.) serm. *signum. Numquid, ait, non ab initio venisse pastores, & primam omnium Mariam inuenisse leguntur? Sic & Magi quoque non sine Maria puerum inuenerunt. Et inducens in Templum Templi Dominum multa à Simeone audiuit tam de eo, quam de se ipsa. Et tamen ad loquendum tardat in omnibus.* At si ea Virginis verba, quæ quater profluxere ex pectore, profundissimo quidem mysteriorum puteo, contempleris, charitate rubescere deprehendes.

58. *Collum, seu intercessio, obedientia, humilitas.* Cant. 4. Cant. 7. Cant. 1.

Certè describendo collo præcipuè operam Sponsus impendit. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Cant. 4. *Collum tuum sicut turris eburnea.* Cant. 7. *Collum tuum sicut monilia.* Cant. 1. Turris Dauidica Virginis intercessionem præsentat, collum quidem; quia per Virginem vniuersa ad nos è Domino tanquam ex capite beneficia deriuantur. Hûc spectat illud: *Deriuatus est fons vsque ad nos, descendit per aquaeductum vena illa calestis.* Annon turris Mariæ præsidium firmissimum, tutissimum peccatorum refugium? Confirmat D. Ephrem. Virginem *fidelium vallum appellans.* At Rupertus Virginis humilitatem collo asserit designari turri quidem eburnea; quia Mariana humilitas potentissima fuit. (Bernard. Ephr. Rupert.) *Qua fortitudine* (inquit Doctor) *luctabatur iste* Iacob, *vel ille* Moyses? *Profectè humilitate. Igitur ô Dilecta, collum tuum, quod est humilitas tua, turris est eburnea, id est, fortissima, atque pulcherrima.* Monilia quidnam? Obedientiam Deiparæ designari Origenes affirmat hom. 2. in Cant. (Orig.) *Ceruix tua speciosa facta est sicut redimicula, & meritò; quam enim priùs præuaricationis inobedientia turpem fecerat, nunc obedientia fidei speciosam facit, & pulchram.*

59. *Vbera, seu virginalis fœcunditas.* Cant. 4.

De vberibus præterea sic Dilectus: *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.* Cant. 4. Rursum inibi: *Pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Alibi, *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ.* Cant. 7. Rupertus (Cant. 7. Rupertus.) virginitatem ac fœcunditatem Deiparæ duobus ait vberibus assignari, hœdulis comparatis; propter eam, quam Orbi lætitiam attulere. Id quod & ventris innuit descriptio. *Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis.* Cât. 7. Vbi (Cant. 7. Carthusian.) Carthusianus existimat in aceruo fœcunditatem, in liliis autem virginitatem Mariæ adumbrari. De Marianis vberibus botris vtique sic Richardus Laurent. lib. 5. (Richard.) *Vbera Mariæ botris assimilantur, in quo mirabilis prærogatiua merendi demonstratur in Virgine; quæ non minus meruit fundendo lac ex vberibus suis, ad nutrimentum Filij: quam meruerunt Martyres, qui per botros figurantur, fundendo sanguinem suum per martyrium. Omnium enim operum merces secundùm radicem charitatis pensatur.*

Quid de Deiparæ manibus? Ipsa descripsit. 60. *Manus seu operum mortificatio sine prauio delicto.* Cant. 5. Richard.

Manus meæ distillauerunt myrrham, & digiti mei pleni sunt myrrhâ probatissimâ. Cant. 5. Sic expendit Richardus citat. *Manus meæ distillauerunt myrrham; nam in spirituali gratiâ sic absorpta sum, quòd nihil in me vicit de mũdana concupiscentia. Quin potiùs manus meæ, & digiti mei, id est, opera mea, & operum meorum discreta distinctio perfecta mortificationis testimonium proferebant.* Et addit: *Illa myrrha electa est, quæ sine vulnere, ac scissione corticis manat ab arbore, & illam amaram carnis mortificationem designat, quam profert anima nullo peccati vulnere sauciata. Talem myrrham messuit Deus in Virgine, quæ licèt vulnus peccati non haberet, seipsam tamen multipliciter mortificare curauit. Et ideo aptè dicit, quòd digiti sui pleni sunt myrrha probatissimâ; & talis myrrha propriè Domini est; vnde dicit: Messui myrrham meam.*

Quid denique de gressuum, ac calceamentorum Virginis venustate? *Quam pulchri sunt* (ait Sponsus) *gressus tui in calceamentis, filia Principis!* Cant. 7. 61. *Gressus seu humilitas.* Cant. 7.

An regia Mariæ humilitas commendatur? Gratissima planè Deo humilitas Virginea, in quam præcipuè dicitur aspexisse, fante Bernardo sup. *Missus. Humilitate concepit. Sed quid dicam* (cum Hieron. loquor serm. de Assump. 1. & 2.) *pauper ingenio, cum de specie tua. ô Virgo, quidquid dixero, minus profectò est, quàm tua dignitas mereatur.* (Bernard. Hieronym. Ansel.) Quis enim (verbis vtor Ansel. de Excel. Virg. cap. 11.) *tam miram Matris Dei gratiam*, seu speciem pulcherrimam *oculo mentis aspiciens non obstupescat, & elinguis fiat?* Quare sicut opus Lucæ Euangelistæ, corpoream Virginis pulchritudinem penicillo exprimere, solius Dei opus, spiritus Virginei venustatem Angelicis ac humanis mentibus præsentare.

LIBER



LIBER QVARTVS.

MARIÆ CONCEPTIO.

Paraphrases Commentariíque Literales ad caput primum Matthæi.

PANEGYRICI MORALES CIRCA literam in Mariam sine labe conceptam.

PROLVSIO.

VT Zeuxis egregius Pictor Agrigentinis Iunonis exponeret imaginem, multas, authore Plinio lib. 35. cap. 9. contemplatus est virgines, vt quod laudatissimum in cunctis appareret, in vna Iunonis splēdesceret imagine. Sub hoc prætextu Emissenus de symb. hom. 1. *De magnis*, inquit, *eminentiora præsumpta sunt: quomodo si aliquis pictor egregius ex multarum pulchritudine personarum, vnam aliquam vellet coaptare, & exprimere personam, ex pluribus speciebus speciosa deflores, acdiuersas vultuum gratias in vnam faciem colligat, & de præcipuis præcipua eligat, vt vnam ex plurimis formam artificis dispositione componat.* Summi Opificis idea Patriarcharum, Regum, Procerum, Fœminarúmque illustrium sibi cognitas præsentat perfectiones, vt ex cunctarum defloratione Mariam efformatam afferetet. Parum esset ad Montem ram pinguem, Montem nempe Dei efformandum cælestem Opificem Reges, Patriarchas, fœminas discernere multiplici labe fœdaras. Si non & purissimos discerneret Angelos, si non ipsum collegium sanctitatis exprimerer, Idiota in Contemp. Virg. cap. 1. profanre. *Non deficit tibi puritas Angelorum, non fides Patriarcharum, non scientia Prophetarum, non zelus Apostolorum, non patientia Martyrum, non sobrietas Confessorum, non innocentia, & humilitas Virginum. In summa, nullo genere vacâsti virtutum. Quodcumque donum alicui Sanctorum vnquam datum est, tibi non fuit negatum, sed omnia omnium Sanctorum priuilegia in te congesta.* Annon Angelus in primâ sui conditione purus? Igitur si non defuit Mariæ *puritas Angelorum*, in primo suæ Conceptionis instanti putissima, *simulacrum est* (cum Tertulliano loquor aduer. Valent. cap. 12. *) ex omnium defloratione constructum.*

Vitalis mariana Arboris Frvctvs Qvartvs.

Euseb. Emiss.

Idiot.

Matthaus Cap. I.

VERS. 1. LIBER generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham.

PARAPHRASIS.

1. CHRISTI *natiuitatem, doctrinam, miracula, mortem, ac resurrectionem Matthaus scripturus, primo loco Christi genealogiam recenset,*

cenſet, exordium capiens non à ſummo capite, ſed à Dauid & Abraham, quod horum memoria celeberrima pariter, & gratiſsima apud Iudæos extiterit.

2. Abraham genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius.

2. Abraham itaque, iam ex ſenio defecto corpore ex vxore iam effœta promiſſum genuit Iſaac, qui Chriſti geſsit typum ligna ad ſacrificium baiulãs. Iſaac genuit Iacob, qui cùm eſſet fratre minor, tamen excuſſo maiore conſecutus eſt hæreditatem, iam tum typum agens Eeeleſiæ è gentibus, Iudæis excluſis, congreganda. Iacob genuit Iudam, qui Tribui nomen dedit, ex qua Chriſtus prædictus eſt exoriturus. Nec hunc ſolum genuit, ſed & alios vndecim Iudæ fratres, qui ſingulis Tribubus Iſraëlitica gentis indidere cognomine.

3. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar, Phares autem genuit Eſron, Eſron autem genuit Aram.

4. Aram autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naaſon, Naaſon autem genuit Salmon.

3.4. Porrò Iudas ſuſtulit gemellos Phares & Zaram, non ex legitima vxore, ſed ex Thamar nuru ſuâ, quæ vita functo Her Iudæ primogenito, nimium prolis auida, ſumpto habitu meretritio, obuelat âque facie, concubitum ſoceri ſui dolo furata eſt, re minimè vacante delicto, ſed tamen redundante myſterio. Ex Phares natus eſt Eſron, ex Eſron Aram, ex Aram Aminadab, ex Aminadab Naaſon, ex hoc autem Salmon exortus.

5. Salmon autem genuit Booz de Rahab, Booz autem genuit Obeth ex Ruth, Obeth autem genuit Ieſſe.

5. Salmon ſuſtulit Booz ex Rahab, quæ tametſi non eſſet Iudaica gentis, tamen ob ſeruatos exploratores à Ieſu immiſſos, locum meruit in eorum cathalogo, qui per fidem redditi commendabiles, iam tum adumbrans peccatores, & gentes à Dei cultu alienas fides, & operum merito Chriſto copulandas. Booz item filium habuit Obeth ex Ruth Moabitide, quæ & ipſa, velut abdicat à patriá, maluit inſeri populo Iudæorum. Ex Obeth proditus eſt Ieſſe ſeu Iſai, cuius nomen non reticet Iſaia de Chriſto vaticinium.

6. Ieſſe autem genuit Dauid Regem, Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.

6. Ex Ieſſe progenitus eſt Dauid ille Deo charus, Rex & Propheta, Vrbis Ieroſolymitana conditor, Goliath interemptor, Chriſti nepotis multis nominibus repræſentent imaginem. Dauid genuit Salomonem illum pacificum, ac Templi Dominici conſtructorem ex adamata Berſabee, quam Vria marito priore per dolum occiſo ſibi matrimonio copularat, non abſque ſcelere, ſed neque abſque futuri præſagio.

7. Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam, Abias autem genuit Asâ.

8. Asâ autem genuit Ioſaphath, Ioſaphath autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Oziam

7.8. Porrò ex Salomone natus eſt Roboã, ex hoc lucem vidit Abias, ex Abia prognatus eſt Asâ, ex Asâ pius Ioſaphath viuis adnumeratus. Ex Ioſaphath pio impius Ioram progenitus; quia impia filia Achabi adhæſit vxori. Ex Ioram autem prodiit Ozias, cuius lepra ſacrilegi auſus monumentum, candida extat Mundi proceribus ſalis ſtatua, ne audeant ſacris immiſceri.

9. Ozias autem genuit Ioatham, Ioatham autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam.

9. Ex Ozia natus eſt Ioatham, ex Ioatham Achaz, cui cæleſte Deipara ſignum haud petere audenti fuit exhibitum, ex Achaz autem ſanctiſsimus Ezechias, cui vtilius ſuperna ſtetere luminaria.

10. Ex

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Quanam ex Tribu Christus exortus.

1. *Tribus Iuda cunctarum copiosior, fortior, nobilior.*

PRÆSTABAT equidem Tribus Iuda cæteris hominum multitudine;nã cùm Ioab Dauidis imperio populũ numerasset, inuenta sunt de Israël octingenta millia virorũ fortiũ,qui educerent gladium,& de sola Tribu Iuda quingenta millia pugnatorum.2.Reg.24. Fortitudine excellebat fortissimum parentem Iudam imitata,fante Mose,*Porro Iudas, qui erat fortissimus, &c.*1.Paral.5. Testor rubrum pelagus Tribus Iudæ robur miratum, dum, cæteris formidantibus, ipsa viæ difficilis experta est securitatem. D. Hieronym.in Ose.11.*In exitu Israel ex Ægypto, quando ex aliâ parte mons, ex aliâ rubrum mare, ex aliâ verò Pharaonis cingebat exercitus, & inclusus populus tenebatur, cæteris tribubus desperantibus salutem, & aut reuerti in Ægyptum, aut bellare cupientibus, solus Iudas fideliter ingressus est mare, vnde & Regnum meruit accipere.* Eminebat denique nobilitate Regia profectò Tribus.*Iuda Rex meus.*Psal.56.Quod Chaldæus interpretatur, Iudas mihi Regem suppeditabit.*Non auferetur sceptrum de Iuda.* Gen.49. Pertinebat quidem Regnũ ad Rubẽ primogenitum, sed parentis thorum violans, & libidini tantæ præstans obsequium seruus planè ab imperio deturbatur.

2.Reg.24. 1.Paral.5. Hieron. Psal.56. Chald. Gen.49.

2. *Christus ex Tribu Iuda.* Heb.7. Apoc.5.

Si Tribus Iuda omniũ præclarissima,manifestũ equidẽ eratChristũ ex ea ducturũ exortũ.Paulus inquit,*manifestũ est,quod ex Iuda ortus est Dominus noster.*Hebr.7.Et Ioannes,*Vicit leo de Tribu Iuda.*Apoc.5.Id est, Christus, qui instar fortissimi leonis à Iuda oriundus de morte,mundo,inferno,peccato æternã victoriã reportauit.Parens autem Iacob sic Saluatorem prophetico ex ore profudit. *Iuda te laudabunt fratres tui,manus tua in ceruicibus inimicorũ tuorũ,adorabunt te filij patris tui.*Gen.49.Ab allusione nominis exorsus est, significat enim Iudas laudationem à verbo ידה *Iadah*,id est, *laudauit*.Ad quæ D. Ambr. de Benedict. Patriar.*Meritò se circa gratiam Iuda Iacob sanctus effudit,& ad Iudã dirigi videtur alloquium, sed Iudas ille posterior,id est,Christus exprimitur, qui ex ea Tribu natus est.*Christus igitur infinitũ est nostræ laudationis argumẽtũ. Quid de victoria? *Manus tua in ceruicibus inimicorũ tuorũ.* Sic exponit Euseb.l.8.demõst.Euãg.c.2.*Cùm manus suas Christus extendisset in cruce, tunc manus eius,fugientibus inimicis,in tergo inimicorum fuerunt.* Pergit Iacob nepotis gloriam celebrare. *Catulus leonis Iuda,ad prædã fili mi ascẽdisti,&c.* Gen 49.Ad quæ Beda,*Id est, ascendens in crucẽ captiuos populos redemisti.Bene Christus vt leo requieuit, qui non solum mortis acerbitatẽ non timuit, sed etiam in ipsa morte, mortis imperium vicit;quod autem dicitur. Quis suscitabit eũ?quia nullus nisi ipse.*Profectò ex Tribu Iuda oriturũ iustitiæ Solem ille,me authore,locus adũbrabat,in quo castra in solitudine Iudas metabatur. Orientalẽ enim plagam Tribus Iudæ tenebat, adumbrans scilicet ex ea splendidissimum Solem oriturum,qui suo fulgore totum terrarũ Orbẽ illuminaret.Præterea ipsum nomẽ Hebræũ יהודה *Iehudah* significasse videtur Iuda Tribum fore ostiũ,per quod Deus humana indutus natura Orbem ingrederetur. Nomen enim *Iehudah* omnes quatuor literas cõtinet nominis ineffabilis *Iehouah*,quod à numero literarum tetragrammaton Græci,Latini Quadriliterũ vocant, nam punctorũ Hebraicorũ nulla habetur ratio. Addita præterea est litera, ד *daleth*,quæ ostium significat,vt indicaretur Deũ,cui nomẽ Iehouah erat,per Virginem de Tribu Iuda tanquam per ostium ad terras ingressurum. *Porta* (Dominus ait) *hæc clausa erit,non aperietur,& vir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eã,eritque clausa Principi.*D.Ambr.l.de Instit.Virg.c.7.*Quæ est*(inquit)*hæc porta nisi Maria? Ideo clausa, quia Virgo. Porta igitur Maria, per quam Christus intrauit in hunc Mundum, quando virginali fusus est partu.* Manifestũ igitur Iesum ex Tribu Iuda exortum clarissimum duxisse.

Gen.49. Ambros. Euseb. Gen.49. Beda. Ezech.44.

Nũ simul ex Tribu Leuitica? Sequor quod ex Sixti V.præcepto in festo D. Annæ recitat 3.
Ecclesia.*Anna Dei genitricis mater Gaziri filia ex tribu Iuda, in Bethlehem oppidò Iudææ nata Ioachimi fuit vxor, qui & ipse Galilæus erat ex eadẽ Tribu,ex Nazareth, ambo ex stirpe Regia, &c.*Quamuis autem tam Anna quàm Ioachimus ex Tribu Iuda Regiã orti sint,potuit tamẽ vel vterq; vel alter aliquẽ ex Tribu Leuiticâ habere progenitorem, cuius ratione dici possit Christus aliquo modo è Leuiticâ Tribu exortus.Audiõ.Aug.l.83.q.quæst.61.*A Dauid in duas familias Regiam,& Sacerdotalẽ origo distributa est, quarum Regiã descendens Matthæus, Sacerdotalem ascendens Lucas secutus est, vt Dominus noster Rex & Sacerdos noster & cognationem duceret de stirpe Sacerdotali,& non esset tamen de stirpe Sacerdotali,id est,de Tribu Leui,sed esset de Tribu Iuda,id est,de Tribu Dauid,ex qua nemo intendit altari.*Inibi rationẽ reddidit Doctor, cur oportuerit Christum ex Tribu Leui ortum nõ esse.*Oportebat,vt euacuaturus sacrificia,quæ secundùm ordinem Aaron in Leuitico sacerdotio fiebant, non esset de Tribu Leui; ne ad ipsum Tribum,& ad ipsum sacerdotem,quod temporaliter vmbra erat futuri, pertinere videretur mũdatio peccatorum,quã Dominus oblatione holocausti sui,quod in veteri sacrificio figurabatur,impleuit.*Cur autem congruum fuerit Christum ex Tribu Leuiticâ aliquo modo oriri,exponit Beda, vt scilicet vnctio Sacerdotum Christi, id est, vncti nomen adumbraret. D. Aug.de consen.Euang.lib.2.c.2.*Firmissime*(inquit)*tenendum est carnem Christi ex vtroque genere propagatam, & Regum scilicet, & Sacerdotum, in quibus personis apud illum populum Hebræorum etiam mystica vnctio figurabatur, id est,Chrisma, vnde Christi nomen elucet, &c.*Denique Maria fuit Elisabethæ cognata,quod aliquis ex Virginis progenitoribus vxorem duxerit fœminam ex Sacerdotali Tribu, vel quod aliqua ex

Habuit Christus aliquam cum Leuitica Tribu cognationem. Aug. Beda. Aug.

ex Virginis familia fœmina nupserit Sacerdori.

4\. *Christus etiã ex Gentibus ortus est.* Porrò quemadmodum ad Salomonici Tẽpli extructionẽ non Iudæi solùm, verù Ethnici quoque Tyrij operã contulerunt, sic ad exædificandũ Diuinitatis Templum, siue corpus Christi iuxta illud. *Soluite templum hoc.* Ioan. 3. non Israëlitæ tãtùm, sed etiã Gentes conuenerunt. Vnde in Dominicæ genealogiæ libro & Iudæi, & Ethnicæ fœminæ adnumerantur. An non Rex ille Iudęorum Regũ origo, decus, & ornamẽtũ Dauid ex fœminis Gẽtilibus ortus, Rahab scilicet Chananæa, & Ruth Moabitide Dauidis proauia? audio Isaiã inclamantẽ, *Emitte Agnum dominatorẽ terræ de petra deserti ad mõtẽ filiæ Sion.* c. 16. *Isai. 16.* Si Agnus dominator Christus Mũdi auferens peccata, congruè, Hieronymo, ac Ruperto authoribus, Ethnica Ruth petra deserti compellatur.

§. II.

De Libro generationis Jesu Christi.

5\. *Quid significet Liber generationis? D. Th.* L*iber generationis.*] Ambiguum planè quid hæc verba significent. An Matthæus Euãgeliũ suũ librũ generationis Iesu Christi cõpellet? Profectò Christi generatio parua quædam tantę Scripturæ portio est. Attamen scio D. Th. sic satisfacere. *Matthæus, qui scripsit Hebræis, in scribendo modum Hebræorum seruauit. Consuetum est autem apud Hebræos libros suos à principio intitulare, sicut dicitur, Genesis, quia ibi agitur de generatione.* Contestantur Lyranus, & Carthusia. Itaque asserunt hi doctores Euãgelistam nostrum morem Hebræorum secutum Euangelium suũ Librum generationis appellãsse, quia initio de Christi agit generatione, vt in Geneseos titulo confirmatur.

6\. *Cur hæc sententia non probetur.* Hærerem profectò huic sententiæ, vt morem gererem Maldonato, si morem huiusmodi falsò Hebræis attribui non comperissem. Illi namque non assolent libros à rebus nominare, de quibus in principio sermo est, sed à primis verbis, siue dictionibus, Liber Genesis ab Hebræis dicitur *Beresith*, id est, *In principio*. Exodus *Veelle semoth*, id est. *Et hæc nomina*. Leuiticus *Vaicra*, id est, *Et vocauit*; quia hæ dictiones initia Voluminum. *Chrysost. Opinio Chrysostomi.* Certè D. Chrysost. hom. 2. in Mat. propterea putat Librum Euangelij appellari Librũ generationis Iesu Christi, quia omnium gestorum Christi, & omniũ bonorum caput & radix est generatio Christi humana. *Librũ (inquit) generationis vocat Matthæus, quia totius dispensationis caput & radix, atque principium omnium nobis in hoc constitit bonorum. Omni siquidem admiratione plenissimũ est, & super spem, expectationemque mortalium, quod Deus homo factus est; hoc autem impleto, illa omnia, quæ sequuntur, iuxta ordinem, & rationem consequuntur.* Pressius Euthymius, *Reliquum est,* ait, *vt ab hac præcipua parte Euangelista totum Librum generationis Librum vocârit.*

7\. *Authoris mens.* Mea autem sententia est, hæc verba, *Liber generationis, &c* haud esse titulũ toti præfixum Euangelio, sed huic tantummodo Iesu genealogiæ. Quasi dicat. Hæc est enarratio, seu Scriptura generationis Messiæ, hic est catalogus eorum, à quibus duxit originem. *Hic est Liber generationis Adam.* Gen. 5. *Gen. 5.* Id est, hic catalogus eorum, quos Adam primus homo progenuit, quorum deinde nomina, & generationes sequuntur. Nec enim illud caput Liber est propriè, sed catalogus. Obijcis nomen Libri catalogum non significare, sed longius aliquod volumen. Respõdeo tamen hebraismum esse, cùm Liber pro breui aliqua scheda, vel genealogia vsurpatur. Nam nomen hebræum ספר *Sepher*, quo Matthæus vsus est, non solum volumen longius, sed breuem etiam schedulam significat. Ierem. c. 32. emisse dicitur campum, *Ieremias. 32.* venditionis vero schedam librum sæpè compellat hebraice *Sepher*. Similiter paruus repudij libellus liber appellatur Isai. 50. *Quis est hic liber repudij matris vestræ, quod dimisi eam.* *Isai. 50.* Hanc sententiam Abulens. Maior, Gagneius, Iansenius, & Barradius amplectuntur. *Abulen. Facilior interpretatio.* Profectò si facilius cupias hæc exponere verba, *Liber generationis Iesu Christi*, sic interpretor, Liber de vita Christi, noto hebraismo, quo totus vitæ cursus significatur. Noe dicitur perfectus *in omnibus generationibus suis*, id est, Maldonato expositore, *in omnibus partibus vitæ suæ*. Gen. 6.

§. III.

Quid, Filij Dauid Filij Abraham?

8\. *Cur hos solum nominarit Euangelista.* F*ilij Dauid Filij Abraham*] Cur hos potissimum duos ex tam longa parentum Christi serie Matthæus nominarit? Irenæus lib. 8. cap. 8. Ambrosius lib. 3. in Luc. cap. 5. Chrysostomus hom. 2. in Mat. Hieronymus, & alij nominatos ideo asserũt initio Dauid, & Abraham, quia his Iudæi sciebant factas de Messiã promissiones, quasi Matthæus completas in Christo esse volebat edocere. Quid Abrahæ Dominus? *In semine tuo benedicentur omnes gẽtes*, Gen 12. & 22. *Gen. 12.* Quod D. Paulus de Christo docet intelligendum Gal. 3. Quid autem Dauid? 2. Reg. 7. 1. Paral. 17. Psal 88. factam fuisse promissionem de Messiæ generatione constat. *Psal. 131.* Ipse testatur Psal. 141. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*

9\. *Cur Dauid præpositus sit Abrahamo? Hieron.* Cur autem Matthæus Dauidem Abrahamo, iuniorem seniori anteposuit? Respondet Hieronymus, Ordo præposterus, sed necessariò commutatus, si enim primum posuisset Abraham, & postea Dauid, rursus ei fuerat repetendus Abraham, vt generationis series texeretur. Moderni autem affirmant sic Euangelistam falsum fugere sensũ, qui posset ex recto ordine elici. Si enim scripsisset, *Filij Abraham Filij Dauid*, significare videretur Abrahamum esse filium Dauidis. Barradius aliam congruentiorem adhibet rationem, quia Dauidis filius Messias ab omnibus expectabatur, *Barrad.* atque adeò appellabatur filius Dauid. Hoc ergo quod Iudæi in generatione Messiæ maximè requirebant, antè omnia initio genealogiæ opus fuit proponere, idque deinde progenitoribus enumeratis confirmare.

10\. *Authoris sententia, verbum illud, Filij Abraham, non esse referendum ad Christum sed ad Dauidẽ.* Ego equidẽ Caietanũ secutus verba illa, *Filij Dauid Filij Abrahã* existimo non esse referenda ad Christum, vt significetur, messiam filium esse Abrahæ: sed ad Dauidem ipsum, vt signetur filium Abrahę extitisse. Ac si diceretur, *Liber generationis Iesu Christi Filij Dauid,*

qui filius fuit Abraham. Si enim voluisset Matthæus edocere Iesum filium fuisse Dauid & Abraham, quæ de causa *filij* verbum non venustè iteraret, cum sufficeret Filij Dauid & Abraham? Doctis frequens Hebræorum hæc
1. Paral. 4. in re consuetudo. Consule 1. Paralip. caput quartum. *Ziza quoque filius Sephai filij Allon, filij Idaia, &c.* Num Ziza significatur Sephei simul Allon, & Idaia filius? Minimè; sed significatur Zizam filium fuisse Sephei, qui Sepheus filius fuit Alloo, hic autem Idaia filius. Christus ergo filius Dauid, qui Dauid filius fuit Abraham. Hinc constat quare Euangelista Dauidē præposuerit. Nā cum expeteret ostendere Christum præcipuè Dauidis esse filium, priùs Dauidem nominauit. Vt autem simul ostenderet Iesum ortum etiam duxisse ex Abrahamo, cui promissio quoque facta fuerat, addit Dauidem Christi parentem filium fuisse Abrahami. Sensus itaque verborum est. En Librum de Christi generatione filij Dauid, qui fuit Abrahæ natus.

11. *Mystica Hugonis ratio.* Mysticam Hugonis Card. causam, quare Dauid iunior Abrahæ seni præponatur, non prætereibo. *Quia profundius fuit peccator Dauid, ideo vt ex misericordia ostendatur natus, Dauid peccator iusto Abrahæ preponitur.* Quam quidem paucis illustrandam assumo.

IV.

Dauid peccator iusto Abrahæ præponitur.

Quia Iesus ex misericordia natus, ex peccati occasione ad miserendum allicitur.

12. *Christus ex misericordia natus.* Hugo. VT *ex misericordia (ait) ostendatur natus,* non ex iustitiæ debito. Ac si diceret. Nō Christi natiuitas debita videretur hominum iustitiæ, noluit Iesum Abrahæ filium sed Dauidis nominare, *Filij Dauid.* Natus itaque Christus ex misericordia, non ex debito. Nec gratitudinem debebat Dominus homini, omnino ex misericordia natus est.

13. *Iure misericordia innocens occasio est Deo ad miserendum.* Basil. Seleu. Quid, quæso, diuinæ munificentiæ cū peccato? Porrò talis Dominus, vt quasi debeat misericordiam iniquitati. Pulchrè D. Basilius Seleu. orat. 38. *Deus nobis compassus est, si hoc de illo dicere licet, cui ingenitum est non pati: & iras iure debitas in charitatem vertit indebitam.* si iure debitæ iræ, quonam iure iustissimus Deus in indebitam vertit charitatem? Quonam iure qui nescit pati nobis homo factus compassus est? Iure planè misericordiæ, quo vel impietas occasio est pietati diuinæ ad miserendum.

14. *Quia profundius peccator Dauid, parēs Iesu efficitur?* Psal. 24. Hugo. Ipse felicissimus parens Iesus Dauid inclamitabat, *Tu propitiaberis peccato meo, multum est enim.* Psalm. 24. Ac si profundior malitia opportunior misericordiæ esset occasio. Quod Hugo contemplabatur cum diceret. *Quia profundius fuit peccator Dauid, ideo ex misericordia è Dauide natus.* Quasi diceret, quia Dauid totius iniquitatis est profundo immersus, ex Christi natiuitate, peccati accepit propitiationem, *Multum est enim.*

Pugnant duo Geneseos testimonia. *Videns Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, pœnituit eum, quod hominem fecisset, & tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominē, &c.* Gen 6. *Nequaquam vltra maledicā terram propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescentia sua.* c. 8. Quid ò Domine, castigas, quia cuncta cogitatio cordis humani in malū prona sunt; & parcis, quia sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt? Vndenam huiusmodi effectus æterni mutatio? Profectò Arca Noëmi Christi nouam progeniē præsignauit, Augustino, & aliis Doctoribus attestātibus. Ante Christi aduētū ius rigoris præualebat. At quia Iesus ex misericordia natus, ex Dauide profūdo peccatore progenitus, occasio est iam ad miserendum, quod ad puniendum permouetat. Hildeb epist. 15. *Quasi Deū inuenire propitium, mereri sit iniquitas.* Propitiatur enim factus homo peccato Dauidis, multum erat enim. 15. *Vt nasceretur Iesus, quodāmodo ex maiori hominū malitia allicitur.* Gen. 6. Gen. 8. Hildeb.

Chananæa illa clamosis vociferationibus Discipulorū aures obtūdebat, eis autē rogantibus, vt dimitteretur, ne voces mulieris sequētibus molestæ essent, Dominus inquit. *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël.* Fœminæ autem. *Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus.* Attamen quando magis illa digna vt dimitteretur & quia gentilis, & quia dierum malorum inueterata, canis dū esset ad filiorū panem admittitur. Annon quia inclamitauit, *Miserere mei Domine, fili Dauid.* Mat. 15. igitur eū omnino dimittenda mulier ab hominibus, imò ab ipso Domino iudicatur, admittitur; quia Christus profundi Dauidis peccatoris filius ad miserendum ex ipsius desperatioris peccati occasione allicitur. Iam acumē Chrysostomi reuelatur ad illa Apostolorū verba, *Dimitte eam. Æstimo Discipulos ad calamitatem mulieris esse tristatos; sed tamen non sunt ausi dicere: Da ei hanc gratiam, sed Dimitte eam. Sicut & nos cum volumus alicui persuadere, multoties contraria dicimus.* Expetunt Discipuli fœminam subleuari, quod vt consequantur, contrarium à Domino efflagitant, ostendentes Chananeam esse prorsus miserationis indignā. Ac si filij Dauidis ingenium dignoscerent, in hoc vtique natum, vt magis indigno, ac desperato peccatori vberiori sæpè miseratione subueniret. *Miserere mei fili Dauid.* 16. *Cū pe caret plus indignus est venia, tūc Dauidis filius subuenit.* Mat. 15.

Profectò Discipuli hunc postulandi morem ab ipso Spiritu sancto didicerunt. Ait enim Paulus. *Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Rom. 8. Quinam hi gemitus inenarrabiles? Gemitus planè, quos difficile est aperire mysteria. Nam si verba expendas, contrarium videntur postulare. Pro illa dictione *inenarrabilibus*, alij legunt, *Contrariis.* Ac si dicat Paracletus pro peccatoribus postulat gemitibus, seu orationibus contrarius. Quid ea perit? Peccatores Dei venia donari. Cur ergo Paracletus, seu aduocatus noster nō vtitur gemitu proprio. Donentur venia: sed, Eis minimè parcas; quia iniquitate per grauantur? Quia scit Verbum caro factum, qua filius Dauidis tunc proniori affectu ad miserandum adducendum, cum 17. *Spiritus aduocatus noster postulat pro nobis gemitibus contrariis vt Dauidis natus magis indignus misereatur.* Rom. 8.

Chrysost. hominet plus miseratione indigni proponantur. *Sicut & nos* (aiebat Chrysost.) *cum volumus alicui persuadere, molestias contraria dicimus.*

IN DEIPARAM SINE LABE CONCEPTAM

PANEGYRICVS PRIMVS CIRCA LITERAM,

Ex Libri Titulo ac Prœmio.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba

Liber generationis.

Liber Marianus sine væ Dei Filij manu scriptus.

Vbi innuitur, illum verè Deiparæ Conceptionem celebrare, qui omnino à culpa curat abstinere.

18. *Maria Liber est, in cuius capite, seu Titulo scriptum à primo conceptionis instanti Deo paruisse.*

PRÆMITTO Caietanum profantem. *Matthæus proponit titulum libri, ascendo, liber generationis: &* (in modū Prœmij) *totius libri materiam explicat.* Igitur Tituli huiusce Libri Prœmiique mysteria aperiamus. Etenim Richardus de sancto Laurentino lib. 12. de Laud. Virg. verba hæc, *Liber generationis Iesu Christi*, de Deipara interpretatur. *Liber* (inquit) *generationis Iesu Christi hic est. Sed quia quod exponitur de Christo, potest exponi de B. Virgine, Liber generationis Iesu Christi hoc est.* Hinc equidem originalis puritas Mariæ adstruitur. Audi Dauidem Christi gerentem personam, *In capite Libri scriptum est de me, vt facerē voluntatem tuam, Deus.* Psal. 39. Caput Libri Dominici est conceptio, à qua omnis œconomiæ Domini gloria deriuatur. Christus in conceptione tam obediens Patri, vt nullatenus inobedienti adhæserit protoplasto. *In capite Libri* (inquit D. Ambros.) *scriptum est de Christo, quod venturus esset, vt Dei Patris faceret voluntatem, quando Euam in specie Ecclesia ad hominis adiumenta formauit.* Liceat immutare. *Quando Euam in specie Mariæ ad hominis adiumē a formauit.* Obediens enim secunda Eua Maria, Dei executa est voluntatem, hominū auxilio operam impendens. Itaque si Maria liber est, Richardo authore, in huiusce Libri capite, hoc est, in primo Marianæ vitæ tractatu, in conceptione Dei obediēs volūtati, omnino ab Adamo & Eua abstracta Christi conceptionem imitatur.

Caiet.
Richard. Laurent.
Psal. 39.
Ambr.

19. *Maria Liber est, sed in morem folij vnius secti à multitudine infectorum.* Isa. 8.

Ad Isaiam Dominus, *Sume tibi Librum grandem, & scribe in eo stylo hominis.* Isa. 8. Quæ Richard. Laur. Deiparæ accommodat, *Liber iste Maria, & dicitur Liber grandis dignitate, scientia profunditate, multimoda difficultate, sententiarum inscrutabilitate, & omnimodâ vtilitate.* Pugnat profectò aduersùs purissimam Deiparæ conceptionem particula illa. *Et scribe in eo stylo hominis.* Quid enim humano stylo scribitur, quod humanę labis non deturpetur atramēto? Porrò Epiph. hæresi 30. ab huiusmodi nos expediuit difficultate. Legit enim locū illius dictionis, *Sume tibi Librum grandem. Accipe segmentum chartæ recentis.* Quonammodo Liber grandis Maria si segmentum, si folium dissectū à reliquis foliis inspiciatur? Imò ideo Liber grandis est. Si humano stylo folia Libri assolent defœdari, segmentum Libri sit Maria, à reliquis infectis hominibus ipsa purissima abstrahatur, ne communis labis vitio, quādo omnes in Adamo delinquūt, deturpetur. Pulchrè planè Epiphan. *Accipe Librum, id est, segmentum chartæ recentis. Vbi segmenti vsus est vocabulo, quod etsi viri semine propagata sit Virgo, ea tamen fit à naturali hominum consuetudine velut secta.* Liber est, sed nō ille, in quo communis infelicitatis carmen scriptum, sed velut charta recens, noua quidem, vetustate ablegata, ab hominum infectorū secta multitudine. En Mariani Librum grandem dignitate, scientiæ profunditate, &c. ac simul chartam vnicam, seu folium sectum, ne communis culpæ labe inficeretur. Haud hic hominis stylus, sed spiritus inscriptoris, fante D. Antonino, 4. p. tit. 15, cap. 5. *Scriptor huius Libri fuit optimus, quoniam Spiritus sanctus, qui omnium est Artifex, & omnium habet sapientiam.* Nec enim Deipara Liber, in quo sapientia, id est, Christus scriptus est, stylo hominis scribendus, sed eodem stylo scriptus, quo ipsa Sapientia fuit libri huius purissimis in foliis exarata. *Beata* (adiicit ille) *Maria Liber fuit, quia continuit in se diuinam sapientiam, id est, Filium Dei, & ex hoc innuitur totalis eius puritas, scilicet in anima, & corpore.*

Richard.
Epiph.
Haud in Mariano libro stylus hominum, sed Spiritus sancti scriptoris.
Anton.

Audi Iob, *Librum scribat* ipse, qui iudicat. cap. 31. Vbi Richardus Laurentinus, *Hic est Liber scriptus a nostro Iudice, de quo dicit Iob qui ist desiderans ortū Mariæ, Librum scribat ipse, qui iudicat, id est, Filius cui potestatē dedit Pater iudicium facere.* Expetens ergo Iob Mariæ conceptionem Filij futuri Iudicis equidem potentia perficiendam esse prophetauit, ne legi communi subiaceret. Quid enim speciale in ortu, seu conceptione Mariæ rutilat, si in Libro hoc lamentationes, & væ scriberentur? aut cur manus Verbi scriptura Librum hunc peteretur à Iobo? Quod si in Libro Ezechielis scriptæ erant lamentationes, carmen & væ, hæc non conueniunt huic libro, (ait Richardus) *Lucifer enim in sua natura scripsit væ, & hoc indelebiliter. Adam in sua natura lamentum, sed delebiliter. Sed in libro isto indelebili-*

20. *Iudex ipse Librum Marianum scripsit sine væ, non ipsa lamenta.*
Iob. 31.
Richard.

ter

ter scriptum est carmen, & hoc sine væ. Quando homines scribunt & Angelus nequã, væ pagina redundat, quando autem Iudex Verbum scribit sine væ dulcia carmina insonant. Librum scribat ipse, qui iudicat.

21. Monuerim Marianum librum cum profectò legendum. Cùm enim omnimodam Deiparæ innocentiam contemplaris, ad ipsius imitationem teneris assurgere. Audi Libri huius lectionem inclamantem, *Qui audit me, non confundetur, & qui operantur in me, non peccabunt.* Eccl. 24. Ac si diceret Maria; qui legit libri huius innocentiam, ab omnique contagione peccati me immunem aspicit, minimè delicto contaminari debet, Non *peccabunt.* Id quod egregiè Richardus Laurent. ponderauit. *Fœlix ille, qui de libro isto quantulamcumque lectionem quotidie memoria commendabit. Et hoc est, quod dicit liber iste de seipso Eccl. 24. Qui operantur in me secundum quod doceo, non peccabunt.* Qui igitur abstinet à delicto, verè Festum celebrat Conceptionis.

Fructus lectionis Mariani libri, si- ne væ sit, à peccato absti- nere.

OBSERVATIO II.

Ad illud verbum:

Generationis.

Mariæ conceptioni purissimæ Christi purissima conceptio assimilatur.

Vbi quàm filij parentibus similes.

22. HÆREO adhuc illi sententiæ Richardi lib. 12. *Quia quod exponitur de Christo, potest exponi de B. Virgine, potest dici liber generationis Mariæ.* Si generatio Mariæ Christi generationem imitatur, procul dubio inenarrabilis est.

Richard. Laur.

23. Isaias proclamat, *Generationem eius quis enarrabit?* cap. 53. Quæ verba Richardus & Christo & Mariæ accommodat iuxta sententiam suam, *Quod exponitur de Christo, potest exponi de Virgine.* Loquit ergo lib. 4. *Generationem eius quis enarrabit? Eius, id est, Christi; vel eius, id est Virginis.* Quare inenarrabilis Christi generatio? Annon *quia abscissus est* (adiicit Propheta) *de terra viuentium?* Quidnam Christum abscindi? Respondet Procopius. *Si generationis modus quæratur, ideo enarrari non potest, quod tollitur à terra vita eius, id est, quod eorum qui in terra degunt, ipsa eius sit in carne longè vita excelsior, qui solus peccatum non admisit.* Inenarrabilis itaque generatio Iesu, quia ita ab humana ortus est propagine, vt nullam humanitatis contraxerit maculam. Ergo si Mariæ generatio inenarrabilis prędicãda, ideo planè, quia sublata fuit adeò à terra vita eius, vt nullo terreno puluere fuerit infecta. Inenarrabilis prorsus generatio Mariæ, quia abscissa omnino *a terra viuentium.*

Generatio Mariæ Iesu generationi assimilatur, quia sublata fuit omnino à terra vita eius.
Isai. 53.
Richard.
Procop.

24. Profectò debuit puritas vtriúsque generationis copulari, quia communi labe infecta generatione Mariæ, quodammodo posse modum Iesu generatio affecta infectione videretur. Apud Matthæum Filius ipse, *Non potest arbor mala bonos fructus facere.* cap. 7. Si arbor Mariana ex radice infecta, quonammodo bonum Christi fructum parturiret? Audi Hugonem Victori. Apol. de Verb. incar. cap. 3. *In cælo qualis Pater talis Filius, & in terra qualis Mater talis Filius. In cælo imago Patris, in terra imitator Matris. Talis ergo Agnus qualis Mater Agni, ex mundus mundus. Non enim potuit arbor bona malum fructum facere, quoniam omnis arbor ex fructu suo cognoscitur.* Quid illustrius?

Fructus immaculatus prodit Iesus ex Maria arbore non infecta.
Mat. 7.
Hugo. Vict.

25. Particulam adiicit Hugo ponderãdam. *Radix integra, ramus incorruptus.* Id est, Christus incorruptus ramus exortus est ex Mariæ integra radice. Nam si ex infecta radice ramus prodiret incorruptus, iam arbor mala bonos fructus emitteret. Igitur vt Christi generatio purissima prodiret, priùs Mariæ generatio sine macula præparatur: vt queam adfirmare Christi generationem iam inde in Virginis conceptione figurâsse. Matthæus sic, liber generationis Iesu Christi. At postea, *Christi autem generatio sic erat.* cap. 3. Cur non dixit, *sic est?* Quia vt ostenderetur huiusce cõceptionis puritas operæ pretium fuit innuere iam inde à generatione Virginis initium duxisse. *Erat* Christi generatio in radice, in arbore Mariana, antequam prodiret in lucem. Pulchrè D. Chrysost. apud Thom. in Cat. *Ac si dicat Euangelista: Generatio quidem eorum Patrum quos exposuimus, sic fuit, quemadmodum retuli, (genuit, genuit &c.* per generationem primâ labe deriuatâ) *Christi autem generatio non sic, sed ita erat. Cùm esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph. Quasi enim aliquid nouum dicturus, præmittit modum generationis dicere, &c.* Profectò huiusmodi immaculata generatio erat in Maria quasi in radice minimè infecta, vt ex integra radice ramus incorruptus exoriretur. Vnde ipse Dominus Ambrosij ex ore ad Psalm. 40. profatur Deiparæ. *Generationis meæ in te priuilegium recognosco, quem nulla potuit macula inquinare peccati.* Ac si diceret, Quod ego naturaliter habui, id ô parens ex meo habuisti priuilegio, vt ego ex arbore immaculata omninò expers maculæ prodirem.

Christi purissima generatio quasi adstruitur in purissima Conceptione Mariæ.
Hugo.
Mat. 3.
Chrysost.

26. Imo ideo (sic fari liceat) inenarrabilis generatio Iesu prædicatur, quia sine macula ab immaculatâ Matre duxerit ortum. Rursum expendo Prophetæ vaticinium. *Generationem eius quis enarrabit, quia abscissus est de terra viuentium?* Isai 53. Ac si diceret, Inenarrabilis prorsus generatio Iesu purissima, quia de terra viuorum, non quidem de mortuorum communi clade terra exortus. Bellè Rupertus lib. 2. in Isai. cap. 19. *Ineffabile, quod de carnis generatione hoc recte dictum intelligitur, qui abscissus est de terra viuentium, de terra, inquam, non morientium, siue non mortuorum morte peccati, quia omnes in Adam mortui sunt; sed de terra viuentium, id est de terra virginea per sanctum ei irritata Spiritum abscissus est.* Viuit igitur Maria à primo conceptionis instanti, vt non mortua peccati morte possit appellari, & ex viuente semper viuens semper ac inter mortuos liber

Ex terra viuente semper Christus semper viuus exortus.
Isai. 53.

dominus oriatur. Colligas hinc obsecro, quàm plerumque filij parentibus assimilentur, quàm eisdem infirmentur morbis, si qualis parentum arbor, tales fructus appareant.

Observatio III.

Ad illud verbum

Iesu Christi.

Nomen Iesu Mariam ab originali contagio præseruauit.

Vbi de grato animo dulciter liberatoris nomen proferente.

27.  DDITVR apposité communi generationi, scilicet Iesu & Mariæ *Iesu Christi* vocabulum, vt innuatur, gratiam illam, ac priuilegium à Deipara acceptum virtute nominis Iesu.

Iesu nomen solam instar unguenti, præseruauit Mariam, reliquos Diuos curauit. Cant. 1. Episcop. Chrisop.

De quo sponsa, *Oleum effusum nomen tuum.* Cant. 1. L X X. pro oleo, *unguentum* apposuere. De quo Christopolitanus Episcopus ad Psalm. 44. fatur. *Nomen tuum est odoriferum sicut oleum aromaticum & effusum.* Porrò vnguentum hoc confectum affirmat ex myrrha, & balsamo, aliisque speciebus aromatum, vt sit *ratione myrrhæ ab omni corruptione præseruatiuum*, & ratione balsami curatiuum. Itaque nomen Iesu solam Mariam præseruauit à cōtagio communi. *Primò illud nomen præseruauit Virginem matrem suam ab omni culpa tam originali, quàm veniali. Sed omnes alios fideles sanauit, & curauit ab originali, licèt quosdam præseruauit ab actuali, sed alios omnes sanauit, & curauit ab originali, & veniali, & mortali. Et sic nomen Iesu fuit, præseruatiuum, & curatiuum.*

28. *Nomen Iesu fecit Mariā à conceptione beatam prædicari.* Luc. 1. Gers.

Quam quidem Dominici Numinis gloriā dulci carmine Maria celebrauit, *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.* Luc. 1. Vbi Gerson tract. 5 ait *Nomen Dei singulariter inter omnes creaturas emicat in Maria, quæ illuminans & illuminata per interpretationem nominatur.* Quid singulare in Maria ex Iesu nomine? *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna sanctum nomen eius.* Triplicem Cancellarius memorat beatitudinem Mariæ ex Iesu nomine deriuatam, *Beatam respice primo modo, dum ab instanti creationis spiritus sui initiatum est matrimonium cum æterno Sponso per arrham, &c.* Quia igitur sanctum Filij nomen adfuit, beatam me ex immaculata Conceptione homines prædicabunt, in splendoribus sanctis exortam *Nomen Dei singulariter emicat in Maria, quæ illuminans, & illuminata nominatur.*

29. *Nomen Iesu de longinquo venit, quia preces de prim. instanti conceptionis Marianæ.* Isa. 30.

Spiritus audiatur Sponsus. *Mulierem fortem quis inueniet, procul, & de vltimis finibus pretium eius.* Prou. 31. De vltimis finibus seu terminis vitæ Deipara laudatur, de vno conceptionis fine, de altero obitus. Vndenam Maria de Conceptionis termino commendabilis, de illo inquam remotissimo fine, seu primo vitæ instanti? Audio Isaiam proclamantem, *Ecce nomen Domini venit de longinquo*, cap. 30. E longinquo nomen Domini venit? An de illo remotissimo conceptionis Marianæ fine, seu termino, vt fortitudine donaret fœminam ad culpæ originalis hostem superandum, vt mulier fortis valeret appellari? Ita asserit Richardus Laurentius lib. 6. de Laud. Virg. fatus. *Dicitur procul, & de vltimis finibus pretium eius, id est, fortis Mulieris, scilicet Mariæ pretium Christus Iesus, vnde dicitur ei Isaiæ 30. Ecce nomen Domini venit de longinquo. Procul*, id est in primo Marianæ conceptionis instanti nomen Iesu pretium pro Matre effectum, ipsam à tyrannide culpæ præseruauit. *vere Christus* (concludit) *pretium Mariæ, quæ eam reddidit pretiosam.* Richard. Laur.

Adhuc pondero particulam illam: *Procul, & de vltimis finibus* Iesus Mariam liberauit, priusquàm conciperetur in vtero. *Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur* Luc. 1. Ad quæ requirit D. Bernardus serm. 1. de circum. cur nomen Iesu ab hominibus vocatum est post Christi natiuitatem, ab Angelis autem priusquam conciperetur? Respondet, *Iesus Angeli Saluator, & hominis: sed hominis ab incarnatione, Angeli ab initio creaturæ.* Hominibus subuenit Iesus post casum, Angelis ab initio creationis. Proh Iesu Mariam liberantis gloriam! Ei subuenit vt Angelo *ab initio creaturæ*, in primo scilicet Conceptionis instanti Iesum Saluatorem appellauit. *Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo*, aliter *Iesu meo* Luc. 1. Anima enim seu spiritus Mariæ in illo conceptionis instanti à captiuitate præseruatus grato affectu liberatoris nomen concelebrat; vt & ab Angelo, & ab Angelorum Regina vocetur Iesus priusquam in vtero conciperetur. Vides Mariam, & Angelos ab initio suæ conditionis Iesum Saluatorem grato ore proferre, & à tanti liberatoris laudibus conticescis? Ingrati certe animi est, post ingens beneficiū acceptum tam profundo silentio vti, vt saltem Saluatoris nomen pia vociferatione non profundas. 30. *Maria subuenit Iesus, vti Angelis ab initio creaturæ.* Luc. 1. Bernard.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Filij Dauid Filij Abraham.

Iunior Dauid contra naturæ leges seniori Abrahæ prælatus, asserit Mariam haud naturæ, sed gratiæ legibus subiacere.

Vt discamus non conqueri, dum videmus nobis præferri, qui post habendi videbantur.

EX Hugone Card. ostendi Dauidem Abrahamo præpositum esse, quia profundus peccator. 31. Hugo. Card.

peccator. Profectò rerum ordine obseruato, ac currente natura iustus erat præponendus peccatori, licèr peccator ahàs canitie venerabili stiparetur. Adiicit tamen Cardinalis hoc effectum, vt iam ex misericordia negotium illud exeri appareret. Si naturæ contemplemur instantiam, Maria ab Adamo procedens debebat Adami infecta prodire contagio. At quia misericordiæ ac gratiæ agitur causa, contra naturæ leges ex Adamo procedens à communi labe exsurgit immunis.

32. *Immutata lege naturæ cælum Marianum honoratur Dei vtique præparatum habitaculum.* Gen. 1. Richard.

Richardus Laurëtinus ansam exhibet egregiæ excogitationi lib. 7. de Laud. Virg. *Maria cælum, quia primarium opus Dei, vnde Gen. 1. In principio creauit Deus cælum, & terram. Et ipsa primarium opus Dei dignitate, & præfiguratione.* Ad cuius expositionem operæ pretium est Geneseos indicatum testimonium exprimere. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* Certè si ordo naturæ sit obseruandus priùs terra exædificanda erat, quàm cælum, quia hoc tectum est terræ hominibus præparato habitaculo: priùs autem statuēdo domus pauimento opera impendi assolet, quàm tecto domus vtique capiti. Difficultatem calluit Procopius fatus. *Sed admirabile est, si quis hoc ædificium consideret, quod prius expandit cælum, deinde domum collocauit terram, quasi architectus quisquam* (vt exponat exemplo) *primò fastigium erigat, postea verò pauimentum paret.* Cur igitur sapiens architectus Dominus naturali pondere non adlatus fuit ad fundamenti exædificationem? Respondet pulchrè Doctor. *Siquidem Deus non subiacet naturali necessitati, nec artis consequio addictus est.* Elegit sibi habitaculum cælum, & ideo commutato naturæ ordine terræ præposuit. Planus iam sensus sententiæ Richardi. *Maria cælum, quia primarium opus Dei. Et illa primarium opus Dei dignitate.* Haud hîc requiras naturæ leges, sed artificis potestas & voluntas, honoratur, luce perfunditur, independenter à terra pauimento cælum tectum efficitur, quia nulla dependentia à naturæ legibus excogitanda, quando *Artifex non subiacet naturali necessitati.*

Procop.

33. *Maria, instar Ephraim minoris, benedictione immunitatis à communi labe donatur, quia futura parens Iesu.* Gen. 48.

Caligāti Iacobo Iosephus filios suos Ephraim & Manassem benedictione auita donandos detulit. Posuit Ephraim ad dexteram suā, id est, ad sinistram Israël, Manassem verò in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris. Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Ephraim minoris, sinistram autem super caput Manasse, qui maior natu erat. Quod cùm impedire conaretur Ioseph pro lege naturalis præcedentiæ dixit. *Non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius.* At Parens nil de lege naturæ curans totus pergit ad gratiam. *Scio fili mi, scio.* Gen. 48. Vbi Chrysost. *Prauidens futura, ita ei benedictionem faciam.* Si leges naturæ contemplere præponendus Dauidi Abraham, Manasses maior Ephraim minori. At gratiæ disponenti leges cedunt naturæ. Profectò Caietanus meum complet argumētum. *Frater eius iunior maior erit illo. Probauit res euentus, nam de Tribu Ephraim fuit Dux Iesus Naue.* Quàm appositè ob honorem parentis Iesu leges naturæ commutantur! Quàm iustè Maria Iesu veri futura parens ablegato legis naturalis prætextu, gratiæ ope à communi labe liberatur!

Chrysost. Caiet.

34. *Lux Mariana non est naturæ, sed gratia legibus addicenda.* Prou. 20. Richard.

An Maria Domina seruorum legibus subiacebit? Sub communi mensura lucernam cælestem contemplabimur? Richardus lib. 1. ad illa verba Prou. 20. *Lucerna Domini spiraculum hominis,* inquit. *Dicamus & nos, lucerna, Domina, id est, Maria, quæ illuminatrix & Domina interpretatur, quia peccator per eam respirat in spe veniæ.* Iam expendo Euangelicum testimonium. *Nemo* (Dominus ait) *accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio.* Luc. 11. Quidnam est lucernam sub modio poni, nisi conari gratiam exuberantem angustissimæ legibus subiacere naturæ. Ambrosius bellè lib. 7. *Lex intra mensuram est, vltra mensuram gratia.* Gloriam Mariæ luminaris vtique magni totius naturæ leges supereminere necessum est, quare sicut Dauid Abrahamo, gratia est naturæ præponenda. Hinc ediscas precor tua labia silentio obfirmare, cùm videris aliquem contra naturæ leges perpetuâ hîc felicitate donari, quia videbatur æterno addicendus opprobrio, Deus equidem scit fili, scit interna discutere merita, præsentiàque ac futura contemplatur.

Luc. 11. Ambr.

SECTIO SECVNDA.

Libri generationis Dominicæ Tractatus primus primam Thesseradecadem expendens.

TEXTVS.

VERS. 2. ABRAHAM genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius. 3. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar, Phares autem genuit Esron, Esron autem genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab. 4. Aminadab autem genuit Naason, Naason autem genuit Salmon. 5. Salmon autem genuit Booz de Rahab, Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem genuit Iesse, Iesse autem genuit Dauid Regem.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Thessaradecadum diuisione.

In tres quaterdenas generationum, genealogia Christi diuisa ab Euangelista. Matt. 1.

1. CRIPTVRVS Matthæus Christi generationis ordinem, eam in tres Thessaradecades seu quaterdenas partiri cogitauit. *Omnes itaque* (ait post Dominicæ generationis recensionem) *generationes ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum generationes quatuordecim.* cap. 1. Profectò vt quaterdena quælibet suum numerum minimè excederet, tres expulisse Reges ex genealogia coactus est, nempe Ochoziam, Ioam, & Amasiam. Sic Abulensis quæst. 17. *Dicendum, quod omissi fuerunt, quia repugnabant numero, quem intendebat Matthæus. Nam ipse intendebat facere tres distinctiones in Christi prosapia, & in qualibet ponere vnam quaterdenam generationum, & tamen si isti exprimerentur, essent decem & septem in secunda quaterdena.* (Abul.)

Quare id intendit Matthæus? Abul. Hieron.

2. Cur Matthæus ita consultò laborauit tres hasce diuisiones generationum adæquare? Respondet idem Abulensis Episcopus fatus, *Ratio autem ob quam Matthæus voluit hoc facere, fuit propter mysteria numerorum.* Et D. Hieronymus Prol. in Mat. fuisse Thessaradecades exeogitatas ab Euangelista, *vt & numero satisfaceret, & tempori.* Igitur in præsenti considerandi sunt numeri Tres, quia tres Thessaradecades; decem & quatuor, quia quælibet earum ex decem & quatuor existit. Igitur trium numerorum primus beatissimæ Trinitatis innuit mysterium. Secundus adnotat decem præcepta Decalogi, quæ leges ab ipsa natura indicæ sunt. Tertius verò legem gratiæ à quatuor Euangelistis promulgatam, & in quatuor latam Euangeliis designat. Nec non numerorum ordo attendendus; nam primus est ad Triadem spectans: secundus ad legem naturalem respiciens; tertius ad legem gratiæ protendens. Confirmo ex Lyrano sic Hieronymi sententiam versante. In eo quod scripsit genealogiam per tres quaterdenas, satisfacit numero, quia posuit numeros conuenientes Christi mysterio; quia per quaterdenam, quæ componitur ex decem & quatuor, significatur lex Christi, quæ decurrit per quatuor Euangelistas, & lex Moysis, quæ decurrit per decem præcepta; per ternarium verò repræsentatur mysterium Trinitatis. (*Vt satisfaciat numero.*)

Et vt tempori satisfaciat.

3. Adiicit Hieronymus, *Vt satisfaceret & tempori*: Quonam pacto Thessaradecadum mysterium tempori satisfaciat? Abulensis. *Satisfacit tempori, quia per tres quaterdenas significat tria tempora, scilicet ante legem, post legem, & sub gratia.* Quibus edocet Deus lege gratiæ Imperante, cuius Christus sceptrum super humerum in Orbem inuexit, reliquarum iam esse legum tempora deuicta.

Et vt quadraginta duarum Mansionum memoriam gereret. Hieron.

Ad huc Hieronymus, vt Matthæi mentem expédiat, asserit tres Thessaradecades quadraginta duas generationes præsentantes Mansiones significare, quibus deducti Israelitæ de Ægyptiâ seruitute desertum peragrarunt. Audiendus Doctor Epist. 127. ad Fabiol. *Mansiones à prima vsque ad vltimam numerantur quadraginta duæ, de quibus Matthæus loquitur. Ab Abraham vsque ad Dauid quatuordecim generationes, à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim, totidem a transmigratione vsque ad Christum, id est simul generationes quadraginta duæ. Per has* (adiicit) *currit verus Hebræus, qui de terrâ transire festinat ad cælum, & Ægypto seculi derelictâ, terram repromissionis ingreditur. Nec mirum si in eo numeri sacramento peruenianmus ad Regna cælorum, sub quo Dominus, atque Saluator a primo Patriarcha peruenit ad Virginem quasi ad Iordanem, quæ pleno gurgite fluens Spiritus sancti gratiis redundabat.* Ac si ad Virginem peruenire, idem sit ac ad Regna cælorum ascendere. Contestatur D. Isidorus ad Numer. cap. 1. sententiam D. Hieronym. transcribens. 4

§. II.

De Abraham & Isaac.

Cur Ismaelis & Esau mentio facta non fuerit?

ABraham autem genuit Isaac.] Annon & Ismael Abrahami filius? Ita planè, Cur ergo Ismaelis nullam fecit mentionem? Respondeo, *Quia prauis fuerit moribus.* Quapropter nec Esau filij Isaac memoria peragitur. Certe Chrysostomus hanc solutionem reprehendit, cum in eadem genealogia etiam adulterarum, & meretricum memoriam fieri videamus. Aptius ergo respondebo, quia Christus ab illis non descendit. Sic Chrysost. & Theop. Obiicis, cur statim inter filios Iacob non solùm Iudas, à quo Christus genus duxit, sed omnes etiam eius fratres: & inter Iudæ filios non solùm Phares, sed etiam Zaram nominati sunt? Facilè soluo. Fratres Iudæ ideo nominandi fuere, quia Patriarchæ suæ quisque Tribus quasi duodecim populi Iudaici, ac Christi Regni columnæ, quare in Apocalypsi eius Throno adstant. Nominantur ergo non tanquam Iesu parentes, sed tanquam Regni eius, & Reipublicæ coadiutores. Sequor Chrysostomum. Nominatur autem & Zaram ideo cum Phares, vt Iudaici ac gentilis populi mysterium significaretur, quia Phares & Zaram vno sunt editi partu? Gen. 38. Chrysost. Euthy. Theoph. putant propter mysterium populi Iudaici ac gentilis *sub duplici lege Mosaica & Euangelica veniens* factum putant. Annon eadem ratio in Iacobo 5

Chrysost.

Mens Authoris.

Cur nominantur Iudæ fratres?

Chrysost.

Cur nominatur Zaram? Gen. 38.

&

Gen. 45. & Esau locũ habuisset vno editis partu? Gen. 25. Habuisset planè, vnde ab hac sententia cogor recedere affirmans causam fuisse quod in partu Thamar prior Zaram extra vterum manum protulit, qua retracta prior Phares exiit. Contendere enim iam tum in vtero gemelli infantes videbantur, vter primogenitus, & Christi parens futurus esset. Voluit ideo Euangelista honorem illis quodammodo partiri, ita Phares in Christi generatione numerans, vt Zaram non penitus excluderet. *Magna enim* (ait Maldonatus) *laus fuit, quin parens esset Christi tam parum abfuisse.* Fateor quidem in Iacob & Esau simile quiddam accidisse, Iacob in vtero matris plantã Esau exeuntis tenente, quasi priùs nasci conaretur: sed non vicit Phares. Non vicit Iacob? Prior egressus Esau? Ergo, non ille erat in progenitorum catalogo numerãdus. Minimè planè, quia Iacob matris industriâ, Dei gratiâ, fratris culpâ primogenituram obtinuit.

Mald.

6. *Isaac Iesu typum gessit. Hebr. 11.*

Genuit Isaac.] Extitit hic typus Christi præclarus, Paulo doctore, *Abraham Isaac in parabolam accepit.* Hebr. 11. Hoc est in similitudinem, ac typum Messiæ. Quòd si Isaacum, ante quàm oriretur, Deus Abrahamo promisit, vnde Galat. 4. dicitur per repromissionem natus; Christus ante quam in Orbem aduentaret, Patribus est promissus. Centenario Abrahamo natus Isaac: Israëlitico populo centenario, seu confecto senectute ortus Messias. Sic Rupertus verba illa Genes. 17. interpretatur. *Putásne centenario nascetur filius? Quasi diceret,* (ait) *hactenus cum floreret rerum status, temporibus Regum nobilium non venit Christus; nunc senium quoddam generis Abraham (ablatum est enim sceptrum de Iuda,) putásne ergo nunc veniet, qui mittendus est?* Isaacum non naturæ vis, sed Dei repromissio generauit: Christum non naturæ facultas, sed Dei potentia ex Virgine produxit. Nomen Isaac risum sonat: Christus Orbis gaudium, fante Ruperto lib. 5. in Gen. cap. 33. *Hoc nomine rectè Christi felix natiuitas significatur, qui vniuersitati Sanctorum, quorum ex carne vera caro, & verus homo ipse est, sempiterni risûs, & interminabilis gaudij causa est.* Passionis prætereà Christi quænam illustrior imago? Præsignauit equidé gladij obsequutus ictui; nec perfecit: (authore Ambrosio ad cap. 9. Lucæ) *quia omnium non poterat abolere peccata.*

Rupert.

Rupert.

Ambr.

---

§. III.

De Iacob, Iuda, & Phares.

7. *Isaaci vnica nuptia.*

I*Saac autem genuit Iacob.*] Duxit Isaac vxorem vnam tantum modo Rebeccam, quã sterilitatis morbo laborante, alteram vir castissimus ducere noluit, sed precibus sterilitatem propulsari curauit. Hebræi ideo asserunt alium coniugium non iniisse, quòd fas non fuerit homini Deo consecrato vxores geminare. Certè Isaacum consecratũ Deo volunt, quòd Dei victima fuerit. *Deprecatus* igitur *est Isaac pro vxore sua, eò quòd esset sterilis, qui exaudiuit eum.* Gen. 25. Annuit imò precibus liberaliter, geminos enim vno partu Rebecca infantes edidit. Esau prior profectus ad lucem ruffus, ac toto hispidus corpore. Vnde quia ruffus Edon; quia hispidus Seir est appellatus. Secutus est Iacob exeuntis fratris plãtam manu tenens, quamobrem Iacob, seu supplantator nominatus. Quàm diuersa fratrum ingenia! Esau venator, & agricola euasit. *Iacob vir erat simplex.* L X X. πλάσσων, id est, non fictus. *Habitabat in tabernaculis*; hoc est in agris minimè vagabatur, instar Esau; sed domi se continens Deo & doctrinæ (Chaldæo Paraphraste adnotante) vacabat. *Iacob* (ille ait) *erat vir perfectus, minister domus doctrinæ.*

Gen. 25.

Iacob, & Esau oriuntur.

8. Adumbrant hi duo fratres duos populos Ierosolymam, & Babylonem. Esau improborum vmbra venator est, quia res impij caducas venantur, fante Gregorio lib. 5. Mor. cap. 7. *Praua mentes fugitiua hæc temporalia continuis cogitationum passibus sequuntur.* Agricola autem improbum terram colentem, non cælum expressit. *Amatores* (inquit Doctor) *seculi huius tanto magis exteriora colunt, quanto interiora inculta derelinquunt.* Iacob autem proborum imago in tabernaculis habitans, simplex planè depingitur. Quia (authore eodem Gregor.) *in tabernaculis habitare, est se intra mentis secreta restringere, & nequaquam exteriùs per desideria dissipare. Nam pia mentes per exteriorem curam à se exire pertimescunt. Omnes autem qui in curis exterioribus spargi refugiunt, simplices in cogitatione, atque in conscientiæ sua habitatione cõsistunt.* Quid sese in vtero gemini fratres colliderẽt? D. Aug. ser. 78 de Temp. *Sicut duo paruuli in vtero Rebecca collidebantur, sic in vtero Ecclesia duo sibi populi iugiter aduersantur. Boni enim lucrari volunt malos, mali vero extinguere cupiunt bonos: in Esau carnales intelliguntur, in Iacob vero spirituales. Maior seruit minori, Esau seruit Iacob, non obsequendo, sed persequendo, quomodo persecutores Martyribus: quomodo lima vel mallei auro; quomodo mola seruiunt tritico; quomodo panibus coquendis fornalia; quomodo in fornace artificis palea seruit auro, vbi palea consumitur, aurum probatur.* Igitur Esau omisso, solius Iacob in genealogiâ meminit Matthæus, ipse enim Christi progenitor extitit, Israëliticique Populi, qui ab eo genus traxit, & nomen; nam Iacob altero nomine *Israel* hoc est, *praualens Deo*, vel *fortis Dei*, vel *Dei Princeps* ab Angelo est compellatus.

Quanam futurorum vmbracula duo fratres pra se ferant.

Greg.

Ang.

Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.] 9.
Videlicet vndecim reliquos, qui Tribuum fuere capita, totiúsque Israëlitici populi fontes. Profectò Iudas cùm tres liberos Her, Onam, & Selam ex vxore iam suscepisset, duos alios ex Thamar nuru sua hoc casu procreauit. Primogenitus Iudæ Her Thamarem duxit vxorem, à Deo autem ob nequitiam percussus occubuit. Onam autem vxorem fratris demortui, aut de more, aut de lege, sibi coniugio copulauit. At Onam, ne fratri vitã fũcto filium gigneret, semen in terram profũdebat, quapropter Deo percussore interceptus. Quod cum siue mos, siue lex tertium fratrem Selam inire cum Thamare coniugij fœdus cogeret, & Iudas filio timens rem procrastinaret: Thamar

Iuda filij

mar prolis desiderio accensa, non libidine, ex socero Iuda liberos nota arte suscepit.

10. *Thamar ex Iuda parit geminos.* *Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.*] Cum igitur Thamar audisset Iudam in Thamnas proficisci, vestes queis viduarum more vti solebat, exuit, meretricium induit ornatum, in biuio sedet. Quid plura? Iudas transiens reputat meretricem, ex socero nurus concipit, intumescit vterus, nuncius ad Iudam fertur Thamarem esse grauidam, flammis Iudex illam iubet exuri; at cum ex armilla, annulo, & baculo, quem arrhabonem existimatæ dederat meretrici, quid actũ esset resciuisset, parcit. Parit Thamar geminos, Zaram vocatur vnus, alter Phares appellatur, ex quo Dauid genus ad Christum deriuauit.

11. *An Thamar deliquerit.* Num huiusmodi astu vtens deliquerit Thamar? Chrysost. hom. 62. in Gen. nec Iudam, nec Thamarem deliquisse hac in generatione arbitratur. Certum est vtrumque peccasse. *Omnis gloria* (ait Rupert.) *gentis Iudaicæ, cuncta nobilitas populi eius ex hoc flagitio profluxit, vt omne os obstruatur, & de meritis suis nemo glorietur.* Hieronym. & August. contestantur.

12. *Cur nullius piæ coniugis sit memoria, sed solummodo earum, quas Scriptura reprehendit?* Obseruauit D. Hieronymus in tota Christi genealogia, excepta sanctissima eius Matre, quæ necessariò fuerat nominanda, nullam sanctarum assumi mulierum, sed eas solùm, quas Scriptura reprehendit, nominari, Thamar, quæ se Iudæ habitu meretricis exposuit, Rahab quam Scriptura ipsa appellat meretricem, Ruth, quæ ante legitimas nuptias Booz ambiuit amplexum, Bersabee quæ cũ Dauide adulterium admisit. Quare igitur Saræ, Rebeccæ, Liæque non egit memoriam? Num vt appareat voluisse Christum de peccatoribus nasci, quia propter peccata veniebat? Ita Ambrosius, Hieronym. Euthym. & alij. Attamen non tacebor Vers. 8. ideo Euangelistam Reges Ochoziam, Ioam, & Amasiam silentio præteriisse, quod Iezabelis secuti essent impietatem. Quare facilius putarim, quod Sara, Rebecca, Lia, reliquæque & Iudææ & legitimæ fuerint vxores, ideóque opus non fuisse eas nominare; quia nemo dubitare poterat, filios, quos Euangelista recensebat, ab illis esse procreatos. De Rahab autem dubitare poterat, quia meretrix ex alienigena; de Bersabee, quia adultera; de Ruth, quia Moabitis; de Thamar denique, quia extra legitimum coniugium conceperat.

---

§. IV.

De Esron, Aram, Aminadab, Naason, Salmon, Booz, Obed, Jesse, & Dauid.

13. *De Esron filio Phares. Gen. 46.* P*Hares autẽ genuit Esron.*] Filius Iudæ Phares cum patre, & auo Iacob in Ægyptum descendit, vt constat ex Gen. 46. Is genuit Esron, vti ex eodem capite, & ex 1. Paral. 2. probatur.

14. *Esron autem genuit Aram.*] Ex Esron Aran, qui loco citato Paralipom. Ram appellatur, generatus est in Ægypto. *De Aram filio Esron.*

15. *De Aminadab filio Aram. Lyran.* *Aram autem genuit Aminadab.*] Filius fuit Aran siue Ram Aminadab, de quo Lyranus asserit cum populo Israelitico ex Ægypto egressum primum cum sua Tribu Iuda, cæteris formidantibus, rubrum mare tranâsse. Attamen verosimilius puto cum Abulensi in Ægypto obiisse. Si enim cum populus ex Ægypto discessit, ipse superstes, Princeps Tribus Iudæ extitisset, ac 1. Paral. 2. Princeps vocaretur. *1. Paral. 2.* Atqui eo loci non pater Aminadab, sed eius filius Naason Princeps vocitatur Iudæ Tribus. *Ram genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naason Principem filiorum Iuda.* Vides vtrumque nominari filium & patrem, illum autem, non hunc appellari Principem. Colligo igitur patrem vita functum, antequam Principatum Tribus Iuda in egressu ex Ægypto posset adipisci.

16. *De Naason filio Aminadab.* *Aminadab autem genuit Naason.*] Liquet ex 1. Paral. 2. Naason Principem fuisse Tribus Iudæ. Perspicuum fit ex Numer. 10. Mouerunt castra primi iuxta imperium Domini per manum Moysi filij Iuda per turmas suas, quorum Princeps erat Naason filius Aminadab.

17. *De Salmon filio Naason. Ios. 2.* *Naason autem genuit Salmon.* Principis Naason filius fuit Salmon, qui vxorem duxit Raab fœminã Chananæam, quæ Israelitarum abscondit exploratores, vti Iosue narrat historia cap. 2. Num fas Salmoni Chananæam fœminam ducere vxorem, cum cautum Deut. 6. ne Iudæi cum Chananæis coniugia inirent? Cùm Abulensi existimo haud Salmonem deliquisse, imo præclarè se habuisse, qui Rahab, quæ magnum in Israelitas beneficium contulerat, in matrimonium duxit, & beneficium coniugio compensarit. Scio planè lege illa cautum, ne quis vxorem duceret Chananæam idolorum cultricem; si autem Iudaismo hærens, ob magnum aliquod beneficium duci poterat.

18. *De Booz Salmonis filio, de Rahab que. An fuerit meretrix?* *Salmon autem genuit Booz de Rahab.*] Peperit Rahab Salmoni Booz. Quæris, an Rahab meretrix fuerit? Non fuisse suadet coniugium cum Salmone celebratum, quem virum ex Tribu nobilissimâ haud verisimile cum Ethnica fœmina, eâque meretrice matrimonio voluisse illigari. Ideo Lyranus ac Titelmanus asserunt meretricem non fuisse, queis morem gerens Pagninus, vt Scripturæ vocanti eam meretricem respondeat, inquit nomen hebræum זונה *Zonah* & meretricem significare, & cauponariam, seu ciborum venditricem. *Lyran. Titel. Pag.* Affirmo tamen meretricem fuisse; Capite enim Iosue 2. & 6. perspicuè meretrix appellatur. LXX. Interpretes asserunt meretricem. Paulus Hebr. 11. πόρνην vocat, id est fornicariam. D. Chrysostomus, Ambros. August. & Hieron. patrocinantur. *Chrysost. Ambr. August. Hieron.* Nec hæreas argumento ex Salmon nobilitate, quia vir nobilis iustè fœminam duxit, quæ tantum beneficium contulerat in populum, quæque cum fide vitam & mores commutâsset. Quid si affirmem à Deo id suggestum, vt Christi cum gentilitate meretrice, id est idola colente desponsationem præsiguaret?

19. *Booz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem*

De Obed & Iesse filio. *tem genuit Iesse.*] Grauius dubium insurgit, quomodo inter Salomonem & Dauidem (nam Iesse Dauidis parens) non nisi tres viri Booz, Obed, & Iesse numerentur, cum constet trecentos sexaginta sex annos intercessisse. Templum enim cœptum exædificari quadringentesimo octogesimo anno postquam populus excesserat ex Ægypto, quarto verò anno Regni Salomonis, 3. Reg. 6. (3.Reg.6.) Deme quatuor annos, quos iam Salomon post Dauidis obitum regnarat, 3. Reg. 2. (3.Reg.2.) & septuaginta, quos Dauid vixerat, 2. Reg. 5. (2.Reg.5.) & quadraginta annos, quos populus, antequam caperet Iericho, in deserto versatus fuerat, inuenies reliquos trecentos sexaginta sex annos. Equidem Lyranus (Lyran.) vt difficultatem solueret tres Boozes alium continenter post alium fuisse dixit. Non immeritò ab aliis reprehensus, Maldonato (Maldon.) authore; quia non solum ex Scriptura intentum nō probat, verum etiam contrarium ex Scriptura probatur. Nam Ruth. 4. (Ruth 4.) genealogia à Phares vsque ad Dauidem texitur, at vnus tantum Booz, sicut hoc loci numeratur. Facilè ergo respondeo, haud incredibile quatuor homines eius temporis, quo humana vita siue natura, siue temperantia longiùs tendebatur, trecentorum sexaginta sex annorum numerum exæquasse.

20. *De Ruth Moabitide matre Obed.* *Ex Ruth.*] Oppresserat fames domum panis, id est Bethlehem, ideo Elimelech Bethlehemites cum vxore Noëmi, duobusque filiis vberiora tunc temporis Moabitarum loca petiit; filij vxores duxere Moabitides, Chelion scilicet duxit Orphá, Mahalon autem Ruth. Vterque maritus in ea Regione obiit, obiit etiam pater; nec enim famis aciem fugientes, ægritudinis potuerunt ictus effugere Viro, filiisque orbata Noëmi in patriam Bethlehemū reuertitur, Orpha autem nuru apud Moabitas remanente, Ruth perpetua memoria digna fœmina priùs patriam, quam socrum deseruit. Bethlehemum vtraque petiit, cuius oppidi Booz Elimelechi consanguineus incola. Is vt consanguineo Mahaloni semen suscitaret, Ruth optimam fœminam quamuis Moabitidem sibi coniugio copulauit. *An Ruth Regis filia?* An Ruth filia Eglon Regis Moabitarum? Nonnulli, teste Lyrano, (Lyran.) asseruere, nec generosius eum socru ad Bethlehemum transitus abnegat. Attamē minùs veram esse opinionem socrus at nuri paupertas ostendit.

21. *De Iesse filio Obed.* *Obed autem genuit Iesse.* Ex Obed ortus est Iesse pater Dauidis. Porro Iesse sacris in literis tribus nominibus appellatur, Iesse, Isai, Nachas. Attamen Iesse & Isai idem esse hebraicè nomen affirmo. Apud Bethlehemum Iesse habitauit, filios octo progenuit, quorum Dauid minimus ex pastore à Deo in Regnum euectus, Ipso canente, *Elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium &c.* Psal. 77. (Psal.77.) Porro hinc Iesse humilis esse conditionis constat præcipuè cum Saul opprobrij causâ Dauidem filium Iesse soleret appellare. Electus tamen, vt esset radix Regni Christi. Exiturus enim erat flos de radice Iesse. Isai. 11.

22. *De Rege Dauide Iesse filio.* *Iesse autem genuit Dauid Regem.*] Quare Dauid solus Rex à Matthæo appellatur, cum multi alij Reges ab ipso numerentur? Respondeo quia primus, & quia perpetui Regni ei est facta promissio. 2. Reg. 7. & alibi. Nam & si Saul ante regnauerat, tamen ad Christi genus non pertinebat, vnde quasi non Rex; neque diuina voluntate, sed intemperanti populi studio electus, vt non Regni Dei, sed Iudæorum Rex fuisse videatur; quasi ad tempus à Deo concessus, dum Dauid, quem sciebat secundùm cor suum futurum, adolesceret.

---

§. V.

Solus Dauid Rex appellatur.

Quia solus ille verè Rex, qui Dei voluntati præstat obsequium.

IDeo putat Maldonatus Dauidem solum Regem nominari ab Euangelista meam confirmans sententiam, quia primus. *Nam & si Saul* (inquit) *ante regnauerat, quam Dauid clauum Regni teneret, tamen nec ad Christi genus pertinebat, &c. nec diuina voluntate Rex fuit.* Id est, haud se diuinæ voluntatis prætextui accommodauit, aliàs enim à Propheta est ad sceptrum inunctus. Profectò Rex ille non est, qui sese diuinæ non accommodat voluntati. Nec enim Regnum verè constat in conspectu Principis delinquentis. 23. Maldon.

24. *Qui Dei voluntati non paret, Rex non Rex.* Dominus ad Reges inclamat, *Audite Reges, auribus percipite Principes.* Iudic. 5. (Iud.5.) Num sermo specialiter ad Regni administratores? Profectò eis dirigitur qui verè Reges sunt, scilicet qui operibus se Reges esse manifestant. Origenes (Origen.) hom. 6. Sic Ecclesiæ Principes verum regimen edocet, *si exultas de nobilitatis titulo, disce quid agendo fias Rex.* Quasi qui Rex fuerit à natura assignatus sit non Rex, si non gerat id, quo Rex verè exsurgat. *Regem te omnium esse facit, si regnet Christus in te; si in te animus regnat, & corpus obtemperat; si vitia sobrietatis premas freno, meritò Rex vocaris, quia regis.* Qui non regit, qui Christi voluntati non obtemperat quasi non Rex, licet sceptro & corona potiatur.

25. *Rex improbus infatuat Imperium, vt Rex non Rex fiat.* Describens Moyses Regnum Nemrod, ait, *Fuit autem principium Regni eius Babylon.* Gen. 10. (Gen.10.) Quid Babylon? Ciuitas, vbi confusio regnat, vbi subditi non obtemperant, vbi lex ablegatur, vbi viget iniuria, vbi Rex minimè potest verè Rex nominari. Et vndenam tanta prodiit calamitas? Nemrod peccatis illigatur, & ideo regnans deturbatur à Regno. Pulchrè D. Ambrosius, (Ambr.) *Regnum peccatoris Babylon, id est confusio,* siue non Regnum; *eò quòd malitia, & potestas non in simplicitate, & puritate, sed in confusione vitiorum est.*

26. *Haud consistit corona sine lege.* Sacerdos Ioiada *produxit filium Regis regnaturum, & posuit supra eum diadema, & testimonium.* 4. Reg. 11. (4.Reg.11.) Quidnam diadema & testimonium Regis capiti apponi? Coronis scilicet & lege stipandum Regem Deut. 17 constat. Quid regium corona innuit, si Regni non adest testimonium ex legum obseruatione. Tolle testimonium, excidet è capite corona Rege in subditum commutato. Egregiè D. Cyprianus (Cypri.) lib. 12. abusi. *Principatus nisi*

Conditorem

ris, sed à summo cælo egressio eius. Respicit proximum hoc verbum, *A summo cælo egressio eius* Psalmi testimonium, *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius, nec est, qui se abscondat à calore eius. Lex Domini immaculata.* Psal. 18. Vbi Christus Mariæ tabernaculo hærens obiicitur, quod quidem tabernaculum Solis in morem à summo cæli egreditur obedientiæ fulgore insignis, quia legibus diuinis parens lege Domini immaculata liberatur à culpa. Legem hîc immaculatam vocito illam specialem legem, quâ reliquis pereuntibus peccati originalis macula, ab ea Deiparens Iesu filij potentiâ, sanguinéque præseruatur.

30. Ob inobedientiam Parentis omnes homines seruituti addicuntur. At ob secundi Adæ Iesu obedientiam Maria à seruitute, ad quam erat arripienda liberatur. Abrahamo dicitur. *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti. Tu autem ibis ad patres tuos in pace.* Gen. 15. De filiis terræ comparatis accipio seruitutem non de stellifera prole. Terreni filij tui seruituti addicentur, quia inobedientes; tu autem obediens Abraham, quem stellam feci obedientiæ fulgore rutilantem, ibis in pace, captiuitatisque communis cladē minimè subibis. Richardus Victor. Differentiam sacrificij Abrahæ & Mariæ euoluens, fatur. *Tu autem,* inquit, *ibis, in quem præ cæteris abundantiori gratia; ... in quem præ cæteris illuminans,* siue stellam parentem vtique stellarum constitui. *Tu ibis ad patres tuos in pace, immunis ab omni indigna, & dura seruitutis oppressione.* An quia stellæ instar illuminatus Abrabam, hac gratia donatur, vt à seruitute liberetur? Quid stellæ, quid Sol & Luna Mariæ? Angelus, Aue Maria, id est, *Domina,* ac simul *illuminatrix*, seu *stella* (totum id Mariæ nomen.) Ac si diceret, Domina ac stella, è qua Sol Dominus, haud timeat addici seruituti D. Petrus Chrysol. ser. 142. *Vocat Angelus Mariam, id est Dominam & stellam, vt Dominatorū genitricem trepidantio desperat seruitutis, quam nasci, & vocari Dominam ipsa sui germinis fecit, & imperauit authoris.* Sequuta profectò stella Maria parentis illuminati, seu stelliferi sortem, non seruilem terrenæ prolis conditionem imitata. Hinc edi scas quàm stellis obedientia cognata, quàm terræ inobedientia addicta. Porrò illa homines eleuat ad cælestia, hæc autem ad centrum terrenum proprio pondere supprimit.

Obedientia in Mariam facit Dominam, & stellam à captiuitate, instar Abrahæ stelliferi, immunem.

Gen. 15.

Rich. Vict.

Luc. 1.

Chrysol.

Observatio II.

Ad illa verba:

Abraham genuit Isaac.

Isaac celebrat Deiparæ in Conceptione exultationem, ex qua mundi lætitia.

Vbi edocemur, veram exultationem à conscientiæ puritate exoriri.

Aut. de Escobar & Mend. Tom. III.

Celebris *Isaac* nominis significatio, sonat enim *Risum*, vt vidimus. Et ait Deus ad Abraham, Sara vxor tua pariet tibi filium, *vocabisque nomen eius Isaac.* Gen. 17. id est, *Risum.* Mariæ hîc Conceptio figuratur, à qua væ culpæ omninò ablegatum est. 31.

Gen. 17.

Anputas Isaac risum excitasse post natiuitatem solummodo? Ante ipsam conceptionem cordis lætitiam excitabat. Audito nomine Isaac, Sara *risit occultè.* Imò antequam audiretur, Abrahamus ex tantæ lætitiæ præsagio ridebat, *Cecidit Abraham in faciem suam, & risit.* Gen. 17. Vbi Hieronym. apud Strabum. *Abraham risit, & post paulum sequitur, & vocabis nomen eius Isaac, qui risus interpretatur. Postquam autem ex risu Abrahæ vocatus est filius Isaac, legitur Saram risisse.* Proh superabundans gaudium, quod ante conceptum puerum iam parentum corda perfundit. Non solùm Maria Isaaci filia gaudium parit hominibus post natiuitatem canente Ecclesia, *Natiuitas tua Dei genitrix Virgo, gaudium annunciauit vniuerso Mundo*; sed in Conceptione lætitiæ communis parens est, ipsa Ecclesia clamante, *Conceptio tua Dei genitrix Virgo, gaudium annunciauit Vniuerso.* Ergo quia ibi non adest væ communis maledictio. 32.

Maria in conceptione gaudij causa est, sicut Isaac nomen ante natiuitatem.

Gen. 17.

Hieron.

Fateor Isaacum, licèt veram ex Maria lætitiam designasset, væ conceptionis immersū apparuisse; quia licet stelliferum semen futurum post Circumcisionem, tunc terrena conditione premebatur. At Maria nunquam non stellifera, *Orietur stella ex Iacob.* Num. 24. Conceptum Virginis designari passim apud Doctores reperies. Nunquam non stella Maria. Quid igitur? A primo conditionis instanti nobis peperit lætitiam. *Conceptio tua, gaudium annunciauit vniuerso.* Audiendus Richardus Laurent. lib. 1. *Videamus quare stella Maria? Propter excellentiam sui status.* Vnde Eccl. 24. *Ego in Altissimis habitaui. Excellens etiam fuit in ortu, nata est enim filia gratia, cùm omnes filij nascantur filij iræ, quod significatum fuit in hoc, quòd fuit plena Anna, quæ gratia interpretatur.* Pende illa verba: *Excellens etiam fuit in ortu.* Porrò illa coniunctio *etiam* innuit Deiparam ante ortum excellentem fuisse. Quando igitur excellens, nisi quando concepto fœtu accensum est magnum illud luminare, quod *in Altissimis habitauit.* Iam igitur inde à Conceptione Maria ridens stella. *Vnde dicitur* (adiicit pulchrè Pater) *etiam stella, quæ quasi ridere videtur, quia peperit gaudium nostrum.* Risus itaque Isaac, sed non sydereus, non cœlestis, qualis Mariæ, à cuius conceptu planctus omnino occasio ablegata. 33.

Maria in conceptione stella ridet, vt nos excitet ad lætitiam.

Num. 24.

Rich. Laur.

Proaudis audiendus. *Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion.* Psal. 47. Quidnam fundari montem, nisi eius radices terræ, instar arboris, collocari. Mariæ Richardus accommodat. Quando igitur Marianus mōs fundatur, quando primus lapis tantæ ædificationi statuitur, omnis Mundus exultat, *Exultatione* 34.

Conceptionis Marianæ lapis primarius statuitur totius orbis exultatione.

Psal. 47.

 ne

Zach. 4.

ne vniuersæ terræ. Exponitur carmen Dauidicum Zachariæ testimonio. *Et educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius.* cap. 4. In Originali legitur, *Et educet lapidem primarium cum clamoribus, Gratia, Gratia.* En nostræ exultationis in Deiparæ Conceptione materia, imo & ipsa exultatio. Cum Mariæ primarius lapis substernitur, possumus inclamare exultantes, *Gratia, Gratia.* Ibi enim væ peccati originalis locum non obtinet quia montem hunc, Vrbem dixerim Altissimi ipse ædificauit. *Ipse fundauit eam Altissimus.* Psal 86. Ampliùs significat verbum fundare, quàm ædificare. Asserit enim Vrbis Marianæ fundamentum, quod est Conceptio, dignum esse Altissimo Conditore. Petrus Comestor libel. de Deip. concep. *Ipse fundauit eam, ipse, non alius, non vetus Adam, sed nouus nouum iecit fundamentum, super quod tam præclarum, tam insigne surgeret ædificium. Alioquin si veteris ruinæ mansere vestigia; si veteri superædificatum est, vetus Adam, non ipse ædificauit eam Altissimus.* Huiusce igitur primarij lapidis collocationem lætitiâ immersi prosequimur, cuius causam profundimus, *Gratia, Gratia.*

Psal. 86.

Comest.

35. Contestatur Rupertus asserens totum Librum Cantici Canticorum Salomonis soli Deiparæ accommodari posse; *quia tota fuit cantabilis.* Quod si eandem vulnere Charitatis affectam audiuimus inclamare, *Quia vulnerata Charitate ego sum,* ampliùs Doctoris excogitationem illustrat, sola enim Charitatis vulnera sine væ tolerauit. *Duo vbera tua sicut duo gemelli capræ.* Cant. 7. Ad quem locum Rupertus contemplatur Mariam ex Ægypto non exsurgentem, sed nunquam inibi commorantem, *singulariter libera ab omni iugo peccati.* Vnde eius oculi columbæ, *quæ gemitum pro cantu habet, & Mariæ gemere dulce fuit, eo quòd mente esset vulnerata* charitate. Nos autem in Mariæ vberibus designati ex lætitiæ abundantiâ caprarum in morem exultemus, iuxta illud, *Montes exultauerunt sicut arietes, & colles sicut agni ouium.* Aliter *sicut gemelli caprarum,* non quidem in Mariæ exitu de Ægypto, ac domus Iacob de populo barbaro, sed in non ingressione, quando diuinitus captiuitatem Iacobeæ prolis Dominus potenter auertit, ne Mariæ dominaretur. Habes hinc verum risum seu exultationem à conscientiæ puritate exortum habere. Nec enim bene conueniunt peccati captiuitas & cordis exultatio.

Tota cantabilis Maria, de solo charitatis vulnere queritur.

Rupert.

Cant. 7.

Psal. 113.

Observatio III.

Ad illa verba:

Isaac autem genuit Iacob.

Iacob bis pugnax Marianæ Conceptionis victoriam repræsẽtat.

Vbi innuo, vel ab vtero hominem ab hostibus tentari: ad cælestiumque contemplationem carnis frænationem requiri.

Si quis aliùs, qui sunt Iacob addiscat, inueniet eos non inanes, sed plenos dispositionum. Ita Irenæus lib. 2. adu. hæres. cap. 38. Duplicem pugnam contemplabor immaculatæ Virginis victoriam præcinentem. 36.

Iren.

Capvt I.

De Iacobo supplantatore.

Primam pugnam expendit sic Pater. *In primis in natiuitate eius quemadmodum apprehendit calcaneum fratris, & Iacob vocatus est, id est, supplantator, tenens, sed qui non tenetur: ligans pedes, sed qui non ligatur; luctans, & vincens, tenens in manu calcaneum aduersarij, id est, victoriam.* Annon Mariæ præsignauit victoriam? Tenebat illa serpentis caput, sed non tenebatur è planta, frangens caput, non illigatis pedibus, luctans, & vincens. 37.

Iacob fratris plantam tenens in vtero Mariæ præsignauit de serpente triumphum.

Irenæ.

Vulgare illud Geneseos expendo testimonium. *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* cap. 3. caput serpentis comminuitur, pes autem Virginis nec percutitur, nec tenetur. Cur existimas pedem Deiparæ admorsum à serpente non fuisse? Profectò Euæ pedes ad morsũ, quia ancillæ in morẽ discalceata erat. Maria autẽ Regis filia calceata hiacyntho, iuxta illud, *Calceaui te hiacyntho.* Ideo sponsus, *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis!* Cant. 7. Quem locum sic euoluit Rupertus. *Idcirco ancilla Eua calcaneum a serpente admorsum, quia discalceata erat. Tu verò ô filia Principis probè calceata, serpentis caput contriuisti.* Liceat mihi in prolis tuæ gloriam, ô Princeps Iacob, te serpentis gerentem personã contẽplari. Dum Maria à non esse ad vterum pergit sub primo Conceptionis instãti plãtam illius tenere, & percutere curauit serpens, sed nec tenuit, nec percussit pedem percussurus in capite vulneratus est. *Tu verò ô Filia Principis, probè calceata serpentis caput contriuisti.* 38.

Probè calceata ad morsum non fuit, sed potius caput serpentis comminuit.

Gen. 3.

Cant. 7.

Rupert.

Quid serpens vulneratus? *Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine, & adiuuit terra Mulierem.* Apoc. 12. Conatus est serpens sumere à Muliere vindictam, eam originalis fluminis aquis absorbendo. At terra fœminæ auxilium præstitit; aperiens etenim os suum *flumium absorbuit.* An Babylonicus hic calix iniquitatis omnino erat exhauriẽdus, vt nec guttula remaneret? Terra igitur Mulierẽ adiuuit, dú totam iniquitatis aquam absorbuit. Omnes in peccato concipimur, calicem Babylonicum absorbemus, nec guttula Virgini exhaurienda remansit. 39.

A fluuio à serpente immisso Maria non absorbetur, quia terra fluuiũ absorbuit.

Apoc. 12.

Quid si fluuius ipse à serpente immissus non ausus sit ad Mariam Dei futuram parentẽ accedere; sed repentiuo recessu in Mariano conspectu euanuisset? Dauid cecinit, *In exitu Israel de Ægypto, Domus Iacob de populo barbaro: Mare vidit, & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Quid est tibi mare, quòd fugisti, & tu Iordanis, quia cõuersus es retrorsum?* Psal. 113. Vbi Richard. Victor. Tract. 1. c. 2. *Pulchrũ spectaculũ satisque iucũdũ videre aquã maris fugiẽtẽ, videre aquã Iordanis reuertẽtẽ: amarã recedere, dulcẽ refluere: amaritudinẽ deficere, dulcedinẽ redundare.* 40.

Fugit aqua amaritudinis à Maria, gratiarum vnda stagnatur in illa.

Psal. 113.

Richard. Victor.

dar. Mare omnimodæ amaritudinis initium originalis culpæ. *quid tibi, quòd fugisti?* Flumen aquarum viuentium, nempe omnium gratiarum, *quia tibi quod conuersus es retrorsum?* Profectò domus Iacob populi Barbarici à captiuitate præseruata haud ab immissis ore serpentino aquis obruitur, imo aduenientibus cælitùs gratiarum fluctibus plena conspicitur.

Capvt II.

De Aurora ascendente.

41. *Maria datur Patribus in solus testimonium, male autem testificaretur diluculi si ipsa tenebris offunderetur.* Gen. 32. Halgr.

Vidi præterea Iacobum certantem, à cuius arctis complexibus Deus nequibat expediri, douec roseam parenti Mariæ filiæ Conceptionem demonstrauit. *Mansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo vsque mane. Qui cum videret, quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Dixitque ad eum, Dimitte me, iam enim ascendit Aurora.* Gen. 32. Id expendit Cardinalis Hailgrinus apud Del-Rium. Cant. 6. *Per Iacob luctamen, Patres designantur, qui luctantes cum Domino precibus, obtinere Incarnationem Filij sui tali instantiâ velut quadam victoriâ nitebantur; sed eorum cœtui respondetur a Domino: Dimitte me, iam enim ascendit Aurora; cesset instantia vestri luctaminis, quia lux oritur, videlicet Virgo,* Emarcuit igitur neruum fœmoris Iacob, vt fœtus sanctitas innueretur, tunc Patribus Christum expectantibus Solem, & Deo Mariam Auroram offerente, terminato certamine; quasi lux Mariani exortûs omnino remota à tenebris iubaris Dominici firmaret aduentum. D. Brigittæ reuelatione confirmo. (Brigit.) ser. de Virg. excel. cap. 11. *O quam clarè enituit ista Aurora vtero Aurora consurgens, quando in ea Maria corpusculum per aduentum animæ viuificatum extitit: cuius ortum videre Angeli, & homines tanto desiderio desiderabant!*

42. *Culpa tenebra nec Iesu nec Mariæ lucem spectantis, ab illa omnino remota.* Iob. 3. Valen.

Iobum audiamus. *Obscurentur stellæ caligine eius, & non videat, nec ortum surgentis Auroræ.* cap 3. In cuius expositionem adnoto, illud surgentis *Auroræ* maximam quandam energiam continere. Non enim asserit Auroram iam exortam, id est Mariæ animum iam corpori copulatum, sed exoriri æthere clarescente in ipsa conceptionis instantia. Vnde Valentia tom 4. Disp. 2. q. 1. p. 1. asserit rei ortum initium cuiusuis rei appellari cõsueuisse, ortus Auroræ crepusculum est, seu *dubia lux* (vti aduertit D. Isidorus (Isidor.) lib. 5. Etym cap. 9) *hoc est, inter lucem & tenebras.* Iam Iobi testimonium vider lucem perfectam. Præmiserat conceptioni diei inuectiuam, *Pereat dies, in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo.* Dies igitur aptius noctes dixeris, conceptionis hominũ pereat, nec audeat Solis Iesu, aut Auroræ Mariæ tenebris communis rearus offundere claritatẽ. Accipe D Thomæ (Thom.) 3. p. q. 27. a. 2. ad 2. testimoniũ. Natalitij Mariani puritatem asserẽs, quod ad conceptionem alij accommodant. *Expectet lucem, id est, Christũ, & nõ videat; quia nihil inquinatum incurrit in sapientiam, quæ est Christus, vt* dicitur Sap 7. *Nec ortum surgentis Auroræ; id est B. Virginis, quæ in suo ortu à peccato originali fuit immunis.* In suo inquam ortu, id est, Valentia anthore, in crepusculo Mariani diei, in ipso Conceptionis articulo.

43. *Deus Mariã diluculo adiuuat.* Psal. 45.

Adhuc exponam. *Adiuuabit eam Deus manè diluculo.* Psalm. 45. Quid *manè diluculo?* Ad ortum primum diei, seu ipsius Auroræ crepusculum. Tunc Maria diuino fuit auxilio dotata, vt victoriam ab hoste reportaret Glossa ex Cassiodoro & Theodoreto (Cassiod. Theodor.) sic pulchrè. *Adiuuauit eam Deus, Mariam scilicet, manè diluculo. In ipso operis principio, & hoc diluculo, id est per operationem sancti Spiritus, qui est quasi diei, Manè ergo diluculò Maria adiuuatur, id est, celeriter, & velociter.* Ne scilicet auolante hostiliter peccati tenebrâ offunderetur.

44. *Maria munus ablegandi tenebras à Deo committitur.* Iob 38. Richard. Lauren.

Diluculum itaque initium Marianæ exædificationis est, seu primum instans conceptionis; imo ipsa Maria in gratia concepta diluculum meritò vocitatur. Planus iam locus apud Iob sanctum, *Numquid post ortum suum præcepisti diluculo, & ostendisti Auroræ locum suum.* cap. 38. Sic exponit Richardus Laurent. lib. 7. *In hac authoritate tangitur vtraque generatio, scilicet Christi, & Mariæ. Præcepit enim Dominus diluculo, id est B. Virgini, & illuxit, & ostendit Auroræ, id est B Virgini locum suum, vt terminaret tenebras, & inchoaret lucem.* Quàm incongruè Virgini munus ablegandi tenebras impenderetur, si ipsa caligaret!

45. *Culpæ originalis Maria noctem interfecit.* Ose. 6 Richard.

Denique Oseas, *Quasi diluculum præparatus est egressus eius.* cap. 6. Interpretatur Richardus de Mariæ puritate. *Diluculum dicitur ortus Mariæ, quia fuit diluculum diei gratiæ; quia vsque ad ipsam durauit nox, quam prima Mater in Orbem introduxit.* Et cuiusnam noctis Eua occasio nisi Originalis culpæ, quæ obruit miseros Adæ filios vsque ad Mariam? Quid igitur est durare noctem originalis culpæ vsque ad ipsam, nisi immunem fuisse à tenebris; alioqui nec ipsa adueniente tenebræ ablegatæ essent, cùm omnes post ipsam originalis culpæ tenebrâ offunduntur donec Baptismi cristallo abluantur. Duplex ex præfatis documentum habes. Primum quidem inde ab vtero hostem expectandum, si Esau vel fratrem parantem insidias expertus est. Secundum autem, ad cælestium contemplationem carnis petulantiam esse infrænandam, si Iacob vt videret Auroram diuinitus ascendentem fœmur præsensit vulneratum feruore carnis emarcescente.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Iacob autem genuit Judam, & fratres eius.

Iudas gignit Virginem Reginam verè liberam, vt Iesu, ac Angelis omnino liberis imperaret.

Vbi oſtendo fidelium ſubditorum Principem debere eſſe immaculatum.

46\. *Ruben typum gerens ſeruitutis non eligitur in Mariæ parentem.* QVARTO natus Iudas in Regem, ac Ieſu proauum eligitur, & Ruben ad primogenium à natura ſignatus detruditur à Regno. Haud mirum, ſi Ruben ob peccatum in parentem commiſſum paternam maledictionem deriuauit in filios. *Effuſus es ſicut aqua, non creſcas.* Gen. 49. Sic exponit Rupertus, *Quia erat primogenitus ipſe peccauit, & propterea benedictionem Sacerdotalem non promeruit, imo diminutionem acquiſiuit.* Illam pende particulam: *Non creſcas.* Ac ſi diceret, filiorum gloria comminuatur. Si poſteritas in parente ob culpam maledicta erat, quandam peccati Originalis ſpeciem referre videbatur, vnde ne filiam Mariam contaminaret, quarto natus Iudas eligitur tam benedictæ parês poſteritatis. Fauet D. Anſelmus *Ruben concupiſcentiam ſignificat, quia de eo in benedictionibus dicitur, Ruben effuſus vt aqua, quia quidem fluēs in concupiſcentiis fuit.* Annon Ruben primum originalis culpæ fructum oſtentat, ſcilicet cōcupiſcentiam, ſeu inordinatos libidinis motus? *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, &c.* De effrænatâ concupiſcentia Patribus explicantibus. Igitur qui originalis culpæ nos ad concupiſcentiæ ſeruitutem pertrahentis præferebat imaginem, non congruè Rex eligeretur Reginæ parens Mariæ omninò à ſeruitute præſernandæ.

Gen. 49. Rupert. Anſel.

47\. *Quomodo Angelorum Regina ſi Diaboli ſubiaceret ſeruituti.* Iudas ergo Rex Mariam Reginam tueatur. D. Brigitta lib. 1. Reuel. c. 16. *Tu es* (inquit ex ore Ieſu) *Mater mea, tu Regina cæli, tu es Regina Angelorum, tu es etiam Princeps ſuper Diabolum.* Vt verè Regina Angelorum Maria appellaretur, debuit Diabolum principatu ſubiugare Nec enim eius libertas optimè aſſereretur, ſi aliquando diaboli imperio paruiſſet. Quaſi enim integra libertate Maria non floruiſſet, ſi aliquando diaboli poteſtati ſubiaceret. Non dixit, *Tu es Regina hominum,* ſed Angelorum. Si hominum ſolummodo Regina, licèt aliquando libera non fuiſſet, decenter tamen dominaretur poſt libertatem eis, qui aliquando eadem ſeruitute fuerunt illigati. At Regina Angelorum nunquam preſſorum captiuitate debuit nunquam Diabolo paruiſſe.

Brigit.

48\. *Maria nunquam, velut Eua, deſcendit, nunquam ſeruitutem iniit, quia Angelorum nunquam deſcendētiū, nec ſeruorum Regina eſt effecta.* Audiatur ſponſus, *Quæ eſt iſta quæ progreditur, quaſi Aurora conſurgens?* Cant. 6. Anſam exhibet Richardus Laurent. illuſtri cogitationi fatus lib. 12. *Notandum quod Eua deſcendit, ſed Maria aſcendit, vnde ei competenter verbum tribuitur aſcendendi. Eua enim deſcendit per culpam inobedientiæ magis obediens ſerpenti, quàm Deo. Maria autem aſcendit cōtra culpam per gratiam, contra ſeruitutem Diaboli per integram libertatem; effecta eſt enim Regina Angelorum.* Eua equidem Regina hominum, vnde nil obſtat deſcendiſſe aliquando per culpam, nec Diabolo præſtitiſſe obſequium addicta ſeruituti. At Maria debuit nunquam deſcendiſſe, perfectâque fruitam eſſe libertate, quia non ſolum hominum deſcendentium, ſed & Angelorum, qui nunquam deſcendere, nec ſeruitutem contraxere, Regina conſtituitur. *Contra ſeruitutem Diaboli per integram libertatem; effecta eſt enim Regina Angelorum.*

Cant. 6. Richard.

Vt Maria ſubditum haberet Ieſū Deum & hominem, debuit quaſi Deitate profulgere. Proh Reginæ Mariæ gloria! Concinit Dauid, *Aſtitit Regina à Dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate.* Pſalm. 44. Rex Chriſtus vt præeſſet Angelis ac Mariæ immaculatæ omnino immaculatus conſtituitur Deus vtique naturâ impeccabilis, & immortalis, omninò à noſtræ fragilitatis puluere abſtractus. At Maria vt Angelorum ſit nunquam maculatorum Regina, vt ipſi Ieſu filio immaculato dominetur, quaſi Dea eſt ab humanitate remota, immenſa, immortalis. Accipe ex D. Athanaſio pulchram confirmationem, in Euang. de ſanctiſ. Deip. *Quandoquidem ipſe Rex eſt, qui natus eſt ex Virgine, idémque & Dominus, & Deus, ea propter & Mater quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè & verè cenſetur. Adeſt Regina à Dextris tuis in veſtitu deaurato, variegata, eò quòd ſecundum ſexum fœmineum Regina, & Domina, & Mater Dei appellari debet, eaque vt Regina aſſiſtens à dextris filij vbique regnantis quaſi in veſtitu deaurato incorruptionis, & immortalitatis.* Incorrupta ergo & quaſi immortalis debet conſtitui, vbique aſſiſtens velut immenſa, vt Chriſti filij Dei poſſit dignè Mater, & Princeps appellari. Itaque ſicut oportuit Angelorum Reginam perfectam Angelorum libertatem præ ſe ferre: ita debuit Maria Chriſti ſubditi immenſitatem, incorruptionem ſeu puritatem imitari. Quod ſi velis argumentum D. Ioſepho, cui ſubditus erat Ieſus, non conuenire; fateor Euangeliſtam affirmantem, *& erat ſubditus illis.* Luc. 2. Attamen aſſero Ioſepho propter Mariam Ieſum obediuiſſe, fante Bernardo hom. 1. ſuper *Miſſus. Nec tantùm Maria, ſed etiam, Ioſepho propter Mariam ſubditus erat.* In ſola itaque Maria viget argumentum debuiſſe integra libertate fulgere, vt Ieſu Regi, omnino libero dominaretur.

Pſal. 44. Athan.

49\. *Ipſum Mariæ Regnum corona eſt, virtutum, quia vt Filium ſubditum dominetur, debet omnimoda libertate frui.* Ioannes ad hæc. *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum.* Apoc. 12. Duodecim ſtellarum coronâ Petrus Damianus ſignari ait Deiparæ gratiam & virtutes, Lunæ autem deuictæ conculcatione aſſeri exiſtimat, Mariæ omnimodam à culpa remotionem. *Quid enim* (inquit ſer. 3. de Natiu.) *Sanctitatis, quid iuſtitiæ, quid religionis, quid perfectionis ſingulari huic Virgini deeſſe potuit, quæ totius diuinæ gratiæ chariſmate plena fuit?* Ex ſtellarum fulgore. *Quid rogo vitij in eius mente vel corpore vendicare ſibi locum potuit, quæ ad inſtar cæli plenitudinis totius Diuinitatis meruit eſſe ſacrarium.* En Lunæ conculcatio omninò ab animo & corpore Deiparentis ablegatæ. Vndenam Mariæ & gratiæ redundantia, & peccati carentia? Quia in vtero habet Dominatorem, *Et in vtero habens &c.* Ideo induit Solem, ipſius Solis Iuſtitiæ, authore Bernardo, fulgorem à peccati tenebris omnino abſtractum imitatur; quia Filius Matri ſubiiciendus; nec enim deceret immaculato maculatam quandoque, dominari. Ingenioſè Idiota lib. de Virg. Laud. ipſam ſtellarum coronam, qua dominium Virginis annotatur, ſignare præſeruationem opinatur à culpa.

Apoc. 12. Damian. Idiota.

Fuerunt

Fuerant in te Virgo Maria, quæ gratiam cælestem inuenisti, seu stellarum coronâ cincta es, *ab originalis labe præseruatio*, *& Filij Dei conceptio.* Nec enim aptè præponeretur Regina Maria Iesu Regi, si subditum immaculatum non imitaretur. Vt ediscas Reges, Principes, ac Prælatos fidelium, seu perfectorum subditorum debere eorum imitari virtutes. Nec enim congruè imperat sanctis spiritus libertate fruentibus qui vitiorum addicitur seruituti.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.

Ministrante Zaram Christi sanguinem ex vtero, Phares fidelis exiuit, signans Mariam ex sanguine Iesu redemptam, ne maculam contraheret.

Vbi edocemur, quàm debitores simus Angelis, aut Diuis, quorum ope à cadendi periculo liberamur.

50. *Zaram coccino signatur in Phares fratris subsidium.* ET Zaram historia, & nominis Phares significatio præmittenda. Profectò *instante partu* Thamar, *apparuerunt gemini in vtero, ac in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum dicens: Iste egredietur prior. Ille verò retrahente manum, egressus est alter. Dixitque mulier: Quare diuisa est propter te maceria? & ob hanc causam vocatum est nomen eius Phares. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zaram.* Gen. 38. Ad quæ D. Chrysost. apud Lipom. *Non temerè, & absque causa hæc facta sunt, sed quod figura futurorum fuerint, res ipsa declarauit.* Phares autem nominis significationem exponens, fatur Mat. 1. *Primus ad fidem processit Phares, id est, gentilis qui de tenebrosa vulua umbra procedens apparuit in luce fidei.* (Gen. 38. Chrysost.)

51. *Sanguis Iesu Mariam in vtero redimit, prius quam profunderetur.* Chrysost. Quo præmisso, sit tibi precor vterus Thamar Dominici sanguinis sacrarium: Zaram enim (quo quidem, authore eodē Chrysostomo, populus Iudaicus signabatur, *Zaram est populus Iudaicus.*) Iesu sanguinem profundit in vtero vt sanguis in typo faueat Phares, vti fidelis egrediatur, priùs quàm vuluā desereret, illū certè cruorē præfigens, quo in vtero Annæ Maria in primo conceptionis instanti fidelis ostēditur mirabilem experta redemptionē. Cyril. apud Lipomanū. *Coccinum* (inquit) *sanctissimum Christi sanguinem signat.* Redempta itaque est Deiparens adhuc in vtero, priusquā Dominicus sanguis profunderetur; quia eius virtute tanta ei gratia collata, vt prima fidelis è vulua procederet. (Cyrillus.)

52. Profectò redemptio hæc Deiparæ pulchrè fuit in primæ mulieris formatione figurata. *Ædificauit Dominus costā, quā tulerat de Adā, in mulierem* Gen 2. Quidnā, quæso, mulierē è costa Adami exædificari nisi Mariam pulcherrimā efformari è dorso Dominico supra quem *ædificauerunt peccatores*? Non possum studiosus breuitatis me continere quin integram Ambrosij Catherini ex Prædicatorū illustri familia pulchrā planè transcribā sētētiam lib. 3. de Con. Virg. c. 4. Sic *Accipe nūc secundā generationis Euæ modū & hic etiam ante peccatum, & à Deo, sed non sine viro. Etenim de costa viri in soporem coniecti ædificata est post virum mulier in innocentia. Hic, quæso, aperi oculos bone lector, & agnosce hanc secundam generationem spiritualem Virginis, quam profitemur, quæ ex Christo fuit nō à semetipsa ex vi propria natiuitatis, & tamen in innocentia sicut ille, & ex costa eius, id est, ex fortitudine, & potentia gratia, qua voluit apud Patrem, vt inde educi posset adiutorium simile sibi, id est innocentissimum pro aliorum regeneratione. Et quam pulchrè tunc adducta est, cum in soporem coniectus est vir ille: vt intelligas etiam Virgini opus fuisse Christi morte, vt ex eius latere isto modo illibatissima educeretur. Tunc enim Dominus quasi in soporem coniectus est, quando velut nihil sentiens, & nullam sui ipsius rationem habens passus est opprobrium Crucis. Sed magno vtique Dei consilio factum, vt inde primùm hæc Eua nostra sancta prodiret viro similis, vt omnium verè viuentium Mater fieret. Propter quod & illū mysterij huius vocem audiuit stans ante Crucem:* Mulier ecce Filius tuus. Ioan. 19. *Vnde virago verissimè hæc dici potest, quia de viro sumpta est, & per virum fortis, & cum illo; quia ante omne peccatum educta est ipsa sola de costa. Cæteri omnes, qui secundùm carnem nati sunt, post peccatum nati sunt, & parentes peccatores habuerunt. Sola Eua habuit parentem suum Adam nōdum peccatorem, à quo educta est. Ita Christus illi soli non fuit peccator* (peccatorem vocat non existentia, sed similitudine ob formam serui ac peccatoris, quam assumpsit.) *quam ab omni peccato præseruauit, nec pro illa vt peccatrice deprecatus est, sed ne fieret peccatrix.* (*Maria Eua secunda è costa, non sine de passione Dominica innocens prodiit.* Gen 2. Ambros. Cather. Ioan. 19.)

53. *Redempta Maria perfectissimo redemptionis modo.* Verè itaque Maria à Iesu redempta, quia ex vi suæ conceptionis fuit obnoxia peccato originali; & ex sanguine Christi præuiso per præseruationem liberata. *Indiguit* (ait Anselm. lib. 2. cur Deus homo, cap. 10.) *Virgo redemptione, & Christi passione, non propter peccatum, quod infuerit, sed propter peccatum, quod infuisset, nisi ipsemet ex speciali priuilegio eam præseruasset.* An non sufficit ad veram redēptionē ita esse quē subditū necessitati contrahendi peccatū, vt sine gratiâ singulari Redēptoris vitari nō possit? Legēdus Canis. lib. 1 de Virg. c. 5. & 6. Suari. 3. p. q. 27. a. 2. Disp. 3. Sect. 2. & Bellar. to. 3. Cōtr. c. 16. Profectò huiusmodi perfectissimū redēptionis modum sic expēdit ex medicinę penu Schotus, in 3. dist. 3. q 1. Excellentius beneficium est seruare à malo, quam dimittere cadere in malum, & ab eo posteà liberare. Vnde multo melius est inter amicos pacem seruare, quam interruptam reformare. Dauid, *Saluasti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spatioso pedes meos*, vt à periculo imminente liberarer. Psalm. 30. *Quia Deus* (Ansel. Canis. Suar. Bellar.)

susceptor meus est, Deus meus, misericordia eius preueniet me. Psal. 58. In L. fin. Cod. *in quibus causis. Melius est principiis obstare, quàm post vulneratam causam remedium quærere.*

54. *Christus præseruanda Virginis causa præcipuos cruciatus in Cruce passus.* Cant. 4. Bernard. Senens.

Vt igitur Iesus Mariam liberaret à communis ægritudinis incursu, præcipuis apud Crucem vulneribus affectus est, prosante Bernardino Senen. ser. de Concep. Virg. cap. 3. *Christus Dominus plus pro B. Virgine redimenda venit, quàm pro omni alia creatura.* Id quod quasi è Cruce pendens profitetur sponsus. *Vulnerâsti cor meum soror mea sponsa, vulnerâsti cor meum.* Cant. 4. Expendit Bernardin. *Pro amore tuo carnem sumpsi, & vulneribus primis in cruce vulnerâsti cor meum. Nam primogenita Redemptoris sui Iesu fuit B. Virgo.* Bis se vulneratum corde ipso fatetur, vt innuat fuisse immaculatam Virginem sui filiam doloris.

55. *Maria lana purissima in Conceptione, quia vincta canalibus vulnerum Iesu*

Quid aliud carmen illud euulgat? *Coma capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus.* Cant. 7. Ad quæ Rupertus. *Rectè passio Regis dicitur Regis purpura non solum propter purpureum colorem sanguinis, quem in Passione effudit; verum etiam propter purpuram derisoriam, quâ circumdederunt eum proxime tribus pœnis Passionis consummandum, scilicet flagellandum, crucifigendum, lancea perforandum.* Et Honorius, *Purpura quæ fit ex sanguine, est passio Christi. Piscis igne assi in salo sæculi homo nostra mortis empti sanguis ille est.* Profectò populi Tyrij & Sidonij lanam mundissimam dignam vtique quæ Imperatori cedat in vestem, canalibus alligant, vt superfuso sanguine conchiliorum intingatur. Cochleæ quippe maris ferro circuncisæ lacrymas purpurei coloris emittunt, quibus collectis tinctura purpurei coloris efficitur lanam redditura pretiosam. Deiparæ igitur capilli (queis Honorio authore, conceptio designatur, quippe cum humanæ inuersæ arboris sint radices) lana mundissima apparuere Dominicis vulneribus illigata.

Honor.

56. *Quia vestis Iesu, id est Maria purpura sanguinis eius erat rubricata, commune non potuit in pignus, quando Deus Christũ tregit debitorem.* Apoc. 12. Bern.

Christi indumentum Deipara? Ioannes asserit, *signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole, & in vtero habens &c.* Apoc. 12. Vbi D. Bernard. *Et vestis eum, & vestiris ab eo; vestis eum substantia carnis, & vestit te ille gloria suæ Maiestatis; vestis Sol in nube, & Sole ipsa vestiris.* Enim verò Christus ob hominum peccata mortem tulit, omnium debita quasi propria efficiens. Igitur si pro omnibus soluit, omnes mortui sunt, omnes à Deo creditore vti debitoris pignora abstracti. Hæreditas, res familiaris, census, fructus creditori cedunt. Ergo vestis Christi Deipara commune mortis subiit periculum. Minimè planè. Lib. 6. ff. de pignoribus affirmat Vlpianus vestes nullo modo posse à debitore quocunque abstrahi, & si alus omnibus expiletur. *Vestis relinquenda est debitori, & quæ ad effectionem eius pertinent.* Fateor debitori vestem relinquendam, quando induitur illâ. At Maria die Incarnationis non antea induit debitorem; potuit ergo in conceptione cedere in creditoris pignus sicut reliqua hereditaris suppellex. Porrò alia lege respondet Vlpianus l. inquam *Vestimentum* ff. de auro & argento legato, *Vestimentum, id est, quod detextum est, & si confectum non sit, id est, & si non sit consummatum, quod in tela est nondum prætextum, vel detextum, contextum appellatur.* Vbi Glossa verbo: *Detextum* sic exponit. *Quod appellatione vestimentorum continetur pannus remotus à texendo, siue à globo iactus, siue noa.* Maria ergo & si in primo Conceptionis instanti nondum Christum debitorem indueret, attamen erat quasi in tela vestimentum ad induendum Christum præparatum. *Ab æterno* enim *ordinata sum* (inquit) *& ex antiquis ante quam terra fieret.* Prou. 8. Exponente Bernardino Senen. *Tu Virgo, ante omnem creaturam in mente Dei prædestinata fuisti, vt Deum ipsum hominem procreares,* siue humanitatis vestimento indueres. Profectò hoc priuilegium Mariæ Iesu indumento hærescit ex eo quod sanguinis Dominici purpura lana intingeretur; Redemptionis specialissimæ virtute haud est vestis sanctissima cum reliquis Iesu pignoribus extracta, vt cum ipsis periret.

Vlpian.

Prou. 8. Bernard. Senen.

57. *Christi passio murus Vrbi Deiparæ, ne ab hostibus impugnaretur.* Isa. 26.

Quid Isaias? *Vrbs fortitudinis nostra Sion, saluator ponetur in ea murus, & ante murale.* cap. 26. Vrbs fortitudinis nostræ Maria, Richardo Laur. authore, Sion instar, verâ pace fruitur, beneficio quidem Saluatoris, ne peccati originalis inuasione corrueret. Sub nomine Senacherib sic de peccato Dominus. *Non ingredietur in Vrbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio; per viam, quâ venit, reuertetur.* Vndenam tanta vrbi securitas? *Protegam vrbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter David seruum meum.* 4. Reg. 19. Priùs quam Vrbs Maria veniat in seruitutem, Iesu meritis saluabo, vt ipsi dignam cedat in Patriam. Maria igitur peccati seruitutem euasit, ob Christi dimicantis victoriam facta cum Iudith cap. 13. *Non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me gaudentem in victoria sua, in euasione mea.* Triumpho enim sanguinis Christi præuisi Iudith Maria imminens periculum euasit. Maldonati nostri testimonio confirmo. *Maria Christi Mater omnium iustorum hominum iustissima, quam à peccato originali præseruatam credimus, inter eos numeratur, qui gratia Dei indiguerunt, & propter quos etiam Christus venit passurus; quia si non venisset, eius gratia præseruata non fuisset.* Magna gratia est præseruatio.

4. Reg. 19.

Iudith. 13.

Maldon.

58. *Instar Dauidis noster Maria ab inferno inferiori Iesu potentia.* Psal. 85.

Audi Dauidem præcinentem. *Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Psal. 85. An Dauid inferiori barathro (vbi damnatorum animæ cum diuite torquentur dum in superiori iustorum domicilio Abrahamus commorabatur) addictus aliquando fuit? Minimè planè, se tamen erutum profitetur, quia filij Iesu ope suffultus præseruatur à casu. Opportunè D. August. *Inter ista duo inferna, quorum in vno quieuerunt animæ iustorum, in altero torquentur animæ impiorum, attendens Dauid, & orans in voce Christi eruisse Deum animam suam ex inferno inferiori dixit. Quia liberauit se à talibus peccatis, per quæ posset deduci ad tormenta inferni inferioris. Quemadmodum si medicus videat tibi imminentem ægritudinem ex aliquo labore, & dicat, Parce tibi, sic te tracta, his cibis vtere; nam si non feceris, ægrotabis. Tu si feceris, rectè dicis medico, liberâsti me ab ægritudine, non in qua iam*

August.

iam eram, sed in quo futurus eram. Haud aliter Maria *Christi voce*, seu prætextu passuri Maria liberata ab ægritudine imminenti rectè clamat. *Non permisit me Dominus coinquinari:* inter eos vtique numerata, *qui gratia Dei indiguerunt.* Præstantissima enim gratia per Christum passurum Virginem ab originalis ægritudinis præseruari contagio.

59. Passim Maria *Virga* rectitudine fungens, sine peccati nodo à Patribus, speciatim à D. Hieronymo appellatur. De qua Psaltes, *Redemisti virgam hereditatis tuæ.* Psal. 73. Quid est virgam redimi, nisi donari rectitudine ex pretio redemptionis? Apprimè Richardus Laur. lib. 6. *Pretium Mariæ Christus, qui seipsum dedit pro ipsa redimendâ. Vnde dicitur Christo, Redemisti virgam hereditatis tuæ.* Quia ob redemptionis Dominicæ exhibitum pretium Virga Maria rectitudine donata. Inferiùs sermo redibit, cum de Rahab funiculo disseramus. Collige ad mores quàm debitores simus Deo, Virgini, Angelis, Diuisque, quorum ope fulcimur, ne peccati in barathrum corruamus. Multum debes ei, qui te ab ægritudine contractâ liberauit, sed plus ei, qui tulit opem, ne adolesceres. *Nescio quis* (ait D. August. ad Psal. 85.) *habens causam molestam mittendus erat in carcerem, venit alius, defendit eum. Gratias agens, quid dicit? Eruisti animam meam de carcere. Suspendendus erat debitor, solutum est pro eo, liberatus dicitur de suspēdio.* O quoties seu Deiparæ, seu Iosephi, seu Custodis Angeli ope de suspendio contrahendi criminis liberati sumus, quare eis specialissimæ gratiarum actionis debemus obsequium!

Maria est virga rectissima, quia à sanguine Iesu redempta.
Psal. 33.
Richard.

OBSERVATIO VI.

Ad illa verba:

Phares autem genuit Esron.

Esron arcum significans presignat arcum contritum, bella communis labis sopita, Vrbem Mariam ob Iesu sanguinem liberatam.

Innuo simul, quam difficilis sit conuersio hominis in flagitio inueterati.

60. PHARES quidem fidelis ex vulua procedens ex Dominici sanguinis, quem Zaram ministrauit, beneficio Esron genuit, qui significans *arcum*, victoriam è sanguinis Dominici virtute partam pro Virgine repræsentat. Insudat certamini culpa, intendit Mariam debellare; at sanguis salutaris hostem comminuit, arcum conterit, vt Maria triumpho potiatur.

Totus Psalmus quadragesimus quintus huiusmodi argumento deseruit. Sic Titulus se habet, *In finem filiis Core pro arcanis.* Theodor. In finem, id est, *ad Victoriam.* Hugo, *Ad sanguinis effusionem.* Filiis Core, id est, *Christi filius.* Illud autem *pro arcanis*, transfert Caietanus, & Bredembachius, *Pro Virgine.* Deducitur enim ab hebraico verbo *Hnalamoth*, quod est Virgo, seu iuuencula. Collige cunctas versiones. *Ad victoriam, seu effusionem sanguinis Christi pro Virgine.* Psalmus Dauidicus. Vulgare iam Core illius seditionis, quæ contra Moysem, & Aaronem creuit in populo, authorem extitisse. Tunc ingens excitatum miraculum, *vt Core pereunte, filij eius non perirent.* Num. 26. O quam stupendum portentum sanguinis filij Dei victoria excitauit, quod in culpæ barathrum Adami progenie abeunte, vt miserè deperiret parenti adhærescens, Maria Adami filia cum Filio Dei liberatore etiam Adami & Mariæ filio constitit, nec communis calamitatis particeps extitit.

Titulo Psal. 45. victoria sanguinis Iesu pro Virgine significatur.
Psalm. 45.
Theod.
Hugo.
Caiet.
Num. 26.

61. Apposito Titulo, ad ipsam materiam veniamus. *Deus* (canit Dauid) *refugium nostrum, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.* Pro verbo, *adiutor* transfert ex Hebræo Hieronymus *auxilium*, & asserit esse propriè *auxilium mulieris*, seu mulieri exhibitum, quod apprimè Mariæ conuenit. *Propterea* (Deiparens ait) *non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ, conturbati sunt montes in fortitudine eius.* Quibus verbis (Chrysostomo authore) *intolerabilia pericula* designantur. Haud timet Maria Filij hærescens protectioni. Ideo *fluminis impetus* qui assolet aures obturare, *lætificat Ciuitatem Dei*, contemplatam excitatum miraculum, dum, filiis Adam pereuntibus, filia immobilis in morem exædificatæ vrbis perseuerat. Vel si impetus fluminis gratiæ significat abundantiã (interpretibus Procopio, Cyrillo, & Ambrosio) impetus gratiæ ita replet Mariam in primo conceptionis instanti, *vt non reliquerit peccato locum.* Vti ponderat Carthusian. lib. 1. de virg. Virg. art. 8. *Sanctificauit* tunc *Tabernaculum* suum Altissimus gratiæ torrente, Hugone Card. & Ansel. adnotantibus.

Maria Dei Ciuitas in clade cõmuni libera existit.
Hieron.
Chrys.
Tota gratia in primo instanti occupauit eam, vt nõ adsit peccato locus.
Procop.
Cyril.
Ambr.
Carthus.

62. *Deus* (addit) *in medio eius, non commouebitur, adiuuabit eam Deus manè diluculò.* Quid ingruentibus culpæ periculis, quando cuncta funditus euertuntur, timore Maria corripeteretur, si ante communem expugnationem à Iesu erat diluculo præseruata? Quia si manè ingruit clades, eius manè diluculò iam præseruata erat. *Die autem septimo diluculò* milites Iosue surgentes *circuierunt Vrbem*, qua Rahab de Israëlitico populo optimè merita exploratores excipiens morabatur. Dux autem dixit: *Vociferamini, tradidit enim vobis Dominus Ciuitatem, sitque Ciuitas hæc anathema, & omnia, quæ in ea sunt Domino. Sola Rahab viuat; abscondit enim nuncios, quos direximus.* Iosu. 1. Si hominum Vrbs Domino anathema, si cuncti pereunt culpæ communis impugnatione, si exsurgit hostis diluculò, vt manè inferat bellum, iam diluculo ipso Rahab Maria Christũ vtero excipiens erat à clade præseruata à Duce Iesu. *Conturbatæ igitur sunt gentes, & inclinata sunt Regna, dedit vocem suam, & mota est terra.* Quasi vociferante exercitu Iosue Vrbs generationis humanæ cunctæ prolaberetur,

Rahab Maria diluculo à Iesu præseruata est à communi clade.
Iosu. 1.

Achila. Achila authore. Rahab autem Maria minimè læditur. *Quia Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob.* Nicephi. Narrat Nicephorus l. 17. cap. 3. imperante Iustino Antiochiam maximo terræmotu percussam; simul autem corruentibus ædificiis ac hominibus pereuntibus: illas domos incolásque incolumes euasisse, quarum vestibulo huiusmodi verba inscriberentur: *Iesus nobiscum, state.* Si Dominus virtutum cum Maria in domus vestibulo, si in primo conceptionis instanti Iesus fauet, quonammodo cladi communi subiacet.

63. *Quanto prodigio Maria a tumor communi præseruata vulnere, illo confracto.* Cassian.

Iam typus Esron Christi progenitoris expletur. *Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terræ. Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igne.* Quàm ingens prodigium Virginem à communi reatu liberari? Aiebat Cassianus Collat. 12. cap. 12. *Ista sunt prodigia, quæ posuit super terram, quæ Propheta considerans, ad admirationem eorum cunctos populos aduocat. Quod enim maius potest esse prodigium, quàm sub momento leuissimo ex rapacissimis publicanis, qualis Matthæus, Apostolos fieri: ex persecutoribus truculentis, cuiusmodi Saulus, prædicatores Euangelij patientissimós reddi?* Si tãtum miraculum à Deo homines iam lapsos ad gratiam reuocari: quantum portentum Mariam præseruari, ne communi casui subiaceret? *Auferens bella vsque ad fines terræ.* August. & Rufin. *vsque ad extrema*, quorum primum conceptio, quorum alterum mors. A primo Conceptionis instanti vsque ad vitæ terminum mirabiliter fuit Deipara, arcu contrito, à peccati bello liberata.

64. *Morte Iesu beneficio instans Conceptionis Deiparæ liberatur à bello.* Ioan. 12. Basil.

Quare? *Vacate* (concludit) *& videte, quoniam ego sum Deus.* Chaldaicè legimus. *Aduertite, quoniam ego sum altus inter gentes.* Quibus verbis D. Basilius affirmat de Iesu passione Prophetam locutum, iuxta illud Ioan. 12. *Cùm exaltatus fuerò à terra, omnia traham ad meipsum.* Quasi dixerit Deus liberator, si miramini solam Mariam ante aduentum, & passionem meam à communi clade liberatam, ablato bello vsque ad extrema terræ, vacate, attendite, aduertite me iam tunc in mente Patris altum esse inter gentes, iam cruci suffixum, cuius vi specialissima redemptione mea parens donata, ablatis bellis vsque ad extrema. *Mulierem fortem quis inueniet? longè & ab vltimis finibus pretium eius.* Prou. 31. Prou. 31. Miramini Mariæ fortitudinem nullo bello tentatam, in mediis hostibus minimè territam, ab extremo in extremum liberam? Apud fines seu extrema illa mei sanguinis pretium rutilabat, quia *ego sum altus.* Bellè iam datus sub alio prætextu Richardus Laurent. lib. 6. Richard. Laurent. *Dicitur de vltimis finibus pretium Mariæ, cuius pretium Christus, qui seipsum reddidit pro ipsa redimenda.* En arcum contritum priusquam vulnus inferret, extremo quidem primo pacificato, quia pretium sanguinis Iesu iam tunc pro Matre redimenda soluebatur. Hinc colligé ad componendos mores inter prodigia recenseri hominem inueteratæ consuetudinis ad gratiam reuocari; ne te laxis habenis dedas voluptatibus, serò quidem, excitato quodammodo miraculo ad meliorem frugé rediturus.

OBSERVATIO VII.

Ad illa verba:

Esron autem genuit Aran.

Aran ostendit specialissimè electam à Deo Mariam, specialissimo præ aliis hominibus munere fuisse donatam.

Vbi doceo specialiter electum ad munus Sacerdotij, aut Religionis specialiter viuere teneri.

ARAN filius Esron præsignat specialissimam Mariæ electionem; asserit enim Strabus Aran idem esse ac *electum* ex pluribus; vt progenitor Mariæ eius à conceptu gloriam publicaret. Si enim ex omnibus electa, vt Dei Filium eniteretur, cur non præ omnibus ex quorum cœtu eligitur, speciali aliqua non communi alicui gratia donaretur? 65. Strab.

66. *Si specialiter electa Maria, vt ad naturam renouandam deseruiret Opifici aliquid specialiter debuit obtinere, quod nullus obtinuisset.* Andre. Cret.

Præmitto Andreæ Creten. sententiam orat. 2. de Dorm. Mar. *Sola enim, sola præter naturam fuit electa ad naturam renouandam, sola seruiit Opifici vniuersæ naturæ.* Si electa vt deseruiret Opifici ad ipsam naturam renouandam, quomodo non omnino in Virginis conspectu victa natura subiaceret? Ad specialissimum electa munus? Ergo specialissimè donata debet asseri. Vnde Doctor idem orat. 1. fatur. *Quæ vniuersam, quæ est in generatione, naturam superauit puritate, prima natura proximè accedens ad Deum opificem omnium generationis.* Quia si electa ad renouationem naturæ specialissimè, aliquid in eius generatione ab omni communis naturæ vitio alienum debet in ipsa excogitari, qua quidem puritate proximè ad Deum naturæ molitorem accederet.

67. *Maria Vinea, fouea, Lilium, riuus, Sion, columba, sunt specialissimè electa debuit totius humanæ naturæ syluam, terram, flores, ciuitates, maria, volatilia, gregem superare, aliqua specialissima gratia accepta.* Esdr. 5.

Esdras ingenuè profitetur. *Dominator Domine, ex omni sylua terræ, & omnibus arboribus eius elegisti tibi vineam vnicam. Ex omni terra Orbis elegisti tibi foueam vnam. Ex omnibus floribus Orbis elegisti tibi lilium vnum. Ex omnibus abyssis maris replesti tibi riuum vnum. Ex omnibus ædificatis Ciuitatibus sanctificasti tibimet ipsi Sion. Ex omnibus creatis volatilibus nominasti tibi columbam vnam. Ex omnibus plasmatis pecoribus prouidisti tibi ouem vnam.* 4. Esdr. 5. Si specialiter electa Maria Vinea, Fouea, Lilium, Riuus, Sion, Columba, Ouis (hisce enim nominibus passim à Patribus, speciatim à Richardo Laurent. compellatur) ex hominum cunctorum progenie sylua nempe, terrà, floribus, Ciuitatibus, mari, volatilibus, grege: vt vinea botrum sponsæ pareret, vt fouea Leonem de Tribu Iuda exciperet; vt lilium sine spinis lilio conuallium assimilaretur; vt riuus flumen ipsum Dei vrbem lætificantem emitteret; vt Sion visio pacis pacificatori Iesu

offerret

offerret domicilium; vt columba sine felle amaritudinis mitem corde pullum proferret; vt ouis produceret Agnum: quomodo non specialissimè syluam, terram, flores, Ciuitates, maria, volatilia, gregem gratia superaret?

68. *Fecit mihi magna, Mariæ, notessum fuit conceptā esse sine labe; alio qui quid speciale ipsi?* Luc. 1.
Audite Mariam præcinentem. *Quia fecit mihi magna, qui potens est.* Luc. 1. Illa particula *mihi* aliquid specialissimum innuit, quod nulli hominum fuerit concessum ex eo quòd specialiter sit electa Maria. Speciale aliquid Deiparæ concessum ex vi specialis electionis? Ergo fuit absque labe concepta. Annon specialis gratia sanctificatam in vtero fuisse? Minimè; quia Ieremias & Ioannes eo sunt munere donati. Vnde Salmeron noster doctissimus tom. 3. de Infan. Saluat. Tract. 12. *At quid magnum (inquit) fecit, si non præseruauit? Nam sanctificatio a delicto contracto etiam in vtero communis esset Virgini cum aliis quibusdam, vt cum Ioanne Baptista, & Ieremia, imò & aliis quibusdam, vt de Iacobo fratre Domini testatur Hieronymus ex Egesippo lib. de script. tom. 1. At maiora priuilegia electa matri Dei, quam seruis eius concedenda erāt.* Præcipuè cum facinus illud specialissimè diuinæ potentiæ tribuatur. Vnde Petrus Chrysol. serm. 104 *Tanta est Virgo, vt quantus sit Deus satis ignoret, qui B. Virginis mentem non stupet, animum non miratur.* Miraret profectò, si ex specialissima electione aliquid tam speciale nō exsurgeret in Maria, quod omnipotentiam Conditoris manifestaret.

Salmeron.

Chrysol.

69. *Maria templum Dei specialiter electum sibi, & speciali arte ex ædificatum.* 3. Reg. 10. Bonau.
Annon Maria electa domus Conditori Altissimo? Ergo ædificata arte specialissima. *Non est factum tale opus in vniuersis Regnis.* 3. Reg. 10. Ad quem locum D. Bonauent. in specu. cap. 7. *Antonomasticè opus Domini mirabile est Maria, de qua dicitur Eccles. 43. Vas admirabile, opus Excelsi. Et 3. Reg. 10. Non est factum tale opus in vniuersis Regnis.* Haud factum tale opus? Igitur superans Ioannem & Ieremiam superiori aliqua arte fuit Templum extructū. *Domus autem (ait Textus) cùm ædificaretur de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est, & malleus & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, cùm ædificaretur.* 3. Reg. 6. Vbi Theodoret. affirmat, sic à Conditore creatos occulta prouidentia lapides illos pretiosos, vt nullatenus ferramentorum ministerio indiguissent. *Sed ab illo sua primæ conditionis loco in Templum adducerentur Dei idea apprimè respondentes.* Iusti quidem omnes in Dei Templum insurgunt, alij ad pedes ædificij Sanctorum laborum ferramentis fabricæ disponuntur. Sic Petrus, Paulus & alij. Nonnulli non longè à loco conditionis lapidum, nempe Ioannes, & Ieremias. At Maria specialiter electa nullo indigens ferramenti labore, *ab illo suæ primæ conditionis loco*, seu primo conceptionis instanti Templo inseruiit Dominico. Opus quidem grande, *Sed neque homini preparatur habitatio, sed Deo.* 3. Reg. 5. Ideo *ex lapidibus iam dolatis, atque perfectis.* Contemplatus Canisius specialem Mariæ electionem Dominicum in Templum fatur lib. 1. de Deip. cap. 6. *Salomonis Templum, nisi cæci sumus, in Maria cernitur, meritoque prædicatur, suspicitur, & colitur. Sed de ipso Architecto non optimè profectò iudicabimus, si hoc eius opus non ex omni parte, purum, perfectum, & expolitum esse fateamur.* Id est, si non profiteamur lapides Templo collocatos ab Opifice summa perfectione, decentia summa, vti ait Theodoretus.

3. Reg. 6. Theod.

3. Reg. 5. Canis.

Quare Regius Vates canebat, *Fundamenta eius in montibus sanctis. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.* Psal. 86. Mariæ-ne tam alta exædificatio, vt super summam Diuorum sanctitatem primum appositum fuerit fundamentum, conceptio collocata? Sic D. Gregorius. *Gratia, quæ aliis fuit finis, & terminus, Virgini fuit initium, & fundamentum.* Portas contemplor, queis ingressa Maria, conceptionem aspicio, ibi omnium sanctorum merita superat, porta illa tabernaculorum omnium culmina transcendit, vt vel in ipso Conceptionis instanti ô Virgo, *Solo Deo excepto* (cum Anselmo loquor) *cunctis superior existas. Quid mirum si homo & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus.* Maria ergo quia specialiter electa fuit, specialiter Sanctos superauit, aliquo speciali munere fulgens. Suadet profectò, eos, qui specialiter electi sunt præ aliis ad celsius quoddam ministerium, v. g Sacerdotij, aut Religiosi status, debere celsioribus exercitamentis operam dare, vt gesta muneri respondere videantur. 70. *Maria in ipso conceptionis instanti omnes superat Diuos.* Psal. 86. Greg. Anselm.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Aran autem genuit Aminadab.

Aminadab Mariæ voluntariam, expōtaneámque exprimit paupertatem, quâ à nuditate infami libera, nec latibula petiit, nec folia requisiuit.

Vbi de voluntaria Paupertate primæuæ innocentiæ imitatrice.



IDETVR Aminadab ex Ægypto egressum non fuisse, quando Israël properauit in Patriam. Attamen Lyranus, & alij affirmant egressum, primúmque sese viæ mirabili commisisse, mari rubro dissecto. Egressus quidem animo ille, ne in Ægypto more retur; quia authore Anselmo, typum gerit principis illius, qui voluntarius, & expontaneus est paupertatis alumnus, filiā Mariam præsignans, quæ semper voluntariam coluit paupertatem. Haud igitur Maria apud Ægyptum mortua clade communi; quia à primo conceptionis instanti Euangelicam voluntariam paupertatem præ se fert. 71. Ansel.

Ioannes præmittendus. *Signum magnum apparuit in cælo Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* 12. Vestimentum Mariæ Sol, calceamenta Luna, velamen capiti; stellæ? O quam nudam cōtemplarim Mariam! Quoties dixisti 72. *Voluntariè pauper Maria lucidam ostentans nuditatē haud cum Adamo*

inuoluntariè nudo ad latibula pergis. Apoc.12.

dixisti Iacobum sine hospitio decombentem in agro, hospitium Lunæ, aut stellæ iouenisse? Liceat mihi materno idiomate exponere. *Quedo se en el meson de la luna, o estrella.* Quasi diceres, omnino hospitio caruit. Haud aliter Mariam indutam esse luminaribus, indicare existimo omnino spoliatam vestibus apparere. Annon huiusmodi perfecta nuditas, voluntaria paupertas Virginem communi eripit à reato? Primi parentes cunctáque eorum familia ad foliorum pergit indumentum post delictum. At Mariæ voluntaria nuditas cæleste indulget ornamentum, vnde necessarium ipsi non est cum inuoluntariis nudis ad latibula properare. Bellè D. Petrus Chrysol. serm. 14. *Nec secretum mundana habitationes inquirit, qua si septam superni splendoris circumspicit velamento.* Maria ergo mirabiliter fulgens nuditate, & Regina ostenditur, & regiâ paupertate instar Principis Aminadab, (sic à Lyrano appellatur) in Ægypto non moritur, non petit latibula, *sed in cælo apparet.*

Chrysol.

Lyran.

73\. *Nuditas, seu paupertas Mariæ omnino Regia est: mancipiis ex culpa denudatis nõ fugit ad latibula, sed apparet in cælo.* Cant.7. Lactant.

Salomon ad hæc. *Coma capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus.* Cant.7. Pro *coma capitis* in originali habetur *Dalath*, seu *paupertas*. Ac si diceret, *Paupertas capitis tui Regia.* Tua nuditas haud est infamis, sicut Adami, & filiorum, sed omninò Regalis. Lactantius affirmat principium formationis humanæ è cerebro. Si ergo Maria à conceptione sua Regiâ oritur paupertie, non mirum cum mancipiis vulgariter nudis, imò in delicti supplicium à Iudice denudatis ad latibula non confugisse, sed in omnium apparuisse conspectu, *Apparuit in cælo.*

74\. *Verè pauperis voluntary Abrahami filia in primo conceptionis instanti sese pauperē voluntariā ostēdit.* Gen.12. Psal.44.

Dominus Mariæ proauo Abrahamo. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* Gen.12. Quid iustum affligis nuditate? Imo omnino nudatum ab Adami laboribus abstraho, cum ad innocentiæ statum adducens, quando pura nuditas, ac pulchra paupertas immortalem offeribit stolam. Mariæ Abrahamidi David, siue cœlestis sponsus. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.* Psal.44. Cupio te Abrahami imitatricem omnino mundialia reiicere indumenta, siue non admittere, ne turpi nuditate cogaris cum Adamo ad latibula pergere, ad folia confugere. An exaudiuit Maria priùs quàm communi labe denudaretur? Ita planè. Monita enim est cùm adhuc esset in parentum virtute, & edocta fugit Adami & Euæ nuditatem, aut turpe admodum foliorum indumentum. Fauet Doctissimus Leo Imperator in Orat Concept. fatus. *Cum adhuc in lumbis paternis contingeret, proclamabat progenitor tuus David. Audi filia, & vide, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.* Vt scilicet voluntariam & spontaneam colas paupertatem. *Audisti, ò vere filia admonitionem, & oblita es.* Domum oblita Adami, à fratrum consortio recessisti, haud arboris fructus surripuisti, vnde à necessaria nuditate libera, voluntaria paupertas immortali te induit stolâ.

Leo Imper.

75\. *Iob Mariæ parens cum Adamo ex terra vtero non fucatus venit, & cũ Maria ad vterũ remeans voluntaria haud fucatâ paupertie, seu nuditate fulgidus.* Iob 1.

Cùm Iob Mariæ progenitor (vti quidam non infimo asserunt argumento.) *Nudus*, clamat, *egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Cap.1. Quonammodo præferens nuditatem ex vtero processisti? Quia Adami imitatus nuditatem innocentiæ spoliatus stolâ ex vtero processi. Quonammodo autẽ nudus in vterum reuersionem paras? Non poterat senex Iob iteratò in ventrem redire, & renasci, vnde asserit in filia Maria rursum ad vterum recursurum, vt nudus progrediatur. Ac si diceret, Me miserum qui innocentiæ sum spoliatus stolâ qua ex vtero terræ prodij. At me fœlicem, qui rursum in filia Maria ad vterum remeans nihil fucatæ nuditatis admittam, folia præferendo. D. Chrysost. apposite. *Nudus egressus sum de vtero, & nudus reuertar illuc. Sed cuius tandem vteri meminit? Nempe primi illius opificij, & ex terra coagmentationis, primi parentis opificium non ante. Nudus è terra diuino munere conformatus sum minime fucatus, nullâ re super vacanea oneratus, & nudus quoque reuertar illuc.* Pende illa: *Nudus è terra diuino munere conformatus sum minimè fucatus.* Si miser ego ex vtero necessariò nudus & fucatus prodij; quia nuditas illa opprobrij fuit: memini me iam inde ab initio è terræ vtero prodiisse voluntariè nudum, dum me diuinæ voluntati conformaui, minimè quidẽ fucatus: imò spero me iterum ad huiusmodi vterum reuersurum, vnde rursum minimè fucatus, licet nudus, progrediar, scilicet in filia Maria. *Egressio* ex vtero cum Adamo non tam significat conceptionem, quàm formationem; at *reuersio* ad vterum, propriè conceptionem significat, siquidem à non esse in vterum quasi procedimus. Hinc ad mores voluntariæ paupertatis habes elogium. Hæc enim primæuam innocentiam imitatur, dum diuinæ conformis voluntati, nil fucatum admittit, vniuersa ablegat mundialia veri Adami præferens nuditatem obedientis *vsque ad mortem* effecti.

Chrysost.

Observatio IX.

Ad illa verba:
Aminadab autem genuit Naason.

Naason astum Mariæ prædicat, quo serpentis infrænauit audaciam.

Adserens simul, nobis opus esse serpentis astutia vti, ad Diaboli astum, artémque superandam.

NAASON filius Aminadab pulchram Mariæ in gratia conceptæ repræsentat imaginem Non modò quia Princeps ex Ægypto procedit, vbi pater eius minimè fruitus est Principatu: sed quia Authore Anselmo *serpentinus* vocitatur; quam quidem significationem Christo Domino accommodans Strabus, fatur. *Christus nouit præterita, præsentia, & futura, & more serpentis omnes cauit insidias.* Quàm pulchrè hæc Matri IESV conueniunt, quę serpentis astum imitata omnis eiusdem cauit insidias, si futurum morsum pedis præcauens, hostis caput comminuit. 76.

Serpentina Maria, instar Iesu, astum serpentis eludit, illius caput frangens. Anselm. Strab.

Parens

77. *Sapientia est puteum videns insidias, & præcauens.* Gen. 16. Richard.

Parens Mariæ Isaac puteum exædificauit domum vtique Sapientiæ profundissimæ, cuius nomen *puteus videntis, & viuentis* Gen. 16. Vbi Richardus de S. Laurent. lib. 9. *Maria* (inquit) *est puteus videntis, & viuentis effectiuè.* Videns equidem & viuens exsurgit Deipara, quia videns omnes serpentis præcauet insidias, & ideo viuens efformatur, quando cæci cuncti emortui procedunt.

78. *Cum in lumbis erat antè conceptionem quodammodo videbat insidias.*

Quonammodo antè cóceptioné potuit insidiáté serpété aspicere, & eius ictú præcauere; si cæci omnino exorimur cæcorú parétú imitatores, qui cupientes vti Deus videre, lumine donato capti fuere? Quia priùs quàm conciperetur Virgo, iá in paternis lumbis, vbi virtute continebatur, monita oculos aperiebat, vt insidianté serpentem superaret. *Audi filia* (Dauid vociferabatur, vt proximè vidisti) *& vide, obliuiscere populum tuum, &c.* Psal. 44. Vbi sententia præfata Leonis Imperat. sub alio prætextu pulchrè resonat. *Cum adhuc in lumbis paternis contineremis, proclamabat progenitor tuus Dauid, Audi filia, & vide.* Cæci filij Adam miserè percutiuntur, quia non vident insidiarum serpentem molitorem. Vide igitur monita à parente, vt præcauens insidias, insidiatoris caput possis comminuere. *Audisti* (adiicit ille) *ò verè filia, admonitionem, & oblita es domum patris tui, id est, sortis, quam Eua genitrix tua in totam posteritatem deriuauit.* Quænam illa sors, nisi infelicitas cæcitatis, qua præoccupati filij haud valent serpentis insidias aufugere? Sola Maria fœlix admonita ante conceptionem quodammodo, serpentem euicit.

Psal. 44. Leo. Imp.

79. *Oculata Maria in conceptione, vt murus fortissimus hostiu præcauens insidias.* Amos. 7. Richard. Laur.

Quàm appositè Amos! *Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij.* cap. 7. Cùm adhuc in Annæ vulua Maria existeret, muri appellatione ab Sponso condecoratur. *Soror nostra paruula est. Quid faciemus sorori nostræ. Si murus est, &c.* Quonam modo paruula, si murus est? Quid mirum, *si fundamenta eius in montibus sanctis?* Richardus Laurent. lib. 11. *Murus*, inquit, *est Maria, quia munitur multipliciter contra machinas hostium.* Manifestè hæc sententia cóceptionis respicit puritatem; quod quidem ostendo, quia Pater præmiserat, *Murus dicitur actiuè quia munit, & tuetur interiora Ciuitatis, ne ab hostibus diripiantur possessiones ciuiũ: & passiuè, quia munitur multipliciter contra machinas hostium.* Quandonam Maria fuit ab hostibus impugnata, quandonam machinas aduersùs eam ipsam (haud loquor de actiua defensione, sed de passiua) statuerunt nisi in primo conceptionis instanti? (Per cursum enim vitæ nunquam ausus hostis Mariam tétamento impetere, vti ipse Richardus profitetur.) In conceptione igitur *passiuè munita est multipliciter contra machinas hostium.* Iam expendo Prophetam. *Et in manu eius trulla cæmentarij.* Muri primarium lapidem à Domino statutum significatur, vti graues Interpretes. Loco illius *Trulla cæmentarij*, scribunt L X X. *Et in manu eius adamas.* Quem asserit Plinius aculeatum progigni. Vnde in hebræo vocitatur *Samir* sentes, ex radice *Samar*, id est, *caue tibi*, ac si diceret, *vide.* Ac si in ipso adamante, quo Deus velut instrumento vtitur ad muri Mariani exædificationẽ admoneret Mariam, *caue tibi* ab insidiis hostium, *vide, abre ojo*, vt contra machinas hostium muniaris.

Plin.

Obsecro, hostis machinas expendas, ad murum Mariæ infirmandum. Asserit Richardus Mariæ corpus deliciarum esse paradisum. Ad memoriam adfer draconem illum, qui fabulosis hortis custos adducitur. Sic contemplor serpentem, seu culpam originalem corpori organizato Mariæ custodem appositum, vt eius animum ingressurum (sic liceat exponere) inficeret. Argos-ne Mariæ animus haud priùs deuicto dracone paradisum ingrederetur? Appositum Cherubim ad paradisi pristini ianuam mysticè exponit D. Hieronym. asserens ipsum esse peccatum originale gladiũ illum flammeum, cuius acie ingressuris obturatur aditus. Nullus sic Mariam custos ab ingressione arceret ac peccatum. Si igitur oculatus spiritus ante conceptionem iuxta Leonis sententiam, *Audi filia, & vide*, quonammodo paradisum corporis præparatum sibi domicilium ingredi auderet, si non priùs peccati caput confringeret, si non priùs astu prudentissimo hostium machinas superaret? Habes hinc quàm necessaria ad delicta vitanda prudentia serpentis. Diabolus serpens astu vtitur pro armorum machinâ? Serpentinus ergo fidelis exsurgat astu prudenti vtens ad hostis machinas superandas. Sic Dominus, *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Columbina enim animi puritas ex prudenti serpentis astutia, quâ præuidentur, & vitantur pericula habet exortum. 80.

Ipsum peccatum, serpens ipse appositus corporis Mariæ paradisi custos, ne animus ingrederetur, donec astu ipsa egregio superaret hostem.

Observatio X.

Ad illa verba:

Naason autem genuit Salmon.

Salmon ducens Rahab vxorem, Mariam asserit specialissimè à Iesu liberatam, ipsiúsque cruore redemptam.

Vbi assero eum, qui Crucem meditatur cruci formem exsurgere, laboribus adnatum.

SALMON nobilissimus ille Israëlita, qui Rahab meretricem gentilitatis errore olim pressam postmodum Israëlitarum numerum augẽtem sibi duxit vxorem, nullatenus ex coniugio inito obscuratur, sed potius mirum in modum clarior exurgit; quia id præstitit, vt mulieris fidem, ac obsequium in sanctum populum muneraret. Absconderat enim illa nuncios, seu exploratores ad terræ contemplationem immissos. Homo beneficium mulieris coniugio munerans alienigenæ Deum memorat Mariæ liberatorem, eò quòd explora- 81.

torem

torem à Patre immittendum erat exceptura.

82. Aliter tamen memoratam ex Salmonis nuptiis cum Rahab, ac exploratorum historiam ad purissimæ Conceptionis Deiparentis gloriam alliciam. A Iosue duo viri immittuntur ad Iericho, quos excepit Rahab, ab ingruentéque morte funiculo coccineo per fenestram productos liberauit. Eripitur & ipsa à communi ciuium clade, coccineo funiculo quasi salutis operatore. *Dimittens enim eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra.* Iosu. 2. cunctisque pereuntibus *Rahab meretricem, & domum patris eius, & omnia, quæ habebat, fecit Iosue viuere.* cap. 6. Proh Mariæ gloria, quam funiculus coccineus, seu sanguis Iesu, authore Strabo, (*coccinum in fenestra confessio passionis Iesu*) ab ingruente periculo muniuit; quia ingredientibus occisoribus *terram signum, fuit funiculus ille coccineus* futuræ liberationis. Quàm appositè Rahab Maria à Iesu, ope sanguinis eius, liberata inclamare potest. *Et exultauit spiritus meus in Deo salutari* (aliter Iesu) *meo.* Luc. 1.

Sanguinis Iesu signum Mariam à morte liberauit.

83. Præmitto Caietanum sic Lucæ locum expendentem. *In Deo salutari meo. Meo possessionem significat Saluatoris tanquam proprij.* Verè enim meus, quia totum corpus eius mediante quo saluat, ac redimit Mundum, meum est, nullam in eo partem habet vir aliquis. Quare Maria beneficio fruens redemptionis, pro se specialiter, ac pro cæterorum hominũ salute corpus Iesu in vtero suo efformatum Cruci tradidit suffigendum.

Saluator proprius est Mariæ.
Caiet.

84. Quòd si per Mariam salus omnibus parabatur, prima congruè ex pignore exhaurit. *Dominus* (inquit Deipara) *possedit me in initio viarũ suarũ, ante quã quidquam faceret à principio.* Prou. 8. Pro *possedit*, in Originali habetur *Kanah*, id est, *acquisiuit, vel emit.* Redemit Mariam Dominus sui sanguinis pretio, antequam aliquid aliud ad redemptionem aliorum pertinens præstaret. Huc spectat D. Ambros. ad locum Lucæ fatus. *Nec mirum si Dominus redempturus Mundum operationem suam inchoauit à Matre; vt per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore.* Qui aliquid empturus est, postquam de pretio pacifcitur, assolet partem pretij pignoris loco exhibere, quod materna lingua exposuero, *dio señal*: postea autem reliquum tradit, quando mercẽ ad suam traducit possessionem. Iesus ergo Mundum empturus sanguinis pretio, pignoris loco Mariam anticipata redimit solutione, totum postea redempturus vniuersum. *Vt per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum hauriret ex pignore.*

Iesus comparaturus mũdum pretio sanguinis, loco pignoris Mariam anticipatè redemit.
Prou. 8.
Ambr.

85. Quid mirum, si Deus carne indutus apparuit potiùs ob Virginis salutem, quàm hominum reliquorum. *In Deo salutari meo.* Ad quem locum D. Bernardin. Senen. tom. 4. serm. 8. *Beata* (ait) *Virgo exultauit in Deo salutari suo. Quasi dicat, singularis Saluator meus. Quia aliqui Doctores speculantes dicunt, quòd Deus assumpsit carnẽ potiùs propter saluare Virginis singulare, quàm propter omnes alias creaturas:* Audeam asserere Virginem solam opus redemptionis congruè appellari. Ex ore D. Ildephonsi lib. de Virg. Mar. cap. 12. profundam *Procido ante te, ô Maria solum opus incarnationis Dei.* (Alij codices, *sola opus incarnationis Dei mei.*) *Cõcedas etiã mihi adhærere Deo, & tibi, illi sicut Redemptori meo; tibi sicut operi redemptionis meæ. Quod enim in mea redemptione est operatus, in tua persona veritate firmauit.* Tota ergo Incarnationis Christi vis in Maria saluãda fuit profusa, quasi ille labor, illud opus. *Speculum sine macula Dei Maiestatis.* Sap. 4. Græcè *Dei operationis, & energia.* In eo enim diuinæ efficaciæ energiæque Dominicæ passionis vis præcipuè splendescit, quod hoc speculum, Virginem scilicet ab omni macula mundissimum præstitit.

Quodammodo tota Iesu incarnationis vis in Maria saluanda.
Bernard. Senen.
Ildeph.
Sap. 4.

86. Clamet iam Sponsus, quem testor. *Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Cant. 8. L X X. *Ibi cum doloribus peperit te mater tua, cum doloribus parturiuit te genitrix tua*: Per malum arborem Crux Christi designatur Ruperto, Beda, Iusto, & Anselmo authoribus; per matrem autem, & genitricem ex L X X. lectione gratiam Spiritus sancti intelligunt Ambros. & Theodoret. Sub malo ergo priori excidit Adamus, sub posteriori, Cruce scilicet, Virgo est excitata, dum à lapsu communi præseruatur. Christus autem ob eximium in Virginem amorem matris, aut genitricis vocabulo designatur parturiens immaculatã Cruci suffixus. Loco illius dictionis, *suscitaui te*, Græcè adest, *exungregaui*, hoc est ex congregatione ac turba hominum separaui, ne cum Adamo eiusque filiis sub priori malo corrueres.

Sub Cruce Iesu Virginem mundissimam gratia peperit, Iesu doloribus.
Cant. 8.
Rupert.
Beda.
Iustus.
Anselm.
Ambros.
Theod.

87. Olim Iacob *tulit virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex parte decorticauit eas, detractisque corticibus, in iis quæ expoliata fuerant, candor apparuit. Illa vero quæ integra fuerant, viridia permanserunt; atque in hunc modum color effectus est varius. Posuitque eas in canalibus, vnde effundebatur aqua, vt cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & ex aspectu earum conciperent. Factumque est, vt in ipso calore coitus oues intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa.* Gen. 30. Annon gratia Crucem respiciens concepit Mariam, quam cruciformem eniteretur? Quid *Anna* significat nisi *gratiam*? Gratia ergo post aspectum virgæ Crucis Mariam cõcipiens peperit Cruciformem, tam affectam beneficio Crucis, vt tota Maria Crucis esset imago. Ideo D. Epiph. serm. de Laud. Virgin. eam *Cruciformem* appellat. Inferius quidem de huiusmodi antè casum redemptionis ratione vber sermo redibit, cum Thamar recurrat mysterium. Hinc edisces passionem Dominicam sedulò meditari, Crucem tibi obiicere, vt Cruciformis criaris, vt quasi natus laboribus, nullatenus eisdem frangaris: sed sicuti auis ad volandum, vir ad sustinentiam parieris.

Gratia Crucem Iesu intuita Mariã concipit, & parit Cruciformem.
Gen. 30.
Epiph.

Observatio XI.

Ad illa verba:

Salmon autem genuit Booz de Rahab.

Booz

Booz asserit Mariam Spiritus sancti sponsam semper hærentem coniugi, nunquam in domo Adami, & Euæ commoratam vnde sponsi conditionem secuta.

Vbi admoneo coniuges omnino à domo parentum separari debere si adsit discordiarum occasio.

88. Booz in matrimonium duxit Ruth alienigenā parentem imitatus, qui sibi Rab Iericuntinā copulârat. Asserit Richardus Laur. l. 6. Mariam in Ruth esse figuratam *Patris vtique filiam per imitationem.* Spiritus sancti consequenter sponsam, vt Dei filium eniteretur. Booz ergo Spiritum sanctum adumbrat, idē enim *Booz ac fortitudo*, seu virtus. An non Spiritus sanctus superuenit in Virginem, & simul Altissimi virtus impendit vmbraculum? Virtutem illam ab Altissimo Spiritu sancto exortum habuisse reor; nam Spiritus sanctus virtutem illam ad vmbraculum exerebat, authore Bernardo.

Richardus. Laurent.

89. Spiritus sanctus Mariæ Sponsus illam à communi cōtagio præseruauit. D. Thom. præmitto 3. p. q. 30 a. 1. *Congruum fuit* (inquit) *B. Virgini annunciari, quod esset Christum conceptura, vt ostenderetur esse spirituale quoddam matrimonium inter Deum, & humanam naturam, & ideo expectabatur consensus Virginis loco totius humanæ naturæ.* Profectò loco totius humanæ naturæ solius Mariæ consensus exquiritur, quia præcipua Spiritus sancti sponsa. Hinc colligo Mariam minimè contaminatam fuisse peccato, quia in Spiritus sancti familiam recepta sponsi legibus subiacet, eius conditionem imitatur. L. *quæcumque* cap. de re familiari, de quo Tiraquel. ad legem 1. connub. p. 1. n. 25. disponit coniugis nobilitatem ita vxorē tueri, vt à desponsationis die omnino eius conditionem sequatur, ac si eadem prorsus cum sponsu esset; sunt enim *duo in carne vna.* Vnde Maria Spiritui sancto desponsata *astitit Regina a dextris eius in vestitu deaurato.* Regina Maria Regis sponsa ad familiam Spiritus sancti adsumatur sponsi, haud apud domum parentum Adami & Euæ diuersetur, nec eorum legibus subiaceat Augusta. Ideo adiicit, *Audi filia, & vide & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: & concupiscet Rex speciem tuam.* Psalm. 44. Nec enim deinceps parentum conditioni vili parebis, sed Regalem sponsi immunitatem imitaberis.

Maria Spiritus sancti sponsa conditioni adhærescit sponsi, parentum non subiacet legibus.
D. Thom.
Tiraq.
Ps. 44.

90. Obiicies Virginem Incarnationis die Spiritui sancto nuptam, ipso superueniente. Igitur à primo conceptionis instanti potuit parentum infici ignobilitate. Respondeo Incarnationis quidem die nuptias celebratas, attamen matrimonium illud iam inchoatum fuisse à primo conceptionis instanti. Gerson audiendus super Magnific. Alphab. 83. L. G. *Ab instanti suæ conceptionis initiatum est matrimonium cum æterno sponso Deo per arrham fidei, spei, charitatis, & cæterarum virtutum.* Ab instanti suæ conceptionis Spiritui sancto desponsata? Ergo nunquam apud domum parentum diuersata est, nunquam non sponso adhæsit; vnde paternæ conditionis vilitatem non contraxit.

In primo conceptionis instanti initiatum est matrimonium, vnde nunquā non sponsa Maria.
Gerson.

91. Scio frequenter sponsas mūdiales à domibus parentum exire, vt ad domum sponsorum diuertant, parentes enim, vti ait Apostolus, *matrimonio iungunt virgines suas.* Imò cunctæ spirituales sponsæ, quæ aliquando per Baptismi lauacrum Spiritui sancto sponso adhærescunt à domo Adami egrediuntur, vbi aliquando separatæ ab sponso cælesti sunt diuersatæ, familiæ turpitudinem contrahentes. At Maria præcipua Spiritus sancti sponsa nunquam in domo parentum degit, minimè exiuit ad nuptias celebrandas, quia nunquam non Spiritui sancto adhæsit sponso. Matthæi accipe testimonium. *Simile est Regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsæ.* Matth. 25. Vbi Patres per decem virgines earum vniuersitatem animarum intelligunt; quæ aliquando per Baptismum, aut contritionis perpectæ actum Sancto Spiritui desponsantur. At per sponsam Mariam specialissimam Spiritus sancti sponsam contemplantur, profante Diuo Anselmo lib. de excel. Virgin. cap. 4. *Ipse Spiritus Dei, ipse amor omnipotentis Patris & Filij, ipse per quem, & in quo amatur omne, quod bene amatur, ipse inquam, vt benè dicam, corporaliter venit in eam, singularique gratia præ omnibus, quæ creata sunt siue in cælo, siue in terra, in ipsa requieuit, & Reginam, & Imperatricem cæli & terræ fecit sponsam suam.* Ab illo expende: *Singulari gratiâ, &c.* Ac si diceret, Sponsis cunctis creatis Spiritus sanctus illigatur, sed singularissimè principali sponsæ Mariæ. Illa exprimunt Euangelistæ verba. *Quæ exierunt obuiam sponso & sponsæ.* Decem virgines, id est, cunctæ Spiritus sancti futuræ sponsæ *exierunt.* Vndenam? An non à domo parentum, in morem virginum quæ coniugio illigantur? Ergo antequam Spiritui Sponso adhærescerent, iam parentum secutæ conditionem pressæ fœditate fuere. At Maria non exit obuiam sponso, imò quando Ioannes Baptista, aut Ieremias è domo parentum obuiàm exit Sponso, inuenit Deiparam, Spiritui sancto hærentem; quia nunquam apud domum parentum commorata est vt cogeretur obuiàm exire sponso, potiùs à primo conceptionis instanti sponso copulatur, *sponso, & sponsæ.*

Maria non exiuit cum reliquis virginibus semper sponso adhæsit.
Matth. 25.
Ansel.

91. Non-ne Mariæ sponsæ vocem exaudisti? *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie; ne vagari incipiam* Cantic. 1. Ac si diceret, sponse dilectissimè, scio reliquas Virgines, quæ tibi matrimonio illigantur, diuagari à primo instanti conceptionis, donec te inueniant aliquādo sacro dilutæ fonte. Cupio non egredi, non vagari. Ergo indica mihi vbi commoreris, ne incipiam exire, ne incipiam vagari à primo conceptionis instanti Scio post primum instans Baptistam sanctificatum, sed vagari incœpit. Ego spōsa princeps tuo mune-

Scitus Maria te Spiritus sancti principē sponsam, non exiuit ei obuiam, quia ipsi hæsit à primo instanti.
Cant. 1.

te vagari incipiam? *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres* (ait Sponsus) *abi, & egredere.* Del-Rius noster, *Si te ipsam non ignoras, nec id quod quæris, ignoras.* An ignoras te sponsam Spiritus sancti? Minimè. Ergo non ignoras vbi sponsus habitet, quia ipsi ab ipso conceptionis instanti firmiter hæres. *Si te ignoras, abi.* Si ignoras te Spiritus sancti sponsam, abi, & egredere virgines sponsas secuta, *quæ exierunt obuiam sponso.* Verum te noscés principem Spiritus sancti coniugem, nō egrediaris è domo paterna, sponsa enim Dei non exit quæsitum quem à primo instanti amplexa est.

Del-Rius.

93. Porrò Dauid progenitor Virginis iam olim cum Maria virtute in parentum lumbis continebatur, clamârat, admonens Dei sponsam, ne vel instanti vnico ad domum parentum Adæ & Euæ diuerteret, sed illicò domum Spiritus sancti sponsi ingressa non cogeretur cum reliquis virginibus exire obuiam sponso. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.* Psal 44. Ac si diceret, Si in primo conceptionis instanti apud domum parentum ingressa commoraris, necessum erit tibi familiæ humanæ fœdari contagio, exiréque cum reliqua virginum turba requisitura sponsum. Ideò omnino domum patris tui obliuiscere, nec instanti temporis inibi commoreris, fuge inquinamentum, mox Spiritui sancto sponso cura illigari. Præclarum do Leonis Imperatoris integrum testimonium, serm. de Concept. Virg. *Cùm adhuc in lumbis paternis esses, progenitor tuus clamat, Audi filia, & vide, obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet* sponsus *Rex speciem tuam.* Si te domi parentum commorantem aspexerit, nil quod concupiscat inueniet sponsus, nec enim pulchra appareres communi maculata contagio. Num exaudiuit sponsa? *Audisti* (adiicit) *verè filia, commonitionem, & oblita es populi tui, & sortis, domúsque paternæ; sortis videlicet illius, quam Eua progenitrix tua toti generi distribuit infinito illo affectuum, passionum, & animi perturbationum cumulo quasi hereditario relicto. At nihil* (pulchrè concludit) *ex horum, nil in domum tuam* (scilicet sponsi cœlestis) *tulisti.* Quia nunquam domum parentum prorsus alienam ingressa es.

Cum esset Maria in paternis lumbis admonebatur, ne domū patrum ingrederetur, sed mox familiam peteret Spiritus sancti sponsi. Psal.44.

Leo Imp.

Testor sponsam Mariam, ipsa de se ferat
94. testimonium. An vnquam ab sponso recesserit? *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi.* Cant.2. Quandnam sedisti? Num postquam diuagata es? Respondet ex ore Ruperti Maria. *Non stetisti ad horam sub vmbra, vt interdum paterreris æstum, interdum haberes refrigerium; sed continuò sedisti; quia semper pacem habuisti, iugiter sub vmbra illius quieuisti,* illa particula *semper,* omne instans vagationis excludit.

Semper sedit Maria apud sponsum. Cant.2. Rupert.

95. Iam sponsa clamârat, *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Cant.1. Ad quæ Rupertus, *Dulcedo Spiritus sancti pulchrè in duo vbera discernitur: alterum datum est in remissionem peccati, alterum in diuersarum distributiones gratiarum.* An in Maria principe sponsa adfuit aliquod peccatum quod redimeret? Nullum planè contractum, secus contrahendum. *Nullus Sanctorum lactatus est ante hanc Virginem sicut illa.* At si remissa esset contracta culpa, Ieremias sicut illa lactatus esset. Profectò adiicit, ante faciem huius amoris nullum peccatum stare potuit, antè faciem huius ignis, stipula omnis interiit, vt totum sanctum fieret habitaculum, in quo Deus habitaret. Bellè Idiota in Conc cap.2. *Nemo æqualis est tibi, nemo maior te, nisi Deus Spiritus sanctus superueniens in te.* Exeant ergo reliquæ sponsæ aliquando fœdatæ communi paternæ domus contagio, cum Maria princeps sponsa brachiis Spiritus sancti immobiliter conquiescit. Habes hinc quàm debeat sponsa domum paternam obliuisci, solique marito vnicè adhærescere, vt sicut ille matre ac patre obliuioni tradito adhæret vxori, ita coniux omnia manumittat, vt spōso colligetur, ne paternæ domus adhuc vterque implicitus respectibus, languescendi amoris forte detur occasio, præcipuè cum socri ac nurus insonat appellatio, non filiæ & parentis.

Nullum peccatum contractum redemit sponsus in Maria præcipua sponsa. Cant 1. Rupert.

Idiota.

OBSERVATIO XII.

Ad illa verba:

Booz autem genuit Obeth ex Ruth.

Obediens Obeth ex obedientibus parentibus innuit Mariam ex obedientia conceptam inobedientiam Adami non incurrisse.

Simul ostendo, quàm securus à delicto incedit, qui ex obedientia currit.

FILIVS Booz & Ruth fuit Obeth 96.
seruiens obediēter, ex Anselmo Christi Domini typum gerens, Authore Strabo, *qui non venit ministrari, sed ministrare.* Obedientiæ connubium filium procreat obedientem. Socro Noëmi præcipienti sic respondet Ruth, *Quicquid præceperis faciam.* Ruth.3. Ad quæ Chrysost. *Quid primum laudatur in Ruth, simplicitas, aut obedientia, &c. Quid autem & in Booz prædicatur? Humilitas, castitas, & religio, &c.* Ex parentibus ergo obedientibus Obeth obediens exsurgit prædicans Mariæ innatam obedientiam, ex qua præseruata à crimine ostenditur. Audiamus apud D. Brigittam loquentem Mariam lib.6.c.55. *Quando pater meus & mater mea matrimonialiter conuenerunt, plus fecit hoc obedientia, quàm voluptas.* Sic asserit Chrysostomus, Booz & Ruth parentes Obeth plus ex obediētia Noëmi, & legis de suscitando fratris semine, quam ex voluptate conuenisse. *Hora* (pergit Virgo) *in qua ego concepta sum, bene potest vocari aurea hora; quia alij coniuges conueniunt ex voluptate carnali, mei autem parentes conuenerunt ex obedientia ex præcepto Dei.*

Ex obedientia Maria concepta. Ruth.3. Chrysost. Brigitt.

Ex obedientia conuenerūt? Genuere igitur 97.

Ex obedientibus parentibus obedi[ens] Maria gignitur, sicut ex inobedientibus protoplastis cuncti inobedientes exorimur? Brigit.

riam perfectè obedientem, haud præceptum de non sumendo de ligno scientiæ boni & mali transgrediētem. Ad hæc D. Brigittæ Deipara. Per obedientiam *coniunctio meorum parentum fuit, quando ego concepta fui; & ideo veritas fuit, quod ego concepta fui sine peccato originali, & non in peccato.* Hugo Victor. Annot. in Gen. Asserit omnem progeniem humanam vitiari ex inobedientum parentum congressione. Conceptio itaque Virginis sine macula, quia ex coniunctione parentum per obedientiam *ex præcepto Dei.* Maculatum semen ex inobedientia profluxit? Clamat igitur Damascenus orat. 2. de Nat. Mar. *O beatos Ioachim lumbos, ex quibus prorsus immaculatum semen fluxit! O præclaram Annæ vuluam, ex quâ tacitis incrementis ex ea auctus, atque efformatus fuit fœtus sanctissimus.*

Damasc.

98\. David canens exaudiendus. *Surge Domine in requiem tuam, tu, & Arca sanctificationis tuæ.* Psalm. 131. Per Arcam Richardus Laurent. lib. 11. Deiparam designari, quæ quidem verè Testamenti Arca sua in conceptione ostentatur. Illa enim ad præceptum Domini efformata ex lignis *imputribilibus.* Quid enim obedientia, quod non esset imputribile generaret? *Commendatur,* inquit, ille, *hæc arca ab omnium virtutum compage; quia cùm sit specialissimum opus Dei, compaginata est virtutū omnium firmitate. Ipsa enim velut Arca Testamenti ad præceptum Dei facta est ex lignis Setim, quæ fortia sunt, & imputribilia. Propter quod dicitur Isai. 40. Lignum forte, & imputribile elegit sibi artifex sapiens, id est, Christus.* Obedientia compaginauit Arcam Mariam? Quàm aptè ligna imputribilia esse asseruntur; quia parens obedientia fœtum progignit ex inobedientia minimè fucatum, ac putridum.

Arca Maria ad Dei præceptum sua ex obedientia facta incorruptibilis. Ps. 131. Richard. Laur.

99\. Cur existimas Dauidem proclamâsse, *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, &c.* Psal. 44. Matrem obedientis Filij obedientem omninò progigni cupiebat, & ideo ad præceptum expetebat auditum. *Audi filia,* vt, instar obedientis Abrahæ, ex Domini præcepto è domo progrediaris. Apprimè D. Gregor. ad Psal. 131. *Surge Domine in requiem tuam, tu & Arca.* Surge Domine ex sinu Patris, *vt collapsum,* ex in obedientia, *primi parentis genus erigas factus obediens vsque ad mortem. Hæc postulans, ac deprecans Dauid ad Virgam, quæ ex ipso pulcherrimi illius fructus florem germinatura erat vaticinans dicebat. Audi filia, & vide, &c.* Ac si obedientis filij matrem obedientem peteret germinari. Igitur ex obedientiæ congressu obediens Maria nascitur obedientem Iesum paritura. Quomodo enim apta virga ad huiusmodi florem producendum cuius exemplo communis inobedientia frænanda erat, si omnino diuinæ voluntati conformis non appareret?

Ad exortum ex obedientia à Dauide Maria inuitatur. Ps. 44. Greg.

100\. *Dixit* olim Elias *ad puerum suum: Ascende, & prospice contra mare. Qui cùm ascendisset, & contemplatus esset, ait: Non est quidquam.* Demum tamen, *Ecce,* ait puer, *nubecula paruula, quasi vestigium hominis.* 3. Reg. 18. Illam pende particulam: *vestigium hominis.* Ac si diceret nubes hæc hominis vestigia sequitur. Ansel. Illius inquam qui *factus obediens vsque ad mortem.* Vestigia Christi obedientis sequitur obediens Maria in nube figurata. Obediens exoritur? Ergo licèt à mari originem trahat, originalis culpæ amaritudinem non contraxit. Ioannes Ierosol. lib. de instit. Monach. cap. 32. *Mare quidem ponderosum est, & amarum. Sed nubecula Maria leuis fuit, & dulcis. Sic quamuis in quolibet alio homine natura humana instar maris sit in suo origine ita amaritudine, & peccatorum pondere pressa, vt fateri cogatur: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, &c. B. tamen Maria de hoc mari, id est, natura humana aliter fuit orta,* (siue *concepta,* de hominum enim primo *origine* loquitur) *quia non fuit onerata amaritudine delictorum, sed instar illius nubeculæ, fuit leuis per immunitatem peccatorum, & dulcis per plenitudinem charismatum.* Paulò superiùs dixerat. *Licèt nubecula illa esset originaliter eiusdem naturæ cum mari, alterius tamen fuit qualitatis.* Quia igitur Maria erat quasi hominis Iesu vestigium, siue eius vestigia sequebatur Patris voluntatem sequendo, inobedientiæ Adami non sapit amaritudinem. Quod autem id Mariæ contigerit, quia hominis Iesu vestigium est, seu eius vestigia secuta fuerit, asserit Richard. Laurent. *Maria similis filio in moribus,* seu in gressibus. *Vnde nubes, quæ ascendebat de mari, quasi vestigium hominis dicitur habuisse.*

Quia Christi obedientis vestigia imitatur Maria in conceptione, communem amaritudinem nō contraxit. 3. Reg. 18. Ansel. Ioan. Ierosol.

101\. Præclarè Isaias: *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem.* cap. 19. Cur incarnatio aut conceptio Iesu ascensui ad nubem & non potius descensui comparatur? *Dixisse debueras* (loquor cum Richardo lib. 12.) *Descendet Deus ad nubem leuem, sicut dicit infra vtinam disrumperes cælos, & descenderes.* Ostendit Christus quodammodo se Matris conceptionis puritatem imitatum esse? Ipsa quidem ex obedientia ascendens omnino à terra abstracta ostentatur. In morem enim nubis (quæ in sacra Pagina obedientiæ insigne: *Mandabo nubibus desuper.* Ps. 77. Incognito assertore.) ad mādatum Domini eleuata omnino fuit à crimine immunis. Christus igitur, nubis in morem Marianæ, ascendens ex obedientiâ leuis obiicitur. Pulchrè Richard. sic quæstioni suæ respondet. *Christus leuis fuit peccati immunitate, & obedientiæ adimpletione; quia exultauit vt gigas, &c.* Obediens igitur à peccato immunis omnino ascendat super nubem, vt ostendat Matris ascensum ex obediētia, peccatique omnimodâ præseruatione contigisse. Suademur ex præfatis quàm sit obedientia affinis iustitiæ; illi enim, qui nubium instar Apostolicarū (vti ait Incognitus) à Domini voluntate feruntur, à peccati pondere liberantur; illud nempe ipsum gressus ex obedientiæ prætextu mouere, idem est ac securè incedere sine casu.

Quasi ostendit Iesus se Matris conceptionis puritatem imitatum ex obedientia. Isai 19. Richardus Laurent. Incog.

OBSERVATIO XIII.

Ad illa verba:

Obeth autem genuit Iesse.

Iesse radix, ex quâ virga & flos germinat Marianæ conceptionis exprimit puritatem.

Vbi ostendo, non semper ex prauis parentibus improbos filios exoriri.

102. Isai. 11.

EVANGELICVS Isaias Iesse filium Obeth purissimæ Cóceptionis Mariæ inducit assertorem suus. *Egredietur Virga de radice Iesse, & Flos de radice eius ascendet.* cap. 11. Quod quidem testimonium multipliciter Conceptionem immaculatam asserere ostendam.

103. *Ex igne Dei charitatis orta Maria flammea, non frigiditate criminis rigens.* Hugo Card. Richard. Laurent.

Primùm pondero ipsius nominis Iesse significationem. Hugo Cardinalis. *Iesse interpretatur* incendium, *de quo Christus dicit: Ignem veni mittere in terram.* Egreditur ergo Virgo, seu Virgo Maria de incendio diuinæ charitatis. Audiendus Richardus Laurent. lib. 12. ansam exhibens pulchræ excogitationi. *Dicitur Maria de radice Iesse, quod sonat incendium, quia ignis radix est incendij. Commendatur Virgo ex hoc, quòd incendio feruentissima charitatis data est nobis. Nam cùm Pater propter nimiam charitatem suam, dederit nobis Filium suum vnigenitum, liquet, quòd ex eadem charitate dederit nobis Matrem.* Si originis Deiparæ caussa eadem nimia charitas, quæ est causa originis Filij Dei, quomodo in tam immensi ignis conspectu potuit stipula vitij subsistere? quomodo tam infinita Dei Charitas Virginem sibi inuisam, frigidam omnino emitteret? Ab Aquilone panditur omne malum, frigiditas regionis frigidum fœtum enititur. At ex infinito incendio Dei Charitatis radice necessum planè Virginem flammeam charitatis fœtum generari.

104. *Maria ex radice humilitatis orta omnino à parentum superbia abstracta.* Rupert.

Deinde requiro, cur non dixit: *Egredietur virga,* seu Virgo *de radice David*, cui specialissimè fuerat facta promissio? Respondet Rupertus lib. 2. in Isa. cap. 7. *Aduersus superbiam Assur, id est, Diaboli sermo nunc erat, & velut antidotum humilitatem medicinalis gratia promittebat. Rectè igitur Regiam præteriuit personam David. Egredietur, inquit, Virga de radice Iesse, cum dicere posset de radice David.* Ex Adamo & Euâ radice ex Diabolo superbia infecta exoriuntur filij superbiæ infecti contagio. At ex humilitate radice quid non Virga, Virgo inquam humillima fractura caput serpentis superbiæ parentis exurgeret?

105. *Non egreditur ramus seu arbor, sed virga foliis nuda, quia nil inuenitum quod contegat è tortuosa radice contraxit.*

Tertiò pondero verbum illud: *Egredietur Virga.* Cur non dixit, planta, arbor? An quia virga nuda omnino erumpit, nullo foliorum indumento amicta? Ita planè. Foliis enim Mariam orbatam innuit, ne Adami & Euæ indumento vti videatur. Ac si diceret: Licèt Maria ex communi radice exoriatur filia eorum qui ex superbia nudati ad foliorum latibula properarunt similium ramorum parentum: haud ramus, haud arbor prodiit foliis onusta, quia fulgore innocentiæ amicta pulchram prætulit nuditatem. Bellè Petrus Damianus. serm. de Annunc. *Germinat ergo Iesse virgam de tortuosâ radice generis humani, & in altitudinem, & rectitudinem erumpens omnem ignorat nodositatem, foliorum tenebras nescit.* Id est, non habuit nodositatis fœditatem, cur deberet ad foliorum latibula properare: nil nodositatis contraxit à tortuosâ radice, vnde haud ei necessum ad foliorum indumenta confugere fœditatis caliginosum indumentum. Petrus. Damian.

106. *Christus & Maria ex eadem radice oriri prædicantur, vt constet radicis tortuositatem non obfuisse rectitudini virgæ.*

Quonammodo, ais, ex tortuosâ radice recta virga germinarit? An virga recta Iesus? *Virgam virtutis suæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum.* Quàm recta virga! Audi Prophetam aducientem post virgæ Marianæ egressum: *Et flos de radice eius ascendet.* Insuetum prorsus florem ex radice produci, pariter cum virga non ex ipsa, sed ex radice germinari. At Christus innuitur ex tortuosâ simul cum Maria productus, vt ostendam haud obstare radicis tortuositatem, quo minus & virga & flos immaculati ascendant. Richardus Laurentius lib. 12. serm. de Nat. *Poterat verè dixisse: Et flos de virga ascendet; sed maluit dicere: De radice. Vt vnde Virgam Mariam, inde florem Christum duxisse originem demonstraret.* Et quemadmodum sine tortuositatis radicis obstaculo Christus flos pulcherrimus prodiit: sic Maria Virga prædicetur recta sine culpæ curuitate ex radice generis humani tortuosa prodiisse. Richard. Lauren.

107. *Christus ostendit se ex purissima Matris conceptione procedere.*

Aliter equidem locum expendam; illud enim: *Ex radice eius*, alij ad Virgam Virginem transferunt, ita vt Flos Christus è radice virgæ Mariæ ortum duxisse prædicetur. In cuius gratiam præmitto hominem arborem inuersam à conceptionis radice germinari. Vnde non incongruè (vti Richardus) in virgæ huius radice Deiparæ conceptio designatur. Richard. Iam difficilis locus apparet. *Flos de radice eius ascendet.* Christus de conceptione Mariæ exsurget. Cur non è supremo virgæ cumulo, ex augustiori sanctitate post virtutum celsatum incrementa? Quid fœdius radice? Proh Conceptionis Mariæ puritatem! Potiùs ex conceptione, quàm ex virtutum cumulo exortum fuisse Christum Propheta asseruit, vt constaret, quàm conceptio immaculata. Nec enim Iesus Rex inde processisse assereretur, vbi peccati seruitus ignominia seruitutis.

108. *Maria conceptio virtutibus ornata, vnde ex radice oritur flos, ac si ex culmine virga progrederetur.*

Putas-ne Mariam in radice seu in conceptione ita nudam & pauperem, vt dignius fuisset flori Iesu ex virgæ vertice prodiisse? Porrò in ipsa conceptionis radice virgæ vertex apparet. Richardus Laurent. lib. 12. *Magnas & altas habet Maria radices, vnde potest crescere tam in immensum. Spirituales eius radices excellentissimæ virtutes, quas omnes habuit in superlatiuo.* Quanta conceptionis Deiparæ gloria, vt in ipso illo primo instanti *in superlatiuo* amaret, speraret, crederet, submitteretur, obediret? Richard. Laur. *Et quia* (pulchrè adiicit) *tam in profundo radicata est in eis, ideo tam in immensum excreuit, scilicet vsque ad conceptionem filij Dei.* Tam ornata igitur Virga Maria in conceptione

gloria

gloria virtutum, vt sic ex conceptionis radice egrediatur flos Iesus, ac si ex virgæ eleuatiori culmine exoriretur. Edoceris ex præmissis haud obstare radicis tortuositatem virgæ rectitudini erumpentis; hoc est, ex parentibus improbis posse filios virtute condecoratos exoriri; nec enim semper necessariò mala spiritualiter arbor malos efficit fructus. At id fateor charitatis diuinæ incendium operari; plerumque enim ex infectâ radice fructus infecti producuntur.

Observatio XIV.

Ad illa verba:

Iesse autem genuit Dauid Regem.

Rex Dauid resonanti citharâ duodecim carmina profert in Marianæ conceptionis gloriam, totidem stellis Reginæ cingens tempora.

Vbi ostendo sacræ Paginæ testimonia aduersùs passiones esse arma validissima.

109. *Canens Dauid celebrat gloriam conceptionis Mariæ.*

Rex Dauid Reginæ Mariæ poterat augustam conditionem asserere, à communique Assueri sententia præseruare. Pater Christi ante tempus appellatus Mariam ab instanti primo conceptionis Iesu matrem affirmare valebat, vnde eam à reatu liberaret. In solario constitutus illius gerens personam qui *in Sole posuit tabernaculum suum*, (vti ait Strabus) Deiparam Solem nunquam peccati tenebris offusum quiret prædicare. At pastorem aduoco citharâ modulantem, vt gloriam purissimæ cõceptionis celebret à Saule, id est, à corde duro haud parenti communi plausu Dæmonem ablegãdo, si fortè sit aliquis, qui non prætextu veritatis tuendæ, quod fas est, sed propriæ defendendæ contentionis, quod nefas, hoc Deiparæ abnegat priuilegium. D. Chrys. *Pulchra est Dauid cithara, est enim animæ consolatio, mentis enim nostra neruos confirmat. Sumpsit Dauid citharam, & pulsauit, & à Saul recessit malus spiritus.* Resonet igitur musicum Dauidis instrumentum, Psalmis dulcibus Conceptionis Marianæ gloriam euulget, si fortè dum obsequium præstantes consolatione afficimur, malus spiritus à quopiam Saule recedit. (Chrys.)

110. *In vtroque exitu matutino & vespertino Maria cantabilis.* Ps. 64. Hieron.

Turbabuntur gentes, & timebunt, qui habitant terminos, a signis tuis. Ps. 64. Quibus signis? *Exitus matutini, & vespere delectabis.* D. Hieron. *Egressus matutini & vesperi laudantes facies.* Apud Treuetum. *Egressus matutinos & vesperi cantabiles.* Ac si diceret: Egressus Mariæ duplex, egressus à non esse ad esse; egressus ex hac vita ad æternã. Huiusmodi egressus *cantabiles*, quia nullum peccati væ; *& laudantes facis*, quia specialissimã Deus laude afficitur, dum in matutino egressu Maria, instar Auroræ rutilans apparuit; in egressuque vespertino immaculata auolauit ad Superos. Vnde rectè à Ruperto Maria *tota cantabilis* prædicatur. (Rupert.)

111. *Præparauit sibi Deus hospitium Mariam.* Psal. 77.

Ædificauit (pergit Encomiastes) *sicut vnicornium sanctificium suum in terra.* Psal. 77. Vbi Beda asserit omne venenatum animans vnicornis odore fugari, aut occidi, quod D. ornau. Virgini accommodat; Deus namque ab omni virulento corpore & animo præseruauit hospitium. *Sanctificium suum.* Non dixit domum, sed sanctificium, vt ostendat iam sanctum esse habitaculum longè ante corporalem habitationem. Audiendus Anselmus de excel. Virginis. *Nullum denique dubium castissimum corpus, & sapientissimam animam fuisse ab omni macula peccati protectam, vtpote aulam, quam suus, & omnium Creator Deus corporaliter inhabitaturus erat.* (Ansel.)

112. *Maria pro Eua præuaricante eligitur à præuaricatione libera.* Ps. 44. Irenæus.

Adiicit Vates. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super omnem terram.* Ps. 44. Irenæus l. 3. cont. hæres. c. 33. sic explicat locum: Pro patribus Adamo, & Eua datis à Deo Orbi principibus, sed seipsos, sobolémque per præuaricationem impellẽtibus in ruinam: *dati* sunt Christus & Maria Principes, vt inflicta ab illis damna propulsarent. Ergo si ex mente Irenæi Maria Regina constituitur ad pristinorum reparationem incõmodorum, debuit Patribus in gratiâ constitutis assimilari. Alioqui ad quid illa sufficeretur pro matre, si ipsi in præuaricatione similis sufficeretur? Fauet Hieronymi translatio pro *nati sunt* scribentis: *erunt tibi filij*, vt significatio generationis excludatur, qua cum peccatum originale diffunditur. Quare Euangelista qui vsus verbo *genuit* vsque ad Iosephum fuerat, *virum*, inquit, *Mariæ*, haud pergens ad illam à Ioachimo parente, sed ab sponso, ne cogeretur vti verbo *genuit*.

113. *Maria dicitur nubes nunquam tenebris offusa peccati.* Ps. 77. Epiph. Orig.

Quàm dulce resonat carmen illud: *Deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.* Psal. 77. Maria, teste Epiphanio, miraculosa columna est. *Nubes* (inquit serm. de laud. Mar.) *columnæ similis, ô Maria es, quæ Deum habes, quæ populum deduxit per desertum.* Aptiùs Origenes argumento typum accõmodat hom. 3. in 2. Mat. fatus. *Ecce Dominus sedet in nube pusillâ, & veniet in Ægyptum. Ecce Dominus sedet in nube pusilla, carnalem animam non habente, nec aliquam peccati grauitatem.* Et Diuus Hieronym. ad illud Isai. 19. *Deduxit eos in nube diei. Nubem* (ait) *leuem debemus sanctam Mariam accipere. Pulchrè dixit: Diei; nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce.* (Hieron.)

114. *Maria terra nunquam maledicta benedictum fructum dedit.* Ps. 84.

Melos augetur ex illo carmine: *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Psalmo. 84. Hugo Cardinal. *terram* Mariam interpretatur, ad Psal. 23. Quidnam significat: *Dabit fructum suum*? an terra potest fructus dare, si semina non accipiat? Minimè. Dabit ergo terra Maria fructum suum, quia non maledicta sponte fructum germinat. Vel quia Christus benedictũ germen proprius fructus terræ nunquã maledictæ. Laurentinum Richardum audite. *Terra B. Virgo, quæ ex dono Dei facta est nostra, dabit fructum suũ, id est, sibi congruum; quia soli Virgini congruebat parere Filium Dei, & soli Deo Matrem* (Richard. Laur.)

trem habere virginem. Vel suam, id est, benedicta benedictum: sicut terra maledicta in opere Adam fructus dedit maledictos. Hactenus ille lib. 8.

115. *Res noua, Ciuitatem, Marianæ fundamina sancta.* Psal. 86. Richard. Laur.

Alibi Propheta. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Psal. 86. Illam particulam *eius* expende. Ad quamnam exædificationem refertur hoc relatiuum, si nihil præcessit? Vt respondeam, præmitto Richardum. Laurent. l. 11. *Propheta prauidens in spiritu dignitatem & excellentiam huius ciuitatis scilicet gloriosæ Virginis, quasi vehementer admirans gloriam ipsius, ex improuiso prosilit in hæc verba: Fundamenta eius in montibus sanctis; & cùm nihil præcesserit, ad quod respiciat hoc relatiuum eius, refertur ad mentem Prophetæ.* Profectò apertè verba illa referuntur ad Virginem, quia de illa prædicatur conceptio immaculata quod alij creaturæ puræ non potest conuenire. Exempli gratia, si quis hanc propositionem proferret: Ille immensus est, & infinitè sapiens, proculdubio ad Deum ipsū referre cognosceremus, quia nulli alij posset conuenire. Refertur igitur ad solam Mariam propositio, qua sancta fundamina *eius* prædicantur, quia nullius spiritualis exædificationis primarius lapis sanctus, nisi Mariæ. Profiteor, attamen oporteret id esse omnibus notum, aliquam scilicet fœminam hoc esse priuilegio donatam. Respondeo cum Richardo relatiuum *eius*, *referri ad mentem Prophetæ.* Ipse enim veritatem hanc tam adnatam esse Deiparenti cognoscebat, vt videretur sibi omnibus notum priuilegium. Quemadmodum Magdalena requirens Iesum dixit, *Si tu sustulisti eum.* (Ioan. 20.) Videbatur enim sibi suam notam omnibus charitatem: solùmque dignum Iesum, qui defunctus quæreretur.

116. *Maria Ciuitas Dei solius dissimilis Babyloni.* Ps. 86.

Eiusdem Psalmi carmen illud ponderandum. *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei.* An aliquid speciale priuilegiū Ciuitati Dei, quia Dei? Quis abneget. Nam si aliquo instanti Babylonis Ciuitas extitisset Babylon, tunc Ciuitas Diaboli appellaretur. Ergo decens fuit omnino esse Babyloni dissimilem, Altissimi vrbs soli sibi exædificata. Appositè Richard. (Richard.) lib. 11. *Maria* est illa Ciuitas, de qua in Psalmo, *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei. Ciuitas Dei dicitur ad differentiam Ciuitatis Babylonicæ, quæ Diaboli est. Benè Ciuitas Dei, quæ tota fuit Dei, & nullius nisi Dei, quia nihil in ea habuit pars aduersa.* Si nullius fuit nisi Dei, quandonam cessit Ciuitas hæc in peccati, seu Diaboli possessionem? *Item* (adiicit) *Ciuitas Dei, quia sola digna tanto Rege, tanto Conditore.*

117. *Vt homo Iesus ex vtero Virginis nasceretur, prius ortus est ex animo immaculato.* Ps. 86. Petrus Damian.

Tertium argumentum idem Psalmus exhibet. *Nunquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea.* Vbi Petrus Damian. serm. 46. fatur. *Deus antequam nasceretur, talem creauit Mariam, vt ipse dignè nasci potuisset ex ea, de qua David multo ante prædixerat: Mater Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea, id est, factus ex ea. Creatus est ex ea, quam creauit; portatus est manibus, quas formauit.* Bis verbum *Homo* scripsit Propheta. *Homo, & homo natus est in ea.* Quasi vt nasceretur ex vtero Virginis, priùs natus esset ex animo omnino immaculato. Prius enim ipsa, authore August. *concepit mente, quam ventre.*

118. *Christus fundamentum est Virginis, quia conceptionis puritas ex eius meritis fundatur.* Ps. 86. Richard.

Adhuc ex Psalmo 86. *Ipse fundauit eam Altissimus.* Id est, Ipse fundamentum Virginis fuit, quia lapis. Si de lapide locutus diceretur. Ille fundauit domum, intelligeres proculdubio, lapidem domui dedisse fundamentum cui totum ædificium hæreret. Ipse ergo lapis Iesus fundauit eam, dum tota gloria conceptionis Deiparæ fundatur in eo quòd ex ea ortus Christus. Audi Richardum Laurent. l. 11. *Fundamentum Mariæ ipse est Christus. Vnde Isaia 28. Ecce ego mittam, dicit Pater fundator, fundamentum Sion, id est, Mariæ, lapidem angularem probatum, pretiosum in fundamentum, hoc est Christum. Erat enim Ciuitas hæc fundata supra firmam petram, quæ est Christus.* (Isa. 28.) Quidnam, quæso, est Virginem supra Iesu petram firmissimam fundari, nisi asserere ab ipso Conceptionis fundamine Mariam esse pretiosam, quia Christi firmitas ex meritorum passionis vi huic fundamini adiiciebatur?

119. *Maria ipsa filij requies, id est, immunis omnino à peccato vsum patitur.* Psal. 131. Nicol.

Quid dulcius illo carmine? *Surge Domine, in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuæ?* Psal. 131. De quanam requie loquitur Vates? Respondet Nicolaus Monachus S. Albani epist. 9. lib. 9. epist. Petri Cellens. tom. 12. Biblio. Patr. *Verbi incarnati requies est, in carne nullam carnis contradictionem, nullam membrorum legem legi mentis repugnantem sentire.* Quibus verbis originalem Christi iustitiam videtur astruere. Christus ad hanc requiem surrexit secum Deiparam adducens. *In hanc igitur requiem* (adiicit ille) *suam surrexit Verbum incarnatum, & non solum Verbum, sed & Arca sanctificationis suæ, videlicet Mater sua, de qua, & in qua est Verbum incarnatum. Sicut enim in cælo qualis Pater talis Filius: Sic in terra qualis Filius, talis Mater. Non dico de Spiritu concepta vt Filius, sed Spiritu repleta, & sanctificata ex vtero, vt Filius.* Ac si diceret: sicut Pater immaculatus immaculatum Filiū genuit: ita Mater immaculata fuit, vt Filium immaculatum eniteretur, eiusdem Filij munere.

120. *Sol Christus exortus ex Maria nunquam tenebris offusa, sed Sol clarorato conspicuus.* Psal. 18. Epiph. Anast.

Concinit illud: *In Sole posuit Tabernaculum suum, & ipse tanquam Sponsus procedens de Tabernaculo suo exultauit vt gigas, &c.* Psal. 18. Vbi Anastasius Synaï. lib. 4. Exa. *Per hoc discimus Solem Christum in cælo currentem.* Epiphanius hom. de laud. Virgin. *Ex Virgine Maria Sponsus procedit Christus iuxta sacram Dauidis cantionem: In Sole posuit Tabernaculum suum.* Cur Sol de Sole ortus prædicatur? An quia Iesu Solis quodammodo puritatis fama læderetur, si ex Matre crederetur exortus, quæ in morem Solis semper lucida stetisset? Fauet Richardus Laurent. lib. 12. (Richard.) *In Sole posuit Tabernaculum suum* Sol Christus, *id est, carnem suam, quam assumpsit in ea; quæ scilicet Virgo clara erat, & lucida vt Sol per omnimodam claritatem.*

121. *Quia Maria duplicitatem non habuit erga parentes commoda, ab sponso diligitur.* Ps. 44. Epiph.

Denique Vates: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.* Psalm. 44. Vidimus ex Leone Imperat. admonitam Virginem, dum in lumbis paternis adesset, vt se omnino gratiæ filiam, non parentum communium putaret; nam si gratiæ filia simul parentes amplecteretur, duplicitatis notam contraheret, nec ab sponso Rege diligeretur, qui sponsæ hæret rugam non habenti, vt fatur Apostolus, *Non habentem maculam, neque rugam.* Eph. 5.

Ad

Richard. Ad hæc Richardus Laurent. lib. 5. *Tota fuit pulchra Maria in carne, puritate virginitatis, & in mente consummatione speculationis: & neque in carne habuit maculam contagionis, neque in mente rugam duplicitatis. Et talem sibi Christus Matrem, & sponsam exhibuit non habentem maculam, neque rugam. Ideo confidit in ea cor viri sui.* Prou. 31. En duodecim Psalmorum testimoniis quasi duodecim stellis à Rege Dauide Regina Maria coronata Ioanni ostentatur, *Et in capite eius corona stellarum duodecim.* Quòd si moribus sit Panegyris accommodanda, contemplare Dauidem præcinentem in fugam diabolum impellere, culpam originalem ablegare. Id quod materialiter præstitit coram Rege Saule de quo Iosephus lib. 6. Antiq. cap. 10. *Saul quædam passiones & dæmonia comprehenderunt. Delectabatur in Dauide, & maximè in inuasione dæmoniorum, qui cum ad eum accederet, solus erat medicus hymnos dicendo, & psallendo in cithara, & Saul à mentis oppressione reuocando.* Si passionis teneris ægritudine circa Mariæ conceptionem, ex passione quidem non ex desiderio veritatis indagandæ arguendo, audi Dauidica carmina. Si autem passionum iræ, luxuriei, auaritiæ peste inficeris, carminum dulcedine furor ablegabitur; sacra enim Pagina aduersus inuisibiles hostes munimentum. Libri explicit primus Tractatus. Ioseph.

SECTIO TERTIA.

Libri generationis Iesu Christi Tractatus secundus. secundam Thessaradecadem proferens.

TEXTVS.

VERS. 6. DAVID autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.
7. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit
Abiam. Abia autem genuit Asa. 8. Asa autem genuit Iosa-
phath. Iosaphath autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. 9. Ozias
autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit
Ezechiam. 10. Ezechias autem genuit Manassem. Manasses autem genuit
Amon. Amon autem genuit Iosiam. 11. Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Salomone Bersabee filio.

1\. *Dauidis & Bersabee historia.* SECVNDA Thessaradecas caput attollit sceptris coronisque rutilans, fulgentissimum ducens initium à Salomonis gloria: captiuitate quidem Babylonicâ veluti obscurissima nocte terminanda. Notum planè Dauidis cum Bersabee adulterium, ac super adiectum homicidium, vt abyssum inuocaret abyssus: non minùs nota pœnitudo, commissique flagitij condonatio. Quam violarat Rex Bersabee post viri obitum duxit vxorem, ex qua Salomonem filium Regni hæredem suscepit Deo adeò charum, vt ידידיה Iedidia nomine Hebræo, id est dilectus Dei fuerit appellatus.

2\. *An plures filios Dauid habuerit ex Bersabee?* *Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.*] Profectò cum genuit erat Dauidis vxor; pro viro enim Vria, quem occiderat, seipsum Dauid Bersabee tradidit in maritum, egregia quidem restitutione, dum vidua militis sumitur in Reginam. Imo Abulensis 1. Paral. 3. quæst. 4. existimat à Dauide (Abul. Prou. 4.) non solum ductam vxorem Bersabee, verum & filios, quos ex Vria pepererat, adoptatos. (1. Par. 3.) Mouetur, quia Prou. 4. dicitur Salomon vnigenitus matri suæ. *Ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea.* At 1. Par. 3. alij Dauidis filij adnumerantur. *In Ierusalem nati sunt ei filij Simmaa, & Sobab, & Matham, & Salomon.* Quonammodo igitur Salomon vnigenitus appellatur? Annon quia vnicus erat ex Dauide? Igitur solus Salomon erat naturalis vtriúsque filius, reliqui adoptione. Contestatur Lyranus. Quorum sententiam improbo asserens manifestè loco citato affirmari omnes illos filios Dauidi fuisse ex Bersabee natos. Cur autem dicitur Salomon *vnigenitus coram matre sua*? Metaphoricè quidem, hoc est, *Dilectus*, & quasi ex dilectione vnigenitus Regno deputatus. LXX. vertunt, ἀγαπητὸς hoc est, dilectus.

3\. *Salomonis casus in senectute defectu, quia viriles impetus non refrænauerat.* O rem timendam si ille *Iedidia* seu dilectus Deo æternis Tartari flammis addictus, quia factus est mulierum dilector? Absit à me id affirmare cum eis sentiente, qui Salomonem pœnitudine crimina deleuisse affirmant. De quo Deo annuente, cum Commentaria in selectiora Veteris paginæ historica puncta persoluerimus. Moneo in præsenti Salomonem in senectute deprauatum, fante Cyrillo. *Corri-* Cyril.

piebatur Salomon amore in ipsa senectutis via, mente iam deflorescente, nec pristinum habente vigorem, sed quasi cum corpore senescente. Vbi ad finem, & occasum vitæ venit, defecit simul ætas roboris, & mentis, deinde laqueum illi per mulieres parans Sathanas, & a recto abduxit. Quis non crederet deficiente vigore libidinem defecturam? Accidit id, vt vir luxuriei frænum adiicere procures, nec ad senectutis defectum recurras. Nam in supplicium malè morigerati vigoris, permittit iustus rerum moderator ipsum senectutis defectum vigere ad libidinis intemperantiam.

4. *Cur per Salomonem sceptri progenies Domini?* *Genuit Salomonem.*] Vxores alias habuit Rex, ex quibus liberos acceperat, in quibusque nulla adulterij labes. At Salomoni sceptrum traditur, ille Iesu patet exsurgit. Cur hoc? An quia Deo adeo Dauid placuerat pœnitentia, vt ex ea, quæ fuit Vriæ, & tanti occasio mali, Regem sapientissimum, qui Christi ageret typum, qui toto Orbe celeberrimum Templum exædificaret, nasci voluerit.

5. *Cur fœminæ nomen obticetur?* *Ex ea, quæ fuit Vriæ.*] Cur nomen fœminæ Euangelista tacuit, qui Rahab, Thamar, & Ruth expresserat, & circum locutione descripsit? An quia iam Regina, de qua decentissimè loqui oportebat? An quia nupta erat, quando deliquit, vt doceamur occulta tacere delicta, nomina saltem operire, si opus nequeamus in coniugij decentiam? An quia notior Bersabee ex marito, quam ex proprio nomine esset? An quia conscia fuerit homicidij mariti, meritò ex fœminarum cathalogo expungenda? Sic Remigius opinatur, sic alij existimant. *Remig.* Ego planè iudico voluisse Matthæum rem fideliter enarrare. Salomonem scilicet susceptum ex Bersabee, quæ quamuis vxor fuisset Vriæ, tamen tum non erat, sed legitima Dauidis vxor, cum ex ea Salomon procreatus est.

---

§. II.

De Roboam, Salomonis filio.

6. *Quo anno ætatis Salomon Roboamum genuerit?* *3. Reg. 12.* S*Alomon autem genuit Roboam.*] Quoto ætatis anno Salomon Roboamum genuerit? Hieronymus asserit epist. ad Vital. Salomonem duodecim annos natum regnare cœpisse. *Regnauit autem annis quadraginta.* 3. Reg. 11. At Roboam in locum patris vita functi suffectus est, cum vnum & quadragesimum annum ageret. *Quadraginta & vnius anni erat Roboam, cùm regnare cœpisset.* Ergo Salomon filium Roboam genuit antequam regnare inciperet, cùm decem tantum annos haberet. *Quis autem crederet mortalium* (luquor cum D. Hieron.) *vt decem aut vndecim annorum puer generaret filium?* *Hieron.* Exsurgit hinc grauior difficultas, videlicet Salomonem senem non fuisse, quando à fœminis in idolorum cultum est attractus. *De Salomonis senectute, deprauatione.* Nam si duodecimo ætatis anno regnare cœpit, & quadraginta tantummodo annis regnauit, efficitur quinquagesimo secundo ætatis anno è vita migrasse. At multò ante mortem deprauatus ab vxoribus est. Ergo cùm in idolorum cultum est præcipitatus, annum quadragesimum sextum, aut septimum agebat, quæ ætas senilis non est, imo tempore illo vix ab adolescentia abstracta. *Cùm iam esset senex Salomon, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos.* 3. Reg. 11. Ratio hæc confirmat falsam esse Hebræorum sententiam Salomonem genuisse Roboam ante imperij initium, cœpisséque regnare anno ætatis duodecimo. *3. Reg. 11.*

Probatur tamen sententia hæc ex sacra Pagina, quæ tenellum edocet Salomonem quando ad Regni clauum assumptus. 7. *Confirmatur prædicta sententia.* *Locutus est Dauid* ad omnem Ecclesiam: *Salomonem filium meum vnum elegit Deus adhuc puerum, & tenellum.* 1. Par. 29. *Ego* (inquit ipse, cum iam Rex esset creatus) *sum puer paruulus, & ignorans egressum, & introitum meum.* *1. Par. 29.* Quibus locis dicitur à LXX. *παιδάριον* id est, *puerulus.* Duodecimo ergo, plus minùs, anno principatum obtinuit, quadraginta annis regnauit, duos supra quinquaginta vixit, deprauatus ab vxoribus ante annos quadraginta sex, genuit filium Roboamum ante vndecimum, vel duodecimum. Quæquidem facilè concedit Hieronymus.

Attamen affirmo Salomonem haud venisse ad ætatem annorum nonaginta supra duos, vt falsò innuit Iosephus, sed ad sexaginta, quia regnare cœpit anno ætatis vigesimo, annis quadraginta regnauit vti vidimus, non octoginta, vt Iosephus duplicauit. 8. *Authoris placitum asserentis sexaginta annos ætati Salomonis.* Cùm autem esset senex videlicet iam natus quinquaginta quinque annos, ab vxoribus est in idololatriam pertractus. Quid mirum citiùs sonuisse coram tot vxorum & concubinarum multitudine? Appellatur (ais) cum cœpit regnare, paruulus, puerulus? Respondeo hebræâ phrasi adolescentes pueros vocitari. Dauid ante mortem suam vocat Salomonem virum sapientem. *Vir sapiens es, vt scias, quid facies ei.* 3. Reg. 3. Si vir sapiens erat Salomon imperante Dauide, antequam à Deo speciali sapientia donaretur, quonammodo duodecimo anno ætatis cœpit regnare? *3. Reg. 3.* Hebraicè locis citatis dicitur Salomon *nahar*, quod nomen non solum significat puerum decem, aut duodecim annorum, sed plurium, Absalonem testor, qui cum bellum patri inferret natus iam 25. vel 30. annis trium iam filiorum, & filiæ vnius parens puer, hebraicè *nahar* dicitur. *Seruate mihi puerum Absalon. Est ne pax puero Absalon?* 2. Reg. 18. Quibus in locis Hebraicè est *nahar*, & Græcè *παιδάριον*. *2. Reg. 18.* Constat igitur Roboamum haud genitum à Salomone patre cum decem aut vndecim annos ageret, sed cùm ad vigesimum annum iam accederet. Monuerim ex tot vxoribus Salomonem vnicum tantum filium Roboamum, & duas filias reliquisse; quia intemperantia nimium est infœcunda.

Qualis Rex Roboamus? Idololatriæ exhibens operam inter improbos computatur. 9. *Roboami mores.* *Cum roboratum fuisset Regnum Roboam*, dereliquit legem Domini, & omnis Israel cū eo. 2. Par. 12. Quia ea abundantia ortum obtinet iniquitas, subditique Principis vestigia persequuntur. De Roboamo Ecclesiasticus, *Finem habuit Salomon cum patribus suis,* &

& dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam, & imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo. cap.47. Appellatur Roboam imminutus à prudentia, ac gentis Hebrææ stoltitia, quia consiliu suo Regnum diuisit. Secutos namque iuuenum consilium spretâ seniorum sententia; durè respondit populo tributorum alleuiationem petenti; auertitque à se decem Tribus vt 3.Reg.12. narratur.

---

§. III.

De Abia, Asa, Iosaphath, & Joram Regibus.

10. *Abias filius Roboam.* R*Oboam autem genuit Abiam.*] Cum post diuisionem Roboam stultitia eaortam, duo fuerint Regna, alterum Israel, seu decem Tribuum, alterum Ioda, vel tribuum duarum: nullius Regis decem Tribuum Matthæus meminit; Reges solos Iuda, ex qua Tribu Christus, enumerat. Dauid & Salomon cunctis Tribubus imperârunt; Roboam autem filius Salomonis primus fuit Rex duarum Tribuum, cui filius Abias successit ex vxore ortus Maacha, quam præ cæteris diligebat. Haud hic primogenitus, sed Rex à patre creatus, quòd sapientior, potentiórque reliquis fratribus existeret. *Constituit Roboam in capite Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos: ipsum enim Regem facere cogitabat, quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios* 2.Par.11. *eius.* 2. Para.11. Vtinam sapientia Reges constitueret nō natura. O quam prudenter duces efficiuntur quorundam, qui cunctis Reges constituendi sunt, vt ex parui imperij administratione ediscant, quonammodo multitudinem moderentur.

11. *Asa filius Abia.* *Abias autem genuit Asa.*] Abiam filius Asa secutus. De quo Pagina sacra. *Fecit Asa rectū ante conspectum Domini, sicut David pater eius, & abstulit effeminatos de terra, purgauitque vniuersas sordes idolorum, quæ fecerant patres eius.* 3.Reg.15. 3. Reg.15. Prima cura Regis vitia à subditis extirpare, patrum iniustè acta omninò delere; proprium namque filij probi, cui honor parentum indicitur, eorum infamiam abolere. Collegit postmodum fortissimum exercitum ad Regni præsidium. *Habuit Asa in exercitu suo portantium scuta & hastas de Iuda trecenta millia, de Beniamin verò scutariorum, & sagit-* 2.Par.14. *tariorum ducenta octoginta millia.* 2.Par.14. Nec enim diuturnum imperium, quod non multu milite custoditur. Non adsunt bellorum instantiæ. Certè ne bella instent, militum præparatio præstat. Proh rerum inconstantiam! Auro & argento ex thesauris Regiis, ac templo deprompto Syriæ Regis auxilium aduersùs Regem Israel emit, spem suam non in Deo, qui aduersùs tot Æthiopum millia opē tulerat; sed in Syriis militibus collocauit. Infideliùs autem ægrotans non tam Dei, quam Abul. medicorum opem implorat, sante Abulensi: *Licèt opera medicorum salus naturaliter recuperari queat; tamen magis debemus putare, quòd salus voluntate Dei nobis eueniat, quàm medicorum operâ: & potiùs confidendum de bonitate illius, quam de natura efficacia.* An damnatus Asa? Carthusianum sequor asserentem salutem æternam consequutum. *Cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius.* 1.Par.15. Quod expono cum Caietano de cultu Dei, *non enim coluit idola*, licèt Prophetam in carcerem miserit, aliáque non laodabilia gesserit. Rex *Rex Catholicus perumque saluatur.* enim Catholicus, hoc est specialiter Dei cultui, fideíque defensioni addictus mirum mihi, si ab æternâ salute excidat. Porro Asa vno 1.Par.15. supra quadraginta annos sceptrum tenuit.

Asa autem genuit Iosaphat.] Asa quidem Io- 12. sapbat Regni, ac pietatis successorem reli- *Iosaphat filium Asa.* quit. Hic Magistros constituit laudabiliter admodum legis expositores, ac commendatores. *Tertio Regni anno, misit de Principibus suis, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, & sacerdotes, docebántque populum in Iuda habentes librum legis Domini; & circumibant omnes vrbes Iuda, atque erudiebant populum.* 2. Para.17. O Regem eximium, cui do- 2.Par.17. ctrina populi tantæ fuit curæ vt vel ad discursiones per diuersa loca (quas Societas nostra Missiones appellat) ministros immitteret! Imo ipse à Bersabee vsque Ephraim accolas ad Dominum patrum suorum reuocauit. 2. Par.19 Monita prudentissimus Iudicibus dedit. Belli gerendi & auxilium à Deo petendi precibus & ieiuniis exhibuit documenta. Si quid tantus Princeps habuit infælicitatis, id ex societate, quam cum impiis Regibus iniit, emanauit. Nam & cum Achab copias commiscuit, vt aduersùs Syrios infeliciter dimicaret. 2. Par.19 & cum nauibus Ochoziæ filij Achab, viri pessimi in Ophir ad aurum requi- 2.Par.19. rendum naues immisit, confringendas. 2. Par. 2.Par.20. 20. *Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritaque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.* Disce impiorum fœdera fugere.

Iosaphat autem genuit Ioram.] Pessimus Io- 13. ram Iosaphat optimo successit parenti; à pie- *Ioram Asa filius.* tate paterna degenerans, impij soceri idololatriam sectatus. Duxerat enim vxorem Athaliam Achabi Regis Israelis filiam, fratres sex occidit, cultum exhibuit idolis. *Ambulauit in viis Regum Israel, sicut ambulauerat domus Achab; filia enim Achab erat vxor eius.* 4.Reg. 4.Reg.8. 8. Tanto incommodo afficitur, qui improbæ adhæret vxori. Haud egit impunè, Deo contra Ioram spiritum Philisthinorum, & Arabum suscitāte, ac domum deuastante hostium incursu. 2.Par.21. Vixit Ioram annis so- 2.Par.21. lummodo quadraginta; nec enim impius Rex peruenit ad canitiem. Regnauit annis octo, & *ambulans non rectè*, vt fert nostra lectio, ex LXX. versione, *mortuus est sine laude*. Hic finis Principum improborum. Pagninus, *Ambulauit absque desiderio*, populi scilicet; nomen enim Hebræum *chamda* desiderium significat Absque populi desiderio impij gubernatores Rempublicam administrant. Quid mirum sepultum Ioram extra Regum sepulchra, si in Tartaro animus miserabilius sepeliebatur?

§. IV.

§. IV.

De Rege Ozia, tribusque Regibus à Matthæo prætermissis.

14. *Ioram Oziã non genuit, sed Ochoziã.*

IOram autem genuit Oziam.] Profectò Ioram non Oziam genuit, sed Ochoziam. Ochozias autem Ioam. Ioam autem Amasiam, Amasias demùm genuit Oziam, qui hoc loci à Ioram genitus esse dicitur à Matthæo. Prætermissas hasce generationes constat ex 4. Reg. 8. & 1. Par. 3. Vnde duæ non faciles quæstiones exoriuntur.

15. *Cur genitus dicitur Ozias à Ioram, cum ab Amasia genitus fuerit?*

Vna est, cur Euangelista affirmet Ioram Oziam genuisse, cùm Ozias non à Ioram, sed ab Amasia genitus fuerit? Respondeo, verbum gignendi hoc in loco nõ esse propriè & physicè, sed vulgariter accipiendum. Vulgò autem ita loquimur, Adam genuit cunctos homines, quamuis non ignoremus, non ipsum per sese, sed per filios, posterósque genuisse. Ita Maldonatus doctè quidem, & verè, Attamen facilius respondeo Athaliam filiam Achab, non appellari Achab sed Amri patris Achab filiam propter execratam forrasse Achab memoriam, vti ipse Maldonat. asserit. Igitur Ozias ab Amasia genitus Ioram abaui filius appellatur, expunctis ob Achabi execratam memoriam Ochoziam, Ioam, & Amasia, vti iam expono.

Maldon. *Authoris solutio.* 4. Reg. 8.

16. *Quare tres hi Reges omissi?*

Altera enim quæstio, quare Euangelista tres Reges, Ochoziam, Ioam, & Amasiam in rectæ genealogiæ linea prætermiserit? An quia propositum erat Matthæo tribus Thessaradecadibus totam Christi genealogiam comprehendere; quod si eos in secunda hac numerasset, non quatuordecim, sed septemdecim generationes fuissent? Haud mihi persuadebo tantum mysterio numeri Euangelistam tribuisse. Nam si ad illum astruendum tres erant expungendi posteri, cur hos potius omisit? Num quia peccatores? Sic Hilari. & Hieron. Equidem isti non tam mali fuere, vt præteriri; nec alij tam boni, vt recenseri mereantur. Annon Ioas & Amasias inter bonos Reges adnumerantur? *Rectum fecerunt coram Domino.* 4. Reg. 12. & 14. Salomonem autem existimo peiora gessisse, si idololatriam non solùm vt isti non deleuit, sed primus inuexit. 3. Reg. 11. & 4. Reg. 23. Illi, ais, cum domo Achab coniugia copularunt. Non rectè gesserunt, at minus taxabiles quàm Salomon, qui ex alienigenis idolorum cultricibus non vnam vt isti, sed multas duxit vxores, vt patet. Respondendum sanè tres illos natos ex Achab semine (nam Ioram ex Athalia Achabi filia Ochoziam genuit; Ochozias deinde Ioam, Ioam verò Amasiam) non propter impietatem præcisè Achab, sed propter promissionem Dei, qui per Eliam Prophetam comminatus illi fuerat, se omnem eius posteritatem penitus deleturum 3. Reg. 21. fuisse à sacro catalogo obliteratos. Quæ Prophetæ comminatio, de more Scripturæ frequentiori, vsque ad quartam generationem, quæ in Amasia est terminata, decurrit.

Hilar. *Hieron.* *Authoris solutio.*

17. *Ozias filius Ioram.*

Ioram genuit Oziam.] Genuit inquam per alios interiectos, non tanquam filium, sed tanquam abnepotem. Appellatur quidem alio nomine Ozias Azarias. 4. Reg. 15. Melior extitit patre, idola non coluit. *Exquisiuit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis, & videntis Deum.* 2. Par. 26. Quàm fideliter Deus Regem fidelem dirigit, quam reddit hostibus formidabilem. *Cum enim requireret Ozias Dominum, direxit eum Dominus, adiuuit eum contra Philisthiim, & contra Arabes, &c.* 2. Par. 26. Attamen leprâ infectus, quòd sacerdotale vsurparet officium, Reges absterruit à sacris. Audi Iosephum lib. 9. Anti. cap. 11. *Ozias instanti insigni die, indutus stolâ sacerdotali, intrauit Templum, in altari aureo incensum oblaturus; Pontifice verò Azaria cum aliis Sacerdotibus octoginta eum prohibente, ne faceret, quod non liceret; iratus interminatus est eis mortem, nisi tacerent. Inter hæc autem terra motus factus est magnus, & stupescente populo, claritas Solis nimis effulsit, &* cecidit in *faciem Regis, & illi quidem lepra continuò prouenit.* Hæc ille; seculares Principes à sacerdotali munere deterrens.

4. Reg. 15. 2. Par. 26. Ioseph.

18. *Ioatham Oziæ filius.*

Ozias autem genuit Ioatham.] Oziam lepra infectum filius Ioatham à leprâ immunis sequitur, qui sedecim annos sceptrum Iudæ tenens, *fecit quod rectum erat coram Domino, corroboratúsque est Ioatham, eò quòd direxisset vias suas coram Domino Deo suo.* 2. Par. 27. Robur enim Principibus ex legis oritur obseruantia.

19. *Achaz filius Ioatham.*

Ioatham autem genuit Achaz.] Progignitur ex Ioatham Achaz patri dissimilis. *Non fecit rectum in conspectu Domini, sicut Dauid pater eius; sed ambulauit in viis Regum Israel, insuper & statuas fudit Baalim.* 2. Par. 28. Nec impunitus; à Rege enim Syriæ Raxim, & Rege decem Tribuum Phace bello cæsus, meritas pœnas dedit, ingenti clade excitata. Vnum illud non prætereo Principem Achaz auxisse flagitia, cum à Domino verberabatur. Insuper & tempore angustiæ suæ, auxit contemptum in Dominum. 2. Par. 28. Id quod omninò desperati animi assolet obiicere documentum. Regnum administrauit annis sedecim, vixit sex supra triginta. Hic ille, cui Isaias non petenti, imo renuenti signum cæleste exhibuit Virginis concepturæ. cap. 7.

3. Reg. 28.

---

§. V.

De Ezechia, Manasse, Amone & Iosia Regibus.

20. *Ezechias Achaz filius.* Eccles. 48.

ACHAZ autem genuit Ezechiam.] Ex spinâ Achaz rosa Ezechias præstantissimus Princeps exortus. Cujus laudes sic Ecclesiasticus celebrauit. *Ezechias fecit, quod placuit Deo, fortiter iuit in via Dauid patris sui, quam mandauit illi Isaias Propheta magnus.* cap. 48. A diuino cœpit ille cultu, vt fœliciter institueret imperium, dum Templum quod patris Achaz impietas clauserat, filij pietas aperuit, Dei sacrificia restituit, inania contriuit

uit simulachra, aras euertit, Regnum idulola-
triâ sic expurgauit, vt serpentem etiam æneū,
cuius aspectus olim Israëlitis contulerat sani-
tatem confregerit, quia praui cultûs erat oc-
casio. Quàm laudabilis Princeps, qui occasio-
nes criminum omnino curat ablegari! Ægro-
tanti Regi sanitas restituitur inaudito signo
excitato; vmbra enim in horologio, Sol in cœ-
lo decem gradibus retrogressus est. *Signum*
Hieron. (inquit Hieronym.) *typus erat, vt quomodo Sol*
reuerteretur ad exordium suũ, ita & Ezechia vi-
ta ad detextos annos rediret. Quid dicam de
exercitu Sennacherib ab Angelo cæso, centū
octoginta quinque hominum millibus nocte
vnâ occisis, vt Assyriorum ignominia Ezechiæ
2. Par. 32. cederet in gloriā? 2. Par. 32. O humanā fragili-
tatem! *Non iuxta beneficia, quæ acceperat, retri-*
buit, quia eleuatum est cor eius. Ibid. Vndenam
hæc elatio animi orta? Babylonij Astrologiæ
periti Solis illam admirandam retrogressio-
nem obseruārant, & Regis Ezechiæ causâ
tantum portentum accidisse audiuerāt. Eâ re
commotus Babyloniorum Rex Merodach
Baladan, legatos ad Ezechiam cum epistolis,
ac muneribus misit, qui tanto hoc honore ela-
tus cunctos thesauros, & quidquid in domo,
& potestate Regia erat, Babyloniis patefecit,
4. Reg. 20. diuitiásque suas, & potentiam ostentauit. *Non*
fuit, quod non monstraret eis Ezechias in domo
sua, & in omni potestate sua. 4. Reg. 20. Addit
R. Salo. R. Salomon apud Lyranum ea etiam osten-
disse, quæ in Templo summa cum reuerentia
occultabantur, scilicet vnctionem Regum, ac
Pontificum, tabulásque testimonij. Puto ta-
men non esse verosimile Regem religiosissi-
mum Ethnicos in Templi intromisisse pene-
tralia, aut tabulas testimonij, quæ in Arca fœ-
deris erant, ostendisse; licèt opes Templi, si
quæ non in Templo, sed in ædibus Templo
coniunctis asseruabantur, reserarit Babylonus.
Leo. Porrò, *hæc Sanctis* (loquor cum D. Leone ser. 8.
Epiph.) *causa est tremendi, ac metuendi, ne ipsis*
operibus pietatis elati, deserantur ope gratiæ, &
2. Par. 32. *remaneant in infirmitate naturæ.* Perstitit in su-
perbia? *Humiliatus est Ezechias postea, eo quod*
exaltatum fuisset cor eius. 2. Par. 32. *Sancti* (lo-
Ambr. quit Ambros. Apol. 1. Dauid. cap. 2.) *sicubi vt*
homines fortè corruerint, natura magis fragilita-
te, quàm peccandi libidine: acriores ad currendum
Abul. *resurgunt.* Denique Abulensis asserit Achaz
patrem Ezechiæ vixisse annos ferè triginta &
octo, quos ita enumerat. Viginti & vnum an-
nos natus regnare cœpit, regnauit decem &
septem, Scriptura solum numerante annos
completos vigesimum, & decimumsextum,
incompletos relinquente. Vnde colligo Eze-
chiam, qui viginti nouem annis regnauit, &
vigintiquinque annorum erat, cum regnare
cœpisset, genitum ab Achaz circiter annum
decimumquartum. Abulensem sequor, ne co-
gar cum D. Hieronymo affirmare decimo, aut
vndecimo anno ætatis Achaz fuisse Eze-
chiam progenitum.

21. *Ezechias autem genuit Manassem.*] Ortus ex
Manasses filius Ezechiæ. fonte sanctitatis Ezechia criminum scaturi-
2. Par. 33. go; ex Manasse enim nefaria, truculentaque
scelera emanarunt. *Instaurauit excelsa, quæ de-*
molitus fuerat Ezechias pater eius, construxitque
aras Baalim, & fecit lucos, & adorauit omnem
militiam cœli, & coluit ea. 2. Par. 33. Mirum in
modum excreuit iniquitas, ægritudóque de-
perditi animi supplicij beneficio sanatur. *Super*
induxit enim Deus *Principes exercitûs Regis*
Assyriorum, ceperúntque Manassem, & vinctum
catenis, atque compedibus duxerunt in Babylo-
nem. Ibid. Tanta quidem afflictionis vis, vt ho-
minem ferè desperatum ex ipsis Tartari fori-
bus reuocarit. *Postquam coangustatus est Ma-*
nasses, orauit Dominum Deum suum, & egit pœ-
nitentiam valdè coram Deo patrum suorum. Ibid.
Iosephus lib. 10. Antiq cap. 5. *In omnibus à prio-* Ioseph.
ri conuersatione sic est mutatus, & beatissimam vi-
tam habuit, vt multi imitatores eius essent, ex quo
Dei cœpit colere pietatem. Regum etenim exē-
pla, aut bona, aut mala efficacissimum subdi-
tis exhibent magisterium. Annis quinquagin-
taquinque regnauit, sexaginta septem vixit.

Manasses autem genuit Amon.] Haud filius 22.
Amon patris Manassis pœnitentis imitatus est Amon filius Manasse.
pietatem, sed impietatem delinquentis. *Fecit*
malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manas- 2. Par. 33.
ses pater eius, & cunctis idolis, quæ Manasses
fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit, &
non est reueritus faciem Domini, sicut reueritus est
Manasses pater eius, & multo maiora deliquit.
2. Par. 33. Natus viginti duobus annis regna-
re cœpit, duos tantummodo regnauit, seruo-
rum suorum gladiis interemptus meritas ado-
lescens insipiens pœnas luit. Nec enim im-
pietas vnquam imperij fœlicitatem æter-
nauit.

Amon autem genuit Iosiam.] Iosiæ filij Amō
præstantissimi Regis præclarum hoc extat 23.
elogium. *Similis illi non fuit antè eum Rex, qui* Iosias filius Amon.
reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & 4. Reg. 22.
in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iux-
ta omnem Legem Moysi: neque post eum surrexit
similis illi. 4. Reg. 22. Accinit Ecclesiasticus fa- Eccl. 49.
tus: *Memoria Iosiæ in compositione odoris, facta*
opus pigmentarij, in omnium ore quasi mel indul-
cabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vi-
ni. Cap. 49. Pater Iosiæ Amon idololatriæ fi-
lium reliquerat hæredem, quam spurcissimam
hæreditatem optimus filius continuò dilapi-
dauit, disperdidit, consumpsit, & inanes fi-
ctósque Deos omnes Regno exegit. Octauo 2. Par. 34.
ætatis anno creatum Regem impietas, idolo-
latria reliquáque vitia vincere non potuerunt,
Deo vires addente. *Octauo anno Regni sui cum*
adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui
Dauid, & duodecimo anno postquam cœperat,
mundauit Iudam, & Ierusalem ab excelsis, & lu-
cis, &c. 2. Par. 34. Ille quidem librum legis
Domini populo legit, eius nomen & fidem
Propheta prædixit. Obiit in pace ante capti-
uitatem Babylonicam, non captiuus, sed li-
bertate & gloria Regali perfruens. Gloriosus
obitus, quem non solùm populus, sed & Iere-
mias est lamentatus. *Vniuersus Iuda & Ierusa-* 2. Par. 35.
lem luxerunt Iosiam, Ieremias maximè, cuius om-
nes cantores, atque cantatrices vsque in præsentem
diem lamentationes super Iosiam replicant; & qua-
si lex obtinuit in Israel, Ecce scriptum fertur in la-
mentationibus. 2. Par. 35.

§. VI.

§. VI.

De Jechonia, ac fratribus eius; déque Babylonicâ captiuitate.

24. *Num Iosias Iechoniam generarit?*

IOsias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.*] Prima hinc exoritur quæstio, quomodo dicatur Iosias hoc loci Iechoniam generasse, cùm nemo fuerit inter eius filios, qui Iechonias appellaretur? Num quia Ioacim filius Iosiæ alio nomine vocatus fuerit Iechonias? Sic Ambrosius, Epiphanius, August. Euthym. Secuti moderni. At non legi in Scriptura Canonica Ioachim secundum Iosiæ filium vnquam Iechoniam fuisse appellatum. Scio 3. Esd. 1. Ioacim Iosiæ filium etiam Iechoniam appellari. Sed neque liber Ecclesiasticam habet authoritatem, & in omnibus codicibus vitiosè scribitur Iechonias pro Ieconias. Nam si dilatandum nomen fuit, sicut ex Ioachim factus est Iechonias, ita ex Ioacim Ieconias faciendus erat. Vnde Maldonatus compellitur vt credat legendum esse hoc loco: *Iosias autem genuit Ioacim, & fratres eius.* Enimvero non facilè à communi sententia discedam putans Matthæum licèt Liber ille Esdræ canonicus non sit, historiæ niti veritate. *Iosias* igitur *genuit Ioacim*, qui etiam *Iechonias* appellatus est.

Ambros. August. Epiphan. Euthy.

25. *An aliqua hic desit generatio, quanam, & quare?*

Requiris secundò, an aliqua desit hic generatio? Respondeo cum Epiphanio, Ambros. Euth. & aliis, vnam deesse generationem. In prima Thessaradecade, quæ ab Abrahamo vsque ad Dauidem texitur, non deest, nec in secunda, quæ à Salomone vsque ad Iechoniam procedit. Tertiæ igitur Thessaradecadi vna deest generatio Quanam ratione desit? An de industria ab Euangelista prætermissa? an similitudine nominis insinuata? an mysterio, an vitio scribentium præterita? Hæc plures Doctores, aliaque excogitarunt. Author enim Imperf. hom. 1. scienter putat Ioacim ab Euangelista prætermissum, quòd non à populo, sed à Nechao Rege Ægypti Regnum accepisset 4. Reg. 23 August. lib. 2. de Cons. Euang. cap. 4. ideo fuisse prætermissum asserit, quod cum pater & filius Iechonias vocarentur, bis erat à lectore idem nomen repetendum. Itaque & si non appareat, tamen duo homines pater & filius sub vnico latent nomine Iechoniæ. Addit commodè id quasi in angulo secundæ & tertiæ Thessaradecadis factum esse; cùm enim alicuius ædificij lapides numeramus, cum ad angulum peruenimus, eum lapidem, qui angulum facit, bis solemus numerare. Idem Doctor mysterium in ea re fuisse docet, vt Iechonias bis numeraretur; significari enim per Iechoniam factam esse quasi in angulo quandam veluti ad extraneas gentes deflexionem. Epiphan. denique in secta Epicur, scriptorum vitio & ignoratione factum affirmat. Deberent enim scribere. *Iosias autem genuit Ieconiam in transmigratione Babylonis, Ieconias autem* (post transmigrationem) *genuit Iechoniam, Iechonias autem genuit Salathiel* Ego quidem Imperfecto, & Augustino adhærens ideo arbitror prætermissam, ne bis aut ter nomen Iechonias inuenusto sermone proferretur sub vno quidem nomine duobus Christi patribus latitantibus.

Author. Imperf.

August.

Epiph.

26. *Cur fratres Iechoniæ nominentur?*

Et fratres eius.] Cur fratres Iechoniæ nominat, si ex illis haud propagatus Christus? Quia omnes ferè Christi Regnum tenuerunt, Ioachas enim, qui & Iohanam appellatus tres menses regnauit 4. Reg. 23. Mathanias, qui & Sedecias, regnauit vndecim; Sellum autem regnasse indicat Ieremias cap. 22. vti ibi adnotat Maldon.

Maldon.

27. *Quando non Ioacim seu Ieconias genuit?*

In transmigratione Babylonis.] Id est transmigratione Babylonicâ instante. Nam cùm Iosias genuit Ioacim, seu Ieconiam, nondum populus Dei Babylonem migrauerat. Transmigratio enim facta est tertio mense regni Iechoniæ filij Ioacim seu Ieconiæ 4. Reg. 24. Inter natalem diem Ieconiæ filij Iosiæ & transmigrationem triginta sex anni & tres menses interfuere. Nam viginti quinque annorum erat Ioacim seu Ieconias, cùm regnare cœpisset, & vndecim annos regnauit, vt patet 4. Reg. 36 Vnde totum spatium hoc tempus transmigrationis vocitatur. Quare? Num quia comparatione Regni breue erit? An quia Regnum Iuda nondum conciderat, nutabat tamen? Hoc est propriè *In transmigratione, seu sub transmigrationem*, vti Græca fert lectio.

28. *De tribus captiuitatibus Babylonis.*

Tres fuere Babylonis transmigrationes, seu captiuitates, Prima sub Ioacim aut Ieconia Rege filio Iosiæ. Secunda sub Ioachimo. Tertia sub Sedecia. Igitur circa priorem Babylonis transmigrationem Iosias genuit Ioacim siue Ieconiam. Imo hæc prima propriè transmigratio vocitatur, vti adnotat Petrus Comest. hist. Schol. 4. Reg. 39. *Transmigratio* propriè dicitur Iechoniæ, quia sponte se tradidit Nabuchodonosori, & cum cæteris Iudæis transmigrauit; eorum vero qui postea vi adducti sunt in Babyloniam, propriè captiuitas appellatur. Contestatus Hieron. ait Ezech. 1. significantius iuxta Hebræos interpretes trâsmigratio dicitur Ioacim & non captiuitas, non enim captus vrbe superatâ, sed voluntate se tradens ductus est in Babylonem. Verum verbo hebræo *Galath* migrare. & *Galuth transmigratio*, in omnibus his transmigrationibus vtitur scriptura.

IN DEIPARAM SINE LABE CONCEPTAM

PANEGYRICVS TERTIVS MORALIS

Circa literam.

Ex Libri Dominicæ generationis Secundo Tractatu.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Dauid autem Rex genuit Salomonem.

Salomon Rex Reginæ filiæ primum gressum commendat, pedes conceptionis Mariæ, Incarnationis, ac Passionis Iesu calceamento munitos laudat.

Vnde constat, quàm necessaria sit perfectis gressuum custodia.

29. *Soli Virgini congruunt Cantica Canticorum cantica.*

REx Salomon & *pacifici* appellatione potest semper pace fruentem Virginem celebiare; & Templum, ac Thronum exædificans augustissimi Dei Throni ac Templi Mariæ exprimere immunitatem; & sapientiæ gloriam recolens, Deiparæ asserere ortum immaculatum; quia *propter conuenientiam* (cum Laurentino Richardo loquor lib. 1.) *& multiplicem vnionem inter Mariam & dominam Sapientiam, ferè omnia, quæ dicuntur de diuina Sapientia, exponi possunt de Maria, & fortè propter hoc dictum est ei, Dominus tecum.* Hæc alij doctissimi Mariæ ocultores. At ego Canticum Canticorum delitias seu amores exprimens Salomonis audio dulcissimè Mariæ originem immaculatam insonare. Præmitto Alanum apud Del-Rium cap. 1 sect. 1. *Canticum amoris, scilicet Epithalamium Salomonis specialiter & spiritualiter ad Ecclesiam refertur: tamen specialissimè & spiritualissime ad gloriosam Virginem reducitur.* Specialissimè planè; quia Ecclesia pœnitens aliquando ab sponso abstracta gemit, plorat; at Maria semper sponso adhærescens, nunquam pœnitens gemit, semper in sponsi conspectu cantat. Quare Rupert. *totam cantabilem* prædicauit. Haud instituti mei totum Epithalamium de immaculata Conceptione exponere, argumentum assumptum, & sapienter eruditéque illustratum per Doct. D. Hieronymũ de Ormaechea Guerrero, Locruniẽsis Collegiatæ Ecclesiæ Magistralem. Vnicum testimonium confirmãdum assumo c. 7. de pedũ Mariæ pulchritudine, vbi solummodo quæstio, num omnimoda puritate apud terræ pulueres nituêre. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis.* Cant 7.

Richard. Laur.

Alanus apud Del-Rium.

Rupert.

Cant. 8.

30. *Mariæ gressus nulli, vbi rectitudo Euangelij quasi præparabatur.*

Pulchritudo quidem incessûs Virginis cõmendatur. *Quàm pulchri gressus*, nunquam deuiantes à rectitudine. Id quod in calceamentis elucet. Quænam calceamenta? Paulus expressit, *Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis.* Respicit illud Isaiæ, *Quàm pulchri sunt super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem!* cap. 52. Gressus Virginis Euangelici planè, nunquam deuiârunt, semper Euangelicæ veritate nixi sunt vt decebat Matrem Iesu Euangelij pacis conditorem. Theodoretus ad hæc. *Sponsus sponsæ primò commendat incessum qui rectus sit, & viam Regiam teneat, atque in calceamentis eluceat. Quæ porrò sint hæc calceamenta B. Paulus ostendit dicens: Calceati pedes in præparationem Euangelij. Pedum istorum decorem prospiciens Isaias: Quàm pretiosi sunt pedes Euangelizantium pacem! Huiusmodi verbis vsus est sponsus hoc loco: Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!* Recti igitur omnino gressus Mariæ, vbi Dominus Euangelij rectitudinem quasi præparabat. *In præparationem Euangelij.* Nec quidem pedes illos Euangelico ornaret apparatu, nisi gressus fulgerent rectitudine.

Isai. 52.

Theodo.

31. *Quàm pulchri Mariæ gressus appellantur, quia cunctorum superant pedes puritate ob conceptionem immaculatam.* Ghillel.

Particulam expende: *Quàm pulchri.* Filiæ Regis Dauidis & Salomonis pedes non solum pulchri, vt sanctorum quorumque, sed *quàm pulchri*, id est specialissimè pulchri. Ghillelmus Paruus apud Del-Rium. *Maria est excellenter Filia Principis, quæ est etiam Mater Principis. De sua carne dedit Principi substantiam carnis, & ab eo accepit vicissim prærogatiuam gratiæ amplioris. Ideo non dicuntur simpliciter pulchri gressus eius, vt cæterarum filiarum Principis; sed quàm pulchri, hoc est, quàm puri & mundi, &c.* Pedes Mariæ conceptionem designant quam serpens calcaneum mordendo curauit maculare. Ex morsu huiusmodi immũdi gressus hominũ oriũtur. Specialissimâ prærogatiuâ donati Mariæ gressus. An quia post primi gressus errorem ad viam reuersa? Hãc gratiã Baptistæ Ioannis Principis filiæ anima obtinuit. Quid ergo speciale in Maria cecinit Salomon miratus. *Quàm pulchri gressus tui!* Annon quia nec gressus primus fuit communi puluere inquinatus. *Ideo non dicũtur simpliciter pulchri, vt cæterarum filiarum Principis; sed quàm pulchri.*

32. *Ponderatur adhuc huiusmodi pedum puritas.*

Addit pulchrè Ghillermus. *Neque in tanta adoptionis gratia cres[ce]re potuisset, nisi Authorem gratiæ genuisset.* Nũ necessum fuit Mariã Matrẽ Dei effici, vt crescere posset gratia illa, quã ante Dei conceptionem acceperat? Quænã igitur illa gratiæ moles, quæ solũmodo ex maternitate creuit, accepta ante maternitatẽ nisi purissima cõceptio, si enim sine culpa cõcepta non fuisset, sine maternitate posset illa gratia crescere ad originis scilicet puritatem ex sanctificatione. Hæc quidem gratia solummodò augmentum egregiũ accepit ex maternitate, cuius gloria, me authore, etiam purissimæ conceptionis gratiam includit. Si enim non includeretur conceptionis gratia in maternitate, non creuisset authorem gratiæ gignendo; quia felicius Virgini nunquam deliquisse, aut delictum contraxisse commune, quàm Dei eligi in parentem.

33. *Augustiores sancti pedibus pulueres abluendi præseferunt, Mariæ pedes quemadmodo non potuerunt inquinari.* Ioan. 13.

In calceamentis pedes Mariæ pulchri? Non, sed ante calceamentorum ornatũ ipsi pulchri admodum sunt pedes. *Gressus* enim laudantur. At gressuum rectitudo à pedibus, nõ à calceamento. Mirum in Maria commendari quod in reliquis fœdum est Petrus omnino perfectus Iesu sistitur, & audit *Es mundus totus.* Ioan. 13. Attamen pedes Petri sanctissimi lotione indigent. *Non indiget, nisi vt pedes lauet.* Si totus mundus, quid non laudabile ostentat in pedibus? in pedibus planè prima macula gressus primi annotatur, quæ quamuis Baptismi aquis diluta, sic Deum offendit ob reliquias ex originali crimine ex-

Ambrof.

orientes, vt femper appareant abluendæ maculæ. Audi D. Ambrofium lib. de iis, qui myfter. cap. 6. *Mundus erat Petrus totus, fed plantam lauare debebat. Habebat enim primi hominis de fucceffione peccatum, quando et fupplantauit ferpens, & perfuafit errorem* primi greffus. *Ideo planta eius abluitur, vt hæreditaria peccata tollantur.* Implicatoria planè verba ficut & Chrifti fententia implicare videtur. *Qui lotus eft non indiget, nifi vt pedes lauet, quia mundus eft totus.* Mundus enius Petrus abluitur, pedes Petri omninò mundi lauantur folummodò; quia qui mundus eft totus, *non indiget nifi vt pedes lauet.* Imò nec pedes eius abluendi, qui totus mundus eft. Profectò ea eft originalis culpæ macula, vt etiam in mundiffimis Ecclefiæ Proceribus aliquid reliquiarum offerat in pedibus abluendum, quod perfpicaci Dei intuitui obiicit fœditatem. O *quam pulchri* Mariæ pedes nullateous indigentes lotione! Quid dico lotione egentes? An non impoffibile Virgini maculam contrahere, quæ ablutioni effet obnoxia? *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Sola Maria non indiget, vt pedes lauet, cui quodammodo inquinari impoffibile. *Quomodo inquinab.* ? id eft, quomodo inquinare potero?

34. *In calceamentis.* Ghuillermus Virginis calceamenta exponit Patrum exempla, quæ Maria gradiens eft imitata. *Erat in mundo calceata, Sanctorum antiquorum exemplis informata. Quid enim funt præcedentium exempla Patrum, nifi quædam tanquam ex pellibus mortuorum animalium fpiritualia calceamenta? Denique præclara filia illa Principis pia veneratione, fimul & æmulatione amplectebatur innocentiam Abel, obedientiam Abrahæ, manfuetudinem Moyfis, humilitatem Dauid, patientiam Iob, continentiam Danielis. His, & Patrum primorum exemplis decentiffimè calceata, in attritis greffibus ibat de virtute in virtutem.* Imitata eft Maria Abelis innocentiam? Virgo ille fanctorum parens à Patribus vocitatur. Abrahami obedientiam fecuta? Filium ille iugulâffet, nifi gladius effet cælefti monito obturatus, quare pater ftellarum vocitari meruit. Expreffit Moyfi manfuetudinem pulchræ dilectionis Mater? Fuit ille inter cunctos hominum filios maximus iniuriarum condonator. Dauidis humilitatem amplexata eft ancilla Regina? Propriæ cognitionis puluis Regem ad fanctitatis faftigium euexit. Iobi patientiam edocta eft? dum filij mortem lamentatur? Fuit illi Iefu patientis imago. Denique Danielis non eft dedignata Virgo virginum imitari puritatem; quia virginitas ipfa cū humilitate identificata. Enimuero primorum Patrum quænam fuit exempla fecuta? An pœnitentiæ? Minimè, quæ peccatis non illigatur cuinam daret operam pœnitudini? Quidnam ergo eluxit in Adamo & Eua, quod pedes Virginis fequerentur nifi primorum greffuum pulchritudo? *His igitur Patrum primorum exemplis decentiffimè calceata in attritis greffibus ibat de virtute in virtutem.*

Maria calceamētis imitatio fanctorum, & Parentum Adami & Euæ, vnde colligo conceptionem immaculatā.

Ghuillerm.

35. *Filia Principis.* Neceffum fuit, Mariam Principis Salomonis filiam ab ipfo parente vocitari, quando in primo conceptionis inftanti eā calceatam contemplatur. Calceamenta enim & Mariam ab ancillis diftinguūt, & percuffi ferpentis afferit ruinam: fine calceamentorum ornatu omnes exorimur ideo mancipia, ideo admorfi à ferpente infidias collocante. At Maria nunquam non calceata admorfa non fuit, potiùs ferpentem attulit in ruinam. Integram do Ruperti fententiam, vt gradum faciam ad illuftrem excogitationem. *Difcalceatio calceamentorum feruitutis eft argumentum. Idcirco ancillæ, nempe Euæ calcaneum à ferpente admorfum, quia difcalceata erat. Tu verò filia Principis probè calceata caput ferpentis contriuifti.* Illud pende: *At tu probè calceata.* Non folum calceata Maria, fed *probè.* Qualia igitur Virginis calceamenta? Num è pellibus emortui animantis? Minimè, iubetur enim Moyfes ad rubum Deiparæ imaginem, acceffurus omnino ablegare. *Solue calceamentum de pedibus tuis; terra enim, in qua ftas, terra fancta eft.* Exod. 3. Vbi Rupertus. *Hoc eft de vndatio a terrenis, quæ indictus fuit Moyfi.* Quodnam igitur calceamentum? *Calceaui te* (inquit Dominus) *Hiacyntho.* Ezech. 16 Nec mirum Mariam è lapide pretiofo calceari, quæ calceatur è Luna. *Luna fub pedibus eius.* Apoc. 12. De Hiacyntho notum, exitialem effe ferpenti adamantis in morem. Quam *probè calceata,* quæ non ictu quidem, fed folo afpectu morfurum ferpentem interemit.

Calceata Maria Hiacyntho lapide ferpenti inuifo, vnde ab ancillis diftinguitur, & hoftem trucidat.

Exod. 3.

Rupert.

Ezech. 16.

Apoc. 12.

Celfius calceamentum Mariæ excogitabo. Alanum audite. *Per calceamenta figuratur incarnatio tuima.* Mariam calceauit Deus filij Incarnatione? Ac fi diceret, Virgunculæ pedes, id eft primi greffus iam quodammodo Dei maternitatem halabant, Greffus igitur, queis matris Dei relatio adhærebat, quomodo non omninò vitales? Rutilat quidem humanitas Chrifti apud primum Mariæ greffum, vt vnde humanitas Iefu præparabatur, fcutum haberet aduersùs ferpentis nequiffimi ignea tela. Totā fententiam Salomonis exhibeo. *Quid videbitis in Sunamite nifi choros caftrorum? quàm pulchri funt greffus tui in calceamentis filia Principis!* Cant. 7. vbi Theodor. Sponfam afferit *propter fortitudinem atque celfum animi robur caftris effe fimilem:* totam autem fortitudinem ad nequiffimi tela ignea extinguenda; calceamenta effe in præparationem Euangelij, feu in præparationē noui legiflatoris Iefu. Ac fi diceret, ideo caro Mariæ immaculata, ideo ferpentem fuperauit, eius caput comminuit primo ingreffu, quia iā ad Verbi parentē præparabatur. 36.

Maria munitur Chrifti incarnatione, caput ferpentis ipfo calceamento atterit.

Alanus.

Cant. 7.

Adhuc eleuatiori calamo Alanus. *Calceamentum fit ex pelle mortui animalis, nec tota pellis cedit in calceamentum hominis, fed potiùs pars pellis. Humana natura mortificata erat per pœnam & culpam. Hanc pellem humana pœna affumpfit Chriftus quantum ad humanæ naturæ circumftantiam, fed non totam; quia ita affumpfit pœnam, quod non culpam.* Si igitur Chrifti humanitas calceamentum eft non ex tota humana pelle affumpta, fed ex pœna fola, fine portione culpæ: & Mariæ pedes exornat: patet iam vndenam tam fingulari gratiâ fit donata Deipara, nempe, quia Chriftus fibi pœnam totam adfcripfit, vt paffionis futuræ meritis Iefu ornata pœna omnino à communi culpa præferuaretur. Concludit Alanus: *Sic ergo quafi calceamentum applicuit, quando ex Maria humanam carnē affumpfit.* Maria enim exhibuit Iefu pellem, quæ tota ei ceffit in calceamentum. Totam mini- 37.

Chriftus affumpfit à Maria pœnā non culpam, & hac pœna calceauit Matrem vt paffionis vi ferpentem fuperaret.

Alan.

ftrauit

straiuit partem pœnæ, quę iam abstracta erat à culpa. Audisti parientis fœminæ lamenta? *Signum magnum apparuit in cælo &c. & in vtero* Apoc.12.
habens cruciabatur, vt pareret. Apoc.12. In instantia conceptionis obiicitur Deipara, quia iam futura Iesu incarnatione quasi ornabatur. *Cruciabatur tunc vt pareret.* Annon dissimilis ab Eua Maria, quia sine dolore Iesum peperit; Ita planè, sed tamen quando in conceptione mysticè peperit Saluatorem, quãdo ei pellem offere ad calceamentum humanitatis, totam exhibet pœnam, vt immunis reddatur vi passionis à culpa. *Cruciabatur.* Hinc collige quanta custodia sit necessaria, vt vestigia sæculari puluere non sordescant, si perfecti quique toti mundi adhuc diluendi obiiciuntur.

Observatio II.

Ad illa verba:

Ex ea, quæ fuit Vriæ.

Quatuor Fœminæ Euangelicæ Bersabee, Thamar, Rahab, & Ruth immaculatam Mariæ celebrant Conceptionem.

Simul ostendo & vitiorum radicem curandam: & Diabolo puritatem exitialem esse: & non omnia omnibus à Deo concedenda: & magnam vitæ puritatem vel hîc in gloriã conuerti.

38. CONSVETO fœminarum, quarum memoriam agit Euangelista, historiam Mariæ sine labe conceptæ halantem gloriam, hunc distuli ad locum, vbi Bersabee licet suppresso nomine apparet, vt simul quatuor Mulieres vnà voce hanc testentur veritatem, si fœminarum testimonium infirmius. Memini Mariam Moysi sororem chorum duxisse Hebræarum mulierum, vt Israelis triumphum celebraret obrutis rubro pelago ægyptiis. *Cantemus Domino, &c.* Dum igitur Virgo dilectus Dei populus, qui Mundum condidit per Mariam (si alicui docto & pio credendũ) sicco vestigio ad ripam ascendit peccato sanguinis Filij rubro mari pereunte, hæ quatuor fœminæ illustres planè Thamar, Rahab, Ruth, & Bersabee dulcibus vocibus Mariæ gloriam profundant.

Caput I.

Bersabee prædicat Mariam aquarum nunquam infectarum fluuium ob præuentam redemptionis sanitatem.

39. ASalomonis parente (cuius proximior mentio) exordior. *Bersabee* equidẽ idem est ac *Puteus septem*, vt lib.1. vidimus. Puteus Maria septem donorum Spiritus sancti. Richardus Laurent. lib. 2. *Maria est Bersabee id est puteus salutaris.* Septem certè donorum puteus est; quia Spiritus sancti habitaculum, *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Gen.1. Mirum quòd omnes creaturæ imperfectæ fuerint exortæ iuxta illud: *In principio creauit Deus cælum & terram; terra autem erat inanis, & vacua.* Ibid, Terra exoritur nuda, post modum arboribus, graminibus, oleribus, animantibus exornanda. Cælum nudũ à cunabulis, postea luminaribus cunctis induendum. Aër vacuus initio, post tempus ab alitibus habitatur. Ignis post natiuitatem accepit splendorem. Solam aquam haud video auctam post exortum, clara, pulchra, pura, dulcis à cuna. Quare igitur aqua vberiori perfectione donatur? Annon quia *Spiritus Domini ferebatur super aquas*? Si illud ipsum aquam creari, est vehiculum Spiritui conditori præparare, iustum planè fuit aquam haud nudam, haud vacuam, sed omnimodâ perfectione indutam exoriri. Acutè Tertullianus lib. de Bapti. cap. 3. *Solus liquor semper materia perfecta, quia Deo vectaculum subiiciebat.* Scio Ioannem Baptistam cælum esse eleuatissimũ, quia *inter natos mulierum non surrexit maior*; attamen ab initio sine luminaribus, in tenebris conditur, mox lumine immenso donandus. Petrum recognosco ignem ex feruore perspicuæ charitatis, sed instar ignis hebræorum e mortuus exoritur. Ioannem Euangelistam vidi non iam volucrem Reginam ad superna eleuari, sed ipsam ob subtilitatem acuminis esse æthercam regionem: post conditionem tamen calamis exornatam. *Solus liquor semper materia perfecta.* Sola Maria Bersabee puteus septem donorum ab initio conceptionis, quia superuenturo Spiritui vectaculum parabatur. *Spiritus sanctus superueniet in te.* Luc. 1. Annon superuenit in Mariam, quando Verbum carnem assumpsit? Igitur liceat contemplari aquam ab initio non puram, si ad purificationem adeat huiusmodi temporis interstitium. Attende Lucæ ad testimonium. *Spiritus sanctus* (ait) *super veniet in te.* Non dixit *veniet*, sed *superueniet*, ostendens iam ab initio in Virginem venisse quando super aquas ferebatur huiusce putei septiformis, superuenturus postea vberiori claritate.

Maria puteus cuius aqua ab initio purissima, quia Spiritui sancto vectaculum præparatum est.
Richard. Laurent.
Gen. 1.
Tertul.
Luc. 1.

40. Obiicis humanæ generationis aquas ad Draconis pectus ob Adæ flagitium fuisse traiectas postmodũ profũdendas. Vnde Ioannes Draconẽ vidit ex ore venenatum fluuiũ emittẽtem. Apoc.12. Ergo licet aquæ ab initio puræ in Parẽtũ primorum originali iustitia, quia Spiritui sancto parabatur vehiculum, postea ob crimen Adami ad pectus draconis profusæ infectæ sunt aquæ. Vndenam igitur Maria conseruatur, ne inficiatur à dracone? Attendas precor. Quando Ioannes vidit draconem totum genus humanum aquas quidem infectas ex ore profundentem, simul aspexit Mariam in cæli vertice collocatam ab omni liberam infectione. *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole &c.* Ibid. Si ergo fluuij illius aquæ cuncti homines erant infecti à dracone, Maria fluuij illius pars non erat, haud à flumine guttula putei huius inficiebatur, quia totus puteus abstra-

Quando aquæ humani generis ad Draconis pectus traiiciuntur inficiẽdæ, præseruatur puteus Marianus: quia fluuij clarissimi cantus fons futura.
Apoc. 12.

ctus omnino à communi infectione. Quare? *Quia in vtero habens cruciabatur, vt pareret.* Paritura Maria Saluatorem? Meritò igitur cum ad pectus draconis totum pelagus humanæ generationis traiicitur euomendum cum peccati infectione, puteus Marianus præseruatur, cuius aquæ nec guttula quidem communem sapiat amaritudinem. *Quia Deo vectaculum parabatur*; quia fluuij lætificantis ciuitatem fons futura erat.

41. *Aqua diuorum sanatæ sunt à Domino postquam ad fluuium profluunt inficienda. Maria autem ante quam flueret apud ipsas terræ venas.*

Annon fluuij huius infecti sanatæ sunt à Saluatore aquæ postquam veneno fuerunt affectæ? Ita planè ob perfectæ redemptionis beneficium. Igitur si aqua præparata Mariæ abstracta erat à fluuio humanæ generationis, sanari non poterat à veneno, nec beneficio redemptionis frui? Profectò aqua putei Mariani haud est sanata in fluuio, sed antequā è venis terræ in fluuium proflueret, originaliter est sanata, hoc est redemptionis beneficio afficitur, cuius gratia aquis venenatis minimè admixta est. Cunctos Diuos Iesus sanauit, dum in fluuio currebant, Maria autem dum apud matris terræ purissimas venas commorabatur redemptionis vi fuit ab ægritudine præseruata. Expressit huiusmodi anticipatam redemptionem egregiè Elisæus. *Dixerunt viri Ciuitatis* ad Elisæum: *Ecce Ciuitatis huius habitatio optima est, sed aquæ pessimæ sunt. At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal. Quod cùm attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illud sal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has, & non erit vltra in eis mors.* 4. Reg. 2. Igitur ne ob aquarum amaritudinem habitatio incommoda esset, pergit Propheta non ad fluuios, aut riuos aquarum, sed ad fluuiorum fontē, ad ipsas venas fluentorum originem, & sale profuso porum descendentium aquarum reddidit suauem. Audiamus Ambrosium ser. 2. de Elisæo. *Non tantùm fluenta sanauit Elisæus, quæ fontium iam gremio tenebantur, sed & illa, quæ humido terræ solo adhuc discreta, paulatim erant in posterum defluxura. Vnde ait Scriptura, ad exitus aquarum benedixisse Elisæum, vt stillantem aquā prius sanctificatio susciperet, quàm sinus fontis includeret.* Alia fluenta postquam dilapsa ex origine sunt, sanctificantur. Mariæ autem sana ostentatur in vena, ante quàm profluat redemptionis affecta est beneficio, ne communem aquarum contraheret ægritudinem. Habes hinc oportere radicem ægritudinis exquirere, vt sanetur; nec enim fluenta, id est opera perfectè sanantur, si radici, seu habitui medicamen non adhibetur.

4. Reg. 2.

Capvt. II.

Thamar innuit Mariam palmam esse serpenti exitialem, specialissimè à Iesu donatam redemptione.

42. *Maria est palma in Cades, siue sancta, vbi nullus bonus ap-*

AD Thamar redeo de qua Matthæus: *Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.* Nomen Thamar aliquid sonat augustū, grande, pulchrum, victoriam portendens, à communi statura eleuatum. Vnde Beda asserit Thamar idem esse ac *Palma. Statura Mariæ assimilata est palmæ*; quia ipsa *quasi palma exaltata est in Cades.* Eccli. 24. Richardus Laurent. lib. 12. Mariam asserit exaltatam in *Cades* quod *interpretatur sancta, translatio, aut mutata. Exaltata est* (inquit) *Maria in Cades, id est in illos qui translati sunt de malo ad bonum.* In conceptione omnes iniqui, qui quidem Dei beneficio de malo transferuntur in bonum. At inibi Maria sancta est, eiusque translatio de sanctitate in sanctitatem. Non enim sicut alij à malo transfertur in bonum, sed à sanctà conceptione in vitam sanctitate conspicuam. Vt in *Cades*, vbi communis casus, Maria palmæ instar mirificè ascendat.

paret. Eccli. 24. Richard. Laurent.

43. *In conceptione Maria palma fuit exitialis serpenti.* Richard.

Annon apud Cades viget serpentis virus omnes inficiens, vt nullatenus possint à bono in bonum, sed à malo in bonum transferri? Ita planè, sed vbi omnes euicti, ibi Maria palma eleuatissima agit victoriam, comminuens serpentis audaciam. *Ante Mariam* (aiebat Richardus) quia *victoriosa arbor, nunquam apparuit Diaboli victoria, sed omnes tanquam deuicti in carcerem detrudebantur.* Radices ipsæ palmæ Marianæ, hoc est conceptio hostem horribilem comminuebant; quia tota palma exitialis serpenti, si credendum Plinio.

44. *Tota Maria ex ebore instar Throni Salomonis, ex toto serpenti exitialis.* 3 Reg. 10. Richard.

Confirmo ex Salomonici Throni exædificatione. *Fecit Rex Salomon Thronum de ebore grandem.* 3. Reg. 10. Vbi Richard. lib. 10. asserit Maria Thronū esse totū ex *ebore*. Hinc colligo Deiparæ à serpente victoriam. Quia si totus thronus *de ebore*, fundamen Throni, quod est cōceptio, exitialis fuit serpenti, quia ebur palmā reportat à serpente. *Elephas* (ait ille) *natura frigidissima est, ita vt sanguis eius interdum serpentis virus dicatur extinguere; sic & gloriosa Virgo serpentinū virus, quod Serpens antiquus, Eua mediante, humana natura infuderat, conspersit, & extinxit. Item elephas est draconis inimicus, & beata Maria serpētis antiquo, qui seduxit Euā. Vnde in figura Mariæ dictum ipsi serpenti: Inimicitias ponam, &c.* In conspectu Mariæ Throni ex ebore, non potuit diaboli apparere victoria, quia tota ebur omnino fuit serpenti exitialis. Sicut in conspectu palmæ Mariæ nunquā apparuit Diaboli victoria, quia tota eius statura assimilata palmę, ex toto fuit exitialis draconi.

45. *Senis ad Deiparæ Thronum electa virtutes, viam quas adhuc Maria tota est habitura, puritate, tota palma, victoria.* Cant. 7. 3 Reg. 10. Richard. Luc. 1.

Difficilia minimè iam sponsi verba: *Ascendā in palmam, & apprehendam fructus eius.* Cant. 7. Quibus planè verbis Christi in vterum Virginis signatur descensus. Quare igitur ascēdisse, & non potiùs descendisse dicitur? An quia Maria cælo Empyreo eleuatior? Vt respondeā, memorati Throni Salomonis sex gradus ascēdā, habuisse enim sex gradus Textus affirmat, *Qui habebat sex gradus.* 3 Reg. 10. Quinam gradus ascensus ad Mariam? Richardus asserit gradus, per quos Verbum ad Mariæ vterū ascendit, sex heroicas Virginis virtutes signare, quæ notantur Luc. 1. *Prima est, verecundia, quæ notatur in turbatione: Secūda prudētia, vnde cogitabat, qualis esset salutatio. Tertia modestia sermonis*, quæ notatur, dū ait: *Quomodo fiet istud* &c. Quarta immobile propositum castitatis, quod notatur cū ait: Quoniā virum non cognosco. Quinta, humilitas, quę notatur ibi: *Ecce ancilla Domini.* Sexta fidei magnanimitas, quæ notatur ibi: *Fiat mihi secundum verbum tuu.* En Virginis

ginis virtutes. *Sex igitur gradus, quos habebat Thronus per quos Salomon ascendebat in Thronum, sex virtutes Virginis possunt intelligi, per quas Christus ascendit in Virginem.* Si omnes virtutes Mariæ in gradibus designatæ erant, quid in Maria vltra hasce virtutes erat inuenturus? Quid in Throno post gradus? quid in Palmâ fructuum, post ascensum? *Et apprehendam fructus eius.* Nónne quia totus Thronus ex ebore factus, siue ex puritate constructus, omnino inuisus Draconi? An non, quia Palma tota ex ramis, tota ex gladijs (sic Richardus) tota ex triumpho coalescit, semper Diabolo terribilis, nunquam non serpenti exitialis? .

46. Vndenam denique Palmæ Marianæ victoriæ gloria? Profectò ex Dominicâ Cruce. Quia ascendit simul in Crucem palmam, palmam martem constituit victoriis onustam. Discursum Richardus perficiat. *Maria est palma, & Crux est palma. Ascendam in palmam, id est, in crucem. Maria palma palmæ cruci Iesum commisit in passione. Illis ergo, qui à B. Virgine totâ die quærunt fructum suum, potest ipsa respondere, & messiò. Fructum meum commisi Cruci, si vultis eum habere, ite, ascendite in palmam, & colligite ibi.* Dic mihi, ô palma in *Cades*, quando qui ceciderunt, *tota die* quærunt fructum tuum, à te immittuntur ad Crucem, vt sanentur, vt redimantur? an tu ipsa cum eis ad Crucem pergas redimenda? Profectò Maria iam erat beneficio redemptionis affecta ante diei auroram, dum *adiuuabit eam Deus manè diluculo*; quia illud ipsum staturam Virginis palmæ assimilari idem est, Richardo Authore, *ac stare Mariam iuxta crucem.* Iuxta crucem stat in Cades, quum omnes cadunt, tunc præmaturo fruitur fructu redemptionis in die diluculo, vt *tota die* reliquos immittat ad crucem redimendos. Habes hinc primò, Christi aduentum ad homines aptè ascensus verbo significari, quia virtutes ei exhibent scalam. Deinde Sanctorum puritatem exitialem esse Diabolo immunditiæ parenti, supra pectus gradienti, vt terreno hæreat affectui, dum puritatis ebur Deo præparat habitaculum.

Erat Maria, quando cuncti cadunt, quia speciali redemptione affecta est.

Richard.

Capvt III.

Rabab annunciat Mariam ante tempus ruinæ præseruatam, pulchra equidem Redemptione.

47. S*Alomon autem genuit Booz de Rabab.* Ignota nemini historia Rabab Ierichuntinæ fœminæ, quæ in generali excidio in dicta Iericho libera sola euasit, appensam ostentans in fenestra vittam purpuream in libertatis futuræ testimonium. Potuit illa in strage deperire, & postmodum à Deo in vitam reuocari, sed vberiori vi beneficij, præseruatur à morte ex sanguine Christi profundendo typum agens Deiparæ, vti Richardus Laur. asserit lib. 12. *Maria designata est per Rabab. Sicut enim illa per indicium* (loquor cum Chrysost.) *Dominicæ passionis saluata est, & educta*: Maria ex Iesu præuiso sanguine fuit à communi clade reseruata. Rursum redemptionis pulcherrimæ huius gloriam celebrandam assumo.

Pulchrè redempta Rabab ante excidium.

Richard.

Chrysost.

48. *Viua Rabab.* Imò Maria viuat, & redemptione specialissima à periculo imminenti præseruetur. De Samgar Textus: *Ipse quoque defendit Israel.* Iud. 3. Litera alia: *Ipse quoque Israel saluauit.* Miror Samgar saluatorem populi vocitari, quem à captiuitate non eripuit, cuius vincula non soluit. Si igitur Samgar populum ab ergastulo non eripuit, quonammodo saluator populi appellatur? Difficultatem cognouit Augustinus quæst. 25. fatens: *Quomodo dictus sit saluasse Israel, potest esse quæstio? Non enim rursus fuerant captiuati, nec iugo seruitutis inhæserant.* Respondet tamen pulchrè: *Intelligendum ita dictum: Saluauit, non quia nocuerit aliquis hostis; sed ne permitteretur nocere.* Saluator iustè appellatur populi Samgar, quia si è seruitute actuali populum non eripuit, redemit tamen ab ea, quam debebat incurrere, si ope Samgar non præseruaretur. Haud aliter Mariæ Iesus redemptor, quia si non liberauit à captiuitate culpæ quam incurrisset, eripuit tamen speciali præseruatione meritis sanguinis profundendi à Patre præuisis à casu, quem incurreret, nisi instar Esther sublevaretur.

Samgar appellatur populo saluator ex pulchra redemptione. Sic Iesus redemptor Mariæ.

Iud. 13.

August.

49. Pulchra, planè redemptio, imò pulchrior illa, quæ post casum exeritur. *Dominus regauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.* Psal. 92. *Dominus regauit* (vt inquit Apost.) *à ligno*, redemptor extitit hominibus, quorum vnam Mariam saluauit decorem indutus, reliquos fortitudine. Quonammodo indutus decorem redemit Mariam? Quia illam præseruauit à casu. Rupertus lib. 4. de Vict. Verbi cap. 6. loquens de Samgar, & aliis populi Israelitici redemptoribus ait. *Saluatori æterno omnes erant liberatores, similem protulerunt in gestis suis pulchritudinem.* Ac si diceret: Samgar, & quicumque dux populû à captiuitate præseruauit, saluatione, ac redemptione huiusmodi, Christi veri Saluatoris expressit pulchritudinem, & decorem: illam scilicet pulchram prouidentiam, quâ dilectissimam Mariam à futurâ captiuitate præseruauit.

Pulchritudo vocatur huiusmodi redemptio.

Psal. 99.

Rupert.

50. Sola Maria huiusmodi pulchra præseruatione donatur: nec Iosepho, nec vtrique Ioanni, nec Ieremiæ, nec vlli Diuorum hoc munus impertiit. Cuncti redemptricum passionis Dominicæ hora insonuit. Sola Maria ante têpus, ante horam, ex pulchra salute præseruata est à corruptione. Apud Cana Galilææ Christus & Maria Nuptiis intersunt, deficiente autem vino, suggerit Deiparens Saluatori: *Vinum non habent.* Cui Dominus: *Quid mihi, & tibi est, mulier? nondum venit hora mea.* Ioan. 2. Ad quæ Rupertus asserit Virginem non solùm à Filio efflagitare materialis vini ex aqua conuersionem, sed & spirituale merum sanguinis salutaris, quo ab hominibus corruptio tolleretur. Annuit Dominus, vt aquam in materiale vinû conuertat, renuit, vt tunc vinum sui sanguinis propinet. *Nondum venit hora mea.* Illa inquam de qua Ioannes scripturus est: *Sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Cap. 13. Nónne pulchrior redemptio si ante defectum vini, id est ante corruptionê (non enim defecerat vinum nuptiarû, sed deficiebat)

Solius Mariæ gratia hora passionis effectus anticipatur.

Ioan. 2.

Rupert.

Ioan. 13.

ciebat) hominũ istorũ hora passionis anticipatâ sanguis profluat Dominicus? Pulchrior planè, sed hominum nulli vltrà concedenda. *Quid mihi & tibi est mulier?* Necessaria *mihi* non est huiusmodi horæ anticipatio, quia omnino Deus homo sum à peccato immunis: nec *tibi*, quia iam fuisti ante horam passionis pulcherrimè præseruata, nec vini experta es defectum; si igitur nec *mihi*, nec *tibi* necessaria iam anticipatio temporis est, cum cæteri reliqui redimendi ante passionis horam non sunt: *Nondum venit hora mea.* Vel iterum resumam argumentum.

51. *Maria vas obtulit vero Salmoni sanguine salutari ante passionis instantiam implendum.* Soli Mariæ vasi purissimo sanguinis salutaris liquor infusus est ante horam Passionis, quia super omnes excelsa Spiritu sancto sponsa parabatur. Vnde Chanæ Galilææ sponsi hydrias quidē vacuas exhibuere mero materiali, sed spirituali sanguinis salutaris vino sola Dei sponsa celsa admodum super cunctos vas implendum obiecit. Quo mysterio Rahab Salmoni colligata coniugio est. Audi Auctorem Imperfecti hom. 1. (Imperf.) *Non sine ratione credimus ipsam fuisse Rahab meretricem, & accepisse eam Salmonem. Forsitan ideo interpretatur Salmon, Accipe vas, Quasi per ipsum nomen inuitabatur à prouidentia Dei, vt acciperet vas electionis Rahab. Prius dicebatur Raab; quod interpretatur latitudo; postquam autem nupsit Salmoni nominatur Rachab, quod interpretatur Accensio. Verè enim ascendit dignificata coniugio talis viri.* Vas itaque electionis Rahab nominatur plena iam sanguine salutari, quem funiculus coccineus ante tempus passionis nondum perfecta clade hominum exprimebat. Quid mirum vas electionis esse plenum vino ante horam, si non erat communis Chanæ cõiux, sed veri Salmonis imo Salomonis sponsa præparata, qui quidem vas accepit deficiente incorruptionis vino, nondum secuto effectu, sanguine impleuit salutari. *Accipe vas*, vt scilicet dum hydriæ vacuæ materiali vino implentur, vnicum vas electionis sanguinis Dominici mero impleatur. Soli enim Mariæ excelsæ hoc pulcherrimum munus præparatur. Hinc colligo nec omnibus omnia esflagitanda esse, nec omnibus omnia concedenda. Augustiora beneficia augustioribus, aut celsioribus impertienda sunt.

CAPVT IV.

Ruth præsignat Mariam conceptam in gloria vt omninò libera nasceretur à culpa.

52. *Ruth idem quod Festinans videre.* RVth denique Mariæ commendat Conceptionem. *Booz autem genuit Obeth ex Ruth.* Quæquidem interpretatur *Festinans, videns.* Interli. Glossæ authore asserente. (Interl.) Seu quæ videre festinauit. Exponit Strabus. (Strab.) *Ecclesia enim puro corde Deum videns, festinat ad brauium superna visionis.* Referat Moabites Ruth festinans & videos Mariam adeò festinantem, ad Deum videndum, vt in primo cõceptionis aspexerit instanti, vnde nõ in gratia solum sed in gloria concepta est; quia cum Dei clara visione haud potest culpa copulari.

53. Non caret equidem sua probabilitate in ipso priori conceptionis instanti Deum vt in se est, clarè à Deipara visum. Assentitur Gerson. (*Probo Mariam in ipso conceptionis instanti Deũ clare vidisse.* Gerson.) Nam enim Magister illo in colloquio dixisset pleraque Virgini tribuenda, quæ à Deo fieri non repugnet: sic instat Discipulus: *Non placet hæc ratiocinatio: Deus potuit conferre hanc gratiam Matri suæ: ergo contulit. Potuit enim dilationem fruitionem Patriæ in instanti Conceptionis subjicere alius modis, quæ certum est non dedisse.* Occurrit Magister: *Quid si addatur ad posse Dei, quòd hoc decuit dari Matri suæ?* Loquitur Gerson de subiecta materia, ita nimirum sentiēs concedi posse Deũ in conceptionis primo instanti clarè à Maria visũ, nisi id Filio aut ipsi Virgini indecorũ esse aliquo argumēto comprobetur. Ita ille super Magnif. Alph. 8. l. Q. & R. quod inculcat Alph. 89. l. A. Contestatur Bernardinus Senen. tom. 2 fer. 51, a. 1. c. 2. fatus: (Bern.) *In prima sanctificatione quantum ad rationem, & intellectum tanta illi claritas super infusa est, quòd has septem perfectè intelligebat secundum quosdam. Primò naturam creatam irrationalem; secundo naturam creatam rationalem; tertiò naturam creatã spiritualem; quartò naturam creatam Diuinalem. A quarta quippe, quæ erat cognitio Creatoris tres præcedentes cognitiones habebant originem, sicut Propheta testatur dicens: In lumine tuo videbimus lumen.* Quid perspicacius? Virgo hæc Brigittæ (Brigit.) verba dedit. *Cum anima mea sanctificabatur, & corpori suo coniungebatur, tanta dulcedine repleta sum, vt impossibile sit effari.* An potest excogitari talis alia dulcedo, quam visio Dei clara, de qua Paulus: *Neque oculus vidit, neque auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se.* 1. Cor. 2. (1. Cor. 2.) Quod enim auris non potuit audire Brigittæ, lingua Mariæ effari non valuit.

54. *In conceptione Sole amicta Mariæ scintillam diuinæ visionis accepit.* Nota cunctis conceptionis purissimæ effigies. *Signum magnum apparuit in cælo Mulier amicta Sole.* Apoc. 12. (Apoc. 12.) Si in Conceptione Sole amicta Diuinitatis, verosimile ne tibi videtur menti Virginis radium aliquem non emisisse? Gerson citatus. (Gerson.) *Si erat vt Mulier amicta Sole iustitiæ, cuius sub pedibus Luna totius mutabilitatis creaturarũ: quid inde colligi potest? Nonne lumen illud, immensum scintillabat ad oculum mētis intuendum se: inde prabēs, qualiter in via vidisse Moyses, & Paulus æstimantur?*

55. *Aurora Mariæ in primo ascensu instanti diei æterni lumine completa sol, ex matutino, & vespertina cognitione.* Clamat sponsus: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens?* Cant. 6. (Cant. 6.) In conceptione Maria (vt vidimus) appellatur Aurora? Ergo diei æterni irradiatur fulgore, quo omnino peccati tenebras auerteret. D. Bonauent. in spec. sect. 11. (Bonau.) *Quædam fœlix Aurora est Maria propter fœlicem abscessum noctis in eius sanctificatione. Vnde Iob maledicēt nocti, in qua dictum est: Conceptus est homo ille, subdit: Obtenebrentur stellæ eius caligine, expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis Auroræ.* Petrus Dami. ser. de Assump. (Damian.) *Hæc est Aurora, quam ille non vidit, qui vidit omne sublime: & orat Iob, vt illi nulla suppressione claudatur, dicens: Non videat ortum surgentis Auroræ. Sicut Aurora terminum noctis, & diei principium adesse testatur: sic & Virgo noctem expulit sempiternam.* Quonam ergo lumine fuit irradiata Aurora Maria, vt nocti imponens terminum, diem clarissimum Mundo aperiret? Non alia aptior lux ad Auroram illustrandam sese offert, quam matutina illa

Albert.

illa cognitio Dei, vt in se est, creaturarum in Deo, quam Virgini Albertus Mag. exhibuit. in Marial. cap. 149. *Item quæritur, an beatissima Virgo habuerit cognitionē vespertinam, & matutinam?* Respondet: *Nonum priuilegium est, quod habuit matutinam, & vespertinam, cognitionem.* Bernardus de verb. Apoc. *Sicut Aurora* (inquit) *valde rutilans in mundo progressa es, ô Maria quando veri Solis splendorem tanta claritatis iubare præcurristi, vt verè diem salutis dixerim, diem propitiationis, diem quem fecit Dominus, quem tua charitate initiari dignum fuit.* Quid charitate Mariæ huiusmodi diem initiari, nisi initium fecisse in Conceptione Mariæ & gratiam & gloriam? Adiicit Pater. *Fælix Aurora felicis diei extitisti nuncia. Talis dies talem Auroram diei decuit. Et rectè quidē Aurora implesti officium; ipse enim sol iustitia de te processurus, ortum suum quadam matutina irradiatione præueniens, in te lucis suæ radios copiosissimè transfudit.* Matutina cognitio in primo conceptionis instanti decebat tanti diei Auroram.

Bern.

56\. Cecinit Maria: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Luc. 1. Vbi Gerson Tract. 4. huiusmodi beatitudinem Mariæ sic exponit. *Beatam respice primo modo, dum ab instanti creationis Spiritus sui, initiatum est matrimonium cum æterno sponso Deo per arrham fidei, spei, charitatis, & cæterarum virtutum. Beatam respice secundo modo, dum matrimonium plenè consummatum est in assumptione corporis, & animæ, cum æternitate dotum suarum.* Annon vidēs à Cancellario Parisiensi Virginem asseri beatam in primo Conceptionis instanti, ac in assumptione gloriosa? *Beatam respice* primo, sicut secundo modo. Venio ad intentum.

In conceptione & in assumptione beata appellatur.
Luc. 1.
Gerson.

57\. Gloriam Domini in nube apparuisse Moyses ait. *Gloria Domini apparuit in nube.* Exod. 16. Ioannes Ierosolymi. lib. de Instit. Mona. cap. 32. asseruit Mariam nubem paruulam ascendentem de communis amaritudinis pelago dulcem omninò. *Fuit leuis per immunitatem peccatorum, & dulcis per plenitudinem charismatum.* Quare? *Ipsa enim in suo ortu* (conceptionem ortum appellat, vt vidimus supra) *fuit nubes illa de qua per Moysem significatū est scriptum: Ecce gloria Domini apparuit in nube.* Nec enim potuit in gloria exoriri, aut concipi, nisi longè abesset à culpâ.

Si concepta in gloria, repugnat manifestè peccatum. Id notatur in Nubecula parua:
Exod. 16.
Ioan. Ierosol.

58\. Contestatur D. Petrus Damian. serm. de Assumpt. *Caro Virginis*, ait, *ex Adam sumpta maculas Adæ non admisit, sed singularis continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conuersa est.* Sensus sic elicitur. Caro Virginis ex Adam sumpta est, sed tamen Virgo in suæ Conceptionis instanti non contraxit labem, quam Adamus deriuauit in prolem; quin potiùs in eo ipso instanti eximia illa innocentia, quæ inerat illi per gratiam, versa est in candorem lucis æternæ per gloriam. Audisti transfigurati Iesu historiam? *Transfiguratus est ante eos, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Matth. 17. Cur albedini niuis vestimenta Domini comparauit, quando *resplenduit facies eius sicut Sol*? Ghuislandus in vestimenti candore Christi exprimi docet puritatem, redditque rationem tanti fulgoris in Transfigurationis mysterio. Ac si diceret. Non mirum antè resurrectionis gloriam Christum se gloriosum ostentari, quia nimia niuea puritas eius in gloriæ candorem conuersa est. Tanto enim candori gratiæ præproperus gloriæ cādor debebatur. Tanta Mariæ in ipso conceptionis instanti puritas, tantus candor gratiæ, vt præpropero volatu non potuit non (sic liceat exponere) in gloriæ candorem conuerti. Singularis continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conuersa est.

Nimia Mariæ in conceptione puritas quodammodo non potuit non in gloriam conuerti.
Damian.
Matth. 17.

59\. De forti Muliere maria Salomon ait: *Procul de vltimis finibus pretium eius.* Prou. 31. Vbi Bernardus hom. 2. sup. *Missus.* Quàm procul mariæ pretium? *De vltimis finibus, non de terra, sed de cælo, nec de cælo proximo terris pretium huius Mulieris, sed à summo cælo egressio eius.* Egreditur Maria à summo cælo? Ergo duo indicantur, vnum Dei gloriosa præsentia in illo instanti cælum Marianum frui, alterum necessariâ quiete consequenter potiri. Nec enim potest volubilitas fragilis naturæ cum gloriosa visione coalescere. Perbellè Beda venerabilis ad Gen. 1. *Ipsum est cælum superius quod ab huius Mundi volubili statu secretum diuina gloria præsentia manet semper quietum.* Supremo igitur cælo Maria in primo Conceptionis instanti apparens & quiete simul & gloriâ potitur. Edocere quam remota sit gloria ab inquinamento, ad quam nil inquinatū ingredietur. Si igitur nullatenus possunt peccatum & gloria copulari, cur tam addictus peccato persistis ac si nullatenus ad gloriam proficisceteris? *Nouimus*, ais, *spoliari, sed superuestiri*? Nudus persistes à gloria Adami indutus vetustátem: imò sicut nimia Mariæ puritas in candorem lucis æternæ est conuersa: nimia iniquitas in flammæ æternæ tenebras conuertetur, si quando ante canos arreptus ob multiplicata delicta iustas dederis pœnas: aut ipso conscientiæ prauæ rogo cremaberis.

Maria apud cælum empyreum concepta obiicitur & quiete & gloria fruens.
Prou. 31.
Bernard.
Beda.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

Salomon autem genuit Roboam.

Roboam commotionem populi, communémque plausum circa immaculatam Mariæ conceptionem adstruit.

Colligo curam habendam cuique de vulgari opinione, si populi vox Dei esse perhibetur.

60\. ROBOAM Salomonis filius, signante Beda, & aliis, *populi impetus*, aut *commotio* Mariæ conceptæ sine labe gloriam euulgat, dum populi commotionem ad hanc veritatem profitendam memorat. Annon tam affecti populi vocem Dei esse profiteamor? Quàm pauci conceptam mariam in peccato clamant! imò quàm nulli, vocem

 Pontifice

Pontifice ſummo ſupprimente! Quàm omnes ſine labe conceptam profitentur! Profectò populi impetus communis, generaliſque commotio noſtræ opinionis aſſerit veritatem.

71. Quando vni propoſitioni plures confirmantes teſtes adhibentur, firmius eius certitudo ſtabilitur. Curauit Deus omnium hominum ore puriſſimam Matris Conceptionem confirmare, vt omnis dubitatio aboleretur. Difficile planè Incarnationis Myſterium, virgine nempe pariturâ. Aſſerit id Propheta. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Iſai. 7. Cur, ô Vates, non totam hiſtoriam exprimis? omnes circumſtantias euulgas? Exiſtimo noluiſſe perſpicuè loqui cunctis adhibitis hiſtoriæ circumſtantiis, myſterij miraculis, vt accederent plures locuturi, expoſituri, celebraturi, quorum concentu tam difficilis veritas magis crederetur. Heſychius ſerm. 2. de Aſſumpt. rem illuſtrat. *Ecce Virgo in vtero concipiet. Vndenam, ô Propheta? Non dico, ait; Hoc enim reſeruatum eſt Gabrieli. Permulti diſtinctè declarare nituntur miracula Virginis, pleraque tamen eorum prætermiſſa ſunt. Cæterùm ego de partu ſemper Virginis fidem facio, Michæas de Regione, & loco, in quo miraculum peractum eſt, Dauid de tempore, Gabriel igitur dicturus eſt vnde.* Difficile planè Incarnationis myſterium Gabriel, Iſaias, Dauid, Michæas, & alij plurimi euulgant varias addentes circumſtantias, vt ex conceptu multorum credibilius reddatur. Conceptionis myſterium non apertè expreſſit Euangeliſta fatus. *Ex qua natus eſt Ieſus.* Concinunt Reges, Religioſæ cunctæ familiæ, Clerus, ſeculares, ſenes, viri, iuuenes, fœminæ, paruuli. *Ex qua* immaculata: *ex quâ* ſine debito Adami concepta: *ex quâ* Patris Filia: *ex quâ* Filij Matre: *ex quâ* Spiritus ſancti Sponſa: *ex quâ* Aurora, Sole, Luna: ex quâ in gloria concepta. Non vnus Matthæus totam veritatem manifeſtè peruulgat, vt variis rationibus vnâ voce cunctus populus concinat myſterium, difficultatem eius ita vincens acclamatione, & teſtium multiplicatione, vt nullus poſſit dubitare.

Multitudo affirmantium Mariam ſine labe conceptã auferunt myſterij difficultatem.

Iſa. 7.

Heſych.

72. Ad illa verba: *Oculi tui columbarum abſque eo, quod intrinſecùs latet*: aſſerit Rupertus deſignari oculorum arcano myſterio priuilegia, quæ Deus contulit in Mariam ex eo capite, quòd Mater Dei futura erat. Latet me interprete inibi myſterium conceptionis puriſſimæ. Occultum planè. *Intrinſecus latet*, non facilè creditur. Ita-ne? *Oculi tui* columbarum, iam *ſunt piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis.* Cant. 7. Piſcina Maria è qua fons Chriſtus omnium maculas diluturus exoritur. Cur non componitur cum Piſcinâ Probatica, è qua ſanitas manifeſta, ſed cum Piſcinâ in Heſebon? Quia Piſcinæ Heſebon *ſunt in porta filiæ multitudinis.* In Betbſaida vnus Angelus mouet, vnus æger ſanatur: Myſterium Mariæ conceptæ ſine macula difficile admodum non ab vno cantandum, à cunctis proferendum, à multitudinis impetu laudandum, à commotione populi commendandum eſt. Ioannes Damaſc. Orat. 1. de Nat. Mar. *Olim quidem Probatica quotannis Angelum Dei excipiens aquam turbantem, atque vnum dumtaxat valetudini reſtituentem: nunc autem cæleſtium virtutum copioſiſſimum agmen habens Dei Genitricem nobiſcum laudantium, illam, inquam, miraculorum abyſſum, illum vniuerſo Orbi medicinam afferentem fontem.* Priuilegia à Virgine accepta ex quo capite Dei genitrix futura erat, tanta ſunt, tam noua, tam occulta, vt nullatenus debeant ab vno, aut altero decantari, ab vnica familia proferri; ſed multitudini tradantur pio, ac feſtiuo concentu peruulganda. *Copioſiſſimum agmen habens Dei genitricem laudantium.*

Ocul. ſi Mariæ conceptæ myſterij traditur filiæ multitudinis euulgandum, vt credibilius reddatur.

Cant. 7.

Damaſc.

73. Communis itaque populi plauſus Conceptionis Marianæ fidem adſtruit, hoſtibus inuiſibilibus extinctis, qui curant Virginis gloriam obſcurare. Ante Arcam olim præcedens Iſraël ciuitatem Iericho circuibat, *& clangentibus tubis poſtquam in aures multitudinis vox, ſonituſque increpuit, muri illico corruerunt.* Ioſ. 7. Inter tympana, & choreas tubarúmque ſonitum populus Arcam ducit triumphatricem. Tunc Maria ſemper victrix oſtenditur, nunquam à Diabolo Dagone ſuperata apparet, quando impetus populi dulces funditur in cantiones. Annon ad commotionem populi tanquam ad Dei ſonitum, ſeu vocem muti corruunt, omnis peccati poteſtas ſe tradit in fugam? Recordor Mariæ ſororis Moyſi, quæ choros ducens cecinit Iſraëlis de Pharaone victoriam: & Mariæ & Iſraëlis apud Iericho choros colligam, vt communi populi fidelis plauſu Mariæ victoria celebretur, & faciliùs credatur. Collegit ante me Damaſcenus ſerm. de Aſſumpt. fatus. *Cum Maria propheteſſa, ô animæ iuuenes choros ducamus cum tympanis. Iubilemus in Arca Dei iubilationibus, & muri cadent Ierichuntini, contrariarum, inquam, poteſtatum infeſtæ munitiones.*

Populi plauſum celebrat Arca Mariana victoriam.

Ioſ. 7.

Damaſc.

74. Video coram Arcâ Mariâ omnes iubilare, Ipſum Regem Dauidem *ſaltantem totis viribus.* Quare? D. Ambroſ. ſerm. 80. *Dauid elatus gaudio in ſaltationem prorumpit; præuidebat enim in ſpiritu Mariam de germine ſuo Chriſti thalamo ſociandam.* Sponſam Mariam ſine labe conceptam ex ſuo germine profitentur Reges, cunctus populus clamat. *Et erant cum Dauid ſeptem chori.* 2 Reg. 6. Adeſtne aliquis, qui nõ populi cedat commotioni, qui *impetu lætificante Ciuitatem Dei* non obruatur? Quid ſi aliquem non canentem inuenerimus inclamantem: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Pſal. 136. Si in primo illo conceptionis inſtanti Maria *in terra aliena*, nempe captiuitate preſſa commorabatur, haud decet cantare, dum ipſa lacrymas profundebat. Proh hominis miſeria! Te doleo captiuitate preſſum, opinionis tuendæ operam dum impendis, non quidem vt veritas innoteſcat, ſed vt proprium iudicium tuearis. An contemplatus es Mariam (vti aiebat Ambroſius) concipi, *Chriſti thalamo ſociandam*? Non gemit illa peccati vulnere ſaucia in terra aliena, ſed inſtar turturis in terra ſponſi fideliter cantat, nunquam à thalamo ſeparanda. *Vox* (inquit Sponſus) *turturis audita eſt in terra noſtra.* Cant. 2. Si in terra ſponſi canit, non in alienâ terrâ. Vnde ſi choro communi adhæretis, cantabitis nõ *in terra aliena*, ſed in ſponſi propria terra Mariam. Illuſtro do D. Bernardi teſtimonium, ſer. de

Cantemus omnes in terra conceptionis Mariæ, quia terra aliena nõ eſt, ſed propria ſponſi cui ſemper adhæſit fideliſſima, turturis in morem.

2 Reg. 6.

Ambroſ.

Pſal. 136.

Cant. 2.

Bernard.

de Nat. Mar. *Ne dixeris: Quomodo cantabimus in terra aliena? Non enim aliena reputabitur de qua Sponsus ait: Vox turturis audita est in terra nostra. Plane vox turturis, quæ tam viuenti, quam mortuo suo compari personarat.* Nunquam non Maria in terra sponsi commorata est fidelissima coniux. Choros itaque ducite, ablegata singularitate; Maria enim non concipitur *in terra aliena.* Habes hinc quàm necessaria sit apud vulgum operum circunstantia, haud sufficienti sanctitate occultâ, si populi verba communiter prolata Dei vocem dicuntur imitari.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Roboam autem genuit Abiam.

Abias Mariam prædicat Patris æterni filiam ex Ierosolymâ gloriosâ matre, vnde in gratiâ, & in gloriâ concipitur.

Doceo inde filias plerumque parentibus assimilari.

75. Ansel.

ACCERNAT Abias egregius immaculatæ Conceptionis assertor. Anselmo enim interprete, idem est ac *Pater Dominus*, æternum Patrem repræsentans cuius specialissima Filia Maria ab omni labe, vt decebat Dei filiam, præseruata est.

76. *Asseritur Maria à Luca filia non hominum, sed Dei; & ideo omnino sine generationis labe.* Luc. 3. Angel. Doctor.

Recensens Matthæus Iesu generationem inchoat catalogum ab Abraham, & terminat in Iosepho. *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ.* At Lucas incipit ab Heli Mariæ parente (Eli enim & Ioachim appellabatur) & terminat in Deo: *Qui fuit Eli, qui fuit Mattath, qui fuit Leui ::: qui fuit Adam, qui fuit Dei.* cap. 3. Ille ordine recto procedit, hic inuerso. Cur ita? D. Thomas asserit Matthæum Christi generationem exprimere per Ioseph virum Mariæ: Lucam per Mariam filiam Eli Ioachim; illum directam Ioseph lineam, hunc directam lineam Mariæ. Adnota igitur differentiam. Matthæus fœminarum alienigenarum agit memoriam; parentum Christi Dauid, Iudæ, & aliorum crimina aperit: verbo genuit ab vna in aliam generationem transit. At Lucas nec memorat alienigenas, nec peccata recenset, nec verbo *genuit* vsus est. Profectò, qui Ioseph communi labe infecti generationem narrat, non debuit nec à delictis parentum, nec à vocabulo gignendi, quo innuitur propagatam originis maculam, abstinere. Verum qui immaculatam omnino Mariam asserebat, nullam nec culpæ nec generationis humanæ memoriam peregit. Adnoto vlteriùs debuisse Lucam à Maria inchoare, dicens: *Putabatur filius Ioseph, qui fuit Mattath, &c.* Id est, putabatur Iesus filius esse Ioseph, qui quidem Iesus verè fuit filius Mariæ, *quæ fuit Eli, &c.* Nam si verbum illud qui fuit Eli, ad Iosephum referri deberet, errorem includere videretur, si quidem Ioseph non fuit filius Eli Ioachim, sed Iacob: *Iacob autem genuit Ioseph.* Profectò in supremo gradu ascendentis discursus Lucæ videns non Abrahamum, non Adamum, sed Deum: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei:* existimo Lucam nullam curasse fieri de Maria mentionem, ne hominis esse filiam signaretur expressè, quæ verè filia Dei reputabatur. Ac si diceret: Maria nec genita ab hominibus reputetur, nec iuxta communem generationem habeatur; quia specialissima ex gratia matre filia Dei: *Qui fuit Dei.*

77. *Maria ex ore Dei oritur, vt Adam immaculatus.* Eccl. 24.

Audi Mariam: *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita omnium creaturarum.* Eccl. 24. Prodiui ex ore Dei. Non puteris audientes illud. *Qui fuit Adam*, me ex Adam Euæque errantis arbore communi more produsse. Audistis Adamum purum, sanctum ex ore Domini prodiisse, quando *inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ?* Ex eodem ore prodiui immaculata, ab Euæ errore omnino immunis. Diuus Ioannes Damasc. exclamat serm. de Natiuit. Virg. *O Deo digna filia primigena matris Euæ correctio!*

78. *Primitias massæ minimè infectas affert Maria Dei filia.* Eccl. 24. Damasc.

Illud expendo: *Primogenita omnium creaturarum.* Cur Maria vocatur primogenita, & non vti Filius, vnigenita, si tenor honoris attendatur? Si autem veritas exquirenda sit, non est Maria primogenita creaturarum post tot sæcula ex Ioachimo & Anna exorta. Crediderim Deum curâsse Mariæ puritatem exprimere. Primogenitus Dei Adam fuit in gratia conditus, Abel filius Adæ haud Dei primogenitus in culpâ conceptus. Asserit igitur Deus Mariam ex eadem purissima massa ac Adam efformatam, primogenitam creaturarum. Confirmo ex eiusdem Capitis testimonio: *In omni* (ait illa) *gente primatum habui.* Eccles. 24. Quid primatum habere, nisi primitias esse humanæ propaginis? Quod fuit in Adamo nostræ massæ primum, inueterauit, vetúsque fermentum redoluit. Maria ergo est primogenita, primatum habet creaturarum, humanæ massæ primitias refert, quæ perierant in Adamo. Perbellè Damascenus serm. 3. de Mar. Nat. *Meritò vir Ioachimus & Anna ipsius vxor diuina prouidentia vocati precationis fructum perceperunt: hanc inquam naturæ Reginam, & nostræ massæ primitias Mariam.* Primitias inquam nostræ massæ, quæ fermentum peccati, quod totam corrupit massam, non admisit.

79. *Specialius quam Adam Maria Dei filia primogenita.* Cant. 7. Alan.

Sponsum Paracletum audire: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!* Cant. 7. Filia quidem primogenita, filia princeps. Quid inde? Ortus tuus pulcherrimus est, prodis ex non esse ad vterum vti decet principalem Dei filiam. Alanus audiens Mariam Dei filiam vocitari, mox scripsit apud Delrium. *Tu es principalis filia Principis, Dei scilicet, qui est Rex Regum, & Dominus dominantium, qui te specialiter per gratiam genuit, specialiter informauit.* Parum erat Mariam Dei filiam informari & gigni quēadmodum Adam Dei primogenitus, si specialiter non gigneretur, & informaretur.

Aliter

Maria Dei & cœlestis gloriæ filia in gratia & gloria concipitur. Rupert.

80. Aliter exponit illa verba : *Filia Principis,* Rupertus. In fœminina ſcilicet terminatione: *Filia Principis* fœminæ. *Et intelligitur mater noſtra , quæ ſurſum eſt Ieruſalem ſignificata per Saram : ſicut terrena , quæ ſeruit ſignificata fuit per Agar : & huius Saræ (quod nomen Principem ſignificat) filia dicitur Maria.* Igitur Maria filia eſt Principis Saræ , id eſt, Ieroſolymæ cæleſtis , non Agar, ſiue Ieroſolymæ quæ ſeruit. Quidnam ergo , Mariam vocari filiá gloriæ? Haud genuit Mariam Ieruſalem, quæ ſeruit, & ideo non orta eſt Ancilla; ſed regnans Ieroſolyma Dei ſponſa, vnde ex Deo & Ieroſolyma regnante oritur Regina, ex gloria non ſolum in gratia concipitur , ſed in gloria à gloria paritur , vnde neceſſum , longè à crimine remoueri.

Maria oritur Ieroſolyma noua & glorioſa ex Deo patre, ac matre gloria. Apoc. 21. Richard.

81. Si Leo ex Leone progignitur, ex homine homo generatur , gloria Princeps neceſſariò Mariam Principem glorioſam parit Dei ſponſi filiam , vt glorioſa euadens, omninò immaculata adſtrueretur. *Vidi* (ait Ioannes) *Ciuitatem ſanctam Ieruſalem deſcendentem de cælo nouam , à Deo paratam.* Apoc. 21. Richardus Laurentius lib. 11. aſſerit Mariam *Ciuitatem nouam , quia ſine culpa vetuſtate* Ieroſolyma cæleſtis. Maria igitur Dei Ieroſolymæque cæleſtis filia emittitur ad ſeculum Agni ſponſam & matrem futuram, omninò Ciuitas cæleſtis glorioſa, ac ſimul noua nullas vetuſtatis Adami proferens reliquias, vt decebat Dei & glorioſæ Ieroſolymæ filiam. Suadet moralis Panegyris quam plerumque filij parentibus ſimiles oriantur.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

Abias autem genuit Aſa.

Aſa Regnum expurgans ab vniuerſis ſordibus Idolorum, Regnum Dei Mariam omnino pulchram ſine vllis ſordibus celebrat.

Vbi innuitur, à corde, Dei futuro habitaculo idolorum ſordes ablegandas.

82. REx Aſa reliquias Idolorum omnino deleuit, ne Religio veri Conditoris vel neuum admitteret. *Purgauit Aſa vniuerſas ſordes Idolorum.* 3. Reg. 15. Reliquia enim idololatriæ quantumuis minima gloriam cæleſtis Numinis obſcuraret. A Maria innuit Rex ille vel minimam ſordem ablegandam , ne quis cenſor in illa inueniat quid vnquam poſſit reprehendere. Si reliquiæ minimæ prophanitatis haud decent Vrbes fideles , decebit-ne Mariam principis cæleſtis Regnum tota ſordium complexio , id eſt, peccatum originale , ex quo cunctæ ſordes ducunt originem?

Maria Regnum Dei, à quo omnes ſordes ſunt ablegandæ. Gen. 1.

In principio (ait Moſes) *creauit Deus cælum, & terram.* Gen. 1. Mundus à Deo conditus & nomine , quod munditiem ſonat : & puritate quam à Dei manibus molientis prætulit. Quid mirum tantâ puritate mundum nitere, ſi homini præparatur habitatio. An vllæ in mundo Mariano ſordes , qui non puro homini , ſed Deo conſecratur habitaculum? Sic de Maria Bernardus ſerm. quodam. *Prius Altiſſimus ſibi eam quaſi mundum ſpecialiſſimũ creauit , quam in iuſtitia , & ſanctitate coram ipſo fundaret , & fluentis ſapientiæ irrigaret , & cæleſtibus deſiderijs , inſtar ſcilicet aeris , ſublimaret : & igne dilectionis accenſo illuſtraret. Hinc in eius mente tanquam in quodam firmamento Solem poſuit rationis , & Lunam ſcientiæ , & virtutem tanquam ſtellas ſpeciei omnimodæ.* Illa pende : *Quam in iuſtitia & ſanctitate coram ipſo fundaret.* Quid fundari Mariam coram ipſo Deo , niſi tale fundamen exædificationi adſtrui quale ipſum Deum conditorem deceret. Coram domus quæ ædificatur Domino haud artifices fragile fundamentum auderent ſtatuere. Ipſe Deus coram ſeipſo ædificat Mariam mundum ſibi ſpecialiſſimum , apponeret fundamentum illico nutaturum? 83. Bern.

Angelicus doctor Aſa inſtar, cũcta ſordes à Regno Mariano ablegat.

Habitatio Dei , Regnum Altiſſimi ſine vitij ſorde. Acceſſit Aſa illuſtris, hoc eſt Angelicus Doctor diligẽtiſſimè recognoſcẽs regnũ, Mariæ ne ſordes vel minimæ in Dei ditione permitterentur. *Simpliciter* (clamat) *fatendum eſt , quòd beata Virgo nullum actuale peccatum commiſit , nec mortale , nec veniale.* Quare? Inducit Doctor illud Canticorum. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*, cap. 4. *Vt ſic* (adiicit) *impleatur quod dicitur : Tota pulchra es amica mea , &c.* Dedeceret-ne veniale commiſſum totum pulchrum Dei habitaculum? Ita planè. Nec cum peccati veniali ſorde agglutinaretur illa totalis pulchritudo? Quis dubitet? Liceat mihi ſic arguere. Dedecet culpa venialis , veniale commiſſum totali aduerſatur pulchritudini , & peccatum originale non aduerſabitur? Venialis culpa animum Deo inuiſum non reddit , nec Diaboli mancipium , nec vas iræ ac contumeliæ. Peccatum originale tam infenſam, tam horribilẽ, tam immundam reddit Deo habitationem, vt nullatenus apud ipſam illa infinita puritas commoretur. Copulari non poteſt cum omnimoda puritate Mariæ culpa minima venialis, & horribilis peccati originalis macula copulari valet? Quàm elegans Ambroſius Catherinus lib. 3. de Concep. *Doctor Angelicus* (inquit doctus Dominici filius) *ideo verba illa in Virgine impleri affirmat , quia caruit omni labe actualis peccati tam venialis , quam mortalis. Si ergo aliqua leuis peccati macula venialis ipſi adhæſiſſet , non vtique in ipſam ſecundùm vim ſuam quadrarent verba illa. Si igitur ad puritatem iſtã comparandam , vnius etiam peccati venialis maculam à Virgine remouere opus eſt : quis aſſerat,* (attende) *teterrimam illam peccati originalis labem cum tanta pulchritudine componi , & copulari potuiſſe, ita vt nihilominus tota pulchra, & ſine macula prædicari debeat?* 84. Cant. 4. D. Thom. Cather.

Mirum eſſet, ſi Angelicum ingenium D. 85.

Thomæ

Aperte D. Thomas Mariam totam pulchram sine sorde vlla profitetur. D.Thom.

Thomæ hæc necessaria fugeret consequentia. In expos. Angelicæ salut. ait: *Ipsa purissima fuit quantum ad omnem culpam; quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.* Quasi diceret, si tota pulchra, tota purissima est, *quantum ad omnem culpam* immunis necessariò debuit esse, aut tota pulchra minimè fuit. Confirmat 1. sent. dist. 20. a. 1. *Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquod creatum inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis sine vlla contagione peccati.* An purissima huiusmodi extet creatura? Illa planè, cui illud possit aptari: *Tota pulchra es. Et talis* (ait) *fuit puritas beata Virginis, quæ à peccato originali, & actuali fuit immunis.*

Nullas in Virgine sordes idolorum Asa inueniet. Cant. 4.

86. *Et macula non est in te.* Hebraïcè *vmim* ex radice *Maam* quod est *reprobare, abiicere, reprehendere.* LXX. *Non est reprehensio in te*, neque iniuria, neque sordes, nec abiectio, vnde reprehendaris. Licet vertere ex Græco. *Et Momus non est in te.* Momus inquam confictus sordium diuorum censor. Ita pulchra Maria vt Momus rigidissimus sordium censor nil habeat quod taxare possit, nullus Asa diligentissimus sordium idololatriæ vestigator, inueniet, quod exturbet à Regno. Richardus Victor. *Tota pulchra fuit, quam tota possedit gratia, quia nullum locum in ea habuit peccatum.* Et inferiùs, *Tota ergo pulchra dicitur, quia pulchra facie fuit, & pulchra mente fuit. Nemo tam sanctus, qui sordem non habuerit, & defectum præter ipsã.* Contestatur Idiota in Contemp. Virg. cap. 3. *Tota pulchra Virgo gloriosissima, & macula non est in te. Tota pulchra es in tua conceptione, ad hoc solùm effecta, vt Templum esses Dei Altissimi.* Et infrà, *Tota igitur pulchra es Virgo gloriosissima non in parte, sed in toto; & macula peccati siue mortalis, siue venialis, siue originalis non est in te, nec vnquam fuit, nec erit.* Quare? Quia *ad hoc solùm effecta, vt Templum esses Dei Altissimi.* Si Asa tam diligenter curauit, ne in Regno Dei vilæ idololatriæ sordes remanerent: quid non omninò Templum Dei Altissimi immune à sordibus peccati primi reliquiis immunis adstruatur?

Rich. Vict.

Idiota.

Si vnquam sordibus infecta Maria, haud Regi æterno hospitium præbuisset. Sap. 1. D. Thom.

87. Habitator ne ad Mariam Altissimus descenderet, si aliquando sordibus idololatriæ communis abundasset? Audi Sapientem. *In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Sap. 1. Ex quo colligit Thomas cuncta à Virgine actualia delicta remouenda. *Singulari* (inquit) *modo Dei Filius, qui est Dei sapientia, in ipsa habitauit non solum in animo, sed etiam in vtero.* Dicitur autem Sap. 1. *In maleuolam animam, &c.* Si igitur non intraret sapientia, nec Filius Dei sapientia Patris in Mariam, si aliquo tempore actualiter deliquisset: quonammodo intraret, si peccato originali aliquo instanti fuisset maculata? D. Anselmus de Excel. Virg. *Nulli dubium, castissimum corpus, & sapientissimam animam fuisse ab omni macula peccati protectam, vtpote aulam, quam suus & omnium Creator Deus corporaliter inhabitaturus, & ex qua hominem in sua persona vnitate ineffabili fuerat operatione suscepturus.*

Anselm.

Nil hic præstat, Asa ea quæ nulla vnquam sordes in Regis hospitio. Ansel.

88. Annon præcucurrit Asa aliquis, vt purgaret *sordes idolorum*, prius quàm Princeps hospitaturus aduentaret? Adiicit pulchrè ad intentum Pater. *Inter homines vsus obtinuit, cum præpotens aliquis aliquò vadit hospitaturus, vt clientes præcurrant, & locum mundent, & custodiant, quò venienti Domino suo aptus, & congruus fiat, ad inhabitandum. Si talis apparatus fit pro aduentu terreni hominis, qualis apparatus omnis boni putamus fiebat pro aduentu cælestis Regis, in corde sanctissimæ Virginis, quæ illum non solum erat in seipsa transitiuè hospitatura, sed etiam ex substantiâ suâ factum hominem paritura?* An non decuit hospitium Dei accuratius mundari, & custodiri? Quis abneget? Si ergo ad hospitandum hominem locus mundatur sordibus ablegatis, ad hospitium Dei locus custoditur, ne vnquam sordibus maculetur. Collige ex præfatis cordis habitaculum præparandum ad Dei hospitium, & sordes omnino idolorum, seu voluptatum ablegando, & futurum paradisum diligentissimè custodiendo.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Asa autem genuit Iosaphat.

Iosaphat Ignatius Iesuitas Clericalem scilicet ordinem immittit, ad doctrinam de purissimâ conceptione euulgandam, quam ex nomine Iesv speciatim acceperat.

Innuitur Principum obligatio circa Magistros subditis prouidendos.

DE Rege Iosaphat sic Regum histo- 89.
ria: *Misit de Principibus suis, vt do-* 2. Par. 17.
cerent Ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, & Sacerdotes, docebántque populum in Iuda, habentes librum legis Domini. 2. Paral. 17. Quid si Iosaphat qui *Iudicij Dei ignem* sonat sit Parens meus Ignatius, qui igneo cœlo, ex proprij nominis instantia, Principes Sacerdotes immittit purissimæ Conceptionis gloriam Orbem edocere. An non sanctissimi Patris 90.
spiritu Societas id Doctoribus Leuitis præscripsit 4. p. de Ratio. studi. *Omnes Theologiæ professores nostri sequantur Doctrinam D. Thomæ, sed in materia Conceptionis sanctissimæ Virginis Mariæ sequantur sententiam, quæ magis hoc tempore communis, magísque accepta apud Theologos est.* Hanc veritatem immissi ad Concilium Tridentinum Principes Lainius secundus Præpositus Generalis, Salmeron, & Turrianus edocuere. An non Lainius egregiâ cõcione Patres Concilij ad expeditionem Decreti, quo non solum confirmatur Virginem originale crimen non contraxisse, sed nec debitum (vt videbimus) allexit? Nónne prodigiũ excitatum fuit veritatis assertor, nam cum quartanæ febris ægritudine corriperetur, staturus quartanæ dies statutæ cessit concionan-

Iosaphat Ignatius Principes Iesuitas immittit orbi libri conceptionis immaculatæ mysteria edocere.

dũ

di occasioni? *Misit de Principibus suis.* Ecclesiæ Principes Toletus, ac Bellarminus hanc orbem veritatem edocuerunt. *Si cum oīs Sacerdotes, & Leuita.* Canisius, Maldonatus, Peltanus, Suarius, Vasquez, Valentia, Pererius, Viegas, Delrius, Henriquez, Barradius, Lorinus, Iustinianus, Piueda, Cornelius, Gaspar Sanctius, Salas, venerabilis Ludouicus à Ponte, Granados, Auila, Christophorus de Castro, & Ferdinaodus, Ribadeneira, Acosta, Ossorius, Ogeda, Morales, Magallanes Costerus, Bruno, Labata, Mendoza, vterque Fernandez, Escobar Beticus, Mesa, Mazarinus, Spinellus, Aguado, Florentia acutissimus, Didacus de Baeza, Poza, Zelada, Corderius, meus erudirissimus Paulus, Setlogus, cuius tres Tomi in Caotica mille carminibus conceptam sine labe Mariam concelebrant. Tomum integrum Ferdinandus Quirinus de Salazar supremæ Inquisitionis Regius Consiliarius scripsit, quem secuti Hieronymus de Gueuara & Andreas Pinrus Lusitanus meæ Castellanæ Prouinciæ decns integra Volumina edidere. Et Ioannes Antonius Velasquez de la Cuba nūc meritissimus nostræ Castellanæ Prouinciæ Præpositus Prouincialis aliud eruditum & ingeniosum satis Volumen digessit, purissimæ Conceptionis diffluens gloriâ. Mitto plures alios huius veritatis commendatores.

91.
Agnus Iesus suis Iesuitis voluit huius libri arcana reuelare. Richard.

Habeates (Textus ait) *Librum Legis Domini.* Maria Liber est Dei continens mysteria, Richardo Laurent. anrbo. *Hic liber* (inquit) *signatus, de quo Isaias; Erit vobis visio sicut verba libri signati, quem cùm dederit scienti literas, dicent: Lege istum; & respondebit: Non possum, signatus est enim illes, qui argumentantur contra veritatem.* Scienti literas argumentanti contra purissimam conceptionem, quando Augustinus sapientissimus clamat. *Cum de peccatis agitur, nullam de Virgine volo fieri quæstionem.* Libri mysteria clauduntur sicut ei, qui literas non callet. *Dabitur enim* (adiicit ille) *Liber nescienti literas, & dicetur ei: Lege: & respondebit: Nescio literas. Nullus profectò inuentus est dignus soluere signacula Libri huius nisi solus Agnus Iesus, quia nemo nouit Matrem nisi Filius, & cui Filius voluerit reuelare.* Vult ergo specialissimè Leuitis suis Ordini Leuitico aut Clericali suæ Societatis Iesus aperire Libri immaculatæ conceptionis Mariæ mysteria, non tantùm vt doctæ (æqualiter enim doctis & indoctis recluduntur mysteria, quando signatus Liber apparet) sed vt Iesuitæ. Quia scilicet Conceptionis immaculatæ gloria Iesu propria admodum prædicatur.

92.
Maria Dei Magnificentia est supra cælos à nomine Iesu eleuata, ne à flumine culpæ originalis absorberetur.

Illustro argumentum ex Psalmo 8. cuius Titulus. *In finem pro torcularibus.* D. Athanasius quæst. 100. explicat de sanguine Iesu, vt sit sensus, *Psalmus Dauid ad victoriam sanguinis Iesu, Domine* (canit Dauid) *Dominus* noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Nomen tuum. Id est, Nomen *Ieouah* (vt placet Lorino) Adonai, Eloin. Iesu admirabile nomen. Richardus Vict. *Si nomen Raphaelis admirabile, quanto magis Iesu?* Vndenam admirabile nomen Iesu? *Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos.* Augustinus, & Euthymius Magnificentiam super cælos signum magnum Mariam scilicet vocitari, *signum magnum apparuit in cælo.* Apoc. 12. Quod quidem perspicuum testimonium immaculatæ conceptionis est, Luna sub pedibus collocata, conculcato serpente. *Sanctum igitur nomen eius*, id est, nomen Iesu fecit Magnificentiam Dei Mariam super cælos eleuari, quando fluuius culpæ originalis à terra erat absorbendus. *Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius;* quia vis nominis salutaris constituit Mariam magnificentiam super cælos.

93.
Specialiter ex ore Iesuitarū hæc Mariæ gloria profertur.

Gloria Mariæ signi magni apud cælos obiecti Ioanni, Iesuitæ reuelatur. Cuionam Magnificentiæ super cælos collocatæ gloria ostēditur? *Ex ore infantium* (adiicit Vates) *& lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos.* Arias Montan. asserit verbum illud: *Infantes* procedere à *Iah* vno ex diuinis numinibus, & parte ex *Ieouah*, quod nomen Iesu. Perficit Iesus laudes Mariæ præseruatæ ex ore Iesuitarum, qui quidem speciali iure Iesu triumphum nominis proferant. *Propter inimicos tuos.* Chrysostomus legit. *Propter alligantes te.* Vt confundat eos, qui potentissimum nomen Iesu alligare conantur, quasi *qui potens est, & sanctum nomen eius*, hoc Magnificentiæ Mariæ priuilegium non contulerit. Fateor cunctos Regulares Ordines Mariæ sine labe conceptæ libare præconia. Benedictina familia ore Ruperti, Gregorij, Simonis de Casia, & aliorum clamat. Cistercienfis Bernardi, Zamora, Manrique calamo celebrat. Carthusiana Brunonis Pareotis, Nause Hasliæ, & Dionysij testimonio prædicat. Hieronymiana Parentis maximi, Hectoris Pinti sententia consecrat. Dominicana Dominici, Vincentij, Herbæi, Antonini, Hugonis Cardin. Hugonis de Prato, [illegible]etani, Malburni, Holcoti, Taulcti, Pisani, Dori, Pipini, Portæ, Dominici de Soto ingenio & doctrina concelebrat. Seraphica illa sententia Schoti in 3. sent. Dist. 18. q. 1. n. 13. *Est ibi etiam Beatissima Virgo Mater Dei, qua nunquam fuit inimica actualiter ratione peccati actualis, nec ratione originalis: fuisset autem, nisi fuisset præseruata*, à cunctis filiis communi plausu contestata profert. Andrea Cardinali, Mayrone, Ochamo, Moneldo Archiepiscopo, Lymno, Godam, Laudul. Castron. Venet. Vitali, Gerardo. S. Bernardino Sen. B. Capistrano, Bassolo, Bustos, Nauarra, Aquila, Sicilia, Scotello, Borillepe, Borbitonio, Mattillo, Liqueto, Maiore, Titelmano, Bobes, Nissa, Maldonado, Ossuna, Pico, Hilareto, Sosa, aliisque quamplurimis concinentibus. Augustiniana exhibet cum Augustino proferentes Mariæ gloriam Aoconitanum, Argentinas, Thomam de Villa noua, Simonem de Cassia, Ægidium, Basilium Legion Franciscum Marquez. & alios ingeniosos scriptores. Carmelitana Bacconem, Syluestrum, Mantuanum. Sanctissimæ Trinitatis offert immaculatæ conceptionis præconium euulgantem Robertum Guaguinum Generalem, Didacum de Auila, Escalantem, Bastida, Paez, Hortensium Parauicinum. Sanctæ Mariæ de Mercede Religio Saabedræ Oña, & Caetani Episcopi panegyri nunquam captiuam Mariam defendit.

Mont.

Chrysost.

Omnium Ordinum a uocatus de immaculata Conceptione.

Minimi

Mioimi vulgo *de la Victoria* dicti Tamayum, Montoyam, Britonium & alios profert victoriæ Marianæ defensores. Basilij militia Parentem secuta Mariam defendit, meũ cõdiscipulum sapientissimum Nyssenum testor, qui calamo vtens pro hasta ingenij acumine hostem transfixit. Præmonstratensiũ parcos norbertus de puritissima Cõceptione officio Reginæ Mariæ coronã sacrauit, qua illa instar gemmæ, rutilat sententia: *Aue Virgo Spiritu sancto praeseruante, qua de tanto Parentis primi peccato triumphasti innoxia.* Bernale, & aliis doctoribus contestantibus. Cunctis igitur Iesus Libri Mariani sigilla reserauit, sed nominis Iesu specialem victoriam Iesuitis suis reuelatam esse, quam tot eruditis libris celebrarent, quis abneget? Ex ore infantium, ex ore Iesuitarum recẽns natorum, ex ore Leuitici Ordinis Clericalis laudem perfecisti, dum sacerdotes nostræ familiæ à vero Iosaphat Ignatio docturi hanc veritatem vniuersum Orbem immittuntur. Collige ex accuratã Iosaphat magistrorum immissione Principum obligationem circa subditorum doctrinam, quæ non alia futura quam iuxta Libri Legis præscriptionem. Habentes Librum Legis Domini.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Iosaphat autem genuit Ioram.

Ioram corruptus dum hęret Athaliæ, adnotat, quàm prudenter Maria sola processit ex Adamo, ne omnibus iuncta contaminaretur.

Edoceo, prauam iusto societatem exitialem esse.

94. Rex Ioram sanctã exortus stirpe iniquæ prolis adhærens vxori, filiæ inquam Achabi ac Iezabelis, Regiũ fulgorem obscurauit. *Ambulauit in viis Regũ Israel. Sicut ambulauerat domus Achab; filia enim Achab erat vxor eius.* 4 Reg. 8. Filius Regis Iuda Athaliã Regis impij Israël filiã duxit vxorẽ? Quid mirũ ex praua socia omnino corrũpi, vt idololatriæ operã daret? Vndenã existimas corruptionẽ cuiusuis hominis ducere exortũ? Quia Adæ corruptæ generationi adhærescit, omnibus in Adamo delinquentibus cõmiscetur, ex prauáque societate contrahit infectionẽ. Ideo Maria contaminata nõ fuit, quod ex Adamo procedẽs, sola incessit, nec omnibus filiis Adæ curauit adhærere, potius apud desertum commorata est, ne communi infectione corriperetur.

95. *Sola, Maria deriuatur ex Adam nec Iosephum comitem admittit, ne omnium sub-*

Cur existimas Matthæũ non deduxisse generationem Iesu per Ioachimũ parentẽ Mariæ, sed per Iacob parentẽ Iosephi? Vt sola constitueretur Maria Iesu parẽs, sine aliquo ad generationẽ recursu, omnino à cõmunitate filiorũ Adæ separata. Audi pulchrã D. Athan. sententiã de Incar. Verb. *Deipara Virgo Maria sola ex Adã deriuatur, aut cũ sponso suo Ioseph ex Dauide stẽma suũ deducit.* Quare sola deriuatur ex Adã? Ne adhærens cæteris filiis Protoplasti eorum contagio inficeretur. Sola procedit Adami filia, singulariter enim cõmunem non incurrit maledictionẽ: *Omnes in Adam peccauerũt*; quia omnium effugit societatem, omnésque diuerso tramite gradiuntur. Quare ergo quæ sola ex Adamo procedit, ex Dauide cum sponso graditur? Vt ostendatur ex eadem Iuda Tribu ac Iosephus procedens, non ex eadem Adami progenie. Ex Regiã domo incedit comitata, ex Adami domo sola deriuatur, nec sãctissimo Iosepho sponso futuro hæresčit, quia ille licet in vtero sanctificatus est, tamen primã maculã inficitur. Vt igitur Maria nulli communitati adhæresceret, ex Adam oriens nec sponso Iosepho comite incedit, sed solitaria currit.

iaceat miseriæ. Matt. 1. Athan.

96. *Valde solitaria Maria per mundi desertum ascendit.* Cant. 3. Rupert.

Profitetur Sponsus. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertũ sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij.* Cant. 3. Signatur primus Mariæ exortus Rupert. authore. Cur per desertũ ascẽdens prædicitur? Annon quia animus Virginis nulli hominũ cunctorum adhærẽs ex Adamo exorta solitarius omnino est? *Talis* (inquit ille) *ascendisti per desertum, animum habens valde solitarium.* Vnde ab omnibus iniustis in exortu abstracta Virgula rectè incedens speciebus odoriferis confecta, id est, iustitia originali fulgens ascendis. Nil tetrum in fumo, quia nulli corrupto socio adhærescis, solitaria volas procedens ex Adamo.

97. *Esther instar, solitaria apparens a cuncto complectitur, omnes comprehenderetur.* Esther 14.

Assuerus peruulgãrat edictũ, quo omnes Hebræi morti addicebantur. Esther Regina, vt euaderet periculum prudentissimo astu sic in conspectu Regis profatur: *Domine mi, qui Rex noster es solus, adiuua me solitariã.* Esth. 14. Prob fœminæ prudentia! Totũ discriminẽ illius ex eo ducebat exortum quod lex generaliter totam Hebræorum communitatem damnabat. Regina sese à communitate abstrahit, solitaria incedit, *adiuua me*, inquiens, *solitariã*, haud sociis damnatis hærentem, sed singulari priuilegio, quod decebat Reginã coniugẽ charissimam à cõmunitatis, quam fugi, legibus exẽptam. Cui Assuerus: *Noli timere, Esther Regina, non enim propter te, sed propter omnes hæc lex constituta est.* Ibid. Vulgarissimũ locum specialissimẽ expẽdam Noli timere. Regina, timeant illi qui non soli ex Hebræorũ familiã procedũt, tu non timeas valde solitaria Sentẽtia capitalis propter omnes filios Adæ, ô Virgo constituitur, non propter te, quæ nullatenus communitati adhæsisti, sed sola procedis ex communi parente, *animum habens valde solitarium.* Non propter te, sed propter omnes, quia tu ab omnibus effugisti, nulli nec sanctissimo Iosepho hærens in exortu. Adiicit pulchrè Rupertus. *Et ab illo, cui desponsanda fueras penè fuisti deserta.* Tam adnatom mẽti tuæ ex Adamo solitariam prodire, vt nec Iosephum coniugem futurum socium originis admiseris, ne ad communitatem contaminatam originali crimine pertinere videreris.

Rupert.

98. *Solo posse Iesu hæresceret, cum ex Adamo deriuatur.*

Vidisti ex Chrys. decem virginibus Euangelicæ parabolæ omnes filios Adæ designari. *Simile est Regnum cælorum decem virginibus*

accipientes lampades suas exierunt obuiàm sponso & sponsæ. Matth. 25. En omnes Adami filios à Maria principe Iesu sponsæ segregatos: *Decem virginibus*? Mariam autem singulariter soli Christo hærentem. Vnde Esther clamat. *Adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus auxiliator est alius.* Quia è domo Adami procedens non sequitur communitatem filiorum, sed soli filio sponso simul purissimo adhærescit. Ideo nubeculâ illa, quæ è pelago exoritur mirificè figuratur.

Matth. 25. Chrys. Esther. 14.

99. *Ecce* (ait puer) *nubecula parua quasi vestigium hominis*, 3. Reg 18. Vbi Ioannes Ierosol. de instit. Monach. c. 3 x. *Beata Maria de hoc mari, id est, humana natura, aliter fuit orta, quia in ortu suo non fuit onerata amaritudine delictorum; sed instar illius nubeculæ, leuis fuit per immunitatem peccatorũ, & dulcis per plenitudinem charismatũ.* Pődero verba illa: *quasi vestigiũ hominis.* Quare homiois vestigiũ designatur? Idem Doctor: *Quia gloria Domini apparuit in nube.* Ipse Deus homo Matrem sequitur exorientem. Nullum alterius hominis vestigiũ apparet, singulare vestigium, haud communitatis humanæ gressus; quia Maria *sola ex Adam deriuatur*, (vt aiebat Athanas.) quam solus sequitur Iesus Filius, & sponsus: Quasi vestigium hominis.

Apud Mariã ascendentem ex Adamo, dum concipitur, sola Iesu comitantis vestigia apparent. 3. Reg. 18. Ioan. Ierosol.

100. Quam quidem Mariæ exorientis à cõmunitate discretionẽ ostendit Helisæus, cũ aquas donauit sanitate. *Egressus ad fontẽ aquarum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus: sanaui aquas has.* 4. Reg. 2. Ad quæ D. Ambr. ser. x. de Helis. *Non tantum fluenta sanauit Helisæus, quæ fontiũ iam gremio tenebantur, sed & illa quæ humido terræ solo adhuc discreta erant.* Si aquarum collegiũ omnes homines sunt, quisnã aqua indiscreta repræsẽtatur? Aqua illa purissima Maria est à cõmunitate discreta, vt diuersimodè donetur sanitate. Sanitas enim omnium, *qui in Adã peccauerũt*, paratur, *postquã fontiũ iam gremio tenentur*, postquã amaritudinem contraxẽre. At aquæ Marianæ sanantur dum discretæ à communitate ostenduntur. Sanantur, inquã id est, salis, seu Passionis Dominicæ virtute discretæ continentur, puræ præseruantur, ne cõmuni amaritudine vitientur. Collige ex præfaõs, quàm exitialis sit iusto praua societas; quámque curandum sit, vt captes solitudinem, solique Domino adhærescas, qui quidem sponsam animam adfert *ad solitudinem*, vt inibi edoceat, & conseruet, ne à dracone inficiatur.

Sanatur, seu præseruatur Maria sanguine Iesu, dum discreta erat ab omnibus. 4. Reg. 2. Ambr.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Joram autem genuit Oziam.

Ozias ostendit Mariam Paradisum eleuatissimum nunquam tenebris interfusum.

Vbi innuitur, terrenis voluptatibus hærentes cælesti lumine priuari, tenebris obrui.

101. Exsvrgit Ozias totus *excelsus*, significat enim celsitudinẽ, memorás planè Mariæ excelsã Conceptionẽ nil habentẽ cũ terrâ cõmune, nil participantẽ miseriæ vallis lacrymabilis. Tota in præsenti cura ostẽdere adeò celsam Mariam, vt nullis vnquam tenebris obrueretur. Vnico testimonio confirmabo.

102. *Plantauerat autẽ Deus* (inquit Moyses) *Paradisum voluptatis à principio.* Gen. 2. L X X. *In Edem ad Orientem.* Nullæ ideo in Paradiso tenebræ; propter nimiã enim situs celsitudinem nunquam nõ luce perfundebatur. Sic Basilius orat. de Parad. *Ob sublimitatem loci, in quo erat, nullâ fuit parte tenebras admittens, sed orientium syderũ splendore semper illustrans.* Cũcti homines tenebris culpæ obruimur, quia abiecto loco dediti, iuxta Dauidicũ. *Quoniã humiliâsti nos in loco afflictionis, cooperuit nos vmbra mortis.* Ps. 43. Proh Mariæ Paradisi celsitudo, qué nũquam tenebræ obruerũt, quia incredibili celsitudine donatus est: *Nulla fuit parte tenebras admittens.* Richard. Laur. l. 12. describens Marianum Paradisum, ait. *Plantauerat autem Deus Paradisum voluptatis a principio. Est ergo in Paradiso Maria a principio, idem quod ad Oriẽtem.* Quia scilicet principiũ seu plantatio, aut conceptio Mariæ in Oriente fuit, nullis tenebrarum incursibus adiacens. Adiicit pulchrè. *Vel à principio restaurationis humanæ.* Quia Mariæ præseruatio primitiæ redemptionis, vti ait Bernardin. Senen.

Eleuatissima Mariæ nunquam tenebris peccati offusa. Gen. 2. Basil. Psal. 43. Richard.

103. Ideo itaque Marianus Paradisus semper luci cælesti affinis, quia excelsus. Confirmo ex Petro Damian. serm. de Assumpt. *Germinas Virga Iesse de tortuosâ generis humani radice, & de Patriarcharum arbore in altitudinem erumpens, priorum tenebras nescit.* Quomodo enim tenebris offunderetur Virga eleuatissima, quæ filios tenebrosos omninò transcendit orienti adhærescens? *Est enim hæc speciosior Sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur purior.* Sap. 7. Vbi D. Bonauentura in spec. *Quidam legunt hîc: Prior: quidam: Purior.* Vtrumque planè legendum est. Nam ideo purior, clarior, quia prior, id est, eleuatior est, omnes tenebrosos filios longè transcendens. Vtrumque (adiicit Pater) *Stella Maria competit. Est enim prior, id est, potior, dignior, celsior: & purior est Sole, & Stellis, & luce.*

Virga in altitudinem erũpens semper luce fruitura est. Dam. Sap. 7. Bonau.

104. Quod si requiras, quare ex eleuatione & celsitudine Paradisi Mariani colligam, nũquã tenebris offusum? respondeo, quia serpens è quo tenebræ deriuãtur, nunquã celsissimũ Dei hortum ascendit. Damasc. lib. 2. de Fide cap. 12. *Diuinus profectò locus mirifice congruens primi hominis dignitati, in quo nullum animal habitabat, sed solum diuinarum manuum factura homo.* Et Rupertus lib. 3. de Trin. & oper. eius, cap. 2. *Erat* (ait) *Paradisus propria hominis habitatio ei pro magna Creatoris gratia data. Nam si serpentibus communis erat Paradisus, sequitur, vt & lupis, atque leonibus, cæterisque bestiis non caruerit ille deliciarum locus.*

Celsissimum Dei hortum nunquam tenebrosus serpens ascendit. Damasc. Rupert.

locus. Non igitur serpens presertim à Diabolo corporaliter inuadente possessus in Paradiso fuit. Serpens exulat à materiali Paradiso propriâ hominis habitatione, & à Paradiso Mariano non exularet propriâ habitatione Dei? Diuus Thom. Thomas 3. p. q. 27. a. 4. *Singulari modo Dei Filius in Maria habitauit.* Rem perficit Richardus Laurent. citatus. *Si ille Paradisus apertus fuit serpenti, qui seduxit Euam: iste Paradisus Mariæ hortus conclusus contra omne nociuum.* Conclusus planè, quia illa eius celsitudo tanta, vt reptile non posset scandere.

105. *Omnis incolitas huius Paradisi vt culpa excluditur omninò.* Pende obsecro verbum illud: *Paradisũ voluptatis.* Quidnã est Mariã voluptatis esse Paradisum, nisi omnimodâ gratiâ aut priuilegio redundare? Richardus ad illud Eccli. 24. *In me omnis gratia.* Id est, (ait) omnis spiritualis iucunditas. Et quonammodo. *Omnis iucunditas*, si plantatio Paradisi væ culpæ contaminata? An Altissimo cederet in delitias, si tenebris aliquando culpæ, vti humilia Bernard. & abiecta prædia, offunderetur? D. Bernardum exaudite serm. de Natiuit. *Locum voluptatis Mariam intelligo, in quo cumulauit omnes delitias deliciarum Dominus. De quibus Spiritus sanctus admiratorio sermone ait: Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitiis affluẽs? Nunquid in Angelis voluptatem habet Deus? Reperit in illis prauitatem. Nunquid in aere, vel igne, vel ventis? Non in igne, non in commotione, non in spiritu Dominus. Nunquid in aquis? Ibi furens, & tortuosus Leuiathan immoratur. Aut in terra? Sub maledicto Adæ spinas emittit. Non est locus voluptatis nisi Maria, quippe quæ non obscuratur, nec Leuiathan peccati originalis habuit, nec cecidit vnquam, nec spinas aut tribulos protulit sicut cæteri.* Ab obscuritate enim cunctæ exoriuntur maledictiones. Constet itaque Paradisum Mariæ nunquã tenebris offusum, quia semper Orientem mirifica celsitudine aspectat. Hinc collige mentes hærentes terrenis voluptatibus, necessum esse tenebris suffundi. Lux etenim cælestis celsos implet spiritus. Si igitur cælesti lumine compleri curas, Deo celsissimo adhærere satage; Orientis enim cælestis incolæ Solis veri donantur splendore; dum terricolæ adnatis tenebris obruuntur.

OBSERVATIO IX.

Ad illa verba:

Ozias autem genuit Ioatham.

Ioatham profectum indicit eorum, qui profitentur Mariam mox à primo conceptionis instanti profecisse.

Vbi assero eos, qui propria tenaciter hærent consilio non proficere.

106. *Ioatham idẽ* Affirmat Anselmus esse profectus Ecclesiæ typum. Ioatham enim idem est ac *profectus, scilicet Christus de quo Ecclesia* (loquor cum Strabo) *in melius proficit.* Porrò *profectus* ipse Christus vocitatur, non proficiens. Eo enim differt Christi ac Ecclesiæ profectio, quòd Ecclesia cum incæpisset à culpa, abluta est, & postea continuis profecit incrementis. At Christus cœpit à profectione ipsa, imò in primo suæ Conceptionis instanti perfectissimus omnino apparuit. Huiusmodi profectionem Deipara imitata est, profante sponso. *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens?* Cant. 4. supra de instanti Conceptionis exposui: Apparens in illo instanti Maria, instar auroræ, splendescens absque peccati tenebrâ, perfecta exurgẽs progreditur, proficit. Sed quia de Ecclesiæ profectione specialiter loquitur Strabus, asserã Ecclesiã ex eo mirificè proficere, quia Mariam perfectam, Christi scilicet imitatricem in primo conceptionis instanti venerantur, nec credit aliquando, in morẽ Ecclesiæ, mortuã in culpa fuisse, vt ad lauacrum viuificanda exurgeret. Mehercle qui hoc Mariæ priuilegium abnegat, nescio quonammodo proficere valeat, si non ex veritatis indagandæ zelo perferatur, sed ex cordis duritie.

Ioatham idẽ est ac profectus. Anselm. Strab.

Cant. 4.

D. Fulgentius lib. 2. ad Tras. c. 3. fatur. *Vna est in vtroque* (Angelo scilicet, & homine) *Iesu gratia operata: in homine, vt surgeret, in Angelo, ne caderet: ab illo infirmitatem depulit, hunc infirmari non siuit: istius namque esca, illius medicina.* Esca Eucharistica perfectorum est authore Paschasio. Angeli hoc pane spiritualiter saginati iuxta illud Vatis: *Panem Angelorum, &c.* adeo robusti, vt nunquam exciderint; sed in ipso creationis instanti proficientes apparuerint, dum viatores, ex Iesu gratia pane suauissimo. Aliter homines, nam post casum in instanti conceptionis, ad profectum surrexerunt. Clamat Deipara: *Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Luc. 1. Aliter. *In Deo Iesu meo.* Si Iesus contulit Angelis suis, ne caderẽt, sed à primo instãti proficerent; quomodo non speciali iure eodẽ donaret priuilegio eã, cuius erat Iesus? Excidit Maria sicut homines reliqui? Angeli Iesum experti dulciorem? Absit. Asserit apposité doctos modernus Iesum specialissimè Mariæ esse vocitari, quia nunquã non cũ Maria ab ipso instanti conceptionis quo titulo nullius humanæ creaturæ esse perhibetur; vnde possidens Maria Iesũ, ab illo simul possessa est. *Dominus possedit me ab initio, &c.* Iesus apud Mariã in instãti Conceptionis? Minimè mortua est, sed ab ipso profecit instanti. Quare Lazari prudens soror respondit. *Domine, si fuisset hic frater meus non esset mortuus.* Ioan. 11. Cotã Iesu quonammodo amicus obiret? Non adest specialis gratia Iesu amicis, vt ab spirituali morte præseruet in primo conceptionis instãti, nisi Mariæ matri futuræ Saluatoris. *Tollite lapidem.* Si quis fortè lapideus circa Mariæ profectũ, lapidẽm, seu duritiem cordis auferat. Si enim mortuam fuisse Mariam antè profectum asserat, nullatenus ipse proficiet.

107. *Maria à primo conceptionis instanti proficiens, imò in ipso instãti profecta est.* Fulgent.

Luc. 1.

Ioan. 11.

108. *Profectus obturatur ei, qui pertinaciter (non veritatis indagãda gratia) defendit Mariã mortuam fuisse ante profectionem.*

Olim Israëlitæ *castrametati sunt in deserto Sin, hoc est Cades.* Nu. 33. Apud Cades Maria soror Moysi diem suum obit, excitatur populi murmuratio in Moysẽ, & mox populo murmurãti profectus per Iordanẽ abnegatur. Post mortẽ Mariæ

Num. 33.

Mariæ murmur, & profectûs ablegatio? Mortuam putas Mariam apud conceptionem, quæ sanctitas omnino, (*Sāctitas* enim & *Cades* idē) quemadmodū reliqui ceciderūt? Murmuratio excitatur cōtra ipsū Deū legislatorē, qui Matrē potēs nō præseruauit quādo id asseritur nō ex zelo veritatis prodēdæ, sed ex lapideâ cordis pertinâcia. Scio te minimè profecturū, inhibente Iordane, qui Iudicium Dei sonat. D. Hieron. epist. ad Fabiol *In hac mansione moritur Maria, & propter aquas contradictionis, Aaron offendit Dominū, & prohibentur Israelita transire Iordanem. Quis timeret post tantos profectus murmur?* Cades seu conceptio omnibus casus occasio, Mariæ soli *sanctitas, quia quasi palma exaltata est in Cades*, non moritur, sicuti *omnes mortui sūt*, licèt filia Adami mortua esse videatur. Aquæ rameo contradictionis profluunt. Hinc asseritur viuam aquam profluxisse Mariā non post virgæ crucis actualē ictum, sed solâ ex Dei Verbo præsignatione. Illinc affirmatur post actuale vulnus aquam emanâsse. Rogo nū argumētari sit, an murmurare? Si argumētatio est, vt veritas ampliùs innotescat, parco, licèt August. vel ipsam huiusmodi prohibuerit quæstionē: *Cum de peccatis agitur, nullam de beatâ Virgine volo haberi quæstionem.* Si autem sit murmuratio, Deus auertat, iusto enim iudicio Iordanis transitus abnegabitur, profectus impedietur. *Quis timeret post tantos profectus murmur?* Apud vulgares huiusmodi murmur excitatur, non apud perfectos. Vnde non possum mihi persuadere vllum virum perfectum post tantos profectus ex duritie cordis excitari ad murmurationem, sed ex iustitiæ zelo exurgere ad argumentationem.

Hieron.

August.

109. Fuit quando Hebræi Mariā leprosā habuere, quo tēpore minimè ad profectum gressus direxerūt. At profitētes nullā lepræ suspitionem iam apud sanctissimā fœminā *post hæc promouit populus ex Asseroth, & consederunt in deserto Pharam Quod interpretatur os visibile.* Num. 33. Maria soror Mosis aliquando contaminata est leprâ. Haud sic Maria Iesu parēs. At in nostræ Mariæ typum populus non proficit dū Maria soror Moysi leprosa est; quia opinantes Mariā Iesu Matrem aliquando originalis peccati leprâ infectam fuisse ex cordis duritie, & contumaciâ, nullateous perguot ad profectum. At qui profitetur nunquam fuisse leprosam pergit ad vlteriorem perfectionem. Scio aliud est legem obseruare, aliud iter perfectionis persequi. Qui affirmat Mariam leprosam aliquādo, legem non violat, non tamen ex hoc magnos profectus excitabit. Aliàs quidem Mariæ non abnegans priuilegium, quod potest profiteri; hic enim familiæ Dei perfectæ ex quotidianis profectibus adhærescet.

Qui Mariam nunquam leprosam profitetur, proficit in via vsque ad perfectionem; imò mox quodammodo perfectus ostēditur.

110. Non prætereat sine obseruatione *Pharam* vocabulum. Idem est ac *Os visibile.* Leprosus, cogente lege, ore obuelato incedebat. *Habebit vestimenta dissuta, os veste contectū.* Leui. 13. Vbi illud *Os* ad labia referendum plusquam ad faciem est qui affirmet, vt innuatur, peccatori verba prohiberi iuxta illud: *Quare tu enarras, &c. Et assumis testamentum meum per os tuum.* Edicto Pontificio opinioni asserenti Mariam aliquando leprosam os operitur, ne ampliùs contra communem Orbis professionem verba profundat neque in cathedra, nec in suggestu. Scio planè opinionem minimè leprosam esse, sed ex eo minùs felicem, quòd os eius, ac si lepra inficeretur, veste contegatur. Profitere igitur piam veram opinionem, vt à domo perfecta progrediaris in *Pharam* siue *os visibile*, potens vociferari: Maria sine labe concepta. Confirmo totam ex Origene cogitationē. *Asseroth interpretatur: Domus perfecta. Proficiscitur ergo populus posteaquā Maria purgata est, à domibus perfectis, & venit in Pharam: quod interpretatur: Os visibile.*

Opinioni obtegitur ô vox impeditur.

Leu. 13.

Orig.

Age, profectus huiusmodi perfectæ familiæ expone, *Qui elucidant me*, (clamat ipsa) *vitam æternam habebunt.* Eccli. 24. Totius profectus finis sedes est, gloria est. Qui Mariā elucidat, id est, lucidā semper ac splēdentē aperit verbo, prædicatione, calamo, mox & sede, & gloriâ potietur maria enim suis; elucidatoribus & sedes est, & gloriā impertat. Richard. Laur. l. 10. *Maria est sedes, de qua Pater promittit Filio per Prophetam Ps. 88. Ædificabo sedem tuā, hoc est Mariā.* Et l. 2. *Maria promittit Eccli. 24. Qui elucidat me, id est, vitā meā verbo & prædicatione, vitam æternam habebit in futuro. Maria enim super faciem sui scribæ imponit honorem suum.* Ex Ecclesiastici cap. 10. hæc verba vsurpauit. *Super faciem scribæ imponet honorem suum.* Græcè habetur. *Gloriam suam.* Si Maria sedes est, & gloriam manu tenet, vt super faciem Scribæ sui ponat, haud opus est in futurū gloriā protrahi: *Habebit in futuro*: sed mox elucidator Deiparæ quodāmodo æterna fœlicitate donatur. Ex præfatis edisce profectum in virtutis via illius proprium esse, qui ingenuus, qui liberalis est, qui cordis mollitudine pollet, non duritie riget. Is facilè adducitur, vt illustria de proximo credat, vt magna de aliis profiteatur. Rarò proprio tenaciter hærens consilio perfectionis non dico tenuit exitum, sed neque viæ initium arripuit. 111.

Opinionis piæ assertori perficit dum ad gloriam.

Richard.

Eccl. 10.

Observatio X.

Ad illa verba:

Ioatham autem genuit Achaz.

Achaz signum Virginis verè aspicit, dum Mariam adnotat omnimodæ prodigium puritatis.

Vnde elicio vitam immaculatam Diui sine vllâ peccati tenebrâ miraculorum locum obtinere.

FÆliciter accedit Achaz miraculum Marianæ conceptionis cōmendans. Portentum enim ingens fuit excitatum, dum corruente Chore, filij indemnes persisterent, id est, corruente familiâ Adami, imò cunctis filiis ad baratrum ex originis terræmotu tendentibus sola filia Adæ Maria præseruatur à casu. Achaz Propheta inquit; 112.

Post

Pete tibi signum à Domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz, Non petam. Adiicit Isaias; *Propter quod dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo.* Cap. Maria sine labe concepta, *Signum est magnum, quod apparuit in Cælo.* Quod si communi lege concepta in peccato fuisset, vndenam miraculum excitaretur?

113. In luce.

Fiat (inquit Deus) *lux, & facta est lux.* Gen. 1. Deipara luci à Patribus comparatur: *Est enim vapor virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis Dei sincera, & ideò nihil inquinatum in eam incurrit, luci comparata inuenitur prior. Quia si succedit luci nox, Mariam non vincit malitia.* Sap. 7. Porrò D. Antoninus, tom. 4. tit. 15. cap. 4. §. 2. sic Marianam lucem commendat. *Successiuè narrantur opera sex dierum in principio facta, designantia sex mirabilia Dei facta successiuè in Virgine Maria. Et primum opus est Conceptio. Ibi dicitur figuratè; Fiat lux, & facta est lux. In hoc præfigurans & præordinans Conceptum Virginis, cuius vita gloriosa lucem dedit sæculo.* Vbi duo ponderanda Vnum quidem Mariæ Conceptionem luce designari: quando & diuisione aquarum, & aridæ apparitione, & accensione luminarium, initio sine lumine, & volatilium productione, & animantium, reliqua mirabilia Virginis exprimuntur. An non Assumptio, aut Annuntiatio, aut Maternitas Mariæ, aptiùs loci comparantur, quàm Conceptio, si in Conceptione aliquæ delicti communis tenebræ persolarent? Si igitur Conceptio luce signatur prima, ex qua omnis fulgor luminaribus exortus est. Proculdubio splendida Conceptio. Alterum argumento cõuenientius, Conceptionem mirabile, aut miraculum ab Antonino vocitari. Miraculum est? Ergo vltra naturæ leges, communis labis tenebrâ non offunditur. *Dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo.*

Miraculum Conceptionis Mariæ designatur.

Gen. 1. Sap. 7. Antonin.

114. *Columna lucida prodigium signat Mariam in Conceptione & a culpæ & tenebras ablegasse.* Psal. 77. Epiph.

A luce prima ad miraculum columnæ lucidæ transeo, canente Propheta: *Deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.* Psal. 77. Quâ columnâ Hebræi ab Ægypto fugientes interdiu proteguntur ab æstu, noctu autem à caligine liberantur. Virgo huiusmodi columna signatur, Epiphanio authore, ser. de laud. Mar. *Nubes columnæ similis, quæ Deum habet, quæ populum deduxit per desertum.* Accommodat argomento fatus Origenes, hom. 3. in 2. Mat. *Ecce Dominus sedet in nube pusilla, carnalem animam non habitate, nec aliquam peccati grauedinem.* D. Hieronym. *Nubes illa* (ad Isai. 19.) *non fuit in tenebris, sed semper in luce.* Hoc nobis miraculum, quòd per diem splendens protegeret ab æstu Solis, per noctem autem instar Solis tenebras abigeret. O Maria, & æstum peccati & tenebras ablegans!

Orige. Hieron.

115. *Miraculum virgæ Aaronis rectâ virgam annunciat Mariam ante ludum germinantem.* Num. 17.

Suceedat miraculum virgæ Aaronis germinantis. *Locutus est Moyses ad filios Israel, & dederunt ei omnes Principes virgas per singulas Tribus, quas cum posuisset Moyses coram Domino in Tabernaculo testimonij; sequenti die regressus, inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Num. 17. Per Aaronis virgam Mariam figurari D. Hieron. affirmat. Isai. 13. *Virga simplex atque purissima, & vmone fœcundata, dedit enim florem, qui dicit in Cantico; Ego flos campi.* Aptiùs D. Ephr. ser. de laud. Mar. *O viridans Aaronis virga; virga enim verè extitisti.* Id est, recta sine nodo, sine cortice. Sic Clitonæos lib. de Concept. cap. 13. *Hæc est virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpa fuit.* Adnota ex fructo colligi illam virgam amygdalinam fuisse. An non amygdalus ante omnes arbores, flores, frondes profert, ac fructus. Ideò festinationem ac vigilantiam signat iuxta Propheticum. Virgam vigilantem ego video, Ier. 1. Hebraicè, *Virgam amygdalinam.* Alij, *Virgam properantem, seu festinantem.* Ioannes arbor fructifera, nimis valde properans, solis iustitiæ radiis primo ortus vêre, in vtero floruit; sed longè ante Maria germinauit: amygdalina enim virga fuit, festinans, properans, in conceptione gratiæ floribus ac fructibus stipata.

Hieron. Ephrem. Clithou. Iere. 1.

116. *Miraculum Rubi denotat Mariam extra lam serpētē in primo Conceptionis instanti.*

Miraculum denique Rubi contemplor. Moses apud desertum. *Vidit quòd Rubus arderet, & non combureretur.* Exo. 3. Vbi Theodotus Ancyræ Episc. hom. ad Ephes. synod. habita. *Dic obsecro, vtrum sit vilius, Rubus-ne an vterus Virgineus, ab omni peccati affectione immunis?* Quam conueniat Rubi symbolum immaculatæ Conceptioni, expendo ex Plinio lib. 24. cap. 13. profante. *Aduersantur serpentium sceleratissimis Emorhoidi, & Presteri rubi flos & mora.* Profectò Emorrhois morsu omnem elicit sanguinem, Præster aut Dipsas omnem humorem absumit An non huius sitis ardentem concupiscentiam, illius rabies virium extenuationem: duo videlicet mala quæ ex peccato originis prouenere adombrat? Maria ergo Rubus sacer, quæ cælestem protulit florem, & fructum his serpentibus aduersarium, Theodotum exaudi: *Rubus accenditur, ignis conspicitur, & tamen quæ ignis natura fert, non operatur; illuminat, non consumit, abstergit, non incendit: beneficium præstat, pœnam non adfert. Nonne Virginem in Rubo animaduertis? Rubus itaque Maria expressa fuit similitudo: si ergo super vilem illam arbusculam ita Deus ipse olim insedit, vt eum illi splendorem, eam gloriam, eam mirandam integritatem indulserit. Qua, quæso, ratione Virginem nostram obsederit, aut potius possederit? Quem illi nitorem, quam puritatem, quam lucem in intulerit, quando eam in ab omni peccati affectione immunem præstitit? Illuminat, non consumit; abstergit, non incendit; beneficium præstat, non pœnam adfert.* Hactenus ille. Posita itaque Maria concepta in miraculum, dum contra naturæ leges nunquam non apparet effulgens, sine tenebræ vsurâ. Contemplans Diuorum gesta haud externa mirere prodigia. Illud ipsum vitam communem seriem excedere, nullis tenebris eorum lucem offundi miraculum proculdubio est. Quod si diuus nulla externa miracula edidetit, miraculorum obtinet præcipuorum locum, vitam fuisse omninò immaculatam.

Exo. 3. Theodot. Plini.

Observatio XI.

Ad illa verba:

Achaz autem genuit Ezechiam.

Ezechias Solis reuertentis imagine ostendit Mariam generalibus legibus non fuisse illigatam.

Vbi assero non omnes in communitate legibus onerosis pergrauandos.

Plura Ezechias optimus Princeps gesta edidit mirificè filiæ Mariæ purissimam halantia conceptionem. *Fortis* ille *Dominus* vocitatur. Serpentem æneum redegit ad pulueres, ne idolola-
117. triæ existeret occasio. Nec puluerem serpentis antiquæ reliquia in Mariano conceptu, forti Domino operante. Verum Sol ad Orientem reuersus, cunctis Astris suo in ordine constitutis asserit priuilegium Mariæ, cuius in Oriente Sol iustitiæ præluxit, reliquis obtenebratis. Nam cùm sit Legislator dispensationis beneficiorum, afficit quem mauult, nec consequentiæ legibus illigatur, Vnde propositio illa: *Omnes in Adam peccauerunt. Omnes mortui sunt*, omnes Adæ filios præter vnam Mariam cõprehendit, quia sola Maria specialissimè excepta est, sic Legislatore disponente.

Rom. 5. 1. Cor. 5. Profectò plura adsunt Sacræ Paginæ testimonia eodem modo generalia, quæ saluâ fide non possis interpretari, nisi Virginem excipias. Non est homo qui non peccet, 2. Par. 6. *In*
118. *multis offendimus omnes*. Iac. 3. *Nemo mundus*
Mariam non comprehendi propositionibus generalibus ostendo. *a sorde*. Iob. 14. A quibus necessariò Maria excludenda, nullo peccato actuali contaminata, fante Sponso. *Et macula non est in te.* Ergo illud verbum, *omnes*, potest verificari ex reliquis, vnâ exceptâ Mariâ, sicut verificatur etiam Christo homine excepto. Ex similibus locis confirmo. *Omnis caro corruperat viam suam*. Gen. 6. A qua Noë iustus saltem eximitur. *A minimo vsque ad maximum omnes auaritiam sequuntur*. Ier. 6. Ipse Ieremias eximatur oportet. *Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium*, Ier. 8. Ipsum exime verborum authorem sanctum planè, perque mandatorum viam incedentem. *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi*. Phi. 2. Attamen Paulus, reliquique Discipuli Domini tunc superstites, quæ erant Domini requirebant. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Ioan. 1. *Omnes fures sunt & latrones*. Ioan. 10. *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*. Psal. 115. Num vllus non illuminatus illo speciali fulgore? An reperietur vnus liber à rapina? Aliquisnè Spiritus Sancti ignem expertus non fuit? *Turbatus est Herodes Rex, & omnis Ierosolyma cum illo* Mat. 2. Caietanus exponit cunctos turbatos præter Simeonem, & plures iustos aduentus Dominici expectatores. Vera est D. Fulgentij regula, Lib. de Incarn. & grat. Iesu Chr. cap. 31. commune esse in Sacris reperiri hoc verbum; Omnes, absque

2. Par. 6. Iac. 3. Iob. 14. Gen. 6. Ier. 6. Ier. 8. Phil. 2. Ioan. 1. Ioan. 10. Psal. 115. Mat. 2.

eo, quòd vniuersum genus humanum comprehendatur. Et (adnotante Photio) sæpè in Fulgent.
Scripturâ figura est vniuersalis, ac modus loquendi, cùm tamen sententia non generaliter intelligatur. Ecclesia itaque leges communes habet, sed non singulis accommodatas fideli- Photi.
bus. Canones vniuersales proponit, sed non ita Dominus alligatur vt non possit facillimè ac decenter dispensare, quando libuerit, communi vsu aduersante Sol ad Orientem remeauit tempore Ezechiæ, stetit ad Iosuë præceptum. Anna nonagenaria concepit. Rachel sterilis filios procreauit; Enoch diuinâ abstractus potentia adhuc superstes. Cœlum ad vocem Heliæ stetit; descenderunt flammæ deuorantes. Ipse curru igneo ab hominum aspectu abstractus est. Qui statuit legem ipse dispensat, & in lege peccati communis potuit cum Virgine dispensare.

Alitiùs affirmabo, Deũ haud dispensasse cum Maria, sed minimè illam legem alligasse omninò exemisse adeò, vt illæ propositiones; *Omnes in Adam peccauerunt. Omnes mortui sunt*, de omnibus intelligantur, exceptâ Virgine. 119.
Propositiones generales de omnibus intelligantur, excepta Virgine. Quia in mente Dei semper à communi lege fuerit exempta; vulgare illud Estheris testimonium mirificè fauet, cùm promulgasset Assuerus generalem in omnes Hebræos sententiam, & Esther ex eadem familia visa sibi lege generali includi coram Rege appareret facie infirmâ, timore correpta, mollioribus Princeps vsus verbis, ait: *Quid habes Esther Regina? ego sum frater tuus, noli metuere*. Timeo, quia generalis lex omnes comprehendit. Quonammodo ego à communi eximar clade. An quia dispensabit Sponsus? Minimè; sed quia ferens legem communem omnes comprehendens, specialissimè Estherem exemerat. *Non enim pro te, sed pro omnibus ea lex cõstituta est*. Esth 15. Quasi diceret, timeãt omnes, sed tu non timeas. Imò ideò timeo quia omnibus communis calamitas. O spõsam Assueri! Pro omnibus lex, non pro te constituitur. Ideò non dispensaris, sed ostenderis nunquam legi communi subiacuisse. Esth. 15.

Ipsa loquitur ex Iesu Sirach ore. *Tunc præcepit, & dixit mihi; Creator omnium, & qui creauit me, requieuit in Tabernaculo meo*. Eccli 24. *Pende illud, Creator omnium, & qui creauit me.* An non Maria inter creaturas annumeranda? 120.
Vt exprimeretur Conceptio Deiparæ, non potest creaturarum generali lege comprehendi. Ita planè: Cur ergo iam inclusa illis verbis? *Creator omnium*, specialiter adiecit, *& qui creauit me*. Quia quælibet propositio generalis exprimens creationem aut conceptionem, nullatenùs Virginem comprehendit, nec potest propositione cõmuni creatio animæ Deiparæ designari, nisi specialiter adnotetur; quia Eccli. 24.
creatio animæ Virginis differt à creatione omnium animarũ: omnes enim cùm corpori vniuntur maculam communem contrahunt: Maria autem est in gratia concepta. Nec enim legibus generalibus includitur mater Legislatoris; *Et qui creauit me requieuit*, & hoc verbo; *Et qui creauit me requieuit in Tabernaculo meo*. Duo priuilegia Virginis præsignantur, & Matrem Dei futuram, & exemptam à lege communi. Illud enim ipsum futuram esse Matrem Dei eximi à lege communi est.

Vnde D. Anselmus exponit ad testimonium Pauli: *Omnes in Adam peccauerunt*, vel

Omnes

Omnes mortui sunt, ait, *Omnes mortui sunt in peccato, nemine excepto, dempta Matre Dei, siue originalibus, siue etiam voluntate additis, vel ignorando vel sciendo, nec faciendo quod iussum est.* Videtur illas particulas implicationem

121. *Omnes excepta Maria peccauerunt in Adam.* Ansel.

inuoluere, *Omnes nemine excepto, dempta Matre Dei.* Si omnes mortui sunt, si nullus excipitur, quomodo Dei Mater non comprehenditur, quia nunquam Maria communibus legibus illigatur.

Nec mirum Dei Matrem legibus generalibus non includi, si Augusta eisdem humanis legibus non continetur, l. Princeps, §. de legib. *Princeps legibus subditus non est* (inquit Vlpian.) *Augusta vero licèt sit subdita, Princeps tamen ea item priuilegia illi concedit, quæ ipse habet.* Do Matri Dei plus quàm Augustæ. Hæc subdita legi, priuilegio donatur, ne pareat: illa verò priuilegium habet, ne legi subdita esset, quia Mater Dei communibus legibus subiicienda non est. Suppone, quæso, legem obligationis sibi ipsi quendam imposuisse, *Obligo omnia mea bona, domum, facultates: &c.* An in huiusmodi generali obligatione aliqua sit exceptio? Minimè, quia omnia bona obligauit, l. 5. de la partida, tit. 13. p. 5. *Apenas obligando vno todos sus bienes cosas y heziendo señalando que no serian porende obligados, &c.* Omnia sua obligauit, sed tamen aliqua obligata non esse comperiuntur: *Los siernos o siernas que tubiere señaladamente para seruirle, o guardarle, o criarle sus hijos no seran obligados.* Si non includitur in lege communi humana, ancilla, custos, & nutrix, in lege diuina generali includeretur, quæ se, Regina cùm esset, profitetur ancillam, non ad custodiam Regis, aut nutritionem tantùm, sed vt ipsum eniteretur. Vrbanior-nè humanus Legislator quàm diuinus? Absit. Quid quòd Maria specialiter electa, vt publicæ per eam Deus vtilitati consuleret. *Per Mariam enim omnis maledictio soluta est* (cum D. Idelphonso serm. de Assumpt. loquor) *primorum parentum & cælestis benedictio in toto venit mundo.* Quid ergo mirum beneficam communitatis à lege communi præseruari? Gometij illustris Iurisprudentis sententiâ confirmabo: hic §. *item Seruiana*, Institut. de act. & oblig. ait, *Obligatione generali nunquam comprehenditur res, per quam consulitur publica vtilitati.* Disce iusti esse gubernatoris generalibus à legibus aliquando eximere eos, qui dignitate altiori præfulgent, ministeriis publicis addicuntur, ipsius communitatis vtilitate. Maxima enim inæqualitas esset, æqualiter socios communi grauamini subiacere.

122. *Quare Maria legibus generalibus includenda non est, duplex ratio expenditur, & quia Dei mater, & quia publicæ consulit vtilitati.* Vlpian.

Idelph.

Gometius.

Observatio XII.

Ad illa verba:

Ezechias autem genuit Manassem.

Manasses exprimit, nullàm causam fuisse, cur Maria pœniteret, si ex delicto oritur pœnitudo.

Simul ostendo, fugiendum delictum, in cuius medicamen semper amaritudo est necessaria.

Pœnitentiæ exemplum Deus Principibus in Manasse indicit; nam cùm delinquens à Regno esset deturbatus, pœnitens fuit illi restitutus. Vnde nomen ipsum *Manassis* Dei indulgentiam figurabat: idem enim est ac *Obliuiosus*. Ad quod vocabulum Strabus ait; *Christus enim non recordatur iniquitatum conuersi peccatoris.* Maria quidem nunquam conuersa, quia nunquam auersa, nunquam pœnitens, quia nunquam deliquit. Haud obliuiosus hic Christus, quia nulla in Virgine iniquitas, cuius obliuisceretur. Quàm pœnitens, quàm querula, quàm plorans Maria obiiceretur, si aliquando fuisset inter peccatores adnumerata Audisti-nè Mariam vnquam, *Va mihi*, proferentem? ex vulnere amoris sauciam vidi, ex culpæ omninò, à væ eam expertem recognoui.

123.

Quid aliud signat Salutationis Angelicæ prima particula? *Aue gratia plena* (Luc. 1.) *Aue* idem est ac *lætare, gaude*: appositè Maria auere iubetur, à qua omnis doloris pœnitudinisque occasio sublata. Chrysippus, *Aue*, inquit, *tuum enim est, vt vera auere & gaudere.* Et Gregorius Thaumat. ser. de Annunt. *Aue quæ supercælestis lætitiæ vas es, ac receptaculum, aue, nam per te gaudium dispensatur creaturæ.* Cur auere re vera & gaudere proprium Virginis? *Tuum enim est re vera auere.* Quia verum gaudium idem est ac à peccato immunitas, sola Maria verè auet, quia sola Maria immunis à peccato fuit. Nyssenus orat. de Nat. Dom.

Aue *Contraria est hæc oratio illis vocibus, quas prima mulier audiuit: tunc enim illa per peccatum damnata est: In dolore paries; nunc autem in hac per gaudium dolor expellitur.* Debuisset dicere: Per recessum à peccato dolor expellitur, vt responderet illæ particulæ: *Per peccatum damnata est illa*: ac si diceret: Quemadmodum Eua per peccatum dolorem contraxit, sic Maria per recessum à peccato dolorem expulit. Profectò idem est gaudium ac gratiæ affluentia. Propriúmne gaudere Mariæ? Ergo quia omnino immunis à peccato iuxta illud Psalmi, *Introite in conspectu eius in exultatione*: & illud Euangelij. *Egressus foras fleuit amarè.* Sicut enim accessus ad Deum per gratiam causa lætitiæ est, ita ab ipso per culpam recedere, causa est pœnitudinis. Accommodat his argumento Euthymius. *Gaudium Mariæ Euæ soluit maledictionem. Illa siquidem iussa est habere mœrorem pœnitentiæ, nam id propriè significat vocabulum cum dolore, quod Gen. 3: in doloribus & ærumnas vertitur. Maria autem iussa est habere gaudium, sicut non pœnitere, quod mœrori contrarium est.* Quid pœnitudine afficeretur, quæ omninò immunis à culpa?

124. *Maria proprium est auere, sine non pœnitere, quia nunquam deliquit, nec originali crimine fœdata est.* Luc. 1. Chrysip. Thaum.

Nysse.

Euthy.

Pulchrè Thaumaturgus Ser. de Annunt. Aue. *Tu enim quæ re vera sunt gaudio digna agis, quoniam immaculatam induta es vestem.* Vidimus Adamum & Euam gratiâ nudatos ad latibula properasse, vestem haud mundam induisse, seu folia corpori ficus aptarent, seu animantium pelles. Pœnitudinis illud indumentum.

125. *Maria nunquam pœnitentia vsa indumento.*

Thaum.

Gen.

Pontifice summo supprimente! Quàm omnes sine labe conceptam profitentur! Profectò populi impetus communis, generalisque commotio nostræ opinionis asserit veritatem.

Multitudo affirmantium Mariam sine labe conceptā auferunt mysterij difficultatem.

71. Quando vni propositioni plures confirmantes testes adhibentur, firmius eius certitudo stabilitur. Curauit Deus omnium hominum ore purissimam Matris Conceptionem confirmare, vt omnis dubitatio aboleretur. Difficile planè Incarnationis Mysterium, virgine nempe paritura. Asserit id Propheta. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Isai. 7. Cur, ô Vates, non totam historiam exprimis? omnes circumstantias euulgas? Existimo noluisse perspicuè loqui cunctis adhibitis historiæ circumstantiis, mysterij miraculis, vt accederent plures locuturi, expositum, celebraturi, quorum concentu tam difficilis veritas magis crederetur. Hesychius serm. 2. de Assumpt. rem illustrat. *Ecce Virgo in vtero concipiet. Vndenam, ô Propheta? Non dico, ait; Hoc enim reseruatum est Gabrieli. Permulti distinctè declarare nituntur miracula Virginis, pleraque tamen eorum prætermissa sunt. Cæterùm ego de partu semper Virginis fidem facio, Michæas de Regione, & loco, in quo miraculum peractum est, Dauid de tempore, Gabriel igitur dicturus est vnde.* Difficile planè Incarnationis mysterium Gabriel, Isaias, Dauid, Michæas, & alij plurimi euulgant varias addentes circumstantias, vt ex conceptu multorum credibilius reddatur. Conceptionis mysterium non apertè expressit Euangelista fatus. *Ex qua natus est Iesus.* Concinunt Reges, Religiosæ cunctæ familiæ, Clerus, seculares, senes, viri, iuuenes, fœminæ, paruuli. *Ex quâ* immaculata: *ex quâ* sine debito Adami concepta: *ex quâ* Patris Filia: *ex quâ* Filij Matre: *ex quâ* Spiritus sancti Sponsa: *ex quâ* Aurora, Sole, Luna: ex quâ in gloria concepta. Non vnus Matthæus totam veritatem manifestè peruulgat, vt variis rationibus vnâ voce cunctus populus côcinat mysterium, difficultatem eius ita vincens acclamatione, & testium multiplicatione, vt nullus possit dubitare.

Isa. 7.

Hesych.

Oculis Mariæ conceptæ mysteriū traditur filia multitudinis eualtandum, vt credibilius reddatur.

72. Ad illa verba: *Oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet*: asserit Rupertus designari oculorum arcano mysterio priuilegia, quæ Deus contulit in Mariam ex eo capite, quòd Mater Dei futura erat. Later me interprete inibi mysterium conceptionis purissimæ. Occultum planè. *Intrinsecus latet*, non facilè creditur. Ita-ne? *Oculi tui* columbarum, iam *sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.* Cant. 7. Piscina Maria è qua fons Christus omnium maculas diluturus exoritur. Cur non componitur cum Piscinâ Probatica, è qua sanitas manifesta, sed cum Piscinâ in Hesebon? Quia Piscinæ Hesebon *sunt in porta filiæ multitudinis.* In Bethsaida vnus Angelus mouet, vnus æger sanatur: Mysterium Mariæ conceptæ sine macula difficile admodum non ab vno cantandum, à cunctis profitendum, à multitudinis impetu laudandum, à commotione populi commendandum est. Ioannes Damasc. Orat. 1. de Nat. Mat. *Olim quidem Probatica quotannis Angelum Dei excipiens aquam turbantem, atque vnum duntaxat valetudini restituentem: nunc autem cælestium virtutum copiosissimum agmen habens Dei Genitricem nobiscum laudantium, illam, inquam, miraculorum abyssum, illum vniuerso Orbi medicinam afferentem fontem.* Priuilegia à Virgine accepta ex quo capite Dei genitrix futura erat, tanta sunt, tam noua, tam occolta, vt nullatenus debeant ab vno, aut altero decantari, ab vnica familia proferri; sed multitudini tradantur pio, ac festino concentu peruulganda. *Copiosissimum agmen habens Dei genitricem laudantium.*

Cant. 7.

Damasc.

73. Communis itaque populi plausus Conceptionis Marianæ fidem adstruit, hostibus inuisibilibus extinctis, qui curant Virginis gloriam obscurare. Ante Arcam olim præcedens Israël ciuitatem Iericho circuibat, *& clangentibus tubis postquam in aures multitudinis vox, sonitúsque increpuit, muri illico corruerunt.* Iosu. 7. Inter tympana, & choreas tubarúmque sonitum populus Arcam ducit triumphatricem. Tunc Maria semper victrix ostenditur, nunquam à Diabolo Dagone superata apparet, quando impetus populi dulces funditur in cantiones. Annon ad commotionem populi tanquam ad Dei sonitum, seu vocem muri corruunt, omnis peccati potestas se tradit in fugam? Recordor Mariæ sororis Moysi, quæ chorus ducens cecinit Israëlis de Pharaone victoriam: & Mariæ & Israelis apud Iericho choros colligam, vt communi populi fidelis plausu Mariæ victoria celebretur, & faciliùs credatur. Collegit ante me Damascenus serm. de Assumpt. fatus. *Cum Maria prophetissa, ô animæ iuuenes choros ducamus cum tympanis. Iubilemus in Arca Dei iubilationibus, & muri cadent Ierichuntini, contrariarum, inquam, potestatum infesta munitiones.*

Populi plausu celebrat Arca Mariana victoriam.

Iosu. 7.

Damasc.

74. Video coram Arcâ Mariâ omnes iubilare, ipsum Regem Dauidem *saltantem totis viribus.* Quare? D. Ambros. serm. 80. *Dauid elatus gaudio in saltationem prorumpit; prauidebat enim in spiritu Mariam de germine suo Christo thalamo sociandam.* Sponsam Mariam sine labe conceptam ex suo germine profitentur Reges, cunctus populus clamat. *Et erant cum Dauid septem chori.* 2 Reg. 6. Adestne aliquis, qui nô populi cedat commotioni, qui impetu lætificante Ciuitatem Dei non obruatur? Quid si aliquem non canentem inuenerimus inclamantem: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Psal. 136. Si in primo illo côceptionis instanti Maria *in terra aliena*, nempe captiuitate pressa commorabatur, haud decet cantare, dum ipsa lacrymas profundebat. Proh hominis miseria! Te doleo captiuitate pressum, opinionis tuendæ operam dum impendis, non quidem vt veritas innotescat, sed vt proprium iudicium tuearis. An contemplatus es Mariam (vti aiebat Ambrosius) concipi, *Christo thalamo sociandam*? Non gemit illa peccati vulnere saucia in terra aliena, sed instar turturis in terra sponsi fideliter cantat, nunquam à thalamo separanda. *Vox* (inquit Sponsus) *turturis audita est in terra nostra.* Cant. 2. Si in terra sponsi canit, non in alienâ terrâ. Vnde si choro communi adhæretis, cantabitis nô *in terra aliena*, sed in sponsi propria terra Mariam. Illustre do D. Bernardi testimonium, ser. de

Cantemus omnes in terra conceptionis Mariæ, quia terra aliena nô est, sed propria sponsi cui instar adhæsit fidelissima turturis in morem.

2 Reg. 6.

Ambros.

Psal. 136.

Cant. 2.

Bernard.

de Nat. Mar. *Ne dixeris: Quomodo cantabimus in terra alienâ? Non enim aliena reputabitur de qua Sponsus ait: Vox turturis audita est in terra nostra. Plane vox turturis, quæ tam viuenti, quam mortuo suo compari perseuerat.* Nunquam non Maria in terra sponsi commorata est fidelissima coniux. Choros itaque ducite, ablegata singularitate; Maria enim non concipitur *in terra aliena.* Habes hinc quàm necessaria sit apud vulgum operum circunstantia, haud sufficienti sanctitate occultâ, si populi verba communiter prolata Dei vocem dicuntur imitari.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Roboam autem genuit Abiam.

Abias Mariam prædicat Patris æterni filiam ex Ierosolymâ gloriosâ matre, vnde in gratiâ, & in gloriâ concipitur.

Doceo inde filias plerumque parentibus assimilari.

75. Ansel.


CCEDAT Abias egregius immaculatæ Conceptionis assertor. Anselmo enim interprete, idem est ac *Pater Dominus*, æternum Patrem repręsentans cuius specialissima Filia Maria ab omni labe, vt decebat Dei filiam, præseruata est.

76. *Asseritur Maria à Luca filia non hominum, sed Dei; & ideo omnino sine generationis labe.* Luc. 3. Angel. Doctor.

Recensens Matthæus Iesu generationem inchoat catalogum ab Abraham, & terminat in Iosepho. *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ.* At Lucas incipit ab Heli Mariæ parente (Eli enim & Ioachim appellabatur) & terminat in Deo: *Qui fuit Eli, qui fuit Mattath, qui fuit Leui ::: qui fuit Adam, qui fuit Dei.* cap. 3. Ille ordine recto procedit, hic inuerso. Cur ita? D. Thomas asserit Matthæum Christi generationem exprimere per Ioseph virum Mariæ: Lucam per Mariam filiam Eli Ioachim; illum directam Ioseph lineam, hunc directam lineam Mariæ. Adnota igitur differentiam. Matthæus fœminarum alienigenarum agit memoriam; parentum Christi Dauid, Iudæ, & aliorum crimina aperit: verbo genuit ab vna in aliam generationem transit. At Lucas nec memorat alienigenas, nec peccata recenset, nec verbo *genuit* vsus est. Profectò, qui Ioseph communi labe infecti generationem narrat, non debuit nec à delictis parentum, nec à vocabulo gignendi, quo innuitur propagatam originis maculam, abstinere. Verum qui immaculatam omnino Mariam asserebat, nullam nec culpæ nec generationis humanæ memoriam peregit. Adnoto vlteriùs debuisse Lucam à Maria inchoare, dicens: *Putabatur filius Ioseph, qui fuit Mattath, &c.* Id est, putabatur Iesus filius esse Ioseph, qui quidem Iesus verè fuit filius Mariæ, *qua fuit Eli, &c.* Nam si verbum illud qui fuit Eli, ad Iusephum referri deberet, errorem includere videretur, si quidem Ioseph non fuit filius Eli Ioachim, sed Iacob: *Iacob autem genuit Ioseph.* Profectò in supremo gradu ascendentis discursus Lucæ videns non Abrahamum, non Adamum, sed Deum: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei:* existimo Lucam nullam curasse fieri de Maria mentionem, ne hominis esse filiam signaretur expressè, quæ verè filia Dei reputabatur. Ac si diceret: Maria nec genita ab hominibus reputetur, nec iuxta communem generationem habeatur; quia specialissima ex gratia matre filia Dei: *Qui fuit Dei.*

Audi Mariam: *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita omnium creaturarum.* Eccl. 24. Prodiui ex ore Dei. Non putetis audientes illud. *Qui fuit Adam*, me ex Adam Euæque errantis arbore communi more produsse. Audistis Adamum purum, sanctum ex ore Domini prodiisse, quando *inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ*? Ex eodem ore prodiui immaculata, ab Euæ errore omnino immunis. Diuus Ioannes Damasc. exclamat serm. de Natiuit. Virg. *O Deo digna filia primigena matris Euæ correctio!* 77. *Maria ex ore Dei oritur, vt Adam immaculatus.* Eccl. 24.

Illud expendo: *Primogenita omnium creaturarum.* Cur Maria vocatur primogenita, & non vti Filius, vnigenita, si tenor honoris attendatur? Si autem veritas exquirenda sit, non est Maria primogenita creaturarum post tot sæcula ex Ioachimo & Anna exorta. Crediderim Deum curâsse Mariæ puritatem exprimere. Primogenitus Dei Adam fuit in gratia conditus, Abel filius Adæ haud Dei primogenitus in culpâ conceptus. Asserit igitur Deus Mariam ex eadem purissima massa ac Adam efformatam, primogenitam creaturarum. Confirmo ex eiusdem Capitis testimonio: *In omni* (ait illa) *gente primatum habui.* Eccles. 24. Quid primatum habere, nisi primitias esse humanæ propaginis? Quod fuit in Adamo nostræ massæ primum, inueterauit, vetúsque fermentum redoluit. Maria ergo est primogenita, primatum habet creaturarum, humanæ massæ primitias refert, quæ perierant in Adamo. Perbellè Damascenus serm. 3. de Mar. Nat. *Meritò vir Ioachimus & Anna ipsius vxor diuina prouidentia vocati precationis fructum perceperunt: hanc inquam naturâ Reginam, & nostra massæ primitias Mariam.* Primitias inquam nostræ massæ, quæ fermentum peccati, quod totam corrupit massam, non admisit. 78. *Primitias massæ mundi infectas refert Maria Dei filia.* Eccl. 24. Damasc.

Sponsum Paracletum audite: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!* Cant. 7. Filia quidem primogenita, filia princeps. Quid inde? Ortus tuus pulcherrimus est, prodis ex non esse ad vterum vti decet principalem Dei filiam. Alanus audiens Mariam Dei filiam vocitari, mox scripsit apud Delrium. *Tu es principalis filia Principis, Dei scilicet, qui est Rex Regum, & Dominus dominantium, qui te specialiter per gratiam genuit, specialiter informauit.* Parum erat Mariam Dei filiam informari & gigni quęadmodum Adam Dei primogenitus, si specialiter non gigneretur, & informaretur. 79. *Specialius quam Adam Maria Dei filia primogenita.* Cant. 7. Alan.

Aliter

Maria Dei & cœlestis gloriæ filia in gratia & gloria concipitur. Rupert.

80. Aliter exponit illa verba: *Filia Principis*, Rupertus. In fœminina scilicet terminatione: *Filia Principis* fœminæ. *Et intelligitur mater nostra, quæ sursum est Ierusalem significata per Saram: sicut terrena, quæ seruit significata fuit per Agar: & huius Sara (quod nomen Principem significat) filia dicitur Maria.* Igitur Maria filia est Principis Saræ, id est, Ierosolymæ cælestis, non Agar, siue Ierosolymæ quæ seruit. Quidnam ergo, Mariam vocari filiã gloriæ? Haud genuit Mariam Ierusalem, quæ seruit, & ideo non orta est Ancilla; sed regnans Ierosolyma Dei sponsa, vnde ex Deo & Ierosolyma regnante oritur Regina, ex gloria non solum in gratia concipitur, sed in gloria à gloria paritur, vnde necessium, longè à crimine remoueri.

Maria oritur Ierosolyma noua & gloriosa ex Deo patre, ac matre gloria. Apoc. 12. Richard.

81. Si Leo ex Leone progignitur, ex homine homo generatur, gloria Princeps necessariò Mariam Principem gloriosam parit Dei sponsi filiam, vt gloriosa euadens, omninò immaculata adstrueretur. *Vidi* (ait Ioannes) *Ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo nouam, à Deo paratam.* Apoc. 21. Richardus Laurentius lib. 11. asserit Mariam *Ciuitatem nouam, quia sine culpa vetustate* Ierosolyma cælestis. Maria igitur Dei Ierosolymæque cælestis filia emittitur ad seculum Agni sponsam & matrem futuram, omninò Ciuitas cælestis gloriosa, ac simul noua nullas vetustatis Adami proferens reliquias, vt decebat Dei & gloriosæ Ierosolymæ filiam. Suadet moralis Panegyris quam plerumque filij parentibus similes oriantur.

Observatio V.

Ad illa verba:

Abias autem genuit Asa.

Asa Regnum expurgans ab vniuersis sordibus Idolorum, Regnum Dei Mariam omnino pulchram sine vllis sordibus celebrat.

Vbi innuitur, à corde, Dei futuro habitaculo idolorum sordes ablegandas.

82. Rex Asa reliquias Idolorum omnino deleuit, ne Religio veri Conditoris vel neuom admitteret. *Purgauit Asa vniuersas sordes Idolorum.* 3. Reg. 15. Reliquia enim idololatriæ quantumuis minima gloriam cælestis Numinis obscuraret. A Maria innuit Rex ille vel minimam sordem ablegandam, ne quis censor in illa inueniat quid vnquam possit reprehendere. Si reliquiæ minimæ prophanitatis haud decent Vrbes fideles, decebit-ne Mariam principis cælestis Regnum tota sordium complexio, id est, peccatum originale, ex quo cunctæ sordes ducunt originem?

Maria Regnum Dei, à quo omnes sordes sunt ablegandæ. Gen. 1.

In principio (ait Moses) *creauit Deus cælum, & terram.* Gen. 1. Mundus à Deo conditus & nomine, quod munditiem sonat: & puritate quam à Dei manibus molientis prætulit. 83.
Quid mirum tantà puritate mundum nitere, si homini præparatur habitatio. An vllæ in mundo Mariano sordes, qui non puro homini, sed Deo consecratur habitaculum? Sic de Maria Bernardus serm. quodam. *Prius Altissimus sibi eam quasi mundum specialissimũ creauit, quam in iustitia, & sanctitate coram ipso fundaret, & fluentis sapientiæ irrigaret, & cælestibus desideriis, instar scilicet aeris, sublimaret: & igne dilectionis accenso illustraret. Hinc in eius mente tanquam in quodam firmamento Solem posuit rationis, & Lunam scientiæ, & virtutem tanquam stellas speciei omnimodæ.* Illa pende: *Quam in iustitia & sanctitate coram ipso fundaret.* Quid fundari Mariam coram ipso Deo, nisi tale fundamen exædificationi adstrui quale ipsum Deum conditorem deceret. Coram domus quæ ædificatur Domino haud artifices fragile fundamentum auderent statuere. Ipse Deus coram seipso ædificat Mariam mundum sibi specialissimum, apponeret fundamentum illico nutaturum? Bern.

Angelicus doctor Asæ instar, cunctas sordes à Regno Mariano ablegat.

Habitatio Dei, Regnum Altissimi sine vitij sorde. Accessit Asa illustris, hoc est Angelicus Doctor diligẽtissimè recognoscẽs regnũ, Mariæ ne sordes vel minimæ in Dei ditione permitterentur. *Simpliciter* (clamat) *fatendum est, quod beata Virgo nullum actuale peccatum commisit, nec mortale, nec veniale.* Quare? Inducit Doctor illud Canticorum. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* cap. 4. *Vt sic* (adiicit) *impleatur quod dicitur: Tota pulchra es amica mea, &c.* Dedeceret-ne veniale commissum totum pulchrum Dei habitaculum? Ita planè. Nec eum peccati veniali sorde agglutinaretur illa totalis pulchritudo? Quis dubitet? Liceat mihi sic arguere. Dedecet culpa venialis, veniale commissum totali aduersatur pulchritudini, & peccatum originale non aduersabitur? Venialis culpa animum Deo inuisum non reddit, nec Diaboli mancipium, nec vas iræ ac contumeliæ. Peccatum originale tam infensam, tam horribilẽ, tam immundam reddit Deo habitationem, vt nullatenus apud ipsam illa infinita puritas commoretur. Copulari non potest cum omnimoda puritate Mariæ culpa minima venialis, & horribilis peccati originalis macula copulari valet? Quàm elegans Ambrosius Catherinus lib. 3 de Concep. *Doctor Angelicus* (inquit doctus Dominici filius) *ideo verba illa in Virgine impleri affirmat, quia caruit omni labe actualis peccati tam venialis, quam mortalis. Si ergo aliqua leuis peccati macula venialis ipsi adhæsisset, non usque in ipsam secundum vim suam quadrarent verba illa. Si igitur ad puritatem istã comparandam, vnius etiam peccati venialis maculam à Virgine remouere opus est: quis asserat,* (attende) *teterrimam illam peccati originalis labem cum tanta pulchritudine componi, & copulari potuisse, ita vt nihilominus tota pulchra, & sine macula prædicari debeat?* 84.
Cant. 4. D. Thom.
Cather.

Mirum esset, si Angelicum ingenium D. Thomæ 85.

Apertè D. Thomas Mariam totam pulchram sine sorde vlla profitetur.
D. Thom.

Thomæ hæc necessaria fugeret consequentia. In expos. Angelicæ salut. ait: *Ipsa purissima fuit quantum ad omnem culpam; quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.* Quasi diceret, si tota pulchra, tota purissima est, *quantum ad omnem culpam* immunis necessariò debuit esse, aut tota pulchra minimè fuit. Confirmat 1. sent. dist. 20. a. 1. *Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquod creatum inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis sine vlla contagione peccati.* An purissima huiusmodi extet creatura? Illa planè, cui illud possit aptari: *Tota pulchra es. Et talis* (ait) *fuit puritas beatæ Virginis, quæ à peccato originali, & actuali fuit immunis.*

Nullas in Virgine sordes idolorum Asa inueniet.
Cant. 4.

86. *Et macula non est in te.* Hebraicè *vmem* ex radice *Maam* quod est *reprobare, abiicere, reprehendere.* LXX. *Non est reprehensio in te*, neque iniuria, neque sordes, nec abiectio, vnde reprehendaris. Licet vertere ex Græco. *Et Momus non est in te.* Momus inquam confictus sordium diuorum censor. Ita pulchra Maria vt Momus rigidissimus sordium censor nil habeat quod taxare possit, nullus Asa diligentissimus sordium idololatriæ vestigator, inueniet, quod exturbet à Regno. Richardus Victor. *Tota pulchra fuit, quam tota possedit gratia, quia nullum locum in ea habuit peccatum.* Et inferiùs, *Tota ergo pulchra dicitur, quia pulchra facie fuit, & pulchra mente fuit. Nemo tam sanctus, qui sordem non habuerit, & defectum præter ipsã.* Contestatur Idiota in Contemp. Virg. cap. 3. *Tota pulchra Virgo gloriosissima, & macula non est in te. Tota pulchra es in tua conceptione, ad hoc solùm effecta, vt Templum esses Dei Altissimi.* Et infrà, *Tota igitur pulchra es Virgo gloriosissima non in parte, sed in toto; & macula peccati siue mortalis, siue venialis, siue originalis non est in te, nec vnquam fuit, nec erit.* Quare? Quia *ad hoc solùm effecta, vt Templum esses Dei Altissimi.* Si Asa tam diligenter curauit, ne in Regno Dei vllæ idololatriæ sordes remanerent: quid non omninò Templum Dei Altissimi immune à sordibus peccati primi reliquiis immunis adstruatur?

Rich. Vict.

Idiota.

Si vnquam sordibus infecta Maria, haud Regi æterno hospitium præbuisset.
Sap. 1.
D. Thom.

87. Habitator-ne ad Mariam Altissimus descenderet, si aliquando sordibus idololatriæ communis abundasset? Audi Sapientem. *In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Sap. 1. Ex quo colligit Thomas cuncta à Virgine actualia delicta remouenda. *Singulari* (inquit) *modo Dei Filius, qui est Dei sapientia, in ipsa habitauit non solum in animo, sed etiam in vtero.* Dicitur autem Sap. 1. *In maleuolam animam, &c.* Si igitur non intraret sapientia, nec Filius Dei sapientia Patris in Mariam, si aliquo tempore actualiter deliquisset: quonammodo intraret, si peccato originali aliquo instanti fuisset maculata? D. Anselmus de Excel. Virg. *Nulli dubium, castissimum corpus, & sapientissimam animam fuisse ab omni macula peccati protectam, vtpote aulam, quam suus & omnium Creator Deus corporaliter inhabitaturus, & ex qua hominem in sua persona vnitate ineffabili fuerat operatione suscepturus.*

Anselm.

Nil hic præstat, Asa cu-

88. Annon præcucurrit Asa aliquis, vt purgaret *sordes idolorum*, prius quàm Princeps hospitaturus aduentaret? Adiicit pulchrè ad intentum Pater. *Inter homines vsus obtinuit, cum præpotens aliquis aliquò vadit hospitaturus, vt clientes præcurrant, & locum mundent, & custodiant, quò venienti Domino suo aptus, & congruus fiat, ad inhabitandum. Si talis apparatus fit pro aduentu terreni hominis, qualis apparatus omnis boni putamus fiebat pro aduentu cælestis Regis, in corde sanctissimæ Virginis, quæ illum non solùm erat in sensus transitiue hospitatura, sed etiam ex substantiâ suâ factum hominem paritura?* An non decuit hospitium Dei accuratius mundari, & custodiri? Quis abneget? Si ergo ad hospitandum hominem locus mundatur sordibus ablegatis, ad hospitium Dei locus custoditur, ne vnquam sordibus maculetur. Collige ex præfatis cordis habitaculum præparandum ad Dei hospitium, & sordes omnino idolorum, seu voluptatum ablegando, & futurum paradisum diligentissimè custodiendo.

ra, quæ nullæ vnquam sordes in regio hospitio.
Ansel.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Asa autem genuit Iosaphat.

Iosaphat Ignatius Iesuitas Clericalem scilicet ordinem immittit, ad doctrinam de purissimâ conceptione euulgandam, quam ex nomine Iesv speciatim acceperat.

Innuitur Principum obligatio circa Magistros subditis prouidendos.

De Rege Iosaphat sic Regum historia: *Misit de Principibus suis, vt docerent Ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, & Sacerdotes, docebántque populum in Iuda, habentes librum legis Domini.* 2. Paral. 17. Quid si Iosaphat qui *Iudicij Dei ignem* sonat sit Parens meus Ignatius, qui igneo zelo, ex proprij nominis instantia, Principes Sacerdotes immittit purissimæ Conceptionis gloriam Orbem edocere. An non sanctissimi Patris spiritu Societas id Doctoribus Leuitis præscripsit 4. p. de Ratio. studi. *Omnes Theologiæ professores nostri sequantur Doctrinam D. Thomæ, sed in materia Conceptionis sanctissimæ Virginis Mariæ sequantur sententiam, quæ magis hoc tempore communis, magisque accepta apud Theologos est.* Hanc veritatem immissi ad Concilium Tridentinum Principes Lainius secundus Præpositus Generalis, Salmeron, & Turrianus edocuere. An non Lainius egregiâ cõcione Patres Concilij ad expeditionem Decreti, quo non solum confirmatur Virginem originale crimen non contraxisse, sed nec debitum (vt videbimus) allexit? Nónne prodigiũ excitatum fuit veritatis assertor, nam cum quartanæ febris ægritudine corriperetur, statutus quartanæ dies statutæ cessit concionan- 89. 90.

2. Par. 17.

Iosaphat Ignatius Principes Iesuitas immittit orbi libri conceptionis immaculata mysteria edocere.

dĩ

di occasioni? *Misit de Principibus suis.* Ecclesiæ Principes Toletus, ac Bellarminus haoc orbem veritatem edocuerunt. *Si cum eis Sacerdotes, & Leuita.* Canisius, Maldonatus, Peltanus, Suarius, Vasquez, Valentia, Pererius, Viegas, Delrius, Henriquez, Barradius, Loginus, Iustinianus, Pioeda, Coroelius, Gaspar Sanctius, Salas, venerabilis Ludouicus à Ponte, Granadoa, Auila, Christophorus de Castro, & Ferdinandus, Ribadeocira, Acosta, Ossorius, Ogeda, Morales, Magallanes Costerus, Bruno, Labata, Mendoza, vterqoe Fernandez, Escobar Beticus, Mesa, Mazarinus, Spioellus, Aguado, Florentia acutissimus, Didacus de Baeza, Poza, Zelada, Corderius, meus eruditissimus Paulus, Serlogus, cuius tres Tomi in Caotica otille carminibus cooceptam sine labe Mariam coocelebrant. Tomum integrum Ferdinandus Quirious de Salazar supremæ Inquisitionis Regius Coosiliarius scripsit, quem secuti Hieronymus de Gueuara & Andreas Pintus Lusitanus meæ Castellanæ Prouiociæ decoa integra Volumina edidere. Et Ioannes Antonius Velasquez de la Cuba nūc meritissimus nostræ Castellanæ Prouinciæ Præpositus Prouiocialis aliud eruditum & ingeniosum satis Volumen digessit, purissimæ Conceptionis diffloens gloriâ. Mitto plures alios huius veritatis commendatores.

91. *Agnus Iesus suis Iesuitis voluit huius libri arcana reuelare.* Richard.

Habentes (Textus ait) *Librum Legis Domini.* Maria Liber est Dei contioeos mysteria, Richardo Laurent. aotho. *Hic liber* (inquit) *signatus, de quo Isaias; Erit vobis visio sicut verba libri signati, quem cùm dederit scienti literas, dicent: Lege istum; & respondebit: Non possum, signatus est enim illis, qui argumentantur contra veritatem.* Scienti literas argumentanti contra purissimam conceptionem, quando Augustinus sapientissimos clamat. *Cum de peccatis agitur, nullam de Virgine volo fieri quæstionem:* Libri mysteria clauduntur sicut ei, qui literas non callet. *Dabitur enim* (adiicit ille) *Liber nescienti literas, & dicetur ei: Lege: & respondebit: Nescio literas. Nullus profectò inuentus est dignus soluere signacula Libri huius nisi solus Agnus Iesus, quia nemo nouit Matrem nisi Filius, & cui Filius voluerit reuelare.* Volt ergo specialissimè Leuitis suis Ordini Leuitico aut Clericali suæ Societatis Iesus aperire Libri immaculatæ conceptionis Mariæ mysteria, non tantùm vt doctæ (æqualiter enim doctis & indoctis recluduntur mysteria, quando signatos Liber apparet) sed vt Iesuitæ. Quia scilicet Conceptionis immaculatæ gloria Iesu propria admodum prædicatur.

92. *Maria Dei Magnificentia est supra cælos à nomine Iesu eleuata, ne à flumine culpæ originalis absorberetur.*

Illustro argumentum ex Psalmo 8. cuios Titulus. *In finem pro torcularibus.* D. Athanasius quæst. 100. explicat de sanguioe Iesu, vt sit sensus, *Psalmus Dauid ad victoriam sanguinis Iesu. Domine* (canit Dauid) *Dominus* noster, quàm admirabile est oomen tuom in vniuersa terra! Nomen tuum. Id est, Nomen *Ieouah* (vt placet Lorino) Adonai, Eloin. Iesu admirabile oomen. Richardus Vict. *Si nomen Raphaelis admirabile, quanto magis Iesu?* Vndenam admirabile nomen Iesu? *Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos.* Augustinus, & Euthymius Magnificentiam super cælos signum magoum Mariam scilicet vocitati, *signum magnum apparuit in cælo.* Apoc. 12. Quod quidem perspicuum testimonium immaculatæ conceptionis est, Luna sub pedibus collocata, conculcato serpente. *Sanctum igitur nomen eius*, id est, nomen Iesu fecit Magnificentiam Dei Mariam super cælos eleoari, quando fluuius culpæ originalis à terra erat absorbendos. *Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius;* quia vis nominis salutaris constituit Mariam magoificentiam super cælos.

93. *Specialiter ex ore Iesuitarum hæc Mariæ gloria profertur.* Mont.

Gloria Mariæ signi magoi apud cælos obiecti Ioanni, Iesuitæ reuelatur. Cuioam Magnificentiæ super cælos collocatæ gloria ostēditur? *Ex ore infantium* (adiicit Vates) *& lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos.* Arias Montan. asserit verbum illud: *Infantes* procedere à *Iah* vno ex diuinis oomioibus, & parte ex *Ieouah*, quod oomeo Iesu. Perficit Iesus laudes Mariæ præseruatæ ex ore Iesuitarum, qui quidem speciali iure Iesu triumphum nominis proferaot. *Propter inimicos tuos.* Chrysostomus legit. *Propter alligantes te.* Vt confundat eos, qui potentissimum nomen Iesu alligare cooantur, quasi *qui potens est, & sanctum nomen eius*, hoc Magnificentiæ Mariæ priuilegium non contulerit. Chrysost.

Omnium Ordinum concentus de immaculata Conceptione.

Fateor cunctos Regulares Ordines Mariæ sioe labe cooceptæ libare præconia. Benedictina familia ore Ruperti, Gregorij, Simonis de Casia, & aliorum clamat. Cistercienfis Beroardi, Zamora, Manrique calamo celebrat. Carthusiana Brunonis Parentis, Nause Hassiæ, & Dionysij testimonio prædicat. Hieronymiana Parentis maximi, Hectoris Pinti sententia consectat. Dominicana Dominici, Vincentij, Herbæi, Antonini, Hugonis Cardin. Hogonis de Prato, Catherini, Malburni, Holcoti, Tauleri, Pisani, Dori, Pipini, Portæ, Dominici de Soto ingenio & doctrina coocelebrat. Seraphica illa senteotia Scoti in 3. seot. Dist. 18. q. 1. n. 13. *Est ibi etiam Beatissima Virgo Mater Dei, quæ nunquam fuit inimica actualiter ratione peccati actualis, nec ratione originalis: fuisset autem, nisi fuisset præseruata*, à cuoctis filiis commuoi plausu contestata profert. Andrea Cardinali, Maytone, Ochamo, Moneldo Archiepiscopo, Lyrano, Godam, Landul. Castron. Vener. Vitali, Gerardo, S. Bernardino Sen. B. Capistrano, Bassolo, Bustos, Nauarra, Aquila, Sicilia, Scotello, Borillepe, Borbitonio, Martillo, Liquero, Maiore, Titelmano, Bobes, Nissa, Maldonado, Ossuna, Pico, Hilareto, Sosa, aliisque quamplurimis concinentibus. Augustiniana exhibet cum Augustino proferentes Mariæ gloriam Anconitanum, Argentinas, Thomam de Villa oueua, Simonem de Cassia, Ægidium, Basilium Legion Franciscum Marquez. & alios iogeniosos scriptores. Carmelitana Bacconem, Syluestrum, Mantuanum. Sanctissimæ Trinitatis offert immaculatæ conceptionis præconium euulgantem Robertum Guaguinum Generalem, Didacum de Auila, Escalantem, Bastida, Paez, Horteosium Parauicinum. Sanctæ Mariæ de Mercede Religio Saabedræ Oña, & Caetani Episcopi panegyri nunquam captiuam Mariam defendit.

Minimi

Minimi vulgo *de la Victoria* dicti Tamayum, Montoyam, Britonium & aliós profert victoriæ Marianæ defensores. Basilij militia Patentem secuta Mariam defendit, meú cödiscipulum sapientissimum Nyssenum testor, qui calamo vtens pro hasta ingenij acumine hostem transfixit. Præmonstratensiū parens Norbertus de purissima Cóceptione officio Reginæ Mariæ coronā sacrauit, qua illa instar gemmæ, rutilat sententia: *Aue Virgo Spiritu sancto præseruame, quæ de tanto Parentis primi peccato triumphasti innoxia.* Bernale, & aliis doctoribus contestantibus. Cuoctis igitur Iesus Libri Mariani sigilla reserauit, sed nominis Iesu specialem victoriam Iesuitis suis reuelatam esse, quam tot eruditis libris celebrarent, quis abneget? Ex ore infantium, ex ore Iesuitarum recèns natorum, ex ore Leuitici Ordinis Clericalis laudem perfecisti, dum sacerdotes nostræ familiæ à vero Iosaphat Ignatio docti hanc veritatem vniuersum Orbem immittuntur. Collige ex accuratâ Iosaphat magistrorum immissione Principum obligationem circa subditorum doctrinam, quæ non alia futura quam iuxta Libri Legis præscriptionem. Habentes Librum Legis Domini.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Josaphat autem genuit Ioram.

Ioram corruptus dum hęret Athaliæ, adnotat, quàm prudenter Maria sola processit ex Adamo, ne omnibus iuncta contaminaretur.

Edoceo, prauam iusto societatem exitialem esse.

94. REx Ioram sanctâ exortus stirpe iniquæ prolis adhærens vxori, filiæ inquam Achabi ac Iezabelis, Regiū fulgorem obscurauit. *Ambulauit in viis Regū Israel. Sicut ambulauerat domus Achab; filia enim Achab erat vxor eius.* 4 Reg. 8. Filius Regis Iuda Athaliā Regis impij Israel filiā duxit vxorē? Quid mirū ex praua socia omnino corrúpi, vt idololatriæ operā daret? Vndenā existimas corruptionē cuiusuis hominis ducere exortū? Quia Adæ corruptæ generationi adhærescit, omnibus in Adamo delinquentibus cómiscetur, ex prauâque societate contrahit infectionē. Ideo Maria contaminata nō fuit, quod ex Adamo procedés, sola incessit, nec omnibus filiis Adæ curauit adhærere, potius apud desertum commorata est, ne communi infectione corriperetur.

95. Cur existimas Matthæū non deduxisse generationem Iesu per Ioachimū parenté Mariæ, sed per Iacob parenté Iosephi? Vt sola constitueretur Maria Iesu parés, sine aliquo ad generationē recursu, omnino à cómunitate filiorū Adæ separata. Audi pulchrā D. Athan. sententiā de Incar. Verb. *Deipara Virgo Maria sola ex Adā deriuatur, aut cū sponso suo Ioseph ex Dauide stēma suū deducit.* Quare sola deriuatur ex Adā? Ne adhærens cæteris filiis Protoplasti eorum contagio inficeretur. Sola procedit Adami filia, singulariter enim cómunem non incurrit maledictioné: *Omnes in Adam peccauerūt*; quia omnium effugit societatem, omnésque diuerso tramite gradiuntur. Quare ergo quæ sola ex Adamo procedit, ex Dauide cum sponso graditur? Vt ostendatur ex eadem Iuda Tribu ac Iosephus procedens, non ex eadem Adami progenie. Ex Regiâ domo incedit comitata, ex Adami domo sola deriuatur, nec sāctissimo Iosepho sponso futuro hæresicit, quia ille licet in vtero sanctificatus est, tamen prima maculâ inficitur. Vt igitur Maria nulli communitati adhæresceret, ex Adam oriens nec sponso Iosepho comite incedit, sed solitaria currit.

Sola, Maria deriuatur ex Adam nec Iosephum comitem admittit, ne omnium sub- iaceat miseria.

Mat. 1.

Athan.

96. Profitetur Sponsus. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertū sicut virgulo fumi, ex aromatibus myrrhe, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentorij.* Cant. 3. Signatur primus Mariæ exortus Rupert. authore. Cur per desertū ascēdens prædicitur? Annon quia animus Virginis nulli hominū cuoctorum adhærés ex Adamo exorta solitarius omnino est? *Talis* (inquit ille) *ascendisti per desertum, animum habens valde solitarium.* Vnde ab omnibus iniustis in exortu abstracta Virgula rectè incedens speciebus odoriferis confecta, id est, iustitia originali fulgens ascendis. Nil tetrum in fumo, quia nulli corrupto socio adhærescis, solitaria volas procedens ex Adamo.

Valde solitaria ataria per mundi desertum ascendis.

Cant. 3.

Rupert.

97. Assuerus peruulgârat edictū, quo omnes Hebræi morti addicebantur. Esther Regina, vt euaderet periculum prudentissimo astu sic in conspectu Regis profatur: *Domine mi, qui Rex noster es solus, adiuua me solitariā.* Esth. 14. Proh fœminæ prudentia! Totū discrimē illius ex eo ducebat exortum quod lex generaliter totam Hebræorum communitatem damnabat. Regina sese à communitate abstrahit, solitaria incedit, *adiuua me*, inquiens, *solitariā*, haud sociis damnatis hærentem, sed singulari priuilegio, quod decebat Reginā coniugē charissimam à cōmunitatis, quam fugi, legibus exēptam. Cui Assuerus: *Noli timere, Esther Regina, non enim propter te, sed propter omnes hæc lex constituta est.* Ibid. Vulgatissimū locum specialissimè expēdam. Noli timere, Regina, timeant illi qui non soli ex Hebræorū familiâ procedūt, tu non timeas valde solitaria. Sentētia capitalis propter omnes filios Adæ, ô Virgo constituitur, non propter te, quæ nullatenus communitati adhæsisti, sed sola procedis ex communi parente, *animum habens valde solitarium.* Non propter te, sed propter omnes, quia tu ab omnibus effugisti, nulli nec sanctissimo Iosepho hærens in exortu. Adiicit pulchrè Rupertus. *Et ob illo, cui desponsanda fueras penè fuisti deserta.* Tam adnatum méti tuæ ex Adamo solitariam prodire, vt nec Iosephum coniugem futurum socium originis admiseris, ne ad communitatem contaminatam originalis criminis pertinere videreris.

Esther instar, solitaria apparet ne è illa complectente, omnes comprehenderetur

Esther 14.

Rupert.

98. Vidisti ex Chrys. decem virginibus Euangelicæ parabolæ omnes filios Adæ designari. *Simile est Regnum cælorum decem virginibus*

Soli ipsa Iesu barosset, cum ex Adamo deriuatur.

Matth. 25. Chryſ. Eſther. 14.

accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. Matth. 25. En omnes Adami filios à Maria principe Ieſu ſponſæ ſegregatos: *Decem virginibus*? Mariam autem ſingulariter ſoli Chriſto hærentem. Vnde Eſther clamat. *Adiuua me ſolitariam, & cuius præter te nullus auxiliator eſt alius.* Quia è domo Adami procedens non ſequitur communitatem filiorum, ſed ſoli filio ſponſo ſimul puriſſimo adhæreſcit. Ideo nubecula illa, quæ è pelago exoritur mirificè figuratur.

99. *Apud Mariã aſcendentem ex Adamo, dum concipitur, ſola Ieſu comitantis veſtigia apparent.* 3. Reg. 18. Ioan. Ieroſol.

Ecce (ait puer) *nubecula parua quaſi veſtigium hominis*, 3. Reg 18. Vbi Ioannes Ieroſol. de inſtit. Monach. c. 32. *Beata Maria de hoc mari, id eſt, humana natura, aliter fuit orta; quia in ortu ſuo non fuit onerata amaritudine delictorum; ſed inſtar illius nubeculæ, leuis fuit per immunitatem peccatorũ, & dulcis per plenitudinem charismatũ.* Pũdero verba illa: *quaſi veſtigiũ hominis.* Quare hominis veſtigiũ deſignatur? Idem Doctor: *Quia gloria Domini apparuit in nube.* Ipſe Deus homo Matrem ſequitur exorientem. Nullum alterius hominis veſtigiũ apparet, ſingulare veſtigium, haud communitatis humanæ greſſus; quia Maria *ſola ex Adam deriuatur*, (vt aiebat Athanaſ.) quam ſolus ſequitur Ieſus Filius, & ſponſus: Quaſi veſtigium hominis.

100. *Sanatur, ſeu præſeruatur Maria ſanguine Ieſu, dum diſcreta erat ab omnibus.* 4. Reg. 2. Ambr.

Quam quidem Mariæ exorientis à cõmunitate diſcretionẽ oſtendit Heliſæus, cũ aquas donauit ſanitate. *Egreſſus ad fontẽ aquarum, miſit in illum ſal, & ait: Hæc dicit Dominus: ſanaui aquas has.* 4. Reg. 2. Ad quæ D. Ambr. ſer. 2. de Heliſ. *Non tantum fluenta ſanauit Heliſæus, quæ fontiũ iam gremio tenebantur, ſed & illa quæ humido terræ ſolo adhuc diſcreta erant.* Si aquarum collegiũ omnes homines ſunt, quiſnã aqua indiſcreta repræsẽtatur? Aqua illa puriſſima Maria eſt à cõmunitate diſcreta, vt diuerſimodè donetur ſanitate. Sanitas enim omnium, *qui in Adã peccauerũt*, paratur, *poſtquã fontiũ iam gremio tenentur*, poſtquã amaritudinem contraxẽre. At aquæ Marianæ ſanantur dum diſcretæ à communitate oſtenduntur. Sanantur, inquã id eſt, ſalis, ſeu Paſſionis Dominicæ virtute diſcretæ continentur, puræ præſeruantur, ne cõmuni amaritudine vitientur. Collige ex præfatis, quàm exitialis ſit iuſto praua ſocietas; quàmque curandum ſit, vt captes ſolitudinem, ſolique Domino adhæreſcas, qui quidem ſponſam animam adfert *ad ſolitudinem*, vt inibi edoceat, & conſeruet, ne à dracone inficiatur.

OBSERVATIO VIII.

Ad illa verba:

Ioram autem genuit Oziam.

Ozias oſtendit Mariam Paradiſum eleuatiſſimum nunquam tenebris interfuſum.

Vbi innuitur, terrenis voluptatibus hærentes cæleſti lumine priuari, tenebris obrui.

EXSVRGIT Ozias totus *excelſus*, ſignificat enim celſitudinẽ, memorãs planè Mariæ excelſã Conceptionẽ nil habentẽ cũ terrâ cõmune, nil participantẽ miſeriæ vallis lacrymabilis. Tota in præſenti cura oſtẽdere adeò celſam Mariam, vt nullis vnquam tenebris obrueretur. Vnico teſtimonio confirmabo. 101.

Plantauerat antẽ Deus (inquit Moyſes) *Paradiſum voluptatis à principio.* Gen. 2. LXX. *In Edem ad Orientem.* Nullæ ideo in Paradiſo tenebræ; propter nimiã enim ſitus celſitudinem nunquam nõ luce perfundebatur. Sic Baſilius orat. de Parad. *Ob ſublimitatem loci, in quo erat, nullâ fuit parte tenebras admittens, ſed orientium ſyderũ ſplendore ſemper illuſtrans.* Cũcti homines tenebris culpæ obruimur, quia abiecto loco dediti, iuxta Dauidicũ. *Quoniã humiliaſti nos in loco afflictionis, cooperuit nos vmbra mortis.* Pſ. 43. Proh Mariæ Paradiſi celſitudo, quẽ nũquam tenebræ obruerũt, quia incredibili celſitudine donatus eſt: *Nulla fuit parte tenebras admittens.* Richard. Laur. l. 12. deſcribens Marianum Paradiſum, ait. *Plantauerat autem Deus Paradiſum voluptatis a principio. Eſt ergo in Paradiſo Maria a principio, idem quod ad Oriẽtem.* Quia ſcilicet principiũ ſeu plantatio; aut conceptio Mariæ in Oriente fuit, nullis tenebrarum incurſibus adiacens. Adiicit pulchrè. *Vel à principio reſtaurationis humanæ.* Quia Mariæ præſeruatio primitiæ redemptionis, vti ait Bernardin. Senen. 102.

Eleuatiſſima Mariæ nunquam tenebris peccati offuſa. Gen. 2. Baſil. Pſal. 43. Richard.

Ideo itaque Marianus Paradiſus ſemper luci cæleſti affinis, quia excelſus. Confirmo ex Petro Damian. ſerm. de Aſſumpt. *Germinat Virga Ieſſe de tortuoſa generis humani radice, & de Patriarcharum arbore in altitudinem erumpens, priorum tenebras neſcit.* Quomodo enim tenebris offunderetur Virga eleuatiſſima, quæ filios tenebroſos omninò tranſcendit orienti adhæreſcens? *Eſt enim hæc ſpecioſior Sole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata inuenitur purior.* Sap. 7. Vbi D. Bonauentura in ſpec. *Quidam legunt hic: Prior; quidam: Purior.* Vtrumque planè legendum eſt. Nam ideo purior, clarior, quia prior, id eſt, eleuatior eſt, omnes tenebroſos filios longè tranſcendens. Vtrumque (adiicit Pater) *Stellæ Mariæ competit. Eſt enim prior, id eſt, potior, dignior, celſior: & purior eſt Sole, & Stellis, & luce.* 103.

Virga in altitudinem erũpens ſemper luce fuſa fuit. Dam. Sap. 7. Bonau.

Quod ſi requiras, quare ex eleuatione & celſitudine Paradiſi Mariani colligam, nũquã tenebris offuſum? reſpondeo, quia ſerpens è quo tenebræ deriuãtur, nunquã celſiſſimũ Dei hortum aſcendit. Damaſc. lib. 2. de Fide cap. 12. *Diuinus profectò locus mirificè congruens primi hominis dignitati, in quo nullum animal habitabat, ſed ſolum diuinarum manuum factura homo.* Et Rupertus lib. 3. de Trin. & oper. eius, cap. 2. *Erat* (ait) *Paradiſus propria hominis habitatio ei pro magna Creatoris gratia data. Nam ſi ſerpentibus communis erat Paradiſus, ſequitur, vt & lupis, atque leonibus, cæteriſque beſtiis non caruerit ille deliciarum locus.* 104.

Celſiſſimum Dei hortum nunquam tenebroſus ſerpens aſcendit. Damaſc. Rupert.

locus. Non igitur serpens præsertim à Diabolo corporaliter inuadente possessus in Paradiso fuit. Serpens exulat à materiali Paradiso propriâ hominis habitatione, & à Paradiso Mariano non exularet propriâ habitatione Dei? Diuus Thomas 3. p. q. 27. a. 4. *Singulari modo Dei Filius in Maria habitauit.* Rem perficit Richardus Laurent. citatus. *Si ille Paradisus apertus fuit serpenti, qui seduxit Euam: iste Paradisus Maria hortus conclusus contra omne nociuum.* Conclusus planè, quia illa eius celsitudo tanta, vt reptile non posset scandere. (Thom.)

105. (*Omnem iucunditatem haberet Paradisus ut culpa exclusa omninò.*) Pende obsecro verbum illud: *Paradisū voluptatis.* Quidnā est Mariā voluptatis esse Paradisum, nisi omnimodâ gratiâ aut priuilegio redundare? Richardus ad illud Eccli. 24. *In me omnis gratia.* Id est, (ait) omnis spiritualis iucunditas. Et quonammodo. *Omnis iucunditas*, si plantatio Paradisi væ culpæ contaminata? An Altissimo cederet in delitias, si tenebris aliquando culpæ, vti humilia & abiecta prædia, offunderetur? D. Bernardum exaudite serm. de Natiuit. (Bernard.) *Locum voluptatis Mariam intelligo, in quo cumulauit omnes delitias deliciarum Dominus. De quibus Spiritus sanctus admiratorio sermone ait: Quæ est ista quæ ascendis de deserto delitiis affluēs? Nunquid in Angelis voluptatem habet Deus? Reperit in illis prauitatem. Nunquid in aere, vel igne, vel ventis? Non in igne, non in commotione, non in spiritu Dominus. Nunquid in aquis? Ibi furens, & tortuosus Leuiathan immoratur. Aut in terra? Sub maledicto Adæ spinas emittit. Non est locus voluptatis nisi Maria, quippè quæ non obsturatur, nec Leuiathan peccati originalis habuit, nec cecidit vnquam, nec spinas, aut tribulos protulit sicut cæteri.* Ab obscuritate enim cunctæ exoriuntur maledictiones. Constet itaque Paradisum Mariæ nunquā tenebris offusum, quia semper Orientem mirifica celsitudine aspectat. Hinc collige mentes hærentes terrenis voluptatibus, necessum esse tenebris suffundi. Lux etenim cælestis celsos implet spiritus. Si igitur cælesti lumine compleri cupias, Deo celsissimo adhærere satage; Orientis enim cælestis incolæ Solis veri donantur splendore; dum terricolæ adnatis tenebris obruuntur.

OBSERVATIO IX.

Ad illa verba:

Ozias autem genuit Ioatham.

Ioatham profectum indicit eorum, qui profitentur Mariam mox à primo conceptionis instanti profecisse.

Vbi assero eos, qui proprio tenaciter hærent consilio non proficere.

106. (*Ioatham idē*) Affirmat Anselmus esse profectus Ecclesiæ typum. Ioatham enim idem est ac profectus, scilicet Christus de quo Ecclesia (*est ac profectus.*) (loquor cum Strabo) *in melius proficit.* Porrò *profectus* ipse Christus vocitatur, non proficiens. (Anselm. Strab.) Eo enim differt Christi ac Ecclesiæ profectio, quòd Ecclesia cum incæpisset à culpa, abluta est, & postea continuis profecit incrementis. At Christus cœpit à profectione ipsa, imò in primo suæ Conceptionis instanti perfectissimus omnino apparuit. Huiusmodi profectionem Deipara imitata est, profante sponso. *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens?* Cant. 4. supra de instanti Conceptionis exposui. (Cant. 4.) Apparens in illo instanti Maria, instar auroræ, splendescens absque peccati tenebrâ, perfecta exurgēs progreditur, proficit. Sed quia de Ecclesiæ profectione specialiter loquitur Strabus, asserā Ecclesiā ex eo mirificè proficere, quia Mariam perfectam, Christi scilicet imitatricem in primo conceptionis instanti veneratur, nec credit aliquando, in more Ecclesiæ, mortuā in culpa fuisse, vt ad lauacrum viuificanda exurgeret. Mehercle qui hoc Mariæ priuilegium abnegat, nescio quonammodo proficere valeat, si non ex veritatis indagandæ zelo perferatur, sed ex cordis duritie.

D. Fulgentius lib. 2. ad Tras. c. 3. fatur. *Vna est in vtroque* (Angelo scilicet, & homine) *Iesu gratia operata: in homine, vt surgeret, in Angelo, ne caderet: ab illo infirmitatem depulit, hunc infirmari non siniit; istius namque esca, illius medicina.* 107. (*Maria à primo conceptionis instanti proficiens, imò in ipso instāti profecta est.* Fulgent.) Esca Eucharistica perfectorum est authore Paschasio. Angeli hoc pane spiritualiter saginati iuxta illud Vatis: *Panem Angelorum, &c.* adeo robusti, vt nunquam exciderint; sed in ipso creationis instanti proficientes apparuerint, dum viatores, ex Iesu gratia pane suauissimo. Aliter homines, nam post casum in instanti conceptionis, ad profectum surrexerunt. Clamat Deipara: *Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Luc. 1. (Luc. 1.) Aliter. *In Deo Iesu meo.* Si Iesus contulit Angelis suis, ne caderēt, sed à primo instāti proficerent, quomodo non speciali iure eodē donaret priuilegio eā, cuius erat Iesus? Excidit Maria sicut homines reliqui? Angeli Iesum experti dulciorem? Absit. Asserit apposité doctus modernus Iesum specialissimè Mariæ esse vocitari, quia nunquā non cū Maria ab ipso instanti conceptionis quo titulo nullius humanæ creaturæ esse perhibetur; vnde possidens Maria Iesū, ab illo simul possessa est. *Dominus possedit me ab initio, &c.* Iesus apud Mariā in instāti Conceptionis? Minimè mortua est, sed ab ipso profecit instanti. Quare Lazari prudens soror respondit. *Domine, si fuisses hic frater meus non esset mortuus.* Ioan. 11. (Ioan. 11.) Corā Iesu quonammodo amicus obiret? Non adest specialis gratia Iesu amicis, vt ab spirituali morte præseruet in primo conceptionis instāti, nisi Mariæ matri futuræ Saluatoris. *Tollite lapidem.* Si quis fortè lapideus circa Mariæ profectū, lapidē in, seu duritiem cordis auferat. 108. (*Profectus obsuratur ei, qui pertinaciter (non veritatis indagādæ gratia) defendit Mariā mortuam fuisse ante profectionem.*) Si enim mortuam fuisse Mariam antè profectum asserat, nullatenus ipse proficiet.

Olim Israelitæ *castrametati sunt in deserto Sin, hoc est Cades.* Nu. 33. (Num. 33.) Apud Cades Maria soror Moysi diem suum obit, excitatur populi murmuratio in Moysē, & mox populo murmurāti profectus per Iordanē abnegatur. Post mortē

Pete tibi signum à Domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz, Non petam. Adiicit Isaias; *Propter quod dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo.* Cap. Maria sine labe concepta, *Signum est magnum, quod apparuit in Cælo.* Quod si communi lege concepta in peccato fuisset, vndenam miraculum excitaretur?

113. In luce.

Miraculum Conceptionis Maria designatur.

Gen. 1. Sap. 7. Antonin.

Fiat (inquit Deus) *lux, & facta est lux.* Gen. 1. Deipara luci à Patribus comparatur: *Est enim vapor virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis Dei sincera, & ideò nihil inquinatum in eam incurrit, luci comparata inuenitur purior. Quia si succedit luci nox, Mariam non vincit malitia.* Sap. 7. Porro D. Antoninus, tom. 4. tit. 15. cap. 4. §. 2. sic Marianam lucem commendat. *Successiuè narrantur opera sex dierum in principio facta, designantia sex mirabilia Dei facta successiuè in Virgine Maria. Et primum opus est Conceptio. Ibi dicitur figuratè; Fiat lux, & facta est lux. In hoc præfigurans & præordinans Conceptum Virginis, cuius vita gloriosa lucem dedit sæculo.* Vbi duo ponderanda Vnum quidem Mariæ Conceptionem luce designari: quando & diuisione aquarum, & aridæ apparitione, & accensione luminarium, initio sine lumine, & volatilium productione, & animantium, reliqua mirabilia Virginis exprimuntur. An non Assumptio, aut Annuntiatio, aut Maternitas Mariæ, aptiùs luci comparantur, quàm Conceptio, si in Conceptione aliquæ delicti communis tenebræ peruolarent? Si igitur Conceptio luce signatur prima, ex qua omnis fulgor luminaribus exortus est. Proculdubio splendida Conceptio. Alterum argumento côuenientius, Conceptionem mirabile, aut miraculum ab Antonino vocitari. Miraculum est? Ergo vltra naturæ leges, communis labis tenebrâ non offunditur. *Dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo.*

114. *Columna lucida prodigium signat Mariam in Conceptione & aliis culpæ & tenebras ablegasse.*

Psal. 77. Epiph.

Orige.

Hieron.

A luce prima ad miraculum columnæ lucidæ transeo, canente Propheta: *Deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.* Psal. 77. Quâ columnâ Hebræi ab Ægypto fugientes interdiu proteguntur ab æstu, noctu autem à caligine liberantur. Virgo huiusmodi columna signatur, Epiphanio authore, ser. de laud. Mar. *Nubes columnæ similis, quæ Deum habet, quæ populum deduxit per desertum.* Accommodat argumento fatus Origenes, hom. 3. in 2. Mat. *Ecce Dominus sedet in nube pusilla, carnalem animam non habente, nec aliquam peccati granedinem.* D. Hieronym. *Nubes illa* (ad Isai. 19.) *non fuit in tenebris, sed semper in luce.* Hoc nubis miraculum, quòd per diem splendens protegeret ab æstu Solis, per noctem autem instar Solis tenebras abigeret. O Maria, & æstum peccati & tenebras ablegans!

115. *Miraculum virgæ Aaronis rectè virgam annunciat Mariam ante ipsum germinatam.*

Num. 17.

Succedat miraculum virgæ Aaronis germinantis. *Locutus est Moyses ad filios Israel, & dederunt ei omnes Principes virgas per singulas Tribus, quas cum posuisset Moyses coram Domino in Tabernaculo testimonij; sequenti die regressus, inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Num. 17. Per Aaronis virgam Mariam figurari D. Hieron. affirmat. Isai. 13. *Virga simplex atque purissima, & vnione fœcundata, dedit eum florem, qui dicit in Cantico; Ego flos campi.* Aptiùs D. Ephr. ser. de laud. Mar. *O viridans Aaronis virga; virga enim verè extitisti!* Id est, recta sine nodo, sine cortice. Sic Clitonæus lib. de Concept. cap. 13. *Hæc est virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit.* Adnota ex fructu colligi illam virgam amygdalinam fuisse. An non amygdalus ante omnes arbores, flores, frondes profert, ac fructus. Ideò festinationem ac vigilantiam signat iuxta Propheticum. Virgam vigilantem ego video, Ier. 1. Hebraicè, *Virgam amygdalinam.* Alij, *Virgam properantem, seu festinantem.* Ioannes arbor fructifera, nimis valde properans, solis iustitiæ radiis primo ortus vêre, in vtero floruit; sed longè ante Maria germinauit: amygdalina enim virga fuit, festinans, properans, in conceptione gratiæ floribus ac fructibus stipata.

Hieron.

Ephrem.

Cluhou.

Iere. 1.

116. *Miraculum Rubi denotat Mariam extra'am serpētē in primo Conceptionis instanti.*

Exo. 3. Theodot. Plini.

Miraculum denique Rubi contemplor. Moses apud desertum. *Vidit quòd Rubus arderet, & non combureretur.* Exo. 3. Vbi Theodotus Ancyræ Episc. hom. ad Ephes. synod. habita. *Dic obsecro, vtrum sit vilius, Rubus-ne an vterus Virgineus, ab omni peccati affectione immunis?* Quam conueniat Rubi symbolum immaculatæ Conceptioni, expendo ex Plinio lib. 24. cap. 13. profante. *Aduersantur serpentium sceleratissimis Emorhoidi, & Præsteri rubi flos & mora.* Profectò Emorrhois morsu omnem elicit sanguinem, Præster aut Dipsas omnem humorem absumit An non huius sitis ardentem concupiscentiam, illius rabies virium extenuationem: duo videlicet mala quæ ex peccato originis prouenere adumbrat? Maria ergo Rubus sacer, quæ cælestem protulit florem, & fructum his serpentibus aduersarium, Theodotum exaudi: *Rubus accenditur, ignis conspicitur, & tamen quæ ignis natura fert, non operatur; illuminat, non consumit, abstergit, non incendit: beneficium præstat, pœnam non adfert. Nonne Virginem in Rubo animaduertis? Rubus itaque Maria expressa fuit similitudo: si ergo super vilem illam arbusculam ita Deus ipse olim insedit, vt eum illi splendorem, eam gloriam, eam mirandam integritatem indulserit. Qua, quæso, ratione Virginem nostram obsederit, aut potiùs possederit? Quem illi nitorem, quam puritatem, quam lucem in tulerit, quando eam ita ab omni peccati affectione immunem præstitit? Illuminat, non consumit; abstergit, non incendit; beneficium præstat, non pœnam adfert.* Hactenus ille. Posita itaque Maria concepta in miraculum, dum contra naturæ leges nunquam non apparet effulgens, sine tenebræ vsurâ. Contemplans Diuorum gesta haud externa mirere prodigia. Illud ipsum vitam communem seriem excedere, nullis tenebris eorum lucem offundi miraculum proculdubio est. Quod si diuus nulla externa miracula ediderit, miraculorum obtinet præcipuorum locum, vitam fuisse omninò immaculatam.

Observatio XI.

Ad illa verba:

Achaz autem genuit Ezechiam.

Ezechias Solis reuertentis imagine ostendit Mariam generalibus legibus non fuisse illigatam.

Vbi assero non omnes in communitate legibus onerosis pergrauandos.

PLVRA Ezechias optimus Princeps
gesta edidit mirificè filiæ Mariæ pu-
rissimam halantia conceptionem.
Fortis ille *Dominus* vocitatur. Serpé-
tem æneum redegit ad pulueres, ne idotola-
117. triæ existeret occasio. Nec puluerem serpen-
tis antiquæ reliquia in Mariano conceptu, for-
ti Domino operante. Verum Sol ad Orientem
reuersus, cunctis Altissimo in ordine consti-
tutis asserit priuilegium mariæ, cuius in Orien-
te Sol iustitiæ præluxit, reliquis obtenebratis.
Nam cùm sit Legislator dispensationis bene-
ficiorum, afficit quem mauult, nec conse-
quentiæ legibus illigatur. Vnde propositio
illa: *Omnes in Adam peccauerunt. Omnes
mortui sunt*, omnes Adæ filios præter vnam
Mariam cõprehendit, quia sola Maria specia-
lissimè excepta est, sic Legislatore disponente.
Rom. 5. Profectò plura adsunt Sacræ Paginæ testi-
1. Cor. 5. monia eodem modo generalia, quæ saluâ fide
non possis interpretari, nisi Virginem excipias.
Non est homo qui non peccet, 2. Par. 6. *In
118. multis offendimus omnes*. Iac. 3. *Nemo mundus
Mariam non a sorde.* Iob. 14. A quibus necessariò Maria
comprehendi excludenda, nullo peccato actuali contami-
propositioni- nata, fante Sponso. *Et macula non est in te.*
bus generali- Ergo illud verbum, *omnes*, potest verificari
bus ostendo. ex reliquis, vnâ excepta Mariâ, sicut verifi-
2. Par. 6. catur etiam Christo homine excepto. Ex simi-
Iac. 3. libus locis confirmo. *Omnis caro corruperat
Iob. 14. viam suam*, Gen. 6. A qua Noë iustus saltem
eximitur. *A minimo vsque ad maximum omnes
auaritiam sequuntur*, Ier. 6. Ipse Ieremias exi-
Gen. 6. matur oportet. *Omnes conuersi sunt ad cur-
Ier. 6. sum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium*,
Ier. 8. Ipsum exime verborum authorem san-
ctum planè, perque mandatorum viam ince-
Ier. 8. dentem. *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ
Iesu Christi.* Phi. 2. Attamen Paulus, reliquo-
que Discipuli Domini tunc superstites, quæ
erant Domini requirebant. *Illuminat omnem
Phil. 2. hominem venientem in hunc mundum.* Ioan. 1.
Omnes fures sunt & latrones, Ioan. 10. *Effun-
dam de Spiritu meo super omnem carnem.*
Ioan. 1. Psal. 115. Num vllus non illuminatus illo
Ioan. 10. speciali fulgore? An reperirentur vnus liber à
Psal. 115. rapina? Aliquisnè Spiritus Sancti ignem ex-
pertus non fuit? *Turbatus est Herodes Rex, &
omnis Ierosolyma cum illo* Mat. 2. Caietanus ex-
ponit cunctos turbatos præter Simeonem, &
Mat. 2. plures iustos aduentus Dominici expectato-
res. Vera est D. Fulgentij regula, Lib. de In-
carn. & grat. Iesu Chr. cap. 31. commune esse
in Sacris reperi hoc verbum: Omnes, absque
eo, quòd vniuersum genus humanum com-
prehendatur. Et (adnotante Photio) sæpè in Fulgent.
Scriptura figura est vniuersalis, ac modus lo-
quendi, cùm tamen sententia non generaliter
intelligatur. Ecclesia itaque leges communes
habet, sed non singulis accommodatas fideli- Photi.
bus. Canones vniuersales proponit, sed non
ita Dominus alligatur vt non possit facillimè
ac decenter dispensare, quando libuerit, com-
muni vsu aduersante Sol ad Orientem re-
meauit tempore Ezechiæ, stetit ad Iosuë præ
ceptum. Anna nonagenaria concepit. Rachel
sterilis filios procreauit; Enoch diuinâ abstra-
ctus potentia adhuc superstes. Cœlum ad vo-
cem Heliæ stetit; descenderunt flammæ deuo-
rantes. Ipse curru igneo ab hominum aspectu
abstractus est. Qui statuit legem ipse dispen-
sat, & in lege peccati communis potuit cum
Virgine dispensare.

Alijùs affirmabo, Deû haud dispensasse cum
Maria, sed minimè illam legem alligasse om-
ninò exemisse adeò, vt illæ propositiones;
Omnes in Adam peccauerunt. Omnes mortui sunt,
de omnibus intelligantur, excepta Virgine. 119.
Quia in mente Dei semper à communi lege *Propositiones*
fuerit exempta; vulgare illud Esthoris testi- *generales de*
monium mirificè fauet, cùm promulgasset *omnibus in-*
Assuerus generalem in omnes Hebræos sen- *telligantur*,
tentiam, & Esther ex eadem familia visa sibi *excepta Vir-*
lege generali includi coram Rege appare- *gine.*
ret facie infirmâ, timore correpta, mollori- Esth. 15.
bus Princeps vsus verbis, ait: *Quid habes
Esther Regina? ego sum frater tuus, non morie-
ris.* Timeo, quia generalis lex omnes com-
prehendit. Quonammodo ego à communi
eximar clade. An quia dispensabit Sponsus?
Minimè; sed quia ferens legem communem
omnes comprehendens, specialissimè Esthe-
rem exemerat. *Non enim pro te, sed pro omnibus
ea lex constituta est.* Esth 15. Quasi diceret, timeant
omnes, sed tu non timeas. Imò ideò timeo
quia omnibus communis calamitas. O spõsam
Assueri! Pro omnibus lex, non pro te consti-
tuitur. Ideò non dispensaris, sed ostenderis
nunquam legi communi subiacuisse.

Ipsa loquitur ex Iesu Sirach ore. *Tunc præ-
cepit, & dixit mihi; Creator omnium, & qui crea-
uit me, requieuit in Tabernaculo meo.* Eccli. 24.
Vnde illud, Creator omnium, & qui creauit me.
An non Maria inter creaturas annumeranda? 120.
Ita planè: Cur ergo iam inclusa illis verbis? *Vt
Creator omnium*, specialiter adiecit, *& qui* *exprima-*
creauit me. Quia quælibet propositio generalis *tur Concep-*
exprimens creationem aut conceptionem, *tio Deiparæ non*
nullatenùs Virginem comprehendit, nec po- *potest creatu-*
test propositione cõmuni creatio animæ Dei- *rarum gene-*
paræ designari, nisi specialiter adnotetur; quia *rali lege com-*
creatio animæ Virginis differt à creatione *prehendi.*
omnium animarũ: omnes enim cùm corpori Eccli. 24.
vniuntur maculam communem contrahunt:
Maria autem est in gratia concepta. Nec enim
legibus generalibus includitur mater Legisla-
toris; *Et qui creauit me requieuit*, & hoc ver-
bo; *Et qui creauit me requieuit in Tabernaculo
meo.* Duo priuilegia Virginis præsignantur,
& Matrem Dei futuram, & exemptam à lege
communi. Illud enim ipsum futuram esse
Matrem Dei eximi à lege communi est.

Vnde D. Anselmus exponit ad testimo-
nium Pauli: *Omnes in Adam peccauerunt*, vel

Omnes

Omnes mortui sunt, ait, *Omnes mortui sunt in peccato, nemine excepto, dempta Matre Dei, siue originalibus, siue etiam voluntate additis,*
121. *vel ignorando vel sciendo, nec faciendo quod iustum est.* Videtur illas particulas implicationem inuoluere, *Omnes nemine excepto, dempta Matre Dei.* Si omnes mortui sunt, si nullus excipitur, quomodo Dei Mater non comprehenditur, quia nunquam Maria communibus legibus illigatur.

Omnes excepta Maria peccau. vnt in Adam.
Ansel.

Nec mirum Dei Matrem legibus generalibus non includi, si Augusta eisdem humanis legibus non continetur, l. Princeps., §. de legib. *Princeps legibus subditus non est* (inquit Vlpian.) *Augusta vero licet sit subdita, Princeps tamen ei eadem priuilegia illi concedit, quæ ipse*
122. *habet.* Do Matri Dei plus quàm Augustæ. Hæc subdita legi, priuilegio donatur, ne pareat: illa verò priuilegium habet, ne legi subdita esset, quia Mater Dei communibus legibus subiicienda non est. Suppone, quæso, legem obligationis sibi ipsi quendam imposuisse, *Obligo omnia mea bona, domum, facultates: &c.* An in huiusmodi generali obligatione aliqua sit exceptio? Minimè, quia omnia bona obligauit, l. 5. de la partida, tit. 13. p. 5. *Apenas obligando vno todos sus bienes cosas y hazienda señalando que no serian porende obligados, &c.* Omnia sua obligauit, sed tamen aliqua obligata non esse comperiuntur: *Los sieruos o siervas que tubiere señaladamente para servirle, o guardarle, o criarle sus hijos no seran obligados.* Si non includitur in lege communi humana, ancilla, custos, & nutrix, in lege diuina generali includeretur, quæ se, Regina cùm esset, profitetur ancillam, non ad custodiam Regis, aut nutritionem tantùm, sed vt ipsum eniteretur. Vrbanior-nè humanus Legislator quàm diuinus? Absit. Quid quòd Maria specialiter electa, vt publicæ per eam Deus vtilitati consuleret. *Per Mariam* enim *omnis maledictio soluta est* (cum D. Idelphonso serm. de Assumpt. loquor) *primorum parentum & cælestis benedictio in toto venit mundo.* Quid ergo mirum beneficam communitatis à lege communi præseruari? Gomerij illustris Iurisprudentis sententiâ confirmabo: hic §. *item Seruiana*, Institut. de act. & oblig. ait, *Obligatione generali nunquam comprehenduntur res, per quam consulitur publica vtilitas.* Disce iusti esse gubernatoris generalibus à legibus aliquando eximere eos, qui dignitate altiori præfulgent, ministeriis publicis addicuntur, ipsius communitatis vtilitate. Maxima enim inæqualitas esset, æqualiter socios communi grauamini subiacere.

Quare Mariæ legibus generalibus includenda non est, duplex ratio expenditur, & quia Dei mater, & quia publicæ consuluit vtilitati.
Vlpian.
Ildelph.
Gometius.

Observatio XII.

Ad illa verba:

Ezechias autem genuit Manassem.

Manasses exprimit, nullam causam fuisse, cur Maria pœniteret, si ex delicto oritur pœnitudo.

Simul ostendo, fugiendum delictum, in cuius medicamen semper amaritudo est necessaria.

POenitentiæ exemplum Deus Principibus in Manasse indicit; nam cùm delinquens à Regno esset deturbatus, pœnitens fuit illi restitutus. Vnde nomen ipsum *Manasses* Dei indulgentiam figurabat: idem enim est ac *Obliuiosus.* Ad quod vocabulum Strabus ait; *Christus enim non recordatur iniquitatum conuersi peccatoris.* Maria quidem nunquam conuersa, quia nunquam auersa, nunquam pœnitens, quia nunquam deliquit. Haud obliuiosus hic Christus, quia nulla in Virgine iniquitas, cuius obliuisceretur. Quàm pœnitens, quàm querula, quàm plorans Maria obiiceretur, si aliquando fuisset inter peccatores adnumerata? Audisti-nè 123.
Mariam vnquam, *Væ mihi*, proferentem? ex vulnere amoris sauciam vidi, ex culpæ omninò, à væ eam expertem recognoui.

Quid aliud signat Salutationis Angelicæ prima particula? *Aue gratia plena* (Luc. 1.) *Aue* idem est ac *lætare, gaude*: appositè Maria auere iubetur, à qua omnis doloris pœnitudinisque occasio sublata. Chrysippus, *Aue*, inquit, *tuum enim est, re vera auere & gaudere.* Et Gregorius Thaumat. ser. de Annunt. *Aue quæ supercælestis lætitiæ vas es, ac receptaculum, aue, nam per te gaudium dispensatur creaturæ.* Cur auere re vera & gaudere proprium Virginis? *Tuum enim est re vera auere.* Quia verum gaudium idem est ac à peccato immunitas, sola Maria verè auet, quia sola Maria immunis à peccato fuit. Nyssenus orat. de Nat. Dom.
Aue *Contraria est hæc oratio illis vocibus, quas* 124.
prima mulier audiuit: tunc enim illa per peccatum damnata est: In dolore paries; nunc autem in hac per gaudium dolor expellitur. Debuisset dicere: Per recessum à peccato dolor expellitur, vt responderet illæ particulæ: *Per peccatum damnata est illa*: ac si diceret: Quemadmodum Eua per peccatum dolorem contraxit, sic Maria per recessum à peccato dolorem expulit. Profectò idem est gaudium ac gratiæ affluentia. Propriúmne gaudere Mariæ? Ergo quia omnino immunis à peccato iuxta illud Psalmi, *Introite in conspectu eius in exultatione*: & illud Euangelij. *Egressus foras fleuit amarè.* Sicut enim accessus ad Deum per gratiam causa lætitiæ est, ita ab ipso per culpam recedere, causa est pœnitudinis. Accommodatius argumento Euthymius. *Gaudium Maria Eua soluit maledictionem. Illa siquidem iussa est habere mœrorem pœnitentiæ; nam id propriè significat vocabulum cum dolore, quod Gen. 3: in dolores & ærumnas vertitur. Maria autem iussa est habere gaudium, sicut non pœnitere, quod mœrori contrarium est.* Quid pœnitudine afficeretur, quæ omninò immunis à culpa?

Maria proprium est auere, sine non pœnitere, quia nunquam deliquit, nec originali crimine fœdata est.
Luc. 1.
Chrysip.
Thaum.
Nysse.
Euthy.

Pulchrè Thaumaturgus Ser. de Annunt. 125.
Aue. *Tu enim quæ re vera sunt gaudio digna agis; quoniam immaculatam in luta est vestim.* Vidimus Adamum & Euam gratiâ nudatos ad latibula properasse, vestem haud mundam induisse, seu folia corpori ficus aptarent, seu animantium pelles. Pœnitudinis illud indumentum.

Maria nunquam pœnitentiæ vsa indumento.
Thaum.
Gen.

indumentum. Maria nunquam delinquens atram vestem abiecit, immaculatâ stolâ induta est. Quæ re vera gaudio erant digna egit, nunquam væ pœnitudinis contraxit, & ideò Sole induitur, immaculatâ innocentiæ vtitur stolâ, quâ nudati parentes.

Quia Maria sine væ culpæ, sine væ pœnitudinis conspicitur. Apo. 8.

126. Vtar vulgari illa Aue dissolutione *à væ*, seu sine væ, vt asseram Virginem sine væ omninò fuisse. Vnde pœnitentiæ fletus oriretur, si nunquam fuit culpa contaminata? Vidi Aquilam inclamitantem, *Væ, væ, væ habitantibus in terra.* Apoc. 8. Nos quidem qui non modo triplici væ, sed consequenter dolorum, luctuum, mœrorum pleni sumus vniuersitate, miserè lugeamus, pelago, instar Petri, obruamur amaritudinis. Maria autem ab omni væ culpæ aliena, ab omni væ pœnitudinis liberatur. Bernardinus Senen. tom. 3. ser. 52. a. 1. *Beatissima Virgo per Aue denotatur, quia a triplici væ immunis fuit, Scilicet sine primo væ, hoc est, sine tyranno concupiscentia peccati originalis, quia sine eo concepta est, iuxta illud: Et macula non est in te, scilicet originalis culpæ. Fuit sine secundo væ culpæ mortalis, & venialis.* Attende; *Et sine tertio væ, scilicet pœnæ*, liceat exponere, *Pœnitentiæ.* Quia vbi non adest culpa mortalis, venialis, originalis; nullatenus potest pœnitentia induci. Et Albertus Magnus Diui Thomæ Magister egregius, lib. de laud. Virg. *Ex peccato fomitis est triplex væ, scilicet pœnæ, væ ignorantiæ, & væ culpæ. Væ culpæ triplex, Originalis, actualis* (siue mortalis) *& venialis: sine omni isto triplici væ fuit Beatissima Virgo Maria, sine væ culpæ actualiter, sine væ culpæ causaliter; sine væ ignorantiæ habitualiter.* Væ culpæ actualiter quancumque culpam, siue originis, siue actionis appellat. Quare sic concludit sectionem. *Et sic concedimus vniuersaliter, quod Beatissima Virgo fuit sine omni væ.* Peccati scilicet & pœnæ, aut pœnitentiæ ex peccato exortæ.

Bernard. Senen.

Albert. Magn.

Maria ex mari sine amaritudine exsurgit pœnitentiæ, quia aquis obruta non est. 3. Reg. 18.

127. An non Petrus ideò amarè fleuit, quia pelago amaritudinis, id est peccato, immersus? Profectò ille amaritudinem pœnitentiæ ex amaritudine culpæ contraxit. Nubecula illa Heliæ rursùm adumbrat è pelago exsurgens. *Ecce nubecula ascendebat de mari.* 3. Reg. 18. De mari ascendit; De amaritudine exsurgit? Amara omninò nubes. Ioannes Ierosol. affirmat Mariá sine peccati amaritudine. *Quemadmodum nubecula illa fuit de mari amaro, sine vlla amaritudine: licet namque nubecula esset originaliter eiusdem naturæ cum mari, alterius tamen fuit qualitatis, quia mare amarum, nubecula dulcis. Beata Maria de mari, sive humana natura aliter fuit orta; non fuit onerata amaritudine delictorum, sed dulcis &c.* Ac si diceret, qui oneratus est delictorum reatu, amarus ascendat, vt ploret amarè sicut Petrus. At Maria ab amaritudine seu væ peccati immunis, amaritudine seu væ pœnitentiæ onerata non est.

Ioannes Ierosol.

Nulli integris virginibus pro er Cantica Maria obuenit, quæ nunquam pœnituit. Ruper.

128. Iam titulum Epithalamij Salomonis expendo. *Cantica Canticorum Salomonis.* Cur Cantica Canticorum, si sufficeret Canticum appellari? Quia omnes huius Cantici versus dulces sunt, festiui sunt, nulla væ, nulla immixta lamentatione. De ista (inquit aptè Rupertus) duntaxat scriptura hoc dicimus: quod tota sit cantabilis. Nam *in cæteris Scripturis,* Psalmis, Prouerbiis, Threnis, &c. *multa sonant lamentabilia per lamentis Ecclesiæ, quæ in plerisque peccauit, pro quorum parte pro fructibus pœnitentiæ lamentatur, & gemit.* Quid plura? Infert euidenter Deiparæ solummodo posse accommodari totius Cantici Canticorum series, non Psalmorum, &c. quia versus illi qui in qualibet Scriptura lamenta pœnitentiæ exprimunt, haud possunt Virgini conuenire, quæ minimè habuit, ex quo pœniteret. *Et hæc* (inquit) *infra dignitatem sunt beatæ Virginis, cuius vita integerrima non habuit cur gemeret, nisi vulnus charitatis.* Obliuiosus igitur Christus (vt eum Strabo perficiam argumentum) hominum omnium peccata non recordetur; solius Mariæ peccati non obliuiscitur pœnitentis, quia semper immaculata, nunquam pœnituit. Disce hinc à peccatis recedere, quorum tam necessaria amaritudo, vt nullatenus pateat reditus ad iustitiam, nisi pœnitentiæ exanthlato labore.

Observatio XIII.

Ad illa verba:

Manasses autem genuit Amon.

Amon nutritius Mariam Filij Dei nutritiam eximit omninò à seruitute.

Vbi innuitur Nobilium filios honestis ac bonis moribus imbutis nutricibus committendos.

Assertor illustris Conceptionis Immaculatæ Amon, cuius vox fidelem nutritium sonat. Strabus, *Christus Amon fidelis in omnibus viis suis conuocat filios vt gallina pullos.* Fidelis in omnibus viis suis Christus ostenditur, vt aptus parens ac nutritius hominum constituatur: & non in omnibus viis fidelis Maria, vt Iesum filium pariat, & nutriat? An prima viarum Virginis infidelis? *Dominus* (ait ipsa) *possedit me in initio viarum.* Cunctorum viæ saltem in inchoatione infideles, solius Mariæ viæ omnes fidelissimæ, vt *fidelis in omnibus viis suis* Dei Filium pariat, & enutriat. Ex eo igitur, quia Christi fuit nutrix Maria, sine communi labe concepta est. 129.

Strab.

Ildelphonsus ser. 3. de Natiuit. sic egregiè probat argumentum *Lactâs Maria Creatorem tuum, lacta pretium mundi, lacta eum qui te fecit.* Si lactatura Creatorem erat, quomodo non omninò pura crearetur, vt vbera à Deo sugenda vere de Cælo plena exhiberentur? Si lactauit pretium mundi quomodo non pretium illud infinitum lactationis mercedem nutrici persolueret, eam eximens à contagio? Si lactauit factorem, quomodo factor Rex eam fecisset ancillam, cuius vbera nescio quid seruile saperent? 130.

Lactatura factorem & pretium, facta immunis pretio liberata.

Saperent profectò. Plures enim pusiones egregij de matribus nobilissimis in peregrinas seruiles vlnas transmissi, nutricis referunt mores. 131.

Pretiū exhibitum à redemptore, ne Regis

nutrix esset mancipium. Marian.

mores. Vnde in optimatum sobole euenit id, de quo noster Ioannes de Mariana lib. 2. de Reg. instit. cap. 2. conqueritur. *Nobilium inter nos filij parentibus dissimiles sæpe euadunt, pusillâ staturâ, moribus, ingenio, viribus; cum nouo enim lacte cætera, vt par est, magnopere etiam immutantur.* Si ergo Virgo lactatura erat *pretium* infinitum, ipsum pretium nutricem à seruitute liberauit, seu præseruauit; & vt eiusmodi sibi gerulam formaret, in qua neuus non esset, id est vllus ad seruitutem respectus extitisset, Redemptor pretio comparauit.

Non deceret Regem colossum à barbara, et temulenta alim, lactari. Gellius.

133. Liceat Phanorini Philosophi apud Gellium sententiam transcribere, quâ inuehit in nobiles parentes qui fœtum ignobilibus nutricibus committunt alendum. *Quæ igitur ratio est nobilitatem istam nati modo hominis, corpusque & animum benignè ingenitis primordiis inchoatum, insitiuo degenerique alimento lactis alieni corrumpere? Præsertim si ista, quam ad præbendum lac sit adhibetis, aut serua, aut seruilis, & vt plerúmque solet, externæ, atque barbaræ nationis; si improba, si informis, si impudica est, si temulenta. Patiemur-ne igitur infantem hunc nostrum pernitioso contagio infici, & spiritum ducere in animum, atque in corpus suum ex corpore, & animo deterrimo?* Nobilitate humanâ indignum reputant sapientes lactis riuos de seruili ac barbaro fonte produci, si fœmina animo sit immundo, quem vitia deturpârint, aut sanguine infecto. An existimabo Christi nutricem eiusmodi fuisse, quæ ob originale delictum Diaboli mancipium, & ideo barbara, & plusquàm temulenta?

Nutrix filiorum Domini non subiacet communi obligationi.

134. Cur existimas vel ipsa mancipia exempta esse à generali obligatione facta à Domino, nisi quia sint filiorum nutritioni deputata. Sub alio prætextu verba l. 4. *dela Partida* dedi superius. *Noon obligadas las sieruas, que ouiere se ñaladamente para criar sus hiios.* Ex eo enim, quòd sint deputata mancipia ad filiorũ lactationem decuit ea ab omni seruitutis eripi obligatione: cum eisque agi, ac si omnino ad domini ditionem non pertinerent. Et decuit Mariam Regis filij nutriciam, & lege cõmuni, & Adæ obligatione ligari? Absit. Edoceris, quanta cura adhibenda, vt filij alendi tradantur honestæ nutrici, nutritióque bonis moribus affecto informandi committantur.

OBSERVATIO XIV.

Ad illa verba:

Amon autem genuit Iosiam.

Iosias à Templo, ac luco cunctas idololatriæ reliquias ablegat, adumbrans Mariam; quæ sola cunctas peccati hæreses interemit.

Innuo abiiciendas à corde Dei habitaculo idolorum, seu amorum reliquias.

ACCEDAT felicissimus Iosias cuius memoria conditur fragrantia, cuius præclara gesta æternitati hærescunt. Hic octo annorum puer cunctas idololatriæ deleuit reliquias. *Præcepit Rex Helcia Pontifici, & Sacerdotibus, vt proiicerent de Templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & in luco, & omni militiæ cœli, &c. Et deleuit aruspices, & eos, qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & signis &c.* 4. Reg. 23. An sanctissimus Rex cunctas idololatrias extinxit? Profectò puer extinxit Iuda idololatriam, sed ante pueritiam ipse infans in vtero incensum Baal obtulit. Ergo non cunctas idololatrias comminuit. Sola Maria cunctas idololatrias deleuit, nunquam Baal subiecta. Ideo canit Ecclesia: *Cunctas hæreses tu sola interemisti.* Sola quidem. Nec enim alius omnino Dei Templum, lucos, montes ab idololatria, ab hæresi liberauit. 135.

4. Reg. 23.

Sola Maria Templum sine idololatriæ reliquia. August.

Obiicite menti cuncta Templa, scilicet Diuos omnes Deo præparantes domicilium. Potest-ne augustissimum Delubrum Ioannes in vtero sanctificatus: Omnino sum ab idololatria peccati mundus? Absit. Sola Maria cunctas hæreses interemit, Templum quidem nunquam Baal cultu contaminatum. D. Augustinus apud Clithou. lib. 1. de Concep. cap. 13. fatur. *Quis dicere poterit: sine peccato sum natus: aut mundus sum ab omni iniquitate dicere audebit, nisi illa Virgo prudentissima animatum Dei Templum, quam Deus sic elegit, ac prælegit ante Mundi constitutionem vt reseruata esset incorrupta ab omni labe peccati?* Cuncti Diui Téplum Dei existunt quemadmodum Maria, hoc tamen dissidio, quòd illi priùs fuerint idololatriâ contaminati; at Templum Mariæ nunquam Baal simulacro domum exhibuit, vt mundari deberet Deo sacrandum. Proiiciantur à Iosia è Templo Domini *vasa, quæ facta fuerant Baal*: de Templo spirituali Mariæ nil proiicitur, quia nunquam idololatriæ infamiâ fuit contaminatum. Origenes ex ore eiusdem Clitho. *Maria sola neque serpentis persuasione fuit decepta, neque eius venenosis afflatibus infecta.* Et Gregor. Neocæsar. ser. 1. de Annunc. *Ex omnibus generationibus hæc sola Virgo sancta corpore & spiritu extitit.* 136.

Origen.

Gregor.

Lucus seu mons Maria omnino ab idololatria mundus. Isai. 35.

Cecinit Isaias: *Gloria Libani data est ei.* cap. 35. *Cur Libani?* Quia Libanus idẽ est ac *dealbatio.* Si lucus humanæ naturę à cælesti Iosia mundatus est, quia aliquando idololatriæ locum exhibuit: Mariæ locus nunquam mundatus, quia mons Libanus à conditione ipsa dealbatio est. Interemit enim Deipara in illo primo instanti cunctas hæreses, id est peccatum originale & actuale absterruit, ne luco sacratissimo, aut monte sanctissimo reciperetur. Pulchrè D. Bernardus ser. 4. Super *Salue Regina*, ait: *Libanus mons, qui dicitur dealbatio, signat altam præ omnibus innocentiam tuam. Innocens fuisti ab originalibus & actualibus peccatis, nemo ita præter te. (Tu sola interemisti.) Vnde auctoritas Augustini: Cum de peccatis agitur, nullam de B. Maria volumus haberi quæstionem. Ex eo enim maiorem credimus ei collatam virtutem, ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere, ac parere meruit eum, qui nullum habuit peccatum.* En sola Maria cunctas hære- 137.

Bern.

fes

ses à luco ablegauit, *Ex omni parte* peccatum vicit Iosiam superans fortitudine. Quid est *ex omni parte* vicisse peccatum? Exponit Bernardus: *Ex omni parte, inquit Augustinus, hoc est, ex parte originalis, & ex parte actualis peccati.* Vt cunctas hæreses sola Maria interemisse prædicetur.

138. Siue igitur Deipara sit Templum, siue lucus aut mons, habitaculum Deo præparans ab omni fuit immunditiâ idolorum libera adeò vt necessum non fuerit Iosiæ, qui *Salus* interpretatur, hospitium repurgare. Fulbertus Carnot. ser. de Nat. Mariæ fatur; *Hoc enim primus afferere fas est, quòd anima ipsius & caro, in qua elegit sibi habitaculum Sapientia Dei Patris, ab omni malitiâ, & immunditiâ purissima fuerunt, affirmante Scriptura, quod in maleuolam animam non introibit sapientia.*

Nulla sordes in Dei habitaculo.

Fulbert.

139. Cunctas ægritudines, ac dolores Venetus infidelis naturæ errores appellauit, Ioannes Baptista, Diuique augustissimi cunctas hasce infidelis naturæ hæreses non interemerunt, quia doloribus, aut ægritudinibus quatiuntur. Sola Maria cunctos hosce errores, cunctas hæreses sola interemit, vnum caput draconis comminuens è quo vniuersæ miseriæ pullularunt Audite D. Ildephonsum lib. de par. & Virg. *Nullas adscribant sacratissimæ Matri contumelias, non gemitus, non dolores, non ærumnas, non vllas viscerum vexationes, non vllas diræ tristitiæ corruptiones. Quia hæc omnia in prima origine illata sunt vindicta, & retributiones iustissimæ primæ præuaricationis. A quibus omnibus Maria quantum est aliena à culpa, tantum proculdubio libera fuit à doloribus, & pœnâ.* Ex præfatis collige Domino mundandum adeò esse hospitium cordis, vt nullatenus apud nos permaneat, si vllius hæresis reliquia superfit.

Ægra ac infidelis natura cunctos errores, siue hæreses sola Maria interemit.

Ildephon.

OBSERVATIO XV.

Ad illa verba:

Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis.

Iechonias asserit, Virginem nec in captiuitate genitam, nec vnquam ad Babylonem transmigrasse.

Immo interea, nec particulam Festi diei violandam.

140. IRVM est, quòd Iosias prædicetur Iechoniam ac fratres huius reliquos in captiuitate genuisse, si certum est minimè transmigrasse. Strabus: *Non in transmigratione genuit, non enim transmigrauit; sed secundum prædestinationem Dei, ad transmigrandum.* D. Bernard. epist. ad Honor. *Nati sunt, vt prosuit, & aliorum peccatis captiui ducerentur.* Igitur in captiuitate geniti dicuntur, quia captiui futuri erant. Adeò enim generatio, seu conceptio & vitæ cursus assimilantur, vt captiuitas conceptionis indicet vitæ captiuitatem: & vitæ captiuitas arguat conceptionis seruitutem. Hinc pulchrè Conceptio Mariæ purissima celebratur. Vita Mariæ omnino fuit à seruitute exempta: ergo necessariò arguitur libertas conceptionis; quia si in captiuitate fuisset concepta, nullatenus vita Mariæ plenariâ libertate frueretur. Omninò abstracta à captiuitate Babylonis duxit vitam? Igitur in captiuitate genita non est. Quia quemadmodum captiuitas vitæ arguit generationis captiuitatem: quare filij Iosiæ captiui viuentes dicuntur in captiuitate progeniti; ita libertas vitæ indicat conceptionis aut generationis libertatem. Vnde Maria nata in libertate, & nunquam apud Babylonem commorata apertè firmat se in libertate genitam; quia tota natiuitas & vita Mariæ in captiuitatis labore duceretur transacta, si in captiuitatis labore genita esset.

Strab.

Bernard.

CAPVT I.

Conceptionis Festum probat Mariam extra captiuitatem genitam.

141. ASsero igitur primò Mariam in captiuitate non fuisse progenitam. Mariæ Angelus: *Aue.* Ac si diceret: *Gaude & lucare, pax tibi, quiesce, festum age.* Sola Virgo verè festũ egit, à primo conceptionis instanti quiescens, nullo captiuitatis labore agitata D. Gregorius lib. 18. Mor. cap. 28. de vero festo, veraque à captiuitate abstractione ait: *Populus Dei, qui Deum sequitur, accipit Sabbatum, id est, requiem mentis, vt nullo in hac vita desideriorum carnalium fatigetur appetitu.* Plures hominum in aliqua vitæ differentia extra Babylonis captiuitatem quieuerunt, postquam à conceptionis tyrannide ac labore liberati sunt. In natiuitate rari festum egerunt, Ioannes Baptista, Ieremias, & si quis alius huiusmodi donatus est priuilegio. At omnes in captiuitate geniti, in Conceptione laborârunt vno excepto Iesu & Maria parente.

Nullo captiuitatis dolore affecta Maria.

Luc. 1.

Gregor.

142. Id quod Ecclesia profitetur, dum Conceptionis Mariæ festum celebrat, non sub Sanctificationis nomine, sed Conceptionis. Sixtus IV. in sua Extrau. quæ incipit: *Graue nimis. Cum sancta Romana Ecclesia de intemerata semper Virginis Mariæ conceptione publicè festum solemniter celebret, & speciale ac proprium super hoc officium ordinauerit.* Plura inferiùs. Igitur sic à captiuitate Conceptionis Mariam eripio. Festiuitas Marianæ Conceptionis ab Ecclesia peragitur? ergò libera à captiuitate peccati, sancta & immaculata in illo instanti fuit. Bellarminus lib. 3. de sancto cult. cap. 16. *Nos ex eo, quod Ecclesia celebrat festum Conceptionis, nihil dubitamus conceptionem illam fuisse sanctam.* Vtar argumento de minori ad maius, præmissa Ildephonsi sententia lib. de Virg. & part. Mar. *Beata Virgo nisi in vtero sanctificata esset, minimè eius natiuitas colenda esset,*

Conceptio ab Ecclesia celebratur? Ergo immaculata.

Sixtus.

Bellar.

Celebrat Ecclesia Natiuitatis Mariæ festum? Ergo captiua nunquã in conceptione fuit.

Ildeph.

Nunc

Nunc autem quia ex authoritate totius Ecclesiæ veneratur, constat eam ab omni originali peccato immunem fuisse. Vnde colligit Mariam ab originali peccato in conceptione immunem? Conceptio initium est, seu inchoatio Natiuitatis, ergo festum Natiuitatis ab ipso initio seu inchoatione illius spiritualis diei duci debuit. *Dies,* (adiicit) *quando inchoata est Mariæ Natiuitas, beata pronunciatur, & colitur religiosè satis. Quòd si in peccato esset, iure maledicta diceretur, & gemebunda potiùs, quàm benedicta, quando nunciatum est patri eius, quòd nata esset in seculo.* Igitur arguo sic. Ex festo Natiuitatis Mariæ ab Ecclesia celebrato colligit Ildephonsus Deiparam non modò in ipsa Natiuitate sanctam, sed longè ante in Conceptione. Ergo ex eo, quòd Conceptionis festum Ecclesia celebrat, rectè colligitur Mariam in Conceptione sanctam. Imo fortius ex Conceptionis festo sanctitas Conceptionis, quàm ex festo Natiuitatis eius sāctitas colligitur. Quia natiuitas motus est infantis ex vtero in hanc lucem sibi aliquam temporis vendicans moram. Vnde poterat Maria per priores illius motæ partes in peccato esse, & proximè ante natiuitatis finem sanctitate donari. Quod in Conceptione locum non habet; conceptio enim fœtûs, & animatio illius in vtero fit tota simul, & in instanti indiuisibili peragitur. Quare non potest aliquid illius instantis sanctum, aliquid non sanctum admitti: nec potest dici Deipara in illo instanti & gratia donata, & peccato originali infecta. Igitur minimè in captiuitate Babylonis genita Deipara.

Efficacius ex festo Conceptionis sanctitas conceptionis arguitur, quam ex festo Natiuitatis eiusdem sanctitas.

Capvt. II.

Festum Natiuitatis confirmat nunquam Mariam in Babylonem transmigrasse.

143. IAm verò ex vita non captiuâ colligo generationis libertatem. De Ieremiâ & Baptista sic D. Thomas 3.p.q. 27. *Inuenimus quibusdam priuilegialiter fuisse concessum, vt in vtero sanctificarentur, sicut Ieremias, de quo dictum est cap.1. Antequam exires de vulua sanctificaui te, & sicut Ioannes Baptista, de quo Luc.1. Spiritu sancto replebitur ex vtero matris suæ.* Num hi in vita ad Babylonem transmigrarunt? Ita planè, quia in captiuitate geniti sunt. Vnde non verè festum libertatis egerunt, quia illius natalitiæ festiuitatis inchoatio, quæ est ipsa conceptio non aliena à labore captiuitatis, si quidem peccati habuit annexam seruitutem, quâ totâ quodammodo Natiuitatis solemnitas prophanatur. Vnde Ieremias largiter sub iugo gemens & dolens grauiter, *Maledicta,* inquit, *dies in qua natus sum, dies in quo peperit me mater mea.* Anon peperit sanctum? Ita quidem, sed absolutè maledicta dies vocitatur, quia inchoationem ab originali peccato habens, quasi tota reddebatur laboriosa.

Ieremias & Ioannes in ipsa Natiuitate transmigrauisse in conceptione comperiuntur.
Thomas.

144. Hinc colligo solam festiuitatem Natiuitatis Mariæ, verè posse solemnem nuncupari, quæ inchoatione solemni, libera, festiua donata est. Ildephonsus lib. de Virg. citato. *Aliàs quomodo Spiritu sancto Mariam replente non sine peccato originali fuit, cuius etiam Natiuitas gloriosa Catholica in omni Ecclesia Christi ab omnibus felix, & beata prædicatur? Enim verò si non esset beata, & gloriosa, nequaquam tam festiua celebraretur vbique ab vniuersis. Sed quia tam solemniter colitur, constat ex authoritate Ecclesiæ, quòd nullis, quando nata est, subiacuit delictis, nec contraxit in vtero sanctificata originale peccatum.* Dies itaque natalitius Ieremiæ absolutè maledictus potest prædicari ex eo, quòd eius inchoatio, siue conceptio maledictione peccati plena fuit. Mariæ autem dies natalitius verè festus, verè benedictus, quia eius inchoatio benedictionibus cælestibus redundauit. Præclarum accipe Ildephonsi testimonium, *Vnde etsi Ieremiæ dies maledicta prædicatur, dies inquam natiuitatis eorum. Tamen dies in qua inchoata est Mariæ Natiuitas beata pronunciatur, & colitur religiosè satis.* Quasi diceret: Natiuitas Ieremiæ quantumuis in vtero sanctificati maledicta absolutè prædicatur, quia inchoatio diei illius nempe conceptio, maledictionibus redundans. Dies autem Natiuitatis Deiparæ pronunciatur beata, quia inchoatio eius, siue Conceptio beata & benedicta nimis. Ideo superius dixit: *Quomodo inchoata est felix Mariæ Natiuitas,* nempe in Conceptionis instanti. Et subdit. *Quòd si in peccato esset,* (scilicet in momento Conceptionis) *iure maledicta diceretur, & gemebunda potiùs, quàm benedicta, quando nunciatum patri eius, quòd nata esset in hoc seculo.*

Sola Maria

Natiuitas festiua absolutè quia inchoata in libertate Conceptionis extra Babylonem.
Ildeph.

Alia incedendum via, vt appareat Virginem ex conceptione haud cum filiis Iosiæ transmigrasse in natalitio ad Babylonem. In cuius gratiam præmitto, quidquid de Maria prædicatur superiori ac excellentiori modo de ipsa, quam de quouis alio Diuo prædicari debere. Vnde cum constet Christum, Virginem & Ioannem in Natiuitate sanctos: colligere debeo Christum vt fontem sanctitatis, Mariam & Ioannem miro cælesti priuilegio: at Mariam superiori ac excellentiori modo hâc gratiâ donatam. Vnde si ex celebratione Natiuitatis Ioannis arguitur eius in vtero sanctificatio, ex celebratione Natiuitatis Mariæ aliud superius licet colligere, nempe Conceptio immaculata. Quia vti ait D. Thomas 3. p. q. 27. *Rationabiliter creditur, quod illa, quæ genuit Vnigenitum à Patre plenum gratiæ, & veritatis, præ omnibus aliis maiora priuilegia gratiæ acceperit.* Quare ex eodem antecedenti maius priuilegium in Virgine, quàm in alio quouis Diuo licet colligere. Deiparæ & Baptistæ Natiuitas festiuè in Ecclesia celebratur? Ergo Deipara absque peccato concepta est, & Baptista in vtero fuit sanctificatus. Audite Ildephonsum. *Nullius Natiuitas celebratur in Mundo nisi Christi, Mariæ ac Ioannis Baptistæ.* Quid inde colligis? De Ioanne sic: *Quia in vtero ille sanctificatus fuit.* De Maria autem: *Quia Mariæ Natiuitas ex authoritate totius Ecclesiæ celebratur, constat Mariam ab omni Originali peccato fuisse immunem, per quam non solum maledictio Euæ soluta est, verum etiam benedictio*

145. *Ex eodem antecedenti præclariora in Virgine colligenda, quam in reliquis Diuis.*
Thomas.
Ildeph.

benedictio omnibus condonatur. Confirmo ex D. Bernardo epist. ad Lugdun. *Cum omnes in iniquitatibus concepti sint, neminem unquam mortalium intra materna viscera sanctificatum legimus præter Ieremiam, & Ioannem. Quamquam & de singulari Virgine nulla sit ambiguitas, quin ipsa maternis circumsepta visceribus sublimiori sanctificationis genere mundata sit.* Non ex his verbis sumas illud: *mundata sit*, modus enim loquendi est Patribus familiaris, ex quo nullam licet argui imperfectionem; sed illud aduerte, Virginem sublimiori modo fuisse sanctificatam. Ex eodem enim principio altius commendandum Virginis priuilegium. Collige ex discursu non integrè Festum coli, cuius pars violatur. Licèt enim graue piaculum non sit, particulam festi non custodire; tamen quodammodo ex parte violata totus dies laboriosus nuncupabitur. — Bernard.

SECTIO QVARTA.

Libri generationis Jesu Christi Tractatus tertius. Tertiam Thessaradecadem exponens.

TEXTVS.

VERS. 12. ET post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel. 13. Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliacim, Eliacim autem genuit Azor. 14. Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud. 15. Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Matham; Matham autem genuit Iacob. 16. Iacob autem genuit Ioseph Virum Mariæ.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Iechonia.

1. *Hic Iechonias Iosiæ non filius, sed nepos.*



ET *post transmigrationem Babylonis Iechonias.*] Tertia Thessaradecas Populum à duplici liberat captiuitate. Incipit quidem à libertate, quam Cyrus Iudæis concessit: desinitque in libertate, quam verus Messias toti attulit Orbi. *Igitur post transmigrationem Iechonias &c.* Vidimus Iechoniam hunc diuersum ab illo, de quo idem Matthæus in fine Thessaradécadis secundæ dixit. *Iosias genuit Iechoniam & fratres eius.* Ille enim Iechonias alio nomine Ioachimus, hic autem Iechonias siue Ioachinus dicitur authore Hieronymo: ille Iosiæ filius, & huius secundi Iechoniæ pater sepultura asini, vt Ieremias prædixerat, sepultus: hic Babylonem à Nabuchodonosore cum matre, vxoribus, & viris Principibus translatus. Prior equidem Iechonias dicitur fratres habuisse: *Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius,* nempe dignitate Regiâ claros, & notos Ioachaz, & Sedeciam. At posterior Iechonias non habuit huiusmodi fratres, sed vnum tantum, eúmque minimè in scriptura celebrem, qui 1. Paral. 3. Sedecias appellatur. — Hieron.

2. *Vincula, & liberatio Iechoniæ.* Aderat Iechonias noster apud Babylonem vinculis illigatus à Nabuchodonosore, cum Euilmerodachus Nabuchodonosoris filius anno illo, quo regnare cœpit Iechoniam eduxit è carcere, & ad summum erexit honorem. *Factum est*, (inquit Textus) *in anno trigesimo septimo transmigrationis Ioachin* (seu Iechoniæ) *Regis Iuda mense duodecimo, vigesima septima die mensis sublevauit Euilmerodach Rex Babylonis anno, quo regnare cœperat, caput Ioachin Regis Iuda de carcere, & locutus est ei benignè, & posuit thronum eius super thronum Regum, qui erant cum eo in Babylone, & mutauit vestes eius, quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu eius.* 4. Reg. vlt. Talis enim rerum humanarum vicissitudo, filio soluente, quod pater illigarat. — 4. Reg. vlt.

3. *Quænam honoris exhibiti Iechoniæ occasio? Comest.* Quænam tanti exhibiti Iechoniæ honoris occasio? Petrus Comestor hanc Dan. 5. reddit. Euilmerodach in diebus eiectionis paternæ multa egit impiè in terra, & patre restituto, accusatus apud eum missus est in carcerem, vbi erat Ioachin; eúmque regnare cœpisset, eleuauit Ioachin, quem socium habuerat in carcere. Timénsque, ne resurgeret pater Nabuchodonosor, qui de bestia redierat in hominem, consuluit Ioachin, ad cuius consilium cadauer patris effossum diuisit in 300. partes & dedit eas 300. vulturibus, & ait ad eum Ioachim: Non resurget pater tuus, nisi redeant vultures in vnum. Lyran. Abulens. Carthus. Hugo Card. contestantur. Ego quidem cum D. Hieronymo ad Isai. 14. hæc fabulam sapere iudico. honorémque Iechoniæ exhibitum obedientiæ eius fuisse remunerationem assero. Iechonias enim Ieremiæ consilio, & Dei imperio, vt Ciuitatem seruaret, se — Lyranus. & alij. *Authoris opinio.*

tradidit Babylonis. Acceperat idem à Ieremia consilium Sedecias, cap. 38. *Hæc dicit Dominus, si profectus exieris ad Principes Regis Babyloniæ; viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni, & saluus eris & domus tua.* Non paruit Prophetico consilio Sedecias. Ideò periit, parens Iechonias vixit, & honore affectus est, gloriâ obedientiæ comite inseparabili.

Iere. 38.

4\. *Num Salathiel filius Iechoniæ, qui sterilis videtur vocitari.*

Genuit Salathiel. Quonammodo Salathiel filius Ieconiæ, si Ieremias præfatus. *Hæc dicit Dominus, scribe virum istum* (id est, Iechoniam) *sterilem, qui in diebus suis non prosperabitur; nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super domum David, & potestatem habeat vltra in Iuda.* Cap. 22. Sterilis ergo Iechonias quonammodo genuit Zorobabelis patrem Salathielem? Assero Iechoniam post vaticinium illud in Babylonia Salathielem progenuisse. Dici tamen sterilem, quod ex illius filiis nullus Regno esset potiturus, vti ipse cælestis indicat sermo: *Nec erit de semine tuo vir qui sedeat super solium David.* Vir extitit de semine eius, sed non solium Dauidicum occupaturus. Vrgens, Zorobabel de semine fuit Iechoniæ, nempè eius nepos, qui quidem potestatem habuit in Iuda; Ducis namque populi munus gessit. Ergo non verificatur illud. *Nec erit de semine eius vir qui sedeat super thronum David.* Respondent alij semen significare hoc loco filios, non nepotes: Zorobabelem autem nepotem non filium Iechoniæ. Non placet, quia frequens Sacræ Paginæ mos totam ex lineâ recta progeniem semen vocitari. Iudico igitur hîc nomen potestatis potestatem Regiam significare, qua nullus ex filiis aut nepotibus Iechoniæ in Iuda potitus. Ipsum illud vocabulum, *Super thronum David*, quis non videat ad Sceptrum Regium referendum?

Iere. 22.

§. II.

De Salathiele, Zorobabele, Abiud, reliquisque tertiæ Thessaradecadis progenitoribus.

5\. *De Zorobabele Salathielis filio*

SAlathiel autem genuit Zorobabel. Siue in carcere (quod, Maldonati veniâ, minimè repugnat, vxore quidem aut eidem custodiæ tradita, aut libera ad maritum ingressa; siue postquam è carcere fuit eductus Iechonias in Babylonia genuit Salathielem. Porrò Salathiel in eadem Regione genuit Zorobabelem. Is Princeps fuit & ductor Iudæorum, qui libertate à Cyro donati in Iudæam reuersi sunt. Obiicis 1. Paral. 3. Zorobabelem filium Phadaiæ fratris Salathielis appellari. Ergo Zorobabel genitus non fuit à Salathiele. Cum Abulensi respondeo Zorobabelem nostrum diuersum ab eo, cuius memoria lib. Paral. Ille namque filius Phadaiæ; hic autem, de quo Mathæus, Aggæus, Zacharias & Esdras loquuntur, filius fuit Salathielis. Caietanus contestatur.

6\. *Cur de aliis progenitoribus nihil in Scriptura?*

Zorobabel autem genuit Abiud, &c. De Abiud, cæterisque tertiæ huius Thessaradecadis Iesu progenitoribus, vsq; ad Iacob Iosephi parentē nil extat canonicum. Vndenam tantorum virorum historiæ pressa silentio? Scio Rupertum in fine lib. 1. in Matth. profatū. *Tetigit neruum fæmoris Iacob, vbi benedixit eum, & statim emarcuit. Gen. 32. Quid est hoc, nisi quia futurum erat, vt postquam promissio compleretur, postquam Christus nasceretur, iam tunc omnis apud Deum genealogiarum vetus diligentia pro nihilo haberetur.* Attamen florescente Abiud, plures futuri erant ante Christum natum progenitores. Respondeo igitur, Iudæos suas habuisse scriptas genealogias, ex quibus posteri possent tribus, progenitoresque agnoscere, 1. Esdr. 2. de quibusdam extat scriptum. *Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt.* Profectò huiuscemodi genealogias in tabulariis asseruatas, ab Herode incensas docet Africanus, cuius verba transfert Eusebius, lib. 2. Hist. cap. 7. fatus. *Cùm familia non Hebræorum solum, verum etiam eorum qui vsque ad proselytos genus suum referebant, qui ex Ægypto elapsi commiscebantur cum Israelitis, ad illud tempus scriptis prodita in tabularijs reseruarentur. Herodes, quoniam illorum stirpem nihil ad se pertinere, nihilque ad suam dignitatem illustrandam afferre adiumenti animaduertebat; sua ignobilitatis conscientiâ exagitatus, annales istos de generum, & familiarum antiquitate incendit.* Ideò tertiæ Thessaradecadis progenitorum Christi tēporibus proximiorum nihil prorsus scriptum reperimus. Adde, quod deficiente Regno defecit & plausus.

Aut. de Escobar & Mena. Tom. III.

Rupert.

Gen. 32.

7\. *Cur deducitur generatio Ioseph ex Dauide, si Christus filius eius non fuit?*

Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ. Si Christus non fuit filius Ioseph, quid attinet ad ipsum generatio Iosephi ex Abrahamo & Dauide deducta? Respōdeo, Mariam & Iosephum eiusdem Tribus atque familiæ fuisse. Vnde dum Matthęus & Lucas Iosephi genealogiam recensent; Mariæ quoque, ac proinde Christi obiiciunt. Ita Iren. Tertull. Athanas. Ambr. August. Hieron. Nyssen. Damasc. & alij apud Maldon. Euseb. Emis. audiendus. *In lege præcipitur, vt omnes accipiant vxores de Tribu & cognatione sua, & cuncta familia, maritos de eadem Tribu accipiant, vt hæreditas maneat in familiis, nec sibi commisceantur Tribus, sed ita maneant, vt à Domino separatæ sunt. Hæc tamen lex licet fortasse ad plenum ab omnibus non custodiebatur, ab illis tamen mulieribus custodiri necessarium erat; quæ, quando fratres non habebant, parentibus suis in hæreditatem succedebant. Sic enim præcepit Dominus per Moysem, vt si aliquis sine filiis defunctus fuisset, ad filias eius transiret illius hæreditas. Quæ si de alia Tribu maritos accepissent, hæreditatem quoque in aliam Tribum transire oporteret. Tales igitur necesse est, aut de sua Tribu accipere, aut omninò viros non accipere. Vnde manifestum Beatissimam Virginem Mariam, quæ nobilissima hæres parentibus suis, in hæreditatem successerat, siquidem nec fratres habuit, nec habuisse legitur, neminem de alia Tribu coniugem accipere potuisse.*

Irenæus & alij.

Emissen.

8\. *Tota rationis firmitas nititur Iosephi iustitia.*

Profectò huiusce rationis firmitas Iosephi sponsi respicit iustitiam. Non enim præceptum nubendi cum fœmina eiusdem Tribus studiosus iustitię posset prętereire. Id quod Patres celebrarunt. Ambros. lib. 3. in Luc. *Noli mirari quod Iosephi origo descripta est, maximè cùm in Iosephi origine origo quoque sit Mariæ. Nam cùm vir iustus sit Ioseph, vtique & ex tribu*

ſua, & ex patria ſua accepit vxorem. Nec potuit iuſtus facere contra id quod lege præſcriptum eſt Chryſoſt. & Damaſc. conteſtantur. Nec parnum Ioſephi ſanctitudinis præconium, tan ta legis obſeruatione effulſiſſe, vt tota Euangelica fides circa Mariæ ac proinde Ieſu genealogiam huiuſmodi tranſgrediendi præceptum repugnantia nitatur.

Chryſoſt. Damaſc.

9\. Quæris tamen, cur potiùs Matthæus per Ioſephum, quàm per Mariam Chriſti generationē ex Dauide deduxerit? Num quia Scripturæ ſacræ mos, generationes nō per fœminas, ſed per viros contexere? Ita D. Hieronym. in Matth. vbi aſſerit, *non eſſe conſuetudinis Scripturarum, vt mulierum in generationibus ordo texatur.* Damaſc. Beda, & alij idem affirmant. Inſtas. Non erat Ioſeph verus Ieſu parens. Vnde poterat genealogia vſque ad Mariam de more duci: Maria verò ſola, quia præter conſuetudinem ex Spiritu ſancto conceperat, præter conſuetudinem numerari: An Euangeliſta multorum opinioni ſeruire voluit, qui Chriſtum filium Ioſephi eſſe arbitrabantur? Minimè, ſed quia ſcripturarum ſtilum noluerit ſine neceſſitate præterire. Nam cùm præceptum eſſet Num. 36. vt ex ſua quiſque Tribu vxorem duceret, ne hæreditas ab vna Tribu in aliam auerteretur, & lex huiuſmodi à iuſto Ioſepho ſeruanda proculdubio fuiſſet: veritas Chriſti ac Mariæ genealogiæ tam firmiter adſtruitur deducta generatione ad Ioſephum, quam ſi ad Mariam per Ioachimum deduceretur.

Cur non potius deducitur generatio per Ioachimum? Hieron. Damaſc. Beda.

10\. *Iacob autem genuit Ioſeph.* Cur Matthæus Iacobum Ioſephi patrem appellauit, cùm Lucas cap. 3. aſſerat patrem Ioſephi *Heli* fuiſſe? Reſpondeo cum Caietano fante. *Matthæus patrem naturalem, Lucas vero patrem legalem deſcripſit. Vnde Matthæus dicit*: Genuit, *ſignificando generationem naturalem; Lucas autem*; Fuit, *ſignificando ius legale.*

Ioſeph filius naturalis Iacob, legalis Heli. Caiet.

§. III.

Tractatuum trium Libri generationis Ieſu epilogatio.

11\. VIdiſti in tres Theſſaradecades, quæ libri generationis Ieſu quaſi totidem ſunt Tractatus, ipſum librum diuidi. Quòd ſi cauſam requiras, præter illa quæ ſuperiùs dedimus, ideo in tres haſce partes diſtribui exiſtimo, vt tres illuſtriores populi Iſraelitici mutationes ſignificarētur. Prima enim ab Abrahamo ducens initium terminum in Dauide, mutationem à Iudicibus in Reges indicit. Secunda à Salomone incipiēs in tranſmigratione deſinens Babylonis, mutationem à Regibus ad captiuitatem ſignificat. Tertia denique à Iechonia principium ſumens, in Chriſto Opt. Max. terminum ſortita, oſtēdit à lege, Regno, populoque veteri ad legem, Regnum, populumque nouum, mutationem. Audi Euthymium. *Omnes generationes Matthæus trifariam diuiſit, & merito, tres enim fuerunt gubernationis modi. Siquidem ab Abraham poſt Moyſem & Ioſue vſque ad Dauid ſub Iudicibus gubernabatur. A Dauide vſque ad tranſmigrationem Babylonis ſub Regibus. A tranſmigratione vſque ad Chriſtum ſub Pontificibus. Veniente autem Chriſto vero Iudice Rege, ac Pontifice dicta politia ceſſauerunt.*

Cur Liber hic in tres Theſſaradecades ſeu Tractatus diuidatur? Euthy.

Primæ igitur Theſſaradecadis progenitores recenſeo, Fuit primus Abraham. 2. Iſaac. 3. Iacob. 4. Iudas. 5. Phares. 6. Eſron. 7. Aram. 8. Aminadab. 9. Naaſon, 10. Salmon. 11. Booz 12. Obeth. 13. Ieſſe. 14. Dauid Rex, ſi generationes quatuordecim quælibet Theſſaradecas complectitur, cur terdecies tantùm dicitur vnus alterum genuiſſe? Reſpondeo Abrahami etiam hic comprehendi generationem, quamuis genitus non dicatur. Cùm enim audis quatuordecim adeſſe generationes, intellige quatuordecim perſonas generatas. 12.

Prima Theſſaradecadis ſummarium.

Secundæ Theſſaradecadis primus Salomō. 2. Roboam. 3. Abia. 4. Aſa. 5. Ioſaphat. 6. Iorā. 7. Ozias. 8. Ioatham. 9. Achaz. 10. Ezechias. 11. Manaſſes 12. Amon. 13. Ioſias. 14. Iechonias, ſiue Ioachimus, Ieconiam appello. Si tres Reges (vt vidimus) Ochoziam, Ioas, & Amaſiam Matthæus omiſit, decē & ſeptem, nō quatuordecim fuere generationes. Id minimè Euangeliſta inficiatur. Non enim aſſerit, à Dauide vſque ad tranſmigrationem fuiſſe tantum re ipſa quatuordecim generationes; ſed præter tres omiſſas fuiſſe illas quatuordecim, quas recenſuit. 13.

Secunda.

Tertiæ denique primus fuit Ieconias. 2. Salathiel. 3. Zorobabel. 4. Abiod. 5. Eliacim. 6. Azor. 7. Sadoch. 8. Achim. 9. Eliud. 10. Eleazar. 11. Mathan. 12. Iacob, 13. Ioſeph. 14. Chriſtus Dominus. Si Ioſeph Chriſtum non genuit, nec vllum filium, virginitatis cultor, num rectè genitor numeratur? Ita planè. Non enim genitoribus adiicitur Ioſeph, quod aut Chriſtum, aut alium filium genuerit, ſed quia pater fuerit Chriſti hominum exiſtimatione, & veræ Deiparentis coniux. Vnde ſtili formam Matthæus conſulto mutauit; cum enim in reliquis generationibus verbo: *Genuit* vſus eſſet, de Ioſeph nō ſcripſit: *Ioſeph autem genuit Chriſtum*, ſed *Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus.* Quæſtio grauior exoritur. Virgo Deipara in hac tertia Theſſaradecade Chriſti genitrix numeratur: Ergo quindecim generationes non ſolum quatuordecim cōplectitur. Reſpondeo Deiparam ſimul cū Ioſeph loco vnius tantùm generationis numerari; quia cùm ex Ioſepho genitus non erat Chriſtus, Ioſeph ſolus non numeratur: addita Virgo eſt, non vt diſtinctā, ſed vt eandē efficeret generationem Chriſti, cuius pater exiſtimatione hominum erat Ioſephus, ipſa mater veriſſima. Sic cū dicitur ſupra; *Dauid genuit Salomonē ex ea, quæ fuit Vriæ.* Bethſabee & Dauid non duas, ſed vnā Salomonis generationē efficiūt. Profectò de triplici Populi Iſraelitici ſtatu ac mutatione, quam dixi triplici Theſſaradecade iudicari, operæ pretiū erat, nonnulla hoc loci adnotare: (videlicet quando populi nomine Iſraelis generatio inſignitur? quinam Iudices; Reges, Duces, ſummi Sacerdotes ſtatus ſecundi, Prophetæ, qui Regum tempore vaticinati ſūt? Quonámodo tertius ſtatus poſt captiuitatem emerſerit? De Eſdra, Nehemia, Alexādro, Regibus Perſarum, & Pontificibus Iudæorū vſque ad Antiochū, De Antiochi perſecutione, 14.

Tertia.

de,

de reliquis Iudæorum gestis vsque ad Herodem nisi hoc munus suscepisset noster Barradius, qui doctè tom. 1. lib. 5. à cap. 20. expleuit argumentum.

PANEGYRICVS QVARTVS MORALIS.

Circa literam.

IN MARIAM SINE LABE CONCEPTAM

Ex Tertio Libri generationis Iesu Tractatu.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel.

Maria non dicitur filia resurrectionis, sed præparationis Domini; quia nunquam cecidit præparata in Filij Dei Parentē.

Vnde colligo, plerumque non præparari à Domino ad augusta munia, qui frequentibus lapsibus obnoxius est.

15. DVPLICEM Iechoniam fuisse vidimus. Ex primo quidem Ieconia seu Ioachim non texitur apertè generatio, saute Matthæo *Ieconias genuit Iechoniam:* sed prætermissâ Ieconiæ siue Ioachimi generatione, fatur: *Iechonias autem genuit Salathiel.* Si causam requiras, ea in promptu ad purissimæ Cōceptionis præconium. Ieconias Iosiæ filius, *Resurrectio Domini* vocitatur: Iechonias autem filius Ieconiæ seu Ioachimi, idē est ac *Præparatio Domini*. Vt innuatur Mariam filiam potius ex præparatione Domini, quam Resurrectione celebrandā. Maria enim non surrexit; quia Filij Dei præparatur in Matrem.

16. *Maria nunquam cecidit, quia Dei præparabatur in Matrem.* Non quidem surrexit, quia nec cecidit, nec mortua est Inquit sponsa: *Surgam, & circuibo Ciuitatem.* Cant. 3. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo.* Cant. 5. Postquam per delictum Ecclesia cecidit, mortua est, in lecto renuit pœnitere (vti Bernardus exponit) surgit diuinæ gratiæ cooperādo. At Maria nunquā surrexit; quia cecidit nunquam, *Vidi* (ait Ioannes) *Ciuitatem sanctam Ierusalē descendentem.* Apoc. 21. Nec enim sanctissima Ciuitas sanctorum congregatio à casu eximitur; sanctissimus enim quisque purus homo, vel à Deo descendens dum concipitur, descendit, & cadit Attamen descendente ac cadente Ecclesia prius quàm dealbaretur in sanguine Agni sponsi, aut Ecclesia fieret, sola Maria à cunctis separata stans apud cælū depingitur. *Signū magnū apparuit in cælo Mulier amicta Sole, & luna sub pedibus eius.* Apoc. 12. Profectò ne excideret, fulchrum pedibus Mariæ luminare æternum adducitur; sublunaria subiecta casui, quæ autem super- lunam minimè casui obnoxia. Igitur sola Maria nec descendit, nec cecidit. Quare? Quia *in vtero habens &c.* Ibid. Præparatur in Matrem? Iustè ergo non cecidit, nec descendit sicut Ierosolyma: *Vidi Ciuitatem descendentem.* Pulchrè D. Petrus Damian. serm. de Assump. *Sola illa Mater Creatoris neque descendit, nec cecidit.*

Margin: Cant. 3. Cant 5. Apoc. 21. Apoc. 12. Damian.

17. *Maria quæ non cecidit, sola inter puras creaturas non surrexit.* Quæ igitur non cecidit, non surrexit; quia post casum surrectio præparatur, iuxta illud: *Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Psal. 126. Quia scilicet surrectio casum supponit. Vnde Virgo exoriens ex præparatione Matris Dei à communi casu libera, & non à resurrectione, quæ casum supponit, obiicitur. De Ioanne Dominus: *Non surrexit maior Ioanne Baptista.* Mat. 11. Difficilis planè locus. Videtur enim Christus affirmare Ioannem omnium hominum sanctissimum. Annon ipse Christus ex Muliere natus? Num non Deipara nata ex Muliere? Quonammodo ergo potest verificari Ioannem omnium ex Muliere natorum esse sanctissimum: si Christi ac Mariæ derogatur sanctitati? Profectò ingeniosè Sapientiæ Princeps se ac Matrem à comparatione eximit. De resurrectione etenim post casum sermo procedit, vnde non includuntur illi, qui nunquam cecidere. Ac si diceret. Inter natos mulierum, qui ceciderunt, nullus maior Ioanne surrexit. At quia nec Christus, nec Mariæ ceciderunt, ac proinde non surrexerunt, euidēter ab huiusmodi comparatione eximūtur. Præclarum accipe D. Bernardini Senen. serm. 49. post resur. testimonium: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne. Vult dicere, quod Ioannis Baptistæ anima est maior omnibus animabus natis ex muliere. Et Christus cautè se extrahit, ac Virginem gloriosam, si bene aduertis suum eloquium. Dicit enim: Non surrexit; quia nullus dicitur leuari, seu surgere, qui non cecidit. Sed quia Christus non cecidit in aliquo peccato conceptionis, neque actuali, & similiter beata Virgo, ideo non sunt in illa regula, quia non ceciderunt modo iam dicto. Ideo non dicuntur surgere, sicut omnes cæteri omnes, qui ceciderunt, & cadunt ab Adam citra per peccatum originale.*

Margin: Psal. 126. Mat. 11. Bernard. Senen.

18. *Esther, quæ Dei præparatio est, sola non cadit.* Richardus Laurent. lib. 4. *Designatur Maria per Esther, quæ præparata in tempore interpretatur.* En filiam Iechoniæ seu præparatio Domini Nam Regina Maria in Domini Matrem præparatur. Hinc est quòd Esther Mariæ typus, habuit (vti adnotat idem Richar.) *gratiam super omnes mulieres, & misericordiam.*

Margin: Est. 2. Richar.

diam. Misericorditer enim Dominus Filius futurus corruentibus cunctis, eam præseruauit à casu. Regina *corruit*, Rex autem *sustentans eam vlnis suis*, clamat: *Non morieris.*
Esth.15. Esther. 15. Corruit quidem, non cecidit. Corruere enim idem est, ac obnoxiam esse casui, quia Adami filia, quam Rex sponsus futurus filius vlnis cruci suffixis sustentauit, ne caderet. Cadentibus namque cunctis sola Maria, quæ præparata est in tempus, seu Domini præparatio eius Mater futura est, à casu liberatur. Collige hinc frequenter à casu præseruari illos, quos Dominus præparat ad augusta. Vnde qui frequentibus lapsibus obnoxius est, non speret se ad celsiora munia destinatum; quia præparatio Domini innocentia est, dum *viuis thesauros preparas in diem salutarem*, Iobo adnotante.

Observatio II.

Ad illa verba:

Salathiel autem genuit Zorobabel.

Salutatio Angelica Mariam adstruit ab originali immunem.

Vbi innuo lætitiam ex gratiâ oriri: omnem locum aptum ad virtutem violenti: Dei præsentiam peccatum excludere: fœminas laudabiles ex fortitudine ad vitia superanda: parentésque ex filiis bonis commendari.

19. *Oratio Aue Maria est Oratio mea, qua digne celebratur Conceptio purissima ab Angelis, & hominibus.* Beda.

PArens Salathielis Iechonias Mariæ conceptionem celebrauit, Filius ipse iam celebret patris instar, ex nominis significatione. Salathiel enim idem ac *Petitio mea Deus*, siue *Oratio mea*. Beda venerabilis asserit congruè ab Angelo & Elisabetha Orationem *Aue Maria* esse compactam, vt & Cœlicolæ & homines affirmare valeant hanc esse suam orationem. Angeli exultantes clament: Hæc salutatio *oratio mea Deus*, quidquid enim à te conemur impetrare, salutatione Marianâ præmissâ postulamus. Homines gestientes profiteantur; *Oratio* hæc *mea Deus*, qua Numinis irati valeo præcordia emollire. Profectò Chry-
Chrysip. sippus ser. de Deip. docet nullatenus nos posse quodcumque Virginis præconium celebrare nisi *sumamus initium à verbis, quæ Gabriel apud Mariam fecit: Aue gratia plena Dominus tecum, &c.* Angeli igitur & homines vna voce, vt Mariæ sine labe conceptæ gloriam exprimant, proclament: *Aue gratia plena, Dominus tecum &c.* Nec enim initium encomiorum Mariæ nempe Conceptionem purissimam celebrabimus, nisi *initium sumpserimus a verbis, quæ Gabriel apud Mariam fecit.*

Caput. I.

Angelus Oratione sua: Aue gratia plena, Dominus tecum, purissimam celebrat conceptionem, primò quidem dictione: Aue.

SI Angeli in cælis illo instanti Conceptionis Mariæ (authore D. Vincentio Ferrar.) 20. *Angeli celebrant Conceptionis gloriam.* Vincent.
celebrauerunt festum Conceptionis: nullo conuenientiori hymno vti potuissent, quàm Angelico illo à Gabriele proferendo: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* Porrò magnæ authoritatis viri ex particula prima: *Aue* puram Deiparæ Conceptionem prædicare conati sunt. Etsi enim hac voce quasi luserint, adeo lusus fuit 21. *Patres lusu pio huius vocis: Aue, & Eua vtuntur.*
celebris, vt ad seria etiam exsurgeret. Nam cùm potuisset interpres dictionem græcam transferre in verbum: *Gaude*, diuino nutu in Aue transtulit, quo verbo piè Ecclesiam voluisse contendunt indicari Virginem ipsum nomen Euæ, ac proinde quas in Mundum inuexit calamitates in æternam fœlicitatem transmutâsse. Hinc Hymnus Ecclesiæ: *Funda nos in pace, Mutans Euæ nomen*; Eua enim & Aue eisdem literis, transmutatis tamen scribuntur. Alij *Aue* dissoluunt, vt *a* sit particula negans, *ve* autem vertendum sit in *va* interiectionem, *à va*, id est, sine dolore, sine molestia. Hinc natum hemistichium: *Va quia tollis, aue.* Habet huiusmodi allusio patronos D. Thom. in Expos. Salut. Ang. Bonauent. in spec. lec. 2. Alber. Mag. de Laud. Virg. & alios. Thomas. & alij.

Quàm alia ab Eua Maria! *Dilectus meus loquitur mihi: surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.* Cant. 2. Quibus verbis pulchra antithesis Euæ ac Mariæ continetur. Eua Deo inimica, Maria amica: Eua vipera, Maria columba: Eua ex culpa deformis, Maria, sine vlla labe, pulcherrima: Euâ ad latebras nuda fugiente, Mariâ omnium ornata virtutum amictu semper in luce versante. Rupertum audite. *In his omnibus Maria Euæ opposita. Eua mihi inimica superbia, quia intumuit, viro suo vipera per malitiam, quam ex serpente concipiens foris, facilè cessit; sibimet deformis & ignominiosa per pruritum libidinis, quæ statim scaturire cœpit: vnde & nuditate cognitâ, se folio contexit. Tu amica mea per humilitatem, quia contra Deum non intumuisti: (cunctis quidem intumescentibus in Adamo) sed mente humili Altissimo placuisti. Tu columba mea, mea per charitatem, quia serpenti aurem non præbuisti, imo inter te & serpentem inimicitias ego posui. Tu formosa mea, nam nuditatem non incurristi.* 22. *Eua inimica vipera deformis per culpam: Maria amica, columba, formosa per originalem iustitiam.* Cant. 2. Rupert.

Sponsus ipse loquatur. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascendunt de lauacro.* Cant. 4. Præmiserat: *Oculi tui columbarum.* Vbi subtiliter Euæ & Mariæ dissimilitudo continetur. Euæ rapacitatis facta memoria, dentes Deiparæ nunquam de ligno vetito sumentes celebrantur. Rupertus ad hæc. *Euæ oculi fuerunt coruorum rapacium, quia scriptum est: Vidit mulier lignum quod bonum esset, ad vescendum, &c. & tulit de fructibus eius, & comedit.* 23. *Eua rapuit de ligno, & comedit. Maria dentes sine pomi succo, mundissimi, sanguine Dei diluti, ad præseruationem.* Cant. 4. Rupert.

medit. Vnde dentes Eua fuerunt quales sunt dentes leonis, qui mordentes vetuum ventura posteritatis sua animas interfecerunt. Tui dentes ô amica mea, sicut grex tonsarum, qua ascenderunt, id est, certissimè ascendent de lauacro. Cùm enim de latero meo lauacrum regenerationis sanguinis & aqua riuis profudero, tunc oues mundabuntur eodem lauacro. Vt acumen Abbatis aperiam, illa premo: *Ascenderunt, id est, certissimè ascendent.* Cur verbo præteriti vsus, si futura erat Dominici sanguinis ablutio? Quia ante profluxum salutaris lauacri, iam Deiparæ dentes ablutos aspiciebat in præseruationem, ne Enâ secuta de ligno sumeret, dentésque Mariæ succo vetiti pomi obstupescerent. Dentes igitur Euæ leonis dentes vetitum mordentes: *Et mordendo vetitum*, &c. At dentes Mariæ ouiû, quæ gramina pascentes haud sese vetitæ ingerunt messi; ideóque è lauacro sanguinis salutaris surgentes primã præferunt innocẽtiã.

CAPVT. II.

Particula: Gratia plena, à luna semper plena Maria omnem in ipso Draconis Capite defectum seu ecclypsim excludit.

24\. *Gratia plenã non prædicaret Angelus nisi in gratia conceptam.* Thesiphon.

ADiicit Gabriel: *Gratia plena.* An gratia plenã vocitaret Mariam, si in gratia cõceptam non aspiceret? Respondet Thesiphon Iacobi maioris Discipulus, laminis illis nuper in Granatensi sancto monte repertis. *Illa Virgo, illa Maria, illa sancta preseruata fuit à peccato Originali in primo instanti sua Conceptionis, & libera ab omni culpa.* Vndenam colligis? *Quia nunquam Angelus Virgini diceret: Gratia plena, si in originali peccato fuisset concepta.* Reddo ex Ildephonso lib. de Partur. Deip. rationẽ. (Ildeph.) *Cùm dixit Angelus: Gratia plena, ex integro iram exclusam ostendis, & restitutam gratiam declaras.* Idem scribit D. Fulgent. serm. de Laud. Mar. (Fulgen.) *Cum dixit: Gratia plena, ostendis ex integro iram exclusam prima sententia, & plenam benedictionis gratiam restitutam.* Id est, gratiam, qua ante maledictionem primi Parentes fruebantur. Adiicit Ildephonsus. (Ildeph.) *Interrogemus istos sequaces Eluidij, qui etsi Virginem non denegant permansisse, pudicitiam tamen commaculant, & gratiam, qua plena prædicatur, quando communi lege natura vitiata dicunt eam peperisse. Quia si ita peperit, ergo adhuc ac si in massa prima damnationis contra Angelicam vocem, Verbum Patris de carne (quod absit) vt caro fieret, carnem assumpsit. Sed quia contra fidem catholicam est sic sapere, beata Virgo (attende) plena gratia nec dolorem sentit, nec corruptionem; quia quantùm aliena fuit à culpa, Spiritu sancto in ea cooperante, in totum extranea à maledicto prima damnationis.* Itaque illa verba: *Gratia plena,* Mariam omnino asserunt à culpa immunem, quo antecedenti vti certo præmisso, arguit Ildephonsus minimè communi legi subiectam peperisse. concepiæ enim Matris conditionem secuta est prolis in

lucem processio.

25\. *Vt in Incarnatione gratia plena, in Conceptione debuit esse sine delicti tenebra.* Cant. 6. Rupert.

Cui sensui do illud Epithalamij: *Quæ est ista, qua progreditur, quasi Aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol?* Cant. 6. Extitit in Filij incarnatione Virgo *pulchra vt luna,* plena quidem gratia? Ergo in conceptione Aurora sine tenebris culpæ esse debuit pleni diei seu plenitudinis illius prænuncia. Rupertus pulchrè. *Quam pulcher ordo in ista laudatione! Primò surgens vt Aurora, pulchra deinde vt luna. Quando orta est* (id est concepta) *Virgo beata, tunc verè Aurora surrexit, Aurora prænuncia diei sempiterni. Quando autem Spiritus sanctus in te superuenit, & Filium virgo concepisti, tunc tu & ex tunc pulchra pulchritudine diuina, pulchra vt luna.* Nec enim pulchrè ordinaretur pulchritudinis Mariæ seu gratiæ plenitudo in Incarnatione prædicata, nisi ex immaculata conceptione duceret exordium, diei sempiterni Aurora prænũcia. Confirmo ex Decreto Ioannis Aragonum Regis. (Ioannes Rex Aragonum.) *Defuit-ne ergo tam excellentissima Virgini in conceptu almifici sui corporis aliquid puritatis vel gratia ob prætensum originale peccatum, quam missus ad eam cælestis Nuntius pacis Angelus salutando Aue gratia, plena, prædicauit?* Quæquidem verba augustissimum Aragoniæ Regnum columnæ Deiparæ Cæsaraugustanæ deberet sculpere in æternum Marianæ sine labe conceptionis documentum. Vt monumentum ipsum Virgineæ protectionis extet Conceptionis immaculatæ monumentum.

26\. *Luna Maria semper plena.*

Lunæ plenæ assimilari Mariam cum plena gratia prædicatur grauis Doctor noster affirmat. Quia cum plena est luna ab omni defectu abstracta ostenditur. Vnde ab sponso *pulchra vt Luna, electa vt Sol* appellatur; est enim adeò plena, adeò à tenebris, ac defectu aliena vt Soli clarissimo nunquam deficienti valeat æquari. Ambrosius Ansbert. (Ansbert.) in humil. Alcuini. *Tu pulchra es vt Luna, imo pulchrior Lunâ; quia tota pulchra es, & macula non est in te, neque vicissitudinis obumbratio.* Cùm luna plena est, defectum admittit; Tu pulchrior illa nulli subiacens vicissitudini, Solis instar semper ornata plenitudine.

27\. *In capite Draconis Maria semper plena luna vbi Eua ecclypsim est passa.*

Prima Sphæra, in qua est luna, duobus circulis constat, quorum alter *Concentricus,* seu æquans; alter *Eccentricus,* seu deferens dicitur. Figura verò intersectionis, quæ istos circulos quasi discludit, appellatur *Draco magnus;* imitatur enim draconem. In cuius quidem capite tam plenitudinem quàm ecclypsim Lunæ euenire necessarium est. Eua & Maria lunæ sunt in capite Draconis, vbi illius ecclypsis & defectus, vbi hujus plenitudo. Eua plena gratiâ (sic fari liceat) creata fuit, quia autem quando luna est plena, defectus Lunæ est, ecclypsim passa communis Parens. Anastasius Synai. lib. 4. Exa. (Anast. Synai.) *Eua luna antigna est. Ecclypsis certè, seu defectus Luna est, quando Luna est plena.* Ac si diceret: In capite Draconis, seu propter serpentem accedentem ad Euam illam inducentem ad præuaricationem Euæ nunc plenæ defectus euenit gratiæ. *Quod si ecclypsim,* (adiicit ille) *lucis defectum, & imminutionem, & rursus renouationem sicut in Luna*

vis etiam videre in Eua, Cogita Prophetam, qui dicit Deo: Lumen sunt præcepta tua super terram; quorum etiam defectum sustinuit Eua propter inobedientiam. Adam enim non fuit deceptus, sicut dicit Apostolus: Eua autem decepta, cum à tenebroso, & obscuro serpentis domicilio oppressum esset, & defecisset eius lumen. Eo in Draconis capite lumen illius plenæ lunæ defecit.

27. *Conterens Virgo caput Draconis non est imminuta.* Anastas.

Verum in eodem Draconis capite plenitudo Lunæ Mariæ nunquam passuræ defectum stabilita est. Conterens enim Virgo in sua Conceptione Draconis caput minimè est ecclypsim experta. Idem Anastasius egregiè. *Eius tamen luminis defectum restituit lux vera, quæ ex ipsa processit, ex secunda, inquam, Eua Christus, tanquam ex quapiam plenâ Luna Maria, quæ nunquam minuta fuit, aut defecit, aut priuata fuit essentiali lumine, si quidem ei acclamauit Angelus: Gratia plena. Propter Euam quæ est Luna, propter Euam, quæ fuit male habita, & vexata, & quæ ex suo defectu per inobedientiam fugerat, & se absconderat, & mauerat à lege inobedientiæ, Maria gratiâ repleta est à Sole iustitia nempe à Deo.*

28. *Illustre argumentum.* Apoc. 12.

Accidisse planè Mariæ in Draconis capite plenitudinem illud asserit Apocalypseos: *Signum magnum apparuit in cælo mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius.* cap. 12. Luna tibi sit serpens, qui vti Luna mutatur, cuius caput vera, plena, stabilis Luna Maria Sole induta comminuit, vbi Luna Eua ecclypsim est passa. D. Bernardus: *Vnicus ille stultus, & totius princeps stultitia, qui verè mutatus vt luna, sapientiam perdidit, in decore suo sub Maria pedibus conculcatus, & contritus miseram patitur seruitutem. Nimirum ipsa est quondam à Deo promissa Mulier serpentis antiqui caput pede virtutis contritura, cuius planè calcaneo multis versutiis insidiatus est, sed sine causa.*

Bernard.

29. *Eua ecclypsim sub pedibus habet Maria.* Gregor. Bernard.

Ait D. Gregorius lib. 34. Mor. cap. 7. *In luna, quæ menstruis supplementis deficit, mutabilitas accipitur.* Lunam ergo deficientem luna semper plena Maria conculcat, dum ipsam mutabilitatem, ecclypsim, atque defectum Euæ sub pedibus habet. D. Bernardus: *Et luna sub pedibus eius. Defectus*, inquit, *omnis sub eâ, & quidquid fragilitatis, & corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate, prætereris omnibus excellit, vt meritò sub illius pedibus luna esse dicatur.*

Capvt III.

Verbum: Dominus tecum firmat semper cum Virgine Deum à primo Conceptionis instanti.

30. *Deus semper in Virgine.*

PErgit Angelus: *Dominus tecum* Alij: *Dominus semper tecum*, vt aduerbium, *Semper* omnes temporum differentias complectatur. In Conceptione enim fuit in mente Mariæ, per omnem vitæ circulum in corde, Incarnationis instantiâ in vtero commoratus est. D. August. ser. 1. de Annunc. *Tecum Dominus in corde, tecum in vtero, tecum in auxilio.* In auxilio quidem quando adiuuauit eam Deus manè diluculò, hoc est in primo Conceptionis instanti.

August.

31. *Deus cum Maria fuit, est, erit.* Psal. 67.

Dauid celebrat hymno. *Numquid Sion dicet, homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus.* Psal. 67. *Homo* bis scribitur, ac semel *Altissimus*, vti innuantur singulæ temporum differentiæ, queis Dominus cum Maria commoratus. D. August. serm. 9. de Natiu. Psalmum de Virgine exponit. Verbis præfatis statim subscribitur hebraicè *Sela* hoc est *semper*. Ac si diceret Vates: Homo natus est in ea *semper*, & ipse *semper* eam fundauit Altissimus, hoc est Deus semper cum Virgine. D. Bonauent. pulchrè. *Dominus tecum, ô Maria, tecum corde, tecum fuit, tecum est, & tecum erit.* Fuit quidem in Conceptione, est in Incarnatione, erit per reliquæ vitæ spatium æternè. Annon id expressit D. Cyprianus profatus? *Quæ carnis & mentis integritate insignis, spiritualis, & corporalis intus & extra Christi præsentiâ fruebatur.*

August. Bonauent. Cyprian.

32. *Non obstante peccati pessulo, non Dominus ingressus Virginem dimisit.*

Quòd si Deus sponsus inclamans: *Ego sto ad ostium, & pulso*, non modò ad ostium sponsæ non aperientis, imo renuentis aperire, perseuerat; sed summis ab ipsa precibus contendit, vt è lectulo surgens, Dilecto aperiret: non dubium, quin ostio reserato subitò ad charissimam ingrediatur sponsam. In primo ergo Conceptionis instanti, pessulo peccati communis non obstante, commoraturus in Virgine ingressus proculdubio est. *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.* Cant. 5. Quem locum sic nostro argumento acutè dedit Honorius profatus. *Sacra Virgo ostium fuit, per quod Christus in Mundum intrauit, pessulum autem erat moles peccatorum hominum, quod ideo ab ea apertum dicit, quod à Spiritu sancto præformata, non, sicut cæteri, in peccato dicitur concepta: insuper & sanctè viuendo peccata declinauit; sicque dilecto ingressum patuit, quia per ipsam ipsa misericordia in Ecclesiam venit, &c.*

Cant. 5. Honor.

33. *Possedit Deus Virginem à primo Conceptionis instanti possessione Ciuili, siue spirituali.* Prou. 8.

Ipsam Deiparentem audiamus. *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Prou. 8. Duplex possessio, naturalis, quæ ad res corporeas spectat, & est possessio, quasi pedum sessio: & ciuilis, quæ ad res tendit incorporeas. Possessio rei corporeæ corpore, incorporeæ autem animo ipso capitur. Sic in Basilicis ad l. *Nemo*, de acquirenda possess. Hoc præmisso, Deum assero naturali seu corporali possessione Virginem possedisse, quando Verbum caro & corpus factum est. *Pedes eius similes aurichalcho.* Apoc. 1. Rupertus Pannonii, & Aret. Gregorium citantes pedes humanitatem Christi signare affirmant. Cùm autem possessio idem quod pedum sessio, Deus Virginem pedibus hoc est, humanitate possedit, ipsa clamante: *Ecce ancilla Domini &c.* porro idem Conditor ciuili possessione, seu spirituali per gratiam & iustitiam animum Mariæ semper possedit. Ideo Angelus ante Verbi incarnationem dixit: *Dominus tecum* iam per ciuilem, seu spiritualem possessionem, citò per naturalem, seu corpoream possessurus. D. Leo serm. de Imm. Dom. *Virgo Regia Dauidica stirpis eligitur, quæ sacro grauidanda fœtu, diuinam humanamque prolem prius conciperet mente, quàm corpore.* Vbi illa particula: *Mente* ad spiritualem pertinet possessionem; illa autem: *Corpore* ad naturalem seu corpoream spectat.

Apoc. 1. Rupert. Aretas. Pann. Leo.

spectat. Nil antiquius in homine illo conceptionis instanti, quo Diabolus animam possidet At Maria, *Dominus* (inquit) *possedit me in initio viarū suarum.* Cum aliis in hominibus prima possessio propter Adami culpam Diabolo cedit, me Conditor plenè possedit. Docet Iurisconf. L. *seruit.* ff. de seruit. præstantissimam illam possessionem esse, quæ *antiqua, certa, & continua.* Dominus igitur Virginem possedit *in initio viarum*, hoc est in primo instanti Conceptionis, quo nihil antiquius. Possedit, inquam, continuâ possessione, quam nulla etiam momentanea possessio Diaboli aut præcucurrit, aut intercœpit. Possedit & certâ possessione, quæ nunquam à me in dubium, aut quæstionem vocabitur ab
Aug. Augustino edoctus: *Cùm de peccatis agitur, nullam de Virgine volo haberi quæstionem.*

CAPVT IV.

Verbum: Benedicta tu inter mulieres, ab Elisabetha adiectum Mariam probat fortissimè hostem in primo Conceptionis instanti comminuisse.

34. *Inter fortes sola robusta Maria ad serpentem cōminuendum.* Blesens.

ADiecit verbis Angeli Elizabetha: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Conceptioni Deiparæ accommodo cum Petro Blesensi serm. 1. de Aduen. *Benedictionem attulit Mariæ Angelus, dicens: Aue benedicta inter mulieres, id est, sola robusta inter molles. Benedicta tu inter mulieres*, inquit Cælicola. Num fortissimas fœminas cōprehendit? Ita planè. Iahel, Iudith fortitudine celebres, quas inter Maria, *molles* vtique *sola robusta est*: quia fortissimæ quæque in Mariæ conspectu diffluunt infirmitate, cunctæ molles, seu mulieres sunt, nam mulier à mollitie.

35. *Benedicta inter benedictas, quia fortior cunctis ad hostem superandum.* Prou. 31. Iud. 5. Iudit. 13.

Salomon ad hæc: *Mulierem fortem quis inueniet?* Prou. 31. Quis inueniet? Ego quidem, qui legi Iahelem fortitudine pollentem, & Iudith robore ipsos viros superantem. Vnde benedicta appellatur vtraque. *Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber*, Sysaram fortiter occidens. Iud. 5. *Benedicta Iudith à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram occidens Holophernem.* Iudit. 13. Si benedictæ prædicantur, quia fortes, non sola Maria fortis mulier benedicta appellanda. Ergo non *Sola benedicta inter mulieres, id est, sola robusta.* Sola profectò robusta, quia fortissimarum robur in conspectu Mariæ molle quidem est.
Hieron. Aiebat Hieronymus in Prol. ad Sophron. *Taceo de cæteris sanctis mulieribus, quarum velut syderum igniculos clarum Mariæ lumen abscondit.* Robustæ illæ, sed coram fortissima Virgine tota illa fortitudo ac validitas euanescit. Sysaram Iahel, Holophernem Iudith superauit? Maria Diabolum serpentem, id est,
Blesen. originale peccatum comminuit. Blesensis, *Maria sola robusta inter mulieres, id est, inter molles, mulier enim à mollitie sumitur. Hæc est Mulier fortis: de qua scriptum est: Mulierem fortem quis inueniet? In cuius fortitudine dictum est Diabolo serpenti: Ipsa conteret caput tuum.*
36. Proh fœminæ egregiam fortitudinem, leuissimo plantæ ictu in Conceptione serpentē horribilem interimere. Rupertus ad hæc. *Serpenti cum fœmina maxima discordia est. Nam si nuda mulieris planta dentem serpentis præuenerit, & vinacissimum caput eius vel leuiter presserit, statim totum cum capite corpus repentè interit, seu vt nullus omninò motus, nullus sensus in aliqua parte residuus sit.* Soli Mariæ serpentem omnino comminuenti huiusmodi spiritualiter sententia potest adaptari.

Leuissimo plantæ ictu serpentis caput comminuit. Rupert.

37. *Econtrà ille* (adiicit Pater) *quamlibet exiguus sit, si vel extrema planta dentulum infixerit, fœminam occidit. Morsu namque infusa pestis per venas vegetatione corporis hausta discurrit, animámque eximit.* Si Serpens, si peccatum extremam plantam, id est, Conceptionem fortis fœminæ Mariæ corripuisset, per totum Virgineum corpus, videlicet per totum vitæ discursum venenum diffunderetur: ab illóque primo morsu reliqua Virginis priuilegia quasi infecerentur. In hominum enim existimatione nescio quid ex illâ primi morsus infectione toti Marianæ œconomiæ resultaret.

Si concepta esset in culpa quasi tota eius vita cōtaminaretur. Rupert.

Quid quod Euæ maledictio per Mariam in benedictionem fuerit immutata? Aug. serm. 1. de Annunc. *Maledictio Euæ in benedictionē mutatur Maria.* Guar. Abbas. *Quæ primæ matris maledictionem dissoluit, vt per istam benedictionem hæreditatem possiderent, qui per illam sub præiudicio maledicti æterni fuerant nati.* Fulgent. *Maledicta Eua fuerat, quam nunc credimus per Mariam ad benedictionis gloriam remeâsse.* Hieronymus serm. de Assump. *Quidquid maledictionis infusum est per Euam, totum abstulit benedictio Mariæ.* Et Petrus Damian. serm. de Natiuit. *Maria benedictionis noua fluentum totum detersit maledictionis antiquæ contagium.* An quæ fuerat in conceptione maledicta medicamen aptum ægrotantibus ex primi delicti seu maledictionis contagio posset adhibere? 38.

Eua maledictiones in benedictiones conuertit Maria. August. Guarric. Fulgent. Hieron. Damian.

CAPVT. V.

Particula denique: Et benedictus fructus ventris tui, Marianæ Conceptionis gloriam concelebrat.

CLaudit nostram Orationem Elisabeth: *Et benedictus fructus ventris tui.* Christus Iesus fructus Paradisi Mariani? Ergo simul cunctis iustitiæ emissionibus stipatur. Concinit Sponsus. *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, Cypri cum Nardo, Crocus, Fistula, & Cinamomum, cum vniuersis lignis Libani* Cant. 4. Vbi Rupertus fructuum obseruat, septenarium, Mala punica, Cyprus, Nardus, Crocus, Fistula, Cinamomum, Cedrus Libani, quo quidem omniū gratiarum & vniuersitas designatur, Vnde nam omnimodâ gratia donatur Maria? *Cum pomorum fructibus.* Indicat Iesu mali inter ligna syluarum fructus è paradiso Mariæ habens exortum. Si fructus Virginis Iesus, quonam modo simul non omnes fructus gratiæ parturiret? Bellè confirmat Guillermus Paruus apud Del-Rium. *Vnicus Mariæ fructus, qui* 39.

Si Iesus fructus paradisi Mariani, omnes emissiones gratiæ procul dubio eruunt. cant. 4. Guillerm.

ab efficacitate salutis dictus est Iesus. Sed in vno illo fructu multiplex est fructus. Fructu enim Maria septenario, quo cunctæ gratiæ, ac priuilegia innuuntur, stipata apparet.

40. *Vt benedictum fructũ germinaret, ipsa benedicta.*

Pondera copulationem benedictionum. *Benedicta tu, & benedictus fructus ventris tui:* Quasi necessarium fuisset, Mariam benedictam, vt benedictum fructum germinaret. Inde enim quasi maledictus fructus, vnde arbor maledicta. Annon humana arbor maledicta à communi radice, hoc est, à conceptione? Ita planè. Ideo enim Propheta diem maledicit in quâ conceptus homo. Profectò Iesus radicem Mariæ minimè maledictione infectam dignoscens ore Prophetico clamat. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Isai. 11. Vbi notat Bernardus lib. 5. de consid. non dixisse ascensurum ex virgâ florem, sed ex radice, ex quâ virga ipsa processit. *De radice eius ascendisse dixisse poterat virgam, & florem de virga, sed maluit de radice; vt vnde virga ascendit, inde florem duxisse originem demonstraret.* Ac si diceret: Nouo exortu indicat Dominus radicem Marianam conceptionem scilicet, è qua virga gloriæ Virginis, minimè infectam, si affirmat se benedictum fructum ex eadem Mariæ conceptione ducere exortum. Quasi maledictus quodammodo Iesu exortus si maledictus exortus Mariæ. Nam, quia Mater illa Iesu, è communi radice videntur deriuari.

Isai. 11. Bernard.

41. *Si nouus secundus Adamus, ergo de terra noua.*

Scribebat D. Dominicus tract. de Corp. Chris. *Sicut primus Adam fuit ex terra virgine & nunquam maledicta formatus, ita decuit in secundo Adam fieri.* Benedictus Adam ex terra virgine nunquam maledictione affecta, & benedictus Mariani ventris fructus ex terra aliquãdo addicta maledictioni? Absit. Tertullianus lib. de Carne Chris. cap. 17. *Virgo erat adhuc terra, nondum opere compressa, nondum sementi subacta. Ex ea hominem factum accipimus in animam viuam. Ergo si primus Adã de terra virgine traditur, meritò nouissimus Adã proinde de terrâ nouâ prolatus.* Maria itaque terra nunquam maledicta est, quasi totius nouitatis fundamentum. Nam si maledicta, ac vetus fuisset terra Maria, quomodo nouum, ac benedictum fructum germinaret? D. Anselmus serm. illo, qui in Breuiario legitur Bracha. *Cùm ipsa conceptio fundamentum fuerit habitaculi summi boni, si peccati alicuius ex primæ præuaricationis origine maculam contraxit, quid dicemus?* Dicemus vtique secundum Adamum veterem quidem, non nouum, non benedictum ex terra nempe veteri & maledicta quodammodo exortum. Plura ex præfatis edoceris. Primum quidem *Aue* idem esse ac *gaude, lætare* ex eo planè, quòd Euæ esset contraria. Vndenam gaudium, & lætitia, si animus redundat miseriis ex crimine exortis? Idem igitur est auere ac omnino à crimine esse immunem. Secundum, dum Maria in capite Draconis plena ostenditur, vbi Eua defecit, collige non omnino causam esse delicti locum Diabolo peruium, id est, sæculum. Ibi etenim plures colunt pietatem, aliis vitiis indulgentes. Tertium, certum omnino, Domini præsentiam peccatum excludere. Si tecum Dominus, longè ab iniquitate recedis

Dominic. Tertul. Ansel.

Quartum, ex fortitudine benedicta Virgo asserit, fœminas molles minimè laudandas, sed quæ masculâ pollentes fortitudine, valent mũdi illecebras superare. Quintum denique, arborem ex fructu commendatam affirmat parentes ex filiorum virtute laudandos exurgere.

Observatio III.

Ad illa verba:

Salathiel autem genuit Zorobabel.

Magister Zorobabel edocet per cuncta secula vsque ad seculum futurum æternum purissimæ Conceptionis gloriam à Patribus, & Doctoribus prædicari.

Interim salutaria ingero moribus documenta.

Babylonis Magistrum Zorobabelem Beda asserit, qui cathedræ hæres cens discipulos virtutem Prophetarum suffragio edocebat. Ascendat hodie Parens Mariæ cathedram, Conceptionis immaculatæ gloriã euulgaturus Patrum placita recensens. Profectò Zorobabel idem est, ac *Alienus à confusione.* Nec vulgaris Magistri laudatio, sic doctrinam exprimere, vt claritati opera detur, nec locus pateat confusioni. Digerat ergo *Magister* noster Conceptionis immaculatæ gloriam per secula à legis gratiæ initio, quæ cuncta Mariam sine labe prædicant, nullumque ad nouissimum seculum vsque de tanto præconio conticescat. Audi Virginem præclamantem. *Ab initio, & ante sæcula creata sum, & vsque ad futurum seculum non desinam.* 42.

43. *A seculo in seculum gloria Mariæ sine labe concepta à Patribus celebratur.*

Eccli. 24. Creatam se affirmat aut conceptam à principio temporis gratiæ, primum vtique gratiæ ipsius partum ante cuncta gratiæ temporis secula. Sic Richardus Laurent. lib. 4. *Ab initio temporis gratiæ, vbi omnia initiata sunt, & renouata sunt, ideo dicor Aurora; quæ est terminus noctis, & initium diei.* Superius. *Ab initio temporis gratia creata sum, id est, genita à patre & matre. Tempus enim ante gratiam defectio erat temporis, seu vita, quia totum erat in morte, vnde initium appellabatur tempus gratiæ; omnes enim moriebantur quantùm ad vitam gratiæ; quia omnia sub peccato.* Mariæ igitur Conceptio initiũ vitæ seu gratiæ. Num morti subiacens? Absit. *Et ante sæcula* legis gratiæ mea creatio seu conceptio pura elucescit, vt vsque ad futurum seculum non desinat præconium, sed à sæculo primo in nouissimum immaculata Conceptio ab hominibus prædicetur, præclarissimisque eueharur encomiis.

Eccli. 24. Richard.

CAPVT

CAPVT I.

Primo seculo Andreas, Thomas, Matthæus, Lucas, Marcus, Thesiphon, Ignatius, & Dionysius Areop. Virgineæ Conceptionis gloriam prædicant.

Vbi innuo semper colendam virtutem ab eo, qui saluti proximorum operam aliquando daturus est.

44. *Apostolorum sententia de immaculata Conceptione, ex Amadæo. De quorum certitudine dubito.* Andræas.

VIr pius Amadæus Religionis Amadæorum fundator libellum reuelationum scripsit, vbi conciones habitas ab Apostolis in vitali funere Mariæ refert. Tertius, inquit, fuit Andræas Apostolus; qui hæc dixit de immunitate B. Mariæ à peccato originali. Quando totum genus *humanum* (clamabat Andræas) *damnatum erat, totum perierat, totum hæreditate priuatum fuerat, sola tu ab vniuersali omnium damnatione præseruata fuisti; electa enim eras in genitricē Dei, & omnium Reginam. Non ergo tu mortua in Adam fuisti, quamuis ratione propagationis tuæ mortua fuisses. Vnica est columba sine felle peccati: vnica immaculata recessisti à peccato quocumque; recedere tam longè à peccato nemo potuit. De te Propheta rectè locutus est: Egredietur virga de radice Iesse, tota gracilis, recta tota, erecta, non curua, sine nodo, & sine cortice.* Hæc Apostolorum signifer: Pergit Amadæus.

Thomas. *Quintus Thomas Apostolus de eadem Mariæ immunitate orauit: O Maria, quàm felix es, & quàm fortunata, quæ ab initio, & antè secula, & in initio viarum Dei ab ipso electa fuisti, & Adæ peccato præuiso, non fuisti cum filiis omnibus condemnata. Sed voluit, vt merita Filij tui tibi super omnes prodessent, téque pro minimo momento noluit inimicam, sed semper amicam charissimam.* Hactenus Thomas.

Lucas. Adhuc Auctor. *Sanctus Lucas Euangelista similiter: Congruum erat, vt illa, quæ omnibus Angelis dominaretur, nulli viro subiiceretur. Hoc te non decebat Matrem Dei, Reginam Angelorum, & à peccato originali liberam. Hoc enim dictum Euæ in pœnam: sub viri potestate eris. Quæ illo peccato Dei gratia caruisti, iustum erat, vt in viri potestatem non transires. (non dico desponsatione, sed carnali copulatione.) Nihil honoris, nihil venerabilitatis, nihil dignitatis tibi Filius tuus deesse voluit, qui te post illum vndique creauit.* Concludit Amadæus.

Matthæus. Octauus sanctus Matthæus Apostolus de eodē priuilegio verba fecit: *Niues candoris es, ô Maria immaculata, scirpus es nodo carens.* Non pondero sententias, quia non multum fidei huic adhibeo Libello.

45. *Marcus in Liturgia Mariæ ex sanguine Iesu præseruationem prof...*

Pergo ad certiora. D. Marcus Petri discipulus in sua Liturgia sic: *In primis sanctissimæ, intemeratæ, & benedictæ Dominæ nostræ Dei genitricis Mariæ.* Græcè illi particulæ *intemeratæ* respondet ἀσπίλου, id est, *immaculatæ*. In oratione adiicitur. *Lætare immaculata verè Regina, lætare gloria nostrorum parentum.* An *reuer.* verè Regina, & Augusta duræ seruorum pœnæ, seueræque legi de contrahendâ maculâ subiacebit? Post eleuationem Sacramenti. *Hoc est corpus, & hic est sanguis Domini, & Seruatoris nostri Iesu Christi, quod & quem assumpsit ex Domina nostra immaculata,* ipso quidem sanguine profuso in mente Creatoris, vt Conceptio Mariæ esset immaculata.

46. *Andræas Cruci hærens fructū Crucis Mariæ præseruationem agnouit.* Salazar de Concep.

Apud auctores graues legi D. Andræam Apostolum Cruci suffixum, quasi extremum legatum suam de immaculatæ Mariæ præseruatione sententiam tradidisse factum: *Sicut primus Adamus formatus fuit ex terra antè quam esset maledicta; ita secundus formatus est ex terra virgineâ nunquam maledictâ.* Quid est, quòd hærens Cruci, Deiparæ præseruationem prædicauit? Profectò in palmam ascendens salutarem primarium Crucis fructum (vti Bernardinus Senens.) Mariæ vtrique redemptionem, & præseruationem contemplatus est.

47. *Thesiphon Iacobi discipulus asserit gratia plena non potuisse originalem gratiam abesse.* Bonau.

Thesiphontem Discipulum hanc Iacobus edocuit veritatem. *Si enim* (inquit ille) *concepta fuisset in originali peccato, nequaquam Angelus Virgini diceret: Aue gratiâ plena.* Si plena gratiâ, quonammodo potuit locus peccato relinqui? Bonauenturæ sententia explico Thesiphontem. *Immensa* (ait in spec. cap. 5.) *certè fuit gratia Mariæ; immensum enim vas non potest esse plenum, nisi immensum est istud quod, quo est plenum. Maria vas immensissimum fuit, ex quo illum, qui cœlo maior est, continere potuit. Si ergo Maria tam capacissima fuit ventre, quantò magis mente? Et si capacitas tanta fuit gratia plena, oportuit vtique, quod gratia illa, quæ tantam impleuisse potuit capacitatem, esset immensa.* Quis igitur ab immensâ gratiæ plenitudine gratiam originalem poterit semouere?

48. *Ignatius in Angelica puritate conceptum profitetur.*

Ignatius Martyr epist. ad Ioan. *Et quidam,* ait, *notificauere Matrem Dei omnium gratiarum esse abundantem.* Inferiùs. *Sicut nobis à fide dignis narratur, in Maria Matre Iesu humanæ naturæ natura sanctitatis Angelicæ sociatur.* Annon sententia huiusmodi vir Apostolicus profitetur Deiparam quasi in Angelica quadam puritate conceptam? Profectò si in *Maria humana natura natura sanctitatis Angelicæ sociata est,* non alio modo sociata, nisi quod Mariæ quoque sanctitas ab initio integra, ac inuiolata processit.

49. *Dionysius affirmat Mariam immaculatam, vt ipsa principiū vitæ daret.*

Dionysius Areopagita Apostolorum Discipulus ab ipsis hanc edoctus veritatem scripsit ad Paulum: *Perspexi, atque propriis oculis intuitus sum Deiformem, atque super omnes cœlicos spiritus Sanctissimam Matrem Christi.* Rursus. *Ductus fui ad Deiformem præsentiam altissimæ Virginis, & tantus me, tamque immensus diuinus splendor circumfulsit exteriùs, & pleniùs irradiauit interiùs; tanta etiam in me omnium odoramentorum superabundauit fragrantia; vt nec corpus infelix nec spiritus posset tanta, ac tam æternæ felicitatis insignia sustinere.* Sanctissima *super omnes cœlicos spiritus* dicitur, non solum quia in reliqua vita, sed etiam quia in primo vitæ exordio longè maiore emicuit sanctitate. Præterea de Diu. Nom. cap. 3. corpus Mariæ appellat *corpus, quod fuit Dei receptaculum, & dedit principium vitæ.* Id quod Turrianus noster sic expendit interpres. *Quando ergo decebat,*

bat, vt illud corpus Virginis, postquam habuit animam, fuisset vnquam mortuum peccato, si dedit principium vitæ illius, qui cum essemus mortui peccatis, viuificauit nos? Vt sicut Eua secundum nomen quo eam vocauit Adam, fuit mater cunctorum viuentium, sic esset Virgo mater omniũ verè viuentium, dum mater esteitis, qui est omnis vitæ author, & vita ipsa, ac supra vitam. An aptè vitæ præparatus vas illud, quod mortis aliquando receptaculum fuerit? Edisce hinc, quàm appositè colitur innocentia vitæ ab illo, qui aliquando hominum saluti operam est daturus. Nunquam enim decet; vt illud sit mortuom peccato organum, quod aliquando saluti proximorum debet incumbere.

CAPVT. II.

Seculo secundo Iustinus, & Irenæus immaculatam Conceptionem profitentur.

Innuo omnimodam puritatem decere eum, qui verbum sacrum est auditurus,

50. *Iustinus docet totam ad Deum Mariã spectare debuisse omniũ fœminarum excellentissimam, vt fieret Verbi parens.*

SEcundo seculo Ecclesiæ Proceres magis Martyriis, quam voluminibus fidei gloriam protulerunt, vnde immaculatæ Conceptionis veritatem non plures posteritati exaratam reliquere. Iustinus Martyr anno 150. florens, quæst. 136. ad orthod: obiicit illud Domini: *Quæ est Mater mea, &c.* Et ait: *In aliis non ita locutus est, quasi Matrem priuaret honore debito; sed ostendit quanam maternitate beatior dici debeat Virgo. Si enim qui Dei sermonem audit, is Christi frater, soror, & mater est, & eius Mater habebat vtrumque: perspicuum est, eius Matrem debuisse hâc maternitate beatam prædicari. Nam Dei sermonem audire, & exequi, virtutis est, animaque puræ, quæ tota ad Deum spectet: & quia non quamlibet fœminam elegit Deus, sed omnium fœminarum virtutibus excellentissimam, propterea Christus volebat, ob hanc virtutem prædicari Matrem suam, per quam virtutem illa id assecuta fuisset, vt Virgo Mater fieret.* Tota igitur maternitatis dignitas ex puritate comparatur. Si ergo ad maternitatem; quæ ex auditione & custodiâ verbi Dei oritur, acquirendam, requiritur anima pura, quæ tota ad Deum spectet: quid ad comparandam maternitatem illam, quâ Virgo Iesum concepit, & peperit. Anoon Maria *omnium fœminarum virtutibus excellentissima*, vt Euam in gratia productam superaret?

51. *Item asserit Mariam sequestram cũ qua nunquã lis suscepta à Deo.*

Idem Doctor, *Verbum animaduertit*, (ait in expos. fidei de Trinit.) *creaturam suam opus habere instauratione, & inuadas esse pœnas, quas Adam per transgressionem incurrit. Tunc de cælo ad nos descendit, non corporali descensu, sed diuinæ voluntatis efficacia, & ad eam dispensationem vsum est sequestra Virgine stirpis Dauidicæ, &c.* Illam preme particulam: *Vsum est sequestra Virgine.* Sequester est ille, apud quem plures rem, de qua contentio est, deponunt. Vnde Tertullian lib. de Resur. car. Christum sequestrem appellauit. *Hic sequester Dei atque hominum appellatur ex vtriusque partis deposito commisso sibi.* Cùm ergo de salute, & gratia esset tota hominum cum Deo controuersia, sequestra Maria constituta est. Sequestra Virgo? Igitur neque aduersaria illa, nec cum ea lis suscepta est.

Contestatur D. Irenæus lib. 5. cont. Hæres. cap. 19. pulchram obiiciens Mariæ & Euæ comparationem, Illud præcipuè adnoto: *Adhuc protoplasti peccatum per correptionem primogeniti emendationem accipiens, & serpentis prudentiâ deuictâ in columbæ simplicitate.* Serpentis astus protoplastum euertit Euam Seducens: Mariæ simplicitas astum euicit. Annon quia nec seducta est, nec cum Adamo corruit? Hinc habes quanta puritas sit necessaria ad sacri verbi perceptionem, 52. *Confirmat ex comparatione Mariæ cum Eua.*

CAPVT III.

Seculo tertio Hippolytus, Origenes, Thaumaturgus, Chrysippus, Dionysius Alex. & Cyprianus Marianæ Conceptionis puritatem emulgauerunt.

Innuo Virginitatis integritatem ex Dei præsentia, seu meditatione stabiliri.

TErtio seculo Martyrum ditiori, quam scriptorum D. Hippolytus inter persecutionum gladios pro immaculatâ Conceptione stylum strinxit. *Cùm Dominus* (inquit orat. de cõsum. mundi) *Iesus Christus secundum carnem aduenerit, ex sancta & immaculata Virgine assumpserit, &c.* Inferiùs paulo: *Cum Saluator mundi genus humanum saluare decreuisset, ex immaculatâ Mariâ Virgine natus est.* Cùm immaculatam Mariam exaudio, de perpetua ac integrâ capio puritate. 53. *Hippolytus Mariam prædicat immaculatam.*

Origenes insudauit certamini hom. 1. in cap. 1. Mat. fatus: *Huius itaque Vnigeniti Dei dicitur hæc Mater Virgo Maria digna dignũ, immaculata sancti, vna vnius, vnica vnici.* An ea puritas & sanctitas Mariæ, quæ aliquo modo Vnigeniti sanctitati, ac puritati dignè, vnicèque respondeat? Inferiùs: *Accipe ergo Mariam sicut commendatum cælestem thesaurum, Deitatis diuitias, sicut plenissimam sanctitatem, sicut perfectam iustitiam.* Thesaurus est? Quis ferat in eo carbones esse? plenissima eius sanctitas? Non ergo eam aliquando gratiâ vacuã constituam. Eiusdem perfecta iustitia? Nunquam igitur infecta delicto. Pergit Doctor: *Accipe eam sicut Vnigeniti mansionem, sicut venerabile Templum, sicut domum Dei, sicut Creatoris omnium propriã, sicut Regis cælestis sponsi domum immaculatam.* Num Vnigeniti mansionem, Templum, propriã, domum, aulam, Thalamum prophanemus, deturpemus, ac peccati stercore violemus, temeremus? A Iodoco Clichtoueo lib. de Concept. cap. 5. hæc Origen. 54. *Origenes multiplici præconio celebrat Virginis præseruationem.*

Origen. verba citantur. *Maria neque serpentis persuasione fuit decepta, neque eius venenosis afflatibus infecta.* Serpentis persuasio, venenosúsque afflatus non decepit, non infecit Mariam? Ergo à communi infelicitate immunem prædicabo.

55. Strinxit stylum & Gregorius Neocesar. serm. 1. de Annunc. fatus: *Conuenienter Mariam ex omnibus generationibus solam gratia elegit. Nam prudens re vera, & Sapiens in cunctis erat, nec similis ex omnibus generationibus vlla vnquam fuit reperta.* Si in peccato concepta, Euam non superaret generationum cunctarũ originem. Et quonámodo fœdatam crimine eligeret gratia? Subdit. *In sola Virgine Euæ lapsus reparatus est.* Quàm incongruè lapsa ipsa lapsum primæ fœminæ repararet! *Angelus Mariæ primo omnium illud: Aue gratia plena præsignificauit; quoniam cum ipsa totius gratiæ thesaurus reconditus erat.* Non dixit: *Gratiæ thesaurus*, sed *Totius gratiæ*, vt asserat nullam gratiam defuisse. Annon originalis iustitia inter gratias adnumeratur? Adducit Thaumaturgus: *Ad Mariam Virginem solam sanctam Gabriel Archangelus solo lumine venit.* De Christo enuociat Ecclesia: *Tu solus sanctus.* Id est, tu solus habens sanctitatem naturalem iuxta D. Thomæ interpretationem Num per quandam analogiam Virgo sola sancta, quia naturalem ex eo sanctitatem habuit, quia sancta concepta est? Venit planè Archangelus *solo lumine*, quia quodammodo ipsa quasi naturali sanctitate Mariæ ductus, dignouit eam ex cunctis in Dei Matrem electam. Ibidem Doctor: *Ipsi sanctificationis Dominus, pater castitatis, incorruptionis author, & libertatis dator, salutis procurator, qui ex terra virgine creauit hominem, & ex illius latere, & costa Euam assumpsit, hic Dominus tecum, & rursum ex te.*

Thaumaturgus Mariam à gratia electam, Euæ reparatricẽ, totius gratiæ thesaurum, solam sanctã, in gratia sine Protoplasti eductam, immaculatã immaculati parentem, labis expertem, vitem semper virentem appellauit.

Vossius. Vossius Gregorij scholiastes sic sententiam immaculatæ Conceptioni accommodat: *Satis apertè magnus hic author significat, & ostendit, quòd vt fuerunt Adam, & Eua omnis maculæ expertes creati, ita sancta hæc Virgo ab omni peccato libera concepta, & nata fuit.* Instat Pater: *Aue gratia plena, vitis semper vigens.* Id viti proprium, quod palmes ab illa insectus non interit statim, sed in terra defossus, radices agit. Ex Adami Maria excisa propagine nunquam interiit, sed palmitis in morem ab initio plantationis viguit, & viruit. *Dominus* (adiicit) *noster Iesus Christus inconfusè, & immutabiliter ex purâ, & castâ, & impollutâ, ac sanctâ Maria Virgine progreditur Patri per omnia similis, & nobis per omnia consubstantialis, omnis peccati expers.* Si Mater alicuius peccati labe contaminata esset, aliquid Filio opinione nostra adhærescere videretur. Denique Antistes: *Missus est seruus incorporeus ad Virginem inuiolatam, & immaculatam, missus est à peccato liber ad corruptionis, seu labis expertem.* Annon Maria æquè asseritur innocens ac Angelus, quem originis non macula infecit?

56. Fauet Chrysippus Presbyter Ierosol. serm. de laud. Virg. *Tuum est verissimè audire istud: Gratia plena; quia tecum est vniuersus lætitiæ thesaurus, totius lætitia, & gratia. Rex cum ancilla, cum speciosa inter mulieres speciosus formâ præ filiis hominum, cum puella impollutatis, qui sanctificat omnia.* Pende illud: *Tuum est verissimè audire: Gratia plena.* Profectò id Virginis non esset, potiùs *ab auditione mala* timere posset, si aliquando thesaurus ille lætitiæ & gratiæ in summa peccati inopia, tristitia, & fœditate iacuit.

Chrysippus docet Mariã potius lætitiæ & gratiæ thesaurum.

57. Dionysius Alexand. concertat epist. ad Paul. Samosat. tom. 2. auctarij Bibl. vet. Pat. *Deus enim* (inquit in Præfat.) *apparuit in carne natus ex muliere, qui erat ex Patre Deo genitus ex vtero ante luciferum, tanquam ex corde Verbum ex Patre editum, & simplex, atque expers partium Verbum caro factum est: non diuisum in carnem & Verbum, quasi in homine habitet Verbum: hæc enim fuga generationis est, siquidem iam inde habitat, in quibus multa reperiuntur matres. Vna autem, & sola Virgo filia vitæ genuit Verbum viuens.* Quàm pulchrè! *Vna & sola Virgo vitæ filia.* Reliqui natura ipsa sumus filij iræ, vt ait Apostolus: ipsa verò filia vitæ, vt Verbum viuum progigneret. In solut. quæst. 5. Mariam Christi Tabernaculum esse asseruit adiiciens: *Hoc Maria Tabernaculum non manibus hominum fabricatum, sed ab Spiritu sancto firmatum.* Manus hominum ex contactu pomi vetiti maculatæ ab hâc fabricâ arcentur. Quid si fabricare aut ædificare apud Hebræos idem sit ac filios procreare? Filij dicuntur בנם *Benim*, id est, *ædificia*, ex radice בנך seu *ædificauit*. Nõ est igitur Maria ædificium commune, siue communis Adæ filia pollutis manibus erecta, sed ab Spiritu sancto constructa. *Non in seruo* (adiicit) *inhabitauit, sed in sancto suo Tabernaculo, non manu facto, quod est Deipara Maria.* Et in solut. quæst. 9. *Matrem incorruptam à pedibus vsque ad caput benedictam seruauit, sicut ipse solus nouit modum conceptus & ortus sui. A pedibus vsque ad caput benedicta* capitis seu initij maledictionem ablegat. Vnde Petrus de Riga cecinit.

Dionysius Alex. solam vitæ filiam, Tabernaculũ haud pollutis manibus factum, à pedibus vsque ad caput benedictam, Paradisum omnia continentem germina nouitatis Deiparam.

Vnam nec maculam natura reliquit in ista,
Ad caput à plãta trãsuolat iste decor.

Pergit Dionys. *Hæc enim est, quã Isaac prænidens dicebat Iacob: Det tibi Deus benedictionem terræ habeatis omnia. Qui enim de cælo descendit Vnigenitus Deus Verbum est in vtero, & genitum ex Paradiso virginali habeat omnia.* Num omnia haberet Marianus Paradisus, si germen iustitiæ originalis, nempe vitale lignum desideraretur?

58. Cyprianus denique orat. de Natiuit. *Nihil in Maria repetiit vltio, nec præcedens delectatio aliquam expetiit pœnarum vsuram. Spiritu sancto obumbrante, incendium originale extinctum est; ideóque innoxiam affligi non decuit. Nec sustinebat iustitia, vt illud vas electionis communibus lassaretur iniuriis; quoniam plurimum a cæteris differens, natura communicabat, non culpâ.* Si naturâ non culpâ communicabat, cur eorum seueris legibus subderetur: vas quidem electum, plurimum à cæteris differens? *Matri plenitudo* (adiicit) *gratia debebatur, & virgini abundantior gloria, quæ carnis, & mentis integritate insignis spirituali, & corporali intus & extra Christi præsentiâ fruebatur.* Porrò vt moribus aliquid interseram, abundantior gloria virginitati debetur; fruitur enim Christi præsẽtia. Nec enim vera corporis & mentis virginitas

Cyprianus vas electum plurimum à cæteris differens, natura, non culpa cũ cæteris communicantem Mariam scripsit.

nitas stabilitur, nisi quando Christi præsentiæ Virgo adhærescit. Contemplatione ac meditatione obfirmatur integritas: gloria quidem debetur virginitati, quia non potest sine Christi præsentia, ex qua gloria exortum ducit, coexistere. Mox corruat integritas quæ à Dei præsentia peregrinatur.

CAPVT. IV.

Quarto sæculo Chrysostomus, Cæsarius, Sophronius, Timotheus, Hieronymus, Nyssenus, Ambrosius, & Athanasius, Mariæ subscribunt puritati.

Vbi innuo Dominos, seu heros, non debere peccati subiacere seruituti.

MVlti huius sæculi Patres Deiparentis innocentiæ subscripsere. Chrysostomus

59\. *Chrysostomus immaculatum, penitus incontaminatam vocat Mariam.*

in Liturg tom. 5. *Memoriam agentes sanctissimæ, incontaminatæ, super omnes benedictæ gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ*: Et serm. de Annunc. *Maria desponsata Ioseph. Dabitur hic liber obsignatus viro scienti literas; id est, Virgo planè immaculata fabro Ioseph.* Addit in Liturg. *Verè dignum & iustum est, glorificare te Deiparam, semper beatissimam, penitus incontaminatam Matrem Dei nostri, honoratiorem Cherubim, & gloriosiorem incomparabiliter Seraphim.* Num immaculatam, semper beatissimam, penitùs incontaminatam, honoratiorem Cherubim, in labe conceptam Doctor appellaret?

60\. *Cæsarius Euæ sanitatem.*

Cæsarius Dial. 3. *Pro loco Virginis Euæ perpetuam Virginem sanctam Matrem suam suscitauit: pro illius pœna huic salutem per proprium seruum Gabrielem misit, in hac sanans, quæ illa deliquerat.* Non sanatur Maria, sed per ipsam quidquid Eua delicto suo morbidum reddiderat, ad sanitatem adducitur. An in medicamine tanto deceret scrupulum adesse côtagij?

Sophronius orat. de Angelorum excell. postquam sæpe impollutam, innocentem, inculpatissimam Deiparam compellauit, inquit,

61\. *Sophronius ex puritate Matris arguit Christum incontaminatú fuisse exortú.*

Ex inuiolabili & virginali sanguine sanctæ atque immaculatæ Virginis Mariæ Verbum verè factum est incarnatum, & in vtero virgineo deportatum, & tempus impleuit legitimi puerperij, & per singula naturalia, & peccatum non habentia, nobis hominibus similis factus est. Suadere intendebat nullam Christum ex Matre labem reportasse. Quam friuolè concluderet si non semper incontaminatam parentem elegisset?

Timotheus Presbyter Const. orat. de Simeo. *Vnde etiam supra omnes inculpata, & omnibus modis sancta Virgo per illum qui domicilium habuit in ea, vsque adhuc immortalis est.*

62\. *Timotheus asserit puritatem Mariæ excogitabilem mente, quæ cantari dici non potest.*

Rursum: *Virginem supra quam dici potest, inculpatam, omnibusque modis sanctam.* Tanta Mariæ puritas, vt minimè dici possit. Vnde menti datur excogitanda vulgaris iam dicta lausi concepta sine labe est. *Et inculpabilis supra quam dici potest.* An omnibus modis sancta esset, si modum illum, quo sine labe exsurgens, sancta fuit, abneges?

63\. *Hieronymus Mariam in nullo corruptam, Angelicam gratiam superantem prædicat.*

Quid non faueret studiosissimus Mariæ Hieronymus? Epist. de Assumpt. illud exponens. *Veni columba mea* (inquit) *virginitatem columba in omnibus repræsentans Maria: quoniam quidquid in ea gestum est totum puritas, & simplicitas. Totum veritas & gratia fuit; & ideò immaculata, quia in nullo corrupta.* Quid corruptam in nullo, nisi integram in omnibus extitisse? Iterum: *Nam Angelorum quamuis celsior natura sit, non tamen gratia maior, quia & ipsi gratuita gratia, ne corruerent sunt saluati. Vnde David: verbo Domini Cæli firmati sunt. Constat beatam & gloriosam Mariam, in quam superuenit Spiritus Sanctus, & a qua totus Deus illapsus portatur nouē mensibus in vtero, ampliora meruisse virtutum priuilegia, & percepisse gratiam ab Angelis ipsis collaudatam. Vnde etsi mirabilis est eorum firmitas, mirabilior tamen in Maria, quam obumbrauit virtus Altissimi, vt vltra omnem virtutem sit Angelicam.* An mirabilis Mariæ firmitas, Angelorum vincens virtutem, si serpentis, instar fragilium foliorum, filiorum, inquam, Adami sibilo corruisset? Hæc etiam verba D. Hieronymi citantur. *Nullum dubium est de Matre Domini, quin talis debuerit esse, quæ de peccato redargui non posset, cùm hoc ad improperium filij sui fuisset.*

Gregorius Nyssen. hom. 18. in Cant. contestatur. *Candidus & rubicundus solus ex vniuersis hominum myriadibus, de puritate virginea electus est, cuius conceptio sine coniunctione nec-* 64. *Nyssenus recipeunt Mariæ cubile corpore vitiorum vacuitas.*

rum perfecta, partus minimè inquinatus, parturigo doloris expers, cuius thalamus Altissimi potestas, quasi quædam nubes virginitatem ipsam inumbrans; fax nuptialis, Spiritus Sancti splendor, cubile vitiorum expers conditio, nuptiæ puritas incorrupta. Cuncta egregia in Maria augusta, communem naturam superantia. Vnde conditio, seu conceptio eius, cubile vitiorum expers, vt nuptiarum, ac partus gloriæ responderet.

Ambrosius concinit ad Psalm. 118. fatus. 65. *Ambrosius ab omni labe integram, ouem immaculatā, virgam fine nodo vocitat.*

Suscipe me in carne, quæ in Adam lapsa est; suscipe me non ex Sara, sed ex Maria, vt incorrupta sit Virgo, sed Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati. Et hom. de Abel. *De hoc grege sancta & immaculata & intacta illa ouis processit Maria.* Nec ab omni labe peccati integram aut immaculatam ouem vocitaret, si labi ac maculæ communi subiaceret. Et apud Clithou. cap. 13. *In qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpa fuit.*

66\. *Athanasius docet Mariā in omnibus gratiam, omnia donatā gratia, vt Domina esset.*

Athanasius demùm ser. de Deip. *Spiritus Sanctus in Virginem descendit, cum omnibus suis essentialibus virtutibus imbuens eam gratia, vt in omnibus grata esset; atque ideirco gratiâ plena cognominata est, eo quòd adimpletione Spiritus Sancti omnibus gratijs abundaret.* An ab omnium gratiarum collegio iustitiæ originalis gratiam excludis? Rursum. *Decet te Matrem regeneratricem, Dominam, atque heram cognominare, eo quod ex te prodiit Rex Dominus, ac Deus noster; assistentem tibi nobis quidem terribili: tibi autem dulci, omnemque gratiam largienti. Qua de causa factum est vt gratia plena appellata sis, vtpote quæ omni gratia abundares.* Quonāmodo Maria omni gratia abundasset, si gratia à peccato præseruante careret? Colligo ad morum compositionem ex capitis totius contextu, Matrem Dei ac Dominam creaturarum non decere defectum, speciatim ponderans illustrem Athanasij sententiam,

sententiam, omni gratiâ ornatam appositè video Mariam, quia Domina ac hera cognominatur. Nec enim heri ac domini verè sunt appellandi, qui peccatorum subiacent seruituti. Vnde Eua quia deliquit, aptè à Ruperto ancilla vocatur.

Caput V.

Augustinus, Chrysologus Leo, Maximus, Sedulius, Cyrillus, Proclus, Basilius Seleut. Theodoretus, ac Eusebius Emis. quinti seculi lumina lucem immaculatæ Conceptionis spargunt.

Innuo præsentem hominis iustitiá prælapsos operire defectus.

67.
Augustinus Mariam liberá ab omni subiectione peccati; semper gratiam, ab ipso Filio fuisse effectam à nunquam peccati liberam, à primo instāti visam dignā, quæ assumeretur in Matrem, semper Dei sponsam.

PRimo quinti seculi Conceptionis immaculatæ assertori D. Augustino illa assolent verba tribui: *Cum subiectio peccati originalis caput sit Diaboli, tale caput Maria contriuit; quia nulla peccati subiectio ingressum habuit in animā Virginis.* Sic apud Ioannem EKium, & alios. Et ad fratr. in Eremo ser. 20. *Maria mater electa est, & super omnes creaturas praelecta, omnibus gratiis fœcundata, omni virtute & sanctitate in vtero repleta; vt de mundissimâ Matre mundissimus Filius nasceretur. Et sicut in cælo Filius habuit Patrem immortalem, & æternum, sic & in terra haberet Matrem omni corruptione carentē.* Ac si Maria nunquam mortua fuisset, semper grata extitisset, vt Patris immortalitatem, & æternitatem imitaretur. lib. de Nat. & Gra. *Exceptá sanctâ Virgine, de qua propter honorem Domini nullam prorsus cùm de peccatis agitur, habere volo quæstionem, &c.* Quem locum de originali ac actuali peccato intelligēdū Vasquez docet 2. tom. in 3. p. d. 117. c. 3. & Suar. tom. 2. d. 3. s. 5 Præterea tract. de quinque hæres. *Ego*, Christus profatur, *Matrem, de qua nascerer, feci, ego viam meo itineri praparaui, hanc quam despicis Manichae, Mater mea est, & manu fabricata est meâ: si potui inquinari cum facerem, potui in illa inquinari, cùm ex ea nascerer.* Si Mater, & via à Christo fabricata, quonammodo fœditate plenam, spinisque scatentem efficeret? Haud potuit manus diuina inquinari cū faceret, quia nullū in Mariæ cōceptione inquinamentū. Quæquidem puritas originalis videtur adstruere perpetuam Virginis puritatem, affirmante Domino: *Si potui inquinari, cum facerem, potui in illa inquinari, cum ex ea nascerer.* Rursùs in Melli Aug. verbo *Maria* ex lib de Symb. expns. & orat Dom ser. 5: acceptum legi. *Quia venerat* Christus *abolere malum originale, quod trahimus omnes nati ex commixtione maris & fœminæ, conueniens erat, vt leges peccati nostri, quæ per duorum concubitum versificatur in prole, Dei Mater non teneretur obnoxia.* Si lege cōmuni, & pacto pro omnibus hominibus inito Maria nō tenebatur, non solùm peccatū originale nō incurrit, sed neque illius debitū contraxit: quippe quæ Mater erat eius, qui legē illā. & peccatum aboliturus veniebat. Adicio aliud ser. de Nat. testimonium. *Venimus est ad Virginem, quæ mox vt in Mundum per humanæ generationis ianeam venit, tanta omnis boni virtute, atque constantiâ perfectè resplenduit, vt eam ipsa sapientia Dei verè dignam iudicaret, per quam in hominem veniens, non modò reatum primorum hominum, sed etiam totius mundi peccata deleret.* Libra illā particulam: *Mox vt in Mundum venit.* Ac si diceret: In primo conceptionis instanti *Sapientia Dei vere eam dignam iudicauit*, vt Mater Verbi constitueretur. Profectò si communi tūc labe infectam aspiceret, minimè digna iudicaretur, per quam Mundi crimina delerentur. Apud Clithou. lib. de Conc. cap. 13. sic Augustinus: *Quis dicere poterit: sine peccato sum natus, aut mundus sum ab omni iniquitate, dicere audebit, nisi illa Virgo prudentissima animatum Dei Templū, quam Deus sic elegit, & praelegit ante mundi constitutionem, vt sancta, & immaculata Mater Dei, & filia esset reseruata incorrupta ab omni labe peccati.* Dices de natiuitate locutum Doctorem, non de Conceptione. Absit, quia non sola Maria dicere posset: *sine peccato sum nata*, cum Ioannes Baptista & Ieremias eodem priuilegio ornati lucem viderunt. Denique serm. 18. de Nati. Chris. *semper Virgo est, quæ semper sponsa est, & quæ vocabulo non caruit, in æternum Virgo permansit.* Semper sponsa fuit Maria, quia nūquam non Spiritui adhæsit sponso Vnde (vt vidimus supra) quando reliquę sponsæ futuræ Spiritum requirunt sponsum decem Virginibus figuratæ, Mariam Spiritus cælesti hærentem inueniunt: *Sponso & sponsa.* Mat. 24. quia *semper sponsa est*, nec per vnius instantis interstitium ab Spiritu sancto separata. Plura mitto.

Adhæret Petrus Chrysol. ser. 140. *Peruolat ad sponsam festinus interpres, vt a Dei sponsa humanæ desponsationis arceat, & suspendat affectū: neque auferat à Ioseph Virginē, sed reddat Christo, cui est in vtero pignorata, cum fieret.* Pignorata quidem, id est, quasi pignore, & arrhabone donata in futuram nuptiarum sponsionem. 68.

Chrysologus. adserit pignoratam, seu honestatam gratia quasi pignore.

Fuit, pignorata, seu pignore honestata, gratia videlicet, ac iustitia loco pignoris & arrhabonis donata *cum fieret*, siue cum conciperetur.

Eiusdem seculi D. Leo Papa ser. 5. de Nat. sic ait: *Originem, quam sumpsit in vtero Virginis, posuit in fonte Baptismatis, dedit aquæ, quod dedit Matri.* Ac si diceret Christus conceptus in vtero Virginis iustitia originali condecoratus, quia Filius Dei. Hāc quodammodo originalē iustitiam in fonte Baptismatis posuit, quatenus ipse Baptismus animum abluit, cum gratia donans, qui priuatus conceptus homo, originali crimine fœdatur. Porro *hoc dedit aquæ, quod Matri*, quia originali iustitia Mater donata fuit. Aliter Ferdinandus Chirinus exponit. *Hoc dedit aquæ, vt nimirum ad sanctitatem iustos, detersis sordibus, regeneret: quod Matri dedit, vt ipsummet Christum sanctum, & iustum ab initio gigneret.* Attamen licèt alienum omnino ab argumento Conceptionis immaculatæ esse asserat idem doctissimus noster Doctor, ego sic vlteriùs expendo Dedit Baptismo Deus, vt iustorum sordes abstergat. Hoc idem *dedit Matri*; an abstergere in morem Baptismi sordes fidelium? Haud id, sed imitari Baptismalis aquæ puritatem. Nullæ sordes in aqua abluente? Puritas in Maria, quam aquam ab ipsa constitutione puram esse ex Tertulliano ostendimus. 69.

Leo docet idē datum Mariæ, quod fuit Baptismatis, hoc est, imitari Baptismatis aquæ puritatem.

Maximus Episc. Taurinen. profatur hom. de

Dom. in Ram. *De Manna vermiculus gignitur, & Dominus Iesus de Virgine procreatur. Quin potius ipsam Mariam Manna dixerim, quia est subtilis, splendida, & suauis origo, qua calitùs veniens, cunctis Ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit.* Subtilis, splendida, & suauis origo Mariæ? Quàm longè à terrestri, tenebrosa, amarissima, originali culpa. *Hac porta* (apud Pet. de Moral. de Chr. Virg. & Ioseph. Lib. 3. tract. 1.) *clausa, qua fuit admirabilis Dei thalamus, caleste templum, tabernaculum gratia, de quo speciosus prodiit Sponsus, lux gentium, spes fidelium, condecenter & congruè nulla macula originali contaminata est.*

70. *Maximus eam Manna splendidum origine appellat.*

71. *Sedulius rosam pulcherrimã ex Eua spinis sine spina prodeũtem*

Sedulius Poëta lib. 2. oper. Pasch.

Vt veluti spinis mollis rosa surgit acutis,
Nil quod ladat habeat, matremq; obscurat honore.
Sic Eua de stirpe sacra veniente Maria,
Virginis antiqua facinus noua Virgo piaret:
Vt quoniam natura prior vitiata iacebat
Sub ditione necis, Christo nascente renasci
Posset homo, & veteris maculam deponere carnis.

Porrò oper. Pasch. soluta oratione conscripto, sese contra futuram Bandelli licentiam muniuit, fatus. *Et velut rosa suauis atque mollissima, de spinoso cespite nascitur, nil lasura matrem, quam gratia iucunditatis obscurat: ita de stirpe noxiatis Eua Maria sacra veniente cum luniae prima Virginis lucem sequens Virgo dilueret, vt qua prior natura vitiis ingemata, dura necis fuerat conditioni subiecta, nascente Christo per hominem, homo quoque posset renasci per Christum, originalis macula fœditatem & vetustatem corporis innouatione positurus.* Et cap. sequenti: *Grande mundo spondebat auxilium fœmina, Partus sine viro mysterium, qua nullius macula nano fuscata sensu nutriebamur ventre pracordia, genitoris genitrix mox futura.*

72. *Cyrillus temerariũ putat ponere culpam in Maria.*

In Breuiatio Rom. edito à Cardinali Francisco Quign. Festo Concept. lect. 3. ex dictis Patrum conflata hæc Cyrilli Alexand. sententia exponitur. *Post Filium temerarium est in Maria Virgine ponere culpam aliquam, vel peccatum.*

73. *Proclus Mariana viscera condita ait citra omnem dedecoris notã ex origine deriuatam.*

Proclus Episc. Cyzicen. in Concili. Ephes. tom. 6. Concil. cap. 7. *Clemens Deus ex muliere nasci non erubuit: quod enim agebatur, vita erat, nullam ille inde contrahit labem, quod intra viscera, qua extra omnem dedecoris notam condiderat, inhabitet.* Adiicit. *Porrò autem vt architecto nullam maculam aspergit, si domum quam forte extruxerat, inhabitet, neque lutum figulum inficit, dum vasculum quod finxerat, ex eo refringit; ita ex vtero virgineo prodiisse purissimum illud Numen nihil quidquam polluit. Quam enim citra vllam sui labem formauerat, ex hac quoque nulla macula contracta processit.* Porrò viscera ex eo *citra omnem dedecoris notam* Deus *condiderat*, quod nil inquinamenti ex Euæ vtero trahentia, diuino ac humano fœtui digna præpararentur.

74. *Basilius Seleuq. ter sanctam ipsam appellat.*

Basilius Seleu. Episc. Orat. de Incar. inclamat. *O ter sacrosancta Virgo, de qua qui omnia illustria & gloriosa dixerit, nunquam quidem aberrabit à veritatis scopo, ac tamen dignitatis magnitudinem nulla vnquam oratione exæquabit.* An ter sanctam appellans, sanctitatem exaggerat? An à triplici peccato, originali, mortali, ac veniali immunem affirmat?

Theodoretus illud expendens Cant. 6. *Vna est columba.* ait: *Illam immaculatissimam Dei genitricem Mariam, quam omnibus omnes omnium hominum generationes vocibus nunquam cessantibus Beatissimam pradicant.* Addit inferiùs: *Inter tot animae omnium hominum qui saluantur, vt electa columba est vna illa sola, qua Christum genuit, Virgo Mater puella Maria, qua puritate profectò Cherubim atque Seraphim antecellit.* Vna itaque inter cunctos Adæ filios, sine peccati amaritudinis felle Maria, vt Cherubim ac Seraphim in gratia constructos posset puritate superare.

75. *Theodoretus ab omni amaritudinis peccati felle immunem columbam.*

76. *Eusebius Emiss. sine fœtoris indicio, ex sanguine quem ipsa dedit Filio redemptam asserit.*

Eusebius Emiss. Orat. de Natiu. ad Autor. sic: *Qua est ista qua ascendit per desertum, quasi virgula fumi ex aromatibus myrrha, & thuris, & vniuersi generis pigmentarii; vbi enim omnium aromatum* (seu gratiarum) *fumus redolet, ibi fœtoris indicium esse non potest.* Si enim cunctæ virtutes, cunctæ gratiæ in Maria, vndenam peccati communis indicamentum? Et alia item de Natiu. hom. *Profundendum pro mundi vita sanguinem de corpore suo Maria accepit, ac de te sumpsit, quod etiam pro te soluat; à peccato enim veteris nexu per se non est immunis, nec ipsa genitrix Redemptoris.* Obtinuit enim per Christum Deipara id quod per se, id est, ex natura sua non habebat, profuso scilicet tunc in eius specialissimam redemptionem sanguine illo, qui ex ipsa postmodum erat assumendus. Mitto Theodotum, ac Prudentium eiusdem sæculi luminaria haud obscurè Mariæ præseruationem celebrantes. Ad motum compositionem obserua & pende verba illa: *Vbi omnium aromatum fumus redolet, fœtoris indicium esse non potest.* Sunt qui prælapsam iustorum vitam carpere intendant, ac si propter præteritos defectus præsens iustitia nota inquinatur. Profectò virtutum præsens exercitamentum ita debet prælapsorum defectuum memoriam sopire apud cordatos, vt neque indicium possit adesse fœtoris: charitas autem operit peccatorum multitudinem.

Capvt VI.

Sexto sæculo Fulgentius, Andreas Cretensis, Anastasiusque Sinaïta, Marianæ Conceptionis puritatem contestantur.

Colligo bono filio debere assimilari parentem.

77. *Fulgentius Virginis mentem à gratia seruatam integram affirmat, gratiam restitutam eidem, eu integro ira exclusa prima sententia.*

SExto sæculo fulgens D. Fulgentius Episc. Ruspen. ser. de duplici Christi natu. sic Marianam Conceptionem illustrauit. *In primi hominis coniuge nequitia diaboli seductam deprauauit mentem; in secundi autem hominis Matre gratia Dei & mentem integram seruauit, & carnem.* Æquè mentem seruauit & carnem Dei gratia. Ergo sicut nulla ratione carnem Mariæ affirmamus violatam, mentem etiam eius nulla ratione labefactatam fuisse dicemus. Et ser. de laudib. Mariæ. *Cum Angelus dixit Aue, salutationem illi calestem exhibuit. Cùm dixit plena, ostendit ex integro iram exclusam prima sententia, & plenam benedictionis gratiam restitutam.* Et quonammodo asseramus plenam antiquæ benedictionis gratiã Mariæ restitutam, quã perdidit Eua, si id quod in ea benedictione dignissimum

dignissimum, & maximum erat, fuit in ipsa desideratum.

78. Andreas Cretensis Episcop.hom. de Dormit. Deipar. *Quæ cùm esset immaculata, impolluta, &c.* Inferiùs. *Magnificum, & longè maximum gratiæ Dei tabernaculum. Quæ vniuersam, quæ est in generatione naturam superans puritate. Mulier, quæ cælorum superauerat naturam puritate. Mulier Seraphim ipsorum ipsam vincens naturam puritate miraculo Dei generationis, primæ naturâ proximè accedens ad Deum opificem omnium generationis.* Libra clausulam illam: *Primæ naturâ proximè accedens ad Deum opificem.* Ordine gratiæ Maria prima naturâ appellatur, quæ quidem proximè in ordine huiusmodi ad ipsum opificem accessit. An prima natura ea gloria carebit, quam aliæ posteriores adeptæ sunt? Et prima natura id quod primum est in ordine ipsius gratiæ, scilicet originalem esse, non obtinuit? Et proximior accedens ad Opificem ab æterno concepta, ordinata non obtinuit, quod remotiores accepere Protoplasti? *Sola enim sola præter naturam fuit electa ad naturam renouandam, sola seruiit Opifici vniuersa natura.* Præter naturam electa, & communibus naturæ subiecta legibus? Ad naturam renouandam, & naturæ infecta vetustate?

Andreas Cretens. primam naturâ ordine gratiæ Dei proximiorem Mariam vocat.

79. In ore trium stat Conceptionis immaculatæ hoc seculo verbum. Anastasius Synaita Patriarcha. Antioch. lib. 2. Exam. ad illud: *Fecit firmamentum in medio aquarum. Fecit Deus sanctum in medio terræ, vtpotè qui habitauerit in medio terreni vteri Virginis, & salutem Mundi fecerit compacto firmamento sui corporis in medio incorrupta Matris fontis vitæ.* An non prorsus indigna esset Maria nomine *fontis vitæ*, si in sui capite letheis aquis cœpisset scaturire? Et lib. 6. sic: *Quis mihi, dic quæso, ex hominibus, aut ex Dæmonibus audebit dicere, quod ea, quæ est eiusdem simul cum Deo essentia (quod ad carnem attinet) non sit ad similitudinem, & imaginem eius, qui est ex ipsa natus? Quomodo est enim Mater eiusmodi filij, non seruat in se integram, & illæsam fœtûs sui imaginem?* Si labe originali Maria fuisset affecta, diuinæ illius imaginis integritas labefactata esset, læsa pulchritudo. Edisce hinc, quàm decet bono filio parentem assimilari. Quonammodo enim potest mater iniqua, libidini addicta filij pudici arbor existimari, si fructus sapiunt arboris seu dulcedinem, seu amaritudinem? Annon filij matrizant?

Anastasius Synaita asserit illæsã cõseruasse fœtum sui imaginem.

Capvt VII.

Septimo sæculo Ildephonsus, Hesichius, Eligius, Antiochus, Venantius, Cosmas Ierosol. Concilium Tolet. Synodus Nicena, & ipse hostis Mahometus conceptionem sine labe celebrarunt.

Innuo puritatem vitæ ad orationis confidentiam esse necessariam.

SEptimum sæculum octo nactus est immaculatæ Conceptionis commendatores. Ildephonsus archiepiscop. Tolet. l. de Partur. & Virg. Mar. *Quod legem naturæ requirunt in Maria, vbi totum quidquid in eo fuit, possedit Spiritus sanctus?* Annon ad Mariæ ditionem primus ille instans pertinebat? Igitur Spiritus sanctus possedit, Deipara clamante, *Dominus possedit me.* Ampliùs asserit Antistes. *Quidquid in ea fuit.* Nec enim solùm eam possedit, sed quidquid ad eius pertinebat ditionem. Infeniùs. *Constat illam ab omni peccato originali fuisse immunem, per quam non solùm maledictio matris Euæ soluta est, verum etiam & benedictio omnibus condonatur.* Adiicit, *Nullas adscribant sacratissimæ Matri contumelias, nec gemitus, non dolores, non ærumnas, non vllas alia tristitia corruptiones; quia hæc omnia in primâ origine illata sunt vindicta, & retributiones tristissimæ primæ præuaricationis. A quibus omnibus Maria quantùm est aliena à culpa, tantùm proculdubio aliena fuit à doloribus, & pœnâ.* Ex eo igitur probat Pater Mariam originali culpa vacâsse, quia illius effectibus & reliquiis caruit omninò. 80.

Ildephonsus asserit omne quod in Maria est, Spiritum sanctum possedisse, idque omissis peccati originalis effectibus.

Hesichius Ierosolymit. Orat. 2. de Deipar. *Ecce Virgo quædam mulierum egregia, è Virginibus electa, præclarum naturæ nostræ ornamentum, gloria luti nostri: quæ Adamum pudore, & Euam comminatione liberauit, quæ audaciam serpentis abscidit, quam concupiscentiæ fumus non attigit, neque vermis voluptatis eam læsit.* Infecta Virgo luti nostri sordibus? Ergo luti nostri gloria nõ extitit. Serpẽtis aculeo infixa est? Quomodo ergo ipsius fregit audaciã? 81.

Hesichius docuit ipsam luti nostri gloriam extitisse.

Eligius Episc Nouiomeo. hom. 2. de Purif. *Nunquam immũda iudicatur, quæ sancto Spiritu obumbrante, totius munditiæ, & sanctitatis auctorem genuisse comprobatur. Et ipse puer Iesus purus ab omni contagione peccati: cuius enim agni oblatione indigeret purificari, qui est agnus Dei?* Culpam, quam nomine contagij à Christo repulit, eandem nomine immunditiæ à Maria remouerat. 82.

Eligius à Christo repellit culpam, & eam æqualiter à Maria immunditiã.

Antiochus Pandect hom. 21. *Nulli, inquit, possibile est ad ima virtutis pertingere fastigiũ, nisi præsidio innitur Deiparæ omni laudum genere celeberrimæ, nulli obnoxia vitio, sed gloria omni dignissimæ.* Mariæ enim *omnis gloria ab intus in fimbriis aureis*, seu in termino illo primo terram contingente. Addit Mariam *vestem nulla ruga decolorem, nulli obnoxiam reatui.* 83.

Antiochus affirmat nulli vitio obnoxiam Dei vestem Mariam.

Venãtius Honoratus exp. symb. *Illi, qui antè sæcula natus est, postea à Spiritu sancto templum in Virgine fabricatum intelligendum est: nam sicut in sanctificatione Spiritus nulla fragilitas extitit, sic nec in partu eiusdẽ vlla causa corruptionis apparuit.* Vbi sanctitas Mariæ cum ipsius virginitate comparatur, ac si diceret, quemadmodum Mariæ sanctitas nunquam labefactata est, ita & virginitas. 84.

Venan. inquit sanctum Dei arã nunquam labefactatam extitisse.

Cosmas Ierosolym. in Theogon. hymno 1. *In Virgine habitans Verbum, & carne assumpta, transiit, seruata inco rupta; quia enim sustinuit a lapsu*, (seu quam labi non sustinuit) *enixam continuit incorruptam.* Ac si profaretur: Quam non permisisti labi peccato communi, ab omnibus partus iniuriis seruauit incolumem. *Ipso* (adiicit) *à Filio tuo, & Deo* 85.

Cosmas Ierosolymitanus solam sanctam, & solã benedictam firmat.

meo, dari mihi remissionem, qua feci malorum, sola sancta, & sola benedicta. Nam sicut per Dominum nostrum Iesum, qui *solus sanctus*, Patrem nobis donari petimus peccatorum remissionem: sic per *solam sanctam* Virginem idem postulamus.

86. Consonant Concilium Toletanum, & Synodus secunda Nicena. Illud Vndecimum scilicet in confessione fidei sic: *Solam Filij personam pro liberatione generis humani hominem verum sine peccato de sancta, & immaculata Maria Virgine credimus assumpsisse.* Hæc autem Act. 6. *Si quis non confitetur sanctam semper Virginem Mariam verè Deiparam quauis visibili, & inuisibili creaturâ superiorem, & cum sincerâ fide eius intercessiones, tanquam quæ libertatem apud eum, qui ex se genitus est, Deum, habeat, non postulauerit: anathema sit.* Quænam hæc libertas? Certè immunitas à peccato, ex qua postulandi libertas exoritur. Vt ex Cosma, & Synodo Nicena ediscas vitæ innocentiam ad orationis confidentiam esse necessariam. Nam sicut Deus peccatoris præcipit os veste contegi, ne postulet minimè consequenda: iusto indixit: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c.*

Concilium Tolet. immaculatam, Synodus Nicena habentem libertatem orandi Deiparam vocat.

Puritas vitæ ad orationis confidentiam necessaria.

87. Ab *ex inimicis nostris salus*? Sub huius seculi anno 624. Mahometus Ecclesiæ pestis cœpit grassari. Hic in suo Alcorano de Mariæ innocentia profatur. *Nullus de filiis Adami nascitur, quem non tangat Satan, & ideo plorat vociferans ex eius tactu, præter Mariam, & Filium eius.* Angelos deinde acclamantes inducit. *O Maria cunctis viris, fœminisque præclarior! O Maria, Deus vtique elegit te, & purificauit te, elegit te clara super mulieres seculorum.* Nec enim obscuraturus Ecclesiæ luminaria, ausus est tam perspicuam offundere veritatem, ne mentis eius mox reseraretur iniquitas.

Ipse inimicus Mahometus profitetur.

Capvt VIII.

Seculo octauo Alcuinus, Paulinus, Damascenus, Germanus, Conciliáque varia immaculatæ Conceptionis asserunt veritatem.

Vbi innuitur, quàm difficilis castitatis custodia.

88. ILlustrauit sæculo octauo Conceptionem Mariæ Albinus Alcuinus lib. 3. de Trin. cap. 14. *Maria fuit lana mundissima (scilicet innocentia) & virginitate clarissima, & incomparabilis vniuersis, quæ erant sub cælo, virginibus: eráque talis, ac tanta, vt sola digna fuerit, quâ nullus alius indueretur, nisi augusta præditus dignitate. Ita Spiritus sanctus superueniens in B. Virginem, & virtus Altissimi obumbrauit eam, vt lana fieret diuinitate purpurata solummodo æterno Imperatori indui dignissima.* Vt lana purpureum bibat colorem debet esse munda? Per omnimodam innocentiam munda Maria, priusquàm Spiritus sanctus superueniens eam diuinitatis suæ purpurâ imbueret. lib. 6. cont. Felic. meorem exponit. *Antequam Spiritus sanctus veniret in Mariam, ipse vterus quamuis mũdus esset a peccato & sanctus, tamen vilitate humanitatis erat vt lana optima, & incomparabilis vniuersis, quæ erant sub cælo, virginibus.*

Alcuinus Mariam lanam vocat solam dignã ex qua Rex indueretur.

Paulinus Episcop. Aquileiensis, lib. 6. cont. Felic. *Mulctata est prima mater humani generis dolore, tristitiâ, seruitute. Tribus è contrario clarissimis bonis Maria honorata est salutationis Angelica, benedictionis diuina, & plenitudinis gratiæ.* Et lib. 3. *Maria eiusdem est nobiscum natura, sed non eiusdem gratia.* Si communem gratiam Maria obtinuit, quæ à peccato animam expiat, non modò eiusdem naturæ, sed gratiæ eiusdem nobiscum esse comprobatur. 89.

Paulinus eiusdem nobiscum naturæ esse ait, non eiusdem gratiæ.

Ioannes Damascen. orat. 1. de Dormit. Deipar. *Inuenisti gratiam apud Dominum. Gratiæ abyssum inuenis, quæ duplicis Virginitatis nauem incolumem seruaueras, animámque non minùs, quam corpus incolumem custodieras.* An non, vt corporea virginitas custoditur ab omni contagione corpus custodiendum, singulari intemperantia virginitatis fulgorem obnubilante? Profectò à singulari qualibet labe animus custodiendus erat, vt eius Virginitas fulguraret. Orat. 2. *Hodierno die Æuam spiritualem nouus Adamus paradisum suscepit, in quo condemnatio abrogata; etenim ad hunc paradisum serpens aditum non habuit.* Et sæpè alibi plura congerit immaculatam Mariæ Conceptionem illustrantia. 90.

Damascenus asserit seruasse incolumem tam virginitatem corporis animæ.

Germanus Patriarchat. Ierosol. in Theoria rer. Eccl. *Deinde etiam ostendente Pontifice per stolam suam earum Christi stolam rubram, & sanguineam, quam gestauit immaterialis ille, & Deus, vt purpuram tinctam ex immaculato sanguine Deiparæ.* Quàm immaculata Maria, cuius sanguis mundissimam Christi Regis lanam, hoc est, carnem potuit imbuere! 91.

Germanus affirmat imbuisse purissimo sanguine Dominicam stolam.

Resonet Conciliorum concentus. Sexta Synodus sub Agathone celebrata, Act 8. *Confitemur Dominum nostrum Iesum Christum incarnatum esse de Spiritu sancto & sanctâ immaculatâque Domina nostra Dei genitrice, sempérque Virgine Maria.* Act. 18. confirmat. Quasi non deceret incarnari Dominũ nostrum sanctum nisi de sanctâ & immaculatâ Domina Spiritus sancti digna sponsa. Concilium Francofordiense actum anno 780. in epist. ad Episc. Hispan. *Meliore quidem terra* (quam ea, ex qua conditus fuerat Adam) *animata, Spiritu sancto operante, factus est homo; dicente Apostolo: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis.* Ex terrâ etenim nunquam maledictâ Maria, quam verè cælum vocitabis, Christum formatum veneramur. Septima Synodus Act. 2. passim *intemeratam, incontaminatam, immaculatam* Deiparam appellat. Quid plura? Pseudo septima Synodus Constãtinop. anno 754. sub Copronymo. *Iterũ atque iterũ sanctissimã, & ter inculpatã.* Ter inculpata appellatur, vt innocentiæ exaggeratio significetur. Ad mores autem illud expende Damasceni: *Gratiæ abyssum inuenis, quæ duplicis virginitatis nauem incolumem seruaueras, &c.* Tam impugnata virtus est virginitas, tam difficilis eius perfecta custodia, vt immensæ quodammodo gratiæ sit, nauem incolumem asseruare. 92.

Concilia fatentur immaculatam, meliori terrâ quam ex qua Adamus, incontaminatam, ter inculpatam, &c.

CAPVT

CAPVT IX.

Nono sæculo Strabus, Theophanes, Nicephorus, & Albertus Marianæ Conceptionis fulgorem emittunt.

Vbi innuo, Dies festos animi colendos puritate.

93. *Strabus Mariam mente purissimam vocat.*

STrabo, seu Strabus Fuldensis Monachus Glossæ Ordin. Magister, ad cap. 25. Exod. sic de Testamenti mystica Arca Maria. *Facta fuit hæc Arca ex lignis Sethim, quæ sunt imputribilia, ad significandam puritatem Beatæ Virginis Mariæ, quæ fuit purissima mente, & corpore.* Et quonammodo mente purissima, si aliquando experta labis communis corruptionem?

94. *Theophanes praelectam immaculatã in Matrem Dei.*

Theophanes Græcus hymno de Annunc. *Inuenisti gratiam apud Dominum, quam inuenit nunquam alia quæpiam, ô immaculatissima.* Et inferiùs. *Tibi gratia est data, ô Dei genitrix diuina: Tibi omnis creatura clamat, ô Dei nympha: tu enim sola mater Filij praelecta es immaculata. Aue immaculatissima, aue coteptaculum Dei, Adæ renouatio, Euæ redemptio, mons sanctus, manifestum sanctuarium.* Si non modò electa in Dei parentem, sed & præelecta, quonammodo communi infecta crimine præparateur?

95. *Nicephorus in carne & animo præmundatam fuisse non pollutam.*

Nicephorus Constantin. Episcop. epist. ad Leonem III. *Inhabitans enim in vtero sanctissima, incontaminata Dei genitricis Virginis Mariæ, & in animo, & in carne præmundata spiritu.* Sic absoluit epistolam. *Intercessionibus immaculata, & incontaminatæ eius Matris, &c.* Quid præmundari in carne fuit, nisi non pollui? quid præmũdari in animã nisi labe careret?

96. *Ansbertus totam pulchram propè oriationis diei aurorarum, potestates tenebrarum in fugam conuertentem.*

Ambrosius Ansbertus apud Alcuini homiliarium. Serm. qui incipit: *Creatoris Matrem omnis creatura magnificat* Inquit, *Tu ergo pulchra es vt Luna, imò pulchrior Luna; quia tota pulchra es, & macula non est in te, neque vicissitudinis obumbratio.* Deinde asserit Deiparam omnibus terribilem Inferni potestatibus. *Timor & tremor venerunt super eos ita vt dicerent: Ecce elusquum Eua bis.* Et ab Angelis sanctis ita de Virgine cantum ab initio dicit. *Ne præparatum æterno Regi hospitium alienus hospes intraret.* Vberius Doctor. *Sicut Aurora valde rutilans in Mundum progressa es, ô Maria, quando veri Solis splendorem tantæ sanctitatis iubare præcurristi, vt verè diem salutis, diem propitiationis, diem, quam fecit Dominus, à tua claritate initiari dignum fuerit.* Quàm non aurea sed plumbea hora, si tantum ob communem labẽ tenebrarum admisisset aurora! Si dignum fuit initiari salutis diem ab initio Marianæ claritati, quomodo illud initium remotum à salute? Addit, *Ipse Sol iustitiæ de te processurus, ortum suum quadam matutina irradiatione præueniens, in te lucis suæ radios copiosissimè transfudit, quibus potestates tenebrarum, quas Eua induxerat, in fugam conuertisti.* Pende ad motum compositionem illud: *Verè diem salutis, diem propitiationis, diem, quam fecit Dominus, à tua claritate initiari dignum fuerit.* An à tenebris indignum fuerit initiari diem salutarem, quam fecit Dominus? Quis dubitet? August. Ecclesiæ solemnia *diem salutis, quem fecit Dominus* appellauit. Dignum igitur & initiari, & terminari claritate. Indignum quippe est salutis diem fœdari tenebris delictorum.

CAPVT X.

Sæculo decimo Idiota, & Fulbertus Carnotensis illustres fuere Conceptionis purissimæ assertores.

Colligo parentum iustitiam quodammodo in prolem influere, Angeli hîc custodis operationem præfulgere.

MIttens huius sæculi Leonem Imperatorem, & Georgium Nicomediẽsem, qui integras orationes de purissimæ Mariæ Conceptione scripsère, vnam quidem & alterã in Bibliothecã Sfortiana asseruatam authore Baronio: exhibeo sapientissimũ Idiotam contẽp. de Virg. cap. 3. *Tota pulchra es Maria, & macula non est in te. Tota pulchra es in tua cõceptione, ad hoc solum effecta, vt Templum esses Dei Altissimi. Tota pulchra es Virgo gloriosissima, non in parte, sed in toto, & macula peccati sine mortalis, siue originalis nõ est in te, neque vnquam fuit, nec erit.* Annõ hæc verba omnium temporum differentias complectuntur: Cap. 4. sic: *Quia corrupta erant omnes animæ, & peccato vacillauerant, ideo te gloriosam Virginem Mariam ædificauit in domum solidam, & fortem, quæ nullo modo vacillare posset.* Quàm imprudenter Conditor super arenam communis fragilitatis nunquam casuræ domus fundamina collocaret! 97. *Idiota totam pulchrã Mariam omniũ temporum differentiis scribit.*

Fulbertus Carnotens. Episc. contestatur ser. de Natiuit. Virg. *Hoc igitur cùm primis fatemur fas est, quòd anima ipsius, & caro in quã elegit habitaculum sibi Sapientia Dei Patris, ab omni malitiâ, & immunditiâ purissimæ fuerunt, affirmante Scriptura: In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Inferiùs. *In huius conceptione necessarium, haud dubium est, quin vtrumque parentem viuifiens & ardens Spiritus sanctus singulari munere repleuerit, quodque ab eis sanctorum Angelorum custodia, seu visitatio nunquam abfuerat.* An ex complexu Annæ & Ioachim, Spiritu sancto superueniente, & obumbrante, Virgo concepta? Falsa hæc, & commentitia vulgi persuasio: ex carnali enim concubitu in aluo fuit matris suscepta. Asserit autem Doctor Ioachim & Annam vt ad generationem huius sanctissimæ prolis purè & sanctè venirent, Spiritu sancto impletos. Adiicit Pater. *Quanta putamus prouisio fuerit sanctorum Angelorum circa tam Deo charissimos parentes ab initio procreationis, & excubatio super tam ingentem sobolem? Nunquid abfuisse credendus est Spiritus sanctus ab ista eximia puella, quam sua obumbrare disponebat virtute?* Omnis itaque Dei prouidentia eò spectabat, vt 98. *Fulbertus Dei habitaculum omninò delicto contaminatum, Spiritu sancto specialissimè influente, custodibus Angelis excubantibus.*

filiam sanctissimam producerent. Collige, quàm influat in prolem parentum iustitiam, si ad Mariæ impletionem, oportuit Annam & Ioachimum Spiritu sancto repleri. Quámque debeatur custodis Angeli excubationi speciali fœlix fœtûs eiusdem processio.

Capvt XI.

Seculo vndecimo Anselmus, Petrus Damian. Petrus Cellens. Bruno, & Iuo Carnot. Conceptioni immaculatæ præstant obsequium.

Innuitur Conceptionis cultores à malis eripi, bonis redundare.

99. *Anselmus duodecim clausulis veluti stellis totidem immaculatæ Conceptioni coronam præparat.*

MVlta sæcula illustrat vous Anselmus Tract. de Conceptione, quem Anselmo adscribendum, & non alij probat Bichoois, Bernardini de Bustos, Salmeronis, Canisij, & Breuiarij Eborens sontentia & authoritas. Plura carpim exhibebo. *Tantorum bonorum consummatio, quæ per ipsam* (inquit Doctor in primis) *Dominus Matrem cons creatura pronenerunt, videtur admonere, omnem humanam creaturam pietatis affectu exordium suum considerare, quam sublime, quam diuinum, quam ineffabile fuerit. Nec mirum; fundamentum siquidem, & quasi quoddam sacrarium ciuitatis, & habitaculi summi boni in eo ponebatur, & mansio lucis æternæ corporalis, quam corporaliter inhabitaret ille incorporeus, &c.* Deinde. *Sancta Virgo Maria vera Mater Dei futura, ac per hoc in Deitatem illius transitura:* (illustri nempe participatione) *ita non absurde credi potest primordia conceptionis eius tanta diuinitatis sublimitate prasignata, vt humanarum conceptio mentium ea plenè penetrare non valeat.* Tertiò. *Si Ieremias, qui in gentibus erat Propheta futurus, in vulua est sanctificatus; & Præcursor Domini Spiritu sancto ex vtero Matris est repletus: quis asserere audeat, totius sæculi propitiatorium, & vnici Filij Dei omnipotentis verum ac dulcissimum reclinatorium mox in sua Conceptionis exordio Spiritus sancti gratiæ illustratione destitutum?* Quartò. Testatur Scriptura: *Vbi Spiritus Dei, ibi libertas. A seruitute igitur omnis peccati libera fuit, quæ olim propitiatoris peccatorum aula, in qua, & ex qua personaliter homo fieret, Spiritus sancti præsentia, & operatione construebatur.* Quintò, *Matrem te fecit suam ille rerum Conditor, & te Dominam hominum & Angelorum constituit. Et vt ita esses, in vtero matris tuæ à primordiis Conceptionis, operante Spiritu sancto, crearis. Nunquid igitur in tanta futura gloria summi valet Dei Mater vnica, & omnium, quæ sunt, fuerunt, & erunt, post Filium tuum imperatrix prudens, & nobilis? Nunquid in exordio suo talis esse debuisti, vt omnium, quorum te dominum gerere certissimè nouimus, aut paritati, aut subiectioni possis addici?* Profectò si à communi labe Imperatrix hominum ac Angelorum immunis non fuisset, Adamo & Euæ, Angelisque in gratia conditis subderetur. Sextò, postquam Mariam Dei palatium ostendit adiicit. *Quodnam sacrarium, aulamve vniuersalis propitiationis, Spiritu sancto cooperante, construeret, si fundamentum illius, scilicet initium, siue primordium Conceptionis Mariæ corruptum fuit? Ipsi certè structura non congruebat, nec cohærebat.* Septimò, *Angelos bonos à peccato seruauit, & fœminam Matrem suam mox futuram ab aliorum peccatis exortem seruare non voluit?* Octauò. *Quis non tanta Conceptionis obstupescat miraculum? Hodie concepta est Virgo Maria, quæ Altissimi Patris filium ex virginali vtero edidit nobis. Quisquis autem paruipendendum putat huius Virginis celebrare Conceptionem nec meretur esse cum fidelibus, nec postea cognoscere Saluatoris aduentum. Quæ enim festiuitas est huic proponenda, per quam omnium festiuitatum est exorta deuotio? Non est verus amator Virginis, qui respuit colere diem Conceptionis. Erubescant itorum insani, qui hanc diem colere nolunt, quoniam aliorum sanctorum conceptiones sancta minimè consueuit Ecclesia colere. Maxima quippe rusticitatis est, eam aliis sanctis in hoc comparari, in qua Deus humanam carnem assumpsit, quam super omnes sanctos, etiam & Archangelos in cælis sublimauit.* Nonò, *Conceptionem Dominicæ Matris colere, Christi generationem est commemorare. Celebremus ergo hodie diuinis officiis vtramque conceptionem eius, spiritualem scilicet, & humanam, vt à sæcularibus curis, & à cunctis vitiis mereamur eripi.* Decimò. *Conceptionis Mariæ celebratoribus datur à Filio Virginis pax, & longa salus, & post transitum huius vitæ regnum æterna.* Vndecimò, *Si quid originalis peccati in propagatione Matris Dei extitit, illud certè propagantium, non propagatæ fuit. Deus enim, qui castaneæ confert, vt inter spinas, & ab spinis remota concipiatur, alatur, formetur: non potuit hoc facere Matri suæ? Planè potuit, & voluit: quòd si voluit, & fecit.* Duodecimò, *Potuit Virgo fieri sancta ordinabiliter, & acceptabiliter. Aut ergo ex speciali priuilegio voluit eam tunc sanctam esse, & factum est, aut noluit. Sed hoc esset irrationabile; quia ordinare ad concipiendum Sanctum sanctorum, & non esse sanctam ordinabiliter, & acceptabiliter, includeret contradictionem.* Plura mitto, duodecim periodis totidem Marianæ conceptioni coronæ stellis consecratis.

Succedat Petrus Damian. Cardin. serm. de Annunc. *Cùm enim fecerit Deus omnia opera sua valde bona, hoc melius fecit, consecrans sibi in ea reclinatorium aureum, in qua sola se post tumultus Angelorum, & hominum reclinaret, & requiem inueniret.* Mariam ideo Angelis, hominibúsque à prima formatione præfert, quia eorum gratia prima tumultuosa (vt ita dicam fuit; nam pro eo instanti, quo viatores fuerunt Angeli, quamuis alij in gratia constantes, alij inconstantes, ac decidui steterint: nullus tamen fuit inter quem bonæ ac malæ cogitationes non conflixerint, & seditiosum (si fas est dicere) tumultum non excitarint. Et serm. de Assumpt. *Sola illa mater & filia Creatoris nec descendit, nec cecidit; sed de virtute in virtutem ascendens, consummatione virtutis vestita est. Caro enim Virginis ex Adam sumpta, maculas Adæ non admisit.* 100. *Petrus Damianus reclinatorium Dei Mariam appellat, filiamque Adæ parentis maculam non admisisse.*

Petrus Cellens. Abbas lib de Panib. cap. 21. (*Libanus vterus est Virginis, ignis gratia Spiritus sancti, panis incarnatio Filij Dei. Opor-* 101. *Petrus Cellensis liber...*

tuit

asserit à communi, & consuetudenaria miotia, ac sanctam sanctorum appellat.

tuis nempe hunc prius clibanum non vili stemmate, neque more consuetudinario fabricari, quatenus in plenitudine temporis panis, qui dat vitam Mundo, de cælo descendens pro dignitate suâ congruum inueniret locum, vbi posset opportunè carnem assumendo decoqui. Re vera à communi, & consuetudinariâ iniuriâ, quæ in aliorum conditione est, Maria in sua formatione excipitur, ac vendicatur. Subnectit: *Filius est sanctus sanctorum, Mater est Sancta sanctorum. Filius est Altare de terra sancta, quia corpus habet de Matre sine macula, in quo cremantur holocaustomata, dum condemnantur peccata.*

102. *Bruno eam affirmat liberam ab omni peccati contagione.*

Bruno Ordinis Carthusiensis Parens ad Psal. 105. *Dominus de cælo in terram aspexit. Hæc* (inquit) *est incorrupta terra illa, cui benedixit Dominus, ab omni propterea contagione peccati libera, per quam vita vitam agnouimus.* Et serm. de Natiu. *Hæc linea incipit ab Eua, & finit in Mariam: in principio est mors, in fine vita consistit; mors per Euam facta est, vita per Mariam reddita est; illa a Diabolo victa est, hæc Diabolum ligauit, ac vicit.*

103. *Docet Iuo Carnot. Virginem sibilo serpentis non credidisse.*

Ivo Episc. Carnotensis ser. de Natiu. *Prima humani generis parens, quia serpentina persuasionis virus excepit, duplici maledicto succubuit, vt & cum viro mortem incurreret, & vt filios, quos cum carnis delectatione conciperet, cum dolore parturiret. Huius maledictionis filiæ Euæ heredes successerant. Sola hæc Mater, quæ non sibilo serpentis credidit, benedictionem, quæ vtramque maledictionem excluderet, audire promeruit.* Ad mores deseruit nona ac decima Anselmi clausula asserentis eos, qui immaculatæ Conceptioni præstant obsequium, à sæcularibus eripientis à cunctis vitiis liberari, pace, salute temporaria donari, ac æternâ.

CAPVT XII.

Hugo, Richardus, ac Potho Vict. Petrus Bles. Arnoldus Carnot. Petrus Comest. Rupertus, Potho, ac Bernardus duodecimo seculo Conceptionis immaculatæ assertores.

Innuo iustitiæ adnatum, & pro peccatoribus precari, & continuis agitari laboribus.

104. *Hugo vict. ob perpetuam sanctitatem semper victricem Mariam appellat.*

HVgo Victorinus duodecimi sæculi luminare sic ser. 47. Assump. ad illud: *Quasi palma exaltata sum in Cades,* cuius nomẽ sonat *sanctitatem. Dei genitrix se velut palmam exaltatam in Cades gloriatur, quia spiritualibus hostibus potenter, & victoriosè subactis, non dolore criminum, sed amore præmiorum compuncta suauissimè potabatur* Exaltata ideo Maria dicitur ac victrix in Cades, hoc est, in sanctitate, quia ob perpetuam sanctitatem semper victrix.

105. *Richardus Vict. à Filio*

Richardus Victorinus ser. cuius initium: *Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram,* profatur: *Non decuit, vt caro Mariæ qualis nunque foret obnoxia culpæ; nam dum Sapientia indignum credimus, vt quam ad lucem gentium destinauit, præuaricatibus, & illecebris sineret inuolui. Neque enim ingratus fuit Matri, qui Patri, Matrique præcepit amorem exhibuit.* Et ad Cantica, cap. 26. super illud: *Tota pulchra es. Tota ergo fuit pulchra, quam totam possedit gratia. Obtenebrantur stellæ, id est sancti caligine humanæ culpæ. Sed Virgo tota pulchra fuit, quam totam illustrauit, & perfudit Sol iustitiæ, vt neque maculam habuerit; neque tenebras culpæ.* Prætere lib. 2. de Emanu cap. 31. *Hoc fuit in B. Virgine supra modum mirabile, & præ cæteris Sanctis omnibus singulare, quòd in ea semper conuenire potuit tanta corruptibilitas cum tanta incorruptibilitate: corruptibilitas in his, quæ pertinent ad pœnam, incorruptibilitas in his, quæ pertinent ad culpam: sed sibi ad futuræ gloriæ cumulum, nobis autem ad patientiæ documentum profuit, quod passibilitatis nostræ iugum cum tanta impassibilitate pertauit.* En peccatum, quod propria & germana corruptibilitatis illius, seu dolorum, ærumnarum &c. esse poterat, prorsus arcetur à Maria.

honoris ac gratitudinis ergo præseruatam, incorruptibilitate omnimoda affectam.

Adamus Victorinus in prosa de Assump. sic cecinit: 106.

Adamus Vict. spina peccati nesciam.

Salue Verbi sacra Parens,
Flos de spinis spina carens
Flos spineti gloria.
Nos spinetum, nos peccati,
Spina sumus cruentati
Sed tu spina nescia.

Petrus Blesensis Archidiaconus Bathonien. Instruct. fidei sic: *Concepit sine pudore, peperit sine dolore, & hinc migrauit sine corruptione iuxta verbum Angeli, vt plena, non semiplena gratia esse probetur: & Deus Filius antiquam, quod pridem docuit, mandatum fideliter adimpleret, videlicet Matrem honore præuenire; ne caro Christi virginea, quæ de carne Matris Virginis assumpta erat, a tota discreparet.* Quasi Filius mundissimus & gratia plenissimus *à tota* Matre discreparet, si non omnino gratiâ plena verè prædicaretur. Et ser. de Magdal. *Indubitanter verum est, quia singulare est B. Virginis auxiliũ, quia plus omnibus potest Mater apud Filium.* Quare? *Quia non nouit peccatum, sensit in se fomitem extinctum, nec experimento sciuit, quam intolerabile certamen est, cùm accingitur homo contra seipsum, quam difficilis victoria, vbi idem vincit, & vincitur: ideo quasi è quodam sublimi fastigio pro nobis intercedit.* Ac si innueret Virginem donatam fuisse omnimoda puritate extincto fomite hac pensione, vt quæ contra seipsam non pugnaret, omne certamen pro pugnantibus, cum Deo institueret. 107.

Petrus Blesen. In nullo à Filio discrepantem, omni puritate donatam.

Arnoldus Carnot. Tract. de Laud. Virg. *Nihil doloris, nihil clamoris ibi erat, nullam ibi vsuram pœnarum pro voluptate vltio repetebat. Neque enim erat Christus in peccato conceptus, cuius solius est donare peccatum.* Ac si diceret: Virgo partus molestias experta non est dupliciratione: primâ, quia Filium absque libidinis sensu concepit, atque adeò non erat illi ex partu dolendum, quia dolor partus pro coïtus delectatione præscribitur; secunda, quia Christus non fuit ab illa in peccato conceptus, id est, quia ipsa peccatum non habuit, quod 108.

Arnoldus Carnot. asserit partus molestias non expertam, quia sine culpa ærumnarum fuit.

in Christum generatione transfunderet; non enim prolis peccatum, sed matris ipsius propria culpa dolores illos, & molestias adducit.

Petrus Comest. innuit Conceptionẽ immaculatã quia eius festum colitur.

109 Petrus Comestor ad illud Isaiæ: *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon*, ait, *B. Virgo quia fuit in vtero sanctificata, ideo illius natiuitas celebratur.* Ergo quia sine labe concepta, eius celebratur ab Ecclesia Conceptio. Porrò Doctor qui aliquando Virginem in culpâ conceptam asseruit, sententiam mutauit, pereruditoeius de purissimâ Conceptione extante libello, cuius meminit Tritem. & Posseuinus.

Rupertus libertatem à peccati iugo solius Mariæ propriam.

100. Rupertus Abbas Tuiciens. lib. 6. in Cant. ad illud: *Duo vbera tua sicut duo gemelli capræ, collum tuum sicut turris eburnea*, fatur: *Ergo tu ô libera Sunamitis, tu maximè, cuius duo vbera sunt gemella, seculis omnibus inaudita virginitas, atque fœcunditas; tu inquam ô dilecta, singularis libera es ab omni iugo peccati secundum istas similitudines hinnulorum, capreæ, atque turris eburneæ.* Annon à peccati originalis iugo libertas sola Virgini propria, & cum aliis minimè communis est? Plura superiùs.

Potho nunquam in Domo Mariana Deum offensam culpa expertum.

111. Coëtaneus Ruperti Potho Presbyter Pruniensis, qui lib. 1. de magnâ Sapientiæ domo, ait, *Vere magna domus, pulchra, & altissima domus, septiformis spiritus in eadem domo plenariè habitat quietissimè, nunquam ibi passus est offensam alicuius culpæ.* Particula *nunquam* Conceptionis illud primum instans complectitur.

Bernardus ad purum præseruatam, immaculatã sine macula Parentũ &c.

112. Denique Bernardus Abbas ser 2. de Natiu. *De lignis Setim condita est Arca, quia licet Maria de Patrum natura per peccatum vitiata duceret originem; prælecta tamen est per Spiritum sanctum, & præseruata ad purum.* Et ser. 13. in Cœna Dom. *Non est in filiis hominum magnus, vel paruus, qui non in peccatis fuerit conceptus præter Matrem immaculati peccatum non facientis, sed peccata mundi tollentis; de qua cum de peccatis agitur, nullam prorsus volo habere quæstionem.* Plura testimonia & superiùs exhibui, & inferiùs proferam. Annon ser. de Natiu. scripsit? *Caro Mariæ ex Adam assumpta, maculas Adæ non admisit.* Et serm. de Verbis Apoc. *Candidissimus sane, & calidissimus huius Mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, vt nihil in ea non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, aut minùs lucidum; sed ne tepidum quidem aliquid, aut minùs feruentissimum liceat suspicari.* Ergo culpæ originalis tenebræ omnino à Virgine fugatæ. Recole ad mores sententias Richardi Vict. & Petri Blesen. Hic enim asserit Virginem quo liberior est à communis miseriæ culpa, eo addictiorem esse precibus pro nobis profundendis. Ille autem affirmat omnimodam puritatem Mariæ cum passibilitate copulatam fuisse. Instituitur iustus eo promptiorem debere esse ad preces pro peccatoribus profundendas, quo à peccatis mundior diuinâ misericordiâ est. Præter ea edocetur non conqueri, dum laboribus agitatur; sæpe enim iustus agitatur tribulatione in nostræ fragilitatis documentum.

Capvt. XIII.

Seculo decimo tertio meus Antonius Padu. Alexander Hallen. Hugo Card. Albertus Mag. Thomas Aqui. Dominicus, & Bonauentura immaculatam defendunt Conceptionem.

Vbi moneo stantem, Deo hærere, non propriæ firmitudini.

Ordinis D. Dominici, ac D. Francisci decimo tertio seculo fulgor immaculatam Conceptionem scintillauit. Meus Antonius Paduensis huius tertij decimi seculi caput extollatur, qui Domini 3. Quadr. sic. *Maria vitis dicta, quia vim habet cuius radicandi, vel quod inuicem se innectit, quæ præ cæteris citius, & altius in Deo amore fuit radicata.* Annon vitis palmes ab illa excisus non interit statim; sed in terra defossus, è vestigio radices agit, & gemmas profert, vt vidisti cap. 3. ad Thaumaturgum? Maria igitur ex Adam excisa nunquam interiit, sed ab initio plantationis viguit, viruit. 113.

Antonius Paduensis vitem appellat Mariã citius in Deo amore radicatam.

Alexander Halensis libellum de pura Conceptione edidit super illa verba: *Tota pulchra es amica mea*, ac deinceps ita passim proclamare solitum, & in hæc verba animã quoque exhalasse: *Maria Domina mea, tota pulchra es, & formosa, & macula originalis, ac actualis in te nunquam fuit.* 114.

Alexander Hallens. totam pulchram sine macula originali.

Hæret Hugo Cardin. ex D. Dominici familia, qui in cap. 1. Lucæ fatur. *Aue sine væ triplici, corruptionis, grauitatis, & doloris, quod incurrit Eua per peccatum, quod ab ea omnes mulieres præter Mariam quasi iure hereditario contraxerunt. Inuenisti gratiam apud Deum. Inuenisti quidquid Eua amiserat.* Annon amiserat Eua gratiam originalem? Ergo illam Virgo recuperauit. Præterea in cap. 10. Lucæ decem Mariæ priuilegia enumerans, ait. *Primum priuilegium Mariæ est immunitas à peccato.* Quam sententiam sæpè aliàs inculcat. 115.

Hugo Cardin. gratiam originalis inuenitricem.

Albertus Magnus ex eadem Prædicatorum militia lib. de Mariæ laudibus à seipso dissentiens immaculatam Virginis Conceptionem celebrat, cuius testimonium noster Petrus Canisius lib. 5. de Deipara cap. 27. transcribit. *Hæc enim Virgo sola a communi illa regula excipitur: Omnes peccauerunt in Adam.* Liber hic Mutinæ in fratrum Minorum Bibliotheca lectus à Ferdinando nostro Salazario sapientissimo immaculatæ Conceptionis propugnatore. 116.

Albertus Magnus à communi regula solam exceptam.

Thomas Angelicus hoc seculo florens per secula cuncta immaculatæ Conceptionis gloriam euulgat. Opusc. 8. de Expos. Angel. Salut. *Maria purissima fuit quantum ad omnem culpam, quia nec originale, nec veniale, nec mortale peccatum incurrit.* Et in cap. 3. epist. ad Gal. ad illa verba: *Non dicit in seminibus*, Henriquez noster lib 3. de Sacra. Confirmatio. cap. 11. asserit in glossa deprehendisse apud antiquissimum codicem hæc verba: *Excepta* 117.

Thomas Angelicus purissimam ab omni culpa, sine aliqua originalis peccati contagione, &c.

B.

B. Virgine, quæ omnino à peccato immunis fuit originali, ac veniali. An hæc litigiosa? Pergo ad taça. 1. dist. 45. q. 1. a. 3. ad 3. *Puritas intenditur per recessum à cõtrario, & ideo potest aliquid creatum inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, & nulla contagione peccati inquinatum sit. Et talis fuit puritas B. Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit. Fuit autem sub Deō in quantum erat in ea potentia ad peccandum.* Denique eodem 1. Dist. 17. q. 2. a. 4. obiiciens sibi illa verba Anselmi: *Decuit B. Virginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi*, sic occurrit: *Ad illud, quod dicitur de B. Virgine, dicendum est, quòd differt puritatis augmento, & charitatis. Augmentum enim puritatis est per recessum à contrario. Et quia in B. Virgine fuit depuratio ab omni peccato, ideo peruenit ad summum puritatis: sub Deo tamen, in quo non est aliqua potentia deficiendi, quæ est in qualibet creatura, quantum in se est.*

118. *Dominicus terram nunquam maledictam.* Profectò hæc Ecclesiæ lumina lucem huiusmodi à Sole D. Dominico accepere. Libello enim de Sacram. Corp. Chris. contra Albigenses scripto sic Patriarcha ex Andrea Apostolo vsurpans: *Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & nunquam maledictâ formatus: ita decuit in secundo Adam fieri, id est, in Christo, cuius terra, id est Mater Virgo nunquam fuit maledicta.*

119. *Bonauentura plenam gratia præuenientem contra fœditatem originalis culpæ.* Seraphicus Bonauentura ser. 2. de Virg. sic: *Dico primò, quod Domina nostra fuit plena gratia præueniente in sua sanctificatione.* In sanctificatione præueniēs gratia erat? Ergo iam ante illam omnem aduersantem hostem deturbauit. *Gratia scilicet præseruatiua contra fœditatem originalis culpæ, quam contraxisset ex corruptione naturæ, nisi speciali gratiâ præseruata, præuentaque esset. Solus enim Filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, & ipsa Mater eius Virgo. Credendum est enim, quòd nouo sanctificationis genere in eius Conceptionis primordio Spiritus sanctus eam a peccato originali, non quòd infuit, sed quod infuisset, redemit, atque singulari gratiâ præseruauit:* Mitto Raimundi Lulij, Petri de Tarantasia, Ruperti de Russia, Richardi de Media villa, Ioannisque Parisiensis testimonia. Illud D. Thomæ ad mores obserua: *Sub Deo tamen in quo non est aliqua potentia deficiendi, quæ est in qualibet creatura, quantum in se est.* Quàm labilis fortitudo quælibet, si naturæ fragilitas spectetur! Liber es à communi contagio, castitate fulges? *Sub Deo* quidem; ne propriæ nitens firmitudini, non solum formidini, sed & casui subiaceas.

Capvt XIIII.

Seculo decimoquarto Scotus, Herbæus, Lyranus, Brigitta, & alij plurimi extitere Marianæ purissimæ Conceptionis propugnatores.

Innuo iustum debere adhærescere piæ sententiæ, cùm pia, & impia sit de proximi fama opinio.

HAbuit purissima Conceptio Mariæ decimo quarto seculo illustrissimos vindices. Scotus maximus Deiparam à peccato originali, & à debito illius contrahendo non solùm asseruit, sed euicit. Guillelmus Varro Minorita, Augustinus de Ancona ex ordine Heremitarum, Petrus Aureolus Minorita, Antonius Andreas Scoti discipulus, Franciscus Mayron, OKām, Maldonadus ex Francisci familia. Ioannes Bachon Carmelit. Paulus Venetus, Landulphus, Hugo de Castro nouo, Aemanus, Ioannes Vitalis, Robertus Lincomen. Ioannes de Basilea, Gerardus Patriar. Thomas de Argentina, Henricus de Masia. Ioannes 1. Aragoniæ Rex opinioni piè nomē dedere. Ex Ordine Prædicatorum Bartholomeus Pisanus, Ioannes Taulerus, & Robertus Holcoth gloriam immaculati fœtûs sapientissimo sermone protulere. 120. *Scotus & alij sapientissimi viri pro purissima Conceptione pugnant.*

121. *Herbæus asserit Mariā non fuisse mortuam.* Herbæus Natalis Ordinis Prædicatorum Magister Generalis contra immaculatam Cōceptionem pronunciauit in 3. D. 3. Sed deinde re maturius perspectâ, perpetuam Virginis asseruit sanctitatem. In epist. enim 2. ad Cor. cap. 5. ad illa verba: *Ergo omnes mortui sunt*, profitetur. *Omnes itaque mortui sunt in peccatis, nemine excepto (dempta Matre Dei) siue originalibus, siue voluntate additis.*

122. *Lyranus in eam venisse Spiritum sanctum ab originali præseruando.* Nicolaus de Lyra ex Seraphico Ordine ad illud Lucæ 1. *Spiritus sanctus superueniet in te. Bene dixit (ait) superueniet in te; quia prius venerat Spiritus sanctus super Virginem adhuc in vtero existentem, eam ab originali purgando, vt communiter dicitur: vel secundum alios, illam ab originali præseruando, vt communiter etiam dicitur; sed in conceptione Filij Dei superuenit Spiritus sanctus &c.*

123. *Brigitta carnem Virginis singulari diuina charitatis virtute compaginatam, ostenditque cur sit de hac veritate controuersia.* Brigita hoc seculum terminauit lib. 1. Reuel. cap 9. profata de Virgine. *Caro mea ex patris, matrisque congressu procreata, sed haud sine singulari diuina charitatis virtute compaginata fuit.* lib. 5. cap. 4. *Maria de radice Ada processit, & de peccatoribus nata est, licèt sine peccato concepta; vt Filius Dei de ea sine peccato nasceretur.* lib. 6. cap. 49. sic Virgo ad Brigittam. *Veritas est, quòd ego concepta fui sine peccato originali, & non in peccato.* Cur ergo ô Virgo huiusmodi laus eximia tandiu latuit? *Scito quòd Conceptio mea non omnibus nota fuit; quia voluit Deus, quod sicut antè legem Christi scriptam præcessit lex naturalis, & electio voluntaria boni, & mali; vt postea veniret lex scripta, quæ cohiberet omnes inordinatos motus. Sic placuit Deo, quod amici sui piè dubitarent de Conceptione mea, & quilibet ostenderet zelum suum, donec veritas claresceret tempore ordinato.* Adnota ad mores illud: *Et quilibet ostenderet zelum suum.* Asserebat Lyranus communiter dici Virginem ab originali purgatam, & communiter etiam dici eam ab originali præseruatam quinam in Mariam zelus, quodnam obsequium pium non credere communitati eam à crimine liberanti, & credere eidem eam communi lapsui subiacentem asserenti? Iustus sententiæ piæ semper hæresest. Si proximum quidam probabiliter carpunt, & quidam eundem liberant etiā probabiliter à censura, zelus iusto est adnatus, piæ sententiæ hærescere, proximúmque à suspitione criminis liberare. Haud sic Bandellus

dellus contra purissimam Cõceptionem aperto Marte militans, qui clausulam illam Lytani apposuit: *Eam ab originali purgando, vt communiter dicitur*; & illam prætermisit: *Vel eam ab originali præseruando, vt etiam communiter dicitur*. Vnde hominis dolos, astúsque perfectè cognoui.

Capvt. XV.

Sæculo decimoquinto D. Vincentius Ferrar. Apollinaris, Tostatus, Petrus Damianus, & alij Dominicani, & Seraphici piæ opinioni adhæserunt.

Vbi innuo, pertinaciam esse erroris inductricem.

124. *Ioannes Montesonus retractat, quæ de Deipara Conceptione protulerat.*

EX Prædicatorum Ordine plures grauissimi Patres hoc Sæculo Deiparæ Conceptionem immaculatam præconiis extulere. Ioannes Montesonus insignis Dominicanus, de quo Gaguinus in Histo. Franco ad Carolum 6. *Per hanc tempestatem Ioannes Montesonus Ordinis sancti Dominici Theologus magni nominis Doctor ad populum de Diua Maria Virginis puritate concionans, eam originali contaminatione, reliquæ humanæ propaginis instar, fuisse infectam disseruit; quem alter eiusdem Ordinis imitatus, cum Rotomagi de re ipsa sermonem haberet, Ego, inquit, nisi palam ostendero Christi Matrem paternæ originis labem, dum conciperetur, contraxisse, Huetus appellari non recuso. (Est enim id apud Francos nomen ridiculum) Eam obrem diu in consuetudine fuit, vt eius Ordinis fratres Hueti à pueris passim vocarentur. Discussa in præsentia Pontificis Innocentij VII. qui circa annum 1403. sedit) veritate, procurante maximè Parisiensi Scholâ, Montesonus Parisium redire, & quæ de Virgine temerè prædicauerat, retractare compellitur.*

125. *Vincentius Ferrariensis asserit in primo instanti sanctificatum à Domino Mariæ tabernaculum, Angelósque Festum Conceptionis in cœlo celebrasse.*

Haud compulsus, sed Iubens sanctissimus pariter & Doctissimus D. Vincentius Ferrariensis ser. 1. de Natiu. sic. *Quando corpus B. Virginis fuit perfectè organizatum, & anima illi coniuncta per creationem, Altissimus sanctificauit tabernaculum suum.* Simultaneam certè creationis & sanctificationis efficientiam sonant hæc verba. Sed tamen luculentius suam mentem exprimit ser. 2 illud expendens: *Fiat lux. Non credatur, quia fuerit sicut in nobis, qui in peccatis concipimur; sed statim, atque anima fuit creata, fuit sanctificata: & statim Angeli in cælo fecerunt festum Conceptionis.* Rursum. *Lux dicitur illa benedicta generatio Virginis Mariæ, quia sine tenebra culpæ facta est.* Mox adiicit: *Sed generatio fuit vt lux.* Denique, *sic ista coniunctio Ioachimi, & Annæ luminosa fuit.* D. Antoninus, qui Virginem in originali conceptam tradiderat, sententiam dicitur mutâsse. Certè tom 4 tit. 15. cap 3.4. & 5. multa de Virgine enunciare lego quæ cum tradita à se sententia pugnant. Mutauit & Ioannes de Turre cremata Cardin. dum in meditat. de Vita Chris piæ sententiæ non parum adstruere videtur. Semper professi sunt Petrus Dore Doct. Parisiensis, & Guillelmus Pipinus suæ ætatis Ecclesiastes.

Plures Dominicani piæ opinionis assertores.

Quid non Ordo Seraphicus suo persisteret obsequiu? Petrus de Candia, qui ad Pontificatum assumptus est Alexander. V. appellatus, de quo sic Bustos ser. 4. de Concep. *Petrus de Candia ex Ordine Minorum ad Pontificatum summum euectus & Alexander V. denominatus immaculatam Virginis Conceptionem approbauit in 3. sent. dist. 3. & existens in Pontificatu hanc opinionem dicitur terminasse in ciuitate Pisarum anno Domini 1411. atque statuisse, vt ab omnibus teneri deberet.* D. Bernardinus Senensis tom. 1. ser. 51 de Salut. Angel. cap. 1. ex verbo, Aue, elicit Virginem à triplici væ originalis, mortalis, & venialis culpæ perquam alienam fuisse. B. Ioannes Capistranus tractatum de pura Conceptione scripsit. Ioannes Basolus hærescit. Sixtus IIII. Extrauagantem edidit, in qua cunctos fideles ad festum immaculatæ Conceptionis quot annis agitandũ hortatur; aliam expediuit ad Minorum, Prædicatorúmque sedandas discordias. Bernardinus de Bustos in Mariali vndecim Concionibus de immaculata Cõceptione piissimè egit, & Officium, quod speciali decreto Sixtus IIII. probauit, composuit. Pelbartus Themesuar, Petrus de Aquila, Alexander Nequam, Baptista de Ferraria, Henricus Harpius, Guillermus Bortillon, Borrison, Franciscus Lychetus Ordinis Generalis, Franciscus Titelmanus lib. cont. Lacherum art. 17. fatus. *Et primum id ambiguum esse nemini potest, quantum ad gloriosam Christi genitricem, quæ nouo quouis, & labe caruit tam originalis, quam actualis peccati.* 126. *Ex vnica hice Ordine Conceptionis immaculatæ Doctores.*

Cecinit hoc sæculo Petrus Apollinaris. 127. *Apollinaris affirmat brutale esse laborare contrarium asserentem.*

Salue Virgo parens, labes quam nulla vetusti
Per tot ancta gradus criminis implicuit.
Te, dum conciperis, culpâ quicunque negaret
Immunem, brutis nil sapit ille magis.
Huic aut vipereo mens est infecta veneno,
Aut illum teter spiritus exagitat.

Alfonsus Tostatus Episco. Abul sup. Prol. D. Hier. cap. 6. sic: *B. Virginem sine originali maculâ conceptam esse nullo modo nego, sed toto animo confiteor; licèt oppositum dicere non sit magnus error, nisi pertinaciter dicatur, volendo aliquid de perfectione Virginis detruncare.* 128. *Tostatus toto animo confitetur veritatem immaculatæ Conceptionis.*

D. Laurentius Iustin Tract. de casto Connu. Verbi & animæ cap 6. *Quotquot enim* (ait) *ex ipsa nati sunt propagine (exceptis dumtaxat mediatore Dei & hominum homine Christo Iesu, & eius Matre) sub hac peccati lege sunt conditi.* In fasciculo amor. cap. 7. *Nemo ab ipso Mundi initio vsque ad temporis plenitudinem (dumtaxat Mediatore, eiúsque Genitrice exceptis) iugum dominationis eius euasit.* lib. de perfect. gradibus, cap. 1. *Ab originali delicto nullus excipitur præter illam, quæ genuit Mundi Saluatorem.* Et ser. de Annunt. *Ab ipsâ namque sui Conceptione in benedictionibus est præuenta dulcedinis, atque à damnationis aliena chirographo.* Mitto Cõcilij Basiliensis decretum, Nicolaum Tudescum, Abbatem Panormit. Ioannem Nauarræ Regem cauentem, ne quis vnquam in concionibus aduersariam immaculatæ Conceptioni opinionem vsurparet, imitatam eum Academiam Coloniensem, Nicolaum Cusanum Cardinalem Romanæ Ecclesiæ, Diony-

126. *Laurentius Iustinianus excipit Christum & Mariam à communi labe macurs...*

sium

sium Carthusianum virum sanctitate, & doctrinâ celebrem, Baptistam Mantuanum Carmelitarum decus, Ioannem Picum, & Innocétium VIII qui anno 1480. confirmauit Religionem Monialium sub immaculatæ Conceptionis inuocatione. Obserua ad mores illud Abulensis: *Licèt oppositum dicere, non sit magnus error, nisi pertinaciter dicatur.* Quam semper erronea sit pertinacia! quam erroris inductrix!

Capvt XVI.

Concilium Tridentinum, Thomas de Villanoua, Dominicani, Seraphici, & Jesuitæ pro purissima Conceptione pugnauerunt.

Vbi innuitur, bonam intentionem facilè aliorum egregiis fidem adhibere.

130. *Dominicani purissimam Conceptionē asserentes.*

EXtremum Seculum sermonem efficit abundantia inopem, innumerabilibus Conceptionis immaculatæ vindicibus exsurgentibus. Ex Dominicana Familia piam opinionem amplectuntur Sanctius Porta in Mariali, & serm. de Concep. Hugo de Prato florido ser. de Annunc. Ioannes Maburnus Tit. 24 Alphab. 56. Ioannes Viguerius de pecc. orig. cap. 18. Vers 2. Dominicus Soto celebris Theologus, lib. de nat. & gra. lib. 1. cap. 17. & in cap. 5. epist. ad Rom. immaculatam, Virginis Conceptionem, eiusque exceptioné à communi lege seriò perdocuit. Ambrosius Catherinus grauem Tractatum de purissimà Conceptione conscripsit.

131. *Seraphici eidem veritati profitentes.*

Ex Seraphica verò Franciscus Petri ad Bobes, sermones duos de purà Conceptione contexuit. Nicolaus de Nisa duos alios sermones edidit. Vnien Sermone Oliuerius Mallardus Generalis Minister piam mentem exposuit. Thomas Illiricus de Auximo idem docuit ser. 3. de Incar. Franciscus de Osuna duos sermones scripsit. Dominicus Pico Claus. 3. ser. 23. Tartaretus in 3. dist. 3. Ouandus, Nicolaus de Orbelis in 3. dist. 3. Ludouicus Caruajalius in pereleganti exclamatione. Michael Hilaretus in sacris Enneadib. Cornelius Mussos Episc. Bitontinus in cap. 5. epist. ad Rom. Feuardentius vir doctissimus piam vbique sententiam spirat.

132. *Thomas de Villa noua hoc Mariæ priuilegium veneratur.*

Floruit hoc seculo Thomas de Villa noua Archiep. Valent. vir sanctitate perspicuus, qui serm. 1. de Assump. sic piam opinionem expressit. *Nihil vnquam alicui sanctorum speciali priuilegio concessum est, quod non à principio vitæ cumulatius præfulgeat in Maria. Ecce Castellum fortissimum, ecce Turrim inexpugnabilem, quæ nunquam diabolo præstitit tributum, aut fidem.* Pende illud: *Quod non à principio vitæ cumulatius præfulgeat in Maria.* Vnde si speciali priuilegio concessum est Ioanni, in vtero sanctificari, cumulatius hoc priuilegium in vitæ principio debet præfulgere. Vnde fuit absque originali peccato concepta. Cuncta etenim priuilegia, quæ Diuis in fine, aut medio vitæ dispensantur, conuocant in Marianæ vitæ principio seu conceptione cumulatiorem vbertatem.

133. *Tridentinum Concilii suam piam intentionē profert.*

Tridentinum Concilium anno 1545. celebratum, post grauem hac super re deliberationem præmissam sess. 5. in calce decreti de peccato originali subiicitur. *Declarat tamen hæc sancta Synodus non esse suæ intentionis comprehendere in decreto hoc, vbi de peccato originali agitur, beatam, & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem: sed obseruandas esse Constitutiones felicis recordationis Sixti Papæ IV. sub pœnis in eis Constitutionibus contentis, quas innouat.* Haud sine pondere excidat illud: *Non esse suæ intentionis comprehendere in decreto.* Et quomodo intentio illa sanctissima potens non abnegare Mariæ priuilegium, potuisset ab insinuatione suæ pietatis recedere? intentio bona facilè aliorum egregiis cuicisque fidem adhibet.

Facilè fidem adhibet bona intentio aliorum egregiis.

134. *Societas Iesu tota suo seculo primo pro purissima Conceptione viriliter dimicauit.*

Quid de sæculo primo Societatis Iesu attexam? Inchoatum hoc sæculum ab immaculatæ Conceptionis præconio. Decem enim illi Protoparentes nostri in Academia Parisiensi Magistri nuncupati, & creati iuxta veterem illius scholæ morem ad purissimam Conceptionem vbique defendendam sacramento sese obstrinxerunt. D. Ignatius voti sui tenax huius veritatis perquam studiosus fuit, vt ex codice illo constat, in quem Pater illustrationes Dei contecit. Laynij secundo Societatis Generalis conatui pio debetur illa appendix, seu restrictio, quæ à Tridentino apposita fuit, quartana febri, quam in eū dié, qui sibi ad dicendum de prædicta thesi obrigerat, incidere debebat, Laynium perorantem deserente. Alfonsus Salmeron doctissimus Euangeliorum, ac Pauli interpres, quam in Concilio Tridentino de immaculata Conceptione sententiam protulit, suis Voluminibus sæpe expressit. Isto tam constanti primorum Patrum sensu vsque adeo posteriores imbuūtur, vt ex quatuor millibus scriptoribus nullus contrariam sententiam innuerit, innumeri piam vberi sermone prædicarint, (de quo supra) Congregationis quintæ, quæ anno 9. acta est, decretum obseruantes. *De conceptione B. Mariæ sequantur nostri sententiam, quæ magis hoc tempore communis, magisque recepta apud Theologos est.* O Virgo beatissima, ab initio, & ante secula concepta, vsque ad seculum futurum nulla Iesuitarum lingua de tua immunitate conticescet, seculum enim Societatis primum plura secula vsque ad nouissimum imitabuntur, si seculi secundi primo vestibulo plures habes iam milites Iesu qui integris Voluminibus tuam gloriam concelebrant.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Zorobabel autem genuit. Abiud.

Abiud adstruit Mariam speciali iure Patris æterni Filiam eius referre puritatem.

Vbi colligitur filios patrissare frequenter, vt patres curent morum compositioni studere in filiorum exemplum.

135. *Maria Patris æterni plusquam filia adoptiua.* ABind quidem idem ac *Pater meus*, Beda & interlinealis Glossæ Magistro. Quamuis Maria filia est Patris æterni, non naturà, sed adoptione, tamen nobiliorem adoptioné adeptam fuisse assero, non solùm quia maioré gratiam sortita est, sed quia specialiter nomen illud præ se fert gloriosissimum. Nam, teste Theodoreto, in cap. 3. Cant. (Theodo.) Sponsa in domum viri translata deinceps non proprios, sed mariti sui parentes, suos debet appellare; sic putat Sponsam Dei egisse: *Introducam eum in domum matris meæ, in cubiculum genitricis meæ.* Cant. 3. (Cant. 3.) Vbi Sponsi cælestis matrem, in cuius domum translata fuerat, matrem suam appellauit. Baldus apud Tiraq in leg. 6. connub. 28. *Puella quæ meo nupta sit filio, filia mea est arctiori vinculo quàm adoptiuais.* (Tiraq.) Quia scilicet ex viro & vxore fit vna caro. An non Virgo Mater ac simul sponsa Filij Dei? *Adstitit Regina à dextris tuis.* Psal. 44. (Psal. 44.) Ex quo sponsæ titulum Deiparæ adscribit. Huius appellationis rationem Augustinus reddit, quia Christus & Maria vna caro. Ergo si sponsa Filij Dei, oblitis propriis parentibus debet Parenti æterno adhærere. Vnde postquam Regina Sponsa nominatur Maria; *Adstitit Regina à dextris tuis*: mox adiicitur: *Audi filia, obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.* Ex quo enim Maria Filij Dei constituitur sponsa, æterni Patris, quasi dimissis terrenis parentibus adoptatur in filiam. An filia verè? Minimè: sed quia adhærescit parenti Iesu cælesti, quandam propinquitatem seu vicinitatem augustiorem quàm ex adoptione contrahit.

Ex huiusmodi itaque vicinitate sine labe 136. *Maria Deo propinqua purissima adstruitur.* Virginem defendo. Cùm seriem generationis Iesu Sponsi ac Filij Mariæ ex Abrahamo descendentem aspiciebam, Mariámque hominum filiam contemplabar, eam communi labe timebam inficiendam. At cùm ex Lucæ receptione (Luc. 3.) vidi Mariam vsque ad Deum Parentem ascendisse: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei*, cap. 3. mox ex vicinitate Deiparæ ad Deum Patrem nulla infectam labe dignoui. Quomodo tàm propinqua Deo Dei non referat proprietatem? (Pro. 8.) *Cum eo eram* (ait Maria) *cuncta componens.* Prouerb. 8. Chaldæ. & Symachus. *Prope ipsum eram quasi nutritia, aut filia*: Certè prope Deum commorata, quid non Dei referat puritatem? Ioannes: (Ioann. 1.) *Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Cap. 1. Modernus quidam Interpres ingeniosè adnotauit Ioannem ad vberiorem claritatem addidisse Verbū esse apud Deú, quia eo ipso quòd asseruisset Verbum apud Deum esse, videbatur Verbi Deitatem affirmare. Nam propè Deum existens Deo similis assolet reputari. *Cum ipso* erat Domino Maria? An non ex vicinitate Dei Parentis puritatem imitetur?

Locutus de D. Anna Mariæ parente Epiphanius, ser. de laud. Virg. (Epiph.) 137. *Maria Dei Thronus Cherubicus Dei virtutes imitatur.* *Anna, quæ gratia interpretatur grauida effecta Thronum Cherubicū peperit sanctam Mariam. Illa enim reperitur esse Thronus.* Quare reperitur Deiparà esse Thronum Cherubicum? An non quia ex propinquitate ad Deum diuinæ puritatis imitatrix apparet. Dionysius Areop. dè cæl. Hierarch. cap. 7. (Dionys.) Thronorū sic expressit essentiam. *Dei fælicissima societate dignatos intelligendum, communicantque, quantum par est, in prima conditionis suæ potestate Deificis ipsius, benignissimisque virtutibus.* Throni Deo propinqui Dei virtutes è vicinitate imitantur, iuxta illud: *Accedite ad eum, & illuminamini.* Maria Dei Thronus concipitur, paritur. Anna grauida effecta Thronum peperit, quia concipit Thronum; Thronum parit, Thronum vtique Mariam, quæ Patris Dei virtutes imitatur. *Communicat in prima sua conditionis potestate Deificis ipsius benignissimisque virtutibus*, vt & purissima exsurgat, & erga peccatores benignissima exornatur.

Parens clamat æternus: 138. *Dispensatio pulchritudinis in Maria Dei filiæ luce ex natura humana peccati fœditati addicta.* *Ecce tu pulchra es, amica mea.* Cant. 1. (Cant. 1.) Aliter, propinqua mea. Ex propinquitate illa pulchritudiné ineffabilem traxit. Quã pulchra Maria! *Signum magnū apparuit in Cælo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius.* Apoc. 12. (Apoc. 12.) Vndenam tàm lucida Maria Conceptionis die? Quia licèt terricolis obiicitur aspectanda, apud cælum commoratur Deo vicina, Patri æterno propinqua. Belle Nyssenus ad Cant. 1. (Nysse.) *Propterea dicit ei Dominus: Pulchra facta es, quæ meæ luci appropinquasti, per appropinquationem trahēs dispensationē pulchritudinis.* Quænam dispensatio pulchritudinis illa? Adnatum cunctis conceptis generis humani contrahere fœditatem. At speciali dispensatione Maria, quæ futura Verbi sponsa, Dei Patris assumebatur in propinquam, pulchritudine originali donatur.

Certè formalis ratio, quæ Filium consti- 139. *Quam similis Filio, vt similis omnino Patri probetur.* tuit ac perficit, est ratio imaginis expressionis. Ideò secunda Trinitatis Persona Filij fert nomen, quia per intellectum tanquam imago procedit. Mariæ igitur adoptio æterno Patri singulari accommodatione adiudicatur, quia per adoptionem ipsi æterno Patri specialiter similis euasit. At Patris æterni proprius character est generare Filium; Maria eundem Filium generauit: igitur specialiter similis æterno Patri dicitur. Anselmus de excell. Virg. cap. 3. *Hunc sibi tam vnicum quàm dilectissimum, & in omnibus omninò æqualem non passus est remanere solummodo suum, sed eundem ipsum voluit in rei veritate esse B. Mariæ vnicum, & dilectissimum, & naturalem filium. Nec ita vt duo essent, vnus videlicet Dei Filius, & alius Filius Mariæ, sed vnus & idem ipse, qui Filius Dei est in vna persona, esset Filius Mariæ: &* 140. *Maria Primogenita gratia Dei Patris, vt Mater Primogeniti & conuer esse reitur.* *qui Filius Mariæ, vnus & idem ipse esset in vna persona Filius Dei. Quis hæc audiens non stupescat?*

Hinc est quod Pater æternus Filio suo Primogenito Mariam similem sibi speciali iure filiam assimilauit, quia filios eodem Patre satos inter se per quam similes esse oportet.

Damascenus

Damascenus Orat. 1. de Nat. Virg. *Siquidem oportebat eam primogenitam in lucem edi, qua rerum omnium Primogenitum, in quo omnia coagmentata sunt, erat paritura.* Id est, decens fuit, vt Maria vnica & primogenita patrum suorum filia esset, quæ vnicum ac Primogenitum Filium Dei debebat eniti, Materque à Filio in ea primogenituræ dignitate non esset dissimilis. Similiter primogenita gratiæ Virgo exoritur Dei vtique filia. *Quoniam itaque* (adiicit Pater) *futurum erat vt Dei genitrix Virgo ex Anna oriretur, natura gratia fœtum antevertere non est ausa, verum tantisper expectauit, donec gratia fructum suum produxisset. Siquidem oportebat eam primogenitam in lucem edi.* Vt scilicet æterno Patri similis oriretur. Hinc collige quàm filiæ patrissent, quamque illi debeant studere morum compositioni; vt filiæ quid imitentur, habeant. Quonam modo ex Patre intemperantiæ addicto Virgo castissima exoriatur?

Observatio V.

Ad illa verba:

Abiud autem genuit Eliachim.

Ostendit Eliachim Mariam à Domino creatam, vt à Conceptione omnis respectus ad generationé (ex qua culpa) tollatur.

Vbi innuo eum qui Deum creatorem appellat, vitiis non inficiendum.

161. *Eliachim Dominus Creator.* Eliachim *Dominus* interpretatur, siue creans. Profectò Conceptio Mariæ ea est, vt Domino Cõditori, seu Creatori specialissimè debeat adscribi. Expendam in Eliachim gratiam illud Prouerbiorum: *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Cap. 8. LXX. *Dominus creauit me initium viarum suarum.* Quę quidem verba de Virgine interpretantur Richardus Laurent. lib. 4. Carthus. hîc: at Petrus Dami. ser. de Nat. Mar. fatus. *Hæc eadem beatissima Virgo ante constitutionem mundi in consilio æterna Sapientia electa, & præelecta.* (Prou. 8. — Richard. Carthu. Damia.)

162. *In momento Conceptionis Maria in Dei ex ſtit possessionem.* In primis itaque illud expono: *Dominus possedit me in initio.* Quidnam Deiparam in initio à Domino possideri? In momento Conceptionis Domini possessioni addictam. Hæc ipsa verba à Patribus de Verbo Diuino expenduntur, possessumque in initio Verbum à Domino esse, nil aliud quàm semper cum Patre aut in Patre fuisse. Hieronymus Epist. ad Cypria. *Possessio significat quod semper in Patre fuerit.* Hæc enim perfecta possessio nominatur. Nunquam Filius extra Patrem fuit: Pater enim primus & solus Filij possessor. Cyrillus Alexand. in collect. ad Genes cap. 7. ad illud; *Leuo manum meam ad Dominum excelsum possessorem Cæli & terra.* Cap. 14. ait: *Solus autem ea dicitur possidere, a quo primum ea possedit.* (Hieron. — Cyrill.) Clamat ergo Deipara: Dominus possedit me in initio; idest, primus possedit, nunquam diaboli cessi possessioni. *Possessio* (vt Hieronymi sententiâ ludam) *significat quòd semper in Deo Maria fuerit.*

163. *Maria opus primarium Dei, ab omni vitio immune.* Deinde *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Aliter *principio*, seu primo operũ suorum. Richardus Laurent. lib. 7. *Maria primarium opus Dei.* Sic Gen. 1. *In principio creauit Deus cælum. Et ipsa primarium opus Dei dignitate, & præfiguratione. Vnde ipsa dicit Prou. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Proh Artificis inscitia, si primarium opus ab omni vitio immune non appareret! *In principio creauit Deus cælum.* Non dixit; *Creauit terram*, sed cælum priùs, vt primarium opus Conditorem posset commendare vtique perfectissimum: nec enim *terra inanis & vacua* Creatoris admodum celebraret Sapientiam. *Maria* igitur *opus primarium Dei*, *sicut in principio creauit cælum.* Vt scilicet innuatur Virginem nulli esse vitio obnoxiam, sed Artificis omninò commendare peritiam. (Richard. Laur.)

164. *Conceptio Mariæ creationis vocabulo signatur, vt nullus ad generationem innuatur respectus.* Prætereà *Dominus possedit me.* LXX. *Creauit me.* Ad quæ Richard. Laurent. lib. 4. *De excellentia sua creationis loquitur Maria: Ab initio & ante secula creata sum.* Vnde Prou. 8. *Vbi nos habemus: Dominus possedit me in initio viarum suarum, dicit alia translatio: Dominus creauit me. Creata sum in præsentia Dei: vel creata; id est, præuisa creari quodam priuilegiato modo. Vel ab initio mundi creata sum, id est, præfigurata creari per creationem.* Certè Deipara concepta est communi generatione suppositâ, non creata; id est, nullâ materiâ præsuppositâ, exsurgens ex nihilo velut cælum. Cur ergo creatam se esse proclamat? *Dominus creauit me.* An non vt innuat Conceptionem suam adeò puram esse, vt possit creationis nomine insigniri, ac si generatio eductionem ex nihilo imitaretur. Nec auderet Maria se à Deo effectam, nisi se puritate omnimodâ cognouisset ornatam. *Dominus creauit me.* (Richard.)

165. *Imputatur Conceptio Mariæ specialiter Deo, vnde constat nulli vitio fuisse obnoxiam.* Nec quidem Domino imputandum opus, quod vitium aliquod videatur redolere. *Cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam.* Gen. 9. An non priùs cibus absumitur, quàm hauritur potus? Cur ergo Noë non priùs serendo tritico operam impendit, quàm vineæ plantationi? Sed præstat Ambrosium lib. de Noë cap. 29. exaudire. *Quid est quod iustus primum vineam plantat, & non triticum, aut hordeum? Necessarij enim sunt fructus tritici & hordei, sine quibus non possumus viuere; vinum autem voluptuarium, & causa delectationis datum.* Deberet igitur priùs serere triticum & hordeum, quàm vineam plantare. Dixerat olim Deus; *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen.* Gen. 1. Tunc Deus quasi serendis hominum alimoniis dedit operam; vineam autem mero conficiendo haud ipse plantauit. Noë Deum cibi authorem primi ostendit non autem vini; quia cùm vinum voluptuarium sit, & superfluum, aliquodque defectus specimen obiicit, inter primaria Dei opera minimè computatum sibi soli adscripsit. Haud enim decebat primarium Dei opus alicuius defectus specie laborâsse. *Necessaria* (adiicit pulchrè) *alimenta Deo detulit,* (Gen. 9. Ambros.)

superfluum autem vinum, & non necessarium, hominibus. Profectò Deipara ſe primariom Dei opus, à Deo creatam proclamat indicans manifeſtè in ſoâ creatione, aut conceptione nihil adeſſe diuinis manibus indecens, nil corruptæ ineſſe propaginis.

166. Ad hæc Anſelmus hom. 1. de Concep. *O quanta iſta dies, in qua noſtra Reparatricis anima dignè creatur, & ſanctiſſimo corpori vnitur. Non eſt verus amator Virginis, qui reſpuit colere diem Conceptionis & creationis eius.* Conceptionem creationem Doctor appellauit, non vt aſſerat excludeodam omnem tei præexiſtentiam; (impropria enim ac falſa excogitatio) ſed vt affirmet dignû fuiſſe hoc opus, quod immediatè à Creatoris manu prodiret. Id innuit illa particula: *Dignè creatur.* Cöfirmo ex illorû ſententiâ, (cuius Conciliû Baſiliẽſe meminit ſeſ. 36.) ſcilicet creatá eſſe Mariá aſſerẽtium, quia ab originali culpa fuerat immunis. *Aliis a cõtrario dicentibus à principio creationis ſua Deum gratiam eidem contuliſſe, per quam a maculâ originali illam liberans, & præſeruans perſonã beatiſſimã ſublimioris ſanctificationis genere redemit, cum fundaret eam Altiſſimus ipſe.* Ipſum Altiſſimum ſolum quodámodo illam fundaſſe, ſeu creâſſe aſſeruerunt, vt indicét in Côceptione Mariæ nullum ad communem generatioorm reſpectum excogitandum.

Aſſeritur Maria creata, vt affirmetur concepta ſine labe. Anſel.

Concil. Baſilien.

167. Denique Maria à Domino poſſidetur *in initio viarum ſuarum.* Plures ſunt Diaboli viæ, de quibus Ambroſius lib. de Salo. cap. 5. *Serpens, id eſt, Diabolus in auribus Adæ & Euæ ſemitam fecit; fecit & in pedibus, quibus interdictum fuerat iter ad arborem; fecit & in manibus, quibus contacta ſunt poma.* Viæ autem Dei omninò à viis Diaboli diuerſæ diriguntur ad vitale lignum obedientibus præparatum. Si ergo Maria concepta in initio viarum Dei, nõ equidem ſeſe Diaboli viis tendentibus ad prohibita poma dedidit; ſed ad obedientiæ arborem properauit. Colligendum ex præfatis, quàm indecenter Deum ſuum aduocet Creatorem, qui grauibus delictis inquinatur. An opus immundiſſimum tanto Domino, tam puro adſcribam Conditori?

Maria initiũ viarum Dei iniuit, nec ad pomum prohibitum properauit. Ambroſ.

OBSERVATIO VIII.

Ad illa verba;

Eliachim autem genuit Azor.

Azor Mariam adiutricem Ieſu ad Mundi redemptionem appellans, eam adſtruit à crimine immunem.

Innuo Miniſtros Euangelicos, aliorum ſaluti incumbentes, integrá ſalute operaturos.

168. LOSSA Interlinealis Azor aſſerit idem eſſe ac *adiutũ*, quo oomine Saluator iotelligitur, quaſi *Chriſtus adiutus.* A quonam Chriſtus adiuuatur? An ab hominibus in opus redemptionis? Profectò Mariam ſolummodo adiutricem admiſit. Richar. Victor. cap. 26. in Cant. *Omnium ſalutem Maria deſiderauit, quæſiuit, & obtinuit: imo ſalus omnium per illam facta eſt; vnde & ſalus Mundi dicta eſt.* Tam *adiutus Saluator* à Maria, vt ipſa *ſalus Mundi* poſſit appellari. Annon ſufficiens Dominus ad Mundi redẽptionẽ? Bernard. *Hæc hoſtia ſicut ſola prodeſſe potuit, ſic ſola ſuffecit.* Attamen ſic dilexit Mariam, vt quodammodo aſſumeret in Mundi corredemptricem. *O diues in omnes* (inquit Abbas) *& ſuper omnes o Maria, de cuius ſubſtantia pars aſſumpta totius Mundi ſuffecit ſoluere debita.* Non ſolum adiouare Maria aſſeritur, ſed & ſufficere, qoia Chriſti caro Cruci ſuffixa ſolius Mariæ eſt. Richardus Laorent. lib. 3. *Redemptionẽ Mundi operata eſt Maria, quando portio ipſius à Dei Filio aſſumpta in Cruce immolabatur: & iſta portio pro peccatis totius Mundi fuit hoſtia ſufficiens.* Adiicit pulchrè. *Nec ſolùm tunc operata eſt illa caro Mundi ſalutem, & redemptionem, ſed quotidie operatur; quia carne eius, & ſanguine paſcimur, & potamur in Filij Sacramento. Quia caro Filij & Matris vna caro. Vnde Gen. 2. Erunt duo in carne vna. Et ideo cum Filio poteſt ipſa dicere illud Ioan. 6. Caro mea verè eſt cibus, &c. Et fortè propter hoc dicit: Qui edunt me, adhuc eſurient; & qui bibunt me, adhuc ſitient.* Sunt itaque Chriſtus & Maria in carne vna, quia ipſa eſt *adiutorium ſimile* Filio.

Maria Corredemptrix Mundi, non ex neceſſitate, ſed ex Domini beneficio. Richard. Vict. Bernard. Richard. Laurent.

Quorſum hæc: ſi Maria totios Mũdi quodámodo operata eſt cû Domioo redẽptionẽ, ſaluté, putitaté, annon ſtrictiori iure ſibi liberandæ curã impẽderet? Audi Richardû citatû, *Grandis in vſus proprios remanſit diuitiarũ copia, quarum aſſumptio redimere, & reſtaurare potuit vniuerſa.* Ac ſi diceret, ſi portio ſola ex Maria ſufficiens fuit aſſumpta à Verbo vniuerſi reſtaurationi, copia illa diuitiarû, ex quibus portio illa aſſumpta fuit, nonne in vſos proprios impeodetur? Nonne omnino à cõmuni clade erit immunis Theſaurus ille (oépe Maria) cuius portio ſola aſſumpta à Verbo ſufficiẽs vniuerſitati abluẽdæ, liberãdæ? *Quotidie operatur.* 169.

Colligitur Mariam immunem à culpa, à qua liberat alios. Richar. Laur.

An aſſumeret Dominus Deiparã adiutricem ad originalis labis ablegationẽ, niſi omninò ab ea fuiſſet immunis. *Ecce* (inquit Eliſabeth) *vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in vtero meo* Luc. 2. Ioannem exultâſſe, idem eſt, ac ab originali labe fuiſſe purgatum. Toletus Cardi. *Sicut verba hominũ, per quos Deus mira operatus eſt, erant ſignificatiua, & efficacia, quale fuit verbum Ioſue 10. Sol cõtra Gabaon ne mouearis, &c. quod Solem ſtare fecit, Deo operante per hominis verbum. Et ſicut verbum Petri Act. 3. Surge, & ambula, claudum ambulare fecit, fuitque inſtrumentũ virtutis Dei. Et ſicut verbum Sacerdotis, ego te abſoluo; aut, Ego te baptizo, non tantum ſignificant, ſed etiam efficiunt: Ita etiã verbum Salutationis Virginis ſignificatiuũ fuit, & effectiuũ, per quod Deus Ioãnem purgauit à peccato.* Si ergo *quotidie operatur* Maria hominum ſaluté, ſi Ioanoẽ à culpa purgauit nudo verbo ſine Baptiſmi lauacro, candor proculdubio originalis elucet in ipſa. 170.

Non aſſumeret Dominus Mariã quaſi adiutricem ad alios mũdandos ab originali labe, ſi ipſa aliquando immũda fuiſſet. Luc. 2. Tolet.

Pondera illa verba Richardi: *Caro Filij & Matris vna caro;* & ideo Filius & Mater quodammodo pariter liberant, redimúntque peccatores. *Produxitque Deus omne lignum pulchrũ viſu, & ad veſcẽdũ ſuaue, lignũ etiã vitæ in medio Paradiſi, lignum quoque ſciẽtia boni & mali.* Gen. 2. 171.

Peccatores fugiunt ad Mariam lignum vitæ à facie Domini? Ergo immunis ab reatu.

Gen. 2. Bonau.

2. Vbi D. Bonauentura in 2. dist. 17. *Vnde hæc duo ligna dumtaxat specialiter nominantur propter suos speciales effectus, propter quos posuit illa duo in medio Paradisi iuxta se inuicem; vt ex vno, scilicet ligno vitæ conciperet affectum amoris: ex alio affectum timoris.* Igitur lignum vitale hominibus perfugium, an lignum scientiæ boni & mali, quando aduentante Domino irato *abscondit se Adam & vxor eius in medio ligni paradisi* Gen. 3. Opinor ad vitalem arborem, quæ in medio etiam paradisi aderat confugisse. Nec adeò illi insani, vt diuinam fugientes iram ob esum pomi ex arbore scientiæ boni & mali, ad ipsam arborem interdictam properarent habentes similiter in medio paradisi lignum vitale, quod tegmina offerret. Profectò Maria post Iesum (quem vitale lignum affirmat Ambrosius) arbor vitæ est, Amadeo testante hom. 1. de fructi. & flor. Mar. *Ipsa Virgo virginum vernans in floribus, & in fructu suauitatis delitians apparet media, & velut arbor plantata in medio paradisi attollit verticem in altitudinem cæli.* Adiicit inferiùs, *Inter hos, & horum media consurgit arbor, quam diximus, salutifera, generans cibum vitæ, & Manna caleste. Manna habens omne delectamentum, & suauitatem. Ad quod si primus Adam attingeret, mortem non gustaret in æternum.* Antidotum præsentans aduersùs peccati venenum Maria, quemadmodum Dominus, ante hominum labem figurarat, & non omninò labis expertem profitebimur? A Deo peccatores ad Mariam vitalem Arborem à facie Domini confugisse. Richardus Laur. lib. 12. *Maria abscondit peccatores quasi sub frondibus, & ramis pietatis, & misericordiæ suæ a facie sedentis in throno iudicij. Vnde designatur per voluptatis hortum, in quo absconditi sunt Adam, & Eua post peccatum.* In peccatorum perfugium & redemptionem præparata Maria, ante quam rei homines? O quàm longè illa ab originali crimine recessit! Hinc ministri Euangelici, per quos peccatoribus salus impertienda est, curent & ipsi priùs salute potiri. Nec opportunè spiritualis medicus proximorum saluti incumbet, qui ægritudine vexatur eadem; ne æger proclamet: *Medice, cura te ipsum.*

Gen. 3.

Amadeo.

Richar. Laurent.

OBSERVATIO VII.

Ad illa verba:

Azor autem genuit Sadoch.

Sadoch asserit Deiparam originalis culpæ debitum non incurrisse, speciali ex Christi meritis priuilegio.

Innuo vel obnoxietatem ad crimina iusto esse formidabilem.


DE Sadoch sic Interlinealis Glossa Magister: *Sadoch idem ac Iustus. Christus autem Iustus Dominus, & iustitias dilexit.* Non dixit *iustitiam,* 172.
sed *iustitias,* quia adeo Dominus iustus, vt amet, homines non solùm iustitia, sed iustitiis pollere. Annon potiori iure iustus Dominus iustitias diligeret in Parente? Iustitia profectò fuit, ac sanctitas, Mariam minimè originali crimine fuisse infectam; sed qui iustus iustitias diligit, disposuit, vt Deiparens iustitiæ superabundantia nec in Adamo peccauit, nec peccandi debito fuit irretita. In cuius gratiam præmitto duplex in Virgine posse considerari peccati originalis contrahendi debitum, proximum, & remotum. Hoc quidem absolutú & in rigore, nempe si Deiparæ volútas subiectaretur libero primi hominis arbitrio in ordine ad quascumque operationes, eo transgrediente mandatum summi Creatoris, & ipsa transgrederetur: ratione autem huiuscemodi transgressionis esset Maria obærata ad maculam peccati cótrahendá in primo animationis instanti, quod est esse proximè debitricem. Illud autem impropriú, quatenus eo quod Maria fuerit pura creatura humana, cuius creaturæ voluntas in Adamum transfusa est, & ipsa hac ex parte velut debuerit transfundi. Assero igitur ex speciali indulto (transfusis cæterorum omnium nepotum voluntatibus in Protoplasti volútatem, ita, vt eo peccante, cuncti in Adamo delinquerent) generali trásfusione Deiparam exceptam esse, & ideo consequutam, vt in Adamo nó peccaret. Tantùm abest, ex eadem culpâ pullulantem maculam habitualem, quâ omnes, qui ex Adamo progenerantur, statim ac concipiuntur, infici consuescunt, contraxisse.

Dom. iust. fi-
nem disposuit
Matrem iud
tam abundá-
ti pollere iu-
stitia, vt nec
debitum ori-
gi alis culpæ
contraheret.
Adami fusa.

Quod si requiras, quonammodo cú diuino 173.
Christi, in remediú peccati, incarnandi decreto
stet Deiparæ per Christi merita præseru tio à
remoto illo peccati originalis debito? respon-
deo ex meo sapientissimo, ac amantissimo Paulo Serlogo tom 2. in Cant. Vest. 10. sect. 2. Deiparam non fuisse in Adami voluntate inclusam; quia Filius Dei eam sibi postulauit in Matrem. Consideramus enim primùm ex possibilibus virorum & mulierú indiuiduis Deú præfixisse numerú certum, & assignabilé eorú, qui aliquando extituri erant: & statuisse in hoc Mundo non plures condere, nisi si forsan Verbum carnem sumeret, & eius postulatu superadderet definitæ multitudini nouá humanam Creaturam. Deinde sub altero signo transfusis in Adami voluntaté nepotum omnium voluntatibus, fœderis ei proponuntur conditiones: sed fuit pactum huiusmodi, vt quidem in ordine ad tráfmissionem gratiæ ad posteros, omnium eum constituerit caput absolutè, etiam eius humanæ Creaturæ, quam Filij motus precibus aliquádo produxisset, si modò Filius ipse ita peteret: in ordine autem ad peccatum, & iustitiæ originalis naufragium omnes etiam quocumque modo, & quandocumque extituros ei velut capiti subderet, vel Creaturam illam quoque humanam, quam producere spondebat, si Filij incarnati rogaretur precibus; excepto tamen si Filius talem Creaturam Matrem sibi exoptaret: nam si eius Genitrix futura, non esse suæ intentionis

Quomodo cú
diuino Chri-
sti incarnádi
in remedium
peccati de-
creto stet Ma-
ria per Chri-
sti merita
præseruatio à
peccati origi-
nalis debito?
Serlogus.

tentionis

tentionis voluntatem illius in ordine ad actus peccaminosos, & gratiæ amissionem Adami includere voluntate. Post hæc vitiato per Adamū genere humano, decernitur Christi adventus in carne passibili, & à sola Dei actione dependens tempore Passionis, (modo quo Ioannes de Lugo meus doctissimus Condiscipulus Disp. 8. de Incarn. sect. 7. declarat.) meretur Genitricem sibi assignari Mariam, Creaturam scilicet illam, quam Deus, cum futurorum in hoc Mundo numerum circunscriberet, pollicitus est, modò Filium incarnari statueret, & rogaret aliam de nouo Creaturam produci, ita se facturum: eámque ipsam, quā, pacto cum Adamo inito, exceperat, sub conditione quod Filius eam Matrem sibi dari postularet. Ex hoc signorum, & diuinorum decretorum concentu sequitur planè Virginem Christi Seruatoris passioni, & meritis adæquatè debuisse, quod neque in pacto Adami à Deo exhibito quatenus in malum declinare poterat, comprehensa sit, nec in eo peccauerit, ac proinde nec debitum originariæ labis vllo modo contraxerit.

Lugo.

174\. Mirum planè piæ sententiæ studiosos reperiri, qui defendant ad Virginis ampliorem iustitiam & decorem nihil cōferre, quod asseratur in Adamo nō peccāsse. Annō stigmaticū & probrosum, Deo per duelle caput habuisse? Annō à Virgine Dei Matre oporteat nō solum casum, sed & omnino auertere timorem excidendi? Annon nescio quid notulæ tantæ puritati Dei genitricis inferatur ex debito? Audi Matthæum. *Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.* cap. 1. An Iosias transmigrarit? Lyra respondet, *Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis, non quia adhuc esset transmigratio, quando geniti sunt, sed quia imminebat,* Imo licet imminuerit ei transmigratio, nunquam de facto transmigrâsse Iosiam affirmat Strabus, *Iosias vir iustus quod non ply eius quos genuit non in transmigratione, quia nunquam transmigrauit, sed secundum prædestinationem Dei ad transmigrandum.* Iam quæstioni do, cur Iosias absolutè dicitur filios in transmigratione genuisse, si nunquam transmigrauerit? Certè illud ipsum obnoxium fuisse transmigrationi imminenti, quasi transmigrasse fuit. Vnde à Matthæo captiuus & seruus appellatur, qui sub ingruentia, ac captiuitatis comminatione fuit. Nunquam, nunquam Mariæ verè Dominæ generatio sub Adami captiuitate fuit ex illo debito, quia in præsenti instos Iosias captiuus appellatur; non quia verè seruituti subiacuit, sed quia sub dependentia, seu debito captiuitatis fuit, quamuis ab illa præseruaretur, eámque de facto non incurreret.

Obnoxiam fuisse captiuitati Virginem quasi captiuam fuisse est. Id probo in Iosia captiuo vocato, quia obnoxius captiuitati. Mat. 1.

Lyran.

Strab.

175\. Comminatio damni, eiúsque debitum captiuum quodammodo efficit eum, qui verè captiuus non est. Deus Abrahæ somno indulgenti, *scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non suā, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis.* Gen. 15. Porro constat (D. Augustino lib. 16. de Ciu. cap. 24. adnotante) captiuitatem & exilium quod subierunt postea Abrahæ posteri sub Ægyptiacā tyrannide ducentis & decem annis solummodo perdurâsse. Quare igitur Abrahamo quadrigentorum annorū captiuitas indicitur? Existimo quia captiuitatis notitia semen Abrahæ centum & nonaginta annos ante illius executionem inuasit, per Isaac posteris vaticinium accipientibus, vnde anni seruitutis computantur ab ipsa seruitutis cognitā comminatione, illius debito contracto. Confirmat Alcuinus q. 168. in Gen. *Quia est, quòd dictum est ad Abraham, scito & c. Vnde isti quadringenti anni computati sunt anni seruientis? Non sic accipiendum est, tanquam in illa durissimā seruitute quadringentos annos Dei populus fuerit;* sed quia scriptum est: In Isaac vocabitur tibi semen. Ex anno autem natiuitatis Isaac vsque ad annos egressionis ex Ægypto computantur anni quadringenti quinque. Deme quinque annos infātiæ, queis quasi soporatus Isaac intellectus, à sexto anno contēplare audiisse captiuitatis comminationem. Iam inde ex timore & quasi ex debito (semen Abrahæ cum esset) captiuus appellatur. Vnde semen Abrahæ quadringentis annis affligitur. An ab huiusmodi, ex debito, afflictione Deiparam nō omninò liberabimus?

Et in filiis Abrahæ captiuus quodammodo ex quo cœperunt captiuitatis imminentis tolerare timorem. Gen. 15. August.

Alcui.

176\. *Equitatui meo* (Filius ait) *in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea,* Cant. 1. Allusio manifesta est ad eam salutem, quā Hebræorum legiones donatæ sunt, transmisso mari Rubro, Pharaone demerso, equitatu, ac carrucis innumeris pereuntibus. Exod. 15. Sic illi liberati sunt, vt ne periculum aliquod submergēdi subierint. Erat enim aqua quasi murus à dexterā eorum & læuā. Annon aliud est, illum incolumen erui, quē peruè tumentes vndæ suffocarunt: & aliud in medio procellosi gurgitis nihil laborâsse, nihil de periculo timuisse? Certè quanquam Virgo originali culpæ contagio non inficeretur, gratiā sanctificāte in primo conceptionis instanti roborata: tamē si in Adam peccauisset, metus, & periculū fuisset de secuta macula, cùm in tanta virorū ac fœminarū multitudine nemo, qui in Adamo deliquisset, visus fuisset labem declinasse. Vt ergo non solùm à fœditate immunis significetur, sed neque discrimine implicita ostendatur, Israelitis, cùm sæuitiam ac minas Ægyptiorum effugerunt, comparatur. Hailgrinus Cardin. *Dicit ergo Filius: In curribus Pharaonis & exterrendis & conterendis & si non adæquaui, tamen assimilaui te equitatui meo, siue equo meo* (Diuinitatem equitatum, seu equum appellat) *ò Mater dilectissima. Quia licet in exterrendis castris diaboli non adæquatur humanæ Deitati maternalis Virgo: in his tamen eidem assimilatur præ cæteris.* Quid augustius de Maria prædicari posset, quam ea illam securitate pollere circa debitum captiuitatis vel remotum, vt omnino à timore liberæ Diuinitati valeat assimilari?

Assimilatur Maria populo triumphanti, pelago de quo transit illæsus vllo pauore. Cant. 1. Exod. 15.

Imo ipsi Diuinitati assimilatur. Hailgr.

177\. Iustus igitur Dominus hasce in Matre iustitias, seu iustitiæ, sanctitatísque superabūdātiā dilexit. Si gratia huiusmodi à debito illo præseruatio est, quonámodo à gratiā plena poterat exulare? Domina ergo absolutè Maria nullius vnquā captiuitatis aut periculo, aut timori obnoxia. Athanasius ser. de Mar. tom. 3. *Decet te Matrē, regeneratricē, Dominā, atque herā cognominari, eo quòd ex te prodiit Rex Dominus, ac Deus noster.*

Iustitias huiusmodi Deus dilexit in Matre.

Athan.

noster. Quæ de causâ factum est, vt gratia plena appellata sit, utpote quæ omni gratia abundares. Nec omni gratia præditam credidissem, si ab illo originalis culpæ debito non fuisset liberata. Chrysologus ser. 144. *Meritò Virginis salua sunt omnia, quæ omnium genuit Saluatorem.* Omnia quidem salua, quia à proximo originalis labis debito fuit liberata. Et Anselmus de Conc. cap. 18. *Sed quia decebat, vt illius Hominis conceptio de Matre purissimâ fieret: nempè decens erat, vt eâ puritate nitteret Virgo illa, quâ maior sub Deo nequit intelligi.* Maiorem ego puritatem excogitarem, si Virgo in Adamo deliquisset. Collige ex præfatis, quàm horribile malum sit peccati captiuitas, si quidē vel obnoxietas delinquendi sit iusto formidabilis.

Chrysol. Ansel.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Sadoch autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar.

Conceptio Mariæ à Trinitate celebrata.

Vbi innuimus cor humanum puritate decorandum, vt Deo Tabernaculum exhibeat: Iacturam in iusto non esse irati Numinis documentum: Similem esse debere Christo, qui accipit Eucharistiam: Coniugesque similes etiam ad vnionem futuros.

178. *Achim, Eliud & Eleazar typus Trinitatis.* Tres simul Mariæ Parentes, Achim, Eliud, & Eleazar, Filiæ Conceptionem purissimam concelebrant, tres diuinas Personas adumbrantes, anthore Anselmo. Eliud enim, siue *Deus Creator,* Patrem æternum refert. Eleazar, seu *Deus meus adiutor,* indicat Filium hominum Seruatorem. Achim autem, id est, *Frater meus,* Spiritum Sanctum præfigurat, qui Virginem Sponsam sororem assolet vocitare. Beatissima ergo Trinitas Deiparam (*qua est totius Trinitatis complementum*, teste Hesychio hom. 1. de Deip. seu *Triclinium nobile sanctissimæ Trinitatis*, Doctore Bonau. in Hym. 6. siue *Sponsa Trinitatis*, assertore Epiphanio de laud. Virg. ab omni macula originis immunem affirmat.

Ansel. Hesich. Bonau. Epiph.

Caput I.

Tota Trinitas Mariæ defendit præseruationem.

179. *Mariam Patris æterni Filiam, Filij matrem, Spiritus Sancti Sponsam pro seruatam ostendo.* Mariam igitur & Filiam Patris, & Matrem Filij, & Spiritus Sancti assero Sponsam. D. Bonauentura in spec. cap. 8 *Iste singularis Maria Dominus se singulariter cum Maria fuit, quod etiam ipsam tam singulariter Dominam fecit, quòd nec similem primam visa est, nec habere sequentem. Dum ipsa singulariter Domini Filia, Domini Mater, Domini Sponsa.* Cunctæ particulæ Mariæ halant præseruationem, *Singularis* Dominus *singulariter* eu:

Bonau.

Maria fuit? singulariter Dominam fecit? Ergo nunquam illa peccato subiecta. *Singulariter* Patris Filia, Filij Mater, Spiritus Sancti Sponsa addicitur. Ergo priuilegio singulari donata, quo nec primam similem viderit, nec sequentem aspiciat. *Ipse est* (adicit) *Dominus Pater, cuius Maria est Filia nobilissima: ipse est Dominus Filius, cuius Maria est Mater dignissima; ipse est Dominus Spiritus Sanctus, cuius Maria est Sponsa iustissima.* Nobilissima Filia, dignissima Mater, iustissima Sponsa? Supremum Maria ex hisce titulis attigit verticem puritatis: *Maria certe* (concludit) *est Filia summæ æternitatis.* Ergo nunquam non Filia; *Mater summæ veritatis.* Ergo cum omnibus mendacibus hominibus verax sola computanda non est; *Sponsa summæ bonitatis.* Ergo communis corruptionis ac iniquitatis semitas declinauit, viam nunquam iniuit, quando *omnis caro corruperat viam suam.*

Profatus apud Thaboris montana Petrus, *Faciamus hic tria Tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, Eliæ vnum.* Mat. 17. Vbi Chrysostomus taxat trium Tabernaculorum cōstructionem, tribus personis adumbrantibus Trinitatem, quia Trinitas vnico Tabernaculo requiescit. An non illud Deipara, quæ clamauit: *Et qui creauit me requieuit in Tabernaculo meo.* Ecclì. 24. Tabernaculum Trinitatis Deipara? Quonammodo igitur non omninò à culpa immunem profiteamur? D. Brigitta ser. Angel. cap. 20. Mariā asseruit Trinitatis sedem. *Hæc gloriosa anima sedes glorifica ipsi Trinitati propinquissima ab æterno constituta erat. Quid plura? Deus benedictam Virginis animam mansionem Patri, Filio, & Spiritui Sancto proximam ornauit, vt omnium bonorum quæ à Deo donari possunt, ita particeps haberetur.* An à Deo poterat Maria originali gratia donari? Quis dubitet? Ergo si omnium quæ à Deo donari poterant, particeps fuit, ex eo priuilegio quo Trinitatis Deificæ fuerit in Tabernaculum electa, gratiā fuit originis exornata.

Mat. 17. Eccli. 24. Brigitt.

Præcinit Vates: *Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.* Psal. 47. Maria Ciuitas seu mons, vbi Trinitas consideт. Vnde adeò sedem exornauit, vt inibi ex specialissimo ei donato priuilegio, *nimis laudabilis prædicetur.* Richardus Laur. lib. 2. *Per ipsum, & in ipsa, & ex ipsa augetur gloria Patris, Filij, & Spiritus Sancti. Vnde Dominus laudabilis nimis in Ciuitate Dei nostri, quæ est Maria.* De qua Psal 86. *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei.* Ac si diceret, Trinitas apud Mariæ Tabernaculum hospitio excepta rependit gratiam; sicut ab Abrahamo tres viri recepti, & ita eam priuilegiis ornauit, vt nimis laudabilis muneratior appareт. Et quonāmodo *nimis laudabilis* prædicaretur, si quod laude dignissimum est, eam à communi clade non præseruaret? 181. *Nimis laudabilis apparet Trinitas in Maria, quia illam præseruauit.* Psal. 47. Richard. Laur.

Salomon & corpus & animum Mariæ celebrans canit: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon, de lignis Libani.* Cant. 7. *Et lectulum Sal monis sexaginta fortes ambiunt.* Cant. 3. Corpus Virginis ferculum, animum autem lectulum appellaux. Exprimit ferculi materiam, non autem lectuli. Quid causæ? An quia animus Deiparæ Trinitatis præparata sedes, tàm sanctus, tàm purus, tàm immaculatus 182. *Dignis animi Mariæ ineffabilis ob originalem institiam.* Cant. 7. Cant. 3.

apparet; vt omninò ineffabilis dignitas eius apparet? Ita Richardus Laurent. lib. 20. *Per ferculum Salomonis proprii significatur corpus Mariæ, per lectulum anima eiusdem, in qua B. Trinitas requieuit. Non dicitur autem vnde factus sit lectulus, quia ineffabilis est dignitas animæ Virginis. De materia verò ferculi, id est, corporis aliquid ampliùs patet.* Igitur ex eo quòd Deipara sedes sit Trinitatis ineffabiliter, sancta & immaculata describitur.

Richard. Laurent.

183\. Vis dignoscere quàm ineffabilis sit Mariani animi puritas? Corporis attende puritatem. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon.* Vbi idem Richardus: *Ferculum est Thronus portatilis, & designat Mariam. Hoc Templum fecit Salomon de lignis Libani, id est, de membris aridis Spiritus Sancti igne ab omni humore nociuo. Quæ etiam erant vt ligna Libani excelsa per virtutum eminentiam; & hoc in se: in Dei autem prædestinatione erant ligna Libani fortia, celsa, speciosa, odorifera, imputribilia, candidata. Fortia patientiâ, celsa sapientiâ, speciosa temperantiâ, odorifera famâ, imputribilia perseuerantiâ, candidatâ innocentiâ, & puritate omnimodâ.* Si corpus Virginis tàm immaculatum quum tamen eius materia effabilis sit. Quid de animi puritate ineffabili attexam? Ineffabilis est dignitas animæ Mariæ, Tabernaculi vtique Trinitatis. Dei Templum nos Paulus vocitauit. Collige ergo ex præfatis, quàm debeamus puritati studere, vt non indecens Trinitati Tabernaculum offeramus.

Si corporis effabilis puritas omnimoda: qualis erit animi ineffabilis.
Cant. 7.
Richard.

CAPVT II.

Eliud Patrem æternum signat, Filiæ Mariæ à culpa immunitatem proferentem.

184\. BOnauentura citatus profatur, *De isto Domino siue Patre; & de ista Filia accipi potest, quod Booz dixit: Benedicta es à Domino Filia, quia priorem misericordiam posteriore superasti. Verè benedicta Filia à Domino est Maria; à summo inquam, Domino, cuius ipsa est Filia.* An verè benedicta *Filia* esset peccati captiuitati aliquando addicta? si quando vel terram suam Dominus benedixit, auertit *captiuitatem Iacob.* Num à terra Dei conuenientius fuit captiuitatem auerti, ne irrueret, quàm à Dei Filia?

Maria verè benedicta Patris æterni filia.
Bonau.

185\. Nulla gloriâ Dei Filiam Mariam caruisse profitemur. *Omnis gloria filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis.* Psal. 44. si omnis gloria in Mariæ animo colligatur, aberit-ne gloria præseruationis Regis filiæ. Bonauentura, *O vere nobilissimi Regis nobilissima filia, quæ tam multipliciter interiùs ornata es gloria, vt verè de ea dici possit: Omnis gloria filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis circum amicta varietate. Ideo tanquam verissimi Regis filia ad Regnum copiosissimè es tracta, teste D. Bernardo, qui ait: Tu filia delicata, & omni gratiâ plena, charissima in deliciis tracta es ad gloriam decoris tui.* Annon cunctæ particulæ filiæ Altissimi halant præseruationem? Si omni gloria abundat, gratiáque plena obiicitur: verè ab vniuersitate gratiæ & gloriæ illa tam gloriosa gratia prima non exul.

Nulla gloria Maria Dei filia caruit.
Psal. 44.
Bonau.

Prodiit planè Filia Maria Patri æterno simillima. Ideo sodales Reginæ clamarunt: *Quæ est ista, quæ ascendit sicut virgula fumi?* Cant. 3. Fumo quidem diuinam designari naturam probat illud Exodi: *Totus mons Sina fumabat, eò quòd descendisset Dominus.* cap. 19. Ad quæ Cyrillus. *Fumus facilè innuebat arcanum diuinæ Naturæ.* Imitatur Deipara Patris æterni Filia naturam genitoris sicut fumus ascendens. Pater in morem fumi agilis sine vlla peccati grauedine, purus omninò! *Maria sicut virgula fumi* (cum Hailgrino Card. loquor) *quia fumus agilis, Virgo autem agilis fuit, quia leuis cursu, agilis saltu velut hinnulus omnium vitiorum spinas, & foueas transiliuit.* 186.

Maria Patri æterno simillima prodiit.
Cant. 3.
Exod. 19.
Hailgr.

Et dixit mihi Creator omnium, & qui creauit me. Eccli. 24. proclamat Maria. Omnium rerum Creator creauit me. Ex Concilio Basil. asserimus nomine Creationis Conceptionem Virginis exprimi, ne vllus ad generationem respectus inouatur. Si per generationem trāsfunditur communis labes, mea Conceptio quasi creatio fuit; quia Filia Patris omnium Conditoris. Cur existimas Lucam per ascensionem Iesu progenitores recensuisse: *Qui fuit Heli, qui fuit Melchi, qui fuit Adam, qui fuit Dei*: cum Matthæus per descensionem expressisset, *Abraham genuit Isaac: Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ?* Nonne quia authore D. Thoma Lucas Mariæ generationem, seu originem repræsentat, Matthæus autem Iosephi? Igitur hic Iosephi productionem signans generationum seriem per verbum *genuit*, enunciat; ille autem Mariæ Conceptionem aperiens, haud vsus verbo: *genuit*, (quia per generationem assolet peccatum à patre in filium transfundi) sed inuoluens silentio generandi vocabulum, parentibusque cunctis, Adamoque ipso Protoplasto transmisso, pergit ad Conditorem: *Qui fuit Dei.* Vt scilicet Maria quodammodo sit per creationem filia Dei, ab ipsóque immediatè exorta nullâ generationis iniuria affecta prædicetur. *Et qui creauit me.* 187.

Maria quodammodo creata, non concepta, vt generationis iniuria omnino à Mariæ conceptione ablegemus.
Eccli. 24.
Luc. 3.
Mat. 1.
Thom.

Pende vim illorum verborum: *Creator omnium, & qui creauit me.* Si omnium Pater, iam Deipara illa particula, *omnium*, vtpote creatura, continetur; quid ergo necessum fuit addidisse: *Et qui creauit me?* Certè, quia ex omnibus creaturis Maria specialiter eligitur in filiam, quam vt charissimam ex reliquarum quidem natura, sed intra limites conditionis longè præstantem. Quàm appositum Esdræ testimonium! *Ex omni sylua terræ & omnibus arboribus eius elegisti vineam vnicam: Ex omni terra Orbis elegisti foueam vnam. Ex omnibus floribus Orbis elegisti tibi lilium vnum. Ex omnibus abyssis maris replesti tibi riuum vnum. Ex omnibus ædificatis ciuitatibus sanctificâsti tibimet ipsi Sion. Ex omnibus creatis volatilibus nominasti tibi columbam vnam. Ex omnibus plasmatis pecoribus prouidisti tibi ouem vnam.* 4. Esdr. 5. En creatis cunctis arboribus, cauernis, abyssis, Ciuitatibus, volatilibus, pecoribus, adhuc dilectæ filiæ formatio non exprimitur, quia ex omnibus creatis electa siue ab omnibus sociis separata vinea, fouea, riuus, Sion, columba, ouis, quam specialissimè filiam sibi Conditor addixit. Igitur creatis omnibus hominibus, 188.

Maria ex omnibus hominibus excepta, non debet cum omnibus mortalibus computari Dei quidem filia.
4. Esd. 5.

adhuc

adhuc Concep.mar.nõ declaratur, quia specialissimè in filiã selecta estCõditoris. Vnde cùm dixisset: *Creator omnium* necessũ fuit adiicit: *Et qui creauit me*, quia ex cunctis creatutis selecta Maria oliua in cãpis speciosa, seu vinea Engaddi; Leonis Iuda, fouea; riuus ex quo flumẽ lætificans; Sion Regis cælestis; sine felle columba; ouis sinceritate fulgens. *Et nunc, Domine* (addit Propheta) *vt quid tradidisti vnum pluribus?* Vnam Dei filiam dilectissimam cur pluribus tradi petmittis, dum cum omnibus computatur, asserentibus nonnullis illud Pauli: *Ergo omnes mortui sunt; Omnes in Adam peccauerunt.* Mariam comprehendere vnam ex omnibus, quam tu Dominus Pater ex omnibus elegisti? Respondit Esdræ Conditor. *An tu plus dilexisti eum, quam qui eam fecit?* Num Mariam Pater cælestis non diligit? Permittit autem filiam electam cum omnibus compotari à nonnullis, vt appareat augustiùs illorum affectus, qui Virginis priuilegium venerãtur. Collige haud esse irati Numinis documentum, permittere filios sibi charissimos aliquâ nota inuri, si vel Mariæ vnicæ filiæ nondum definit præseruationem.

Quare Deus permittit, ab aliquibus Virginem electam cum omnibus computari.

Capvt III.

Eleazar Verbum diuinum exprimit, Matris Mariæ confirmans immunitatem.

189. ATtendite (addit Bonauentura citat.) *quòd Dominus iste, qui tam singulariter est cum Maria, ipse est Dominus, cuius Mater dignissima est Maria. De isto Domino, & de ista Matre dixit Elisabeth: Vnde hoc, vt veniat Mater Domini mei ad me? Ipsa est Mater, quæ tali filio est decentissima; ipsa est Mater, cuius talis filius decentissimus fuit; ipse est quâ maiorem Deus facere non potuit.* Annon Deus potuisset maiorem fecisse Matrem, si in peccato concepta fuisset? Illud expende: *Cui talis filius decentissimus fuit.* Tanta Mater Maria, vt filius qui Deus non esset, minimè decentissimus ipsi. Et quis asserat in peccato cõceptam. Certè haud esset *tali filio* decens; quid *decentissima*? Iam clamat Sponsus.

An potuit Deus maiorem efficere Matrem? Bonau.

190. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum mediâ charitate constrauit.* Cant. 7. Maria ferculum Verbi, Mater Christi ex Libani lignis omninò immaculata, quia ferendo Domino præparata, siue in Christiferam concepta. Richardus Laurentinus lib. 10. postquam sæpè innuerat Mariam in communi labe conceptam, contemplatus Dei filij parentem non potuit non præter antiquam mentem prorumpere, vt piæ sententiæ iam egregius sectator assurgat. *Mariam*, inquit, *fecit ferculum Rex Salomon, id est, Christus, quæ eum in vtero nouem mensibus portauit, de lignis Libani, id est, de membris omni puritate candidissimis, quoad corpus: & aliis virtutibus, quoad animam. Columnas eius fecit argenteas, quæ septem sunt, scilicet septem dona Spiritus sancti. Sed præter istas habet quatuor formatas ab illis. Quarum prima est peccati immunitas; Secunda perfecta humilitas. Tertia priuilegiata virginitas. Quarta virginalis fœcunditas.*

Maria Dei ferculum, seu Christifera ex omnimoda puritate concinnatur. Cant. 7. Richard. Laur.

Isaias contestatur præcinens. *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron.* cap. 35. Maria, instar Carmeli fœcunda, in morémque Libani sinceritate ac candore plena; quia Mater Dei, quonam modo gloria Libani, siue candiditate omnimoda non potiretur? Quæ quidem gloria immaculatæ candidationis *data est ei* sine dubietate, sine quæstione. Vnde Richardus Laur. ibid. *Maria sicut gratia Conceptionis* fuit plena, sic gratia sanctificationis plena & perfecta. Ideo non vult B. Augustinus, vt cum de peccatis agitur, fiat mentio de Maria. Et propter hoc de ipsa dicitur in Isaia, *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli.* Ideo Bernardus supra datus. *Mons Libani, qui dicitur candidatio, significat innocentiam tuam. Innocens fuisti ab originali & actualibus. Vnde authoritas Augustini: Cum de peccatis agitur, nullam de Maria volo haberi quæstionem.* Nec enim Momus ipse diuorum censor audiẽs Mariam Dei Matrem audebit circa eius puritatem omnimodam vel quæstionem excitare licet deberet concludere omnino immaculatam. 191.

Sine quæstione datur ei Mariæ tota puritas. Isa. 35. Richard. Aug.

Concioit denique Ezechiel præfatus. *Et super firmamentum, quasi aspectus lapidis saphiri similitudo Throni, & super similitudinem Throni quasi aspectus hominis desuper.* Hominem autem sic describit: *Et vidi quasi speciem electri velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum à lumbis eius desuper, & à lumbis eius vsque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu: velut aspectus arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ, hic erat aspectus splendoris per gyrum.* Cap. 1. Pulcherrimus homo ille tam cælesti hærescens Throno Christus est è Mariæ vtero exortus. An Deipara posset effecta Thronus tantam maiestatem sustinere, si assimilem non emitteret splendorem? Excogitauit pulchrè Gregorius Thaum. serm. 1. de Annunc. ex ore Gabrielis proclamans. *Tu omni creaturâ humana gloriosior, ac purior, sanctiórque effecta es, ac niue candidiorem habens mentem, qualem Ezechiel vidit: Et similitudo Throni quasi aspectus lapidis saphiri; & super Thronũ quasi similitudo hominis & quasi aspectus electri, &c.* Concludit appositè. *Perspicuè ergo Propheta natum ex B.Virgine in figura, ac vmbrâ cernebat; quem tu sancta Virgo portare non posses, nisi omni gloriâ, ac virtute corruscares.* Plura tota sect. sequenti. Christum sub Eucharistiæ velamine excepturus collige, quàm gloriæ ingressuro assimilis esse debeas ex cælestium fulgore virtutum, vt tantam gloriam hospitis valeas sustinere. 192.

Pulcherrimi Regis Maria Thronus pulcherrimus. Ezech. 1. Greg. Thaum.

Capvt IV.

Achim Spiritum sanctum adumbrans sponsæ Mariæ profert priuilegium.

COncludit Seraphicus Doctor. *Attendite charissimi, quòd Dominus iste, qui tam singulariter est cum Maria, ipse est Dominus, cuius sponsa venustissima est Maria. Vnde tam de isto Domino, quam de ista sponsa exponi potest illud Oseæ, Sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio.* Si 193.

Maria desponsata Deo in iustitia. Bonau.

ſpooſa Domini quonam modo in originali inſtitia oon concepta, vt iuſtè ad ſupremum thalamum admiſſa vt Ruth, imò & electa videatur. *Scies* (inquit) *quia ego Dominus. Ecce pulchra ſponſa, pulchra utique in iuſtitia vita, & in iudicio.*

193. David expreſſit ſponſæ gloriam. *Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato.* Pſ. 44. Si vna caro & ſpiritus coniugum, quonam modo caro Adami aſſumitur ad diuinum conſortium? Quæ conuentio Dei ad Belial? Profectò Spiritus ſanctus Sponſus gerit diſpenſatoris vices, dum ſic Mariam præſeruauit à communi contagio, vt dignè ei Deus poſſit illigari. Acute Chryſippus Ieroſol. ad illud eiuſdem Pſalmi: *Et concupiſcet Rex ſpeciem tuam*, hom. de Deip. inquit: *Ipſe Deus te ſibi deſponſauit.* Quid de inæqualitate, & peccabilitatis repugnantia, quæ matrimonij nullitatem inducunt? Addit. *Spiritus ſanctus coëfficiet ea, quæ ad diſpenſationem pertinent.* Id eſt, tam pulchram reddet Deiparam, tam puram, tam à peccato abſtractam, diſpenſans naturæ leges, vt Diuinitas poſſit ei (ſic fari liceat) dignè colligari, & quaſi vna cum ſponſo cæleſti fieri creatura.

Quam æqualis ſit Maria ſponſo Spiritui ſancto, eiuſdem beneficio ſponſi. Pſal. 44.

Chryſip.

194. An duo in ſpiritu vno? Profectò Maria tam ſimilis ſponſo Spiritui, (ex eiuſdem diſpenſatione) vt iam Maria Spiritus ſanctus poſſit appellari, quia Spiritus Sponſus & Sponſa natura vna quodammodo eſſentia. *Et erunt duo in carne una?* Minimè, ſed in vno ſpiritu. Apoſtoli profantur: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria.* Act. 15. Vbi Rupertus ad cap. 1. Cant. aſſerit non obſcurè Mariam Spiritus ſancti nomine intelligendam; quia Apoſtolos Spiritus ſanctus ex ore Mariano fidei edocebat myſteria. *An quia Spiritus ſanctus illos docuit, idcircò tuæ vocis magiſterio non illis opus fuit? Imò vox tua vox illis fuit Spiritus ſancti. An quia loco de Actibus Apoſt. vbi factâ ſeditione propter ceremonias Iudaicas conuenerunt Apoſtoli videre de hoc verbo, nullam tui mentionem Scriptura fecit, idcircò putandum eſt, quòd conuentui ille te omiſerit, & ſanctum de tuo pectore, de tuo ore Spiritum non conſuluerit? Imò & illic, & in cæteris tu Princeps omnium ſoluiſti quæſtionem.* Vnde cùm aiunt Apoſtoli: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*, idem eſt, ac ſi dixiſſent: Viſum eſt Mariæ & nobis. Tam vnus Spiritus Paracletus & Maria, vt eodem nomine neceſſum ſit Mariam exprimi, quo Spiritus Sponſus. Dixerat aliquando Synaïta Anaſtaſius. *Quis ex hominibus aut ex Dæmonibus audebit dicere: quòd ea quæ idem eſt cum Deo quantum ad carnem attinet, non habuit illæſam fœtûs ſui imaginem?* Iam poteſt adiicere: Quod illa quæ eiuſdem eſt eſſentiæ cum Deo ſponſo quantū attinet ad ſpiritum. *Viſum eſt Spiritui ſancto.* Hinc collige quam ſimiles debeant eſſe coniuges ad pacifici conſortij ius cuſtodiendum.

Tam ſimilis Maria ſponſo cæleſti, vt ipſa Spiritus ſanctus appelletur.

Act. 15. Rupert.

Anaſt. Synaita.

Quàm ſimiles debeant eſſe coniuges.

OBSERVATIO IX.

Ad illa verba;

Eleazar autem genuit Matham.

Mathan obiicit Deum donantem Mariam humano generi, Theſaurum in primo Conceptionis inſtanti Dei cor arripientem.

Vbi aſſero nos iam à conceptu Mariæ omnia, in ipſa, bona poſſidere.



EXPRIMENS Interlinealis Matham nominis myſterium, ait: *Matham donans.* Strabus autem in Matham donante ſignificari aſſerit Deum, qui dona hominibus impertiuit, imò qui *donans omnia* vocitatur. Profectò licèt ſolam Deiparam in primo conceptionis inſtanti Deus nobis donauiſſet, theſaurum immenſi ponderis Deo donante digniſſimum munus humano generi præparaſſet; omnia enim illo in theſauro continentur, quæcumque mens valet excogitare. Clamat D. Brigitta ſerm. Ang. cap. 10. Virginem conceptam contemplata: *O Anna mater venerenda! quàm pretioſum Theſaurum in tuo baiulaſti vtero, quando Maria, quæ Mater Dei fieri debebat, in ipſo quieuit!* 195.

Interl. Strab.

Brigit.

Non miror Mariam totam Theſauri nomine exprimi, quando concepta eſt, illud quod adiicitur, me in admirationem rapit, nempè portionem illam ex corpore Annæ aſſumptam ad corpus Mariæ efformandum tantâ puritate nitere, vt theſaurus verè ſit appellanda. *Verè* (inquit) *ſine omni ambiguitate credendum eſt, quòd materiam illam ſtatim, quando in Annæ vtero concepta, & collecta fuit, de qua Maria formari debebat, ipſe Deus plus diligebat, quam omnia humana corpora à viro, & muliere generanda per Mundum vniuerſum.* Annon ex ſapientis æſtimatione rerum pretia penſantur? Si Deus ipſe tanti facit materiam corporis Mariæ, digna certè auguſta æſtimatione. 196.

Particula illa carnis, ex qua Maria formanda, ineffabiliter dilecta à Deo.

Brigit.

Imò materia illa Dei iuſti æſtimatoris præcordia rapiebat, ac ſi Dei Theſaurus dignus exiſteret; vnde colligitur Theſaurum illum è cælo; nec enim vel homini terreno Deus dat Theſaurum in terra diligere, ſed in cælo reponi & Theſaurum & cor. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. Theſaurizate vobis theſauros in cælo vbi neque ærugo nec tinea demolitur. Vbi enim theſaurus tuus, ibi & cor tuum.* Mat. 6. Adiicit pulchrè Brigitta, vt materiei illius puriſſimæ, ex qua Maria formari debebat puritatem commendet. *Venerabilis Anna vere nuncupari poteſt omnipotentis Dei gazophylatium, quia ipſa Theſaurum ſuper omnia ſibi amabilem in ſuo vtero recondebat. O quàm propè erat iugiter cor Dei huic Theſauro! O quàm piè & alacriter huic Theſauro oculos ſuæ Maieſtatis infixit, qui poſtmodum in Euangelio ſuo ait: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* Mihi, ac ſi diceret, experto crede, didici ex corde meo in puriſſimam illam particulam carnis, ex qua Maria erat efformanda ineffabiliter affecto theſauros hominum præcordia prærepturos. Portio illa cæleſtis profectò, ſi à Deo dilecta; nec enim dignè theſaurum in terra diligeret, qui indignum iudicauit ab homine amari debere. Ergo in Theſauro illo neque ærugo, neque 197.

Particula illa cæleſtis ſine ærugine cor Dei abripiens, quia illum Theſaurus.

Mat. 6.

Brigit.

tinea

tinea communis. Si tanti Deus vel illam purissimam materiem corporis æstimauit, vt verè Thesauri cælestis sortita sit appellationé: quis vel intellectu consequi poterit quanto in ipsam Mariam conceptam affectu Deum addictum fuisse? quàm aptiùs ex huiusce Thesauri gestatione Anna debeat Dei omnipotentis gazophylacium appellari?

198. *Cuncta Elementa purissima in illa materia efformandi corporis Mariani colligata.*

Vis materiæ corporis efformandi Mariæ puritatem obiiciam? Non poterit humana lingua proferri, sed accipe Angelico sermone. Cælicola enim Brigittæ defæcatorum elementorum colligationem illa in portione, ex quâ corpus Mariæ efformandum, expressit, dum asserit obiectum Deo æternaliter fuisse elementorum corporis Mariani collegium puritatis, iuxta illud; *Ab æterno ordinata sum.* Eccli. 24. *In illo* (inquit Angelus) *increato* corpore aliquando futuro *quatuor elementa, scilicet ignis, aer, aqua, & terra; quamuis etiam increata tunc essent, in hunc modum diuino aspectui æternaliter apparebant. Quòd scilicet aer in eo corpore ita leuis fieri debebat, quod contra Spiritum Sanctum vnquam non efflaret. Terra quoque in illo increato creari debebat tàm bona & tam fructifera, quòd nihil in ea crescere posset, quòd ad omnia necessaria vtile non esset. Aqua sic tranquilla, quòd vndecumque ventorum turbines afflarent, nulla vnquam procella in ea penitùs moueretur. Ignis etiã ita altus, quòd eius flamma & calor mansione, in qua ipse Deus erat, appropinquaret.*

Eccli. 24.

Brigitt.

199. *Maria qualis, si talis eius corporis materia.*

Hoc est portio illa, ex qua Maria efformanda: quid erit Maria? Rursum exclamat Angelus. *O Maria! hoc ipsum tu es.* Contra Spiritum Sanctum nunquam, aëris instar illius, efflasti. Nihil in te benedicta terra superfluum aut noxium germinauit: nunquam procellâ communi excitatus liquor: ignis nunquam non Deo domicilium præparâsti. *Sic & talis ab æterno diuino aspectui increata adstitisti, ac deinde de supradictis tàm puris & claris elementis materiam tui benedicti corporis habuisti. Talis itaque* (concludit) *coram Deo ante creationem tuam increata assistebas, qualis postmodum effici meruisti: & ideo à principio omnia creanda in Dei conspectu ad eius maximum gaudium plurimum excellebas.*

Brigit.

200. *Plus cor Dei affectum ex Thesauro tunc Maria, quàm ex cunctarum creaturarum pulchritudine.*

Non dubium quin ex creando purissimo cælo Deo obiecto magno ille gaudio afficeretur: sed longè aliter ex Maria cæli excellente puritatem. Bonauentura ser. de Deip. *Domina fuit Firmamentum uniformiter semper motum, & cælum stelliferum per omnium gratiarum Dei copiositatem.* An Deus è terræ creandæ conspectu, ex hominum pulchritudine terricolarum exultauit. *Delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in Orbe terrarum; & delitiæ meæ esse cum filijs hominum.* Prou. 8. Longè vberior Dei lætitia ex Mariæ conditione. Richardus Laur. lib. 4. *Singulares sunt ei delitiæ esse cum Matre, de qua carnem assumpsit; quia cum in omni creatura sit per essentiã, in iustis sit per gratiam, excellentius fuit in ea per gratiam, qua fuit gratiâ plena, & simpliciter, & excellentissimè per vnionem; vnde eã fecit locum voluptatis.* Et lib. 10. *Decor domus Mariæ est pulchritudo Mariæ, quam Deus delectat inhabitare. Vnde dicit: Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Et decor huius domus maximè in duobus consistit, in carentia omnis mali, & ornatu omnis boni.* Si omne bonum in Mariæ conditione, quid mirum Angelum apud Brigittam vocitare? *Ideò à principio omnia creanda in Dei conspectu, ad eius maximum gaudium plurimùm excellebas.* Si tanta puritas in primis efformandi Mariani corporis elementis obiecta, vt Dei cor abriperet Thesaurus; quid ni tota concepta Maria *omne bonum* iustè vocitetur? Ediscat humanum genus quàm hodie felix possessor Thesauri cælestis efficiatur. Si munere donatur à munifico dante omnia Domino, quod ad omnium (ex gratia apud Deum Mariæ) ditandam sufficit paupertatem. *In ornatu omnis boni.*

Bonau.

Richard. Laur.

Observatio X.

Ad illa verba:

Mathan autem genuit Iacob.

Iacob memorat Mariam futuram cælestis Iacobi Sponsam, & Matrem, omnimodâ à Deo fuisse innocentiâ præparatam.

Innuo puritati debere operam dare eum qui Eucharistici Agni nuptiis præparatur.

IAcob Iosephi parens exsurgit rursum 201.
memorans Patris Iacob, Filij Isaac, & Interl.
Inctatoris & supplantatoris, magnalia. Qui quidem triumphum Mariæ pugnantis, & comminuentis serpentis caput poterat præsentare. Ast amorum & Nuptiarum Iacobi cum pulcherrima Rachele mysterium obsecro vobis obiiciat Iacobi germen, vt Mariæ sine labe conceptæ gloria profeteatur, 202.

Maria Sponso Filio in Conceptione præparatur.

Iacob quidem futurus Rachelis Sponsus pluribus annis seruit, breue tempus amanti, quod planè temporis interstitium prudens quidam interpres *Nuptiarum præparationem* appellauit. Æquum etenim fuit, vt tàm ardens coniugij tanti desiderium plurima obsequia Nuptiarum præcederent gloriam. An non Christus Dominus Matris & Filium & Sponsum egit? *Tanquam Sponsus procedens de thalamo suo.* Vbi Epiphanius; *Thalamus Virginis habens Filium Dei Deum Sponsum Christum.* Iesus ergo, Iacobi in morem, obsequiis augustis Nuptias præparauit. Ioanni videnti sic Nuptiæ Agni præparatæ obiiciuntur. *Vidi Ciuitatem sanctam Ierusalem nouam à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Apoc. 21. En Mariam ex Richardo Laur. Filio futuro simul Sponso à Deo præparatã. Descendit enim illa ex increata essentia Conditoris, vbi virtualiter continebatur, ad Conceptionem immaculatam, qualem decebat Sponso cælesti, è thalamo vteri egressuro Sponso.

Epiph.

Apoc. 21.

Richard.

A Deo (inquit) *paratam sicut sponsam ornatam* 203.

Redditur Maria similis sponso inimica serpentis. Et hæc præparatio Nuptiarum. Ps. 28. Cant. 1. Pro. 8.

iam vitæ suo. Vt scilicet similis sponso Maria redderetur. *A Deo* quidē huiusmodi agitur præparatio, fante Dauide: *Vox Domini præparantis ceruos.* Ps. 28. Maria & Iesū vtrique Dominus præparauit. Christus ceruus vocitatur. *Similis est Dilectus meus capræ hinnuléque ceruorum.* Cant. 1. Maria autem *Cerua charissima.* Pro. 8. ab ipso Domino appellata est. Dominus igitur vtrúque coniugē, ceruos vtique præparat, cùm eos condit purissimos, sincerissimos serpētis inimicos, de more ceruorū. D. Ambrosius in Psalm. 118. serm. 10. *Quæ vox Domini* præparātis ceruos nisi *Faciamus hominem?* Hoc est vox Dei Adamum & Euam alios condentis. *Qui sunt cerui isti nisi inimici serpentis? Non corporale igitur arbitror, quod præparauit Dominus.* Quia scilicet spiritualiter à Deo Nuptiæ hæ præparantur, vt Maria serpentis inimica, quippè quæ illius caput comminuit, Christo serpentis inimico apposité addiceretur. (Ambr.)

Christus Mariam totius quodammodo Spiritus sancti affectu diligens, à serpentis morsu præseruauit. Epiph.

204. Adhuc præparatur sponsa. Iacob enim Christus Mariam Rachelem quodammodo dilexit totius Spiritus sancti (qui ex ipso & Patre procedit) affectu, ex quo Maria à serpentis liberatur afflatu. Nec enim in Paradiso terrestri, sed in cælesti collocatur. Epiphanius. *Inuenitur Virgo esse cælestis sponsa & Mater; quæ donorum antè nuptialium nomine Spiritum sanctum accepit, dotis verò gratia cælum vna cum Paradiso.* Secundi Adami coniugi Mariæ paradisus debebatur, sed paradisus, qui simul cæli proprietates obiiceret. Ad cælum enim serpenti non patet ingressus Ideo Maria apparuit in cælo *à facie serpentis*, Apoc. 12. Videt inuidia exardescens, sed non potest nocere; fluuium ore profundit, sed à terra peccatrice absorbetur, haud stilla contingente Mariam. Damascenus orat. 1. de Dormit. Deipar. *Ad hunc Paradisum serpens aditum non habebit.* (Apoc. 12. — Damasc.)

Amore infinito quodammodo dilecta sponsa Maria quasi infinito amore dilexit sponsum Iesum. Gen. 2. Ioan. 1. Leont. 1.

205. Expendam illam particulam Epiphanij: *Nuptiarum nomine Spiritum sanctum accepit.* Deus olim *inspirauit in faciem eius* (Adam) *spiraculum vitæ.* Gen. 2. Leontius asserit spiraculum illud Spiritum sanctum, quem Adamus in gratiâ conditus accepit. *De plenitudine eius omnes accepimus.* Ioan. 1. *Plenitudinem eius, id est, Spiritus sancti vocat inspirationem, quæ fuit in Adam.* Adam accepit de *plenitudine* pater omnium futurus. Si ergo Maria Nuptiarum nomine Spiritum sanctum accepit totum, (nō sicut Adamus de plenitudine) quàm immaculata in primo instanti obiicitur cum Adamus particulam accipiens Spiritus sancti tam purus exurgit? An similiter amaret sponsa? Infinitus Spiritus sancti ardor connotat-ne sponsæ Mariæ infinitam dilectionem? Beda ad c. 1. Luc. *Eadem Dei genitrix & eo quidem beata, quia Verbi incarnandi ministra facta est temporalis; sed inde multo beatior, quia eiusdem semper amandi custos manebat æterna.* Quid custos amandi æterna? Amauit Maria Sponsum Iesum à primo conceptionis instanti sine termino dilectum, *custos æterna.* Vt scilicet penè infinitæ sponsi, qui toto eam quodammodo Spiritu sancto diligit, penè æterna Mariæ dilectio respondeat. (Beda.)

206. Deo Sponso, Iesu filio obiiciam, haud decere coniugium Dei & fœminæ puræ. *Nec benè inæquales veniunt ad aratra iuuenci, &c.* Ideo *Sponsa Agni præparauit se*, seu potiùs fuit à Cōditore sic præparata, vt nupta Deo haud quodammodo inæqualium coniugum disparitas appareret. Paulum audite. *Christus assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manu factum, id est, nō huius creationis, introiuit semel in sancta æternā redemptione inuētā.* Hebr. 9 In cuius expositionem præmitto Mariam hic tabernaculi appellatione signari. Dionysio Alex. epist. in Samos. solut. q. 7. fante. *Non in ferno habitat Dominus, sed in sancto suo tabernaculo non manu facto, id est, non huius creationis, quod est, Deipara.* Iam pendo duplicem particulam: *Non huius creationis; & æternâ redemptione inuentâ.* Introiuit Christus semel in sancta Mariæ præcordia, sacro in vtero commoratus est, vti egrederetur *tāquam sponsus de thalamo suo*, quem quidem thalamum, quod Tabernaculum ita præparauit à primo conceptionis instanti, vt non esset *huius creationis*, sed quodammodo increata sponsa increato Domino adnata: *æternâ* planè *redemptione inuentâ*, quâ ab æterno per Iesu passuri merita à qualibet humanitatis labe præseruaretur. Si enim nondum erant abyssi, & iam Maria *concepta* apparebat, vt illa quasi ab æterno conceptio fuisset immaculata, necessum fuit quasi æternam esse redemptionem. Proh Mariæ gloria non manu factæ, non creatæ quodammodo, in coniugem æterni increati Domini præparatæ, æternæ quasi creationi *æterna redemptione innixa.*

Maria Dei futura sponsa quasi Deo conformatur. Hebr. 9. Dionys. Alex.

207. Annon quasi *non huius creationis* Mariam æstimabat Conditor quum Angelum immisit consensum Virginis ad cæleste coniugium efflagitaturum? *Missus est* (ait Lucas) *Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galilææ, ad Virginem desponsatam viro.* cap. 1. Quare addit: *desponsatam viro*, si fœmina haud deberet fœminæ desponsari? Num non vt quodammodo Euangelista se miratum obiiciat Mariam quasi *non manu factam nec huius creationis* viro homini puto colligari coniugio. Præterea *Angelus* immissus. Cur Prophetarum quidam non aduenit de more cælestis Curiæ? Immittatur Dauid, Salomon. Profectò Angelus immittitur, vt Mariæ illa quasi diuinitas innuatur, dum Angelos videris obsequium ei præstitisse. Noster Iacob Christus vidit *Angelos Dei ascendentes, & descendentes super se filium hominis*, quemadmodum olim Patriarcha, vnde Christi Diuinitas & in typo & in veritate prædicatur ex Angelorum ministerio. Angelus Mariæ Dei conceptum annunciat, vt eam quodammodo huius creationis non esse sed quasi increatam prædicaret. Ambrosius hîc. *Ne quo degenere deprauaretur affatu, ab Angelo salutatur.* Quid si ab homine salutaretur? Degener ille affatus, Mariam enim non huius creationis alumnam, sed quasi diuinæ generationis sectatricē decebat Angelicum ministerium. En Maria generationis communis quodammodo effugit consortium, quia non huius nostræ creationis, siue generationis incurrit captiuitatem.

Deus reputauit Virginem quasi non huius creationis. Luc. 1. Ambros.

An Maria æternæ generationis referat glo- 208.

rium

Mariæ puritas generantis Dei puritatem imitatur. Psal. 109.

tiam. Pater inclamat. *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus Sanctorum, ex vtero antè luciferum genui te.* Psalm. 109. O Fili, conceptio tua ex Virgine æternam generationem æmulatur; quemadmodum enim à meo immaculato intellectu æternè procedis sine culpæ contagio: sic ex vtero Matris in tempore immaculatæ quidem sine maculæ inquinamento prodis, Ambrosius, *Generationis meæ, ô Fili, in te priuilegium recognosco, quem nulla potuit macula inquinare peccati.* Legi apud aliquos neotericos sententiam hanc malè de Virgine expositam, quasi Pater Mariam ipsam alloquatur. Filium equidem, non Matrem illa gratia priuilegiovè donatum Pater manifestat. Ac si diceret, Recognosco in tuâ ex Virgine generatione priuilegium, seu gloriam generationis meæ, quando ex vtero æternè te in splendoribus sanctis progignui, sine contagione peccati. Sic quodammodo in tempore ex Matre semper immaculatâ, splendoribus sanctitatis ornatâ prodiisti. Habes ex dictis præparationem ad Agni Nuptias nihil aliud esse quàm coniugem puritati studuisse. Qui Nuptiis Agni in Eucharistia deputatus est, studeat interim puritati mentis, ac corporis, vt dignè in domum genitricis Dilectum introducat.

Ambros.

Observatio XI.

Ad illa verba:

Iacob autem genuit Ioseph.

Ioseph sponsam liberat à furti calumniâ, eius pulchritudinem commendans.

Vbi assero, pulchritudinis specialis leges, pulchris operibus operam exhibere.

209. CERTE dulcissimus Mariæ Sponsus egregius assurgit Coniugis propugnator. D. Bernardus asserit Iosephum nostrum in Iosepho Patriarcha fuisse adumbratum. Plura extant vtriusque facinora, quæ Mariæ halabant immunitatem, ex quibus seligo vnam pulchritudinem.

Bernard.

210. Ioseph enim *decorus aspectu* fuit vocitatus. *Inuiderunt ei* (adiicit Iacob) *tenētes arcum.* Gen. 49. Ægyptiâ illâ impudicâ fœmina irruente, adeò fugit velocissimus, ac castissimus iuuenis, vt oculorũ fœminæ iacula haud vincere cursũ potuissét, cur pulcherrimus Ioseph fugiebat? Ne quidem fundi alieni cogeretur abripere fructum. Vnde muliere importunè roganti respondit: Alienum fundum, Domini hæreditas, malum alterius es; haud pulchri iuuenis, mala aliena detrahere. Contemplor post fœminæ vociferantis testimonium Iosephum carceri addictum, sed nec iuridicè accusatum, nec ob crimen furti ex alieno Domini fundo capite damnatum: sed libertati egregiè restitutum. Quid causæ? Tanta iuuenis pulchritudo haud furti indicat ausum, & vt explicem materna lingua: *No tiene cara de auer hurtado la fruta agena.* Illa modestissima pulchritudo Iosephi sponsi Virginis & pulchritudinem & puritatem referebat, vt Mariæ puritas pulcherrima memoretur. Nam si ex pulchritudine Iosephi colligebatur minimè rapinæ dedisse operam, ex Mariæ mirâ pulchritudine colligo, haud pomum arboris vetitæ cum Protoplastis furibus surripuisse.

Patriarcha Ioseph ex pulchritudine, Mariæ immunitatẽ asserit. Gen. 49.

211. Proclamat Sponsus: *Tota pulchra es, amica mea.* Cant. 4. Tota pulchra dicitur, quia & animo & corpore immaculata. Richard. Laur. lib. 5. *Videtur es attribuere Sponsus duplicem pulchritudinem, corporalem videlicet, & spiritualem.* De corporali quid. *Cõgruentissimè dici potest; & credi Mariam præ filiabus hominum speciosam, quæ speciosum forma præ filiis hominũ, sed & præ millibus Angelorum sua carnis substantiâ vestiuit Filium Dei. Non enim conuenienter tota pulchra, & sine macula appellaretur, nisi secundùm dispositionem, & figuram corporis, & colorẽ faciei pulcherrima, & sine macula appareret. Sed fortè, nemo planè poterat eius faciem intueri. Vnde dicitur Mat. 1. quòd Ioseph accepit Mariam, & non cognoscebat eã, &c. Et dicit Chrysostomus, quòd Ioseph Mariam videre non poterat de facie ad faciem propter splendorem vultûs eius. Vnde dicit quidã: Tu decorem induisti, Tu plus Sole refulsisti.* Spiritualis equidẽ Mariæ pulchritudo protsus ineffabilis. Quis autem in cœtu hominum, quorum vnus abripuerit aliena, aspiciens pulcherrimam Mariam, non illico eam à furti calumniâ liberâsset.

Quomodo rapere potuit alienum pomum pulcherrima Maria? Cant. 4. Richard. Laur.

212. Post Paradisi celebre furtũ, Dominus vociferatur. *Adã vbi es? Al Ladron, al Ladrõ.* Vbinam & Coniuges, & filij raptores? Vbinã vel Maria inter filios Adami computata? *Domine hæc mulier modò deprehẽsa est in rapina.* Hæc latrocinij cõmunis accusatur? Proh fœminæ pulchritudo! Sara est affatu, (loquor cũ Magno Alberto) Lia oculorũ teneritudine Deũ emollientiũ; splendore Rachel; Sale Abigail; Iudith fortitudine speciosa: quàm viuacia lumina, quàm modesta: quàm verecundæ genæ, quam labia purpurea! haud illa facies vetitos prorupit in ausus, vt poma proriperet. Quid mirum legibus protegi Conditoris, quæ & humanis liberatur? Baldus enim L. & vet. *Quæ autem* affirmat in casu ancipiti pulchritudinem à latrocinio liberandam. Cuncti Adami filij rapuere, sola Regina pulchritudinis Maria haud inuenta tam fœdo crimine implicari.

Ex pulchritudine Mariæ à delicti calũnia eripitur, apud tribunal vtrumque. Gen. 3. Bald.

213. Præcipuè cùm ex pulchritudinis incredibili præstãtiâ certũ omninò, minimè adfuisse Mariã, cum crimẽ illud fuit perpetratũ. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi cubes in meridie?* Cùm Pastor dilectus apud paradisũ commorabatur dormientis specie agẽs horti custodẽ, vti Rupertus adnotauit, Maria inibi non aderat cũ Protoplastis ac filiis eius, sed sponsũ alibi quæritabat; vnde non est delicti particeps. Profectò sponsus eam liberauit à quacumque calumniâ fatus: *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, abi, & egredere, &c.* Cant. 1. Ad quæ Rupertus. *O pulcherrima mulierum, cuius pulchritudo benedictio est, talis tua causa est, &c.* An furti

Minimè adfuit pulcherrima Maria, cum illud cõmune crimen fuit perpetratum, quia apud sponsum. Cant. 1. Rupert.

ti communis accusaris, quia me cubante in meridie parentum ac fratrû tuorum comes de fructu vetito absûpsistiPulcherrima omnium planè cùm sis, apud cæleste Tribunal donaberis absolutione: cuius pulchritudo benedictio est, absolutio est. Talis tua est causa, vt qui te pulcherrimam aspiciat, minimè existimare poterit, tàm infami furti delicto maculatam. Aliter Rupertus asserit Sponsum ab horto recessisse, quum crimen illud commune perfectum fuit. Ideò tàm audax creatura, quia Deum absentem existimauit. Quærit Maria, imò apud ipsum seu in ipso commorata est; vnde Sponsus respondet: *Si ignoras te*, quia cùm spónsus nunquam non à charissima recedat Maria, ignorans Iesum socium quasi se ipsam ignoraret. Si igitur pulcherrima Maria apud Dominum tunc à Paradiso quasi recedentem, quonam modo potuit vili delicto coinquinari? Pulchritudinis hinc leges edisce. Haud verè pulcher qui vulgares prorûpit in ausus, qui vilibus fœdatur actionibus: Comicus cecinit.

Perpulchram duxisti fœminam,
Perpulchros enitetur nates,
Perpulchra facinera exeret.

Frustra laudatur pulchritudo formæ, quando furti actus condemnantur.

SECTIO QVINTA.

Libri generationis Iesu Tractatus quartus.

TEXTVS.

VERS. 16. VIrum Mariæ, de quâ natus est Iesus, qui vocatur Christus.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Josephus Mariæ vir.

1. Ioseph vir Virgini propter quam auctus est.



1. *VIrum Mariæ.* Vir equidem Virginis Ioseph in omnibus, consortio coniugali excepto, quod Spiritus Sanctus suppleuit ad fœtum. Quare vir, & non coniux vocitatur? An vt Virgini Mariæ assimilari obiiceretur? Certè vir fortitudine ac sanctitate conspicuus Virgini fortissimæ castissimè illigatur. Salmeron doctissimus sic: *Intellige eum virum fortem, castum, & sanctum, quemadmodum illa fortissima erat, castissima, atque sanctissima.* Addit virum hunc verè fuisse Iosephum, id est auctum à Domino. *Propter Mariam, & propter eius prolem, quibus ipse sedulo ministrare debuit, verè fuit Ioseph, id est, donis Dei auctus, ac cumulatus.* Propter Mariam quidem auctus, vt tantæ coniugi charissimus Sponsus debeat tot augmentis esse donatus.

Salme.

2. *De quâ.* Inter omnes electâ & benedictâ, ac vniuersis desiderata. Cur *de quâ* (cùm memoriam viri egisset) & non *de quibus*; nisi vt sola Iesu Mater sine viro ostenderetur? Vnde Gen. 3. semen mulieris Dominus vocitatur. Propterea Angelus: *Ecce concipies in vtero*, non autem concipies ex viro. Et rursum Propheta fatur in singulari: *Fœmina circumdabit virum.* *De quâ.* Vbi Salmeron to. 2. tra. 28. *Significatur vera caro ex Maria, non ex cælo, vel elementis, vel phantasmate. Nam sanguis verum corpus penit ex semine Abrahæ, & Dauid; alias verus homo non esset.*

Significatur Maria vera Iesu mater, & Virgo.
Gen. 3.
Luc. 1.
Iere. 31.
Salme.

3. *De quâ.* Præterea innuitur hoc verbo, verè Mater Dei & hominis, non tantùm hominis Christi, vt Nestorius confitebatur, sed etiam Dei; nec tantùm Dei, vt admittebat Eutyches, sed etiam hominis, quod negabat; de quo Rusticus in Acepha. Profectò sicut Adam visâ Eua ex ipsomet desompta, dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis*: propptereaque merito fuit viro subiecta; sic Maria Christo dicere potest: Hoc est os ex ossibus meis, & caro de carne mea. *Per hoc* (colligit Salmeron) *meritò Christus Mariæ parenti subditus fuit, & de illo scriptum verè. Et erat subditus illis.*

Vera item Dei & hominis Mater indicitur.
Rustic.
Salme.

§. II.

Christus Iesus è Virgine exortus.

4. *NAtus est Iesus.* Saluator quidem, qui primus Matrem saluauit, non corrupit, qui cunctis salutaris exurgebat. *Qui vocatur Christus.* Hebræis vocari idem est quod esse, aut cognosci, aut cognominari. Iesus ergo ille est, & cognoscitur, & cognominatur Christus. Ita Lucas: *Hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis.* Cap. 1. Id est, sterilis est, & cognominatur.

Vocari idem ac esse, & cognosci &c.
Luc. 1.

5. Quare de præsenti dixit: *Vocatur Christus.* Quia quo tempore Matthæus scribebat, iam palam & in ore omnium Messias versabatur: olim secus. Vnde Angelus Virgini: *Quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.* Luc. 1.

Cur de præsenti vocatur.
Luc. 1.

6. *Christus.* Profectò cognomen est dignitatis, non personæ, & significat *vnctum.* Est enim vnctus Christus, mansuetus & lenis. Ex Isaiæ ore proclamat: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me.* Cap. 61. Declaránsque quorsum

Quid significat Christus.
Isai. 61.

Ioan. 3. ſum ſit inunctus, adiicit: *Ad annunciandum manſuetis vnxit me.* Quonam inunctus oleo? Spiritu Sancto, de quo Ioannes: *Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum.* Cap. 3. *Oleum* equidem (loquor cum Salmerone) *eius in capite deſcendit, non ſolum vſque ad barbam, ſed etiam vſque ad vltimas oras veſtimenti eius; quia nemo mortalium eſt, qui, ſi velit, olei & vnguenti Chriſti ſentire ſuauitatem non poſſit. Eſt enim in omnes pius, ita vt qui olim Deus exercituum & vltio num vocabatur, nunc præ manſuetudine vocari velit lenis, & vnctus.* An non Moyſi omnium hominum mitiſſimi lenitas, ac Dauidis omnis manſuetudo, ſi cum Chriſti clementiâ ac lenitate conferantur, paruæ ſcintillæ coram ingenti rogo?

Salmer.

7\. *Chriſti Ieſu ſuauiſſima coniunctio.* Adnoto illam Nominum coniunctionem, *Ieſus* & *Chriſtus*, cũ rebus mirificè copulatam. Saluat enim nos vnguẽtis, oleo redimit, pharmaco ſuauiſſimo curat. Nil in hoc medico ſuauiſſimo durum, nil in chirurgo auſterum. *Vnguentũ eſt* (ait Salmeron) *fides; oleum Sacramenta, emplaſtrum ingens amor in Incarnatione ac morte acerbiſſimâ declaratus.* Quid à te Medicus requirat? An non vt tuam ſitias ſalutem, vt ſananti te obedientem præſtes, vt te totum ei tradas, qui totus pro te traditus eſt? Salmer.

De qua natus eſt Ieſus, &c. Validum prorſus ad puriſſimam Conceptionem argumentum. 8. *Præcipuum argumentum Conceptionis immaculatæ.*
Ex hoc enim cognoſcimus (cum Auguſtino loquor) *datam ei fuiſſe virtutem ad vincendum ex omni parte peccatum, quia concipere & parere meruit eum, qui peccatum non fecit.* Illud, *ex omni parte*, ponderat Bernardus. *Ex omni parte, inquit Auguſtinus, ex parte originalis, & ex parte actualis.* Pluribus confirmabo. Auguſt. Bern.

IN MARIAM SINE LABE CONCEPTAM

PANEGYRIC. V. MORALIS CIRCA LITERAM

Ex, Libri generationis Ieſu Tractatu quarto.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba: *Virum Mariæ.* Maria ipſa ſine vllo reſpectu menti obiecta ex nimiâ pulchritudine ſuadet ſine cõmuni labe fuiſſe cõceptã.

Innuitur viri actiones eius natalitij nobilitatem exprimere.

9\. *Maria ſicut Melchiſedech contemplanur, ſine vllo genealogia aut dignitatis reſpectu.* MVlti equidem Doctores argumentis excogitandis, quibus puriſſima Conceptio Virginis adſtruatur. Iam ex maternitate validiſſima iacula cõtorquent; iam ex ſpeciali à Deo electione, eam aſſerunt quaſi immediatè à Domino prodeunte. Iam ex Patriarcharum, Regum, Ducum nomine aut geſtis colligunt veritatem. Superiùs plura, non pauca inferiùs. In præſenti autem Mariam mihi obiicio inſtar Melchiſedech, *Sine patre, ſine matre*, ſine genealogiâ. Haud eam contemplor Dei filiam, Spiritus Sancti ſponſam, Filij matrem non recordor Patriarcharum ac Regum, nec muneris Mariani memor, tantæ dignitatis priuilegia penſo Solummodo ex ipſa Maria Conceptionis puriſſimæ ſuſpicor gloriam. Ieroſolymæ filiæ ſponſam aliquando rogitabant. *Qualis eſt Dilectus tuus ex Dilecto? quia ſic adiuraſti nos?* Indicat nobis quiſnam dilectus tuus ſit, non ex Patre cæleſti, non ex æterna proceſſione, non ex ſacerdotali Redemptoris munere; ſed *ex ipſo Dilecto*, eius indiuiduales aperiens proprietates. Haud aliter ego qualis ſit in Conceptione Maria, ex Maria ipſa vobis, ô fœliciſſimâ tantæ Reginæ mancipia, exponam.

10\. *Nullam generationis Mariæ memoriã Euangeliſta aliter quia ex ipſa Maria priuilegium Conceptionis apparet.* Mirabar aliquando Matthæum recenſentem Chriſti geneãlogiam haud memoriam facere Mariæ ex generationis deductione. Lucam verò Mariæ ſcribentem exortum minimè, patres eius Ioachimum & Annam memorare. Quid cauſæ? An Mariam obiici nobis curant quaſi ſine patre & ſine matre, ſine vllo ad Deum reſpectu ſpeciali: *Qui fuit Dei*, ſine Sanctorum Patriarcharum, ac Regum propinquitate. Ipſa Maria obiiciatur ſine vllo reſpectu, tanta Virago appareat repentè. *Signum magnum apparuit in Cælo, Mulier amicta Sole.* Apoc. 12. ſiue omninò nuda, vti adnotauit pulchrè Interpres ingenioſus; indui enim Sole, nudam eſſe proculdubio eſt, ſicut excipi Lunæ aut Stellæ hoſpitio, apud agrum, aut plateam eſt ſub dio commorari, ſiue *queda ſe al ſeren de la Luna, o eſtrella*, Nudam omninò quolibet reſpectu Mariam contemplemur. An non Regina Stellis ſtipata præſentatur? Num non Lunæ defectus videtur conculcare? Apoc. 12.

Lacrymarum, quæſo, totam vallem percurrite, vbi nulla arbor, quæ ſerpentis halitu non infecta aſpiciatur, vbi non ſolùm gigantem vlmum, ſed & cedrũ incorruptibilẽ, communis ærucæ tyrannis obtinuit. Aſpicite tamen vnicã oliuam, de qua Sapiens: *Quaſi oliua ſpecioſa in campis.* Eccli 24. Quænã oliua hæc? Arbor humana ſyluę filia cõmunis, Adæ nata. Vndenam pater eius? cæleſtis, an terricola? *Primus Adam de terra terrenus.* Haud parentes oliuæ contemplemini, arbor eſt ſine parente prodit in lucem. An tota in planta aliquẽ defectum inuenitis? *Quaſi oliua ſpecioſa. Aliter, ſpecialis.* Hæc arbor ſpecialis eſt, haud cum reliquis computanda. Num non in cãpis conſpicitur vulgariũ arborum patria? Nihilominus tamen ſpecialis oliua eſt, eius ſpecialiſſima plantatio. Vndenam colligis? Ab ipſa arbore diſco parabolã, documentum aſſumo. Tam pulchrum germen, viridis comæ, æterni vmbraculi, vniformium ramorum, quos vẽtus non denudat, quorum nec folium vnicum ægritudine marcidum. Plãtatio procera fructu, tamen humilitate parua. Fallor niſi arbor ſit ſpecialiſſima, minimè vulgari ſyluę plãtatione expoſita. Aſpicio Mariam ſine vllo ad parentes cæleſtes, aut terricolas relatione, ſine reſpectu ad Dei maternita- 11. *Apparet Maria ſpecialis oliua plantatione ex pulchritudine.* Eccli. 24.

tem. Certè oculorum colũbæ modestia, silentium mirabile, humilis inclinatio, charitas medica, actiones sine venialis commissi suspicione pium rapit affectum, vt eam specialissimè plantatam venerer arborem, à communi lacrymarum vallis maledictione immunem.

Colligitur ex viriditate oliuæ Marianæ, ei minimè diluuia nocuisse.
Gen. 8.
Ambrof.

12. Mansuescente diluuio, Noë columbam immisit exploratricem, num aquę imminutæ? Facie terræ reseratâ? Numen pacatum? Et aduolans columba ramum oliuę ore assumens rerulit in Arcam. *Venit ad eum portans ramum oliuæ virentibus foliis.* Gen. 8. Quęris, an germen illud exortũ post diluuiũ. Ambr. lib. de Noë, cap. 19. asserit ramu esse viridem ante diluuium, quẽ aquæ salsugo non potuit exiccare. *Vir iustus gauisus est fructu de veteri semine aliquem reseruatum. Et inde collegit misericordia insigne diuinæ, quod tam diluuium remouisset, quo fructum demonstraret, cui nõ potuissent nocere diluuia.* Vnde-nã colligis vir sanctissime, oliuæ diluuia minimè nocuisse? Ex ipsius equidem oliuæ haud læsâ pulchritudine. Alias aspicite arbores post diluuium expilatas siccas, salsugine ambustas. Pater hanc oliuã à Dei misericordia tectã diluuij incõmoda superare potuisse. Video Mariã in morẽ oliuæ pulcherrimã, virginẽ, medicam, fructiferã, quando tota sylua ægritudine confecta apparet: assero à communi contagio prorsus præseruatam.

Christus dignouit Matrem ex se ortam, ex nimia pulchritudine.
Gen. 2.

13. Alius testis periculo adiiciatur. Dormiente Adamo, dum lumina obturantur, & sensus interni extinguntur, ex eius costâ Mulier ædificatur. Quã cũ iã efformatã Protoplastus aspiceret, clamauit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Genes. 2. Vidit-ne Adamus ædificij constructionem? Minimè, quia *immisit Deus soporem in Adam.* Sciuit? Quomodo, si nobiliores potentiæ somno traditæ otiosæ cõiacebant? Vnde ergo nosti, pater, Euam ex tuâ carne ossibúsque productã? quisnã aperuit arcanũ, quod dignouisti quod somnij vmbra cõtegerat? Ambros. Cather. ex Prædicatorum familia l. de Conc. *Is se quoque Adamus agnouit eã ex seip se esse, & idcirco diligendã, quæ ad ipsum veniebat, tanquã suã recognoscens originẽ.* Nõ miror Euam ad Adamum accessisse suã originem agnoscentem, quia se è parente eductam vidit. At ipsum Adamum dignouisse eam à se eductam, me in admirationem raperet, nisi tam pulchram, tam similem, tam viro adnatam fœminam contemplaret, vt affirmem, ideo Adamum eam carnem ex carne, ósque ex ossibus appellasse, quia illam pulcherrimam, ac simillimam aspexit. Profectò saltem Adam potuisset suspicari Euam è puluere eodẽ esse exædificatã, vnde accõmodatius verba illa ad secundũ Adamũ cum Laurentino Richardo referenda. *Hæc nũc os ex ossibus meis.* Ex dorso mei, vbi fabricauerunt peccatores, vbi Crux humeris adducitur Maria exoritur tã pulchra meæ passionis beneficio, vt ex pulchritudine sine vllo respectu possim inclamitare: *In te generationis meæ priuilegium recognosco.*

Cather.

Angelus ex solo speciali Mariæ lumine dignouit eam gratia plenam.

14. Profectò parum esset ab Adamo secundo agnosci, cuius respectu præseruatur, nisi Angeli eã pulcherrimã, præseruatámque solo ex animi lumine dignouissent. Immissus à Deo Angelus Mariã plenã gratiã affirmat. *Aue gratia plena.* Luc. 1. Rogo, an ex reuelatione diuinã cognouisset Gabriel Maria adeo puram vt gratiæ plenitudine potiretur, hoc est fuisset præseruata, ex eo quòd Mater Dei futura esset? A quonã, ô Cælicola dignouisti eam vti Ieremiã sanctificatã, fœcundã de exemplo Liæ futurã, pulchrã Rachelem, prudentẽ Abigailem, affectu Martyrẽ, virtute pœnitentẽ, virginem puritate virginũ, supremam humilitate, humilẽ celsitudine, Adami & Euæ sine labe exsurgentium gloriã vincentẽ. Archangelus respõdet ex nudo pulcherrimæ Mariæ aspectu, respectibus aliis abstractis, se gratia plenã dignouisse. D. Greg. Neocæs. ser. de annũc. *Ad Mariam Virginẽ solam sanctã Gabriel Archangelus solo lumine venit: Aue gratia plena illẽ denuncians.* Angelus (date mihi gratia arguẽdi) nõ dignosceret ex reuelatione speciali, & commissione Mariã totam pulchrã, sine labe conceptã, quia Filij Dei præparata in parentẽ: descendat quæsiturus fœminã solam sanctã, quam non dignouisset; percurrat vniuersum, Mariã demum inueniat: Eã profectò solã sanctã, seu immaculatã deprehenderet, gratiâque plenam vocitaret *ex solo lumine*, id est, ex solã pulchritudine, modestiã, charitate, membrorum compositione, internã pace.

Luc. 1.
Thaum.

Dignoscitur Maria esse fortem Mulierem, quæ serpentis caput comminuit, ex nimio ipsius splendore.
Bern.
Prou. 31.

15. Aduolat certè Angelus quæsiturus fortem mulierem, quæ serpentis caput comminuerit. Bern. hom. 2. *Missus. Si de manu fœminæ pendet nostra salus, & innocentiæ restitutio, & de hoste victoria, fortis omnino necesse est vt prouideatur, quæ ad tantum opus possit esse idonea.* Iam Salomon profatur: *Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius.* Prou. 31. Ad quæ Abbas adiicit: *Sed mulierem fortem quis inueniet? Pretium eius non vile, non paruum, non mediocre, non de terra, non de cælo, nec de cælo proxime terris; sed à summo cælo egressio eius.* Igitur Angelus requirens fœminam fortem serpentis astum superantem, eius caput comminuentem, debet ipsam aspicere, vt videat, an pretium eius sit à *summo cælo*? Quòd si illam non solum à summo cælo egressam fuisse, sed cælum ipsum supremum esse compererit, mox edicet eam proculdubio fœminam esse, quæ serpentem vicit, eiúsque caput comminuit. De cælo Empyreo sic Beda ad Genes. 1. *In principio creauit Deus cælum. Ipsum est*, inquit, *cælum superius, quod ab omni volubili huius Mundi statu secretum, diuinæ gloriæ præsentiâ manet semper quietum. Non ergo superius illud cælum inane creatum est, & vacuum.* Profectò Maria (authore Richardo) *Cælum Empyreum est*, haud inane creatum, ab omni volubili statu secretum. Videt Angelus Mariam sine concupiscentiæ fomite omnino quietam, lumine miro conspicuam. Cælum Empyreum est? Non solum à summo cælo egressio eius, sed ipsa cælum summum existit? Mulier hæc proculdubio fortis est, quæ Diaboli caput contriuit, quæque Domini præparatur in Matrem. *Ad Mariam solam sanctam solo lumine venit.*

Beda.
Richard.

Noscimus nunquam captiuitatem incurrisse, ex lumine speciali seu vertibus.
Gen. 15.
Richard. Victor.

16. Ex speciali itaque Mariæ lumine Angelus vnicè dignouit electam, ne obsequium captiuitati præstaret. Deus Abrahæ: *Scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti? Tu autem ibis ad patres tuos* in

in pace. Gen. 15. A communi clade Pater excipitur, à captiuitate præseruatur speciali gratiâ. Richardus Victor. de differ. sacrif. Abrahæ & Mar. *Tu autem, inquit, ibis. Tu quem præ cæteris abũdantiori gratiâ preueni, tu, quem præ cæteris illuminaui, tu ibis ad patres tuos in pace immunis ab omni indigna & dura seruitutis oppressione.* Dignosceris profectò immunis ab omni seruitutis oppressione fuisse, quia *te præ cæteris illuminaui.* Actiones tuæ te lucis filium ostentant, téque asserunt haud seruituti addictum, indignè. Videt Angelus Mariam Sole amictam, stellis stipatam, Luna vtente velut calceamento, apud cælum constitutam; cur non ex *lumine solo* cognoscat eam à com-
17. muni tyranni draconis captiuitate fuisse præseruatam?

Vel in medio mari ex pulchro gressu colligitur Nauem Mariam apud portum priuatum communi naufragio insormatam non esse.

Perficit argumentum locus ille Prouerbiorum: *Tria mihi difficilia; quartum penitus ignoro: viam nauis in medio mari, &c.* cap. 30. Maria equidem *facta est velut nauis institoris de longè portans panem suum.* Pro. 31. Contemplor Virginem in medio mari viâ omnino abolitâ, haud cognito portu, vnde exiuit, aut quò properat, non merces, queis referta est, contemplor, nempe cælestem panem Iesum. Solummodo ipsam nauem aspicio vndas despicientem, contemnentem ventorum conspirationem, audacter secantem crystallos, recto cursu gradientem. O nauis Tyri exædificationem marinam vincens siue à portu humili venias, siue ad incognitum properes; hoc scio tantam pulchritudinem originem commendare natalis, gratiæque abyssum inuenisse: nec enim nauis tanta communi pelago deferretur. Pulchrè Damascenus Orat. 1. de Dormit. Deipar. *Inuenit Maria gratiæ abyssum, quæ duplicis virginitatis nauem incolumem seruauerat, animámque non minus, quàm corpus incolumem custodierat.* Nauis hæc communis naufragij apud ipsum portum cunctis ratibus imminentis, & superantis, & obruentis omnes, vim superauit, si in medio mari constituta tam pulchrè graditur; non communi in pelago adest, sed gratiæ abysso defertur nunquam submergenda. Edisce ad hominis commendationem discutiendam meritorum vim, quæquidem nos gloriam edocet natalitij.

Prouerb. 30.
Prouerb. 31.
Damascen.

Observatio II.

Ad illa verba:

Virum Mariæ.

Vel ipsum augustissimum Nomen Mariæ originalem Virginis halat immunitatem.

Colligo, illustria opera cognomini celso debere copulari.

18. Avgvstivs quidnam proferam. Non solùm contẽplanti Mariæ personam, eius præseruationem rimari licet, verũ nominis *Maria* perpendenti mysteria eadẽ à peccati labe immunitas reseratur.

19. Nomen *Maria* omnimoda decet sanctitas. Hortum Gethsemani, apud quẽ Maria Magdalena Christi cadauer quæritabat, doctus quidã perfectionis gymnasiũ vocitauit. Peccatrix enim amoris affectu, lachrymarũ rigatu ad tã augustũ perfectionis verticẽ ascendit, vt noluerit Dominus ad pedes accurrere. *Noli me tãgere, non dũ enim ascendi ad Patrem.* Ioan. 20. Ac si diceret, Tantæ charitatis affectui solemnior debetur amplexus; non ad pedes de more accurras, quæ perfectionis verticem instar sponsæ dulcissimæ tenens poteris inclamare: *Osculetur me osculo oris sui.* Tunc igitur, cùm perfectissima Magdalena apparet à Domino proprio nomine cõpellatur: *Maria.* Vbi Chrysol. acutè: *Venit Mulier, sed redit Maria.* serm. 77. Priusquàm verticem perfectionis teneret, veniens Mulier vocatur à Domino: *Mulier, quid ploras?* At postquam ex lachrymarũ profluuio, *ac intensionis multiplicatione* (vt cum Gregorio loquar) perfectissima ostenditur, *Maria* à Domino appellatur. Cur ita? Lucas Mariæ historiã recẽsens ait: *Ecce mulier,* quæ erat in ciuitate peccatrix. c. 7. Quare fœminæ nomẽ omisit? An ob reuerentiã Materni nominis? Ita existimo. Ideo Dominus Mulierem adhuc peccatricem vocat, quousque perfectionis verticẽ attingeret; quia nomen illud non solum peccatũ dedecet, sed & omnimoda decet sãctitudo.

Decet omnimoda perfectio Nomen Mariæ, ideo Magdalena Maria vocatur à Domino, quando perfecta inuenitur.
Ioan. 20.
Chrysol.
Luc. 7.

20. Nil aliud ipsũ *Maria* vocabulum insonat. An Maria *Mare*? Sic Hier. l. de Nom. hebr. *Melius est, vt dicamus sonare eã amarũ mare.* Quare dicitur mare Maria? Bonau. in Spec. c. 3. *Propter affluentiã, & copiã gratiarũ. Vnde scriptũ: Omnia flumina intrant in mare; flumen enim gratiæ Angelorũ intrat in Mariã, & flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarũ, Apostolorũ, Martyrũ, Cõfessorũ, Virginũ intrat in Mariam, &c.* Sanctorũ hominum gratia eam ab actualibus peccatis adstruit immunẽ, gratia autẽ Angelorũ originalis vtique originali eam liberat à reatu. *O verè* (clamat) *plena gratiâ, & plenè plena!* Adiicit inferiùs. *Tanta inundatio gratiæ, tanta profunditas, & magnitudo in Maria fuit, vt mare plenum ipsa dici possit, iuxta illud: Tonet mare, & plenitudo eius.* Quidnam Mariæ plenitudinẽ tonare? *Tonet plenum mare, tonet plena Maria.* Scilicet contra cuncta peccata tanta plenitudo videtur intonare. Chrysolog. serm. 146. *Congregationes aquarũ appellauit maria. Non-ne Maria exeuntem populum de Ægypto concepit vno vtero?* Tũc equidem fuit simul Ægyptiis persequentibus formidabile, mare vtique intonante peccatis. An ad mẽsuram aliorum Mariæ gratiam metiri conaris? *Profundum abyssi quis mensus est?* Eccli. 1. Fluminum quidem, siue sanctorũ non potest mens metiri profunditatem, & metieris abyssum? Quòd si mensurabilis Angelorũ, aut hominum gratia, non eadem est Mariæ abyssi vtique gratiarum mensura. Richard. Laur. l. 1. *Maria est mare propter gratiarum plenitudinem, vnde dicitur gratia plena. In mari nec fundus, nec mensura est; nec Maria accipit gratiam ad mensuram aliorum.* Num amarum hoc pelagus? Dauid, *Commoueatur mare, & plenitudo eius.* Psal. 95. Bonau. citat. *O quam amara & timenda est Maria! Hoc plenum mare audiamus contra vitia tonare.*

Nomen Mariæ, idest, Mare Virginem asseris omni gratia plenã, & ideo conceptã sine labe.
Hieronym.
Bonauent.
Chrysolog.
Eccli. 1.
Richard. Laur.
Psal. 95.
Bonau.

21. Num Maria *illuminata*, seu *illuminatrix*? Sic Hieronymus vbi su. Bonauentura ibid, expẽ-

Nomen Mariæ, seu Illuminata

Virginem ostendit semper fruitam gratia fulgore. Hieron. Bonau.

dens illud Apoc. *Vidi alium Angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius*: inquit, *Filius Dei est Angelus magni consilij, terra vero à gloria Dei illuminata est Maria, quæ sicut illuminata fuit à gratia eius in Mundo, ita nunc illuminata est a gloria eius in cælo; vt sic illuminata fieret Illuminatrix in terra, & in cælo.* An postquam Maria gloria apud cælum illuminatur, potest dici aliquo instanti sine gloria fuisse? Minimè verò. Ergo si apud terram ita illuminata fuit à gratia, haud poterimus affirmare, aliquo instanti sine gratia Virginem extitisse. Richardus Laurent. lib. 1. *Maria* (inquit) *illuminata est à Patre luminum, à quo descendit omne datum optimum. Et ita hoc nomen Maria ei singulariter, & excellenter conuenit, quæ præ omnibus post Filium suum plurima dona habuit gratiarum.* Asserit itaque Mariam à Patre luminum accensam, vt innuatur omnibus perfectis muneribus donatam fuisse. *A quo descendit omne donum perfectum, & datum optimum.* Vnde *præ omnibus* scilicet Adamo ac reliquis sanctis *plurima dona habuit gratiarum.* Num non Adamus gratia originali donatus est? Si ergo præ illo Maria *plurima dona gratiarum* habuit, quonammodo gratia originali donata non est?

Richard.

22\. Nonne Nomen *Maria Stella*? Petrus Dam. serm. 1. in Epiph. *Erat Stella in aëre, stella in terra, Sol in præsepio. Stella in aëre corpus illud lucidum, stella in terra Maria, Sol in præsepio Christus.* Inferius autem: *Maria quasi stella singularis refulsit in Mundo.* Cur singularis? An quia sanctificationis Ieremiæ aut Ioãnis in morem donata est ex vtero tadiis? Si Ieremias & Ioannes eodem sunt à Deo munere affecti, non ex eo Maria *Stella singularis*? Assero igitur ideo singularem Stellam appellari, quia à primo conceptionis instanti sanctitatis, ac gratiæ lumine coruscauit. Gerson p. 4. serm. 2. *Ipsa est Stella, quæ nunquam lumen amisit gratiæ, nec obscurata fuit peccato mortali, aut veniali, aut originali. Ideo interpretatur Maria maris stella.* Num non Stella dicitur ab *stando*? Stetit Maria stetit, quando cuncti Adæ filij corruerunt. Richardus Laur. lib. 1. *Stella dicitur Maria propter excellentiam sui status. Stella est Maria, quia fixa in firmamento.* Quando scilicet ex Ecclesiæ firmamento draco tot lumina deturbauit.

Nomen Mariæ siue stella Virginem docet nos singulariter emicuisse, id est, nunquam peccati tenebris offusam. Damian. Gerson. Richard.

23\. Annon authore Hieronymo Mariæ nomen indicit imperium? *Maria sermone Syro Domina nuncupatur.* Amedeus hom. 1. de conceptione Mariæ edisserens, ait: *Mirantur Angeli puellam Matrem Domini talique Dominam futuram, & in his erumpunt vocibus admirationis, & laudis: Quæ est ista quæ ascendit dealbata?* Num maculæ, quæ lauachro purgarentur? *Quid est dealbata, nisi albis vestibus ornata? Ornata scilicet ornatu decoris, iustitiæ, & sanctitatis.* Sponsus ait: *sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias.* Cant. 4 Simul dominatus & puritas originalis Deiparæ asseritur. Lilium coronæ speciem præsentat. Maria Domina creaturarum. Profectò ipse dominatus candidissimo flore innuitur, vt ostendatur ex eo quòd Maria Domina filiarum exsurgit, omnimodè debuit stipari decore. Fulbertus Carnot. serm. 1. de Nat. Mar. *Hæc itaque electa, & insignis inter filias non fortuitò quidem, aut solo placito parentum, sed diuinà dispensatione nomen Mariæ accepit, id est, Domina; ita vt ipsa vocabuli sui figura magnum quid innueret.* Adnoto illud: *Vt ipsa vocabuli sui* (seu Mariæ) *figura &c.* Lilio quidem Mariæ adnotatur imperium. At ipso *Domina* vocabulo magnum quid innuitur, nempe omnino candidam fuisse conceptam. Adiicit pulchrè. *Hic si quis interroget: Quid ergo putas qualis olim in anima fuerit hæc persona? Veraciter respondemus, quod anima ipsius & caro, (quam elegit, & habitaculum sibi ipsi fecit Sapientia Dei Patris) ab omni malitia, & immunditia purissima fuerunt.* En simul & dominium Mariæ & originalis iustitia assignantur. Collige augusta Cognomina augustas actiones adeò connotare debere, vt audientes cognomen illustre, illustrium actionum gloriam requiramus. Quod si cognomini præcelso opera non respondeat, proferimus: Quàm iniustè ille alto cognomine insignitur, si vilibus actionibus operam impendit!

Nomen Mariæ, id est, Domina, nunquam Diabolo seruisse Virginem ostentat. Hieron. Amedeus. Fulbert.

Observatio III.

Ad illa verba:

De qua natus est Jesus.

Maria Christi Mater purissimi, quomodo non Filij prælibaret in Conceptione puritatem?

Edocemur parentes ex probis filiis commendari.



ICET ex Patriarcharũ, Regum, Ducum aut facinoribus aut Nominis mysterio Euãgelista non innuisset Mariæ præseruationẽ, sola hæc clausula perspicuè ostẽdit; dignitatẽ enim Matris Dei huiusmodi decet sanctitudo. Aiebat Ioãnes Gerson p. 4. ser. de Annunc. *Domina nostra hodie altius nomẽ accepit, & perfectius, quod esse posset homini post nomen Filij sui; & est, quod Mater Domini dicatur.* Quid inde? *Per hoc accepit plenitudinem gratiæ non solum pro se, sed etiam pro nobis; propterea Dominus est cum ea, nõ sicut est cum omnibus per essentiam, præsentiam, & potentiam, sed & per gratiã, & sanctificationẽ singularem.* Ac si diceret, Nomen perfectissimũ munúsque celsissimũ Matris Dei accepit? Ergo perfectissimâ sanctitate donata fuit. Argumentum hoc pluribus illustrauimus superiùs, ei enim quæcumque scripsimus valent accõmodari; quarè nonnullis solummodo scripturæ locis ex Patrum confirmatione roborabimos. 24

Gerson.

Præmitto illud Dauidicũ: *Numquid Sion dicet, homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eã Altissimus.* Psal. Natus in Sion Deus homo? Ergo ab Altissimo fũdata est digna, quæ progigneret Saluatorem. O Mater Maria ab Altissimo futuro Filio fundata, annon te dignam Matrem exædificaret? Petrus Damia. ser. de Nat. Mar. *Immensum concepit, æternum genuit, genitum ante secula parturiuit. Qui ante quam nasceretur,* 25.

Altissimus Filius futurus Mariam exædificauit in Conceptione dignam Matrem Dei. Psal. Damian.

nasceretur, talem creauit eam, vt ipse dignè nasci potuisset ex ea, de quâ Propheta multò ante prædixerat.: Mater Sion dicet, homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam.

26.
Maria in sua conceptione Aurora ascendens Solis iustitiæ ad pacificandas creaturas ob peccatum decertantes ergo sine peccato illa.
Gen. 32.
Bonau.

Angelo & Iacobo concertantibus subitò illuxit Aurora. Inclamat Patriarcha; *Dimitte me, iam enim ascendit Aurora.* Genes. 32. Vbi Bonauentura Spec. cap. 9. *Aurora nostra Maria nobis est; ex ea enim Sol* verus habuit exortum. Aurora Mariæ ascendens cum concipitur, *Iam ascendit Aurora.* Quid Auroræ ascensioni cum certaminis termino? *Dimitte me, quia ascendit Aurora.* Profectò certamen illud Angelorũ & hominum pugnam ob peccatum innuebat. At Maria veri Solis Aurora ascendente tota lucida, minimè in peccato concepta iurgia abolet creaturarum. *Aurora est* (inquit Pater Seraphicus) *Maria nobis ad Angelos pacificandos, sicut signatum est in Genesi, vbi legitur, quòd Angelus, qui cum Iacob luctabatur, benedixit eum in Aurora. In Aurora* (seu in communi Conceptione) *lucta fuit inter Angelum & Iacob, discordia fuit inter Deum, Angelos, & homines: homo enim peccando,* (seu commune piaculum incurrendo) *offendit Creatorem; offensò autem Creatore omnis offenditur creatura. Sed certè adueniente Aurora Maria pacificati sunt Angelus atque homo.* Quia scilicet humana natura tunc sine labe conspicitur in Maria Solis Aurorâ præparatâ.

27.
Maria Conditori præparata Ciuitas radices suæ fundamina in splendore agit.
Psal. 47.
Chrysost.

Cecinit Dauid: *Fundatur exultatione vniuersæ terræ Mons Sion, latera Aquilonis, Ciuitas Regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam.* Psalm. 47. Sion exædificatur Deo, vt in domibus eius cognoscatur, vt inhabitet vrbem. Qualis Sion exsurgit videamos tanto habitatori. *Fundatur exultatione vniuersæ terræ.* Diuus Chrysostomus. Alius. *Pulchro germine fundatur, ab initio præscripto splendore.* Ac si diceret, Fundatur hæc Ciuitas, vt pulcherrimum ex ea germen oriatur, ideóque ab initio, à fundamentis ei splendor adscribitur. Ciuitas Mariana, è qua Dominus oriturus, quanto splendore coruscat, cùm eius fundamina in Conceptionis instanti primò præsentantur? *Magnus Dominus* (adiicit Pater) *in ciuitate Dei nostri, in monte sancto suo benè radicans; hoc est, bene radices agens, & tam pulchrè firmans, ac stabiliens in gaudio, & lætitiâ.* Ne scilicet in radicatione, seu conceptione Mariæ vie communis exsudiatur. *Deus in domibus eius cognoscetur. Alius, Deus in regiis eius cognoscetur ad munimentum. In palatiis eius cognitus est, ad eripiendum eam. Deinde ostendens, quomodo sit Ciuitas Regis magni per illud: In domibus eius cognoscitur, magnam ostendit prouidentiam, & quòd eam totam omni ex parte firmat.* Haud enim digna Regis magni Ciuitas, si omni ex parte à communi labe non præseruaretur. Quàm pulchrè Chrysostomus!

28.
Maria Ciuitas Dei Filij semper, nec particula Diabolo cessit.

Similem sensum reddit Carmen illud: *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei.* Ps. 88. Quid in Maria Dei Ciuitate, siue eius Matre gloriosius? Profectò; quòd semper Dei Ciuitas, tota Altissimi, nulla particula alieno cedente possessoris Richardus Laurentius lib. 12. *Maria est illa Ciuitas, de qua in Psalmis: Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei. Maria Ciuitas, quæ dicitur quasi ciuium vnitas, id est, sensualitatis & rationis plena concordia. Et ideo summus habitator ibi pacifice hospitatus est, & ibi in pace factus locus eius. Ciuitas Dei dicitur ad differentiam Ciuitatis Babylonicæ, quæ Diaboli est, in quam Dominus non ingreditur. Benè Ciuitas Dei, quæ tota fuit Dei, & nullius nisi Dei; quia nihil in ea habuit pars aduersa. Ideo dicit illa: Dilectus meus mihi, & ego illi. Ideo eam Dilectus toties vocat suam: Amica mea, columba mea, soror mea, sponsa mea; Ciuitas Dei, quia sola digna tanto Rege, tanto fundatore, tanto inhabitatore.* Habitaturus fundauit? Eam sibi dignam fecit habitationem.

Ps. 88.
Richard. Laur.

29.
Deum pœnituit fecisse cunctos homines excepto Iesu & Matre Maria.
Gen. 6.
Richard. Victor.

Cuncto humano genere viam corrumpente, Conditor inclamauit: *Delebo hominem, quem creaui a facie terræ, ab homine vsque ad animantia; pœnitet enim me fecisse eos.* Gen. 6. Vbi Richardus Victor, apud Lipom. *Maximam se ostendit habere iram transituram à maximo vsque ad minimum, & inde ab imo ad summum.* Totum genus humanum complectitur illa pœnitudo? Totum genus delinquens generalis illa sententia damnat. Num ab ea generali propositione aliquis excipitur? Soli excipiuntur qui nec actuali, nec originali crimine contaminati apparuerint. Ergo non pœnituit Deum Christum, & eius Parentem fecisse, quia nullo peccato hi soli contaminati reperiuntur. Audiendus Lipomanus. *Omnis, qui pœnitendo corrigit aliqua, quæ fecit, se sibi displicuisse indicat; quia emendat, quod fecit. Et quia omnipotens Pater* (*sicut intelligi ab hominibus poterat*) *humano modo de peccatoribus locutus est, dicens: Pœnitet me fecisse hominem super terram, quasi sibimetipsi displicuit in peccatoribus, quos creauerat. In solo autem vnigenito Domino Iesu Christo complacuit, quia hunc inter homines hominẽ creâsse eum non pœnituit omni modo, in quo peccatum nullo modo inuenit. In solo Vnigenito complacuit;* Ergo & Maria à complacentia excluditur, ac pœnitudini addicenda est. Profectò in solo complacens Filio non potuit non & in eius Matre complacere, quasi vnica complacentia esset. Nam si Filius hominem assumpturus erat sine maculâ, ex immaculata vtique parente. Vnde adiicit pulchrè Doctor: *Cui* (Soli scilicet Vnigenito) *addere possumus Genitricem eius Virginem Mariam, quam ab omni culpa & originali, & actuali prædicamus immunem.*

Lipom.

30.
Ex Maria factum Iesu ad reparationem communis infirmitatis, ideo nunquam ipsam à commendat.
Gen. 2.
Richard. Laur.

Olim Conditor *ædificauit costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Genesis 2. Quia ex ossea viri virtute (proh dolor!) caro infirmitatis nostræ fuit deriuata. At ex Fœminæ carne ossea Viri Iesu secundi Adæ duxit exortum. Annon si ex ossea illa virtute humanæ naturæ reparatio apparuit, purissimam carnem ossis parentem incorruptam omninò vocitabimus? Richardus Laurentius lib. 12. *Tulerat Dominus vnam de costis Adæ, quam ædificauit in mulierem, & repleuit carnem pro ea. Repletio ossis de carne insufficiens est, & infirma refectio. In virginali autem vtero de Muliere factus est vir, vt signum*

reparanda virtutis. Et de purissimo Virginis sanguine, vel de carne eius factum est os ad literam in instanti conceptionis. Et mystice ille, qui est os, & robur Ecclesiæ factus est. Et ita in Virgine, & ex Virgine repleta gratia suppleta est, & repleta humana natura, & facta quasi ossea, & fortis, cùm priùs esset carnea, & flexibilis ad peccandum; & de illa plenitudine omnes accepimus. An carnem eligeret Dominus *os* futurus, in carneæ infirmitatis medicamen, communi laborantem ægritudine? Osseam carnem Mariæ elegit ossis vtique appositè Matrem.

31\. Clamant Cœlicolæ. *Egredimini filiæ Ierusalem, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater.* Cant. 5. Diadema. Verbi carnem è Virgine assumptam Richardus idem vocitauit. Quid *Diadema*? Audi pulchram Doctoris sententiam lib. 3. memorantis Ezech. 1. locum, vbi de electro: *Et vidi quasi speciem electri per circuitum. Per electrum* (inquit) *vel aurum mixtum argento, diuina sapientia, quæ se immiscuit argento, id est, sibi aptauit corpus de substantia Virginis, quæ fuit argentum igne Spiritus sancti multipliciter examinatum; & sic facta est corona de electro.* Igitur Virginei argenti, seu carnis, & diuini auri, seu Verbi coniunctione diadema perficitur. Attamen sola humanitas Christi diadema à Salomone vocitatur: *In diademate, quo coronauit eum Mater.* Richardus. *Humanitas Saluatoris congruè dicitur diadema, quasi duo demens scilicet principium & finem; id est, originale, quod est principium omnis mali, & pœnam æternam, quæ est finis, ad quem tendit omne mortale peccatum.* Caro Virginis Diadema Christi est? Ergo demptum ex ipsa principium & finis, hoc est, & originale, & actuale piaculũ; aliàs etenim non Verbi caput hoc diademate ornaretur, sed potiùs infami stiparetur operculo. *Mas fuera coroza que corona.* Dixerat Richardus Coronam seu diadema electri esse, hoc est ex auro diuinitatis, & argento humanitatis è Virgine; nũc autẽ totum diadema ex solâ humanitate coalescere affirmat: *Humanitas Saluatoris dicitur Diadema.* Profectò humanitas illa, siue caro, quæ à Verbo sumenda est, tam immaculata debet præexistere, vt sit quasi electrum, id est auri & argenti massa, siue diuinitatis & humanitatis coniunctio; vt scilicet priùs quàm Rex Dominus coronetur, dignum Principi tanto diadema obiiceretur.

Maria, ex eo quod Diadema Verbi, sine originali labe concepta.
Cant. 5.
Richard.

32\. Accommodatiùs tamen illa auri & argenti, siue Diuinitatis & humanitatis coniunctioni insisto. Quàm pulchrè ex carne Virginis & Diuinitate Saluator exurgit! vt Virgo quasi dimidium Christi possit appellari! Ezechielis operæ pretium testimonium exponere. *Et super similitudinem throni quasi aspectus hominis desuper; & vidi quasi speciem electri velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum a lumbis eius & desuper; & à lumbis eius vsque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis per circuitum.* c. 1. Vbi Theodoretus in duplici naturâ ignis & electri mysteriũ Incarnationis veneratur. Ast ego cum Gregorio illa sententia: *A lumbis eius & desuper, & a lumbis eius vsque deorsum,* Christum & Virginem figurari affirmo. *Per lumbos* (ait ille apud Strabum) *propago immortalitatis signatur. De lumbis Abrahæ Virgo Maria, in cuius vtero Dei Filius incarnatus mansit. Vnde vniuersa Mundo innotuit Deus.* Ac si diceret: A lumbis desuper Dei Filius (asseruit supra) carne nostrâ vestitus figuratur? Ergo quia in lumbis propago signatur, vterus Mariæ, in quo formatus est Christus, à lumbis deorsum fuit adumbratus. Cur autem & Filium & Matrem Propheta eiusdem corporis similitudine signauit? Annon vt asserat substantiam vtriusque non tam duplicem quàm eandem, vt affirmauit Arnoldus? Aut Maria totus Christus sit tibi, aut dimidium eius. At si in Christi medietate, seu dimidiâ essentiâ (sic fari liceat) originalis macula fuit, dimidium Christi aliquando non purum prædicabimus.

Maria quasi dimidium Christi, vitæ puri etem sequitur, ne purus & impurus appareret.
Ezech. 1.
Theod.
Greg.

33\. Ezechiel alibi: *Porta hæc clausa erit, & non aperietur, eritque clausa Principi.* cap. 44. Virginitas duplex Mariæ commendatur, & corporis & mentis. Sic Richardus lib. 10. *In hoc, quod dicitur: Vir non transibit per eam, carnis integritas; in hoc, quod sequitur: eritque clausa Principi, perfecta mentis munditia commendatur; à quâ duplici integritate propriè singulariter dicitur illibata.* Profectò perfecta mentis mundities à labe continet præseruationem.

Mariã Principi filio clausam esse, idem est, ac præseruatam à macula originali.
Ezech 44.
Richard.

34\. Moyses prosatus: *Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis, in quo posuit hominem.* Gen. 2. Ante formationẽ hominis paradisus præparatur à Domino Deo? Quàm pulchra inhabitatio! Strab. asserit Oceano interiecto & mõtibus appositis Paradisũ adeo proximũ lunari circulo situ, vt diluuij aquis peruium non fuerit. An communes iniuriæ Mariæ decus labefactarunt? Richardus Laurent. lib. 12. affirmat Mariam paradisum Adamo secundo à Deo paratum. *Vnde discoopertus fuit à superiori, vt Solem, rorem, pluuiam, & aerem susciperet, quæ veniunt de supernis. Quia omne datum optimum desursum est. Item discoopertus fuit hortus iste, quia nullius peccati nubem oppositam habuit. Fuit clausus ab Occidente, quia nunquam per peccatum occidit ei Sol iustitiæ. Clausus etiam ab Aquilone, à quo panditur omne malum; quia nihil coinquinatum, aut nociuum in illum potuit subintrare.* Digna prorsus Adami secundi à Domino habitatio præparata. *Alius fuit* (adicit) *paradisus Maria; ipsa enim omnibus creaturis veriùs potuit dicere: Mea conuersatio in cælis. Vnde & sublimem eius conuersationem non attigit diluuium.* Concepta námque Maria, à communitate hominum in diluuio peccati pereuntium longè segregata.

Paradisus Maria secundo Adamo præparatur liber à diluuio cõmuni.
Gen. 2.
Strab.
Richard.
Laur.

35\. Contestatur Sponsus: *Hortus conclusus, soror mea, hortus conclusus.* Cant. 4. Bis conclusus dicitur hortus sponsa Maria, vt innuatur nunquam aditum serpenti patuisse. Citatus sic Laurentius. *Hortus conclusus hic appellatur hortus, qui designatur per terrestrem paradisum, in quo positus est secundus Adam Christus velut in horto fœcundo ne esuriret. Conclusit autem Dominus hunc hortum tam fortiter, vt Draconem peruigilem omninò lateret, & nec vlla pateret rimula, quâ posset introspicere subtilis astutia inimici.* Rimula clausa subtili serpentis sibilo, & toti serpenti totus patuit ingressus? absit.

Quam Paradisum Mariæ cõclusum: quam serpenti occlusum adiensit.
Cant. 4.
Laur.

36\. Sponsus sic Matrem alloquitur: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Cãt. 4. Vbi Idiota sapiẽs to. 10. Bibl. Colonon.

Tota pulchra Maria, quæ

in

effecta solum, vt Mater Dei esset. Cant.4. Idiota.

in Contem. Virg. cap.2. *Tota pulchra es, ô plusquàm gloriosa Virgo in tua Conceptione, ad hoc solum effecta, vt Templum esses Dei Altissimi.* Ac si diceret: Quia effecta solùm vt Templum esses Dei, siue Christi parens, tota in Conceptione pulchra effecta es. Si ex te pars alteri viliori ministeriò cederet, poterat quis coniicere partem non omnino immaculatam; sed quia *ad hoc solum effecta es*, nec particula minùs pura coaluit. *Tota* (adiicit) *pulchra es ex generatione Verbi diuini, tua gloriosa anima nihil vnquam affuit turpitudinis, vitij, aut peccati; & nihil defuit spiritualis pulchritudinis, gratiæ, & virtutis.*

37\. *De radice infecta Maria sine infectione oritur, quia ex ipsa Iesus flos.* Isai.11. Hieron. Damian.

Isaias adhæc, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* cap. 11. Vbi D. Hieronymus Virgam Mariam, Florem autem Christum, interpretatur. Radix Iesse quid? Certè tortuosa generis humani propago. Maria igitur à radice tortuosà recta omnino exsurgit. Petrus Dam. ser. de Annunc. *Germinat Virga Iesse de tortuosi radice generis humani, & de Patriarcharum arbore in altitudinem, & rectitudinem erumpens omnem ignorat nodositatem.* Vndenam Mariæ Virgæ priuilegium, vt de tortuosâ radice producta nullam nodositatem ostentet? Annon quia Florem Christum erat germinatura? Ita planè Non miror iam ex tortuosâ radice rectam Virgam prodire. Attamen me in admirationem abripit Florem Christum ex radice Virgæ siue de eius Conceptione ascendere: *Et flos de radice eius ascendet.* Flos è vertice virgæ prodit. Annon Flos campi & lilium conuallium? Cùm lilium candidum erúpit in orbem, non camporum gloriam sed firmamenti, verticem virgæ tenet. Quid ergo cũ radice Flori Dominico? Certè radix Mariæ, seu Conceptio tam immaculata, tam nobilis, vt Christus nõ asserat se ortum à Mariæ vertice, id est, ab eius incrementis sanctitudinis, sed ab ipsa conceptione se exortum inclamet. Num audisti virum iactitantem se ex proauo infecto prodiisse, si non infectam proauiam sortiatur? Quis asserat Conceptionem Mariæ vel suspitione leui ignobilitatis laborâsse, ex qua Rex Regum Deus se exortum esse gloriatur, cum potuisset gloriari, ortum duxisse ex sanctificatæ iam Matris incrementis?

Ipse Iesus gloriatur se ex conceptione Matris, quasi ex radice, produisse

38\. *Liberis proauis liberior Maria, ideo Flos Christus profitetur se ex eius Conceptionis radice prodire.* Eccle.10. Hieron.

Contestatur Sapiens: *Beata terra, cuius Rex nobilis est* Ecclesiastæ 10. Ad quæ Hieronym. legens: *Cuius Rex tuus filius ingenuorum*, inquit: *Beata terra Ecclesiæ, cuius Rex est Christus filius ingenuorum, de Abraham, Isaac, & Iacob, & sanctorum omnium stirpe descendens, quibus peccatum non fuit dominatum, & ob id verè fuerunt liberi: ex quibus nata est Virgo liberior Maria.* Si sancti proaui, & ideo liberi, & ingenui: vndenam liberior Maria? Quia illi peccatis & originali, & actuali implicati aliquando fuere; Maria autem ab vtriusque seruitute præseruata. Addit Doctor. *Maria nullum habens fructum nullum germen ex latere, sed totus fructus eius erupit in florem loquentem in Canticis: Ego flos campi, & lilium conuallium.* Illa expende: *Totus fructus eius erupit in florem* Christum. Totus fructus, id est, tota arbor, seu Virga in Christũ filium erupit; summitas Virgę, folia, radix vnicum influit in florem, flos Iesus (Nazarenus, seu floridus) filius est tam summæ sanctitatis, quam primæ in Conceptione gratiæ: *Totus fructus erupit in florem.* Quam pura Conceptio, cuius filius, seu fructus Dominus esse gloriatur: *Et flos de radice eius ascendet.*

39\. *An auderet Maria Filio approximari, si se hostem illius aliquãdo cõperisset?* Cant.4.

Redeat testimonium illud Epithalamij: *Tota pulchra es, amica mea.* Cant. 4. Matthæus Cantacuze. legit: *proxima mea.* Quàm verè Iesu proxima vocitatur, quæ inter vlnas Christũ gestauit infantem, imo & vtero gestauit! Infero ex huiusmodi proximitate Virginis innocentiam; nec enim adhæreret sic Domino, si illum neci cõtrahens communem labem tradidisset. *Ipse est, qui recubuit supra pectus Iesu* Ioan.20. Quæritur, cur Ioannes in sinu Domini recubuerit, quando instante passione somnus à Discipulis erat ablegandus: quando cuncti sese à traditionis suspitione excutere curant? Theophylactus: *Quare omnibus aliis, & Petro ipso Apostolorum Principe tremente, Ioannes quasi delicatior recumbit in sinu Domini? Recumbebat quidem, quia volebat se ostendere alienam à crimine, per hoc, quod tam libera illi cum Christo familiaritas.* Haud tradidit proxima Maria quæ inter vlnas Iesum patitur reclinari, quæ vtero excipi permittit profata: *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Curaret certè approximationem tam arctam effugere, si ad eius iam à conceptionis puncto necem conspirasset. Ioan.20. Theoph.

40\. *Moratur Maria in paradiso, cunctis ablegatis, quia Deo bellum non indixit.* Eccli.24. Psal.41.

Ecclesiastici sic Virgo ore profatur: *In omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor.* cap.24. Num Maria Euæ in morem Deo bellum indicit? *In omnibus quæsiui requiẽ*; pax enim terræ Marianæ fines, hoc est, Conceptionem & obitum perfectè continuit: *Auferens bella vsque ad fines.* Psal.41. Vndenam colligemus te ô Virgo nunquam bellum Deo indixisse? *Et in hæreditate Domini morabor.* Adamus, & Eua cunctique filij à paradiso Dei speciali hæreditate ablegati fuere, ob belli cõmunis indictionem? Ego pace perpetuâ fruita sum, haud vnquam aduersùs Deum hostiliter repugnaui, si quidem morata sum apud Domini hæreditatem, cùm omnes exilio affecti. Appositè Damascenus Ora. de Dormit. Mar. *Olim Dominus Deus eos, qui fuerunt Principes humani generis, & se impleuerunt mero inobedientiæ, exterminauit ex paradiso. Nunc autem hanc Virginem, quæ omnis vitij repulit insultus, & produxit germen Dei Patris obedientiæ, non suscipiet paradisus?* Affirmat ergo Damascenus & homines ob crimen inobedientię ab hæreditate Domini exterminatos, & Mariam, quia immunis à communi flagitio, apud Domini hæreditatem remansisse, & id contigisse Dominæ, quia Dei germen, Christum scilicet erat paritura. *Omnis vitij repulit insultus, & produxit germen Dei Patris.* An produceret germen Dei, si non omnino vitij repulisset insultus? Damasc.

41\. *Mater Messia in initio viarum Dei, à Domino possidetur.* Prou 8. Galatin.

Alibi Deiparens: *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antè quã quidquam faceret à principio. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram.* Prou.8. Ad quæ Galatin. lib. 8. de arcan. cap.1. *Eiusmodi verba, quæ ex libro Prouerbiorum ab Ecclesia in Mariæ laudem repetantur, ne posse quidem diuina Sapientiæ inde ab æterno genita per omnia tribui, sed sanctissimæ Messiæ Matri quædam in illis rectè potius adaptar.* Maria igitur Messiæ futura Mater à Domino in initio viarum suarum possidetur, dum ante

tentionis voluntatem illius in ordine ad actus peccaminosos, & gratiæ amissionem Adami includere voluntate. Post hæc vitiato per Adamú genere humano, decernitur Christi aduentus in carne passibili, & à sola Dei actione dependens tempore Passionis, (modo quo Ioannes de Lugo meus doctissimus Condiscipulus Disp. 8. de Incarn. sect. 7. declarat.) meretur Genitricem sibi assignari Mariam, Creaturam scilicet illam, quam Deus, cum futurorum in hoc Mundo numerum circunscriberet, pollicitus est, modò Filium incarnari statueret, & rogaret aliam de nouo Creaturam produci, ita se facturum: eámque ipsam, quá, pacto cum Adamo inito, exceperat, sub conditione quod Filius eam Matrem sibi dari postularet. Ex hoc sigoorum, & diuinorum decretorum concentu sequitur planè Virginem Christi Seruatoris passioni, & meritis adęquatè debuisse, quod neque in pacto Adami à Deo exhibito quatenus in malum declinare poterat, comprehensa sit, nec in eo peccauerit, ac proinde nec debitum originariæ labis vllo modo contraxerit.

Lugo.

174. Mirum planè piæ sententiæ studiosos reperiri, qui defendant ad Virginis ampliorem iustitiam & decorem nihil cōferre, quod asseratur in Adamo nó peccasse. Annó stigmaticú & probrosum, Deo per duelle caput habuisse? Annó à Virgine Dei Matre oporteat nō solum casum, sed & omnino auertere timorem excidendi? Anoon nescio quid notulæ tantæ puritati Dei genitricis inferatur ex debito? Audi Matthæum. *Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.* cap. 1. An Iosias transmigrarit? Lyra respondet, *Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis, non quia adhuc esset transmigratio, quando genui sunt, sed quia imminebat.* Imo licet imminuerit ei transmigratio, nunquam de facto transmigrásse Iosiam affirmat Strabus, *Iosias vir iustus quod non ply eius quos genuit non in transmigratione, quia nunquam transmigrauit, sed secundùm prædestinationem Dei ad transmigrandum.* Iam quæstioni do, cur Iosias absolutè dicitur filios in transmigratione genuisse, si nunquam transmigrauerit? Certè illud ipsum obnoxium fuisse transmigrationi imminenti, quasi transmigrasse fuit. Vnde à Matthæo captiuus & seruus appellatur, qui sub ingruentia, ac captiuitatis comminatione fuit. Nunquam, nunquam Mariæ verè Dominæ generatio sub Adami captiuitate fuit ex illo debito, quia in præsenti iustus Iosias captiuus appellatur; non quia verè seruituti subiacuit, sed quia sub dependentia, seu debito captiuitatis fuit, quamuis ab illa præseruaretur, eámque de facto non incurreret.

Obnoxiam fuisse captiuitati Virginem quasi captiuam fuisse est. Id probo in Iosia captiuo vocato, quia obnoxius captiuitati, Mat. 1.

Lyran.

Strab.

175. Comminatio damni, eiúsque debitum captiuum quodammodo efficit eum, qui verè captiuus non est. Deus Abrahæ somno indulgenti, *scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non suá, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis.* Gen. 15. Porro constat (D. Augustino lib. 16. de Ciu. cap. 24. adnotante) captiuitatem & exilium quod subierunt postea Abrahæ posteri sub Ægyptiacâ tyrannide ducentis & decem annis solummodo perdurásse. Quare igitur Abrahamo quadrigentorum annorú captiuitas indicitur? Existimo quia captiuitatis notitia semen Abrahæ centum & nonaginta annos ante illius executionem inuasit, per Isaac posteris vaticinium accipientibus, vnde anni seruitutis computantur ab ipsa seruitutis cognitá comminatione, illius debito contracto. Confirmat Alcuinus q. 168. in Gen. *Quid est, quòd dictum est ad Abraham, seno &c. Vnde isti quadringenti anni computati sunt anni seruitutis? Non sic accipiendum est, tanquam in illa durissima seruitute quadringentos annos Dei populus fuerit;* sed quia scriptum est: In Isaac vocabitur tibi semen. Ex anno autem natiuitatis Isaac vsque ad annos egressionis ex Ægypto computantur anni quadringenti quinque. Deme quinque annos infátiæ, queis quasi soporatus Isaac intellectus, à sexto anno contéplare audiisse captiuitatis comminationem. Iam inde ex timore & quasi ex debito (semen Abrahæ cum esset) captiuus appellatur. Vnde semen Abrahæ quadringentis annis affligitur. An ab huiusmodi, ex debito, afflictione Deiparam nó omninò liberabimus?

Et in filiis Abrahæ captiuos quodammodo ex quo cœperunt captiuitatis imminentis tolerare timorem. Gen. 15. August.

Alcui.

176. *Equitatui meo* (Filius ait) *in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea,* Cant. 1. Allusio manifesta est ad eam salutem, quà Hebræorum legiones donatæ sunt, transmisso mari Rubro, Pharaone demerso, equitatu, ac curribus innumeris pereuntibus. Exod. 15. Sic illi liberati sunt, vt ne periculum aliquod submergédi subierint. Erat enim aqua quasi murus à dexterâ eorum & læuâ. Annon aliud est, illum incolumen esse, qué penè tumentes vndæ suffocarunt: & aliud in medio procellosi gurgitis nihil laborâsse, nihil de periculo timuisse? Certè quanquam Virgo originali culpæ contagio non inficeretur, gratiâ sanctificâte in primo conceptionis instanti roborata: tamé si in Adam peccauisset, metus, & periculú fuisset de secuta macula, cùm in tanta virorú ac fœminarú multitudine nemo, qui in Adamo deliquisset, visus fuisset labem declinasse. Vt ergo non solùm à fœditate immunis significetur, sed neque discrimine implicita ostendatur, Israelitis, cùm sæuitiam ac minas Ægyptiorum effugerunt, comparatur. Hailgrinus Cardin. *Dicit ergo Filius: In curribus Pharaonis & exterrenais & conterendis & si non adæquaui, tamen assimilaui te equitatui meo, siue equo meo* (Diuinitatem equitatum, seu equum appellat) *ô Mater dilectissima. Quia licet in exterrendis castris diaboli non adæquatur humana Deitati maternalis Virgo: in his tamen eidem assimilatur præ cæteris.* Quid angustius de Maria prædicari posset, quam ea illam securitate pollere circa debitum captiuitatis vel temorum, vt omnino à timore liberæ Diuinitati valeat assimilari?

Assimilatur Maria populo triumphanti, pelagú que traiecit sine vllo pauore. Cant. 1. Exod. 15.

Imo ipsi Diuinitati assimilatur. Hailgr.

177. Iustus igitur Dominus hasce in Matre iustitias, seu iustitiæ, sanctitatisque superabúdátiá dilexit. Si gratia huiusmodi à debito illo præseruatio est, quonámodo à gratiâ plena poterat exulare? Domina ergo absolutè Maria nullius vnquá captiuitatis aut periculo, aut timori obnoxia. Athanasius ser. de Mar. tom. 3. *Decet te Matré, regeneratricé, Dominá, atque herá cognominari, eo quòd ex te prodiit Rex Dominus, ac Deus noster.*

Iustitias huiusmodi Deus dilexit in Matre.

Athan.

Chrysol.

Ansel.

noster. Quâ de causâ factum est, vt gratia plena appellata sis, vtpote quæ omni gratia abundares. Nec omni gratiâ præditam credidissem, si ab illo originalis culpæ debito non fuisset liberata. Chrysologus ser. 144. *Meritis Virginis salua sunt omnia, quæ omnium genuit Saluatorem.* Omnia quidem salua, quia à proximo originalis labis debito fuit liberata. Et Anselmus de Conc. cap. 18. *Sed quia decebat, vt illius Hominis conceptio de Matre purissimâ fieret: nempè decens erat, vt eâ puritate niteret Virgo illa, quâ maior sub Deo nequit intelligi.* Maiorem ego puritatem excogitarem, si Virgo in Adamo deliquisset. Collige ex præfatis, quàm horribile malum sit peccati captiuitas, si quidē vel obnoxietas delinquendi sit iusto formidabilis.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Sadoch autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar.

Conceptio Mariæ à Trinitate celebrata.

Vbi innuimus cor humanum puritate decorandum, vt Deo Tabernaculum exhibeat: lacturam in iusto non esse irati Numinis documentum: Similem esse debere Christo, qui accipit Eucharistiam: Coniugesque similes etiam ad vnionem futuros.

178. *Achim, Eliud & Eleazar typus Trinitatis.*



Res simul Mariæ Parentes, Achim, Eliud, & Eleazar, Filiæ Conceptionem purissimam concelebrant, tres diuinas Personas adumbrantes, authore Anselmo. Eliud enim, siue *Deus Creator*, Patrem æternum refert. Eleazar, seu *Deus meus adiutor*, indicat Filium hominum Seruatorem. Achim autem, id est, *Frater meus*, Spiritum Sanctum præfigurat, qui Virginem Sponsam sororem assolet vocitare. Beatissima ergo Trinitas Deiparam (*quæ est totius Trinitatis complementum*, teste Hesychio hom. 1. de Deip. seu *Triclinium nobile sanctissimæ Trinitatis*, Doctore Bonau. in Hym. 6. siue *Sponsa Trinitatis*, assertore Epiphanio de laud. Virg. ab omni macula originis immunem affirmat.

Ansel.

Hesich.

Bonau.

Epiph.

Caput I.

Tota Trinitas Mariæ defendit præseruationem.

179. *Mariam Patris æterni Filiam, Filij matrem, Spiritus Sancti Sponsam præseruatam ostendo.*

Bonau.

Mariam igitur & Filiam Patris, & Matrem Filij, & Spiritus Sancti assero Sponsam. D. Bonauentura in spec. cap. 8 *Iste singularis Mariæ Dominus sic singulariter cum Maria fuit, quòd etiam ipsam tam singulariter Dominam fecit, quòd nec similem primam visa est, nec habere sequentem. Dum ipsa singulariter Domini Filia, Domini Mater, Domini Sponsa.* Cunctæ particulæ Mariæ halant præseruationem. *Singularis* Dominus *singulariter* cum Maria fuit? singulariter Dominam fecit? Ergo nunquam illa peccato subiecta. *Singulariter* Patris Filia, Filij Mater, Spiritus Sancti Sponsa addicitur. Ergo priuilegio singulari donata, quo nec primam similem viderit, nec sequentem aspiciat. *Ipse est* (adducit) *Dominus Pater, cuius Maria est Filia nobilissima: ipse est Dominus Filius, cuius Maria est Mater dignissima; ipse est Dominus Spiritus Sanctus, cuius Maria est Sponsa iustissima.* Nobilissima Filia, dignissima Mater, iustissima Sponsa? Supremum Maria ex hisce titulis attigit verticem puritatis: *Maria certè* (concludit) *est Filia summæ æternitatis.* Ergo nunquam non Filia; *Mater summæ veritatis.* Ergo cum omnibus mendacibus hominibus verax sola computanda non est; *Sponsa summæ bonitatis.* Ergo communis corruptionis ac iniquitatis semitas declinauit, viam nunquam iniuit, quando *omnis caro corruperat viam suam.*

Profatus apud Thaboris montana Petrus, *Faciamus hic tria Tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, Eliæ vnum.* Mat. 17. Vbi Chrysostomus taxat trium Tabernaculorum cōstructionem, tribus personis adumbrantibus Trinitatem, Mat. 17.
quia Trinitas vnico Tabernaculo requiescit. An non illud Deipara, quæ clamauit: *Et qui* Eccli. 22.
creauit me requieuit in Tabernaculo meo. Eccli. 24. Tabernaculum Trinitatis Deipara? Quonammodo igitur non omninò à culpa immunem profiteamur? D. Brigitta ser. Angel. cap. Brigitt.
20. Mariā asseruit Trinitatis sedem. *Huic gloriosæ animæ sedes glorifica ipsi Trinitati propinquissima ab æterno constituta erat.* Quid plura? *Deus benedictam Virginis animam mansionem Patri, Filio, & Spiritui Sancto proximam ornauit, vt omnium bonorum quæ à Deo donari possunt, ita particeps haberetur.* An à Deo poterat Maria originali gratia donari? Quis dubitet? Ergo si omnium quæ à Deo donari poterant, particeps fuit, ex eo priuilegio quo Trinitatis Deificæ fuerit in Tabernaculum electa, gratiâ fuit originis exornata.

Præcinit Vates: *Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.* Psal. 47. Maria Ciuitas seu mons, vbi Trinitas considet. Vnde adeò sedem exornauit, vt inibi ex specialissimo ei donato priuilegio, *nimis laudabilis prædicetur.* Richardus Laur. lib. 2. *Per ipsam, & in ipsa, & ex ipsa augetur gloria Patris, Filij, & Spiritus Sancti. Vnde Dominus laudabilis nimis in Ciuitate Dei nostri, quæ est Maria.* De qua Psal. 86. *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei.* Ac si diceret, Trinitas apud Mariæ Tabernaculum hospitio excepta rependit gratiam; sicut ab Abrahamo tres viri recepti, & ita eam priuilegiis ornauit, vt nimis laudabilis munerator appareat. Et quonāmodo *nimis laudabilis* prædicaretur, si quod laude dignissimum est, eam à communi cladonon præseruaret?

181. *Nimis laudabilis apparet Trinitas in Maria, quia illam præornauit.*

Psal. 47.
Richard. Laur.

Salomon & corpus & animum Mariæ celebrans canit: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon, de lignis Libani.* Cant. 7. *Et lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt.* Cant. 3. Corpus Virginis ferculum, animum autem lectulum appellauit. Exprimit ferculi materiam, non autem lectuli. Quid causæ? An quia animus Deiparæ Trinitatis præparata sedes, tàm sanctus, tàm purus, tàm immaculatus

182. *Dignitas animi Mariæ ineffabilis ob originalem iustitiam.*

Cant. 7.
Cant. 3.

Richard. Laurent.

apparet; vt omninò ineffabilis dignitas eius appareat? Ita Richardus Laurent. lib. 20. *Per ferculum Salomonis propriè significatur corpus Mariæ, per lectulum anima eiusdem, in qua B. Trinitas requieuit. Non dicitur autem vnde factus sit lectulus, quia ineffabilis est dignitas animæ Virginis. De materia verò ferculi, id est, corporis aliquid amplius patet.* Igitur ex eo quòd Deipara sedes sit Trinitatis ineffabiliter, sancta & immaculata describitur.

183. *Si corporis effabilis puritas omnimoda: qualis erit animi ineffabilis.* Cant. 7. Richard.

Vis dignoscere quàm ineffabilis sit Mariani animi puritas? Corporis attende puritatem. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon.* Vbi idem Richardus: *Ferculum est Thronus portatilis, & designat Mariam. Hoc Templum fecit Salomon de lignis Libani, id est, de membris aridis Spiritus Sancti igne ab omni humore nociuo. Quæ etiam erant vt ligna Libani excelsa per virtutum eminentiam; & hoc in se: in Dei autem prædestinatione erant ligna Libani fortia, celsa, speciosa, odorifera, imputribilia, candidata. Fortia patientiâ, celsa sapientiâ, speciosa temperantiâ, odorifera famâ, imputribilia perseuerantiâ, candidata innocentiâ, & puritate omnimodâ.* Si corpus Virginis tàm immaculatum quum tamen eius materia effabilis sit. Quid de animi puritate ineffabili attexam? Ineffabilis est dignitas animæ Mariæ, Tabernaculi vtique Trinitatis. Dei Templum nos Paulus vocitauit. Collige ergo ex præfatis, quàm debeamus puritati studere, vt non indecens Trinitati Tabernaculum offeramus.

CAPVT II.

Eliud Patrem æternum signat, Filiæ Mariæ à culpa immunitatem proferentem.

184. *Maria verè benedicta Patris æterni filia.* Bonau.

BOnauentura citatus profatur, *De isto Domino siue Patre; & de ista Filia accipi potest, quod Booz dixit: Benedicta es à Domino Filia, quia priorem misericordiam posteriore superasti. Verè benedicta Filia à Domino est Maria; à summo inquam, Domine, cuius ipsa est Filia.* An verè benedicta *Filia* esset peccati captiuitati aliquando addicta? si quando vel terram suam Dominus benedixit, auertit *captiuitatem Iacob.* Num à terra Dei conuenientius fuit captiuitatem auerti, ne irrueret, quàm à Dei Filia?

185. *Nulla gloria Maria Dei filia caruit.* Psal. 44. Bonau.

Nulla gloriâ Dei Filiam Mariam caruisse profitemur. *Omnis gloria filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis.* Psal. 44. si omnis gloria in Mariæ animo colligatur, aberit-ne gloria præseruationis Regis filiæ. Bonauentura. *O verè nobilissimi Regis nobilissima filia, quæ tam multipliciter interiùs ornata es gloria, vt verè de ea dici possit: Omnis gloria filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis circum amicta varietate. Ideo tanquam verissimi Regis filia ad Regnum copiosissimè es tracta, teste D. Bernardo, qui ait: Tu filia delicata, & omni gratiâ plena, charissima in deliciis tracta es ad gloriam decoris tui.* Annon cunctæ particulæ filiæ Altissimi halant præseruationem? Si omni gloria abundat, gratiáque plena obiicitur: verè ab vniuersitate gratiæ & gloriæ illa tam gloriosa gratia prima non exul.

186. *Maria Patri æterno simillima prodiit.* Cant. 3. Exod. 19.

Prodiit planè Filia Maria Patri æterno simillima. Ideo sodales Reginæ clamarunt: *Quæ est ista, quæ ascendit sicut virgula fumi?* Cant. 3. Fumo quidem diuinam designari naturam probat illud Exodi: *Totus mons Sina fumabat, eò quòd descendisset Dominus.* cap. 19. Ad quæ Cyrillus. *Fumus facilè innuebat arcanum diuinæ Naturæ.* Imitatur Deipara Patris æterni Filia naturam genitoris sicut fumus ascendens. Pater in morem fumi agilis sine vlla peccati grauedine, purus omnino? *Maria sicut virgula fumi* (cum Hailgrino Card. loquor) *quia fumus agilis, Virgo autem agilis fuit, quia leui cursu, agili saltu velut hinnulus omnium vitiorum spinas, & foueas transiliuit.* Hailgr.

187. *Maria quodammodo creata, non concepta, vt generationis iniuria omnino à Maria conceptione ablegetur.* Eccli. 24. Luc. 3.

Et dixit mihi Creator omnium, & qui creauit me. Eccli. 24. proclamat Maria. Omnium rerum Creator creauit me. Ex Concilio Basil. asserimus nomine Creationis Conceptionem Virginis exprimi, ne vllus ad generationem respectus innuatur. Si per generationem trãsfunditur communis labes, mea Conceptio quasi creatio fuit; quia Filia Patris omnium Conditoris. Cur existimas Lucam per ascensionem Iesu progenitores recensuisse: *Qui fuit Heli, qui fuit Melchi, qui fuit Adam, qui fuit Dei*: cum Matthæus per descensionem expressisset, *Abraham genuit Isaac: Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ?* Nonne quia authore D. Thoma Lucas Mariæ generationem, seu originem repræsentat, Matthæus autem Iosephi? Igitur hic Iosephi productionem signans generationum seriem per verbum: *genuit*, enunciat; ille autem Mariæ Conceptionem aperiens, haud vsus verbo: *genuit*, (quia per generationem assolet peccatum à patre in filium transfundi) sed inuoluens silentio generandi vocabulum, parentibusque cunctis, Adamoque ipso Protoplasto transmisso, pergit ad Conditorem: *Qui fuit Dei.* Vt scilicet Maria quodammodo sit per creationem filia Dei, ab ipsóque immediatè exorta nullà generationis iniuria affecta prædicetur. *Et qui creauit me.* Mat. 1. Thom.

188. *Maria ex omnibus hominibus excepta, non debet cum omnibus mortalibus computari Dei quidem filia.* 4. Esd. 5.

Pende vim illorum verborum: *Creator omnium, & qui creauit me.* Si omnium Pater, iam Deipara illa particula, *omnium*, vtpote creatura, continetur; quid ergo necessum fuit addidisse: *Et qui creauit me?* Certè, quia ex omnibus creaturis Maria specialiter eligitur in filiam, quam vt charissimam ex reliquarum quidem natura, sed intra limites conditionis longè præstantem. Quàm appositum Esdræ testimonium! *Ex omni sylua terræ & omnibus arboribus eius elegisti vineam vnicam: Ex omni terra Orbis elegisti foueam vnam. Ex omnibus floribus Orbis elegisti tibi lilium vnum. Ex omnibus abyssis maris replesti tibi riuum vnum. Ex omnibus ædificatis ciuitatibus sanctificâsti tibimet ipsi Sion. Ex omnibus creatis volatilibus nominasti tibi columbam vnam. Ex omnibus plasmatis pecoribus prouidisti tibi ouem vnam.* 4. Esdr. 5. En creatis cunctis arboribus, cauernis, abyssis, Ciuitatibus, volatilibus, pecoribus, adhuc dilectæ filiæ formatio non exprimitur, quia ex omnibus creatis electa siue ab omnibus sociis separata vinea, fouea, riuus, Sion, columba, ouis, quam specialissimè filiam sibi Conditor addixit. Igitur creatis omnibus hominibus,

adhuc

adhuc Concep. mar. nō declaratur, quia specialissimè in filiâ selecta est Cōditoris. Vnde cùm dixisset: *Creator omnium necessū fuit adiicit: Et qui creauit me*, quia ex cunctis creaturis selecta maria oliua in câpis speciosa, seu vinea Engaddi: Leonis Iuda, fouea; riuus ex quo flumē lætificans; Sion Regis cælestis; sine felle columba; ouis sinceritate fulgens. *Et nunc, Domine* (addit Propheta) *vt quid tradidisti vnum pluribus?* Vnam Dei filiam dilectissimam cur pluribus tradi permittis, dum cum omnibus computatur, asserentibus nonnullis illud Pauli: *Ergo omnes mortui sunt; Omnes in Adam peccauerunt.* Mariam comprehendere vnam ex omnibus, quam tu Dominus Pater ex omnibus elegisti? Respondit Esdræ Conditor. *An tu plus dilexisti eum, quam qui eum fecit?* Num Mariam Pater cælestis non diligit? Permittit autem filiam electam cum omnibus computari à nonnullis, vt appareat augustiùs illorum affectus, qui Virginis priuilegium venerātur. Collige haud esse itati Numinis documentum, permittere filios sibi charissimos aliquâ nota inuri, si vel Mariæ vnicæ filiæ nondum definit præsertationem.

Quare Deus permittit, ab aliquibus Virginem electam cum omnibus computari.

CAPVT III.

Eleazar Verbum diuinum exprimit, Matris Mariæ confirmans immunitatem.

189. ATtendite (addit Bonauentura citat.) *quòd Dominus iste, qui tam singula iter est cum Maria, ipse est Dominus, cuius Mater dignissima est Maria. De isto Domino, & de ista Matre dixit Elisabeth: Vnde hoc, vt veniat Mater Domini mei ad me? Ipsa est Mater, quæ talis filio est decentissima; ipse est Mater, tus talis filius decentissimus fuit; ipse est quâ maiorem Deus facere non potuit.* Annon Deus potuisset maiorem fecisse Matrem, si in peccato concepta fuisset? Illud expende: *Cui talis filius decentissimus fuit.* Tanta Mater Maria, vt filius qui Deus non esset, minimè decentissimus ipsi. Et quis afferat in peccato côceptam Certè haud esset tali filio decens; quid *decentissima?* Iam clamat Sponsus.

An potuit Deus maiorem efficere Matrem? Bonau.

190. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum mediâ charitate constrauit.* Cant. 7. Maria ferculum Verbi, Mater Christi ex Libani lignis omninò immaculata, quia ferendo Domino præparata, siue in Christiferam concepta. Richardus Laurentinus lib. 10. postquam sæpè innuerat Mariam in communi labe conceptam, contemplatus Dei filij parentem non potuit non præter antiquam mentem prorumpere, vt piæ sententiæ iam egregius sectator assurgat. *Mariam*, inquit, *fecit ferculum Rex Salomon, id est, Christus, quia eum in vtero nouem mensibus portauit, de lignis Libani, id est, de membris omni puritate candidissimis, quoad corpus: & altis virtutibus, quoad animam. Columnas eius fecit argenteas, quæ septem sunt, scilicet septem dona Spiritus sancti. Sed præter istas habet quatuor formatas ab illis. Quarum prima est peccati immunitas;*

Maria Dei ferculum, seu Christifera ex omnimoda puritate concinnatur. Cant. 7. Richard. Laur.

Secunda perfecta humilitas. Tertia priuilegiata virginitas. Quarta virginalis fœcunditas.

191. Isaias contestatur præcinens. *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron.* cap. 35. Maria, instar Carmeli fœcunda, in morē que Libani sinceritate ac candore plena; quia Mater Dei, quonam modo gloria Libani, siue candiditate omnimoda non potiretur? Quæ quidem gloria immaculatæ candidationis ... *data est ei* sine dubietate, sine quæstione. Vnde Richardus Laut. ibid. *Maria sicut gratia Conceptionis fuit plena*, sic gratia sanctificationis plena & perfecta. Ideo non vult B. Augustinus, vt cum de peccatis agitur, fiat mentio de Maria. Et propter hoc de ipsa dicitur in Isaia, *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli.* Ideo Bernardus supra datus. *Mons Libani, qui dicitur candidatio, significat innocentiam tuam. Innocens fuisti ab originali & actualibus. Vnde authoritas Augustini: Cum de peccatis agitur, nullam de Maria volo haberi quæstionem.* nec enim Momus ipse dinorum censor audiēs Mariam Dei Matrem audebit circa eius puritatem omnimodam vel quæstionem excitare licet deberet concludere omnino immaculatam.

Sine quæstione datur ei Mariæ tota puritas. Isai. 35. Richard. Aug.

192. Concinit denique Ezechiel præfatus. *Et super firmamentum, quasi aspectus lapidis saphiri similitudo Throni, & super similitudinem Throni quasi aspectus hominis desuper.* Hominem autem sic describit: *Et vidi quasi speciem electri velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum à lumbis eius desuper, & à lumbis eius vsque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu: velut aspectus arcus cum fuerit in nube in die pluuia, hic erat aspectus splendoris per gyrum.* Cap. 1. Pulcherrimus homo ille tam cælesti hærescens Throno Christus est è Mariæ vtero exortus. An Deipara posset effecta Thronus tantam maiestatem sustinere, si assimilem non emitteret splendorem? Excogitauit pulchrè Gregorius Thaum. serm. 1. de Annunc. ex ore Gabrielis proclamans. *Tu omni creaturâ humanâ gloriosior, ac purior, sanctiórque effecta es, ac nive candidiorem habens mentem, qualem Ezechiel vidit: Et similitudo Throni quasi aspectus lapidis saphiri; & super Thronū quasi similitudo hominis & quasi aspectus electri, &c.* Concludit appositè. *Perspicuè ergo Propheta natum ex B. Virgine in figura, ac vmbrâ cernebat; quem tu sancta Virgo portare non posses, nisi omni gloriâ, ac virtute conspicuares.* Plura tota sect. sequenti. Christum sub Eucharistiæ velamine excepturus collige, quàm gloriè ingressuro assimilis esse debeas ex cælestium fulgore virtutum, vt tantam gloriam hospitis valeas sustinere.

Pulchre simili Reus Maria Throno pulcherrimo. Ezech. 1. Greg. Thaum.

CAPVT IV.

Achim Spiritum sanctum adumbrans sponsæ Mariæ profert priuilegium.

193. COncludit Seraphicus Doctor. *Attendite charissimi, quòd Dominus iste, qui tam singulariter est cum Maria, ipse est Dominus, cuius sponsa venustissima est Maria. Vnde tam de isto Domino, quàm de ista sponsa exponi potest illud Oseæ, Sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio.* Si

Maria desponsata Deo in iustitia. Bonau.

 sponsa

ſponſa Domini qoonam modo in originali ioſtitia non concepta, vt iuſtè ad ſupremum thalamum admiſſa vt Ruth, imò & electa videatur. *Scies* (inquit) *quia ego Dominus. Ecce pulchra ſponſa, pulchra vtique in iuſtitia vita, & in iudicio.*

193. *Quam æqualis ſit Maria ſponſo Spiritui ſancto, eiuſdem beneficio ſponſi.* Pſal. 44. David expreſſit ſponſæ gloriam. *Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato.* Pſ. 44. Si vna caro & ſpiritus coniogom, quonam modo caro Adami aſſumitur ad diuinium conſortium? Quæ conuentio Dei ad Belial? Profectò Spiritus ſanctus Sponſus gerit diſpenſatoris vices, dum ſic Mariam præſeruauit à communi cootagio, vt dignè ei Deus poſſit illigari. Acute Chryſippus Ieroſol. ad illud eiuſdem Pſalmi: *Et concupiſcet Rex ſpeciem tuam*, hom. de Deip. inquit: *Ipſe Deus eſ ſibi deſponſauit.* Quid de inæqualitate, & peccabilitatis repugnantia, quæ matrimonij nullitatem inducuot? Addit. *Spiritus ſanctus coëfficiet ea, quæ ad diſpenſationem pertinent.* Id eſt, tam pulchram reddet Deiparam, tam putam, tam à peccato abſtractam, diſpenſans naturæ leges, vt Diuioitas poſſit ei (ſic fari liceat) dignè colligari, & quaſi vna cum ſponſo cæleſti fieri creatura.

Chryſip.

194. *Tam ſimilis Maria ſponſo cæleſti, vt ipſa Spiritus ſanctus appelletur.* An duo in ſpiritu vno? Profectò Maria tam ſimilis ſponſo Spiritui, (ex eiuſdem diſpenſatiooe) vt iam Maria Spiritus ſanctus poſſit appellari, quia Spiritus Sponſos & Sponſa Maria vna quodammodo eſſentia. *Et erunt duo in carne vna?* Minimè, ſed in vno ſpiritu. Apoſtoli profantur: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria.* Act. 15. Vbi Rupertus ad cap 1. Cant. aſſerit non obſcutè Mariam Spiritus ſancti nomine intelligendam; quia Apoſtolos Spiritus ſanctus ex ore Mariano fidei edocebat myſteria. *An quia Spiritus ſanctus illos docuit, idcircò tua vocis magiſterio non illis opus fuit? Imò vox tua vox illis fuit Spiritus ſancti. An quia loco de Actibus Apoſt. vbi factâ ſeditione propter ceremonias Iudaicas conuenerunt Apoſtoli videre de hoc verbo, nullam tui mentionem Scripturâ fecit, idcirco putandum eſt, quòd conuentui ille te non interfuit, & ſanctum de tuo pectore, de tuo ore Spiritum non conſulueris? Imò & illic, & in cæteris tu Princeps omnem ſoluiſti quæſtionem.* Vnde cùm aiunt Apoſtoli: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*, idem eſt, ac ſi dixiſſent: Viſum eſt Mariæ & nobis. Tam vnus Spiritus Paracletus & Maria, vt eodem nomine neceſſum ſit Mariam exprimi, quo Spiritus Spõſus. Dixerat aliquando Synaïta Anaſtaſius. *Quis ex hominibus aut ex Dæmonibus audebit dicere: quòd ea quæ idem eſt cum Deo quantum ad carnem attinet, non habuit illæſam fœtûs ſui imaginem?* Iam poteſt adiicere; Quod illa quæ eiuſdem eſt eſſentiæ cum Deo ſponſo quantú attinet ad ſpiritum. *Viſum eſt Spiritui ſancto.* Hinc collige quam ſimiles debeant eſſe coniuges ad pacifici conſortij ius cuſtodiendum.

Act. 15. Rupert.

Anaſt. Synaïta.

Quàd ſimiles debeant eſſe coniuges.

Observatio IX.

Ad illa verba;

Eleazar autem genuit Matham.

Mathan obiicit Deum donantem Mariam humano generi, Theſaurum in primo Conceptionis inſtanti Dei cor arripientem.

Vbi aſſero nos iam à conceptu Mariæ omnia, in ipſa, bona poſſidere.



195. Interl. Strab. Exprimens Interlinealis Matham nominis myſterium, ait: *Matham donans.* Strabus autem in Matham donante ſignificari aſſerit Deum, qui dona hominibus impertiuit, imò qui *donans omnia* vocitatot. Profectò licet ſolam Deiparam in primo cooceptionis inſtanti Deus nobis donauiſſet, theſaurum immenſi ponderis Deo donante digniſſimum munus humano generi præparâſſet; omnia enim illô in theſauro continentur, quæcúmque mens valet excogitare. Clamat D. Brigitta ſerm, Ang cap. 10. Virgiocm couceptam contemplata: *O Anna mater venerãda! quàm pretioſum Theſaurum in tuo baiulaſti vtero, quando Maria, quæ Mater Dei fieri debebat, in ipſo quieuit!*

Brigit.

196. *Particula illa carnis, ex qua Maria formanda, ineffabiliter dilecta à Deo.* Brigit. Non miror Mariam totam Theſauri nomine exprimi, quando concepta eſt, illud quod adiicitur, me in admirationem rapit, nempè portionem illam ex corpore Annæ aſſumptam ad corpus Mariæ efformandum tantâ puritate nitere, vt theſaurus verè ſit appellanda. *Verò* (inquit) *ſine omni ambiguitate credendum eſt, quòd materiam illam ſtatim, quando in Anna vtero concepta, & collecta fuit, de qua Maria formari debebat, ipſe Deus plus diligebat, quam omnia humana corpora à viro, & muliere generanda per Mundum vniuerſum.* Annon ex ſapientis æſtimatione rerum pretia penſantur? Si Deus ipſe tanti facit materiam corporis Mariæ, digna certè auguſta æſtimatione.

197. *Particula illa cæleſtis ſine ærugine cor Dei abripiens, quia illius Theſaurus.* Mat. 6. Imò materia illa Dei iuſti æſtimatoris præcordia rapiebat, ac ſi Dei Theſaurus dignus exiſteret; vnde colligitur Theſaurum illum è cælo; nec enim vel homini terreno Deus dat Theſaurum in terra diligere, ſed in cælo reponi & Theſaurum & cor. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. Theſaurizate vobis theſauros in cælo vbi neque ærugo nec tinea demolitur. Vbi enim theſaurus tuus, ibi & cor tuum.* Mat. 6. Adiicit pulchrè Brigitta, vt materiei illius puriſſimæ, *ex qua Maria formari debebat* puritatem commendet. *Venerabilis Anna vere nuncupari poteſt omnipotentis Dei gazophylatium, quia ipſa Theſaurum ſuper omnia ſibi amabilem in ſuo vtero recondebat. O quàm propè erat iugiter cor Dei huic Theſauro! O quàm piè & alacriter huic Theſauro oculos ſuæ Maieſtatis infixit, qui poſtmodum in Euangelio ſuo ait: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* Mihi, ac ſi diceret, experto crede, didici ex corde meo in puriſſimam illam particulam carnis, ex qua Maria erat efformanda ineffabiliter affecto theſauros hominum præcordia prærepturos. Portio illa cæleſtis profectò, ſi à Deo dilecta; nec enim dignè theſaurum in terra diligeret, qui indignum iudicauit ab homine amari debere. Ergo in Theſauro illo neque ærugo, neque

Brigit.

tinea

tinea communis. *Si* tanti Deus vel illam purissimam materiem corporis æstimauit, vt verè Thesauri cælestis sortita sit appellationé: quis vel intellectu consequi poterit quanto in ipsam Mariam conceptam affectu Deum addictum fuisse? quàm aptiùs ex huiusce Thesauri gestatione Anna debeat Dei omnipotentis gazophylatium appellari?

198. *Cuncta Elementa purissima in illa materia efformandi corporis Mariani colligata.*

Vis materiæ corporis efformandi Mariæ puritatem obiiciam? Non poterit humana lingua proferri, sed accipe Angelico sermone. Cælicola enim Brigittę defæcatorum elementorum colligationem illa in portione, ex quâ corpus Marię efformandum, expressit, dum asserit obiectum Deo æternaliter fuisse elementorum corporis Mariani collegium puritatis, iuxta illud; *Ab æterno ordinata sum.* Eccli. 24. *In illo* (inquit Angelus) *increato* corpore aliquádo futuro *quatuor elementa, scilicet ignis, aer, aqua, & terra; quamuis etiam increata tunc essent, in hunc modum diuino aspectui æternaliter apparebant. Quòd scilicet aer in eo corpore ita lenis fieri debebat, quod contra Spiritum Sanctum vnquam non efflaret. Terra quoque in illo increato creari debebat tàm bona & tàm fructifera, quòd nihil in ea crescere posset, quòd ad omnia necessaria vtile non esset. Aqua sic tranquilla, quòd vndecumque ventorum turbines afflarent, nulla vnquam procella in ea penitùs moueretur. Ignis etiã ita altus, quòd eius flamma & calor mansioni, in qua ipse Deus erat, appropinquaret.*

Eccli. 24.

Brigitt.

199. *Maria qualis, & talis eius corporis materia.*

Hoc est portio illa, ex qua Maria efformanda: quid erit Maria? Rursum exclamat Angelus. *O Maria! hoc ipsum tu es.* Contra Spiritum Sanctum nunquam, aëris instar illius, efflasti. Nihil in te benedicta terra superfluum aut noxium germinauit: nunquam procellâ communi excitatus liquor: ignis nunquam non Deo domicilium præparâsti. *Sic & talis ab æterno diuino aspectui increata adstitisti, ac deinde de supradictis tàm puris & claris elementis materiam tui benedicti corporis habuisti. Talis vtique* (concludit) *coram Deo ante creationem tuam increata assistebas, qualis postmodum effici meruisti: & ideo à principio omnia creanda in Dei conspectu ad eius maximum gaudium plurimum excellebas.*

Brigit.

200. *Plus cor Dei affectum ex Thesauro tunc Maria, quàm ex cunctarum creaturarum pulchritudine.*

Non dubium quin ex creando purissimo cælo Deo obiecto magno ille gandio afficeretur: sed longè aliter ex Maria cæli excellente puritatem. Bonauentura ser. de Deip. *Domina fuit Firmamentum uniformiter semper motum, & cælum stelliferum per omnium gratiarum Dei copiositatem.* An Deus è terræ creandæ conspectu, ex hominum pulchritudine terricolarum exultauit. *Delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in Orbe terrarum; & delitiæ meæ esse cum filijs hominum.* Prou. 8. Longè vberior Dei lætitia ex Mariæ conditione. Richardus Laur. lib. 4. *Singulares sunt ei delitiæ esse cum Matre, de qua carnem assumpsit; quia cum in omni creatura sit per essentiã, in iustis sit per gratiam, excellentius fuit in ea per gratiam, qua fuit gratiâ plena, & simpliciter, & excellentissimè per vnionem; vnde eã fecit locum voluptatis.* Et lib. 10. *Decor domus Mariæ est pulchritudo Mariæ, quam Deus delectat inhabitare. Vnde dicit: Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Et decor huius domus maximè in duobus consistit, in carentia omnis mali, & ornatu omnis boni.* Si omne bonum in Mariæ conditione, quid mirum Angelum apud Brigittam vocitare? *Ideò à principio omnia creanda in Dei conspectu, ad eius maximum gaudium plurimùm excellebas.* Si tanta puritas in primis efformandi Mariani corporis elementis obiecta, vt Dei cor abriperet Thesaurus; quid ni tota concepta Maria *omne bonum* iustè vocitetur? Edifcat humanum genus quàm hodie felix possessor Thesauri cælestis efficiatur. Si munere donatur à munifico dante omnia Domino, quod ad omnium (ex gratia apud Deum Mariæ) ditandam sufficit paupertatem. *In ornatu omnis boni.*

Bonau.

Richard. Laur.

Observatio X.

Ad illa verba:

Matham autem genuit Jacob.

Iacob memorat Mariam futuram cælestis Iacobi Sponsam, & Matrem, omnimodâ à Deo fuisse innocentiâ præparatam.

Innuo puritati debere operam dare eum qui Eucharistici Agni nuptiis præparatur.

IAcob Iosephi parens exsurgit rursum 201.
memorans Patris Iacob, Filij Isaac, & Interl.
luctatoris & supplantatoris, magnalia. Qui quidem triumphum Mariæ pugnantis, & comminuentis serpentis caput poterat præsentare. Ast amorum & Nuptiarum Iacobi cum pulcherrima Rachele mysterium obsecro vobis obiiciat Iacobi germen, vt Mariæ sine labe conceptæ gloria proferatur,

202. *Maria Sponso Filio in Conceptione præparatur.*

Iacob quidem futurus Rachelis Sponsus plutibus annis seruit, breue tempus amanti, quod planè temporis interstitium prudens quidam interpres *Nuptiarum præparationem* appellauit. Æquum etenim fuit, vt tàm ardens coniugij tanti desiderium plurima obseqnia Nuptiarum præcederent gloriam. An non Christus Dominus Matris & Filium & Sponsum egit? *Tanquam Sponsus procedens de thalamo suo.* Vbi Epiphanius; *Thalamus Virginis habens Filium Dei Deum Sponsum Christum.* Iesus ergo, Iacobi in morem, obsequiis angustis Nuptias præparauit. Ioanni videnti sic Nuptiæ Agni præparatæ obiiciuntur. *Vidi Ciuitatem sanctam Ierusalem nouam à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Apoc. 21. En Mariam ex Richardo Laur. Filio futuro simul Sponso à Deo præparatã. Descendit enim illa ex increata essentia Conditoris, vbi virtualiter continebatur, ad Conceptionem immaculatam, qualem decebat Sponso cælesti, è thalamo vteri egressuro Sponso.

Epiph.

Apoc. 21.

Richard.

A Deo (inquit) *paratam sicut sponsam ornatam* 203.

Redditur Maria similis sponso inimico serpentis. Et hæc præparatio Nuptiarum.
Ps. 28. Cant. 1. Pro. 8. Ambr.

tam viro suo. Vt scilicet similis sponso Maria redderetur. *A Deo* quidē huiusmodi agitur præparatio, fante Dauide: *Vox Domini præparantis ceruos.* Ps. 28. Mariā & Iesū vtique Dominus præparauit. Christus ceruus vocitatur. *Similis est Dilectus meus capræ hinnuloque ceruorum.* Cant. 1. Maria autem *Cerua charissima.* Pro. 8. ab ipso Domino appellata est. Dominus igitur vtrūque coniugē, ceruos vtique præparat, cùm eos condit purissimos, sincerissimos serpētis inimicos, de more ceruorū. D. Ambrosius in Psalm. 118. serm. 10. *Quæ vox Domini* præparātis ceruos nisi *Faciamus hominem?* Hoc est vox Dei Adamom & Euam alios condentis. *Qui sunt cerui isti nisi inimici serpentis? Non corporale igitur arbitror, quod præparauit Dominus.* Quia scilicet spiritualiter à Deo Nuptiæ hæ præparantur, vt Maria serpentis inimica, quippè quæ illius caput comminuit, Christo serpentis inimico apposité addiceretur.

Christus Mariam totius quodammodo Spiritus sancti affectu diligens, à serpentis morsu præseruauit.
Epiph. Apoc. 12. Damasc.

104. Adhue præparatur sponsa. Iacob enim Christus Mariam Rachelem quodammodo dilexit totius Spiritus sancti (qui ex ipso & Patre procedit) affectu, ex quo Maria à serpentis liberatur afflatu. Nec enim in Paradiso terrestri, sed in cælesti collocatur. Epiphanius. *Inuenitur Virgo esse cælestis sponsa & Mater; quæ donorum antè nuptialium nomine Spiritum sanctum accepit, dotis verò gratia cælum vna cum Paradiso.* Secundi Adami coniugi Mariæ paradisus debebatur, sed paradisus, qui simul cæli proprietates obiiceret. Ad cælum enim serpenti non patet ingressus Ideo Maria apparuit in cælo *a facie serpentis.* Apoc. 12. Videt inuidia exardescens, sed non potest nocere; fluuium ore profundit, sed à terra peccatrice absorbetur, haud stilla contingente Mariam. Damascenus orat. 1. de Dormit. Deipar. *Ad hunc Paradisum serpens aditum non habebit.*

Amore infinito quodammodo dilecta sponsa Maria quasi infinito amore dilexit sponsum Iesum
Gen. 2. Ioan. 1. Leont. 1. Beda.

205. Expendam illam particulam Epiphanij: *Nuptiarum nomine Spiritum sanctum accepit.* Deus olim *inspirauit in faciem eius* (Adam) *spiraculum vitæ.* Gen. 2. Leontius asserit spiraculum illud Spiritum sanctum, quem Adamus in gratiā conditus accepit. *De plenitudine eius omnes accepimus.* Ioan. 1. *Plenitudinem eius, id est, Spiritus sancti vocat inspirationem, quæ fuit in Adam.* Adam accepit de *plenitudine* pater omnium futurus. Si ergo Maria Nuptiarum nomine Spiritum sanctum accepit totum, (nō sicut Adamus de plenitudine) quàm immaculata in primo instanti obiicitur cum Adamus particulam accipiens Spiritus sancti tam purus exurgit? An similiter amaret sponsa Infinitus Spiritus sancti ardor connotat-ne sponsæ Mariæ infinitam dilectionem? Beda ad c. 1. Luc. *Eadem Dei genitrix & eo quidem beata, quia Verbi incarnandi ministra facta est temporalis; sed inde multo beatior, quia eiusdem semper amandi custos manebat æterna.* Quid custos amandi æterna? Amauit Maria Sponsum Iesum à primo conceptionis instanti sine termino dilectum, *custos æterna.* Vt scilicet penè infinitæ sponsi, qui toto eam quodammodo Spiritu sancto diligit, penè æterna Mariæ dilectio respondeat.

206. Deo Sponso, Iesu filio obiiciam, haud decere coniugium Dei & fœminæ puræ. *Nec benè inæquales veniunt ad aratra iuuenci, &c.* Ideo *Sponsa Agni præparauit se,* seu potiùs fuit à Cōditore sic præparata, vt nupta Deo haud quodammodo inæqualium coniugum disparitas appareret. Paulum audite. *Christus assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manu factum, id est, nō huius creationis, introiuit semel in sancta æternā redemptione inuētā.* Hebr. 9. In eius expositionem præmitto Mariam hic tabernacoli appellatione signari. Dionysio Alex. epist. in Samos. solut. q. 7. fante. *Non in seruo habitat Dominus, sed in sancto suo tabernaculo non manu facto, id est, non huius creationis, quod est, Deipara.* Iam pendo duplicem particulam: *Non huius creationis; & æternā redemptione inuentā.* Introiuit Christus semel in sancta Mariæ præcordia, sacro in vtero commoratus est, vti egrederetur *tāquam sponsus de thalamo suo;* quem quidem thalamum, quod Tabernaculum ita præparauit à primo conceptionis instanti, vt non esset *huius creationis,* sed quodammodo increata sponsa increato Domino adnata: *æternā* planè *redemptione inuentā,* quâ ab æterno per Iesu passuri merita à qualibet humanitatis labe præseruaretur. Si enim nondum erant abyssi, & iam Maria *concepta* apparebat, vt illa quasi ab æterno conceptio fuisset immaculata, necessum fuit quasi æternam esse redemptionem. Proh Mariæ gloria non manu factæ, non creatæ quodammodo, in coniugem æterni increati Domini præparatæ, æternæ quasi creationi *æterna redemptione inuenta.*

Maria Dei futura sponsa quasi Deo efformatur. Hebr. 9. Dionys. Alex.

207. Annon quasi *non huius creationis* Mariam æstimabat Conditor quum Angelum immisit consensum Virginis ad cæleste coniugium efflagitaturum? *Missus est* (ait Lucas) *Angelus Gabriel a Deo in Ciuitatem Galilææ, ad Virginem desponsatam viro.* cap. 1. Quare addit: *desponsatam viro,* si fœmina haud deberet fœminæ desponsari nisi non vt quodammodo Euangelista se miratum obiiciat Mariam quasi *non manu factam nec huius creationis* viro homini puro colligari coniugio. Præterea *Angelus* immissus. Cur Prophetarum quidam non aduenit de more cælestis Curiæ? Immittatur Dauid, Salomon. Profectò Angelus immittitur, vt Mariæ illa quasi diuinitas innuatur, dum Angelos videris obsequium ei præstitisse. Noster Iacob Christus vidit *Angelos Dei ascendentes, & descendentes super se filium hominis,* quemadmodum olim Patriarcha, vnde Christi Diuinitas & in typo & in veritate prædicatur ex Angelorum ministerio. Angelus Mariæ Dei conceptum annunciat, vt eam quodammodo huius creationis non esse sed quasi increatam prædicaret. Ambrosius hic. *Ne quo degenere deprauaretur affatu, ab Angelo salutatur.* Quid si ab homine salutaretur? Degener ille afflatus, Mariam enim non huius creationis alumnam, sed quasi diuinæ generationis sectatricē decebat Angelicum ministerium. En Maria generationis communis quodammodo effugit consortium, quia non huius nostræ creationis, siue generationis incurrit captiuitatem.

Deus reputauit Virginem quasi nō huius creationis. Luc. 1. Ambros.

208. An Maria æternæ generationis referat gloriam

Maria puritate generantis Dei puritatem imitatur.
Psal. 109.

riam, Pater inclamat. *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus Sanctorum, ex vtero antè luciferum genui te.* Psalm. 109. O Fili, conceptio tua ex Virgine æternam generationem æmulator; quemadmodnm enim à meo immaculato intellectu æternè procedis sine culpæ contagio: sic ex vtero Matris in tempore immaculatæ qoidem sine maculæ inquinamento prodis, Ambrosius, *Generationis meæ, ô Fili, in te priuilegium recognosco, quem nulla potuit macula inquinare peccati.* Legi apud aliquos neotericos sententiam hanc malè de Virgine expositam, quasi Pater Mariam ipsam alloquatur. Filiom equidem, non Matrem illa gratia priuilegiovè donarum Pater manifestat. Ac si diceret, Recognosco in tuâ ex Virgine generatione priuilegium, seu gloriam generatioois meæ, quando ex vtero æternè te in splendoribus saoctis progignui, sine cootagione peccari. Sic quodammodo in tempore ex Matre semper immaculatâ, splendoribus sanctitatis ornatâ prodiisti. Habes ex dictis præparatiooem ad Agni Nuptias nihil aliud esse quàm cooiugem puritati studuisse. Qui Nuptiis Agni in Eucharistia deputatus est, studeat interim puritati mentis, ac corporis, vt dignè in domum genitricis Dilectum introducat.

Ambros.

Observatio XI.

Ad illa verba:

Jacob autem genuit Ioseph.

Ioseph sponsam liberat à furti calumniâ, eius pulchritudinem commendans.

Vbi assero, pulchritudinis specialis leges, pulchris operibus operam exhibere.

209. ERTE dulcissimus Mariæ Sponsus egregius assurgit Coniugis propugnator. D. Bernardus asserit Iosephum oostruin in Iosepho Patriarcha fuisse adumbratum. Plura extant vtriusque facinora, quæ Mariæ halabant immunitatem, ex quibus seligo voam pulchritudinem.

Bernard.

210. Ioseph enim *decorus aspectu* fuit vocitatus. *Inuiderunt ei* (adiicit Iacob) *tenẽtes arcum*. Gen. 49. Ægyptiâ illâ impudicâ fœmina irruente, adeò fugit velocissimus, ac castissimus iouenis, vt oculorũ fœminæ iacula haud vincere cursũ potuissét, cur pulcherrimus Ioseph fugiebat? Ne quidem fuodi alieni cogeretur abripere fructum. Vnde muliere importunè roganti respondit: Alienum fundum, Domini hæreditas, malom alterius es; haod pulchri iuoenis, mala aliena dettahere. Contemplor post fœminæ vociferantis testimonium Iosephum carceri addictum, sed oec iuridicè accusatum, nec ob crimen furti ex alieno Domini fundo capite damnatum: sed libertati egregiè restitutum. Quid causæ? Tanta iuuenis pulchritudo haud furti indicat ausum, & vt explicem materna lingua: *No tiene cara de auer hurtado la fruta agena.* Illa modestissima pulchritudo Iosephi sponsi Virginis & pulchritudinem & puritatem referebat, vt Mariæ puritas pulcherrima memoretur. Nam si ex pulchritudine Iosephi colligebatur minimè rapinæ dedisse operam, ex Mariæ mirâ pulchritudine colligo, haud pomum arboris vetitæ eum Protoplastis furibus surripuisse.

Patriarcha Ioseph ex pulchritudine, Mariæ immunitatis ostentamis.
Gen. 49.

Proclamat Sponsus: *Tota pulchra es, amica mea.* Cant. 4. Tota pulchra dicitur, quia & animo & corpore immaculata. Richard. Laur. lib. 5. *Videtur ei attribuere Sponsus duplicem pulchritudinem, corporalem videlicet, & spiritualem. De corporali quid. Cõgruentissimè dici potest; & credi Mariam præ filiabus hominum speciosam, quæ speciosum forma præ filiis hominũ, sed & præ millibus Angelorum suæ carnis substantiâ vestiuit Filium Dei. Non enim conuenienter tota pulchra, & sine macula appellaretur, nisi secundùm dispositionem, & figuram corporis, & colorẽ faciei pulcherrima, & sine macula appareret. Sed fortè, nemo planè poterat eius faciem intueri. Vnde dicitur Mat. 1. quòd Ioseph accepit Mariam, & non cognoscebat eã, &c. Et dicit Chrysostomus, quòd Ioseph Mariam videre non poterat de facie ad faciem propter splendorem vultùs eius. Vnde dicit quidã: Tu decorem induisti, Tu plus Sole refulsisti.* Spiritualis equidẽ Mariæ pulchritudo protsus ineffabilis. Quis autem in cœtu hominum, quotum vnus abripuerit aliena, aspiciens pulcherrimam Mariam, non illico eam à furti calumniâ liberâsset? 211.

Quomodo rapere potuit alienum pomum pulcherrima Maria?
Cant. 4.
Richard. Laur.

Post Paradisi celebre furtũ, nominus vociferatur. *Adã vbi est? Al Ladron, al Ladrõ.* Vbinam & Coniuges, & filij raptores? Vbinã vel Maria inter filios Adami computata? *Domine hæc mulier modò deprehẽsa est in rapina.* Hæc latrocinij cõmunis accusatur? Proh fœminæ pulchritudo! Sara est affatu, (loquor cũ Magno Alberto) Lia oculorũ teneritudine Deũ emollientiũ; splendore Rachel; Sale Abigail; Iudith fortitudine speciosa: quàm viuacia lumina, quàm modesta: quàm verocundæ genæ, quam labia purpurea! haud illa facies veritos prorupit in ausus, vt poma protiperet. Quid mirum legibus protegi Conditoris, quæ & humanis liberatur? Baldus enim L. & ver. *Quæ autem* affirmat in casu ancipiti pulchritudinem à latrocinio liberandam. Cuncti Adami filij rapuere, sola Regina pulchritudinis Maria haud inuenta tam fœdo crimine implicari. 212.

Ex pulchritudine Mariæ à delicti calũniis eripitur, apud tribunal vtrumque.
Gen. 3
Bald.

Præcipuè cùm ex pulchritudinis incredibili præstãtiâ certũ omninò, minimè adfuisse Mariã, cnm crimẽ illud fuit perpetratũ. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi cubes in meridie?* Cùm Pastor dilectus apud paradisũ commorabatur dormientis specie agẽs horti custodẽ, vti Rupertus adnotauit, Maria inibi non aderat cũ Protoplastis ac filiis eius, sed sponsũ alibi quæritabat; vnde oon est delicti particeps. Profectò sponsus eam liberauit à quacumque calumniâ fatus: *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, abi, & egredere, &c.* Cant. 1. Ad quæ Rupertus. *O pulcherrima mulierum, cuius pulchritudo benedictio est, talis tua causa est, &c.* An furti 213.

Minimè adfuit pulcherrima Maria, cum illud cõmune crimen fuit perpetratum, quia apud sponsum.
Cant. 1.
Rupert.

ti communis accuſaris, quia me cubante in meridie parentum ac fratrũ tuorum comes de fructu vetito absũpſiſti Pulcherrima omnium plané cùm ſis, apud cæleſte Tribunal dooaberis abſolutione: cuius pulchritodo benedictio eſt, abſolutio eſt. Talis tua eſt cauſa, vt qui te pulcherrimam aſpiciat, minimè exiſtimare poterit, tàm infami furti delicto maculatam. Aliter Rupertus aſſerit Spooſum ab horto receſſiſſe, quum crimeo illod commune perfectum fuit. Ideò tàm aodax creatura, quia Deum abſentem exiſtimauit. Quærit Maria, imò apud ipſum ſeu in ipſo commorata eſt; vnde Sponſus reſpondet: *Si ignoras te*, quia cùm ſponſus nunquam non à chariſſima recedat Maria, ignorans Ieſum ſocium quaſi ſe ipſam ignoratet. Si igitur pulcherrima Maria apud Dominum tunc à Paradiſo quaſi tecedentem, quonam modo potuit vili delicto coinquinari? Pulchritudinis hinc loges ediſce. Haud vetè polcher qui vulgares prorũpit in aoſus, qui vilibus fœdatur actioibus: Comicus cecinit.

Perpulchram duxiſti fæminam,
Perpulchros enitetur natos,
Perpulchra facinora exeret.

Froſtra laodator pulchritudo formæ, quando furti actus condemnantur.

SECTIO QVINTA.

Libri generationis Ieſu Tractatus quartus.

TEXTVS.

VERS. 16. VIrum Mariæ, de quâ natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Joſephus Mariæ vir.



1. *Ioſeph vir Virgini propter quam auctus eſt.* *Irum Mariæ*. Vir equidem Virginis Ioſeph io omoibus, conſortio coniugali excepto, quod Spiritus Sanctus ſuppleuit ad fœtum. Quare vir, & non coniux vocitatur? An vt Virgini Mariæ aſſimilari obiiceretur? Certè vir fortitudine ac ſanctitate

Salme. conſpicuus Virgini fortiſſimæ caſtiſſimè illigatur. Salmeroo doctiſſimus ſic: *Intellige eum virum fortem, caſtum, & ſanctum, quemadmodum illa fortiſſima erat, caſtiſſima, atque ſanctiſſima*. Addit virum hunc verè fuiſſe Ioſephum, id eſt auctum à Domioo. *Propter Mariam, & propter eius prolem, quibus ipſe ſedulo miniſtrare debuit, verè fuit Ioſeph, id eſt, donis Dei auctus, ac cumulatus*. Propter Mariam quidem auctus, vt tantæ coniugi chariſſioius Sponſus debeat tot augmentis eſſe donatus.

2. *De quâ*. Inter omnes electâ & benedictâ,

Significatur Maria vera Ieſu mater, & Virgo. ac vniuerſis deſideratâ. Cur *de quâ* (cùm memoriam viri egiſſet) & non *de quibus*; niſi vt ſola Ieſu Mater ſine viro oſtenderetur? Vnde

Gen. 3. Gen. 3. ſemen mulieris Dominus vocitatur.

Luc. 1. Propterea Angelus: *Ecce concipies in vtero*, noo

Iere. 31. autem concipies ex viro. Et turſum Propheta fatur in ſingulari: *Fœmina circundabit virum*.

Salme. *De quâ*. Vbi Salmeron to. 2. tra. 28. *Significatur vera caro ex Maria, non ex cælo, vel elementis, vel phantaſmate. Nam ſanguis verum corpus ponit ex ſemine Abrahæ, & Dauid; alias verus homo non eſſet*.

De quâ. Præterea inouitur hoc verbo, verè 3.
Mater Dei & hominis, non tantùm hominis *Vera item*
Chriſti, vt Neſtorios confitebatur, ſed etiam *Dei & homi-*
Dei; nec taotùm Dei, vt admittebat Euty- *nis Mater indicitur.*
ches, ſed etiam hominis, quod negabat; de Ruſtic.
qoo Ruſticus in Acepha. Profectò ſicut Adam viſâ Eua ex ipſomet deſumpta, dixit: *Hoc nunc os ex oſſibus meis*: proptereaque merito fuit viro ſubiecta; ſic Maria Chriſto dicere poteſt: Hoc eſt os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. *Per hoc* (colligit Salmeroo) *meritò* Salme.
Chriſtus Mariæ parenti ſubditus fuit, & de illo ſcriptum verè, Et erat ſubditus illis.

§. II.

Chriſtus Ieſus è Virgine exortus.

NAtus eſt Ieſus. Saluator quidem, qui pri- 4.
mus Matrem ſaluauit, oon corrupit, qui *Vocari idem*
cunctis ſalutaris exurgebat. *Qui vocatur Chri-* *ac eſſe, &*
ſtus. Hebræis vocari idem eſt quod eſſe, aut *cognoſci &c.*
cognoſci, aut cognominari. Ieſus ergo ille eſt, & cognoſcitur, & cognominatur Chriſtus,
Ita Lucas: *Hic menſis ſextus eſt illi, quæ vocatur* Luc. 1.
ſterilis. Cap. 1. Id eſt, ſterilis eſt, & cognominatur.

Quare de præſeoti dixit: *Vocatur Chriſtus*. 5.
Quia quo tempore Matthæus ſcribebat, iam *Cur de præ-*
palam & in ore omnium Meſſias verſabatur: *ſenti voca-*
tur.
olim ſecus Vnde Angelos Virgini: *Quod naſ-* Luc. 1.
cetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei. Luc. 1.

Chriſtus. Profectò cognomen eſt dignitatis, 6.
non perſonæ, & ſigoificat *vnctum*. Eſt enim *Quid ſignifi-*
vnctus Chriſtus, manſuetus & lenis. Ex Iſaiæ *cat Chriſtus.*
ore proclamat: *Spiritus Domini ſuper me, eo* Iſai. 61.
quod vnxerit me. Cap. 61. Declaránſque quorſum

Ioan. 3.
Salane.

ſum ſit inunctus, adiicit: *Ad annunciandum manſuetis vnxit me.* Quunam inunctus oleo? Spiritu Sancto, de quo Ioannes: *Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum.* Cap. 3. *Oleum* equidem (loquor cum Salmerone) *eius in capite deſcendit, non ſolùm vſque ad barbam, ſed etiam vſque ad vltimas oras veſtimenti eius; quia nemo mortalium eſt, qui, ſi velit, olei & vnguenti Chriſti ſentire ſuauitatem non poſſit. Eſt enim in omnes pius, ita vt qui olim Deus exercituum & vltionum vocabatur, nunc præ manſuetudine vocari velit lenis, & vnctus.* An non Moyſi omnium hominum mitiſſimi lenitas, ac Dauidis omnis manſuetudo, ſi cum Chriſti clementiâ ac lenitate conferantur, paruæ ſcintillæ coram ingenti rogo?

7. Adnoto illam Nominum coniunctionem, *Ieſus* & *Chriſtus*, cũ rebus mirificè copulatam.

Chriſti Ieſu ſuauiſſima coniunctio.

Saluat enim nos vnguẽtis, oleo redimit, pharmaco ſuauiſſimo curat. Nil in hoc medico ſuauiſſimo durum, nil in chirurgo auſterum. *Vnguentũ eſt* (ait Salmeron) *fides; oleum Sacramenta, emplaſtrum ingens amor in Incarnatione ac morte acerbiſſimâ declaratus.* Quid à te Medicus requirat? An non vt tuam ſitias ſalutem, vt ſananti te obedientem præſtes, vt te totum ei tradas, qui totus pro te traditus eſt?

Salme.

De qua natus eſt Ieſus, &c. Validum prorſus ad puriſſimam Conceptionem argumentum. *Ex hoc enim cognoſcimus* (cum Auguſtino loquor) *datam ei fuiſſe virtutem ad vincendum ex omni parte peccatum, quia concipere & parere meruit eum, qui peccatum non fecit.* Illud, *ex omni parte*, ponderat Bernardus. *Ex omni parte, inquit Auguſtinus, ex parte originalis, & ex parte actualis.* Pluribus confirmabo. 8.

Præcipuum argumentum Conceptionis immaculatæ.
Auguſt.
Bern.

IN MARIAM SINE LABE CONCEPTAM

PANEGYRIC. V. MORALIS CIRCA LITERAM *Ex, Libri generationis Ieſu Tractatu quarto.*

OBSERVATIO I.

Ad illa verba: *Virum Mariæ.*

Maria ipſa ſine vllo reſpectu menti obiecta ex nimiâ pulchritudine ſuadet ſine cõmuni labe fuiſſe cõceptã.

Innuitur viri actiones eius natalitij nobilitatem exprimere.

9. MVlti equidem Doctores argumentis excogitandis, quibus puriſſima Conceptio Virginis adſtruatur. Iam ex maternitate validiſſima iacula cõtorquent; iam ex ſpeciali à Deo electione, eam aſſerunt quaſi immediatè à Domino prodeuntẽ. Iam ex Patriarcharum, Regum, Ducum nomine aut geſtis colligunt veritatem. Superiùs plura, non pauca inferiùs. In præſenti autem Mariam mihi obiicio inſtar Melchiſedech, *Sine patre, ſine matre*, ſine genealogiâ. Haud eam contemplor Dei filiam, Spiritus Sancti ſponſam, Filij matrem non recordor Patriarcharum ac Regum, nec muneris Mariani memor, tantæ dignitatis priuilegia penſo Solummodo ex ipſa Maria Conceptionis puriſſimæ ſuſpicor gloriam. Ieruſolymæ filiæ ſponſam aliquando rogitabant. *Qualis eſt Dilectus tuus ex Dilecto quia ſic adiuraſti nos?* Indica nobis quiſnam dilectus tuus ſit, non ex Patre cæleſti, non ex æterna proceſſione, non ex ſacerdotali Redemptoris munere; ſed *ex ipſo Dilecto*, eius indiuiduales aperiens proprietates. Haud aliter ego qualis ſit in Conceptione Maria, ex Maria ipſa vobis, ô fæliciſſima tantæ Reginæ mancipia, exponam.

Maria ſicut Melchiſedech contemplatur, ſine vllo genealogia aut dignitatis reſpectu.

10. Mirabar aliquando Matthæum recenſentem Chriſti genealogiam haud memoriam facere Mariæ ex generationis deductione. Lucam verò Mariæ ſcribentem exortum minimè patres eius Ioachimum & Annam memorare.

Nullam generationis Mariæ memoriã Euangeliſta ante nota ex ipſa Maria priuilegium Conceptionis apparet

Quid cauſæ? An Mariam obiici nobis curant quaſi ſine patre & ſine matre, ſine vllo ad Deum reſpectu ſpeciali: *Qui fuit Dei*, ſine Sanctorum Patriarcharum, ac Regum propinquitate. Ipſa Maria obiciatur ſine vllo reſpectu, tanta Virago appareat repentè. *Signum magnum apparuit in Cælo, Mulier amicta Sole.* Apoc. 12. ſiue omninò nuda, vti adnotauit pulchrè Interpres ingenioſus; indui enim Sole, nudam eſſe proculdubio eſt, ſicut excipi Lunæ aut Stellæ hoſpitio, apud agrum, aut plateam eſt ſub dio commorari, ſiue *quedarſe al ſon de la Luna, o eſtrella*, Nudam omninò quolibet reſpectu Mariam contemplemur. An non Regina Stellis ſtipata præſentatur? Num non Lunæ defectus videtur conculcare?

Apoc. 12.

Lacrymarum, quæſo, totam vallem percurrite, vbi nulla arbor, quæ ſerpentis halitu non infecta aſpiciatur, vbi non ſolùm gigantem vlmum, ſed & cedrũ incorruptibilẽ, communis erucæ tyrannis obtinuit. Aſpicite tamen vnicã oliuam, de qua Sapiens: *Quaſi oliua ſpecioſa in campis.* Eccli 24. Quænã oliua hæc? Arbor humana ſyluę filia cõmunis, Adæ nata. Vndenam pater eius cæleſtis, an terricola? *Primus Adam de terra terrenus.* Haud parentes oliuæ contemplemini, arbor eſt ſine parente prodit in lucem. An tota in planta aliquẽ defectum inuenitis? *Quaſi oliua ſpecioſa.* Aliter, *ſpecialis.* Hæc arbor ſpecialis eſt, haud cum reliquis computanda. Num non in cãpis conſpicitur vulgariũ arborum patria? Nihilominus tamen ſpecialis oliua eſt, eius ſpecialiſſima plantatio. Vndenam colligi? Ab ipſa arbore diſco parabolã, documentum aſſumo. Tam pulchrum germen, viridis comæ, æterni vmbraculi, vniformium ramorum, quos vẽtus non denudat, quorum nec folium vnicum ægritudine marcidum. Plãtatio procera fructu, tamen humilitate parua. Fallor niſi arbor ſit ſpecialiſſima, minimè vulgari ſyluę plãtatione expoſita. Aſpicio Mariam ſine vllo ad parentes cæleſtes, aut terricolas relatione, ſine reſpectu ad Dei materoita- 11.

Apparet Maria ſpecialis oliua plantatione ex pulchritudine.
Eccli. 24.

tem. Certè oculorum colũbæ modestia, silentium mirabile, humilis inclinatio, charitas medica, actiones sine venialis commissi suspicione pium rapit affectum, vt eam specialissimè plantatam venerer arborem, à communi lacrymarum vallis maledictione immunem.

12. *Colligitur ex viriditate oliuæ Mariæ nam minimè diluuia nocuisse.* Gen. 8. Ambros.

Mansuescente diluuio, Noë columbam immisit exploratricem, num aquę imminutæ? Facie terræ reseratâ? Numen pacatum? Et aduolans columba ramum oliuę ore assumens retulit in Arcam. *Venit ad eum portans ramum oliuæ virentibus foliis.* Gen. 8. Quęris, an germen illud exortũ post diluuiũ. Ambr. lib. de Noë, cap. 19. asserit tamẽ esse viridem ante diluuium, quẽ aquæ salsugo non potuit exiccare. *Vir iustus gauisus est fructũ de veteri semine aliquem reseruatum. Et inde collegit misericordia insigne diuina, quod iam diluuium remouisset, quæ fructum demonstraret, cui nõ potuissent nocere diluuia.* Vnde-nã colligis vir sanctissime, oliuæ diluuia minimè nocuisse? Ex ipsius equidem oliuæ haud læsâ pulchritudine. Alias aspicite arbores post diluuium, expilatas siccas, salsugine ambustas. Patet hanc oliuã à Dei misericordia tectã diluuij incõmoda superare potuisse. Video Mariã in morẽ oliuæ pulcherrimã, virginẽ, medicam, fructiferã, quando tota sylua ægritudine confecta apparet: assero à communi contagio prorsus præseruatam.

13. *Christus dignouit Matrem ex se ortam, ex nimia pulchritudine.* Gen. 2.

Alius testis periculo adiiciatur. Dormiente Adamo, dum lumina obturantur, & sensus interni extinguntur, ex eius costâ Mulier ædificatur. Quã cũ iã efformatã Protoplastus aspiceret, clamauit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Genes. 2. Vidit-ne Adamus ædificij constructionem? Minimè, quia *immisit Deus soporem in Adam.* Scruit? Quomodo, si nobiliores potentiæ somno traditæ otiosæ cõjacebant? Vnde ergo nosti, pater, Euam ex tuâ carne ossibúsque productã? quisnã aperuit arcanitã quon dignouisti quod somnij vmbra cõtegerat? Ambros. Cather. ex Prædicatorum famil. l. de Conc. *Ipse quoque Adamus agnouit eã ex seipso esse, & idcirco diligendã, quæ ad ipsum veniebat, tanquã suã recognoscens originẽ.* Nõ minor Euam ad Adamum accessisse suã originem agnoscentem, quia se è parente eductam vidit. At ipsum Adamum dignouisse eam à se eductam, me in admirationem raperet, nisi tam pulchram, tam similem, tam viro adnatam fœminam contemplaret, vt affirmem, ideo Adamum eam carnem ex carne, ósque ex ossibus appellasse, quia illam pulcherrimam, ac simillimam aspexit. Profectò saltem Adam potuisset suspicari Euam è puluere eodẽ esse exædificatã, vnde accõmodatius verba illa ad secundũ Adamũ cum Laurentino Richardo referenda. *Hæc nũc os ex ossibus meis.* Ex dorso mei, vbi fabricauerunt peccatores, vbi Crux humeris addicitur Mariæ exoritur tã pulchra meæ passionis beneficio, vt ex pulchritudine sine vllo respectu possim inclamitare: *In te generationis meæ priuilegium recognosco.*

14. *Angelus ex solo speciali Mariæ lumine dignosceris eam gratia plenam.*

Profectò parum esset ab Adamo secundo agnosci, cuius respectu præseruatur, nisi Angeli eã pulcherrimã, præseruatámque sulo ex animi lumine dignouissent. Immissus à Deo Angelus Mariã plenã gratiã affirmat. *Aue gratiâ plena.* Luc. 1. Rogo, an ex reuelatione diuinã cognouisset Gabriel Mariã adeo puram vt gratiæ plenitudine potiretur, hoc est fuisset præseruata, ex eo quod Mater Dei futura esset? Luc. 1. A quonã, ô Cælicola dignouisti eam vti Ieremiã sanctificatã, fœcundã de exemplo Liæ futurã, pulchrã Rachelem, prudentẽ Abigailem, affectu Martyrẽ, virtute pœnitentẽ, virginem puritate virginũ, supremam humilitate, humilẽ celsitudine, Adami & Euæ sine labe exsurgentium gloriã vincentẽ. Archangelus respõdet, ex solo pulcherrimæ Mariæ aspectu, respectibus aliis abstractis, se gratia plenã dignouisse. D. Greg. Neocæs. ser. de annũc. *Ad Mariam Virginẽ solam sanctã Gabriel Archangelus solo lumine venit: Aue gratia plena illi denuncians.* Thaum. Angelus (date mihi gratia arguẽdi) nõ dignosceret ex reuelatione speciali, & commissione Mariã totam pulchrã, sine labe conceptã, quia Filij Dei præparata in parentẽ: descendat quęsiturus fœminã solam sanctã, quam non dignouisset; percurrat vniuersum, Mariã demum inueniat: Eã profectò solã sanctã, seu immaculatã deprehenderet, gratiâque plenam vocitaret *ex solo lumine*, id est, ex solâ pulchritudine, modestiâ, charitate, membrorum compositione, internâ pace.

15. *Dignoscitur Maria esse fortem Mulierem, quæ serpentis caput comminuit, ex nimio ipsius splendore.* Bern. Prou. 31.

Aduolat certè Angelus quæsiturus fortem mulierem, quæ serpentis caput comminueret. Bern. hom. 2. *Missus. Si de manu fœmina pendet nostra salus, & innocentia restitutio, & de hoste victoria, fortis omnino necesse est vt prouideatur, quæ ad tantum opus possit esse idonea.* Iam Salomon profatur: *Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius.* Prou. 31. Ad quæ Abbas adiicit: *Sed mulierem fortem quis inueniet? Pretium eius non vile, non paruum, non mediocre, non de terra, non de cælo, nec de cælo proximo terris; sed à summo cælo egressio eius.* Igitur Angelus requirens fœminam fortem serpentis astum superantem, eius caput comminuentem, debet ipsam aspicere, vt videat, an pretium eius sit à *summo cælo*? Quòd si illam non solum à summo cælo egressam fuisse, sed cælum ipsum supremum esse comperetit, mox edisceret eam proculdubio fœminam esse, quæ serpentem vicit, eiúsque caput comminuit. De cælo Empyreo sic Beda ad Genes. 1. *In principio creauit Deus cælum. Ipsum est*, inquit, *cælum superius, quod ab omni volubili huius Mundi statu secretum, diuina gloria præsentiâ manet semper quietum. Non ergo superius illud cælum inane creatum est, & vacuum.* Beda. Profectò Maria (authore Richardo) *Cælum Empyreum est*, haud inane creatum, ab omni volubili statu secretum. Richard. Videt Angelus Mariam sine concupiscentiæ fomite omnino quietam, lumine miro conspicuam. Cælum Empyreum est? Non solum à summo cælo egressio eius, sed ipsa cælum summum existit? Mulier hæc proculdubio fortis est, quæ Diaboli caput contriuit, quæque Domini præparatur in Matrem. *Ad Mariam solam sanctam solo lumine venit.*

16. *Noscimus nunquam captiuitatem incurrisse, ex lumine speciali seu virtutibus.* Gen. 15. Richard. in Victor.

Ex speciali itaque Mariæ lumine Angelus vnicè dignouit electam, ne obsequium captiuitati præstaret. Deus Abrahæ: *Scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti: Tu autem ibis ad patres tuos*

in

in pace. Gen. 15. A communi clade Pater excipitur, à captiuitate præseruatur speciali gratiâ. Richardus Victor. de differ. sacrif. Abrahæ & Mar. *Tu autem, inquit, ibis. Tu quem præ cæteris abūdantiori gratiâ præueni, tu, quem præ cæteris illuminaui, tu ibis ad patres tuos in pace immunis ab omni indigna & dura seruitutis oppressione.* Dignosceris profectò immunis ab omni seruitutis oppressione fuisse, quia *te præ cæteris illuminaui.* Actiones tuæ te lucis filium ostentant, téque asserunt haud seruituti addictum, indignè. Videt Angelus Mariam Sole amictam, stellis stipatam, Luna vtente velut calceamento, apud cælum constitutam; cur non ex *lumine solo* cognoscat eàm à communi tyranni draconis captiuitate fuisse præseruatam?

17. *Vel in medio mari ex pulchro gressu colligitur Nomen Mariam apud portum primum commi naufragio infirmatam non esse.*

Perficit argumentum locus ille Prouerbiorum: *Tria mihi difficilia; quartum penitus ignoro: viam nauis in medio mari, &c.* cap. 30. Maria equidem *facta est velut nauis institoris de longè portans panem suum.* Pro. 31. Contemplor Virginem in medio mari viâ omnino abolitâ, haud cognito portu, vnde exiuit, aut quò properat, non merces, queis referta est, contemplor, nempe cælestem panem Iesum. Solummodo ipsam nauem aspicio vndas despicientem, contemnentem ventorum conspirationem, audacter secantem crystallos, recto cursu gradientem. O nauis Tyri exædificationem marinam vincens siue à portu humili venias, siue ad incognitum properes; hoc scio tantam pulchritudinem originem commendare natalis, gratiæque abyssum inuenisse: nec enim nauis tanta communi pelago deferretur. Pulchrè Damascenus Orat. 1. de Dormit. Deipar. *Inuenit Maria gratiæ abyssum, quæ duplicis virginitatis nauem incolumem seruauerat, animámque non minus, quàm corpus incolumem custodierat.* Nauis hæc communis naufragij apud ipsum portum cunctis ratibus imminentis, & superantis, & obruentis omnes, vim superauit, si in medio mari constituta tam pulchrè graditur; non communi in pelago adest, sed gratiæ abysso defertur nunquam submergenda. Edisce ad hominis commendationem discutiendam meritorum vim, quæquidem nos gloriam edocet natalitij.

Prouerb. 30.
Prouerb. 31.
Damascen.

OBSERVATIO II.
Ad illa verba:
Virum Mariæ.
Vel ipsum augustissimum Nomen Mariæ originalem Virginis halat immunitatem.

Colligo, illustria opera cognomini celso debere copulari.

18. VGVSTIVS quidnam proferam. Non solùm contēplanti Mariæ personam, eius præseruationem rimari licet, verū nominis *Mariæ* perpendenti mysteria eadē à peccati labe immunitas reseratur.

Nomen *Maria* omnimoda decet sanctitas. Hortum Gethsemani, apud quē Maria magdalena Christi cadauer quæritabat, doctus quidā perfectionis gymnasiū vocitauit. Peccatrix enim amoris affectu, lachrymarū rigatu ad tā augustū perfectionis verticē ascendit, vt noluerit Dominus ad pedes accurrere. *Noli me tāgere, non dū enim ascendi ad Patrem.* Ioan. 20. Ac si diceret, Tantæ charitatis affectoi solemnior debetur amplexus; non ad pedes de more accurras, quæ perfectionis verticem instar sponsæ dulcissimæ tenens poteris inclamare: *Osculetur me osculo oris sui.* Tunc igitur, cùm perfectissima Magdalena apparet à Domino proprio nomine cōpellatur: *Maria.* Vbi Chrysol. acutè: *Venit Mulier, sed redit Maria.* serm. 77. Priusquàm verticem perfectionis teneret, veniens Mulier vocatur à Domino: *Mulier, quid ploras?* At postquam ex lachrymarū profluuio, *ac intentionis multiplicatione* (vt cum Gregorio loquar) perfectissima ostenditur, *Maria* à Domino appellatur. Cur ita? Lucas Mariæ historiā recēsens ait: *Ecce mulier*, quæ erat in ciuitate peccatrix. c. 7. Quare fœminæ nomē omisit? An ob reuerentiā Materni nominis? Ita existimo. Ideo Dominus Mulierem adhuc peccatricem vocat, quousque perfectionis verticē attingeret; quia nomen illud non solum peccatū dedecet, sed & omnimoda decet sāctitudo.

19. *Decet omnimoda perfectio Nomen Mariæ, ideo Magdalena Maria vocatur à Domino, quando perfecta inuenitur.*
Ioan. 20.
Chrysol.
Luc. 7.

Nil aliud ipsū *Maria* vocabulum insonat. An Maria *Mare*? Sic Hier. l. de Nom. hebr. *Melius est, vt dicamus sonare eā amarū mare.* Quare dicitur mare Maria? Bonau. in Spec. c. 3. *Propter affluentiā, & copiā gratiarū. Vnde scriptū: Omnia flumina intrant in mare, flumen enim gratiæ Angelorū intrat in Mariā, & flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarū, Apostolorū, Martyrū, Cōfessorū, Virginū intrat in Mariam, &c.* Sanctorū hominum gratia eam ab actualibus peccatis adstruit immunē, gratia autē Angelorū originalis vtique originali eam liberat à reatu. *O verò* (clamat) *plena gratiâ, & plenè plena!* Adiicit inferiùs. *Tanta inundatio gratiæ, tanta profunditas, & magnitudo in Maria fuit, vt mare plenum ipsa dici possit, iuxta illud: Tonet mare, & plenitudo eius.* Quidnam Mariæ plenitudinē tonare? *Tonet plenum mare, tonet plena Maria.* Scilicet contra cuncta peccata tanta plenitudo videtur intonare. Chrysolog. serm. 146. *Congregationes aquarū appellauit maria. Non-ne Maria exeuntem populum de Ægypto concepit vno vtero?* Tūc equidem fuit simul Ægyptiis persequentibus formidabile, mare vtique intonante peccatis. An ad mēsuram aliorum Mariæ gratiam metiri conaris? *Profundum abyssi quis mensus est?* Eccli. 1. Fluminum quidem, siue sanctorū non potest mens metiri profunditatem, & metieris abyssum? Quòd si mensurabilis Angelorū, aut hominum gratia, non eadem est Mariæ abyssi vtique gratiarum mensura. Richard. Laur. l. 1. *Maria est mare propter gratiarum plenitudinem, vnde dicitur gratia plena. In mari nec fundus, nec mensura est; nec Maria accepit gratiam ad mensuram aliorum.* Num amarum hoc pelagus? Dauid, *Commoueatur mare, & plenitudo eius.* Psal. 95. Bonau. citat. *O quam amara & timenda est Maria! Hoc plenum mare audiamus contra vitia tonare.*

20. *Nomen Maria, id est, Mare Virginem asserit omni gratia plenā, & ideo conceptā sine labe.*
Hieronym.
Bonauent.
Chrysolog.
Eccli. 1.
Richard. Laur.
Psal. 95.
Bonau.

Num Maria *illuminata*, seu *illuminatrix*? Sic Hieronymus vbi su. Bonauentura ibid, expē-

21. *Nomen Maria, seu illuminata*

Virginem ostendit semper fruitam gratiæ fulgore. Hieron. Bonau.

dens illud Apoc. *Vidi alium Angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius:* inquit, *Filius Dei est Angelus magni consilij, terra verò à gloria Dei illuminata est Maria, quæ sicut illuminata fuit à gratia eius in Mundo, ita nunc illuminata est a gloria eius in cælo; vt sic illuminata fieret Illuminatrix in terra, & in cælo.* An postquam Maria gloria apud cælum illuminatur, potest dici aliquo instanti sine gloria fuisse? Minimè verò. Ergo, si apud terram ita illuminata fuit à gratia, haud poterimus affirmare, aliquo instanti sine gratia Virginem extitisse. Richardus Laurent. lib. 1. *Maria* (inquit) *illuminata est à Patre luminum, à quo descendit omne datum optimum. Et ita hoc nomen Maria ei singulariter, & excellenter conuenit, quæ præ omnibus post Filium suum plurima dona habuit gratiarum.* Asserit itaque Mariam à Patre luminum accensam, vt innuatur omnibus perfectis muneribus donatam fuisse. *A quo descendit omne donum perfectum, & datum optimum.* Vnde *præ omnibus* scilicet Adamo ac reliquis sanctis *plurima dona habuit gratiarum.* Num non Adamus gratia originali donatus est? Si ergo præ illo Maria *plurima dona gratiarum* habuit, quonammodo gratia originali donata non est?

Richard.

22\. Nonne Nomen *Maria Stella*? Petrus Dam. serm. 1. in Epiph. *Erat Stella in aëre, stella in terra, Sol in præsepio. Stella in aëre corpus illud lucidum, stella in terra Maria, Sol in præsepio Christus.* Inferius autem: *Maria quasi stella singularis refulsit in Mundo.* Cur singularis? An quia sanctificationis Ieremiæ aut Ioannis in morem donata est ex vtero radiis? Si Ieremias & Ioannes eodem sunt à Deo munere affecti, non ex eo Maria *Stella singularis*? Assero igitur ideo singularem Stellam appellari, quia à primo conceptionis instanti sanctitatis, ac gratiæ lumine coruscauit. Gerson p. 4. serm. 2. Ipsa *est Stella, quæ nunquam lumen amisit gratiæ, nec obscurata fuit peccato mortali, aut veniali, aut originali. Ideo interpretatur Maria maris stella.* Num non Stella dicitur ab *stando*? Stetit Maria stetit, quando cuncti Adæ filij corruerunt. Richardus Laur. lib. 1. *Stella dicitur Maria propter excellentiam sui status. Stella est Maria, quia fixa in firmamento.* Quando scilicet ex Ecclesiæ firmamento draco tot lumina deturbauit.

Nomen. Maria siue stella Virginem docet nos singulariter emicuisse, id est, nunquam peccati tenebris offusam. Damian.

Gerson.

Richard.

23\. Annon authore Hieronymo Mariæ nomen indicit imperium? *Maria sermone Syro Domina nuncupatur.* Amedeus hom. 1. de conceptione Mariæ edisserens, ait: *Mirantur Angeli puellam Matrem Domini cælique Dominam futuram, & in his erumpunt vocibus admirationis, & laudis: Quæ est ista quæ ascendit dealbata?* Num maculæ, quæ lauachro purgarentur? *Quid est dealbata, nisi albis vestibus ornata? Ornata scilicet ornatu decoris, iustitiæ, & sanctitatis.* Sponsus ait: *sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias.* Cant. 4 Simul dominatus & puritas originalis Deiparæ asseritur. Lilium coronæ speciem præsentat. Maria Domina creaturarum. Profectò ipse dominatus candidissimo flore innuitur, vt ostendatur ex eo quòd Maria Domina filiarum exsurgit, omnimodè debuit stipari decore. Fulbertus Carnot. serm. 1. de Nat. Mar. *Hæc itaque electa, & insignis inter filias non fortuito quidem, aut solo placito parentum, sed diuina dispensatione nomen Mariæ accepit, id est, Domina; ita vt ipsa vocabuli sui figura magnum quid innueret.* Adnoto illud: *Vt ipsa vocabuli sui* (seu Mariæ) *figura &c.* Lilio quidem Mariæ adnotatur imperium. At ipso *Domina* vocabulo magnum quid innuitur, nempe omnino candidam fuisse conceptam. Adücit pulchrè. *Hîc si quis interroget: Quid ergo putas qualis olim in anima fuerit hæc persona? Veraciter respondemus, quod anima ipsius & caro, (quam elegit, & habitaculum sibi ipsi fecit Sapientia Dei Patris) ab omni malitiâ, & immunditiâ purissima fuerunt.* En simul & dominium Mariæ & originalis iustitia assignantur. Collige augusta Cognomina augustas actiones adeò connotare debere, vt audientes cognomen illustre, illustrium actionum gloriam requiramus. Quod si cognomini præcelso opera non respondeât, proferimus: Quàm iniustè ille alto cognomine insignitur, si vilibus actionibus operam impendit!

Nomen Mariæ, id est, Domina, nunquam Diabolo seruisse Virginem ostentat. Hieron. Amedeus.

Fulbert.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

De qua natus est Jesus.

Maria Christi Mater purissimi, quomodo non Filij prælibaret in Conceptione puritatem?

Edocemur parentes ex probis filiis commendari.

LICET ex Patriarcharũ, Regum, Ducum aut facinoribus aut Nominis mysterio Euãgelista non innuisset Mariæ præseruationẽ, sola hæc clausula perspicuè ostẽdit; dignitatẽ enim Matris Dei huiusmodi decet sanctitudo. Aiebat Ioãnes Gerson p. 4. ser de Annunc. *Domina nostra hodie altius nomẽ accepit, & perfectius, quod esse posset homini post nomen Filij sui; & est, quod Mater Domini dicatur.* Quid inde? *Per hoc accepit plenitudinem gratiæ non solum pro se, sed etiam pro nobis; propterea Dominus est cum ea, nõ sicut est cum omnibus per essentiam, præsentiam, & potentiam, sed & per gratiã, & sanctificationẽ singularem.* Ac si diceret, Nomen perfectissimũ munúsque celsissimũ Matris Dei accepit? Ergo perfectissimâ sanctitate donata fuit. Argumentum hoc pluribus illustrauimus superiùs, ei enim quæcumque scripsimus valent accõmodari; quare nonnullis solummodo scripturæ locis ex Patrum confirmatione roborabimus. 24

Gerson.

Præmitto illud Dauidicũ: *Numquid Sion dicet, homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eã Altissimus.* Psal. Natus in Sion Deus homo? Ergo ab Altissimo fũdata est digna, quæ progigneret Saluatorem. O Mater Maria ab Altissimo futuro Filio fundata. annon te dignam Matrem exædificaret? Petrus Damia. ser. de Nat. Mar. *Immensum concepit, æternum genuit, genitum ante secula parturiuit. Qui ante quam nascerentur,* 25.

Altissimus Filius futurus Mariam exædificauit in Conceptione dignam Matrẽ Dei. Psal. Damian.

nasceretur, talem creauit eam, vt ipse dignè nasci potuisset ex ea, de quâ Propheta multò ante prædixerat.: Mater Sion dicet, homo, & homo factus est ex ea, & ipse fundauit eam.

26. Angelo & Iacobo concertantibus subitò illuxit Autora. Inclamat Patriarcha; *Dimitte me, iam enim ascendit Aurora.* Genes. 32. Vbi Bonauentura Spec. cap. 9. *Aurora nostra Maria nobis est*; ex ea enim Sol verus habuit exortum. Aurora Mariæ ascendens enim concipitur, *Iam ascendit Aurora.* Quid Auroræ ascensioni cum certaminis termino? *Dimitte me, quia ascendit Aurora.* Profectò certamen illud Angelorũ & hominum pugnam ob peccatum innuebat. At Maria veri Solis Aurora ascendente tota lucida, minimè in peccato concepta iurgia abolet creaturarum. *Aurora est* (inquit Pater Seraphicus) *Maria nobis ad Angelos pacificandos, sicut signatum est in Genesi, vbi legitur, quòd Angelus, qui cum Iacob luctabatur, benedixit eum in Aurora. In Aurora* (seu in communi Conceptione) *lucta fuit inter Angelum & Iacob, discordia fuit inter Deum, Angelos, & homines: homo enim peccando*, (seu commune piaculum incurrendo) *offendit Creatorem; offenso autem Creatore omnis offenditur creatura. Sed certè adueniente Aurora Maria pacificati sunt Angelus atque homo.* Quia scilicet humana natura tunc sine labe conspicitur in Maria Solis Aurorâ præparatâ.

Maria in cõceptione Aurora ascendẽs Solis iustitiæ ad pacificandas creaturas ob peccatum discertantes ipso sine peccato illa.
Gen. 32.
Bonau.

27. Cecinit Dauid: *Fundatur exultatione vniuersæ terræ Mons Sion, latera Aquilonis, Ciuitas Regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam.* Psalm. 47. Sion exædificatur Deo, vt in domibus eius cognoscatur, vt inhabitet vrbem. Qualis Sion exsurgit videamus tanto habitatori. *Fundatur exultatione vniuersæ terræ.* Diuus Chrysostomus. Alius. *Pulchre germine fundatur, ab initio præscripto splendore.* Ac si diceret, Fundatur hæc Ciuitas, vt pulcherrimum ex ea germen oriatur, ideóque ab initio, à fundamentis ei splendor adscribitur. Ciuitas Mariana, è qua Dominus oriturus, quanto splendore coruscat, cùm eius fundamina in Conceptionis instanti primò præsentantur? *Magnus Dominus* (adiicit Pater) *in ciuitate Dei nostri, in monte sancto suo benè radicans*; *hoc est, bene radices agens, & eam pulchrè firmans, ac stabiliens in gaudio, & lætitiâ.* Ne scilicet in radicatione, seu conceptione Mariæ vox communis exaudiatur. *Deus in domibus eius cognoscetur. Alius, Deus in regiis eius cognoscetur ad munimentum. In palatiis eius cognitus est, vad eripiendum eam. Deinde ostendens, quomodo sit Ciuitas Regis magni per illud: In domibus eius cognoscitur, magnam ostendit prouidentiam, & quod eam totam omni ex parte seruat.* Haud enim digna Regis magni Ciuitas, si omni ex parte à communi labe non præseruaretur. Quàm pulchrè Chrysostomus!

Maria Conditori præparata Ciuitas radicibus fundamina in splendore agit.
Psal. 47.
Chrysost.

28. Similem sensum reddit Carmen illud: *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei.* Ps. 88. Quid iñ Maria Dei Ciuitate, siue eius Matre gloriosius Profectò, quòd semper Dei Ciuitas, tota Altissimi, nulla particulâ alieno cedente possessoris Richardus Laurentinũ lib. 12. *Maria est illa Ciuitas, de qua in Psalmis: Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei. Maria Ciuitas, quæ dicitur quasi ciuium vnitas, id est, sensualitatis & rationis plena concordia. Et ideo summus habitator ibi pacificè hospitatus est, & ibi in pace factus locus eius. Ciuitas Dei dicitur ad differentiam Ciuitatis Babylonicæ, quæ Diaboli est, in quam Dominus non ingreditur. Benè Ciuitas Dei, quæ tota fuit Dei, & nullius nisi Dei; quia nihil in ea habuit pars aduersa. Ideo dicit illa: Dilectus meus mihi, & ego illi. Ideo eam Dilectus toties vocat suam: Amica mea, columba mea, soror mea, sponsa mea; Ciuitas Dei, quæ sola digna tanto Rege, tanto fundatore, tanto inhabitatore.* Habitaturus fundauit? Eam sibi dignam fecit habitationem.

Maria Ciuitas Dei Filij semper, nec particula Diaboli est.
Ps. 88.
Richard. Laur.

29. Cuncto humano genere viam corrumpente, Conditor inclamauit: *Delebo hominem, quem creaui a facie terræ, ab homine vsque ad animantia; pœnitet enim me fecisse eos.* Gen. 6. Vbi Richardus Victor. apud Lipom. *Maximam se ostendit habere iram transituram à maximo vsque ad minimum, & inde ab imo ad summum.* Totum genus humanum complectitur illa pœnitudo? Totum genus delinquens generalis illa sententia damnat. Num ab ea generali propositione aliquis excipitur? Soli excipiuntur qui nec actuali, nec originali crimine contaminati apparuerint. Ergo non pœnituit Deum Christum, & eius Parentem fecisse, quia nullo peccato hi soli contaminati reperiuntur. Audiendus Lipomanus. *Omnis, qui pœnitendo corrigit aliqua, quæ fecit, se sibi displicuisse indicat; quia emendat, quod fecit. Et quia omnipotens Pater (sicut intelligi ab hominibus poterat) humano modo de peccatoribus locutus est, dicens: Pœnitet me fecisse hominem super terram, quasi sibimetipsi displicuit in peccatoribus, quos creauerat. In solo autem vnigenito Domino Iesu Christo complacuit, quia hunc inter homines hominẽ creâsse eum non pœnituit omni modo, in quo peccatum nullo modo inuenit. In solo Vnigenito* complacuit; Ergo & Maria à complacentia excluditur, ac pœnitudini addicenda est. Profectò in solo complacens Filio non potuit non & in eius Matre complacere, quasi vnica complacentia esset. Nam si Filius hominem assumpturus erat sine maculâ, ex Immaculata vtique parente. Vnde adiicit pulchrè Doctor: *Cui* (Soli scilicet Vnigenito) *addere possumus Genitricem eius Virginem Mariam, quam ab omni culpa & originali, & actuali prædicamus immunem.*

Deum pœnituit suis fecisse cunctos homines excepto Iesu & Matre Maria.
Gen. 6.
Richard. Victor.
Lipom.

30. Olim Conditor *ædificauit costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Genesis 2. Quia ex ossea viri virtute (proh dolor!) casto infirmitatis nostræ fuit deriuata. At ex Fœminæ carne, ossea Viri Iesu secundi Adæ duxit exortum. Annon si ex ossea illa virtute humanæ naturæ reparatio apparuit, purissimam carnem ossis parentem incorruptam omninò vocitabimus Richardus Laurentius lib. 12. *Tulerit Dominus vnam de costis Adæ, quam ædificauit in mulierem, & repleuit carnem pro ea. Repletio ossis de carne insufficiens est, & infirma refectio. In virginali autem vtero vna Mulier factus est vir, insignum*

Ex Maria factus est Iesus ad reparationem communis infirmitatis, cui nunquam infirmã commendas.
Gen. 2.
Richard. Laur.

reparanda virtutis. Et de puriſſimo Virginis ſanguine, vel de carne eius factum eſt os ad literam in inſtanti conceptionis. Et myſtice ille, qui eſt os, & robur Eccleſiæ factus eſt. Et ita in Virgine, & ex Virgine repleta gratia ſuppleta eſt, & repleta homana natura, & facta quaſi oſſea, & fortis, cùm priùs eſſet carnea, & flexibilis ad peccandum; & de illa plenitudine omnes accepimus. An carnem eligeret Dominus *os* futurus, in carneæ infirmitatis medicamen, communi laborantem ægritudine? Oſſeam carnem Mariæ elegit oſſis vtique appoſitè Matrem.

31\. *Maria, ex eo quod Diadema Verbi, ſine originali labe concepta.* Cant. 5. Richard.

Clamant Cœlicolæ. *Egredimini filiæ Ieruſalem, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater.* Cant. 5. Diadema. Verbi carnem è Virgine aſſumptam Richardus idem vocitauit. Quid *Diadema*? Audi pulchram Doctoris ſententiam lib. 3. memorantis Ezech. 1. locum, vbi de electro: *Et vidi quaſi ſpeciem electri per circuitum. Per electrum* (inquit) *vel aurum mixtum argento, diuina ſapientia, quæ ſe immiſcuit argento, id eſt, ſibi aptauit corpus de ſubſtantia Virginis, quæ fuit argentum igne Spiritus ſancti multipliciter examinatum; & ſic facta eſt corona de electro.* Igitur Virginei argenti, ſeu carnis, & diuini auri, ſeu Verbi coniunctione diadema perficitur. Attamen ſola humanitas Christi diadema à Salomone vocitatur: *In diademate, quo coronauit eum Mater.* Richardus. *Humanitas Saluatoris congruè dicitur diadema, quaſi duo demens ſcilicet principium & finem; id eſt, originale, quod eſt principium omnis mali, & pœnam æternam, quæ eſt finis, ad quem tendit omne mortale peccatum.* Caro Virginis Diadema Christi eſt? Ergo demptum ex ipſa principium & finis, hoc eſt, & originale, & actuale piaculũ; aliàs etenim non Verbi caput hoc diademate ornaretur, ſed potiùs infami ſtiparetur operculo. *Mas fuera coroza que corona.* Dixerat Richardus Coronam ſeu diadema electri eſſe, hoc eſt ex auro diuinitatis, & argento humanitatis è Virgine; nũc autẽ totum diadema ex ſolâ humanitate coaleſcere affirmat: *Humanitas Saluatoris dicitur Diadema.* Profectò humanitas illa, ſiue caro, quæ à Verbo ſumenda eſt, tam immaculata debet præexiſtere, vt ſit quaſi electrum, id eſt auri & argenti maſſa, ſiue diuinitatis & humanitatis coniunctio; vt ſcilicet priùs quàm Rex Dominus coronetur, dignum Principi tanto diadema obijceretur.

32\. *Maria quaſi dimidium Christi eiuſque puri atque ſequutur, ne puniis & impuris appareat.* Ezech. 1.

Accommodatiùs tamen illa auri & argenti, ſiue Diuinitatis & humanitatis coniunctioni inſiſto. Quàm pulchrè ex carne Virginis & Diuinitate Saluator exurgit: vt Virgo quaſi dimidium Christi poſſit appellari! Ezechielis operæ pretium teſtimonium exponere. *Et ſuper ſimilitudinem throni quaſi aſpectus hominis deſuper; & vidi quaſi ſpeciem electri velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum à lumbis eius & deſuper; & à lumbis eius vſque deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis per circuitum.* c. 1.

Theod.

Vbi Theodoretus in duplici naturâ ignis & electri myſteriũ Incarnationis veneratur. At

Greg.

ego cum Gregorio illa ſententia: *A lumbis eius & deſuper, & à lumbis eius vſque deorſum*, Christum & Virginem figurari affirmo. *Per lumbos* (ait ille apud Strabum) *propago immortalitatis ſignatur. De lumbis Abrahæ Virgo Maria, in cuius vtero Dei Filius incarnatus innatus. Vnde vniuerſo Mundo innotuit Deus.* Ac ſi diceret: A lumbis deſuper Dei Filius (aſſeruit ſupra) carne noſtrâ veſtitus figuratur? Ergo quia in lumbis propago ſignatur, vterus Mariæ, in quo formatus eſt Christus, à lumbis deorſum fuit adumbratus. Cur autem & Filium & Matrem Propheta eiuſdem corporis ſimilitudine ſignauit? Annon vt aſſerat ſubſtantiam vtriuſque non tam duplicem quàm eandem, vt affirmauit Arnoldus? Aut Maria totus Christus ſit tibi, aut dimidium eius. At ſi in Christi medietate, ſeu dimidiâ eſſentiâ (ſic fari liceat) originalis macula fuit, dimidium Christi aliquando non purum prædicabimus.

33\. *Mariã Principi ſilie clauſam eſſe, idem eſt, ac præformatam à macula originali.* Ezech 44. Richard.

Ezechiel alibi: *Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, eritque clauſa Principi.* cap. 44. Virginitas duplex Mariæ commendatur, & corporis & mentis. Sic Richardus lib. 10. *In hoc, quod dicitur: Vir non tranſibit per eam, carnis integritas; in hoc, quod ſequitur: eritque clauſa Principi, perfecta mentis munditia commendatur; à quâ duplici integritate propriè ſingulariter dicitur illibata.* Profectò perfecta mentis mundities à labe continet præſeruationem.

34\. *Paradiſus Maria ſecundo Adamo præparatur liber à diluuio cõmuni.* Gen. 2. Strab. Richard. Laur.

Moyſes profatus: *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis, in quo poſuit hominem.* Gen. 2. Ante formationẽ hominis paradiſus præparatur à Domino Deo? Quàm pulchra inhabitatio! Strab. aſſerit Oceano interiecto & mõtibus appoſitis Paradisũ adeo proximũ lunari circulo ſitũ, vt diluuij aquis peruium non fuerit. An communes iniuriæ Mariæ decus labefactarunt? Richardus Laurent. lib. 12. affirmat Mariam paradiſum Adamo ſecundo à Deo paratum. *Vnde diſcoopertus fuit à ſuperiori, vt Solem, rorem, pluuiam, & aërem ſuſciperet, quæ veniunt de ſupernis. Quia omne datum optimum deſurſum eſt. Item diſcoopertus fuit hortus iſte, quia nullius peccati nubem oppoſitam habuit. Fuit clauſus ab Occidente, quia nunquam per peccatum occidit ei Sol iuſtitiæ. Clauſus etiam ab Aquilone, à quo panditur omne malum; quia nihil coinquinatum, aut nociuum in illum potuit ſubintrare.* Digna protſus Adami ſecundi à Domino habitatio præparata. *Alius fuit* (adijcit) *paradiſus Maria; ipſa enim omnibus creaturis veriùs potuit dicere: Mea conuerſatio in cælis. Vnde & ſublimem eius conuerſationem non attigit diluuium.* Concepta nãmque Maria, à communitate hominum in diluuio peccati pereuntium longè ſegregata.

35\. *Quam Paradiſus Mariæ conclusus: quam ſerpenti occluſus adeuit.* Cant. 4. Laur.

Conteſtatur Sponſus: *Hortus concluſus, ſoror mea, hortus concluſus.* Cant. 4. Bis concluſus dicitur hortus ſponſa Maria, vt innuatur nunquam aditum ſerpenti patuiſſe. Citatus ſic Laurentius. *Hortus concluſus hic appellatur hortus, qui deſignatur per terreſtrem paradiſum, in quo poſitus eſt ſecundus Adam Chriſtus velut in horto fœcundo ne eſuriret. Concluſit autem Dominus hunc hortum tam fortiter, vt Draconem peruigilem omninò lateret, & nec vlla poteret rimula, quâ poſſet introſpicere ſubtilis aſtutia inimici.* Rimula clauſa ſuboli ſerpentis ſibilo, & tot ſerpenti totus patuit ingreſſus? Abſit.

36\. *Tota pulchra Maria, quia*

Sponſus ſic Matrem alloquitur: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Cãt. 4. Vbi Idiota ſapiẽs to. 5 o. Bibl. Colonon.

in

effecta solum, vt Mater Dei esset. Cant.4. Idiota.

in Contem. Virg. cap. 2. *Tota pulchra es, ô plusquàm gloriosa Virgo in tua Conceptione, ad hoc solum effecta, vt Templum esses Dei Altissimi.* Ac si diceret: Quia effecta solùm vt Templum esses Dei, siue Christi parens, tota in Conceptione pulchra effecta es. Si ex te pars alteri viliori ministerio cederet, poterat quis coniicere partem non omnino immaculatam; sed quia *ad hoc solum effecta es*, nec particula minùs pura coaluit. *Tota* (adiicit) *pulchra es ex generatione Verbi diuini, tua gloriosa animæ nihil vnquam affuit turpitudinis, vitij, aut peccati; & nihil defuit spiritualis pulchritudinis, gratiæ, & virtutis.*

De radice infecta Maria flos infectione oritur, quia ex ipsa Iesus flos. Isai. 11. Hieron. Damian.

37. Isaias adhæc, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* cap. 11. Vbi D. Hieronymus Virgam Mariam, Florem autem Christum, interpretatur. Radix Iesse quid? Certè tortuosa generis humani propago. Maria igitur à radice tortuosà recta omnino exsurgit. Petrus Dam. ser. de Annunc. *Germinat Virga Iesse de tortuosa radice generis humani, & de Patriarcharum arbore in altitudinem, & rectitudinem erumpens omnem ignorat nodositatem.* Vndenam Mariæ Virgæ priuilegium, vt de tortuosâ radice producta nullam nodositatem ostentet? Annon quia Florem Christum erat germinatura? Ita planè Non miror iam ex tortuosâ radice rectam Virgam prodire. Attamen me in admirationem abripit Florem Christum ex radice Virgæ siue de eius Conceptione ascendere: *Et flos de radice eius ascendet.* Flos è vertice virgæ prodit. Annon Flos campi & lilium conuallium? Cùm lilium candidum erũpit in orbem, non camporum gloriam sed firmamenti, verticem virgæ tenet. Quid ergo cũ radice Flori Dominico? Certè radix Mariæ, seu Conceptio tam immaculata, tam nobilis, vt Christus nõ asserat se ortum à Mariæ vertice, id est, ab eius incrementis sanctitudinis, sed ab ipsa conceptione se exortum inclamet. Num audisti virum iactitantem se ex proauo infecto prodiisse, si non infectam proauam sortiatur? Quis asserat Conceptionem Mariæ vel suspitione leui ignobilitatis laborâsse, ex qua Rex Regum Deus se exortum esse gloriatur, cum potuisset gloriari ortum duxisse ex sanctificatæ iam Matris incrementis?

Ipse Iesus gloriatur, se ex conceptione Matris, quasi ex radice, prodiisse.

Liberis proauis liberior Maria, ideo Flos Christus profitetur, se ex eius Conceptionis radice prodire. Eccle. 10. Hieron.

38. Contestatur Sapiens: *Beata terra, cuius Rex nobilis est* Ecclesiastæ 10. Ad quæ Hieronym. legens: *Cuius Rex tuus filius ingenuorum*, inquit: *Beata terra Ecclesiæ, cuius Rex est Christus filius ingenuorum, de Abraham, Isaac, & Iacob, & sanctorum omnium stirpe descendens, quibus peccatum non fuit dominatum, & ob id verè fuerunt liberi: ex quibus nata est Virga liberior Maria.* Si sancti proaui, & ideo liberi, & ingenui: vndenam liberior Maria? Quia illi peccatis & originali, & actuali implicari aliquando fuere; Maria autem ab vtriusque seruitute præseruata. Addit Doctor. *Maria nullum habens fruticem nullum germen ex latere, sed totus fructus eius erupit in florem loquentem in Canticis: Ego flos campi, & lilium conuallium.* Illa expende: *Totus fructus eius erupit in florem* Christum. Totus fructus, id est, tota arbor, seu Virga in Christũ filium erupit; summitas Virgę, folia, radix vnicum influit in florem, flos Iesus (Nazarenus, seu floridus, filius est tam summæ sanctitatis, quam primæ in Conceptione gratiæ: *Totus fructus erupit in florem.* Quam pura Conceptio, cuius filius, seu fructus Dominus esse gloriatur: *Et flos de radice eius ascendet.*

An auderet Maria Filio approximari, si se hostem illius aliquãdo experiisset? Cant.4.

39. Redeat testimonium illud Epithalamij: *Tota pulchra es, amica mea.* Cant. 4. Matthæus Cantacuze. legit: *proxima mea.* Quàm verè Iesu proxima vocitatur, quæ inter vlnas Christũ gestauit infantem, imo & vtero gestauit! Infero ex huiusmodi proximitate Virginis innocentiam; nec enim adhæreret sic Domino, si illum neci cõtrahens communem labem tradidisset. *Ipse est, qui recubuit supra pectus Iesu* Ioan. 20. Quæritur, cur Ioannes in sinu Domini recubuerit, quando instante passione somnus à Discipulis erat ablegandus: quando cuncti sese à traditionis suspitione excutere curant? Theophylactus: *Quare omnibus aliis, & Petro ipso Apostolorum Principe tremente, Ioannes quasi delicatior recumbit in sinu Domini? Recumbebat quidem, quia volebat se ostendere alienum à crimine, per hoc, quod tam libera illi cum Christo familiaritas.* Haud tradidit proxima Maria quæ inter vlnas Iesum patitur reclinari, quæ vtero excipi permittit profata: *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Curaret certè approximationem tam arctam effugere, si ad eius iam à conceptionis puncto necem conspirasset. Ioan. 20. Theoph.

Moratur Maria in paradiso, cunctis ablegatis, quia Deo bellum non indixit. Eccli. 24. Psal. 41.

40. Ecclesiastici sic Virgo ore profatur: *In omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor.* cap. 24. Num Maria Euæ in morem Deo bellum indicit? *In omnibus quæsiui requiẽ*; pax enim terræ Marianæ fines, hoc est, Conceptionem & obitum perfectè continuit: *Auferens bella vsque ad fines.* Psal. 41. Vndenam colligemus te ô Virgo nunquam bellum Deo indixisse? *Et in hæreditate Domini morabor.* Adamus, & Eua cunctique filij à paradiso Dei speciali hæreditate ablegati fuere, ob belli cõmunis indictionem? Ego pace perpetuâ fruita sum, haud vnquam aduersùs Deum hostiliter repugnaui, si quidem morata sum apud Domini hæreditatem, cùm omnes exilio affecti. Apposité Damascenus Ora. de Dormit. Mar. *Olim Dominus Deus eos, qui fuerunt Principes humani generis, & se impleuerunt mero inobedientiæ, exterminauit ex paradiso. Nunc autem hanc Virginem, quæ omnis vitij repulit insultus, & produxit germen Dei Patris obedientiæ, non suscipiet paradisus?* Affirmat ergo Damascenus & homines ob crimen inobedientię ab hæreditate Domini exterminatos, & Mariam, quia immunis à communi flagitio, apud Domini hæreditatem remansisse, & id contigisse Dominæ, quia Dei germen, Christum scilicet erat paritura. *Omnis vitij repulit insultus, & produxit germen Dei Patris.* An produceret germen Dei, si non omnino vitij repulisset insultus? Damasc.

Mater Messiæ in initio viarum Dei, à Domino possidetur. Prou. 8. Galatin.

41. Alibi Deiparens: *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antè quã quidquam faceret à principio. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram.* Prou. 8. Ad quæ Galatin. lib. 8. de arcan. cap. 1. *Eiusmodi verba, quæ ex libro Prouerbiorum ab Ecclesia in Mariæ laudem repetuntur, ne posse quidem diuina Sapientia inde ab æterno genita per omnia tribui, sed sanctissimæ Messiæ Matri quædam in illis rectè potiùs adaptar.* Maria igitur Messiæ futura Mater à Domino in initio viarum suarum possidetur, dum ante

quàm exædificarentur abyssi, concepta menti diuinæ præsentatur. An non apud alium potest esse dominium, & apud alium simul possessio? Vlpianus *l. naturaliter*, ff. de acquire. possess. *Nihil commune habet proprietas cum possessione.* Vnde in spiritualibus homo peccator ratione creationis, & redemptionis, de Dei dominio est, per peccatum tamen à diabolo possidetur. *A quo quis superatus est, huius & seruus est.* 2. Pet. 2. Num non diabolus ad possidendos homines cunctos per cõmunem propagationem ab Adamo exortos ius obtinet? *Peccatum in hunc mundum intrauit per eum, in quo omnes peccauerunt.* Maria itaque à Domino in initio viarum suarum, siue ab instanti Conceptionis possidetur, ne diaboli tyrannidi præstaret obsequium: concepta enim in Dei fœcundissimâ mente cum nondum essent abyssi, nec diabolus æterno carceri ob superbiam addiceretur. Theologus Pisanus lib. de Virg. fine. 7. fatur. *Maria ab initio viarum suarum possidetur. Ergo non habuit originale peccatum.*

Vlpian.

Pisan.

42\. Rursum illa profatur: *Quando præparabat Cœlos aderam, &c.* Prou. 8. LXX. *Cum pararet Cœlos aderam illi.* Illud autem: *Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos,* sic transferunt: *Cum secerneret sedem suam.* Id est, cùm secerneret sibi Empyreum cælum lõgè reliquos superans. An non cælum illud immotum? Anastasius Synai. lib. 2. Exam. primum hominem cum mobili primo componit; sicut enim id cælum motu suo circulari reliquos inferiores arripit, ac retorquet; sic primus homo motum quendam egit circularem: nam cum per creaturas rectà in Deum pergere debuisset, motum detorquens, à se profectus, in semetipsum rediit, Diuinitatem sibi curans arrogare. Hoc verò cunctos alios homines tãquam primum quoddam mobile secum arripuit, ac suæ reos transgressionis effecit. Profectò motus iste Mariam Empyreum cælum sedem Domini præparatam minimè attigit, quia Deus eam longo interuallo supra Adami iniurias euexit. Richard. Laur. lib. 10. *Super firmamentum similitudo Throni, id est, Maria. Supra sedem celestem hanc Christus sua virtute eam continens.* Ne scilicet ad motum primi mobilis Adami volueretur, & torqueretur.

Maria Cælum Empyreum immotum, quia Dei sedes futura.
Prou. 8.

Richard. Lau.

43\. Sapiens ac Sapientia increata aliquando carne induta? *Vapor est virtutis Dei, & ideò nihil inquinatum in eam incurrit* Sap. 7. An Sapientia cælestis libro immundo scriberetur? *Nihil inquinatum in eam incurrit.* Haud in vna sede moratur Sapientia & immunditia, quæ quidem in maleuolam animam nunquam introiuit. D. Antoninus Florent. expendens illud Psal. 86. *Et ipse fundauit eam Altissimus,* ait, *B. Maria liber fuit, quia continuit in se diuinam Sapientiam, id est, Filium Dei, in libris enim continetur Sapientia descripta. Et ex hoc innuitur totalis eius puritas, scilicet in anima & corpore: Quia, vt Sap. 1. dicitur; in maleuolam animam non introibit Sapientia.*

Liber Maria excepit Sapientiã: ergo purissimus.

Sap. 7.

Antoni.

44\. Olim quidem *fecit Rex Salomon Thronum de ebore grandem.* 3. Reg. 10. Si fecit Rex sibi Thronum Marianum, quid non de ebore, sed de omnimoda puritate ac fortitudine construeret? Petr. Dami. ser. 1. de Nat. Mat. *Maria est Thronus ille mirabilis, de quo in Regum historia. Salomon enim noster non solum Sapiens, sed & Sapientia Patris fecit Thronum, vterum videlicet intemeratæ Virginis* (siue Virginem Deum parituram) *in quo sedit illa Maiestas, quæ nutu concutit Orbem. Sola eboris substantia capax est tantæ compositionis; nam fabricatur in ea, quod omnibus operibus præferatur.* Ergo Angelus, aut Adam, & Eua, minùs Virgine eburnei, si puritas Virginis Throni Deifici præferenda est. *Ebur mirabili candore relucet, & multâ præeminet fortitudine. Quid candidius illâ, quæ singularis aspectus sui gratiâ super cælestem curiam allicit ad videndum? Quid fortius illâ fortitudine, per quam Domini fortitudo vasa diripuit fortis?*

Maria Christi Thronus, totus eburneus, & candore, & fortitudine.

3\. Reg. 10.
Damia.

45\. En Arcam Noëmiticam, de qua Dominus: *Fac tibi Arcam de lignis leuigatis.* Gen. 6. Vt scilicet genus hominum à diluuij confluentibus vndis eripiatur. Officium Minor. in Festo Concept. *Factum est diluuium peccati per vniuersam terram, opertique sunt omnes montes excelsi Sanctorum.* Periit Maria? Arca est. *Arca verò Deifera eleuata est in sublime, & ferebatur super aquas.* Bernardus ser. 2. de Nat. *Arca Noe significauit Arcam gratiæ; excellentiam scilicet Mariæ. Sicut enim per illam omnes euaserunt diluuium; sic per istam peccati naufragium. Illam Noe, vt diluuium euaderet, fabricauit; istam Christus (qui est pax nostra) vt humanum genus redimeret, sibi præparauit. Per illam octo animæ tantum saluantur, per istam omnes ad æternam vitam vocantur. Illa facta est de lignis leuigatis; ista de virtutibus consummatis ædificata est. Illa siquidem ferebatur aquis diluuij; ista non sensit vllius vitij naufragia.*

Arca est Noëmitica in sublime eleuata, nec aquis diluuij communis culpæ.
Gen. 6
Officium Minorum.

Bernard.

46\. *Faciamus* (inquit Deus) *hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Formauit igitur Deus hominem de limo terræ.* Accingensque sese muliebri exædificationi, *ædificauit costam quam tulerat de Adam in mulierem.* Gen. 2. Catherinus asseruit vtraque conditione & Christi & Matris Conceptionem designari. Christus itaque ex limo terræ, Maria autem ex Christi ipsius costa coalescit. An perfectior Matris Conceptio? Nullus de immaculatâ Iesu Conceptione ambigeret, secùs de Matris exædificatione. Vnde Filius curauit Virginem figurari ex perfectiori materia exsurgentem, vt quæ niteret puritate cunctis innotesceret. Adde ex costâ Iesu Saluatoris, *vbi peccatores Crucem fabricauerunt*, specialissimè redemptam Mariam prodiisse: Passionis enim Dominicæ vi tanto fuit illa munere affecta. Ex Ambrosij Catherini didici, lib. de Concept. inferiùs euulgandâ sententia.

Maria ex perfectiori materia formata figuratiuè quàm Christus. & quare?
Gen. 2.
Cathet.

47\. Rursum clamat Dei parens: *Ab æterno ordinata sum.* Prou. 8. *Ab æterno tecta sum.* Vel, *A sæculo Princeps inaugurata aut initiata sum.* Rab. Dauid pulchrè legit: *A sæculo conflatilis in morem imaginis, quasi per fusionem quandam bonam in formam composita fuit.* Adamus cunctique eius filij Dei quidem imagines oblitteratæ, ille lacrymarum, nos Baptismi profluuio diluendi. At Maria perfectissima in bonam formam conflatur imago. Quid egeret reformatione imago illa, per quam generis cuncti imago reformata est? Tertullianus lib. de car. Chri. cap. 17. *Imaginem suam à diabolo captam æmula operatione recuperauit. In virginem enim adhuc Euã irrepserat verbum ædificatorium mortis:*

Maria Dei imago conflatur. Regis Dei Effigies norma.

mortis: in Virginem aquè introducendum erat Verbum adificatorium vita: vt quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur ad salutem. Quid mirum ab eo ab æterno tectam, quæ Christi parens, *Princeps* Angelorum & hominum inaugurabatur? Ex dictis præcipuè colligendum filios probos mirum in modum parentes commendare: arbor enim bona bono prædicatur à fructu.


Observatio IV.

Ad illa verba:

Ex quâ natus est Jesus, qui vocatur Christus.

An Christus ex Maria nasceretur, quam aliquando maculatam dignouisset?

Assero parentum gloriam, aut opprobrium, in filios exundare.



48. Natus ex Mariâ Dominus? Ergo Mater omninò immaculata. Nec enim ex ipsa nasceretur, me iudice, si eam aliquando infectam fuisse crimine reperisset. Quare? Respondet Sapiens fatus: *Gloria hominis ex honore parentum, & dedecus filij pater sine honore,* Eccli 5. Cur dedecus filij parentum infamia? Quia vix possumus filium immaculatum contemplari ex maculatis parentibus exortum.

Eccli. 5.

49. Profectò vt probem Christum nullum, secundum carnem, admisisse peccatum, illud mihi perspicuum argumentum. Ex Virgine absque originis labe concepta duxit exortum. An non Christus immaculatus prorsus? *Venit,* inquit, *Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam* Ioan. 14. Petrus autem; *Qui peccatum non fecit.* 1. Epist. cap. 2. Ad quæ Angelicus Doctor intendens Christi omnimodam innocentiam confirmare, ad cap. 14. Ioan. sect. 8. ait: *In Christo nullum peccatum erat, nec secundum animam. Ideò 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit; nec secundum carnem.* Vnde probas? *Quia ex Virgine absque originali peccato de Spiritu Sancto conceptus.* Igitur ad probandum Christum secundum animam peccatum non habere, vsus Doctor Petri sententia: *Qui peccatum non fecit.* Vt ostenderet autem peccato in corpore, seu in carne caruisse, nullum aliud efficacius argumentum Theologorum magister excogitauit, quam immaculatam Matris astruere Conceptionem: *Nec secundum carnem, quia ex Virgine absque originali peccato conceptus.* An non necessariò hæc sententia Virgini accommodanda? Ita planè, tùm quia aliàs ipsa conclusio pro ratione redderetur: tùm quia conceptum fuisse Christum ex Virgine præcisè; haud sufficiens ratio, vt absque peccato ipse secundùm carnem adstrueretur.

D. Thomas asserit ideò Iesum absque peccato in carne ostendi, quia ex Virgine sine originali labe conceptus.
Ioan. 14.
1. Pet. 2.
Thomas.

50. Rogitat Paulus: *Quæ conuentio Christi ad Belial.* 2. Cor. 6. Nulla planè. Certè si Maria absque labe concepta non esset, aliqua conuentio Christi ad Belial adstrui posse appareret. An non mater & filius singulari vnitate inter se copulantur? Aristoteles Ethic. 8. *Filij à parentibus sunt velut alteri ipsi inseparati.* Quàm arcta huiusmodi inter Christum & Mariam necessitudo! Petr. Dami. ser. 2. de Nat. *Quarto modo inest vni creaturæ, videlicet Mariæ Matri identitate, quia idem est cum illa. Hic taceat & contremiscat omnis creatura, & vix audeat aspicere tantæ dignitatis immensitatem. Habitat Deus in Virgine, cum qua vnius naturæ habet identitatem.* Imò & gratiæ similitudinem, & quodámodo vnitatem Aug. edocuit, hom. 4. de Assumpt. *Si vnitatem potest facere gratia, sine proprietate specialis naturæ, quantò magis vbi gratia vnitas & corporis est specialis natiuitas. Hæc quippe gratia vnitas, quæ à Christo seruatur credentibus in Christum, si Maria etiam minus sapientum æstimatione non tollitur; quantò magis cùm gratia vnitate ipsa specialitas naturæ vnam efficiat Matrem ac Filium, Filium ac Matrem?* Quæ igitur conuentio Christi ad Belial? Quæ conuentio Mariæ? At si Mariæ ad Belial aliqua conuentio, idem de Christo consequenter non videretur affirmandum? *Quis igitur mihi dic, quæso* (loquor cum Anastasio Synai. lib. 6. anago. quæst.) *aut ex hominibus, aut ex dæmonibus audebit dicere, quòd ea quæ est eiusdem simul cum Deo essentia,* quod ad carnem attinet non sit ad imaginem & similitudinem eius, qui est ex ipsa natus? Quomodo est enim Mater eiusmodi Filij, non ferens in se *illæsam fœtûs sui imaginem.* Proximam particulam expendo; Imago enim Filij Dei quasi in Matre maculata læderetur. D. Thomas ad Eccli. 5. *Virgo non esset idonea Mater Dei, si peccasset aliquando.* Idem, si aliquando peccatum contraxisset, *quia honor parentis redundat in prolem.*

Si Maria originali labe infecta esset quodam modo Christi ad Belial conuenientia.
2. Cor. 6.
Arist.
Damia.
August.
Synai.
Thom.

Isaias affirmauit profatus: *Egredietur Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Cap. 11. Cur flos Christus oritur è radice; quia (vt Obser. proximâ vidimus) Mariæ Conceptio figuratur? Quia ex Conceptione Matris immaculatâ, aut labe communi infectâ cẽsendus Dominus immaculatus, aut infectus. Tertullianus lib. adu. Iud. c. 9. *Christus ex stirpe Iesse deputatus, per Mariam scilicet, & inde censendus.* Per Mariam deputatur ex radice; *Et flos de radice eius ascendet.* Ergo si radix esset infecta, Christi honos haud immaculatus putaretur ex Virgine. 51.

Ex Conceptione Matris Iesus deputatur.
Isai. 11.
Tertull.

Patrem Christus exorat; *Erue à frameâ Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Psal. 21. Vbi Lorinus frameam explicat mortem. Quænam Christi anima? Arnoldus Carnot. *Christi & Mariæ vnus spiritus.* O Pater à morte originalis culpæ, à diabolo cane insidiante Matris originem, meam animam, meum vnicum spiritum erue. Quasi spiritui Domini commune periculum immineret. 52.

Liberata Maria à framea, quasi liberatur Christus.
Psal. 21.
Arnol.

Eò tendit Pater, quasi respondens Nato precanti: *Hora surgendi non retricet, præcurre autem prior in domum tuam, age conceptiones tuas.* Eccli. 32. Expeditus assurge ô Fili, peccato diluculo properanti, præcurre in domum Marianam, tuam vtique. Adiuua eam *manè diluculo,* agens scilicet *conceptiones tuas,* Matris & Filij 53.

Filij simul conceptio agitur. Nam si maculata Matris conceptio, tua vtique conceptio labe adstrueretur infecta. Vnde vtriusque Conceptionis causa peragitur. Annon Deiparens Christi domus augusta? Chrysologus ser. 15. *Accepit Christus hospitium in aula Virginis, vt de pollutione humani corporis nihil haberet.* Præcurrit etenim, suásque egit sedulò conceptiones; ex immaculatá enim Matris conceptione propriæ immaculatæ originis exsurrexit opinio.

53. *Bona aut mala Conceptionis Mariana opinio redūdat in filij.*

Ipse profitetur ingenuè: *Pulchra es, amica mea, suauis, & decora.* Cant. 6. Illud: *suauis* sic legit Nyssen. Pulchra es sicut beneplacitum. Ambrosius autem, *sicut opinio bonorũ*, siue *Opinio bona.* Ac si diceret: Pulchra tibi, ô Mater, & opinio bona mihi. Non dixit opinio boni, sed *opinio bonorum*; quia ex præseruatione Mariæ, ne caderet, pendebat omninò non solùm ipsius Matris opinio, sed & Filij. Audiendus Ambrosius lib. 1. de Virg. *Pulchra es amica mea tanquam beneplacitum. Non caduci ista est corporis pulchritudo, sed nullis obnoxia casibus opinio bonorum.* Nam opinio asserens Mariam non cecidisse, quasi bona Christi minimè excidentis opinio; Mater enim & Filius quasi bonis communibus perfruuntur. Vnde pulchrè Arnoldus de Laud. Virg. *Quòd Maria prædicatur gratia plena, manifestum est, indiuiduam esse Matris & Filij gloriam, & commune esse vtriusque præconium.* Ergo si Mariã aliquando gratiã vacuam fuisse proferretur, manifestum esset, indiuiduam esse Matris & Filij infamiam ac malorum opinionem, & commune esse vtriusque improperium. Ediscant parentes actionibus iustis dare operam, vt eorum gloria exũdet in filios; communis namque parentum ac filiorum tam gloria, quam opprobrium.

Observatio V.

Ad illa verba:

De quã natus est Iesus, qui vocatur Christus.

Religionum Chorus immaculatæ Conceptionis concinit priuilegium.

Vbi doceo prauos socios fugiendos; Pium iudicem esse beneuolentiam: Maximum Dei donum, à culpá præseruari: Pulchrum esse, piè de proximo opinari: Debitores Deo, qui à malis imminentibus liberantur: Vnum hominem fidelem magnum Dominum Deum efficere; Iustitiam vel hîc beatam: sanctorum sequenda vestigia.

54. *Sacræ Religiones Mariæ Conceptionē concelebrãt.*

NON iniucundum lectori duxi, si Conceptionis elogium huic inseruiẽs instituto (quod è suggesto nuper peruulgaui, post reliquarũ Religionum præconia octauo solemnis die) calamo expressero. Contemplor Mariam Dominicá die conceptam lucem esse primá lucẽ creatam (è cuius globo Deus cuncta accendit Luminaria diebus hebdomadæ coruscantibus, de quo Pererius) vt ortus primi fulgor cunctis Religionibus veluti Planetis cælestibus adhæresceret. Dominus Mariæ: *In electis meis mitte radices.* Eccli. 24. Vbi Richardus Laurenti. lib. 12. asserit per electos, in quos radix Mariæ immittenda, signari Patriarchas Abraham, Isaac, Iacob, Iudam, Phares, &c. queis spiritualiter Religionum Patriarchæ innuuntur. Radix ergo, Conceptiové Mariæ radices immittit in electis Patriarchis, quorum testimonio eius puritas comprobatur. At simul Patriarchis sanctissimis Religionum Patriarchæ Marianæ Conceptionis purissimæ assertores, ac celebratores obiiciuntur, qui quidem celebri hebdomades circulo à prima inchoato luce Planetas splendidissimos imitantur lumine Conceptionis Mariæ coruscantes, ex eo profectò capite, quo Pareus Saluatoris: *Ex qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

Eccli. 24. Richard. Laur.

Capvt I.

Abraham siue Benedictus, Bernardus, reliquique Monachorum Patres Dominica prima die Mariam instar Solis electam, nunquam passam defectum filiorum Adami adstruunt.

55. *Benedictus Sol fulgens Mariam sine defectu lunæ asserit, vt sol electam.*

FIlij *Abraham.* Pater ille Patrum. *Pater multarum gentium.* Quo quidem exprimitur Benedictus & Bernardi, & Hieronymi, & Brunonis, & Romualdi, cũctorũmque Parentum Monachorum facilè Pater. Cui certè adnatus Solis dies, omnis fœcunditatis origo, omnimodæ lucis fons, Mariam celebrat Lunã pulcherrimam, at Solis in morem nunquam deficientem. *Pulchra* (inquit sponsus) *vt Luna, electa vt Sol.* Cant. 6. Maria in morem plenæ lunæ tota immaculata; at instar Solis nũquam deficiens, nunquã tenebrarũ vicissitudini cedens. Ambrosius Ansbertus. *Imo pulchrior luna Maria est, quia tota pulchra est, & macula non est in ea, nec vicissitudinis obumbratio.*

Cant. 6.

56. *Eua Luna in morem passa defectũ Draconis vulnere; Maria perfecta ostenditur Dracone vulnerato. Synai.*

Lunæ domicilium duplici constat circulo eccentrico, & concentrico (vti supra vidimus) figura quadam diuiduntur *Draco magnus* vocitata, vbi tam lunæ plenitudo, quàm eiusdẽ defectus assolet euenire. Euæ lunæ mutabilis ecclypsis apud caput Draconis cõtigerat, cùm serpens protulit: *Eritis sicut dij.* At Mariæ plenæ lunæ apud idem Draconis caput constãria Solis electióque lucidissima rutilauit. Anastasius Synai. Benedicti filius. *Luna Eua ænigma est. Certè defectus lunæ est, quando luna est plena. Quòd si lucis defectum, & imminutionem, & rursus*

sus renouationem vis etiam videre in Eua, sicut in luna: defectum sustinuit Eua propter inobediētiam. En in capite Draconis Eua Luna mutatur. *Eius tamen luminis defectum restituit lux vera, quæ ex ipsâ processit. Ex secundâ, inquam, Euâ Christus tanquam ex quapiam plenâ lunâ Maria quæ nunquam minuta est, aut defecit.* Apud caput enim Draconis rutilans, omnino comminuit, quia Christi futura (Solis scilicet) parens: *Ipsa conteret caput tuum.*

57. *Eua discalceata morsū Draconis passa est, Maria calceata Draconis caput comminuit.*

Admorsus profectò pes Euæ, pulchri olim luminaris, quia discalceata erat; vnde detracta ex morsu globi particula luna imminutionem passa est. At Mariæ circulus perfectissimus apparuit æternùm; quia calceata cum esset, (fante Domino: *Calceaui te hyacintho.*) pars nulla à serpente attracta: imo calceata lapide siue diuina protectione munita serpentis caput comminuit. Rupertus ad illud Cant. 7. *Quàm pulchri gressus tui in calceamentis, filia Principis*, fatur: *Idcirco ancilla, nempe Eua calcaneum à serpente admorsum, quia discalceata erat. Tu verò ô Filia Principis* Maria, probè calceata *serpentis caput contriuisti.* Sed Munachi apud desertum commorantes Virginem in deserto constituant.

Cant. 7. Rupert.

58. *Omnes velut luna mutati, præter Virginem solitariam, seu à communitate filiorum Adæ abstractam.* Cant. 3. Rupert.

Omnes homines, stulti quidem ex crimine, *sicut luna mutantur.* Cur ergo Maria sola imminutionem passa non est? Quia solitaria semper fuit, nec turbæ filiorum Adami adnumerata. *Quæ est ista* (Angeli clamant) *quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris?* Cant. 3 Instar virgulæ aromarum rectæ quidem siue peccati errore tendit Deipara *per desertum*, nullo Adæ filio comite pergit. Rupertus bellè: *Animum habens valde solitarium.* Sola adest Maria, haud communicati hominum addicenda; vnde licèt *omnes mortui* sunt, & *in Adam peccauerunt*, sula Virgo nec mortua est, nec peccauit; quia animum valde habuit solitarium.

59. *Communem sententiam fugit, quia solitaria erat.* Esth. 14. Rupert.

Pergit Abbas: *Quemadmodum Esther cùm esset Regina, veraciter tum dicebat: Domine mi, qui Rex noster es solus, adiuua me solitariam. Quanto magis tu vera solitaria, & quæ quasi in deserto eras?* Ille locus expendendus: *Adiuua me solitariam.* Esth. 14. Imo quia solitaria erat Regina Esther, à Rege protectione & adiutorio affectam iam fuisse ipse Princeps aperuit. *Quid habes* (ait) *Esther Regina? Non morieris; nō enim propter te, sed propter omnes hæc lex constituta est.* Tu ô sponsa Regis solitaria es, minimè cum seruorum turba computanda. Vnde licèt Hebræa, tamen à communi sētentia præseruata. Ideo tu ipsa te esse omninò liberam à clade manifestas, dum inquis: *Adiuua me solitariam. Quantò magis* tu ô Maria Regis æterni sponsa, quæ solitaria verè eras, & in deserto à Domino constituta cùm in vtero haberes, hoc est, quia Mater Saluatoris. Ad desertum rapitur illa fœmina, solitaria adstat coram *facie serpentis*, quia Deum erat paritura, Apoc. 12.

60. *Ex Bernar. de cœna Domini.* Bernard.

Omnes itaque pereunt, & instar lunæ mutantur, solitariâ solâ Virgine & eius Filio exceptis. Bernardus Benedicti germen confirmat serm. 8. in Cœna Dom. *Non est in filiis hominum magnus, vel paruus, tanta præditus sanctitate; hoc tanta religionis priuilegiatus honore,*

qui non in peccatis fuerit conceptus, præter Matrem Immaculati peccatum non facientis, sed peccata Mundi tollentis. Quam feliciter Virgo à prauorum abstracta cœtu eximitur, vt edoceamur improbos socios effugere ad motum rectitudinem conseruandam.

Capvt II.

Isaac seu Augustinus die lunæ Mariam sine quæstione absque originis labe commendat; quia omnia danda Dei genitrici.

61. *Augustinus ex puteo Scripturarū sine quæstionibus, Mariā sine labe profitetur.*

A*Braham genuit Isaac*, puteum profundissimum Scripturarum reserans, potabilémque sapientiæ aquam hominibus exhibens; de quo Interpretes. Annon Isaac Augustinus, qui putei Scripturarum præses salutiferam fidelibus vndam propinat? Dies Lunæ ei feliciter contigit, quæ Regina aquarum, cuius imperio pelagus intumescit, & sedatur, incrementum accipit, & imminutionem. Porrò Augustino non iam puteus, sed pelagus sapientiæ cedit. *De qua*, inquit, *natus Iesus.*

62. *Asserit Mariam Dei Matrem Filij puritate nitere.* August.

Scripturarum igitur putei præses sic post ipsarum euolutionem de Maria scripsit in expos. symb. *Secundùm fidem sanctarum Scripturarum Maria Virgo sine naturali semine concepit Deum; quia qui venerat abolere malum originale, quod trahimus omnes nati ex commistione maris & fœmina, conueniens erat, vt legi peccati nostri (quæ per duorum concubitum verificatur in prole) Dei Mater non teneretur obnoxia.* Nun rectè concludere videtur; deberet enim sic inferre: *Qui venerat abolere malum originale, quod trahimus, conueniens erat, vt legi peccati nostri non teneretur obnoxius.* Cur ergo Virginem arguit sine labe conceptam adstruens Filium venisse ad abolendum malum originale: & non potiùs ipsum Christum ab huiusmodi maculâ liberauit? Quia cum Maria Christi sit Mater, idem fuit Virginem liberam à peccato originali ostendere, ac Christum omnino immacularum adstruere. Id quod Doctor serm. 20. ad fratr. asseruit. *Maria Mater electa est, & super omnes creaturas prælecta, omnibus gratiis fœcundata, vt de mundissimâ Matre mundissimus Filius nasceretur. Et sicut in cælo Filius habuit Patrem immortalem, & æternum: sic & in terra haberet Matrem omni corruptione carentem. Igitur in cælo qualis est Pater, talis est Filius: & in terra qualis est Mater, talis est & secundum carnem Filius.* Idem igitur est inferre: Christus venerat abolere malum originale: Ergo Mater ab originali malo fuit præseruata: ac si inferretur: Ergo Christus legi peccati non fuit obnoxius.

63. *Maria dandum sine quæstione quodcumque priuilegium.* August.

Altiùs quidem Augustinus ex puteo profundissimo Cōceptionis immaculatæ crystallorum propinator easurgit. Nam cùm cuncta perlustrâsset Scripturarum arcana, postquam vltrò citròque cunctorum mysteriorum mysteria discusserit, profatur lib. de Nat. & gra. cap. 36. *Exceptâ Virgine Matre, de quâ cum de peccatis agimus, nullam volo prorsus habere quæstionem*

quæstionem. Quodcumque Mariæ priuilegium rationi consonum, ei sine quæstione dandum. Quid discutis, num fuerit ab originali labe præseruata, nec ne? Mater Dei est? Da ergo illi sine quæstione à communi clade liberationem ex Filij merito.

64. Isaias fauens inclamat: *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron.* Cap. 32. Candiditate plenus Libanus, Carmelus & Saron fructibus stipari. Omnis candor & innocentia Mariæ, ex quo cælesti Iesu fructu honoratur. Hæc gloria ei datur vltroneè, non ex vi consequentiæ proposita quæstione necessariò ceditur. *Data est ei* gloria candoris; nullam prorsus volo habere quæstionem. D. Bernardus confirmat Prophetę testimonium, pulchrè Augustini sententiam expendens, ser. 4. sup. *Salu. Libanus mons, qui dicitur Dealbatio, significat, ô Virgo, altam præ omnibus innocentiam tuam. Innocens fuisti ab originalibus & actualibus peccatis, nemo ita præter te.* Hæc gloria datur tibi sine quæstione. *Vnde* (adiicit) *authoritas Augustini: Cùm de peccatis agitur, nullam de B. Maria volumus fieri quæstionem; ex eo enim credimus ei collatam virtutem, ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eum, qui nullum habuit peccatum.* Ponderat Clareuallensis Abbas illam particulam: *Ex omni parte. Ex omni parte inquit, hoc est ex parte originalis, & ex parte actualis peccati.* Gloria itaque Libani data Mariæ est Non quæramus cum datum fuerit hoc Matri Dei priuilegium. Bellè idem Augustinus Epist. 3. ad Volus. *Hic si ratio quæritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus Deum aliquid potuisse, quod nos fateamur inuestigare non posse.* Demus igitur, non quæramus, priuilegium hoc Matri Dei sine quæstione detur libentissimè.

Domus Mariæ Matri Dei omnimodæ innocentiam sine quæstione.
Isa. 32.
Bernar.

65. Audi Sponsum; *Pulchra es amica mea, suauis & decora.* Cant. 6. Bis pulchra & decora appellatur Maria, vt ostendatur constans animi amantis de puritate Mariana opinio. Illa particula, *suauis,* sic expenditur à Nysseno: *Pulchra es proxima mea, sicut beneplacitum, & decora.* Ambrosius autem: *Nullis obnoxia casibus opinio bonorum.* Tàm pulchra, tàm decora Dei Mater, vt de ea sentire libeat, sicut de re quæ placet; vnde constans sit nostra de eius purissimâ Conceptione opinio. Et quodnam iudicium, non constanter quodcumque possit dabit Dei genitrici, quam tantâ prosequitur dilectione. Ideò Nyssenus illam dictionem *Beneplacitum* explicat *Beneuolentiam.* Exigua tua beneuolentia, si de Dei Matre non magnificè sentis, si quæstiooi committis eius præconia, si ex vi consequentiæ eius Conceptionis priuilegia cogeris prædicare Collige beneuolentiam pium iudicem, & magnificum de dilecto commendatricem.

Pulchra Maria, sicut dat beneplacitum & dilectio opinari, quod ex quæstione minimè pendet.
Cant. 8.
Nysse.
Ambro.

Capvt II.

Iacob seu Dominicus cum Prædicatorum exercitu fortissimo pro purissimâ Mariæ Conceptione decertat acerrimè.

66. Isaac autem genuit Iacob, Strenuus ille miles, qui cum Angelo decertauit, Dominicum refert pro purissimâ Conceptione pugnantem, cui appositè dies Martis adscribitur Gallorum Ducis. *Dimitte me* (aiebat Cælicola) *ecce iam ascendit aurora.* Si precibus, ô dux Dominice, ac argumentorum vi conaris ostendere Mariam nunquam tenebris offusam; en exortus eius Auroræ assimilatur, instar aureæ horæ instans illud Conceptionis rutilans apparet.

Dominicus pugnat quousque Maria instar Auroræ tota lucens appareat.

67. Quàm fortiter Dominicus pugnauit: *Formauit Dominus Adam de limo terræ.* Gen. 2. Nunquam maledicta tellus, è quâ exsurgit Adamus, & maledicta terra Virgo, ex qua secundus Adam erat proditurus? Protoparentem Familiæ Prædicatorum audite, Tract. de Corp. Christ. *Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & nunquam maledictâ formatus; ita decuit in secundo Adam fieri.* Imò potiori iure decebat fieri in Adamo secundo primi ac filiorum ejus reparatore.

Maria terra nunquam maledicta, vt ex ipsa secundus prodiret Adamus.
Gen. 2.
Domin.

68. Dominus constructioni creaturarum accinctus ait: *Fiat lux, & facta* (inquit Moyses) *est lux.* Gen. 1. D. Antoninus Archiepisc. Florent. tom. 4. ti. 15. c. 4 § 2. affirmat successiuè sex Virginis mirabilia in operibus sex dierum celebrari. *Successiuè narrantur opera sex dierum in principio facta designantia sex mirabilia Dei facta successiuè in Virgine Maria, & primum opus est Conceptio. Ibi dicitur figuratè: Fiat lux, & facta est lux; in hoc præfigurans & præordinans conceptum Virginis, cuius vita lucem dedit seculo.* Lucem quidem dedit non solùm exempli, sed & Christum magnum luminare mundum illuminaturum protulit. Hinc quidem id est ex maternitate, ex partu lucis, ipsa vti lux concipitur. Docet enim Doctor Conceptionis miraculum in creatione lucis designari. Si miraculum, quonammodo ex iniuria communi? Si lux ipsa Conceptio, quomodo originalis tenebræ expers non fuit?

Conceptionis miraculum in lucis exprimitur creatione, quia non communis exemptio, quia sine tenebris.
Gen. 1.
Antoni.

69. Affirmaturus Angelus Dominum specialissimè in Virgine habitaturum. *Quod nasceretur ex te,* priùs ipsam in gratia conceptam asseruit: *Aue gratia plena,* Luc. 1. *Aue,* id est, ab omni væ immunis. Sic Hugo Card. *Aue sine væ triplici corruptionis, & doloris, quod incurrit Eua per peccatum, quod ab ea omnes mulieres, præter Mariam, quasi iure hæreditario contraxerant.* Sola non contraxit Maria, quia sola crimine fœdata non fuit. Et cap. 20. in Luc. *Primū Mariæ priuilegium est immunitas à peccato.* At Magnus Albertus triplex væ, à quo Mariam immunem fuisse fatetur ipsum peccatum originale, mortale, ac veniale (*Super missus*) exponit. Sapientissimè enim à seipso dissensit, vt Canisius adnotauit, hanc scribens pulchram Alberti sententiam, lib. 5. cap. 27. *Hæc enim Virgo sola a communi illa regula excipitur: Omnes in Adam peccauerunt.*

Maria sine væ originalis culpæ, quæ Dei parens.
Luc. 1.
Hugo Card.
Albert.

70. An Angelicus Alberti Discipulus Theologorum Doctor egregius pro Deiparentis purissimâ Conceptione non militauit? *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.* Cant. 4. Colligit Thomas simpliciter asserendum Virginem ab omni actuali imperfectione immunem fuisse, vt tota pulchra possit prædicari. Celebris Discipuli docti planè Ambrosij Catherini argumentatio alibi data, lib. 3. de

A tota pulchra Maria omnem maculam & actualem & originalem amouenda necessariò est.
Cant. 9.
D. Tho.
Cather.

Conc.

Conc. inquit (quia pulchra sententia bis proferenda) *Si ergo aliqua venialis peccati, vel leuis macula Mariæ adhæsisset, non vtique in ipsam secundum vim suam quadrarent verba illa: Tota pulchra es, amica mea. Si igitur ad pulchritudinem istam comparandam, vnius etiam peccati venialis maculam à Virgine remouere opus est: quis asserat teterrimam illam peccati originalis labem cum tanta pulchritudine componi, & copulari potuisse; ita vt nihilominus tota pulchra, & sine macula prædicari debeat.* Mirarer si Doctor Angelicus non totam sine originali labe pulchram ratione illigatus ipsâ asseruisset. Tota pulchra creatura dari potest sine aliqua contagione peccati. Talis Maria Dei Mater est. *Puritas* (inquit 1. dist. 45. q. 1. a. 3. ad 3. *intenditur per recessum à contrario, & ideò potest aliquod creatum inueniri, quo nihil purius esse posset in rebus creatis, & nulla contagione peccati inquinatum sit. Et talis fuit puritas B. Virginis, quæ à peccato originali & actuali immunis fuit. Fuit autem sub Deo in quantum erat in eâ potentia ad peccandum.* Imò non modò in potentia, sed in statuto. De quo se locutum, cùm contrarius videtur asserere ipse testatus Frantino Episcopo Patauino, si Bustn credendum scribenti Doctorem Angelicum Antistiti apparuisse; profatúmque: *Scias Domine Episcope, quòd quando talem opinionem posui, solum habui respectum ad diuinum statutum, quo B. Virgo peccatum originale e[...]abere debuerat, nisi per Filium suum esset præseruata.* Au non méteé sine ambiguitate expressit, cùm scripsit in exp. Ang. salut. *Ipsa purissima fuit quantum ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum habuit.* Quid aliod exposuit, cùm asseruit sanctam natam Deiparam, quia Ecclesia eius celebraret Natiuitatē. Suarius apprimè collegit mentem, quâ nunc esset in purissimam Conceptionem, magnum Doctorem exposuisse, dum aspiceret eius festum celebrari ab Ecclesiâ, quæ sicut non celebraret festum Natalitij nisi sanctificatæ Mariæ, nec Conceptionem coleret nisi omninò immaculatam profiteretur. Mitto plura.

71. *Non obstante generali propositione Pauli stat purissima Mariæ Conceptio.* Quid de generalibus Pauli sententiis: *Omnes mortui sunt, Omnes in Adam peccauerunt?* Omnes quidem præter Mariam. Potest enim ipsâ exceptâ verbum illud *Omnes* verificari in reliquis. *Turbatus est* (Magis aduentantibus) *Herodes Rex, & omnis Ierosolyma cum illo.* Mat. 2. Require, num Simeon & Anna Prophetica fuerint affecti turbatione? Quid turbarentur, si Regem nasciturum Simeon ex Spiritus Sancti monito sciebat. Anna verò Ierosolymæ, Mundique totius redemptionem expectabat. Turbatio equidem non tàm lætitiæ quàm calamitatis imminentis effectus. Si non turbati illi, qui ad Ierosolymæ Ciuitatem pertinebant. Quonam modo possunt verba illa verificari? *Et omnis Ierosolyma cum illo?* *Stat autem* (Caietanus ait) *quòd multi iusti læti fuerint, audientes suum Messiam natum.* Ergo si exceptis è communitate Ierosolymæ pluribus stat verificari propositionem illam generalem: *Turbata est omnis Ierosolyma.* Vnâ exceptâ Mariâ non verificabuntur illæ generales propositiones: *Omnes in Adam peccauerunt; Omnes mortui sunt.* Heruæus Natalis eiusdem Prædicatorum familiæ, in 3. dist. 3. expendens illud. *Ergo omnes mortui sunt* (inquit.) *Omnes itaque mortui sunt in peccatis nemine excepto, dempta Matre Dei, sine originalibus, siue voluntate additis.* Cum omnes mori verificatur, cum nemo excipitur, *stat tamen*, quod Maria excepta intelligatur. Et Vincentius Ferrar. ser. 2. de Nat. illud expendens: *Fiat lux*, ait: *Non credatur, quia fuit sicut in nobis omnibus, qui in peccatis concipimur; sed statim atque anima fuit creata, fuit sanctificata, & statim Angeli in cælo fecerunt festum Conceptionis.* Omnes igitur in peccato cōcipiuntur, præter Mariam, quæ Mater Dei futura haud erat cum communitate vulgarium deturbanda; materna exprimam lingua: *la Madre de Dios no auia de entrar adocenada con la chusma de los esclauos.* Vincent.

Si mortua non fuit Maria Christus pro ipsa mortuus non est. Profectò & ideo Matrē morruam nō fuisse prædicamus, quia Christus pro illa specialissimè occubuit, vt redimeret parentē antequam in mortem incideret. Dormiente Adamo Eua è latere eius pulcherrima exsurgit. Gen. 2. Ad quæ Ambrosius Cather. lib. de Conc. c. 4. asserit in ædificatione Euæ Cōceptionē Mariæ designari. *Cæteri omnes, qui secundum carnem nati sunt, post peccatum nati sunt, & parentes peccatores habuerunt. Sola Eua habuit parentem suum Adamum nondum peccatorem, à quo educta est. Ita Christus Mariæ soli non fuit peccator, quam ab omni peccato præseruauit.* Igitur sicut Eua ex primo Adamo haud peccatore sancta nascitur, Maria ex Christo minimè peccatore sine crimine exoritur. An redempta? Profectò sicut Eua è soporato Adamo pura egreditur, Maria ex somni mortis sopore correpto Iesu purissima educitur. Superiùs Doctor. *Et quam pulcræ tunc educta est, cùm in soporem coniectus est Vir ille. Vt intelligas etiam Virgini opus fuisse Christi morti, vt ex eius latere isto modo illi beatissima educeretur; Tunc enim Dominus quasi in soporem coniectus est, quando velut nihil sentiens, & nullam sui ipsius velut rationem habens passus est opprobrium Crucis. Sed magno vtique Dei consilio factum, vt inde primum hæc Eua nostra sancta prodiret viro similis, vt omnium verè viuentium Mater fieret. Vnde Virago hæc verissimè dici potest, quia de Viro Christo educta est, & per Virum fortis, & cum illo, quoniam ante omne peccatum educta est ipsa sola de costa. Ita Christus pro illa vt peccatrice deprecatus non est; sed ne fieret peccatrix.* Collige quàm specialiter debitor Deo ille, quem à casu præseruauit; maioris etenim dilectionis documentum est, non permittere, vt cadam, quam post casum lethalem redimere. 72. *Adhuc redemptrix fuit non mortua in peccato Mariæ; quia ex ipsa merito acceptis a morte, quod in Eua eductione expressum.* Gen. 2. Cather.

CAPVT IV.

Iudas & Fratres, id est, Seraphicæ Familiæ sex Doctores, velut sex Mercurij alis volitant, vt opinionis piæ gloriam vbique proferant.

IAcob autem genuit Iudam & fratres eius. En fratrum Minorum vberrima progenies duodecim Tribuum dilatatione figurata

Senis alis Maria gloriã præfert.

gurata. Cui quidem Seraphici Mercurij cõrigit aptè dies. Seraphicum vocitaui, quia senis alis instar Seraphini à diis donatus eorũ ouncius obiicitur, nudus planè, vt Seraphici Ordinis gloriam prædicaret. Profectò ex innumeris pene Doctoribus, qui ex Minorum familia purissimæ Cooceptionis lucẽ protulere, sex solùmodo memorabo, qui diuino Verbo (Mercurium dixero cœlestiũ arcanorum euulgatorem) Seraphico planè sex alas adiiciam, quibus Mariæ sine labe conceptæ opinio possit auolare.

74. Ego (Maria clamat) *quasi vitis fructificaui suauitatem odoris*. Eccli. 24. Miru vitis fructificatio odoris suauitas. Annon vitis bottos vuarum germinat? Cur igitur odorem se Maria fructificare affirmat? Profectò botrũ Christum Maria vera vitis protulit, At vt ⁊l tãtum partum digna esse ostentaretur, priùs suauitatem odoris fructificauit, hoc est famã, ac opinionẽ suæ originis commendauit. Audi meũ Antoniom. Paduensem (qui cum à Caietano & Corduba aduersarijs suæ sententiæ auxiliaris vocetur, nihil in Coocionibus de sanctis ac de tempore contra Conceptionẽ purã statuit) Dom. 3. in Quadrag. *Maria vitis dicta, quia vim habet cu ns radicandi, vel quod innitens se innectit; quu quidem B. Maria præ cæteris citius & altiùs in Dei amore fuit radicata.* En priùs quàm Maria vitis botrum Christũ proferat, de alia fructificatione curat. Radicari enim citiùs præ cæteris (conceptionis scilicet instãti) in Dei amore, eius primarius fructus: *Fructificaui suauitatem.* Præ cæteris citiùs? Ergo in Cõceptione sancta, quia aliàs haud præ cæteris in Dei amore radicata diceretur, si Ieremias, & Ioannes in vtero sanctificati sunt. Et Dom. 1. post Epiph. negat Paduensis in Virgine fuisse pœnitentiam, dolorem, & animi amaritudinem; *quia nullum in eu fuit peccatum.*

Vt vitis Maria botrum Christũ proferret, priùs odorem Conceptionis purissimæ germinauit. Eccli. 24. Antonius. Paduen.

75. Sponsus cecinit: *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.* Cant. 4. Aliàs pro *amica*, *proxima*, O Mater tam proxima mihi, vt ex tuis visceribus carnem assumpserim, omnimoda pulchritudine stipata nites. *Macula non est in te.* Fatemur, (inquiunt aduersarij) eo Maria de præsenti maculam non esse, sed tamen aliquando fuisse; ideo non ait *Macula non fuit in te*, sed, *non est*. Occurrit pulchrè Alexãder Halensis, qui postquam docuisset in 3. dist. 3. q 9. Virginem in originali conceptam, cùm eãdem opinionem publicè dictare pararet, morbi ingruentis vi correptus, oppositæ redditur sententiæ propugnator egregius verè Seraphicus sapiens Patris ingenium. Vndè à morbo recreatus salutari libellum de pura conceptione edidit ad prædicta verba: *Tota pulchra es, &c.* passimque solitum proclamare asseritur: *Maria Domina mea tota pulchra es, & formosa, & macula originalis aut actualis in te nunquam fuit.* Vt non solum Mariam de præsenti sine macula prædicarit: *Nunquam fuit.*

In Matre Dei nec est, nec fuit macula. Cant. 4.

Alexan. Hallen.

76. Matri Dei futuræ illico Archangelus: *Spiritus sanctus superueniet in te*, cùm iam ipsam gratia plenam prædicasset: *Aue gratia plena*, Luc. 1. Illam pende particulam: *Superueniet.* Num antea Paraclitus in Virginem venerat? Ita planè cum vt tota pulchra Maria in conceptione prodiret, eam ex meritis Iesu redimit à macula communi, quam contraxisset, nisi speciali simo munere donata esset. Sic exponit Bonauent. ser. 1. de Virg. *Dico primè, quòd Domina nostra fuit plena gratia præueniente in sua sanctificatione, gratia scilicet præseruatiuã contra fœditatem originalis culpæ, quam contraxisset ex corruptione naturæ, nisi speciali gratiá præseruata præuentáque fuisset. Solus enim Filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, & ipsa Mater eius Virgo. Credendum est enim, quòd nouo sanctificationis genere in eius Conceptionis primordio Spiritus sanctus eã à peccato originali, nõ quod infuit, sed quod infuisset, redemit, atque singulari gratiá præseruauit.* Redemit, inquam, quasi Christi Domini morituri ei merita applicando.

Maria Mater Dei futura ab Spiritu sancto redempta est. Luc. 1. Bonau.

77. Contestatur Nicolaus de Lyra. exponẽs eãdẽ Lucæ sententiã. *Spiritus sanctus superueniet in te, c. 1. superueniet quidẽ ad cõceptionẽ Filij Dei, quia iam venit ad conceptionem Matris.* Profectò nõ deceret tanti Filij maiestatẽ, concipere Mariã ex Spiritu sancto veniente; sed ex superueniente. Nam vt documentum assumeret Spiritus sanctus (sic fari liceat) num Maria digna Filij Dei Mater eligeretur, operæ pretiũ fuit in ipso cõceptionis Mariæ puncto venire, vt eam à cõmuni labe præseruaret, præseruatámque Dei efficeret ex superuẽtione parentem. *Bene dixit: Superueniet in te; quia priùs venerat Spiritus sanctus super Virginem adhuc in vtero existentem, illam ab originali præseruando. Sed in conceptione Filij Dei superuenit Spiritus sanctus.* Vt scilicet eadem Dei potentiã perficeretur mysterium Incarnationis, quã Conceptio Mariæ perfecta fuerat.

Vt Spiritus sanctus superueniret in Virginem efficiendam Iesu Matrem, venerat in ipsã sine labe concipiendam. Luc. 1. Lyra.

78. Christus Matris sine labe conceptæ gloriã prædicauit, cùm de Ioanne sic: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptistà.* Mat. 11. Annõ Iesus de muliere natus? Paulus, *Factũ ex muliere, factum sub lege.* Id quod etiam de Maria affirmãdum. Ergo Ioannes maior Christo & Maria. Quod cũ falsũ sit omnino, deberet Christus seipsũ ac Virginẽ Matrẽ ab huiusmodi generali propositione excipere. Num se Matrémq; nõ excepit, vt innuat propositiones generales de cunctis verificari posse aliquibus exceptis, veluti illa: *Omnes in Adam peccauerunt*: An vt ostendat Christum & Mariam tàm augusti ordinis esse, vt non sint cum totã communitate computandi? Omnia vera, sed existimo Christum ab illã generali propositione se Matrémq; suam expressè exemisse. In cuius expositionis gratiam tria breuiter supponenda. Primum quidem peccatorum actuum iniquorum quẽlibet, aut peccati contracti reatum cadẽdi vocabulo exprimi. *Ceciderunt qui operantur iniquitatem.* Ps. 35. *Septies in die cadit iustus.* Prou. 24. Secundò idem esse à peccato mundari, ac surgere. *Surgã & circuibo ciuitatem.* Cant. 3. *Surgam & ibo ad patrem meum*, Luc. 15. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo.* Cant. 3. Id est, interprete Bernardo, postquam delinquendo cecidi, cooperando diuinæ vocationi, surrexi, vt aperirem Dilecto, patrémque ac dulcissimum Sponsum quæritarem. Tertiò, eum, qui non cecidit, haud congruè dici resurgere. Vt quid enim poterit surgere qui non cedit? Qui in gratiã sẽper perstitit, ineptè dicitur surrexisse: *Surgite postquam sederitis.* Psalm. 126. His præmissis, sensus sententiæ enubilatur. Nam cùm constet illos, qui in peccatum non ceciderunt non posse resurgere, Christus Ioannẽ cõparat

Christus asseruit suam Matrem non cecidisse. Matt. 11. Psal. 35. Pro. 24. Luc. 15 Psal. 126.

cum

eũ omnibus illis solummodò, qoi ceciderunt. Vode vera hæc ptopositio: Nullus ex iis qoi post casum surrexeront, Baptista extitit maior. Annoo Christos & Maria nũquã cadẽtes, nec resurgentes, expressè à generali sententia eximũtur? Bernard. Senens. ser. 49. post resurrect. *Ee nota, illud dicere, quòd inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne, vult dicere, quòd Ioãnis Baptista anima fuit maior omnibus animabus natis ex muliere: & Christus tamè se extraxit, Virginem gloriosam occultè, si benè aduertis suum eloquium; quia dixit: Non surrexit. Quia nullus dicitur leuari, seu surgere, qui non cecidit. Sed quia Christus nõ cecidit in aliquo peccato cõceptionis, nec actuali: & similiter B. Virgo, ideo non sunt in illa regula; quia non ceciderunt modo iam dicto, ideo non dicuntur surgere, sicut omnes cæteri homines, qui ceciderunt, & cadunt ab Adam citra per peccatum originale.* Quid resurgeret quæ nunquam cecidit? Petrus Damian. ser. de Assump. dixerat: *Sola illa Mater Creatoris neque descendit, nec cecidit, sed consummatione virtutum vestita est.* Si ergo Saluatot ac Saluatoris Mater noo ceciderũt, nec (consequẽter) surrexerunt à casu, appositè Dominus respiciens cuoctos & cadentes & resurgentes ait: *Inter natos mulierũ non surrexit maior Ioãne Baptista.*

Bernard. Senen.

Damian.

79. Denique Ioannes Duas Scotus tanta subtilitate, ac grauitate sua huic veritati fidem cõparauit, vt Deiparam à peccato origioali, & à debito illius contrahendo non solum asseruerit, sed piissimam suam sententiam ita Parisiẽsibus persuasit, vt Theologica Facoltas Academiæ seriò decreuerit, ne opposita sententia publicè relegi posset. Profectò nõ iocongruè affirmabit, qui subtilissimi Doctoris curæ tribuat decretum nuper à sede Apostolica euolgatum, quo prohibetur contrariæ opinionis publica concertatio aut prædicatio. Olim *ecce Maria apparuit cãdens lepra sicut nix.* Certè *populus Israel non est motus de loco illo,* (id est Asseroth) *donec reuocata est Maria.* Postquam autem reuocata fuit, omnino à lepra liberata, *profectus est populus de Asseroth, fixis tentoriis in deserto Pharam.* Num. 12. & 13. Memini me suprà ex Origenis sententia dedisse *Asserotis* idem esse ac *Domum perfectam.* Pharã autem *Os visibile* significare: Appatet aliquibus teligiosis Maria Mater veri legislatoris lepra infecta sicut Israelitis soror Mosis apparuit? Apud domũ perfectã habitabit, (nõ inficior) quia opinio illa religiosè potest recipi. Attamẽ iotra claustra cõtinebitur; oec enim huiusmodi opinioni datũ in *Pharam* siue in *os visibile* proficisci, vt publicè defensari possit. Attamen populus ille fœlicissimus, cui Maria Iesu Mater verè à lepra præseruata est, nõ solum in *domo* perfecta cootinetur perfectionis assecla, sed & in *Pharam* tendit, ad *os visibile* proficiscitot, vt poblicè ioclamet: *Dei Mater sine labe concepta.* Mox enim exploratores immittũtur à Mose Scoto, qui asseruerat Marianæ terræ augustã fertilitatẽ tettam inuisuri. Qui quidẽ io fertilissimæ telluris documentũ afferũt è vite pendentem botrum. Vultis ostẽdamus aiũt (Scotistæ) terræ fertilitatẽ, nũ sit tellus à Domino promissa? *Venerunt ad Moysem & Aaron, & omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharam,* profati: *Venimus ad terram, ad*

Maria communo debitũ nec proximũ nec remotum incurrit.

Num Scoto debeatur silentium indictum opinioni asserenti, Mariam conceptam cum originali labe?

quam misisti nos, quæ reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus colligi potest. Ibid. Ex terra Mariana vitis vera Iesus, qui vino sanguinis potauit Ecclesiam? *Vere fluit lacte*, puritate niter, cãdor ille niueus oon est lepræ, sed sinceritatis insigne. Collige, quàm pulchrom sit, piè de proximi fama sentire, quod nunquam obmutescit, semper apud os visibile obuersatur.

Caput V.

Thamar siue Ordo Dominæ nostræ de Mercede Deiparam parentem à cõmunis debiti captiuitate liberat ex æternâ inuentâ Redemptione.

IVdas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Zatam priùs ex vtero manum proferẽ- 80.
tis rubro filo notam vulgaris historia Quod eũio cõstet ex Pattibus sangoinẽ Christi fuisse ibi præsignatũ, asserebat Zarã Iesu redemptionẽ ante profusionẽ sanguinis salutaris iã vteri claustra inuisere. Anoõ Thamar emẽtito indumento sistitur Iudæ cupida prolis? Profectò (si ex sentẽtia Richardi Laor. Mariã Thamar pia aliàs referebat) Religio Dominæ nostræ de Mercede adũbratut alieno sæpè amictu ornata, vt Christicolas, Iesu sacram prolẽ, à misera eruat captiuitate. Nactus Ordo hic illustris Nolasci sanctissimi merito diem Iouis, cui augusta libertas tribuebatur Nolasci egregij coocionatores instituti vestri exerite magnalia, Mariàmque Christi parentẽ, à captiuitate, io quam ab aliquibus coniecta profertur, redimite. In gratiam ergo Redemptorũ cõfirmo verè Mariam fuisse redemptam à debito.

Nolascus Redemptorũ Parens Mariã à leg u redempta defendit immunitatem.

Igitur ob debitum proximum nõ incurrẽ- 81.
dũ certissimom planè, Virginẽ iodiguisse redẽptione D. Anselm. profante, *Indiguit Virgo redemptione non propter peccatum, quod infuerit: sed propter peccatum quod infuisset, nisi ipsemet ex speciali priuilegio eam præseruasset.* Non iocurrit maculã? Id ei ex meritis passionis Dominicæ collatum est. Præseruata est adeò, vt nec debitũ incurreret Adæ filia? Id accepit ex Filio passuro, cuius meritis redẽpta Mater & ab ipsa macula incurreoda, & à communi debito contrahendo.

Indiguit Maria redẽptione, ne debitum incurreret.
Ansel.

Scio verè redemptam posse appellari ex eo 82.
capite, quòd præseroata te ipsa est à peccati originalis incursione; quia liberatam fuisse ex meritis Christi à captiuitate, in quam proculdubio casura erat, pulchra redemptio est, (de quo plura superius.) At quonammodo redẽptio adstrui possit, si Maria debitum non incurrerit, difficile plaoè. Assero illã ipsam obnoxietatem (debitũ remotum) quam Maria vt Adæ filia habebat, captiuitatem quodãmodo esse. *Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis.* Mat. 1. Difficilem reddit locũ illũ Lyrani supra data expositio; affirmat enim Iosiam Regem minimè ad Babylonem trãsmigrasse, oec captiuitate pressũ fuisse. *Iosias non transmigrauit.* Quomodo ergo dicitur filium Iechoniam & fratres in transmigratione siue in captiuitate generasse? quia eum ex Hebræorum familia, quæ captiuitati erat addicenda, esset, licèt non incurrisset ex

Redempta Virgo fuit, à debito obligatione, quæ quodammodo captiuitas.

Mat. 1.

ſpeciali Dei munere captiuitatem, quaſi captiuus poſſet vocitari: debebat enim captiuitati adſcribi filius Hebræorum. An non verè redemptus à captiuitate dici potuit, qui à debito ſolummodo captiuitatis redemptus fuit? Ita planè, quia debitum ſolum captiuitas erat. Si ſolummodo ex hoc debito dicitur filios in captiuitate generâſſe; Igitur liberatam fuiſſe Virginem ab huiuſmodi debito incurrendi communem labem, verè redemptio eſt, quia obnoxiam fuiſſe vti Adæ filiam ad ipſum illud debitum, verè erat quaſi captiuitas, à qua ex merito ſanguinis Filij liberata eſt.

83\. Aſſeruerat Virgo? *Dixit mihi Creator omnium, & qui creauit me.* Eccli. 24. Videtur creationem Virginis Spiritus Sanctus à communi reliquarum creaturarum, hominum ſcilicet, creatione diſcernere. Certè auguſtior ſeries Cõceptionis Mariæ prædicatur; Cõceptio Mariæ, cuius in Tabernaculo Chriſtus, qui eam creauit, requieuit: *Et qui creauit me requieuit in Tabernaculo meo.* Haud eſt communis hominum creationis, ſed alterius ſpecialiſſimè. Vnde non debet Maria vt communis creationis filia communi labe coinquinari, nec debitum incurrendi contrahere. Quonam modo ergo redimi potuit? quia hoc ipſum priuilegium quo à debito cõmuni eximitur, ex meritis Chriſti Filij adepta eſt. *Ab æterno ordinata ſum.* Eccli. 24. Id eſt, alij ordini abſtracta à filiis Adę ſum ſpeciali munere ab æterno addicta. Attamen ad hoc priuilegium accipiendum, Filius meus æternam ſimul redemptionem inuenit, vt ab æterno quidem ſpecialiſſimè ordinaret extra debitum filiorum Adam æternâ redemptione inuenta, quia Tabernaculum futura Saluatoris. Paulus appoſitè: *Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius Tabernaculum non manu factum, id eſt, non huius creationis, introiuit ſemel in ſanctâ, æternâ redemptione inuentâ.* Hebr. 9. Sub alio prætextu eundem locum, ſuprà dedimus, aſſeruimuſque Mariam Tabernaculum in præſenti vocitari ex Dion. Alex. Epiſt. in Samos. ſolut. q. 7. profante: *Habitat Dominus in ſancto ſuo Tabernaculo, non manu facto, id eſt, non huius creationis, quod eſt Deipara.* Vbi illam particulam ponderro: *Non huius creationis.* Quare Deipara aſſeritur huius creationis non eſſe? Quia quodammodo non pertinet ad filiorum Adam communem creationem, de qua ipſa: *Dixit mihi Creator omnium*; non enim filiorum Adam debitum incurrit, nec in ipſo peccauit: ſed attinet quidem ad aliam eleuationem ſpecialiſſimam creationem, de qua illud: *Et qui creauit me.* Sine labe quidem creationis aut conceptionis communis, ac ſine debito incurrendi. Idequidem, *quia requieuit* Creator *in Tabernaculo meo.* Quod ſi obiicias Mariam redemptam non fuiſſe, occurro illam particulam proferendo: *Æternâ redemptione inuentâ.* Illud enim ab æterno creari, à communi creatione quodammodo abſtractam, id eſt, illud ipſum debitum proximum non incurriſſe commune filiis Adæ, datum Mariæ Dei Tabernaculo ex Filij patientis meritis à Conditore ab æterno præuiſis: *Æternâ redemptione inuentâ.* Præſeruari enim Virginem, ne commune debitum iniret, perfectiſſima fuit redemptio. Vt agnoſcas, quàm Deo ſis debitor ex malis quibus liberatus es, priuſquàm incurrerent, cùm imminerent. Profectò non tàm obæratum te conſtitueret, ſi poſt malorum incurſum te laboribus exactum ab ipſis liberaret.

Maria ex ſpecialiſſima inuenta à Filio redemptione eripitur ab huius communis creationis debito, quia futura Dei Tabernaculum, ſiue Mater.

Eccli. 24. — Hebr. 9. — Dionyſ. Alex.

Caput VI.

Phares, Heſron, & Aram, Religio ſcilicet ſanctiſſimæ Trinitatis, oſtendit Mariam ſolius Dei ancillam, Ciuitatem dignam tanto Conditore, quia eius Ciuis Chriſtus.

Phares autem genuit Heſron. Heſron autem genuit Aram. Tres hi Chriſti progenitores præſeferunt præcelſum dominatum, Phares enim Dominum Equitem, Heſron Dominum exultantem. Aram autem Dominum ſublimem ſignificat. An non myſticè tres Trinitatis Perſonæ deſignantur, quarum Pater Eques Dominus exercituum. Filius exultauit vt gigas ad currẽdam viam humanitatis, Spiritus Sãctus increati ignis ſublimitatem tenet? Adeſt Religio ſanctiſſimæ Trinitatis, quæ Myſterio auguſtiſſimo à communi labe defendit Deiparam. Veneris quidem die & pulchritudinis & dominatus inſigni canente Comico. *Pulchritudo digna dominatu.* Vnde Hebræi apud deſertum Ieſum in Regem conati ſunt abripere, quia pulcherrimum aſpexere, ſi Interpreti non immeritò credendum: de quo alibi. Trinitatis itaque Ordo & Domini Patris, & Filij & Spiritus Sancti imperio & Dominatu gloriam Marianæ Conceptionis euulgat. 84.

Religio ſanctiſſimæ Trinitatis vel nimis ne unquam ipſa Mariam à aſpiratione præſeruat.

Athanaſius clamabat: *Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus, & tamen non tres Domini, ſed vnus eſt Dominus.* Cur Trinitas *Dominus* appellatur? Pluribus quidem de cauſis. In præſenti cum noſtro Salmerone, ideò Dominum Patrem & Filium & Spiritum Sanctum vocitari puto vt diuinarũ Perſonarum impeccabilitas oſtendatur à ſeruitute omninò remota. Profectò Domino impeccabili ſubditos ex hominibus nunquam delicto contaminatos ſubiicere debemus. An Adamus, Patriarchæ Prophetæ, Diui dignos ſeſe huiuſmodi dominatu exhibebunt? Minimè planè, quia & actualiter originali peccato mancipia, ſolus Ieſus ac Mater eius impeccabilis Domini nunquam peccato contaminati ſerui. Chriſtus ideò inclamat: *O Domine, quia ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Pſ. 15. Se Ieſus Domini Patris & Filij, & Spiritus Sancti ſeruum appellat, Mariámque ancillam Domini eiuſdem vocitauit, aſſerentem ſcilicet: *Ecce ancilla Domini.* Luc. 1. Audi pulchram Bonauenturæ ſententiam, in Spec. cap. 8. *Dominus iſte, qui ſingulariter eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus, cuius ancilla deuotiſſima eſt Maria, ſicut ipſamet teſtatur, dicens: Ecce ancilla Domini. Maria eſt ancilla Domini Patris, Domini Filij, Domini Spiritus Sancti. Quid mirum ſi Maria eſt huiuſmodi Domini ancilla? cùm etiam Filius Mariæ ſit huiuſmodi ſeruus ſecundum aſſũptam a Matre naturam? Ipſa enim in Pſalmo confitetur, dicens: O Domine, quia ego ſeruus tuus, & Filius* 85.

Maria ſolùm Trinitatis ancilla, Chriſtus ſeruus, nunquam autem abſque...

Athan. — Pſal. — Luc. 1. — Bonau.

filius ancillæ tuæ. Expende illa verba: *Maria est huiusmodi ancilla Domini, Filius Mariæ huiusmodi seruus* Domini est. Id est ancilla & seruus, qui Domini referant proprietates. Dominus impeccabilis? Nunquam serui delinquentes. Ea est enim præexcelsa Domini Patris, Filij, ac Spiritus sancti gloria seruis Dominis imperare. Talis ancilla qualis seruus: *Cum Filius Mariæ, sit huiusmodi seruus secundum assumptam à Matre naturam.* Num non decebat supremum Trinitatis Dominatum subditos eos sortiri, qui ab alio seruitutis iugo immunes apparerent? Trinitatis sacratissimæ alumni, qui redemptioni captiuorū operā impēditis, haud laborandum circa Virginem à seruitute tyrānicā eruendam, quia solius ancilla Trinitatis nunquam alienæ paruit potestati.

86. *Maria quasi tota Trinitatis hæreditas, seu possessio, tam subdita soli Domino, vt ex ipsa fidelissima Christus seruus tenerit, vnde obediens perfectè exhiberetur.* Psal. 47. Richard. Laur.

Ecce, ait, ancilla Domini. O Domine, inquit Filius, *quia ego seruus tuus.* En tota Trinitatis apud terricolas perfecta possessio, cuncta supellex. Ancilla ecenim Maria & seruus Christus dignum Trinitati constituunt possessionem. Quid si Maria sola digna Trinitatis hæreditas? *Magnus Dominus & laudabilis nimis in Ciuitate Dei nostri.* Psal. 47. Verbum illud: *Dominus* Trinitatis exprimit dominatum, Trinitas nimis laudabilis, eius imperiū amplissimū, dum vnius Ciuitatis Dominus ostenditur. Richardus Laur. lib. 2. *Per Mariam, in Maria, & ex Maria augetur gloria Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Vnde in Psalmo: Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri* (id est Christi) *quæ est Maria, de qua dicitur: Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei. In hac Ciuitate magnus Dominus, & laudabilis nimis: imò maior, & laudabilior, quàm in omnibus creaturis. Qui enim cælo, terrâque non capitur, huius vtero clausus est.* Ac si diceret, sola Maria dignissimam Trinitati possessionem constituit, quia huiusce Vrbis ciuis Filius Dei est. Adde Mariam & Christum subditos Trinitatis perfectissimè Domino obeduisse, vnde laudabilis nimis prædicetur. Annexit Doctor: *Qui Mundum pugillo continet Mariæ vtero clausus est, & inde assumpsit vnde obediens Patri vsque ad mortem existit. Propter hoc dicitur de Maria: Mulier gloria est viri.* 1. *Cor.* 11. Si ex Maria accepit vnde obediret à primo conceptionis instanti vsque ad mortem; nonne Matrem ipsam Domini ancillam sese perfectè obediētem oportet exhiberi, vt ex perfectā Domini ancillā perfectus Domini seruus oriretur?

87. *Trinitas Ciuitatem Marianam omnino à seruitute immunem ædificauit Christo.* Tob. 15. Richard.

Vndenam laudanda nimis beatissima Trinitas *in Ciuitate* Maria, ac *in Monte sancto* eius, nempe, Iesu Filio? Annon quia ipsam fundauit Altissimus à peccati seruitute immunem? Ita Tobias. *Benedicti erunt, qui ædificauerunt te.* cap. 15. Vbi Richardus Laur. lib. 11. explicat verbum illud: *Ædificauerunt te*, de tribus Diuinis Personis à fundamentis Vrbis Marianæ, seu Conceptionis eius communem exturbantibus seruitutem, ne Ciuitas illa sub tributo, quæ Montem Christum editura esset ciuem. *Benedicti erunt ò Maria Ciuitas, qui ædificant te Pater, Filius, & Spiritus sanctus.* Vndenam benedicti? *Ab immunitate peccati*, qua tua in conceptione frueris *Vnde Isa.* 60. *Non audietur iniquitas in terra tua, & contritio in terminis tuis. Et Psalm.* 147. *Qui posuit fines tuos pacem. Vnde, Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Mons iste Christus Dominus.* Nec enim Ciuitas digna Trinitati Dominanti, nec Christo Ciui, si omninò à peccati seruitute immunis non excitaretur.

88. *Hortus ac Fons Mariæ Trinitatis possessio adeò ab ipso protecta, vt nulla rimula serpenti pateret, quia secundo Adæ præparata.* Cant. 4. Richard.

Annon *ipse* Dominus *fundauit eam Altissimus*? Quomodo non protegeret ab hostium incursione? quomodo vel rimula pateret seruituti? Ciuitas hæc & paradisus est, & fons est speciali Domini curæ addictus. *Hortus conclusus soror mea, fons signatus.* Cant. 4. Ciuitas Mariana Dominantis Trinitatis possessio vnica, Hortus tibi sit Adami secundi domiciliū: fonsque è quo flumen, cuius impetus ipsam Dei lætificat Ciuitatem. Annon conditrix Trinitas adeò Hortum, ac Fontem muniuit, vt nec rimula serpenti relinqueretur? Laurentium eundem accipite lib. 12. fantem: *Conclusit hunc Hortum tota beata Trinitas; quia potentia Patris muniuit Virginem contra Diaboli violentiam; Sapientia Filij contra fraudulentiam eiusdem; bonitas Spiritus sancti contra eius malitiam. Nec solum Hortus conclusus, sed & Fons signatus* appellatur Maria, quæ designatur per terrestrem Paradisum, in quo positus est secundus Adam Christus velut in horto fœcundo, ne esuriret. & in fonte gratiarū, ne sitiret. Conclusit *autem Dominus* (id est Dominans Trinitas) *hunc Hortum tam fortiter, & hunc Fontem signauit tam firmiter, vt Draconem peruigilem omnino lateret, & leonem rugientem longè à se excluderet, & nec vlla pateret rimula, quâ posset introspicere subtilis astutia inimici.* Hinc edisce gloriosum planè Principi subditos habere tam adnatos dominatui, vt nunquam alieno paruerint imperio. Vnus item seruus fidelis Deum magnum constituit Dominatorem, vt & Dei bonitatem contemplere, & serui gloriam percallere valeas.

CAPVT VII.

Iesuitarum Ordo Deiparam asserit in gloria conceptam, dum tanta conceptionis gratiâ, vt in lucis æternæ candorem fuerit conuersa.

89. *Iesuita Raab Mariam exploratorum Iesum hospitio excipientem in gloria securitate constituunt.*

Salmon autem genuit Booz de Raab. Quando Iesu Naue exercitus Vrbem destruēdam inuasit, quâ exploratores à Raab fuerant excepti, fœmina illa omnimoda securitate fruita est. Nec militum accessus, nec ciuium vociferatio, nec gladius Hebræorum potuit illam à mentis requie deturbare, Iesuitis ipsis exploratoribus securitatem promittentibus. O Raab Maria Iesum ipsum (cum Del-Rio loquor) excipiens hospitio, ipse te omnimodâ donabit securitate. Exploratorem immissum excepisti Spiritum sanctum sic à Chrysologo vocitatū, domū ille Duci Iesu disposuit te adeò liberās ab exitij timore, vt non solum in gratia, sed & in gloria fueris cōcepta. Certè dū exercitū Iesu Naue mihi obiicio, Societatis Iesu militiā intueor, quæ vt Mariā sine cōmuni labe cōceptā ostēdat, asserit in ipso instāti cōceptionis Deū vidisse, vel à concepra

in gloria necessariò labes communis ablegetur. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Ex Lorino dedimus supra illam versionem: *Ex ore Minorum, & Iesuitarum perfecisti laudem.* Religio enim Minorum & Societatis Iesu Mariæ laudem perfectè proferunt, dũ illa nec debitum commune Mariam incurrisse, aut in Adamo peccasse asserit; dum hæc non solom in gratia, sed & in gloria conceptam fuisse affirmat. Adnatus quidẽ Iesu Societati Sabbati dies Dei perfectæ requiei cõsecratus, dies, inquam, quo Virgo concepta est ac simul beatæ visionis requie potitur, quia Iesu Duci requiei præparata: *Et qui creauit me, requieuit in Tabernaculo meo.* Plura superius, pauca attexam.

Lorin.

90. Noster Salazarius de Concep. cap. 32. §. 4. eruditè probat Virginem in gloriâ conceptã, adstipulante Francisco de Meodosa nostro Regum interprere sapientissimo, Viridarij lib. 2. Probl. 10. num. 56, & meo Paulo Serlogo eruditissimo, ingeniosissimóque Canticorũ expositore Tom. 3. Vestig. 34. Expl. Didascal, sect. 2. Quorum ego vestigia securus, altius quiddam asseram, scilicet tantam fuisse Mariæ in primo Conceptionis instanti puritatẽ, tantam gratiam, vt quasi naturali volatu (sic fari liceat) in gloriam fuerit conuersa. sect. 3. num. 58. huic argumento fundamentum extruxi, sententiam videlicet Cardinalis Petri Dami. serm. de Assump. quam rursum operæ pretium exhibere. *Caro Virginis ex Adam sumpta maculas Adæ non admisit, sed singularis continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conuersa est.* Dum Maria Adæ maculam cælesti præsidio munita repellebat, (ne communi labe contaminaretur) tantam contraxit puritatem, tantam gratiam sibi comparauit, vt ipsius magnitudo quodammodo non potuerit non in gloriam, ac beatitudinem conuerti. Prunis apponis paleas, aut viuum propagines exurẽdas. Ignis adeo exsiccat materiam, vt nullius ministerio conflagret: singularis enim exiccationis dispositio in flammam conuersa est. Tam singularis gratia Mariæ in illo instanti conceptionis, tam intensus candor puritatis, vt non potuerit non in candorem gloriæ conuerti.

Immensa Mariæ puritas in Conceptione conuersa est in lucis æternæ candorem.
Salazar.
Mendoza.
Serlogus.
Damian.

91. Aiebat sponsus: *Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem.* Cant. 6. Cur Ierosolymæ polchritudo Mariæ comparatur? Tres illæ particulæ: *Pulchra, suauis, decora* singularem Mariæ puritatem balant. Pulchra *es*, suauis *es*, decora *es*, ô Virgo cùm conciperis, cùm esse recipis à Conditore. Porro vt Ierusalem cælestis Beatorum Patria; quia tanta pulchritudinis copulatio, tanta puritatis collectio nõ potuit non exardescere, ac in candorem gloriæ exsurgere. Bellè Richardus Laurent. lib. 4. *Propter hanc pulchritudinem, suauitatem dicitur Maria ab Ecclesia: speciosa facta es ad intuendum in deliciis tuis.* Hoc est, ex superabundanti puritate facta es beatissimæ visionis particeps, in delitiis tuis purissima ipsum Conditorem intueris.

Maria in Conceptione pulchra sicut Ierusalẽ, quia in gloriam eius mirabilis pulchritudo exarsit.
Cant. 6.
Richard.

92. Rursum Dilectus: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitiis affluens; innixa supra Dilectũ suum?* Cant. 8. Ascensum memorat Auroræ, quando concepta est, vt ex Ruperti sententia colligo. Profectò illud: *Innixa supra Dilectum suum*, de Assumptione Virginis ad superos expenditur à Patribus. Richardus Laurent. eodem lib. 4. excellere asserit Mariam *in singulari transitu de Mundo ad Deum, de exilio ad patriam, de miseria ad gloriam. Vnde & transitus eius dicitur assumptio, quando ascendit innixa supra dilectum suum* Quid ergo Cõceptioni Mariæ cũ Assumptione, si in Cõceptione, terram, exilium, miseriam init, in Assumptione autem ad cælum, ad patriam, ad gloriã auolat? Certè tã affluens delitiis seu gratia in Conceptione aspicitur Virgo, vt illa ipsa gratiarũ affluentia & intẽsio in gloriæ candorem fuerit cõuersa; vnde quasi necessariò Conceptio & Assumptio copulantur.

Conceptio Mariæ Assumptio dicitur, quia gratia tanta in gloriam conuersa est.
Cant. 8.
Richard.

93. Annon inclamabat sponsa quasi in primo illo instanti: (constituta-ne, an constituenda?) *Indica mihi, quem diligit anima mea vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam.* Cant. 1. Ac si diceret, Cupio non incipere viam, sed in patria quodammodo concipi, te, Dilecte mi, apud gloriæ meridiem perfruens. Ne igitur incipiam viatrix pura esse, indica mihi, vbi nã in meridie accubes. Cui Dilectus. *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, abi.* Ibid. Si te ignoras omnium pulcherrimam esse, abi, arripe viatricis semitas. At si ignorare non potes (loquor cũ Ruperto) te pulcherrimam esse creaturarũ, non abeas, non viam ineas, sed ipso Conceptionis instanti, quo abire incipere debebas, incipe possidere, tuóque apud beatitudinis meridiem dilecto frui. *O pulcherrima mulierũ.* Tam pulchra enim exoreris, vt ea ipsa vbertas puritatis in candorem lucis æternæ sit conuersa.

Maria simul viatrix & in patria concipitur, quia pulcherrima cũ esset, mox comprehendit, & quodammodo viam non incepit.
Cant. 1.
Rupert.

94. Dixit olim Deus: *Fiat Firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.* Gen. 1. Aquæ aliæ supra cælum constituuntur, aliæ in terris repositæ sunt. Albertus Magnus sup. *Missus* Deiparam firmamentum esse affirmat, aquas superiores comprehensionem patriæ, aquas autem inferiores virtutes viæ; vt sit Virgo concepta (sicut Firmamentum creatũ fuit) simul inter viam & terminum, inter statum viatricis, & beatæ. In secundo die *positum est Firmamentum; & diuisit aquas ab aquis, Hæc est B. Virgo posita* (siue concepta) *in medio aquarũ, id est, Sanctorum via, & Sanctorum patria, existens supra communem statum viæ, & iuxta statum patriæ, communicans cum vtrisque.* Vndenam tam propera Mariæ beatitudo? Adicit pulchrè Doctor. *Habens cum superioribus* (id est Sanctis patriæ) *virtutum perfectionem; cum inferioribus* (viatoribus vtique) *merendi cõditionẽ.* Pondera hanc particulam: *Cum superioribus virtutum perfectionem.* Annon aptiùs dixisset, *Gloriæ perfectionem*, cum perfectio virtutum magis ad viam, quàm ad patriam pertinere videatur? Quàm appositè comprehensionem ac beatitudinem, quâ Maria in ipso Conceptionis instanti fruitur, virtutum perfectioné vocitauit! Quia scilicet gloria illa quasi perfectio virtutum fuit, dum singularis virtutum puritas conuersa est (quasi ex intensionis incremento) in lucis æternæ, in beati luminis candorem: *Habens cum superioribus virtutum perfectionem.*

Maria concipitur Firmamentum medium inter viam & patriam, ob conuersã ineffabili eius virtute in gloriam.
Gen. 1.
Albert.

95. Recolo Imperatoris Leonis Tract. de Concep. sententiam. *Cum adhuc in lumbis paternis esses,*

Maria in instanti

conceptionis & meretur, & videt, quia eius auditis tam intensa, vt in visionem cõuertatur.
Psal. 44.
Leo Imp.

ses, proclamabat progenitor tuus Dauid: Audi filia, & vide, & obliuiscere populum tuũ, & domũ patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam. Hanc pondera clausulæ particulâ: *Audi, filia, & vide.* Psal. 44. Quid Maria mox vt concipiatur, audiet? Legis & perfectionis documenta, vt specie & pulchritudine alliciat sponsum. Quid videbit? Profectò Deum ipsum. Tanta enim audiendi seu obediendi perfectioni doctrinæ intensio, vt in visionem beatificam conuertatur. Allicio ad hanc mentem Chrysippum ser. de Laud. Virg. *Audi, filia, & vide. Id est, adeo diligenter* (seu iotensè) *ausculta*, obedi, obseqoere, viam percurre præceptorum, & consiliorum: *vt etiam ipsis notitia* (seu intellectus) *oculus intueatur effectum.* En tantæ puritas obedientiæ in candorem lucis æternæ conuersa prædicatur.

Chrysip.

96. Annæ filia Maria gratiæ filia apparet. Tunc & cæli filia aptè nuncupatur. *Vidi Ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo.* Apoc. 20. Filia cæli, vbi beati commorantur, quid nisi Ierosolyma cælestis esset? *Pretium Mariæ* (inquit Beroardus hom. 2. sup. *Missus*) *non vile, non paruum, non mediocre, non de terra, sed de cælo; nec de cælo proximo terris, sed à summo cælo egressio eius.* Quando Maria apod Annæ vterum concipitur, à gratia simul & à gloria descendere perhibetur. Quid causæ? Quia gratia tanta, vt in gloriam conuersa fuerit adeo, vt simul in gratia concipiatur & gloriâ. Anna gratiam significat, à cælo Maria Ierosolyma descendit, cælum enim de cælo deriuatur: Vidi Ierusalem descendentem de cælo. Audi pulchram planè Richardi Laur. l. 4. sententiam, *Cælum ego impleo* (inquit Dominus) *id est, Mariam, cælum per gratiam.* Annoo aptiùs dixisset: *Cælum per gloriam?* Profectò illa ipsa gratia, quâ impletur Virgo, dũ concipitur gratiæ filia, tanta est, vt quasi in gloriam fuerit conuersa; vnde cælum per gratiam vocitatur.

Maria in cõceptione ex abundantia gratiæ cælũ seu gloria vocatur.
Appc. 20.
Bernard.
Richard.

97. Moyses dixit: *In principio creauit Deus cælum.* Genes. 1. Ad quæ Beda asseruit de cælo Empyreo Beatorum sede locum exponẽdum. *Ipsum est cælum superius, quod ab omni volubili huius Mundi statu secretum, diuina gloria præsentia manet semper quietũ.* Colligit illico: *Non ergo superius illud cælum inane creatum est, & vacuum.* Haud inane exoritur cælum, quia in ipso suæ cõditionis instanti gloriosâ Dei præsentiâ decoratur. Mariæ Empyreo cælo (sic à Richardo vocitatur) accommodatius hæc sẽtentia addicitur, quia non solùm non vacuum & inane exsurgit, sed plenitodine gratiæ adeò decorata, vt in ipso conditionis instanti Dei præsentiâ ornetur, beatáque visione perfruatur. Quæ quidem aptè plenitudinis nomine inooitur, quia plenitudo gratiæ Mariæ conceptæ tota est gloriæ plenitudo: *Non ergo inane creatum est, & vacuum.* Vndenam tantum priuilegium Virgini? Adiicit Richardus, *Dominus enim in cælo, id est, in Virginis vtero parauit sedem suam.*

Maria concipitur cælum Empyreum ex plenitudine gratiæ.
Gen. 1.
Beda.
Richard.

98. *Tota* (inquit Spõsus Mariæ, simul & Filios) *pulchra es, amica mea, & macula non est in te.* Cant. 4. Quid totam pulchram vocari Mariam? In Conceptione tantâ puritate nitere, vt gloriâ simul potiatur, ipsâ in gloriam puritate conoersâ. Sic Idiota in Contemp. Deipar. cap. 2. *Tota pulchra es, ô plusquam gloriosa Virgo Maria, in tua Conceptione.* Plusquàm gloriosa in Conceptiooe prædicatur, quia totalis illa pulchritudo intensissima in gloriam ineffabilem conoersa est. Quare gratia & gloria io Mariæ Conceptione copulantur? Adiicit statim: *Ad hoc solùm effecta, vt Templum esses Dei Altissimi.* Mater Christi futura? Quid mirum in gratia & gloria esse cooceptam. *Adest tibi omnis gratia bonorum, & cælestium donorum.* Immensæ etenim gratiæ, qua coocepta repletur, quasi coosequentiæ iure immensitas gloriæ debebatur.

Tota pulchra Maria in Conceptione, tota gloriosa apparet.
Cant. 4.
Idiota.

D. Bonauentura in Specu. cap. 7. ad illa verba Lucæ: *Aue gratia plena*, asserit Mariam ante Verbi incarnationem iam à conceptionis instaoti potuisse plenam gratia prædicari. *Adhuc non dixerat Gabriel: Ecce concipies in vtero. Adhuc non dixerat: Spiritus sanctus superueniet in te*, & tamen plena gratiâ profertur, *O verè plena, & plenè plena.* Quid plenè plena? Certè io Conceptione & gratia & gloria simul oppleri. Coogerit Pater & gratiæ & gloriæ poodus, dum addit. *Maria tam plena illuminatione sapientiæ, plena inundatione gratiæ, plena possessione bonæ vitæ, plena resultatione diuinæ gloriæ & fruitione æternæ lætitiæ.* Cur plenam gloriæ *resultatione asseritur*, & non respersione? Quia illa gloriæ respersio quasi ex abundantiâ gloriæ, quâ concepta est, resultauit. Quod aiebat Damianus, *Tantæ continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conuersa est.* 99.

Ex resultatione immensa gratia Maria concipitur in gloria.
Bonau.

An cum conceptione in gloria potuit originalis macula commorari? Minimè planè. *Tota pulchra es, proxima mea.* Cant. 4. ex qoorundam lectione. Proxima vocitatur Maria, quia ad Deum accedit in ipso conceptionis instanti, & illuminatur. Vnde à gloriosâ Mariæ animâ necessariò omnis iniquitas exulat. Postquam Idiota Virginem in gloria conceptam innuit, mox adiicit: *Tota pulchra es, tua gloriosa anima nihil affuit vitij, aut peccati.* Quod quidem necessariò à glorioso animo ablegandum est. Collige ex præfatis virtutis vel in valle miseriæ beatitudinem. Tantâ potest animus perfectione ornari, vt sibi videatur iam patriæ gloriâ perfrui. Mariæ conceptæ gratiæ immensæ datum, tantam puritatem in candorem lucis æternæ conuerti. Nulli sic creaturæ. At Mariæ priuilegiũ sancti imitantur, dum ipsius sanctitudinis vel hîc quiete, pace, incolumitate, impassibilitate, & quodammodo gloriâ perfruuntur. 100.

Non potest originalis macula cum gloria commorari.
Cant. 4.
Idiota.
Iustitia vel in præsenti donatur beatitudine.

CAPVT VIII.

Carmelitarum Ordo asserit Mariam Booz Christi perpetuò, in morem Ruth, vestigia secutam virtutum fecisse spicilegium.

BOoz *autem genuit Obeth ex Ruth.*] A Booz Ruth pulchra diligitur Mariam expri- 101.
mens

Carmelitarũ Ordo lesa

sollatricem ostendit Mariam. Richard.

mens iuxta Richardi Laureot. lib. 6. sententiam. *Maria significata est per Ruth, quæ reliquit populum suum, & domum patris sui propter Noemi, quæ interpretatur, Pulchra, id est, propter amorem spiritualis pulchritudinis; & ideo Booz, id est, Christus concupiuit eam.* Secuta equidem Ruth Booz gressus colligens sibi reliquas spicas, id est, Christi Maria actiones imitatur. Quod celebrat Religio Carmeli Dominicam nacta diem & Soli dicatam messium præsidi, & Domino spiritualis cultori messis.

102. *Maria Iesu Filij gressus imitatur.* Psal. 44.

Maria igitur Ruth cælestis Booz Christum secuta vitales colligit fructus, non exitiales vetitos surripit, cum ex alienigenis raptoribus esset exorta. audiuit ab edocente Spiritu: *Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum, & concupiscet Rex speciem tuam.* Psal. 44. Conceptioni accommodat Leo Imperator, de quo soppa, perfectè Ruth nostra populum oblita est, vt Christum gressuum pulchritudine sequeretur. Richardus Laurent. citat. *Filia est Maria per imitationem Patris Christi. Vnde ei dicitur quod Ruth. Benedicta filia. Cap. 3. Vide fragilitatem tuam secundùm humanam naturam. Obliuiscere populum tuum, & concupiscet Christus speciem tuam.* Oblita-ne Maria populi rapientis conditionem? Profectò cum ex raptoribus oriretur, nunquam pomum surripuit, sed vitales fructus secuta Saluatorem sibi & hominibus colligere festinauit.

Richard.

103 *Maria nubes Christi vestigium, nō Eua.* 3. Reg. 18.

Carmelitarum Pater Elias Mariam perfectè oblitam raptoris populi conditioné ostendit, dum audiuit: *Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari.* 3. Reg. 18. supra dedimus Ioannis Ierosolymitani Eliæ filij sententiam, qua asserit Mariam nubeculam ex mari amarissimo humanæ generationis ascendisse sine amaritudinis suspitione. Oblita enim Ruth Virgo perfectissimè domum paternam. In præsenti quidem solummodo in Ruth gratiam sequentis gressus Booz, illam particulam: *Quasi vestigium hominis*, expendam Maria sine communi amaritudine nubes, sine labe concepta Christi vestigium est, id est, vestigia Saluatoris adeò imitator, vt quodammodo gressus Mariæ Christi vestigia debeant vocitari. Ioannes Ierosolym. lib. de Instit. Mona. cap. 32. *Maria*, loquit, *in hoc suo spirituali ascensu non fœminam, quam imitaretur, sed hominem habuit exemplum.* Ac si diceret, haud secuta est Eua matris vestigia ad fructus vetitos properantis, sed spicilegium faciens, messorem Christum secuta est. Apertius Richardus Laurentius lib. 12. *Maria in moribus similis Filio. Vnde nubes, quæ ascendebat de mari quasi vestigium hominis dicitur habuisse, quia Christus adæquatus est.* Adæquatus scilicet, dum vestigia Mariæ Christi gressus imitantur. Ioannes Ierosolym. Richard.

104. *Maria Iesum sequitur obedientem, non Adamum raptorem, spicas colligit, non poma rapit.* Prou. 8. Richard. Aug.

Aiebat Deipara: *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Prou. 8. Vbi Richardus l. 4. *Dominus creauit me.* Siue concepta sum in initio viarum Dei. Id est, viam Dei arripui. D. Augustinus docet Dei vias ad obedientiam tendere iuxta Paulum. *Factus est pro nobis obediens vsque ad mortem.* Sunt autem *semita Diaboli* ad vetita tendentes, quas secutus Protoplastus. Quid Maria? Vestigium hominis est, Christum obedientem imitatur, eius gressus sequitur præcoctis. Haud igitur poma surripuit, sed spicilegium agens, Iesu virtutes sibi imitandas proposuit fata: *Fasciculus myrrharum Dilectus meus mihi.* Collige ex Ruth Mariæ ministerio affectum spicas colligendi, Sanctorum gressus imitando.



LIBER QVINTVS.

MARIÆ NATIVITAS.

Paraphrasim & Commentarios in Caput primum Matthæi ex Libro quarto require.

PANEGYRICI MORALES CIRCA literam in Mariam natam.

PROLVSIO.

CErtabant *secula* (loquor cum Damasceno Orat. de Natiu. Mariæ) *quodnam de ortu B.Virginis gloriaretur.* Quid mirum secula glorientur de natalitio Mariæ, ex qua æterna gloria hominibus illucescit ? Dirimitur enim certamem seculorum, dùm Septembri fælicissimo victoria addicitur. Nam cùm (authore Philone lib. 3. de vita Mos.) Orbis hoc mense fuisset conditus, eodem est ob Natalem Deiparentis reformandus. Sabbato igitur Septembris Deus requiescit, natâ Mariâ,, videns cunctam perfici conditionem. Quid plura? *Mundus vniuersus* (inquit Germanus ad Psal. 44.) *festum hunc celebret diem Nam ecce Regina æterni Patris sponsa ex radice Iesse processit.* Quonam fructu? *Effloruit gaudium & lætitia, & iam vita hominum mortalium in Mundo Regnum obtinet, & dominatur.* Seculis nempè cunctis pacatis *redeunt Saturnia Regna.*

Vitalis Mariani orbis FRVCTVS QVINTVS.

Damasc.

German.

SECTIO PRIMA.

Mariæ Natalitij triumphalis inuectio.

TEXTVS.

VERS. 1. LIber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.

1. *Dauid & Abraham duæ columnæ, super quibus Mariæ dies natalitia triumphans apparet.* Strab.

STrabus ad hæc. *Hæ sunt duæ columnæ, super quibus arcus rotundus constituitur. Inter has columnas Maria ac Christus est ostium Regni cælestis.* Triumphalem quidem arcum Dauid Regum Princeps, & Abraham Patriarcharũ Parẽs recẽns natæ Filiæ Mariæ præpararunt, vt tãti Natalitij dignitas præsentetur. Ad eò simul Christus, cuius gloriam ex Natiuitate Mariæ ineffabiliter contemplamur. Hæc duo præcipui Christi ac Mariæ Parentes adsumunt illustranda.

IN MARIAM NATAM

PANEGYRICVS PRIMVS MORALIS

Circa literam.

Ex Virginei Natalitij Triumphali inuectione.

Observatio I.

Ad illa verba:

Filij Dauid Filij Abraham.

Maria Natiuitatis die tantâ sanctitate ornatur, vt cunctos Ecclesiæ Proceres facilè superet.

Innuo sanctitatis documentum non ex miraculis, sed ex vitæ perfectione sumendum.

Nascitur Maria iam Dei sedes.

2.  Vper Dauid & Abraham præcelsas quidem *columnas* ex Strabi sententia, Maria à Deo constituitur Natalitij die, vt asseratur vincens Procerum illustrium sanctitatem, tunc cum ex Annæ vtero Puellula exoritur. Sic Germanus Constantinop. Præsul orat. de Natiuit. Mar. *O Virgo illustris proles ex iustis hominibus, in lucem hodie prodijsti Cælum & sedes Dei, omnisque puritatis receptaculum.* Columnæ Dauid & Abraham ob augustam sanctitatem ostentantur? Tu ô Virgo Cælum, ac sedes Dei exoriris illustrissimos Ecclesiæ Proceres vincens perfectione. Nullus est, cuius augustior consummatio possit cum primo tuo gressu comparari. *(German.)*

Maria sola ascendit, & auolat, reliquis sanctissimis quasi remanentibus. *(Cant. 8.)*

3. Cælicolæ mirantur: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens?* Cant. 8. Quid desertum nisi genus humanum? Cuius cuncti filij Principes perfectionis Dauid, Abraham, reliquique Diui quantumuis ascendant, & ad superna auolent, in conspectu Mariæ consistunt, deprimuntur, instárque deserti apud terram propria mole quiescunt. Sola Maria ascendit, sola Virgo ex vtero oriens aduolat ad superna. D. Bernardinus Senen. serm. 11. tom. 3. *Hoc mirificum fuit, quod deserto, hoc est, humano genere à gratia derelicto, & deserto, Virgo ascendere posset.* Tanta Mariæ nascentis gratia, vt cunctorum hominum perfectio quasi desertum in illius conspectu possit vocitari. *(Bern.)*

Sancti quique ferculum Mariæ natæ. *(Cant. 3. Rupert.)*

4. Sanctissimi Dauid & Abraham, sed columnæ Christi & Mariæ triumphali natalitio præparatæ Olim *ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum.* Cant. 3. Vbi Rupertus asserit Christum & Mariam purpurei ascensus nomine designari. *Ascensus purpureus Deus & homo Christus de Maria natus.* Quærit illicò: *Vnde Rex Salomon Deus hoc ferculum fecit?* Et respondet: *De lignis Libani, id est, de hominibus sanctis, de hominibus fide incorruptibilibus, quorum quandam similitudinem habent ligna Libani, id est, cedri, per id, quod sunt naturâ incorruptibiles.* Igitur Dauid, Abraham, Iacob, Apostoli, Martyres, cunctique Ecclesiæ Primores, qui cedrorum appellatione intelliguntur, ferculum sunt, columnæ sunt triumphales quidem, sed Mariæ gloriæ præparatæ. Ascensus enim purpureus, Regalis Maria est è qua Dominus. Super omnes perfectissimos Deipara recèns exorta ascendens ostentatur; *Ascensum purpureum.*

Ex vtero prodiens Maria augustis est Tabernaculis Iacob.

5. Annon Dauid, Abraham, & Iacob Dei Tabernacula augustissima? Ita planè. Ergo quando tabernacula apparent, hoc est, quando præcelsior illorum perfectio statuitur, Maria recèns nata sit ostium, *& compingamus eum tabulis cedrinis*, omni perfectione, quæ portam decet, præfulgeat Maria. At quomodo porta possit cum Tabernaculis augustissimis comparari? Dauid ipse exaudiatur. *Diligit Dominus portas Sion, super omnia Tabernacula Iacob.* Psal. 86. Vbi Bernardinus serm. 5. tom. 2. *Sion locus erat in Ierusalem eminentissimus, atque tutissimus. Sic etiam B. Virgo Maria per virtutum eminentiam altissima, atque tutissima à vitiis erat. Diligit igitur Dominus portas Sion, id est, quandocumque sensus Virginis super omnia Tabernacula Iacob.* Pende particulam: *Quandocumque.* Id est, quolibet Marianæ vitæ articulo, nempe quando nascitur plus omnibus sanctis à Deo diligitur, quia cunctos tunc superat perfectione. *(Psal. 86. Bernardin.)*

Sola Maria nata perfectè à vitiis tuta, ideo plus cunctis dilecta.

6. Non labatur sine pondere aduerbium illud: *Igitur.* Postquam enim asseruit Deiparam tutissimam à vitiis esse: *Atque tutissima à vitiis erat*: mox infert, *Diligit igitur Dominus portas Sion.* Id est, ideo diligitur à Domino Maria aut concepta aut nata plus reliquis Diuis; quia nullus perfectè tutus fuisse asserendus, præter Mariam, quæ tutissima à vitiis erat. Reliqui ceciderunt, Maria nunquam cecidit, Sion tutissima Ciuitas Regis Magni, Petrus Dam. serm. 2. De Assumpt. *In huius seculi vanitates omnes vel descendere, vel cadere cognoscuntur. Sola illa Mater & filia Creatoris nec descendit, nec cecidit; sed de virtute in virtutem ascendit.* Vnde nullius Diui Cōditor portas dilexit absolutè, portam scilicet, quà ad esse proceditur, & portam, qua ad lucē properatur, Mariæ solius diligit portas Dominus. Ieremiæ & Baptistæ portam natiuitatis diligit Conditor, non autem Conceptionis. *(Damian.)*

Rogas

7. *Vas purissimum in Natiuitate sola Maria omnino ab stimulo concupiscentia libera.*

Rogas ergo, num saltem Dominus portam natiuitatis Ioannis, & Ieremiæ in vtero sanctificati, æqualiter dilexerit? Minimè planè; quia orientis puellæ sanctitas mirum in modum cunctos sanctissimos in culmine quidem, non solùm in ostio constitutos superauit. A minori ad maius ducam argumentum, dum ostendero, quã superans Virgo ex solius stimuli aut fomitis extinctione. *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum,* Prou. 25. Vbi Bonauentura in Spec. cap. 11. *Distinguendum est vas purum, vas purius, & vas purissimum. Vas purum in egressu fuit, quicumque sic in vtero sanctificatus processit, quod tamen fomes tam ad mortale, quam ad veniale peccatum in ipso remansit: sicut in Ieremia. Vas purius in egressu fuit, quicumque ex vtero sic sanctificatus processit, quòd in ipso fomes, secundum quod dictum est ad effectum mortalis peccati extinctus est, sed ad veniale remansit: sicut in Ioanne Baptista. Vas in egressu purissimum fuit B. Virgo, qua ex vtero sic processit, quòd in ea fomes ad effectum tam mortalis, quàm venialis peccati non remansit.* Quid si originalis puritas addicatur? Quid si cunctarum gratiarum intensio præsentetur? Quàm iuxta portam augustissima quæque Diuorum Tabernacula conspicientur! quàm Maria vel in natiuitatis porta Dei Tabernaculum apparebit!

Prou. 25.
Bonau.

8. *Quando nata apparuit, Maria finem omnis perfectionis omnis consummationis, cum nata in aspicimus.*

Testor Dauidẽ Mariæ sanctissimum parentem. Dic mihi Regum Princeps, quanta sanctitate ornatam vidisti Filiam, quando ex Annæ vtero processit? *Omnis,* inquit, *consummationis vidi finem.* Psal. 118. Finem scilicet, fine perfectionem: (*El tante monta de toda perfeccion.*) Quid vidisti? Puellam Mariam exorientem aspectaui. Bernardinus serm. 61. tom. 1. *Nec Virgini magnum est, quòd perfectionibus Orbis vltimam perfectionem adducit.* Non est quidem hoc magnum Virgini, infans enim ex vtero prodiens vniuersam vincit perfectionem. *Pro quibus omnibus scriptum est: Omnis consummationis vidi finem, qui scilicet est B. Virgo Maria.* Deus finis perfectionum vocitatur, quia omnium creaturarum continet perfectiones. An Deus Maria? Minimè, sed creatura hodie ex vtero procedens nouam hominibus Deitatis exprimens speciem, dum ostenditur omnis consummationis finis. *Maria* (adiicit Pater) *ipsi vniuersitatis Authori nonnullas perfectiones adauxerit, puta speciei aterna pulchritudinem nouam.* Igitur Maria ex vtero procedens omnis perfectionis vincit cõsummationem. Collige ex præfatis sanctitatis documentum haud adsumendum ex miraculis augustioribus, sed ex vitæ perfectione à qualibet delicti notula remotiori. Vas enim perfectius, quod à criminis amplius excipiendo veneno abstractius apparet.

Psal. 118.
Bernardin.

Observatio II.

Ad illa verba:

Filij Dauid Filij Abraham.

Maria cum Aurora exurgit ex vtero quasi Solis iustitiæ lumine completa perfectum diei gratiæ efficit diem.

Innuo plus illuminari, qui plus ad iustitiæ Solem accedunt.



IBER hic generationis Iesu vocitatur. At gratiæ immensæ spirituali generationi præparatæ Liber Maria exoriens ostenditur. D. Antoninus ad Psal. 76. inquit. *B. Maria Liber est continens in se se diuinam Sapientiam, id est, thesaures sapientia & scientia Dei* circa gratiam sanctis legis nouæ impertiendam. Vnde liber spiritualis generationis Iesu potest vocitari. Id quod mariani natalitij die Deus ostendit. D. Thoma 1. 2. q. 103. a. 3. profante: *Festo Neomeniæ succedit festum natiuitatis Virginis, in qua primò apparuit illuminatio Solis, id est, Christi per copiam gratia.* Gratiæ igitur Legis nouæ apparatur triumphus exortã mariâ. 9.

Maria Liber spiritualis generationis Iesu.
Anton.
Thomas.

Olim *a Luna signum diei festi.* Eccli. 47. Primo enim mensis lunaris die, ex Dei præcepto, (quando luna inuisibilis) festum colebatur Neomeniæ, vt nouæ Lunæ fulgor celebraretur. Num. 28. Proh Deum immortalem! an non aptiùs Luna perfecta fidelis populus iubilaret, quando Solis radiis plus lucida obiicitur? Profectò natalitio die perfectissima apparet Conditori, licèt ab hominum oculis recedere videatur. Quàm pulchra natæ Mariæ imago! Nascitur Virguncula sine splendore, sed Conditori fulgentissima gratiæ vberrimæ aurora. Bernardinus serm. 61. *In principio Lunaris Mensis Luna aspectibus hominum occultatur, & tamen à Sole illuminatissima, & ei coniunctissima est. Sic Maria hodie hominum oculis abscons̃a festum Neomenia noue gaudio, & lætitiâ consecrauit.* Infans enim ipso Natali die *à Sole iustitia illuminatissima, & ei coniunctissima est,* nouæ vberrimæ gratiæ radiis fulgurantibus. 10.

Maria Luna perfectissima vberrimos noua gratia radios spargit Natalitij die, cum paruulis obiicitur.
Eccli. 47.
Num. 28.
Bernardin.

Tam fulgens tunc, quando abscondita nascitur, vt tenebras sex Adami crimine exortas mundum obnubilantes omnino miserit in exilium. Vnde etiam tunc quando Luna apparet exigua, siue non apparet, mirantes homines exclamant: *Qua est ista, que progreditur, quasi Aurora consurgens?* Cant. 6. Cur non potiùs luci meridianæ comparatur, si Mundo reddidit meridianam lucem, quam Adami crimen ablegarat? Certè mox adiiciunt. *Electa vt Sol.* Attamen in Aurora. Quando enim Maria ex vtero exoritur, iam nouæ gratiæ exuberanti lumine totum diem præsentat. Allicio ad meam mentem Petrum Damianum serm. de Assumpt. *In meridiano lumine primus parens creatus est; sed ille tanti priuilegij dignitate reiectâ, se cum posteritate suâ perpetuis destinauit tenebris. Ab illa hora tenebra facta sunt super vniuersam terram vsque ad Virginem. Quâ natâ surrexit Aurora; quia Maria vera prauia luminis natiuitate sua diem clarissimum serenauit.* En Auroram siue recèns natam Puellam diem gratiæ vberrimo splendore præsentantem. 11.

Maria cum nascitur aurora perfectã diem gratia præsentat.
Cant. 6.
Damian.

An Maria exortâ nebula aliqua, aut vapor 12.

ater

ater volitat? Clarissimum deim serenauir. Celebris Mons Sina ex præsentia Domini, sed celebrior Maria ex eiusdem annunciatione præsentiæ. Quando Sina Domini aspectu froebatur, fumo completur: *Totus mons Sinas fumabatur, eò quòd descendisset Dominus super eum.* Exo. 19. Augustior Maria, quæ antequam Dominus ad Mundum descéderet, ex solâ promissione Solis venturi iam Aurora Sole fulgétior materiali cuiusuis terroris cælestis ablegat fumum, *clarissimum serenans diem.*

12. *Maria nascitur Sina mõte sanctior, quia sine terroris nebula tota lucens apparet.*

Damasc. Damasc. Orat. de Nat. Mar. *Maria mons Sina sanctior, quã non fumus, non caligo, non procella non terrorem incutiens ignis contegit, verùm illuminãdi vim habens, Spiritus Sancti splendor.* Si ipsius Spiritus Sancti rutilat splendore nata Puella: quid mirum Auroram clarissimum diem serenare, sine vllius vaporis aut fumi suspicione?

13. *Tantum Maria ex respectu maternitatis lumen datur, vt Natiuitatis die quasi totum gratia diem præferat.*

Profectò tantæ serenitatis causa in promptu est, quia cum Maria instar Auroræ exoritur simul vt Sol apparet: *Quasi Aurora consurgens, electa vt Sol.* Ideò enim tãto lumine gratiæ completur, cùm nascitur, quia futura Mater Solis, qui quidem quasi iam præfulget in natâ Puellâ. *Et super Firmamentum* (inquit Ezechiel) *quod erat imminens capiti eorum quasi species lapidis saphiri similitudo Throni, & super similitudinem Throni similitudo quasi species hominis desuper*, Cap. 1. Maria Thronus ille Deo præparatus homini, dùm ex vtero prodit, authore Damasc. Orat. 1. *Hodie ex terrena natura cælum in terra conaidit ille, qui olim Firmamentum ex aquis finxerat. Ac sane hoc illo diuinius est* (adricit pulchrè, *Nam qui in illo Solem effecerat, in hoc Sol iustitia ortus est.* Hodie Maria nascitur cælum, Thronus Christo præparatus; & hodie *in hoc Sol iustitia ortus est?* Ita planè. Nam (vti Pater adnotat) *Super similitudinem Throni similitudo quasi species hominis desuper.* Ac si diceret, Nata Maria quodammodo natus Christus asseritur, quia tanta Puellæ data gratia, eò quòd Mater futura Saluatoris, vt totus gratiæ dies pulcherrimus præsentari videatur.

Ezech 1.

Damasc.

14. Ager quidem nascitur Maria sine flore Iesu, quem post temporis interstitium germinabit; sed tàm plenus ostenditur, vt videatur iam flore Dominico ornari. Aiebat Iacobo Esau amicto vestimentis Isaac. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni*, Gen. 2 . Vbi Hieronymus asserit Mariam instar agri pleni exortam. Bonauentura in spec. cap. 7. *De agro isto Maria Beatus Hieronymus ait, quia multis erat repleta virtutum odoribus, manans ex ea fragrabat suauissimus odor spiritibus Angelicis.* Miror planè, quòd quando primùm germinat ager, iam plenus prædicetur, quasi Florem Christum produxisset. Attamen cessat admiratio contemplanti, Mariæ datum ex dignitate Matris futuræ tàm pulchram, tàm splendentem oriri, vt iam Mater esse Christi videatur.

Cum primũ Maria ager exoritur, iam videtur flore Christo ornari.

15. Hinc collige Mariam ex vtero procedentem iam cunctas vincere creaturas, homines scilicet & Angelos, quia specialissimè Solis increati lumine donatur, eiúsque ante Incarnationem præsentiâ fungitur. *Ante omnes colles parturiebar.* Prou. 8. Id est; Ego Mons eleuatissimus nascebar cunctos montes superans sanctitate, & gratiâ. Damascenus citatus: *Clarissimus Dei mons ex Anna paritur: Mons, inquam, ille, qui collem omnem ac montem, id est, Angelorum & hominum sublimitatem exuperat.* Quando nascitur exuperat omnem collem. Ita planè, quia eleuatissimus cùm sit Marianus mons *clarissimus*, consequenter assequitur ex speciali Solis assistentia; priùs enim & pleniùs eleuatiora culmina Sole complentur.

Paritur Maria, omnes colles, cunctos Diuos vincens.

Prou. 8.

Damasc.

16. Priùs itaque lumine toto Maria donatur. Reliqui etenim Diui post ætatis ac cursus processionem perfecto lumine opplentur. At Maria prior omnibus, quia in Natiuitate ineffabili splendore coruscat. Salomon de Maria: *Est hæc* (inquit) *speciosior Sole, & super omnem dispositionem Stellarum, luci comparata inuenitur prior.* Sap. 7. Sint tibi cuncti Diui Stellæ, aut Cæli, aut montes. An priùs luce complebuntur, quàm Maria? Hæc quidem inuenitur prior, quia eleuatissima omnium à Sole iustitiæ priùs inuenta. Bonau. in spec. c. 2. *Maria est prior omnibus.*

Prior cunctis Sanctis luce donatur, quia eleuatissima omnium.

Sap. 7.

Bonauens.

17. Pleniùs autem cunctis Astris aut montibus, aut Cælis splendore cõpletur. Discipulis Dominus. *Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in Cælis.* Mat. 6. Ad quæ Bernardinus, ser. 62. to. 2. *Christus ait: Dicite, Pater noster, qui es in Cælis. Id est, in cælestibus Spiritibus, & in aliis Sanctis; sed singularissime in B. Virgine Maria.* Quia nox à natalitio vberrimo gratiæ lumine completa ante omnes colles paritur, cunctos superat, gratiæ legis quasi diem perfectissimum præfert, toto Sole Aurora coruscat. Disce æterni Solis iustitiam, qui donat lumine augustiori montes eleuatiores sanctitate. *Accedite ad eum, & illuminamini.* Nec fruetur lumine, qui præsentiam effugit luminaris.

Plenius lumine completur, quia vicinior Soli.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:
Liber generationis Iesu Christi Filij Dauid.

Ex gloriâ Natiuitatis Mariæ quasi pendebat Filij gloria, imò Diuinitatis fulgor.

Vbi parentum ac filiorum identitatem adnoto.

MAriam Librum esse, quo Iesu cuncta magnalia futura scribuntur, Richardus asseruit. Et quidem Conditor sic Mariam nasci disposuit, gratiis ornatam, vt existeret quasi, *Libro de memoria* (sic liceat exponere) *de Dios y idea de como auia de hauer a su hijo.* Cuius profectò præclarissima gesta in Virgine Matre fulgurârunt. Vt scilicet quidquid in Matre præexisteret sanctitatis & perfectionis, id in Filio exprimeretur; quidquid autem deesset in Maria, hoc quodammodo Filius non exponeret. 18.

19. Id Deus in Dauide Patre Christi obseruauit, dum alloquutus Samueli, inquit: *Mittam te ad Isai Bethlehemitẽ; prouidi enim in filiis eius mihi Regẽ.* 1. Reg. 16. Illa particula ponderãda: *Prouidi*

Natalis Dauid Regis quasi deriuatur gloria,

uidi mihi Regem. An non potiùs Rex Israëlis filiis prouidetur, quàm Deo? Ita planè. At quia Dauid Rex futurus, Christi parens, iuxta illud: *Liber generationis Iesu Christi fily Dauid,* visum Deo sibi eligi Regem, id est, in ipsum Deum redundare debere quidquid aut defectus aut sanctitudinis in Dauide Rege reperiretur. Basilius Seleut. Orat. 14. pulchrè. *Non simpliciter ait: Prouidi, sed prouidi mihi in Regem. Arcanum aliquod mysterium continet: Prouidi in filiis Isai mihi Regem.* An super Dominum erat imperaturus? *Quoniam ex Dauide Christus secundùm carnem, verum Regnum, cælestia Sceptra, salutaris generatio, perennis gratia. Prouidi, inquit, mihi Regem. Tantùm non dicit: Meum esse istius filij Isai Regnum puto.* Potuisset enim quodammodo dicere, suum esse Regnum Dauidis, quia quidquid patris Christi erat, hoc erat & Christi, & consequenter Patris æterni. Vnde prouidit Deus Dauidem sanctissimum nasci Regem humilitate, modestiâ, fortitudine decorum, vt dignus Christi Regis pater exsurgat, ne defectus (si adesset) redundare in Christum, in æternum Patrem refluere videretur.

Basil. Seleut.

20. Nihil in Mariâ natâ præcessit, quod non prædicaret ipsam Filio Deo adnatam fuisse. Virginis pannos primos, queis Puellula inuoluta fuit ex vtero procedens memoratos Filius Sponsus, primas Matris virtutes laudat Diuinitatem redolentes: *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Cant. 1. Vbi Rupertus vestimenta hæc pannos infantiles exponit. *Omnium vestimentorum, id est, bonorum operum tuorum, quæ in me operata es, plusquam materna charitate panni illi primitiæ fuerunt.* Id est, sanctitas, quâ pannis primis inuoluta radiasti, documentum fuit futuræ perfectionis: *In omnibus famulata es mihi vt Deo, cui soli debetur odor thuris.* Si Deo soli debetur odor incensi, cur panni primi Mariæ thuris odorem emittunt? Quia non digna Dei Mater futura, si recèns natæ gratia non Diuinitatem redoleret: imò ipsum Deum non deceret huiusmodi Natalitium.

Panni primi Mariæ Christi nidabant Diuinitatē.
Cant. 1.
Ruper.

21. Attende precor? *Egredietur* (loquit Isaïas) *virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Cap. 32. Maria egreditur virga viriditate condecorata, quia (vt Richardus ait) virginitas iam nunquam violanda à pannis infantilibus prodebatur digna Deo. Quid causæ? *Et flos de radice eius ascēdet.* Quia Deus flos quasi de Natiuitate mariæ ascendere gloriatur. Cur non de virgæ summitate, sed de radice? Vt ostendat iam nasci Iesum, quando Maria nascitur: quidquid enim aut gloriæ, aut defectus in Mariâ nata conspicitur, quasi gloria aut defectus filij esse videtur. Adstruitur igitur ab ipso Natalitio Mariæ virginitas illibata, vt Filij etiam Diuinitas adstruatur. Audi Proclum hom. de Christi Nat. in 6. Concil. Ephes. Cap. 7. *Quòd si ea quæ genuit Virgo non permansit, neque id qui natus est aliud quàm purus homo existit. Atque ita partus ille nihil admiratione dignum habebit. Quòd si illa verè in partu & post partum virginitatem illæsam retinuit, is citra omnem cōtrouersiam arcano modo ex ea ortus est, quem (cùm per clausas ianuas ingressus esset) Apostolus Thomas in geminâ naturâ subsistentem agnouit, agnitiónque non absque ingenti stupore*

Christus ostenditur Deus Virginitate Mariæ, æterna in Natiuitate ipsius fulgurante.
Isa. 32.
Proclus.

compellauit: Dominus meus, & Deus meus. Si ex gloria virginitatis mariæ, sic Deitatis Christi honor dependet: quid mirum à Natalitio mariæ & virginitatem immarcessibilem rutilare, & cunctas virtutes radios emittere, quæ Filij Diuinitatem decebant.

Iam facilis Isaïæ eiusdem sententia: *Erit germen Domini in magnificentiâ, & gloriâ, & fructus terra sublimis.* Cap. 4. Ad quam Amedæus hom. 3. de laud. mar. *Germen Domini in magnificentia & gloria existit, quando ortum de radice Iesse in summitate Virga Maria totum effloruit, imò flos fuit,* respicit locum præfatum: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Germen Domini Christus est, qui quidem in gloriâ & magnificentiâ existere dicitur, quando ortus ex radice Iesse in Virgæ Mariæ summitate flos est. Illud adnoto, quòd quando in summitate Virgæ flos est, siue quando nascitur ex Mariâ, simul ex radice Iesse ortus asseratur. Ex radice Iesse oritur Virgo, ex Virgine Christus postquam virga creuit Incarnationis die in vtero: ex vtero autem die Natiuitatis. Cur ergo quum nascitur Dominus in Mariâ, & ex Mariâ simul dicitur ex radice cum nascente Virgine exoriri? Existimo, vt ostendat eius gloriam ex Natalis Mariæ gloriâ adeò dependenter quodammodo exsurgere, vt quidquid sanctitudinis aut defectus in natâ Mariâ appareret, notaretur in germine. Hinc parentum ac filiorum similes actiones; imò eandem quodammodo essentiam licet contemplere. 22.

Gloriosus ostēditur Iesus nascens ex Maria, quando ipsa gloriosa nascitur.
Isa. 4.
Amedæ.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Filij Dauid, filij Abraham.

Maria dùm nascitur, vincens cunctorum Proauorum, imò Sanctorum omnium perfectionem ostentatur.

Vbi innuo à cunabulis sanctitatem decere Reginas, seu illustres fæminas.

SVb Dauidis & Abrahæ nominibus Euangelista exposuit cunctorum sacræ antiquitatis procerū gloriam in die natalitio Mariæ, vt ostendat in vna Dei Matre ex vtero prodeunte, quidquid fuit in Diuis veteribus, acto triumpho superatum ostenderetur. Ideò Maria hodie super Dauidem & Abrahamum, columnas quidem triumphales, cuncta vincens obiicitur: Ex Strabi sententiâ. Propono mihi ob oculos in Dauide Reges sanctissimos, Prophetas Pœnitentes, virósque cunctos iuxta Dei præcordia præparatos. In Abrahamo verò Protoparentes Religionum, illustrissima sanctitatis lumina. Nullam in eis inuenio virtutem, quam triumphās hodie Maria non præsentet. 23.

Aspicite Filiam ex vtero Annæ surgentem. Dauid, Abrahā, Isaac, cuncti sanctitatis ac per- 24.

Cunctorum Diuorum præconia in Maria exoriente superata communtur.

fectionis alumni contemplemini, vestra in illâ præconia videbitis. Cassiod. lib. 11. Var. cap. 1. Reginā suā Imperio adnatam cutās celebrare, ait; *Hanc si parentum cohors illa Regalis aspiceret, tanquam in speculo purissimo, sua præconia mox videret.* Mox proauorum seriem attexens, adiicit: *Enituit Amalus fælicitate, Ostrogota patientia, Athala mansuetudine, Munitaurius æquitate. Vuinundus forma, Thorismus castitate.* Quid Regina? *Cognoscerent hic profectò vniuersi sigillatim propria, fæliciter faterentur esse superata.* Emicuit Dauid amore cælesti; Abraham fide, Isaac obedientiâ Iacob patientiâ, sapientiâ Salomon. *Cognoscunt his*, id est, in Mariâ, ex vtero procedente, propria sigillatim præconia esse superata.

Cassiod.

25. Angeli sibi proponentes Mariam exorientem ab vtero, inclamant; *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?* Cant. 6. Quando Maria instar Auroræ nascitur, iam terribilis vt castrorū acies ostenditur. Quid causæ? Cuncti Sanctorum exercitus in nascente Mariâ conspiciuntur, victi quidem, vt ipsa triumphans desuper ostendatur, omnésque quasi columnæ vni Mariæ triumphāti supponantur. Hieron. hom. de Assumpt. *Admiratur Spiritus Sanctus, quia omnes de ascensu huius Virginis admirantes facit, quod quasi noui diluculi Aurora rutilans ascensu suo resplendeat, multis vallata Sanctorum agminibus. Vnde dicitur terribilis vt castrorum acies. Siquidem terribilis fuit facta virtutibus vt castrorum acies admodum ordinata.* Quæ quidem ex *noui diluculi Aurora*, facilè, imò aptiùs de Mariâ nascente proferes, quando adeò sancta surgit, vt cunctos Ecclesiæ exercitus superare prædicetur. Vnde Puella mirabilis apparet; nec enim tantam admirationē excitaret in assumptione ad superos, vincere cunctos. Id mirabile prorsus, patam Infantem iam de perfectissimis Ecclesiæ exercitibus agere triumphum.

Nascens Maria cunctos Ecclesiæ exercitus vincens triumphat.
Cant. 6.

Hieron.

26. Rursum quæritant Cælicolæ; *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, tanquam virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij.* Cant. 3. Virgula cùm ascendit virgúcula dùm nascitur, iam vniuersi pulueris fragrantia emittit, omnis sanctitatis gloriam spargit. Ildephōsus ser. de Assumpt. *Ornamenta virtutū spargebat, non quasi vnius magis, sed vniuersi pulueris pigmentarij, vt in ea esset forma non solùm Virginum, verùm etiam omniū Ecclesiarum Dei.* Ac si Ecclesiis cunctis Puella nascēs proponatur virtutū documētum. An discipuli super magistrū? Minimè planè. Igitur natæ Mariæ sāctitas quæ cunctis Ecclesiis exhibet magisterium (scilicet & triumphanti & militanti) omnium Diuorum iam superat perfectionem. Disce ex præfatis quàm deceat eā, quæ throno nascitur, virtus à cunabulis, sanctorum proauorum imitatio.

Cùm virgancula appare, iam cunctorum Diuorum perfectionis agit magisterium.

Observatio V.

Ad illa verba:

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.

Maria ex gratiæ vtero oritur primogenita, vt Primogenitum pariens fratrum commodis inuigilet.

Vbi doceo primogenitos debere fratrum commoda procurare.

Si hic liber est (authore Antonino) generationis Iesu; id est, filiorum 27.
lucis, vt prædestinati (quorum nomina vitali in libro scribuntur) edantur in lucem, gratia mater innuitur suos filios paritura. Porrò primogenita gratiæ Maria est, cuius ope reliqui nati vitali libro sunt addicendi: nascitur enim Maria gratiæ primogenita, vt multi fratres salutem consequantur, superiori ac inferiori Orbe reparato. Præmitto Damascenum, Orat. 1. de Nat. Mar. *Quoniam futurum erat vt Dei genitrix & Virgo ex Anna oriretur: natura gratia fœtū antevertere minimè ausa est, verùm tantisper expectauit, dum gratia fructum suum produxisset.* Quare? *Siquidem oportebat eam primogenitam edi in lucem, quæ verum omnium Primogenitum, in quo omnia coagmentata sunt, paritura erat.* Proxima verba expende: *Primogenitum, in quo omnia coagmentata sunt.* Etenim Christus editus à Maria Primogenitus, vt cunctos fratres reformaret Lex namque Primogeniti fratrum commodis operam nauare. Si ergo primogenita gratiæ nata est, in ipsa cuncta debent coagmentari. 28.

In Maria primogenita gratia cuncta coagmentantur.
Damasc.

Ostendo huiusmodi lege primogenitum illigati rediens ad Iesum Mariæ primogenitum. 29.
Primogenitus (ait Paulus) *in multis fratribus* Rom. 8. Lucas autem de Virgine: *Peperit filium suum primogenitum.* Cap. 2. Quare Christus primogeniti nomine exprimitur, qui & Patris & Matris vnigenitus est? Respōdet Cyrillus Alex. lib. 10. Thes. Cap. 4. *Propter misericordiam suam creaturis se factus homo connumerauit, & primogenitus eorum factus vniuersa reformauit. Deus enim verus est à Deo vero, lumen ex lumine, primogenitus propter nos, vt sicut per ipsum facta sunt omnia, sic etiam in ipso reformata saluentur.* An idem est nasci primogenitum, ac saluandis fratribus curam impendere? Ita planè. Vnde postquā docuit primogenitū factum fuisse Dominum, addit: *Propter nos, &c.* Quàm fœliciter Maria gratiæ primogenita paritur! An à Iesu primogenito saluaremur, si Maria nata non fuisset? Nata ipsa primogenita, vt fratribus daret Filium primogenitū, ex quo salus. *Oportebat ergo eam primogenitam edi in lucem, quæ verum omnium primogenitum, in quo omnia coagmētata sunt, erat paritura.* Nasceretur prior ex gratiâ Ioannes, oriretur Petrus Num fratribus salus per ipsos impertiretur? Quonā modo, si Christus primogenitus non nascitur? Oportuit igitur gratiæ primogenitā esse Mariam; illam vtique, quæ Christum primogenitum fratrum Saluatorem erat editura. 30.

Iesum primogenitum fratribus curarum imitata Maria fratribus curam salutis.
Rom. 8.
Luc. 2.
Cyrill.

Iam ipsa clamat: *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in Cælis, vt oriretur lumen indeficiens.* Eccli.

Prodiens Maria primogenita Solem peperit fratrum lumen.

Eccli. 24. Eccli. 24. Ex Deo patre, ac matre gratiæ orta sum primogenita. Leges autem primogenitæ implens adeò fratribus sum salutaris, vt cælum luminaribus oppleretur mea intercessione. Hugo Cardin. *Multi enim sunt in cælo intercessione eius, qui nunquam ibi fuissent, nisi per eam, quorum corpora fulgent vt Sol.* Attamen aptiùs illam particulam: *Ego feci in cælis, vt oriretur lumen indeficiens*, expono de Solis iustitiæ exortu ex intercessione & precibus Mariæ, vt aliquibus placet ad illud Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui.* Vt enim fratres salute donarentur Maria primogenita eis primogenitum donari à Domino impetrauit.

Hugo.

31. Beria olim Pater fuit Iosue ab ipso nonus procedens. Porrò prima filia Beria fuit Sara in matrem Iesu Naue præparata. *Hæc ædificauit Bethoron inferiorem, & superiorem.* 1. Paral. 7. Primogenita igitur Beria mater Iesu leges primogenituræ implens inferiorem & superiorem Bethoron *ædificauit*, seu *reparauit*, authore Abulensi. Annon Mariæ Matris veri Iesu typus primogenita ædificat, siue reparat fratres? Certè Maria primogenita creaturarum inferioris, ac superioris Orbis reparatrix exsurgit. Illa Iesum Naue dedit Israelitis, ex quo salus. Hæc autem Iesum Christum in multis fratribus primogenitum Saluatorem.

Sara parens Iesu Naue duplicem vrbem reparauit, Maria Mater Iesu Nazareni orbem vtrumque.
1. Par. 7.
Abul.

32. Canens Maria exaudiatur. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Luc. 1. Beata dicitur, quia ob humilitatem Mater effecta Saluatoris, cuius ope vterque Orbis reparatur, vt Maria leges primogenitæ custodiret. Exclamat Augustinus hom. 3. de Assump. *O vere beata humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam sic mortalibus edidit, cælos innouauit, Mundum purificauit, paradisum aperuit, & homines ab inferis liberauit!* En veræ Saræ Matris Iosue seu Iesus Naue vtriusque Vrbis siue Orbis reparatio, *Cælos innouauit, Mundum purificauit.* Quod præstitit primogenita illa Iesum Naue eden; hæc autem Nazarenum: parens illa mediata, hæc immediata Mater Saluatoris.

Id præcinit Maria.
Luc. 1.
August.

33. Quàm abiecè Maria perditus mundus, quàm cæli sedilia vacua! Nascitur Virgo, vt pariens Christum vtrumque Orbem innouaret. Duo filij, vna filia ex meretrice nascuntur. Filia equidem vocatur *absque misericordia*, tertius autè filius. *Non populus meus.* Ose. 1. Quare *non populus* exortus? Quia absque Dei misericordia populus humanus tuebat; apparuit autem gratiæ filia primogenita Maria, nata quidè vt Dei misericordia oriatur simul cum illa, & non populus olim, iam Dei populus adscribatur. Damascenus orat. 1. de Nat. Mar. *Ob eam [illegible] nunc [illegible] fornicationis aduersaria pariùntur, Denique misericordiam ipsa peperit.* Quo fructu? *Atque populus Dei efficitur, qui prius populus non erat: & qui prius humanæ misericordiam consecutus erat, misericordiam nanciscitur.* Iura ergo primogenituræ Maria gratiæ filia seruauit hominum generi salutaris. Discant primogeniti, quonammodo debeant fratrum commodis inuigilare.

Nascente Maria, Dei proditur in lucem misericordia, qua non populus Dei populus exsurgit.
Ose. 1.
Damasc.

OBSERVATIO VI.

Ad illa verba:

Liber generationis Iesu Christi.

Necessariò nascitur Maria vt Christus nasceretur. Nec enim digna tanto hospite alia domus inueniretur.

Interim moneo hominis præcordia præparanda ad Eucharistiam excipiendam.

34. GENERATIO Christi præparatur? Iesu Natiuitas? O quàm necessariò connotatur natalitiũ illius, è quâ Dei Filius proditurus est! Quàm digna Natiuitas Mariæ Saluatoris Natiuitate! Nascitur Mater digna Domino nascituro Filij referens perfectionem, propinqua Creatoris. An putas venturũ Christũ, nisi priùs Deiparens exoriretur?

35. Adâm exoritur ex fœcũdâ obstetricâte Dei manu tanquam è vulua. *Plantauerat autem Deus Parad. sum voluptatis a principio*, in quo hominem collocauit. Gen. 2. Illa particula *autem*, adnotanda. Ac si diceret: Homo exsurgit; sed priùs necessarium fuit paradisum voluptatis adstrui, vbi collocaretur. Strictiori iure Adamum secundum habemus, quia priùs Deus Marianum plantarat paradisum. An terram, an pelagus Deus sedem Adam o primo donaret? Minimè, quia Dilectus Conditoris, fante Basilio Seleuc. orat. 2. *Neque nouam ei desideratum vniuersa terra, & concessum mare fuit: sed extructum manu sua paradisum delectabilem sedem dilecto concessit.* Chrysippus hom. de Mar. sic. *Aue, quæ es hortus Patris.* Quare Patris hortus speciatim Deipara appellatur? Quia Pater æternos Filium Orbi terrarum daturus priùs de plantando Mariano horto curauit, quàm Natiuitati sui dilectissimi Adami secundi operam impenderet.

Non nasceretur Adamus secundus, si Mariæ paradisus prius non plantaretur.
Gen. 2.
Basil. Seleu.

36. Ipse Dei Filius desiderio nascendi affectus aut pigritans tempus carpebat, aut Annam prægnantem compellabat, aut Virginem in lumbis Dauidis exultantem virtute, allicit ad natalitium, *Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.* Cantic. Alij pro *amica* legunt, *propinqua mea.* Quonam modo ad terras humanitate indutus descenderim, si mea propinqua partu non exhibitur? Necessarium, o Deipara, vt ad Orbis terrarum me educeres, vt in terris conspectu fruatur. Cantacuzenus ita exurgenti, [illegible] *[illegible] ò Mater, vt tu nascaris in terra, vt sis domicilium mihi ex te nascituro mortali.* Nec enim exorietur Adamus, si paradisus Marianus priùs non plantatur à conditore.

A Verbo compellatur Anna, vt [illegible] Virginem [illegible]
Cantic.
Cantacu.

37. Non poterat Christus à Patre immediatè desumpto rursum puluere efformari *ad imaginem & similitudinem* Conditoris? Cur ergo

Nec [illegible] erat Mariam nasci Matrē Iesu, vt esset simul Mater Ecclesia pro filia procaretur.

go Mariæ necessaria Natiuitas? Existimo, quia Christus propter Ecclesiæ natalitium descendebat è cælis, quam quidem è Matre Maria conuenientissimú erat prodire, vt ipsa Mater natæ saluti operam profunderet. Cum Maria iuxta Crucē staret, à latere Saluatoris percusso sanguis & aqua profluxit. Ioa 19. Quonam mysterio? Ecclesia exoriebatur. An ex Christo? Certè ex Christo & ex Maria. Petrus

Ioan. 19. Damian. Damian. ser. 1. de Ioan. Euang. *Ex Maria Christus carnem suscepit, Ecclesiam verò de lateris sui carne produxit, Magna igitur & felix est Mater beata Virgo Maria, ex cuius visceribus caro Christi desumpta est, ex quâ rursus per aquam & sanguinem profluxit Ecclesia, Hoc itaque modo & ex Maria prodiisse videtur Ecclesia.* Noluit igitur Christus sine Maria efformari, quia oportebat Mariam Ecclesiæ Matrem esse, vt eius intercessione finem suæ formationis, salutem scilicet æternam attingeret,

37. *Non inuenitur alia tanto hospite digna domus, haud nasq. Maria.* Psal. 47. Alium paradisum non poterat Adam secūdus sibi eligere, licèt Maria non priùs germinaret? Nulla tanto hospiti domus sufficiens, si Maria non nasceretur. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in Ciuitate Dei nostri.* Psal. 47. si Dominus hospes magnus ita, vt sit immensus, vbinam domus capax inuenietur? Ciuitas Maria tam magna est, vt in ea sit Dominus *nimis laudabilis.* Quia scilicet non solum decenter excipitur, sed & dignè, teste Richardo Laurent. lib. 11. *Bene Maria Ciuitas Dei, quæ tota fuit Dei, quia sola digna tanto Rege, tanto inhabitatore.* Richar.

38. *Sola Maria vera Aurora Solis veri.* Solis iustitiæ plura olim nascituri documēta præmissa. Iesus Naue, Dauid, Salomon, aliique innumeri tanti Solis scintillæ fulxerunt. At sola Maria Aurora vera Solis aduentantis. Vnde non apparuit Sol, cuius in pœnis sanitas, donec vera Aurora nata est. *Quæ est ista, quæ progreditur* (clamabant Angeli) *quasi Aurora consurgens, electa vt Sol?* Cant. 6. Quid electam vt Solem esse Mariam? Sol à Patre eligitur iustitiæ, Natiuitas Christi decernitur? Ergo Maria vt Sol eligitur, quia sine Natiuitate Mariæ veræ Auroræ Sol minime verus exorietur. Fulgeant antiquitatis lumina, scintillæ sunt, sola vera Aurora Maria necessariò nascitur, vt Sol verus exoriatur. Rupertus. *Quando nata es ô Virgo beata, tunc vera nobis Aurora surrexit. Quia sicut Aurora est finis præterita noctis, & initium diei sequentis, sic Natiuitas tua finis doloris, & cōsolationis fuit initiū.* Illud pēde: *Vera nobis Aurora surrexit.* Quia sola Maria verè aduentū Solis nascens præstolauit. Christú in Eucharistia recepturus adnotet priùs Christo à Patre hospitium præparari, quàm Dominus descendat ad terras; curétque præcordia Christo paradisum germinare, Cant. 6. Rupert.

SECTIO SECVNDA.

Lætitia ex Mariæ Natali.

TEXTVS.

VERS. 2. ABRAHAM genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius. 3. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. 5. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem genuit Iesse. 6. Iesse autem genuit Dauid Regem. Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.

§. I.

De Isaaci significatione.

1. *Isaac gaudii verum annuncias ex Maria Natiuitate.* ABraham genuit Isaac.] Auctor innominatus hom. 1. *Genuit Abrahā Isaac, id est, risum. Risus sanctorum est, non stulta cachinnatio, sed rationabile cordis gaudium.* Hominibus equidē verum gaudiū indicitur ex Isaac natalitio; si rationabile gaudiū illud est exprime lętitię rationē. *Adiecit ille: Isaac fuit per omnia typus Christi. Natus vtérque extra spem naturæ, ille de anu, qua parere posse desierat; hic de Virgine qua nec dum parere posse incæperat &c.* Appositè Isaac memoria geritur, dum Mariæ Natalis dies celebratur, quia sanctis vera annunciatur hodie lætitia exorta Maria, ex qua Dominus oriturus est. Canit Ecclesia Isaaco morem gerens: *Natiuitas tua Dei genitrix Virgo, gaudium annunciauit vniuerso Mundo.* Reddens autem rationem, addit: *Ex te enim ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster, qui soluēs maledictionem, dedit benedictionem, &c.* Accurrunt in Isaaco & Iacobo concinentes viri fœminæ autem in Thamar, Rahab, Ruth, & Bersabee, arrepto tympano cum Maria ipsa, eius natalitium diem concelebrant; quia ex nata puella nata Orbi salus, exorto Saluatore.

IN MARIAM NATAM

PANEGYRICVS SECVNDVS MORALIS

Circa literam.

Ex Lætitia Vniuersi.

Observatio I.

Ad illa verba:

Abraham genuit Isaac.

Natus Isaac domus exultatio celebrat Natalem Mariæ, è quo Vniuerso lętitia exoritur.

Vbi ostendo solemnia sacra veram sequi exultationem.

2. *Ad exultationē ex Maria Natali omnes aduocantur.* Damasc.

ISAAC igitur eunctos homines ad gaudium ex Natali Virginis inuitat, ex ore Damasc. orat. de Nat. Mar. fatus: *Adeste omnes gẽtes, omne hominum genus, & omnes cuiusuis linguæ, & ætatis, ac dignitatis Orbis vniuersi natalem diem lætitia lætis animis celebremus.* Illud preme: *Natalem diem lætitia.* Maria *Lætitia* vocitatur, quia vera Isaac filia sanctos, ac peccatores inuitat ad gaudium. *Lætare, Arna sterilis, quæ non paris; erumpe, & clama, quæ non parturis.* Sed parere ac parturire festina, gaudium etenim vniuersi Mundi tuo cum partu copulatur.

3. *Filia hæc melior filio quocumque ad lætitiam excitat parentes.* Ioan. 16.

Mulieri olim ex partu dolor, mœror indictus: *In dolore paries filios tuos.* Gen. 3. Vnde *Mulier cùm parit, tristitiam habet.* Ioan. 16. Nata iã Maria filia Eua gaudio perfundere. *Cùm autem pepererit puerum iam non meminit pressuræ, quia natus est homo in Mundum.* Ibid. Humana natura lætitia afficiatur, nec prælapsi mœroris recordetur nata filia Maria. An non filius *homo natus in Mundum* efficit parentem gaudio gestire? Profectò melior hæc filia quolibet filio ab ipso Domino prædicatur. *Omnem masculum excipiet mulier, & est filia melior filio.* Eccli 26. Lyranos legit: *Et est filia melior filio.* Nata vobis, Adam & Eua, Maria filia quolibet filio melior, gaudete. Bernardus hom. 2. sup. *Missus*, ait: *Lætare Pater Adam, sed magis tu, ô Eua mater, exulta. Quia sicut omnium parentes, ita omnium fuistis peremptores; & (quod infelicius est) prius peremptores, quam parentes. Ambo, inquam, consolamini super filiã. Curre Eua ad Mariam, curre mater ad filiam.*

Eccli. 26. Lyran. Bernard.

4. *Ædificata Maria Dei Domo, lætitia necessaria.*

Mariæ Natiuitatem inseparabilis sequitur exultatio. *Sapientia ædificauit sibi Domum, excidit columnas septem, miscuit vinum, &c.* Prou. 9. Hodie Domus sapientiæ Maria apparet exædificata vinum lætitiæ profundatur in fælicitatis documentum. Necessariò enim tãtum Natalem diem vinum exultationis comitatur. Ildephonsus serm. de Nat. Mar. *Domum hanc Mariam consideremus in quantum possumus; quia nec lingua sufficit loqui, quod voluntas cupit proferre. Quanta fuit benignitas Dei, vt de tam longinquo inquireret sibi Templum!* Quid plura? *Miscuit vinum. Hoc est, gaudium nostrum, hæc est felicitas nostra.* Contestatur Germanus de Nat. Virg. *Commune totius Mundi gaudium ex iustis hominibus Ioachim & Anna hoc die exortum est, laudatissima nimirum illa, omnisque planè reprehensionis expers Virgo, quæ sola propter eximiæ dignitatis præstantiam verè rectéque animatum Dei Templum facta est.* Eo domum exædificatam vini mixtione.

Prou. 9. Ildeph. Germ.

5. *Omnimoda lætitia decet huius diei solemnitatē.* Psal. 64.

Præcinit Vates Mariæ Parens Natalitij huius gloriam. *Te decet hymnus Deus in Sion. Exitus matutini & vespere delectabis. In stillicidiis lætabitur germinans. Et exultatione colles accingẽtur. Etenim hymnum dicent.* Vndenam tanta hominibus exultatio? Adiicit, *Visitasti terram, & inebriâsti eam, multiplicâsti locupletare eam. Flumen Dei repletum est aquis, parâsti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius.* Psal 64. Apparet Mariana terra pulcherrima flore, quid non gaudio perfruantur coloni, quibus tanta fructûs gloria præparatur? Bernardus serm. de Nat. Mar. *Gaudet colonus, vbi primum semina pullulare viderit, expectat inde frugem sibi prouenturam: cur & nos non gaudeamus data nobis virgam hanc nobilem.* Ipsa virga speciosa prædiues, agri honor, paradisi gloria, decus generis humani; gaudio perfundamur; tanta enim germinis pulchritudo fructus est vberrimi documẽtum. Virgam vides recèns natam? Terra est messium mater, paradisus cælestium deliciarum domicilium. Tota igitur hominũ exultatio vnum Mariæ Natalem diem comitetur. Docemur hinc spiritualem delectationem decere sacras solemnitates; Mundialia enim mœstitudo, spiritualia autem & cælestia exultatio sequitur.

Bernard.

Observatio II.

Ad illa verba:

Abraham genuit Isaac.

Isaac typus Saluatoris ostendi ideo in Mariæ Natali gaudendum, quia ex ipsa salus exoritur.

Interim moneo ex spirituali lætitia vitam hominum quodammodo beari.

7. *Ideo ex Natali Mariæ gaudiũ, quia salutis exordium.* Damian.

DIXIMVS, ex Christi respectu, cuius Isaac imaginem præferebat, lætitiam ab illo sanctis prælibari. Certè ideo ex Natali Mariæ Orbis exultat, quia ex natâ hodie Puellâ Mũdi Saluator est oriturus. Petrus Damian. serm. 3. de Natiuit. Mar. *Natiuitas beatæ, & intemeratæ Virginis genitricis Dei fratres, meritò præcipuum, & singulare præbet hominibus gaudium, quæ totius extitit humanæ salutis exordium. Meritò ergo hodie profusus totus gaudiis vbique terrarum Orbis exultat. Meritò vniuersa sancta Ecclesia, nascente sponsi sui genitrice, laudes alternat. Exultemus in hac die præcipuâ, & totis visceribus in Domino delectemur. In qua, dum Redemptoris nostri recolimus Matrem, reliquarum festiuitatũ celebremus originem. Quæ enim cunctis solemnitatibus est antiquior tempore, nequaquam debet esse inferior dignitate.*

7. *Exultat Orbis nata Aurora Maria, quæ vel in ortu suo iam solem iustitiæ præstitat.* Cant. 4. Ps. 95.

Tunc (ait Dauid) *exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini, quoniam venit.* Psal. 95. An Dominus apparuerit? Minimè, sed lætissimum eius præsentiæ futuræ documentum præferebatur. Quodnam illud si quæras, Mariæ Natiuitatem dixerim. Est enim aurora *electa vt Sol. Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens, electa vt Sol?* Cant. 4. Electa vt Sol dicitur, quia quasi Solis iustitiæ facies; vnde exorta Maria, quodammodo Christum iam exortum esse putamus. *Exultabunt* ergo homines cuncti *a facie Domini, quoniam venit.* Veniet inquam & venit; quia nata Maria Solis ipsius fulgore micat prænuncians non tam futurum Solis aduentum, quàm præsentiam proferens, Bonauentura in Spec. cap. 9. pulchrè. *O beata Virgo, tu es Aurora de Sole procedens, & ortum Solis præueniens, & in lumine Solis diem nuncians.* In lumine Solis nunciat Maria diem; quia orta Maria iam ortum Solem esse contemplamur.

Bonau.

8. *Mundi mare exultat, quia orta concha, ex qua vnio Dominica Deus & homo.*

Inibi Psaltes: *Lætentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius.* Cur hodie pelagus ad gaudium inuitatur? Respondet Damascenus Orat. 1. de Nat. Mar. *Hodie perflârunt auræ lætitiæ totius Orbis prænunciæ. Lætentur cæli, & exultet terra, commoueatur Mundi mare. In ipso enim Concha gignitur, quæ cælitus ex Diuinitatis fulgore in vtero concipiet, & Christum ingentis pretij vnionem pariet.* Perflarunt itaque auræ lætitiæ Aurorâ ascendente, quam necessariò lætitia comitatur, ob Deum & hominem nasciturum.

9. *Necessariò ob Aurora Solis iustitiæ exortum mœstitudo ablegatur.* Bernard. Gen. 32. Hailgrin.

Aiebat Bernardus serm. de Nat. Mariæ. *Fœlix Aurora fœlicis diei extitit nuncia. Talis dies talem Auroram decuit.* Fœlix in qua Aurora omnem luctum ablegans, omne gaudium alliciens. Iacobo luctanti Cælicola clamat: *Dimitte me, iam enim ascendit Aurora.* Gen. 32. Vbi Hailgrinus Cardin. apud Del-Riũ Cant. 6. *Per Iacob luctantem cum Angelo sancti Patres designantur, qui luctam et cum Domino lacrymis extorquere, & obtinere à Domino incarnationem fili j sui tali instantia velut quadam victoria nitebantur. Sed eorum cœtus respondetur à Domino: Dimitte me iã enim ascẽdit Aurora.* Iam Maria nascitur, ex quâ Sol iustitiæ proculdubio est nasciturus. Dimittite me, nec vlterà orationi incumbatis. Quare ab precibus remouentur? Quia cum lacrymis pugna illa iniretur, (Oseâ adnotante) ad conspectum Mariæ exorientis necessariò lacrymæ, omnisque luctus ablegatur. Adiicit Cardinalis. *Cesses instantia lacrymarum, iactantia vestræ certaminis; quia iam Aurora nascitur, videlicet Virgo, quæ vobis pariet verum Solem.* A cuius quidem conspectu lætissimo lacrymæ necessariò recedunt.

10. *Lætitia hæc in communi ex Templi antiqui dedicatione expressa.* 3. Reg. 7. Petrus Damian.

Olim *congregati sunt omnes maiores natu Israël cum Principibus Tribuum, & Duces familiarum, vt deferrent Arcam fœderis Domini. Conuenitque ad Regem Salomonem vniuersus Israël in die solemni.* 3. Reg. Tẽpli materiarij dedicationem commune illud gaudium celebrabat. Quid nata Maria viuo Numinis habitaculo? Ad hæc Petrus Damian. serm. de Natiuit. Mar. *Si Salomon cum Israelitico populo in dedicatione Templi ex lapidibus facti tam copiosam & magnificã sacrificium solemniter celebrauit: quale, & quantum gaudium beatæ Mariæ Natiuitas populo Christiano debet afferre, in cuius vterum velut in verũ sacratissimum Templum Deus ipse descenderet, & humanam naturam ex ea suscipere, & cum hominibus dignatus est visibiliter habitare? Licèt enim credendum est, in illud Salomonis Templum Deum descendisse: in hoc tamen rationabilẽ Sanctuario, hoc est, in Mariæ vtero multò mirabilius, multóque fœlicius dignatus est manere pro nobis.*

11. *Cuncta iubilationes Mariæ prædicunt Natalitium, ex qua Dominus.* Ps. 99. Ps. 113. Chrysost.

Quicumque iubilus apud Synagogam exauditur, Mariæ Natalitium concelebrat, siue homines lætentur, siue montes exultent. *Iubilate Deo omnis terra* Psalm. 99. *Montes exultauerunt sicut arietes, & colles sicut agni ouium.* Psalm. 113. Annon Mariæ Natiuitatem, ex quâ velut oue purissimâ verus Agnus oriturus erat, celebrabant? Chrysostomus serm. de Nat. Mar. *Hodie fit Mundo salutis initium, iubilate Deo omnis terra. Edita est nobis in lucem sponsa Dei, è quâ nasciturus est Agnus Dei, qui tollit peccata Mundi. Exultate montes & colles. Lætare humanum genus, cantate cælestes Spiritus, lapides nolite tacere; quoniam hodie nata est illa virga, quæ protulit miri odoris fragrantiam.* Et Augustinus serm. de Nat. Mar. *Adest nobis optatus dies Mariæ, ideo cum summa exultatione gaudeat terra nostra tantæ Virginis illustrata Natali. Hæc est enim flos campi, de quâ ortum est pretiosum lilium conuallium, per cuius partum natura mutatur protoplastorum.* Florem campi Mariam appellat cum ipse Dominus sese florem campi ac lilium conuallium appellarit. Quare? Quia tam pulchra Maria nascitur, vt digna Christi mater existat, quòd Filij pulchritudinem imitetur, & quasi alter Christus exoriatur.

12. *Reges lætantur in Maria nata vultum Christi venerantes.* Ps. 44. German.

Diximus Domini faciem esse Mariam, vnde exultans terra *a facie Domini* mota est. Psalm. 113. Videntes enim homines cuncti Mariam natam, Domini faciem in ipsa adorant. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Psalm. 44. Tua enim in facie iam exortum ex te Christum venerantur. Germanus super hæc verba: *Anna sterilis hodie manus alacriter, & festinè complodat. Quæ in terris versantur serena, lætáque sunt omnia. Reges exultent, sacerdotésque diuinis laudibus exhilarentur, & Mundus demum vniuersus festum hunc celebret diem. Nam ecce Regina æterni Patris sponsa ex radice*

Iessa

Iesse processit. Fœmina in posterum pariens dolorum expertes, efflornit enim gaudium, ac lætitia, & iam vita hominum mortalium in Mundo Regnum obtinet, ac dominatur. Edisce veram lætitiam ex spiritualium affluentiâ exortû habere, vitámque mortalem quasi impassibilem ostendi corde perfuso lætitia: *Efflornit gaudium, & vita mortalium in mundo dominatur.* Ideo Dauid nos Deo in lætitia seruire curabat; huiusmodi enim læta seruitus Regnum proculdubio est.

Observatio III.

Ad illa verba:

Isaac autem genuit Iacob.

Iacob Natiuitatem Mariæ colit, eam natam Rebeccam ostentans, vt peccatores cælestem benedictionem assequerentur.

Vnde patet, necessarium hominibus Mariæ patrocinium.

Maria Rebecca filium Iacobum inducens ad benedictionem consequationem. Ildeph.

13. IACOB quidem Matris ope Patris benedictionem, qua Regni cælestis possessio, authore Ambrosio, figurabatur, consecutus est. Celebrat Natalem Mariæ solemnitatem, cuius industria salutis benedictione homines donantur. Hinc gaudium Vniuersi. Ildephonsus ser. de Nat. Mar. *Honorabilis dies, ac sacra festiuitas, in qua nata est Virgo Maria. Hoc est gaudium nostrum, hæc est fœlicitas nostra, quia quando voluit fecit, vt nos per suam magnam misericordiam per Virginem visitaret. Exultemus, & lætemur omnes, in celebratione hodierna festiuitatis, in qua inchoauit Redemptor omnium visitationem mirabilem, & nos de captiuitate ad pristinum Regnum reuocare dignatus est.* En per Rebeccam Mariam Iacob cælestis Regni benedictione donatum.

Cuncta spiritualia bona nobis, à Deo donata sunt, Matris Mariæ vera Rebecca cura, nata quidē sim saluādu. Sap. 2. German.

14. Annon potest Orbis inclamare hodierno solemni? *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.* Sap. 7. Quænam bona homini desiderabilia obiiciuntur. An gaudium, vita, benedictio? *O Virgo* (exclamat Germanus ad Psal. 44.) *illustris proles ex iustis hominibus Ioachim, & Annalux lucem hodie prodiisti cœlum, & sedes Dei! Gaudium vniuerso annuncians, vita largitrix, maledictionis interemptrix, benedictionis conciliatrix.* An pax, gratia, misericordia? *O diuina Virgo* (rursum Pater) *in hac Natiuitate tua Mundo pacem & concordiam posce; nostris verò animabus gratiam, & misericordiam impetra.* An noua ad vitam generatio? *Nata est hodie* (ait Guarricus ser. 1. de Nat. Mar.) *Virgo, de qua salus omnium voluit nasci, vt natis ad mortem daret ad vitam posse renasci. Nata est hodie Mater noua,* (vera Rebecca) *quæ primæ matris maledictionem dissoluit, vt per istam benedictionem* (veri Isaaci) *hereditatem possideant, qui per illam sub præiuditio maledicti æterni erant nati.* Quid historiæ Iacobi accommodatius? *Prorsus noua Mater, quæ natiuitatem attulit filiis inueteratis.* An immortalitas, quam Protoplasti, & sibi & filiis amiserunt? *In hac celebri luce* (inquit Sergius Ierapol. ser. de Nat. Mar.) *buccinâ spirituali clangamus. Etenim quæ præsenti die ex Dauidice semine nascitur, vitæ Mater est, tenebrarum expultrix, Adæ reparatrix, Euæ renouatrix, immortalitatis fons, corruptionis interitus: per quam nos quidem in diuina naturæ participationem translati sumus. Hæc illa* (inferiùs) *nascitur, & simul cum illa Mundus renascitur, & renouatur.* An virginitas corruptæ mundiali carni bonum expetibile? *Venite fideles omnes* (adiicit Doctor) *cursu quodam ad Virginem contendamus. En illa nascitur singulare virginitatis decus, & ornamentum. Nascitur Aaronis virga de radice Iesse germinans.* Vt Dauidi ac Salomoni puritatem immittat. An Ecclesia & Templum nouum? Hoc bonum fidelium ingens datum homini per Mariam natam. *Nascitur Maria,* (adhuc Sergius) *nascitur & Ecclesia, suóque ipsius decore circundatur, atque ornatur Templum sanctum, receptaculum Diuinitatis, organum virginale, regiúsque Thalamus, in quo admirandum illud Mysterium vnionis naturarum in Christo ineffabili modo inter se coëuntium, perfectum est. Hunc proinde* (concludit) *Christum adorantes, omnis reprehensionis expertem immaculatæ Virginis Natiuitatem hoc laudum præconio celebremus: Natiuitas tua Dei genitrix Virgo gaudium annunciauit vniuerso Mūdo.* En Iacobi Mundi Maria Mater, dum nascitur, vera Rebecca est. Sergius.

15. Mundus ergo fruens hisce bonis, gestiens lætitiâ natam Virginem Matrem gratuletur Cyrilli vsus sententiâ hom. 6. huius solemnit. *Salue sancta Deipara pretiosus totius Mundi thesaurus; lampas inextinguibilis; corona virginitatis; sceptrum rectæ doctrinæ; Templum insolubile; locus eius qui loco capi nequit; Mater & Virgo, per quam in Euangelio benedictus nominatur qui venit in nomine Domini. Salue quæ incomprehensibilem in sancto virginali vtero comprehendisti, per quam sancta Trinitas in vniuerso Orbe glorificatur; per quam cœlum exultat; per quam Angeli & Archangeli lætantur; per quam prolapsum plasma in cœlo recipitur; per quam vniuersa creatura idolorum vasania detenta ad cognitionem veritatis venit; per quam fundata sunt per totum Orbem Ecclesiæ; per quam gentes ducuntur ad pœnitentiam; per quam diabolus tentator cœlo decidit; per quam Prophetæ pranunciauerunt, Apostoli salutem gentibus prædicauerunt; per quam mortui excitantur. Et quis adeò valet eloquio, vt plurimum laudatam Mariam satis celebret?* Quam verè Iacob mundus rursum inclamabit: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Salute enim donatus per Mariam cunctorum bonorum cælestiū colligatione Accurrat Esau; nec alia benedictione donabitur, per Mariam enim data Iacobo salutis æternæ benedictio. Annon Esau peccatori aliqua benedictio reseruata? Eadem prorsus quâ Iacob donatus est, si accedat ad Matrem. Hinc collige quàm necessarium delinquenti & iusto Mariæ patrocinium.

Nata puella Iacob mundus tot bonis cumulatus gratuletur. Cyril.

Observatio IV.

Ad illa verba :

Iacob autem genuit Iudam ; & fratres eius.

Duodecim Tribus gestiunt dùm memorant per Mariam Mundo æternam salutem à Domino donatam.

Vbi asseritur peccatoris diligentiam necessariam esse ad sanitatem.

16. *Per Mariam duodecim Tribubus, imò gentibus cunctis salus.* Dam.



Ollegium Prædestinatorum duodecim Israëlis Tribubus præsentatur, Ioanne testante. *Ex Tribu Iuda duodecim millia signati, &c.* Celebrant ideò Tribus duodecim Mariæ Natalitium, ex quâ salus æterna contigit Vniuerso. *Est enim Maria* (autbore Cyrillo hom. 6.) *per quam diabolus cælo decidit, & prolapsum plasma in cælo recipitur.* Iacobi filij, memores historiæ Esau, scitote salutis æternæ benedictionem à Matre Mariâ exortum habuisse, vnde si cupitis salute donari, ad Mariam accurrite, hodie hominibus natam refugij Ciuitatem.

17. *Vnicus locus refugij peccatori, Mons Maria, Deo nimiū irato.* Gen. 19. Anton. Paduen.

Olim iusto Loth Angeli hospites : *Ne stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac,* Gen. 19. Vnus tibi mons refugij locus relinquitur. Fallor nisi Maria hoc in monte vnico salutis hominis confugio, dùm iratum Numē, designetur. Meum Antonium Paduensem, Dom. 2. Quadrag. audire: *Beata Virgo est mons, quia sicut montes sunt superiùs luminosi, inferiùs spatiosi : interiùs onerosi, exteriùs pascuosi. Sic B. Virgo fuit superiùs luminosa puritate, quam cum Angelis participat; inferiùs spatiosa charitate, qua tantùm ad humanum genus afficitur; interiùs onerosa pietate, qua continuo scaturit in eius corde; exteriùs pascuosa sanctitate, quia ibi poteris pasci omni fructu virtutum, omni flore honestatis. Igitur tibi dicitur : Ne stes in omni loco circa regionem, sed in monte saluum te fac.* An non circa regionem destruendam circa mundum igni æterno tradendum. Multa loca tuta, aliorum nempè Sanctorum intercessio? Profectò aliquando adeò crimina increscunt, ita Deus irâ accenditur, vt Sanctorum aliorum intercessio non sufficiat, vnde vnicus Marianus mons hominibus offerat incolumitatem.

18. *Imbutus sanctitatis nata Maria eam defert ad hominum salutem procurandam.* Psal. 45.

Cùm concipitur Maria, cùm nascitur, singulari illa cura afficiebatur, scilicet Saluatorem hominibus procurare, eósque illo ex virgineo partu donare salute. *Fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei, sanctificauit Tabernaculum suum Altissimus,* Psal. 45. Ac si diceret, Mariam conceptam & natam gratiæ impetus in morem fluminis ita sanctificauit, vt ex vi huiusce sanctificationis curaret enixè Virgo Dei Ciuitatem ex Saluatoris aduentu lætificari. Bernardinus Senen. ser. 51. tom. 2. me ad hanc mentem adduxit, *Ex charitatis ardore etiam humanæ saluationis toto affectu Virgo desiderabat incarnationem Filij Dei : nam & totus impetus primæ sanctificationis mentem huius sacratissimæ Virginis impellebat, ad hoc desiderandum pro salute omnium electorum.* Bernardi.

19. *Virgo oborita Maria est naturæ humanæ virga aurea liberationis.* Esth.

Humana natura morti addicta coram Domino adstat deprecans veniam, quam quidem ex natæ Mariæ conspectu Dominus impertit : imò illud ipsum natam virgulam nasci idem est, ac veniâ nostram donari naturam. Esther olim sub mortis periculo Assuero sistitur, irato veniam precatura. Cui Princeps : *Quid, Esther Regina? Cúmque illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam.* Esth. 15. Vbi Bonauentura in spec. cap. 10. *Virga aurea, virga Regia est illa aurea Regia Virgo Maria; aurea quidem charitate; Regia verò nobilitate.* Respicit Doctor locū Isaiæ: *Egredietur virga de radice Iesse.* Regali quidem Tribu. Nascitur virga Regia, quæ naturæ morti obnoxiæ, in vitæ ac salutis documentum obiicitur. Vis ô damnata natura vitâ æternâ donari? Nata virga Regalis tibi sit aurea virga. Virgo te à mortis liberet incursione. Pro vulnere ab irato Numine accipies osculum in veniæ indicamentum: *Tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam,* osculo quidem, quo prodigum filium reuertentem parens donauit. Luc. 15. Bonau.

20. *Nascitur Maria, tanquàm Medicus ægrotantibus.* Eccli. 24.

Ipsa ex vtero prodiens inclamat ægrotis iam penè desperatis. *Et radicaui in populo honorificato; sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi.* Eccli. 24. An radices, ô Virgo, tuæ Natiuitatis soli honorificato populo Hebræorum donas? *Et in partes Dei mei hereditas illius.* Hasce radices immitto ad gentes Christi filij mei etiam hæreditatem. Vnde aiebat Cyrillus Orat. 6. *Per Mariam natam, in Israel benedictum nominari Messiam, & vniuersam creaturam Idolorum vesaniâ detentam ad cognitionem veritatis venire.* Quinam virgæ exorientis fructus, radicantis effectus? *Sicut balsamum odorem dedi.* Balsamum Maria cunctis Orbis ægrotis. Bonauentura in spec. cap. 24. *Balsamum Mariæ est vnctio gratiæ, qua ipsa copiosissimè infusa est. Vnde Bernardus : Pretiosi illius Balsami tanta tibi copia, tanta plenitudo infusa, vt copiosissimè effluat circumquaque.* Accedite ægroti, Medicus adest, ac simul medicamen apponitur. Bernardus hom. 2. sup. missus. *Ad Virginem sicut ad Medicum respiciunt; & qui in cælo sunt, & qui in terra, & qui in inferno habitant, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequuntur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis; illi qui in cælo sunt, vt restaurentur; & qui in inferno, vt eripiantur; & qui nos præcesserunt, vt Prophetæ fideles inueniantur; & qui sequuntur; vt glorificentur.* Et Epist. 174 suadet vt laudibus Virginem efferamus, quia cunctorum medicum decet honor, iuxta illud, *Honora Medicum propter sanitatem.* Eccli. 38. Cyrill. Bonau. Bernard.

21. *Commutat æternum Maria nomē Iesu pro nomine Iesu, vt per Mariam salutem fruamur.* Richard.

Natiuitatis die *Maria* Puella vocitatur, tàm nouum nomen, tàm dulce, tàm grande, tàm diuitiis redundans, vt cælum nomen Iesu pro nomine Mariæ commutauerit. Meditatur Richardus Laurent. lib. 1. admirabilem commutationem factam inter terram & cælum de vtroque nomine. Cælicolæ abundabant nomine *Iesu,*

Iesu, terricolæ nomine *Maria*, Cælum terram Iesu nomine donat, vt à terra mariæ nomen accipiat: quemadmodum prouinciæ aliquæ carentes nummis assolent merces mercibus commutare. *In persona Angelorum quæritur hodie, quæ est ista Puella? Quia dulce nomen Mariæ sibi desiderant respondere.* Quæ est ista quæ ex Annæ vtero prodit? quo nomine insignitur? *Maria* vocatur. At commutatione nominis mariæ cupiens terra Iesu nomine ditari, quærunt, Quis est Puer è mariæ vtero exortus? *Quis est iste qui venit?* Respondet terra: Vocatur *Iesus*. *Patribus nomen Iesu in desiderio erat, vt inter homines nominaretur nomen, quod notum erat in Cælo.* Ascendit igitur nomen mariæ ad Cælum, vt nomen Iesu, à quo salus, descendat ad terras. Tàm magnum, tàm pretiosum mariæ nomen, vt eius commutatione Iesu pretiosissimum nomen comparetur: tàm mariæ debitrix terra, vt per eius manus, curam, & expensas, Iesu salutari nomine fruatur.

22. *Necessariò adhibēda cura ab ægroto ad istā piscinā, aut pelagus Mariæ turbādum, commouendum precibus.* Quid plura? Gratis-ne fruar thesauro salutis? minimè, diligentia pretij loco adhibenda est. Parata medicamina nata maria præsentantur ægrotis: sed curantibus sibi adhiberi. memor paralytici iuxta piscinam commorantis, nec ex feretro, aut grabato surgentis, iam legisti Damianum asserentem mariam piscinam esse turbandam, vt salutaris hominibus adhibeatur. (Ioa. 4. Damia.) Angelus quidem turbauit præconiis: *Aue gratia plena*, quando *turbata est in sermone eius*, docens ægrotos precibus turbare piscinam. Vulgare hoc audiatur Dauid: *Commoueatur mare, et plenitudo eius.* Psal. 95 mare maris gratiâ plenum. (Psal. 95.) Tunc salutares vndæ ægrotis, cum enixis precibus pelagus turbatum commotum fuerit. Bonauentura in spec. cap. 7. *Attendamus quid Bernardus de Maria loquatur, sicut vas liquore plenum si moueatur de facili subuertitur, & effundit liquorem: sic Beata Virgo Maria* (mare quidem gratiâ plenum) *si moueatur precibus, effundit liquorem in nobis.* Si difficile tibi videatur maris commotio, mariæ pelagus instar vas aquæ obiicitur, vt facillimè subuertatur precum aura leui, & liquorem profundat. Edisce nunquam salutem tàm facilem nobis obiici, quæ nostram diligentiam non requirat. Aduolat Iesu sanitas: *Et sanitas in pennis.* An adhibebitur ægrotanti renuenti? minimè. manum porrigat, medicum mariam aduocet, precibus alliciat, proculdubiò sanabitur.

Observatio V.

Ad illa verba:

Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.

Iubilans Thamar Mariam celebrat natam ex palma, homines victoriis donaturam.

Vbi adnoto vitam hominis solere infantiam imitari.



Quatuor fœminæ, Thamar, Rahab, Ruth, & Bersabee, exultantibus viris ex Virginis Natiuitate addunt lætitiam. Obiicit sibi Thamar Virginis victorias mundo salutares, & eam celebrat natam triumpho. Thamar quidem mariam signat nascentem triumphare. *Zaram de Thamar*, id est, *de palma Aurora*. Nascitur maria de palma, à victoriis exoritur mundo protegendo, hostibus debellandis. 13. *Thamar idem quòd Palma.*

24. *Nata Aurora Maria mundus eius ope triūphat.* Aurora Virgo mediis nascitur in victoriis, mundus Iacob init cum Numine certamen, vt maledictione ablegatâ terra afficiatur benedictione, Iacobique captiuitas destruatur. Instat mundus, inclamat Deus: *Dimitte me, iam enim ascendit Aurora.* Gen. 36. (Gen. 46.) Vincit Iacob, mundus benedictione donatur, sese victum profitetur. Quisnam Deom exercituum debellauit? An Iacob? an mundus. minimè, sed Auroræ Natiuitas. *Iam enim ascendit Aurora.* Richardus Laurent. lib. 7. (Richard.) *Iam ascendit Aurora, id est, lux illa nascitur, quæ nobis pariet verum Solem.* Si nascitur Aurora Maria *de palma*; si oritur ex victoriis, in Natiuitatis eius conspectu haud potest consistere decertatio, necessaria adest victoria, triumphus mariæ castæ, mundus benedictione donatur, Iacob vulneratus reficitur, sanatur à Filia, absorpta morte & maledictione in victoria, terra benedicitur: *Et benedixit eum in eodem loco.*

25. *Ad natam Mariam accitus homines donaturus victoria aduersus hostes.* Aliter expendo testimonium, Iacob cum Domino decertabat, lacrymis ac precibus curans consequi aduersus Esau, imminentiaque pericula victoriam: instanti autem: *Dimitte me, iam enim ascendit Aurora.* Ac si diceret; Quid à me postulas triumphum, cùm ad mariam Auroram ex palmâ ex victoriâ natam debeas accedere victoriam consecuturus. (Gen. 32.) An non Pharan triticeorum dominus manipulorum famescentes homines triticum poscentes ad dilectum Iosephum immittebat? Iosephum adite, cui commissa manipulorum dispensatio. Quid à me, ô Iacob, petis aduersus pericula incolumitatem, aduersus hostes victoriam, si iam Filia tua maria nata est Aurora ex triumpho victoriis homines donatura? Pulchre Richardus Laurent. citatus. Per Angelum significatur Deus, *qui data* (hodie) *nobis Matre videtur dicere se orants: Dimitte me, iam enim Aurora ascendit. Quasi dicat: Iam non pulses à me primo loco, sed vade ad Matrem meam, sicut aliquis Rex* (Pharaonem testor) *ad honorem Matris suæ* (Dilecti sui Ioseph) *Reginæ remittit ad eam negotia Regni.* Quidni specialiter ad mariam negotia belli, *si à palma ascendit Aurora.* (Richardus.)

26. *Nota Mariæ Aurora priùs ad ipsam veniendū, quàm ad Solem currendum, victori, quia nata ex victoriis.* Ante mariæ signatum Natalitium à Sole immediatè petebatur victoria, euentu fælici. *Sol* (inquit Iosuë) *contra Gabaon ne mouearis, steteruntque Sol & Luna.* Cap. 10. Sol immediatè Ducem triumpho donauit: at non omninò absente mariâ; *Steteruntque Sol & Luna.* Profectò post mariæ Natiuitatem, quando non Luna, sed *Aurora consurgens*, priùs nobis victoriam expectantibus, maria est exoranda, Solis iustitiæ pulcherrima Aurora. (Ios. 10.) *Oportet* (inquit Sapiens) *præuenire Solem.* Sap. 16. (Sap. 16.) A Principibus tenebrarum curat mundus re-

portare

portare triumphum idololatriæ nebulis ablegaris, mortis confractis viribus. An accurrendum nobis ad iustitiæ Solem? *Oportet Solem preuenire.* Prius ad Auroram hodie exsurgentem accedamus, cum Dominus iustitiæ Sol victoriarum commisit elargitionem, natæ quidem *ex palma.* Rursum Laurentius ibid. *Forte ideo dirigitur sermo ille sapientiæ ad Patrem,* qui nos docet victoriarum consecutionem, fatus: *Oportet præuenire Solem, id est, prius ad Auroram Mariam venire, quam ad Solem iustitiæ, ad benedictionem tuam obtinendam; & ad ortum lucis adorare te; id est, gratias agere de ortu Mariæ, per quam illuminatus est Mundus.* Belle planè. Adnota Mariam hostes postmodum viriliter debellaturam ex palma nasci; quia vitæ actiones totius adeò à natalitijs, aut infantiæ rudimentis assolent dependere, vt vita tota sit quasi Infantiæ paruulæ imago dilatata. Vnde curent parentes filios in exercitamentis nasci salutaribus.

Richard.

OBSERVATIO VI.

Ad illa verba;

Salmon autem genuit Booz de Rahab.

Exultans Rahab præcinit Mariam exorituram, vt potentia vtatur, ad peccatorum reductionem, vt eos donet plenitudinis redundantia.

Vbi assero, legem potentiæ esse, dilatari ad miserorum subleuationem.

27. Rabab insinuat potentiâ dilatatam, plenitudinemque.

CONGONANTI, dulciter Rahab, id est, [illegible] Ingenti plenitudini ingenti dilatatio. [illegible] potentiæ miseris [illegible] respondet. [illegible] Rahab Mariæ [illegible] plenitudinem auget, tam potentiam [illegible] quidem dilatandam, [illegible] Vnde in gentili Meretrice [illegible] enim Mariam [illegible] plenitudine, tanta potestate exortum, colligit ex [illegible] à periculis, ab incommodis liberat [illegible] plenitudine vera redundantium.

28. Maria quanto potentior nascitur [illegible] Damian. Petrus Damian. serm. 4. [illegible] apposite: *Moueat te, ô Virgo natura, potentia moueat, quia quantò potentior, tantò misericordior esse debes.* Ac si diceret, Moueat te natura, id est, natam esse ex hominum familia, infirmam potentissimam; nam enim potens potentes misericordiæ operibus operam dabis. *Potens* [illegible] Vos testor miseros Euæ filios [illegible] [illegible] *Euæ* [illegible] *gementes & flentes.* [illegible] quidem in potentia [illegible] fœminæ à misera seruitute.

29. Maria Iudith instar Hæc illa Iudith. *Erat hæc in omnibus famosissima*, cap. 8. Vbi Bonauentura in spec. cap. 8. *Maria optime figurata est per illam famosissimam*

fortem fœminam Iudith. De qua scriptum est: Hæc erat in omnibus famosissima. Quare Vidua illa famosissima vocitata; Interlinealis Glossa famosissimam asserit, quia fortis fœminæ, ab Spiritu sancto descriptæ virtutes imitata est. *Mulierem fortem quis inueniet?* Prou. 31. Fortis ac potens illa mater familias ac Domina suam potentiam ac dominatum, suam fortitudinem in ducendis domesticis impendit; *Domestici eius, vestiti sunt duplicibus.* Iudith autem famosissima fortitudine, sese totam liberando populo addixit. Haud aliter Maria famosissima, fortissima, & potentissima Domina totam potentiam ac fortitudinem hostibus deprimendis, liberando populo sacrauit. fortis Mulier, potentissima ad subueniendum. Iudith. 8. Bonau. Interl. Prou. 31.

30. Potentiam Virginis dilatatam quidem ad misericordiam accuratius expendam. Annon augustissimæ potentiæ Mariæ efficax documentum, vt si nomen Patris æterni, & Filij vix potest insonare sine respectu ad Mariæ nomen, vt quidquid à Patre ad Filio [illegible] simul à Maria [illegible] quodammodo debeat? Docet Christus sic homines orare Deum *Pater noster, qui es in cælis.* Matt. 6. Quare celebris oratio non dirigitur ad Spiritum sanctum omnium gratiarum fontem; aut ad Verbum, quod humanam carnem induens Mundum redemit, aut ad Deitatem in communi? sed potius ad Patrem? Quodnam arcanum hoc verbum *Pater* includit, quo notum [illegible] Tertullianus lib. de Orat. cap. 2. [illegible] *Sic ergo vos orabitis: Pater noster. In Patre Filius inuocatur, nec Mater quidem præteritur,* [illegible] *quidem in Filio & Patre Mater recognoscitur, de qua constat & Pater, & Filius nomen.* Oratio enim quæ referatur ad Patrem vt est Patris vocabulo Filius memoretur, vnde [illegible] & Mater. Vt scilicet illa, *de qua constat & Patris & Filij nomen*, simul cum Patre & Filio ad bonorum consecutionem [illegible]; imo vt Pater & Filius alliciantur, Matris [illegible] Inuocato nomine Patris, & Filij inuocatur nomen Mariæ. Tam potens Maria.

31. Hæc potentia ad omnes extendi dilatatur, quasi ex lege. Bernard. Quid potentius Mariæ? Attamen [illegible] modum huiusmodi potentia dilatatur ad omnium vtilitatem, professo Bernardo ser. [illegible] *Maria omnibus sapientibus & insipientibus copiosissima charitate* [illegible] *se fecit, copiosissima charitate.* Debitum censetur planè. Hæc enim lex potentiæ superne ad subditorum commodum dilatari [illegible] ex debito. Ezechiel apposite. *Ista est lex Domus: in summitate montis omnis finis eius in circuitu sanctum sanctorum est.* cap. 43. Maria Richardo [illegible] est Domus Dei, cuius [illegible] *in circuitu sanctorum est.* Potentissima Maria nascitur. Hæc lex potentissimæ domus Dei, sanctos protegere, id est, accuratissimè defendere Ecclesiam. Liceat mihi sanctos non replicare, sed dicere; *In circuitu sanctorum & peccatorum est.* Attamen aptius sanctorum [illegible] quia Maria [illegible] sanctis ac peccatoribus, sic hos conuertit, sic immutat, vt ad cœtum sanctorum afferat. Vnde *in circuitu sanctorum* [illegible] peccatorum iam *sanctorum est.* Id quidem lege aut debito, se enim Maria à [illegible] *sapientibus & insipientibus*, sanctis nempe ac peccatoribus [illegible] *copiosissima charitate.* Ezech. 43.

32. Maria plena nascitur, vt Quid de superba sue copiosa plenitudine Rahab Mariæ? Ad miseros dilatabitur, in homines vacuos diffundetur. Tam plena est Maria

de supernenientes gratia quodammodo tota, in homines diffunduntur. Cassiod.

tia à Natalitio, vt quidquid ex cælesti abysso in illam fluxerit, necessariò in terram refundendum quodammodo sit. Aiebat Cassiodorus l. 12. var. epist. 17. *Fundit potius, qui mittit in plenum; nam illud potius reconditur, quod vasis vacuis congregatur.* Plenam Mariam cum Angelo contemplemur: *Aue gratia plena. Spiritus* (adiicit ille) *sanctus superueniet in te.* Luc. 1. Id est, noua semper tuæ plenitudini gratiæ copia adiicietur. An nō quodammodo Deus *potius fundit* mittens *in plenum*? Ergo ex plenitudine superabundāti implebimur vacui: *Illud potius reconditur*, aut non effunditur, quod vasis vacuis congregatur.

Luc. 1.

33. *A Maria plena gratia profluunt in homines.* Prou. 8.

Profatur Maria gratia plena: *Mecū diuitiæ, & gloria.* Prou. 8. Id est, gloriæ cunctis diuitiis me plenam video, nō solū gratiæ diuitiis abūdo, sed & gloriæ fruor plenitudine. Aliter legitur: *A me diuitiæ, & gloria.* Idem enim est cælitus impleri Mariam & diuitiis & gloriâ, ac illud immēsum flumen gratiæ & gloriæ (quod nunquā non affluit) in homines refluere.

34. *Maria plena balsamum in terram vacuam effluit.* Eccli. 24. Bonau.

Alibi Deipara: *Quasi balsamum non mixtum odor meus.* Eccli. 24. Vbi Bonau. in Spec. c. 3. inquit, *Maria balsamum vnctio gratia est, quâ copiosissime est infusa*, seu plena. *Vnde Bernardus* Virginem gratiæ plenam balsamo contemplatus, *loquens de illo verbo: Spiritus sanctus superueniet in te ait: Pretiosum illud balsamum tanta tibi copia, tantâque plenitudine influet, vt copiosissimè effluas circumquaque.* Si enim Spiritus sancti superuenientis copia adeò plenam Mariam inuenit, quomodo non effluet circumquaque in vacuos peccatores in terra designatos: *Terra erat inanis, & vacua.* Collige Regum potentiā & plenitudinem magis obnoxiam communicationi: potentia quasi lege dilatari, Plenitudo refluere in miseros, vacuos implere subditos tenetur.

Observato VII.

Ad illa verba:

Booz autem genuit Obeth ex Ruth.

Lætatur Ruth nata Maria, præsignans futuram despectarum spicarum, seu peccatorum collectricem.

Interea doceo, nulliùs viuentis desperatam salutem; dandámque operam rusticorum spirituali vtilitati.

35. *Ruth colligit spicas à messoribus derelictas.* Richard.

Addit Ruth exultantium choro lætitiam, Mariam natam affirmans, ad peccatorum desperatorum reductionem. Richard. Laur. l. 6. *Maria*, inquit, *significata est per Ruth, quæ reliquit populum suum.* Vineam suam non custodiuit, vt homines quæreret perditos.

36. *Maria colligit peccatores derelictos*

Communiter humana natura messis vocitatur. *Leuate oculos vestros* (ait Dominus messoribus Apostolis) *& videte regiones, quia albæ sūt iā ad messem.* Ioan. 4. Pergūt metere Euāgelici operarij, manipulos cōgregāt. At reliquæ spicæ quasi despectæ aut in agro, aut in via, quis colligat Ruth. Proh infelicitas tot spicatū, tot peccatorum, qui relinqui ex Apostolica messe à bestiis, ab auibus sunt absumendi! Imò felicissimi illi, si Maria verā Ruth, in morem illius fœminæ spicilegium faciat vt eas Euangelicæ aduciat triturationi. Bellè Bonau. in Spec. c. 5. *Ruth ergo in oculis Booz, Maria in oculis Domini hanc gratiam inuenit, vt ipsas spicas, id est, animas a messoribus derelictas colligere ad veniam possit.* Num non Deus agricola: *Pater meus* (ait Dominus) *agricola est.* Ipse, instar Booz præest messoribus Angelis, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Christo. Quid plura? Annon mira Mariæ potestas, & misericordia potuisse, & voluisse colligere, & congregare despectas, imò vt incorrigibiles derelictas à ministris Euāgelicis ab ipso Christo, ab ipso Deo spicas, animas scilicet, de quarū salute tam attrita spes? *Qui sunt* (adiicit Doctor) *messores, nisi Rectores, Doctores &c. O vere magna Maria gratia, quā multo ex eis ad misericordiam colliguntur, qui a Rectoribus, & Doctoribus, à Patre tanquam incorrigibiles relinquuntur.*

à Doctoribus, imò à Patre æterno agricola messore. Ioan. 4.

Bonau.

37. *Latronem spicam derelictā à Booz Christo Ruth Maria collegit* Luc. 23.

Postquā metens Agricola, qui exierat olim *seminare semen suum*, veniens veniebat cum exultatione portans manipulos suos, reliquerat latroné despectū, qué pulcherrimā futurū spicā Maria Ruth collegit, vt addiceret iustorum manipulis, (de quo alibi;) Booz Christus à Matre, teste Drogone, accepit, & ad horreum trituratā immisit: *Hodie mecū eris in paradiso.* Luc. 23. Probat matris affectū, despectū peccatoré, relictā spicam confouēs & manipulo alligans salutari. Bernard apud Bonau. citat. *O Maria, tu peccatorē toti Mūdo despectū materno affectu amplecteris, foues, nec deseris, quo vsque Iudici miserum reconcilies.*

Bernard.

38. *Ferrum durissimi peccatoris Maria ignis & in ignem conuertit.* Bonau.

Parum dixi? Quovsque miserum efficias tui ipsius imitatoré. Confouens enim pectore durū emollis, frigidū accēdis, impœnitenté mutas. Sub ferri metaphorâ pulchrè id expendit Bonau. ser. 1. de Virg. tom. 3. *Ferrū igne non tactum est frigidum, & durum, est rubiginosum. Sed dum ferro aduenit ignis, ipsum calefacit, ipsum in mollitium vertit; & si ipsius ignis actio est fortis, ipsum totaliter liquefacit, eius rubiginē ex toto consumit, & in suam pulchritudinem ipsum vertit. Tu ergo, qui habes cor non carneū, sed ferreum, si hoc igne Maria tangeris, & affectu calefcis, & compassione mollescis, & omnis peccati rubigine expoliaris, & similis illi igneus efficeris, & totus amore liquescis.* Quis crederet despectū, & derelictū durū & incorrigibilé peccatoré ad bonā frugé adducendū? Tāta est Ruth Mariæ charitas derelictas spicas colligéris. O miser, qui messoris Christi sacerdotale ministeriū toties effugisti, qui te non dedisti Patri agricolæ secanti, saltem pietati Ruth Mariæ te cōmitte, manipulis proculdubio alligaberis, annúmque diuinæ benignitatis ornabis corona. Ediscat hinc delinquens haud desperatum negotium salutis, dum homo superstes. Messores Euangelici à Maria edocentur derelictarum spicarū collectioni operam dare, missionum incumbere ministerio; vt rusticos à Doctoribus, & à Rectoribus derelictos manipulis inserant triturandis, horreóque cælesti tradendis.

Nullius viuentis desperata salus. Rusticorum saluti danda opera.

OBSER.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.

Gestit gaudio Bersabee, dum prædicat natam Mariam peccatorum causis procurandis.

Vbi ostendo, quam necessarium sit delinquentibus Virginis patrocinium.

39. *Bersabee sollicita pro filio aduocata.* BERSABEE denique Deiparentis celebratſolemni exultatione Natalitium, cuius illa gessit imaginem. Extitit illa apud Dauid tribunal pro filio aduocata præsignans Mariam filiorum causas sollicitè procurãte æterni Principis cõspectu. Bernardus ser.1. de Assump. *Maria (nobis quidem nata) aduocata dicitur; quæ apud Deum salutis nostræ negotia efficacius pertractet.* Cum nascitur Virgo iam sollicitæ Bersabee aduocatæ filiorum homines conspectu fruuntur. (Bernard.)

40. *Maria ad causas hominum procurandas curialissima, domus causarum, negotiũ seculorum, ius dirimens lites.* Accedit Maria Bersabee ad Thronum Dauid, ad tribunal Salomonis, ei sedes paratur, pro peccatore dicit. Difficilis quidem causa peccatorum Bernardinus ser. 51. tom. 1. *Maria est Curialissima.* Curiæ callet difficilem processum, terminorum percipit instantias, haud eius cognitionem causæ fugit articulus, scit versutias aduersariorum. Horribile quia rectissimum Iudicis cælestis tribunal. Ideo Maria se in tribunal conuertit. Bonauentura in spec. cap. 7. *Maria est Consistorium, & domus causarum.* Quid vereãtur litigatores, accedere, si Maria tribunal domusque causarum est? Verentur certè, quia causæ redundant fœditate. Bernardus, *Maria est negotium omnium seculorum.* Adam, cur addiceris carceri? Maria mea causa est. Prodige, cur catena implicaris? Maria mea causa est. Dauid, cur compedibus detineris? Maria mea causa est. Esse ne potest in Maria immaculata reprehensio? Minimè. Secula ergo delinquentia condonante ob Mariam Iudice viuant; quia *Maria negotium, siue causa est omnium seculorum.* Instat legis cælestis obseruatio, quonammodo inueteratus veniam peccator adipiscetur? Ioannes Geometra, *Maria est ius ciuile, ius dirimens lites,* solum instare debet Mariæ placitum, ipsa ciuile ius. Vult Maria? En *ius dirimens lites.* (Bernard. Bonau. Bernard. Geomet.)

41. *An Maria coram Deo Iudice in sententia diuersitate præualeat? Et quomodo?* En litem à Iacob & Esau apud tribunal patris Isaac excitatam. Adest Iacob profatus: Maioratus & benedictionis possessionem mihi ad iudicari intendo. Reclamat Esau: Ad me maiorem natu pertinet hæreditas. Quid Pater Iudex? O Esau primogenite, *affer mihi de venatione tua, vt benedicat tibi anima mea.* Audit Rebecca mater, expetensque Iacobum sibi dilectum & maioratus iure & benedictione donari, eum induit vestibus Esau, colliique nuditatem induit pellibus; præsentat Iacob sub Esau specie cibos parenti, vincit causam, lis dirimitur. Gen. 31. Quare ô Iudex, contra iuris leges filio minori maioratum, & benedictionem adscribis? Sic Rebeccæ placitum. Vult Maria peccatorem, supplantatorem quidem ad thronum eleuari. Licèt alij à Domino vocantur litigaturi, solus ille, cuius causam Maria gerit, eligitur maioratu æternáque benedictione donandus. Annon contra iura? Certè Maria *curialissima* sollicitè induit peccatorem, fit tribunal *& domus causarum,* imo causa ipsa & *negotium* gerendum, vult effectu securo, quia *ciuile causa est, iusque dirimens lites.* Confirmo excogitationem Petri Damian. ser. 27. sententia pulchrà planè. *Et illa ergo carnalis vxor Rebecca, & hæc spiritualis sponsa Maria sponso suo in propria sententia diuersitate præualuit.* Vocatur Esau, eligitur Iacob. Præualet sententia Rebeccæ. Vult Deus hunc & hunc, cunctósque saluos fieri, saluatur Mariæ alumnus, efficaciter ad Regnum assumitur. Annon in propriæ sententiæ diuersitate Maria præualuit? minimè quidem, quia Deus generali voluntate vult omnes saluos fieri, inefficaci tamen. At efficaciter disponit saluari eos, quos protegit Virgo, quos Maria præsentat, quos induit, quos ex hœdis conuertit in agnos. Disce hinc quàm necessarium delinquentibus sit Mariæ patrocinium. (Gen. 31. Damian.)

SECTIO TERTIA.

Hominibus Maria nata.

TEXTVS.

VERS. 7. DAVID genuit Salomonem. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa. 8. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. 9. Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. &c.

§. I.

§. I.

De aliis nouem Mariæ Progenitoribus.

1. *Nouem Mariæ Progenitores eius opratissimum Natalitium celebrant. Thomas.*

NAtam hominibus Mariam asserunt illustres eius progenitores Dauid, Salomon, Roboam, Abia, Asa, Iosaphat, Ioram, Ioathã, Achaz, proprij nominis significatione exprimentes præcelsas natæ Puellæ proprietates. Vnius Aogelici Doctoris testimooio nitor. *Dauid genuit Salomonem. Quia ex forti manu bonæ operationis nascitur lætitia bonæ conscientiæ, & pax animæ sanctæ.* Eo vera aoimi lætitia ex præfatâ natæ Mariæ gloria inculcatur in typo. Huios lætitiæ adhibet causas fatus. *Inde nascitur Roboam, id est, impetus ad propagandã gloriam Christi. Et ita sicut ex Roboam nascitur Pater Deus Abias, ita qui ad gloriam Christi proficit meretur habere Patrem Deum. Ex Abia gignitur Asa, id est Attollens, vt homo quo magis proficit, eò a se magis negligentiã eiciat, & se semper maior efficiatur. Asa genuit Iosaphat, id est Iudicans; quia spiritualis omnia diiudicat. Inde nascitur Ioram, id est habitans in excelsis, quia nostra conuersatio in cælis. Ozias genuit Ioatham, id est Profectus, significat Christum, per quem Ecclesia quotidie proficit. Ioatham Achaz, id est Comprehendens; quia fortiter operans fit apprehensor. Apostolus: sequor, si quomodo comprehendam.* Ex quibus equidem ooo sentẽtiæ seriem, ac sensum imitabor, sed nominum significationem premens natæ Mariæ io hominum commodum elogia recensebo.

IN MARIAM NATAM

PANEGYRICVS TERTIVS MORALIS

Circa literam.

Ex Virgine Hominibus Exorta.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Dauid autem genuit Salomonem.

Fortis Dauid colit Mariam natam, vt Angelorum exercitus sit aduersùs dæmones in hominum custodiam.

Vbi innuo virtutum odore dæmones effugari, Angelorum præsidium homini necessarium.

2. DAVID *Fortis* asserit Mariam éxortam hominum præsidio, est eoim à Deo Angelus datus humano generi in custodem, qoi nos à Dæmonum incursu possit liberare.

Maria Raphaelis in morem suos alumnos defendit à pisce deuoraturo illos, nisi opi

Raphaelem Deiparam dixerim Tobiam iuoiorem protectione donantem. *Mansit iuuenis,* Angelo socio, *iuxta fluuium Tigris, & exiuit, vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit, ad deuorandum eum.* Clamat Tobias *expauescens: Inuadit me. Et dixit ei Angelus, apprehende branchiam eius, & trahe eũ ad te. Quod cùm fecisset, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius.* Tob 6. Anoon piscis infernum ipsum teferebat homines deuorãtem? Sit ergo tibi Maria Raphael, euius præsentia Tartari furorem exarmat, inermi iuuene fortissimo reddito aduersùs Dæmonom occursus. Amedæus hom. 8. Mariam affirmans fortissimum ad conueniendũ infernũ Archãgelũ piscem grandem vulnerâsse concludit. *Denique Maria iubente piscis infernus euomit prædã, quam in ventrem malitia traiecerat, reijciens cũ dolore. quem cum ingenti superbia detinebat; surgunt lapsi, redeunt pœnitentes. Maxilla eius hamo Dominicæ Crucis perforata reddit liberos, quos antea detinuit captiuos.* Non solùm Tobiam fidelem non absumit infernus inuadens, sed & peccatores absumptos pene iam cogitur euomere, vt Mariæ auxilio sese ad meliorem frugem recipiaot.

Domina fortes.
Tob. 6.

Amedæus.

3. *Archangelus custos Maria nostrus medetur agritudinibus spoliis victoria à tartaro parta.*

Addit Angelus: *Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel repone tibi.* Ibid. Victo inferno. Deipara oos docet spolia seruare, vt victi inferni excubiæ sint nobis in medelam. Amedæus. *Nec contenta parte piscis quidem seu inferni spoliis; sed humanæ salutis cupida Maria hoste libidine longius propulsato alias atque alias sibi exuuias acquirit.* Cor, & fel inferni cuinam medicamini aptantur? *Obsecro te Azaria frater,* (Maria Angele dixerim) *vt dicas mihi, quod remedium habebunt ista, quæ de pisce seruare iussisti? Et respondens Angelus, dixit ei: Cordis eius particulam si super carbones ponas fumus eius extricat omne genus dæmoniorum siue à viro, siue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos.*

Tob. 6.
Amedæ.

Et fel valet ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur. Inibi. Non solùm Angelus Maria alumnum liberat ab inferno, sed & ex victoriæ spoliis præparat eidē præseruatiuum aduersus dęmonum incursus medicamē. Cordis Tartari siue internonis Diaboli particula prunis apponitur, non solùmodo vt torqueatur ipsa, sed vt hominis Diaboli supplicium sit Tartarei æterni ignis documentum. Additur fel, id est, amaritudinis Inferni memoria, vt ab oculis cæci delinquentis albugo tollatur. Vtimini Mariæ clientuli, ab ipsa præscripto medicamine, quo quidem ab omni genere dæmoniorum liberabimini.

4. *Maria virtutes extricant omne genus dæmoniorum.* Tob. 6.

Quàm verè Maria *Raphael*, id est, *Medicina Dei*? Aliter locum præfatum expendam. *Cordis particulam, si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum.* Id quod præstitum cùm Asmodæus virorum sponsæ Tobiæ interfector, fuit effugatus. Iā non infernus designatur in pisce, sed ipse Christus, cuius cor (authore Bernardo) Maria est. Huius cordis particula fumās extricat omne genus dæmoniorum. Aiebat Sponsus: *Odor vestimētorum tuorum sicut odor thuris* Cant. 4. Amedæus hom. 2. *Asserunt odore thuris dæmones effugari. Ego libēter dixerim odore virtutum Mariæ Angelos tenebrarum effugari, & quodam valido turbine hinc illúcque raptari, vt in eis impleatur quod dictum est: Fiant tanquam puluis ante faciem venti.* Si virtutum Mariæ odore Dæmones extricantur; si particula cordis, id est, charitatis Marianæ flagrans, omne genus dęmoniorū inicit in exiliū: quid cunctarum virtutum Virginis aromata?

Cant. 4.
Amedæ.

5. *Maria plures Angeli contra Tartarum.* Tob. 12.

Dixit Raphaël: *Sum vnus ex septem.* Tob. 12. Alcasar noster asserit non numerū Archāgelorum, sed officium designari. Explico materno idiomate: *Soi vno de los fietes del cielo.* Vt scilicet quasi *plures* sit Raphaël aduersus Dæmonum exercitum. Quid Maria, de quâ Damasc. *Thronū esse Cherubicum*, id est, *Plures*; affirmat? Quasi plures enim vna Maria ad hominum protectionem. Vnde in morē exercitûs irruit in hostes potētissima. Amedęus hom. 8. *Igitur in manu potenti & brachio excelso tyrānorum finis* (seu mors) *Maria egreditur, munitissima quæque dæmonum aggreditur, inferna sub pedibus suis facit cōtremiscere, & Principem mortis nimio terrore percussum resilire.*

Amedæ.

6. *Vna Maria totus exercitus Angelorum aduersus dæmones, dùm nascitur.* Cant. 4. Ghuillel.

Irruentem Mariam Angelum Angelorum exercitum aptiùs vocitabo. Cælicolæ mirātur, dùm ex vtero egreditur. *Quæ est ista quæ progreditur quasi Aurora consurgens, terribilis vt castrorum acies ordinata?* Cant. 4. Ghuillelmus Paruus ad Cap. 6. Cant. ait: *Nobis Angeli sunt castrorum acies ordinata, id est, ad spirituale prælium contra aëreas potestates, in defensione hominum præparata.* Deipara ergo progreditur ex vtero quasi Aurora consurgēs, iam inde instar Angelorum exercitûs horribilis Tartaro. *Dilectus igitur, vt piam Matrem demonstraret cunctis malignis spiritibus vehementer terribilem; dixit eam terribilem vt castrorum aciem ordinatam. Quia te, inquit, sciunt omnes potestates futuram Matrem meam, Matrem triumphaturi; sic eis terribilis illis facta es, vt non mediocriter, sed sicut est illis terribilis Angelicus exercitus ad coercendos eos diuinitùs ordinatus.* Certè exercitus Angelorum inermis est, si cum vnius Mariæ aduersus infernum potentissimo brachio comparetur. Habes ex præfatis & virtutum odore dæmones ablegari, & potentissimo Angelorum præsidio humanam muniri infirmitatem maximo Numinis beneficio.

Observatio II.
Ad illa verba:
David autem genuit Salomonem.

Salomon pace ac lætitiâ affluēs, signat Mariam nasci, vt prædestinatorum Virgo Mater existat.

Moneo Virginitatem fœcunditatis esse parentem.

SAlomon, *lætitia, Pax* ęternę fælicitatis memorat lętitiam à pacifico vero Salomone Christo prędestinatis donandam; quorum quidem Mater Maria est nata, vt illi renascantur, exorta, vt ex ipsa exoriantur lucis filij æternâ hæreditate frituri. Etenim Christus spirituali coniugio Mariæ dulcissimæ parenti, (quam vocat sororem, sponsam) illigatur, vt ex Virgineo vtero prædestinatorū multitudo nascatur. Prædestinatis itaq; nata Maria, 7.

8. *Maria nascitur parata Sponso Filio, vt ex eius vtero prædestinati eius orientur.* Apoc. 21.

Ioannes videns profatur: *Vidi Ciuitatem sanctam Ierusalem, nouam, descendentem de cælo, à Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo.* Apoc. 21. Virginis è cælo descensus noua Ciuitas eius, Natalitiū apertè significat Sponsa Filio præparata nascitur, vt Ciuitas sit prædestinatorum, ex ciúsque purissimo vtero & Filius Dei, & simul prædestinatorū examina exoriantur. Ansbertus ad cap. 3. Apoc. *Multitudo electorum cum Christo in vtero Virginis prædestinata descēdit.* Vt scilicet necessarium esset quodāmodo ex Mariâ Matre electorū nasci, vt æternæ fælicitati addicerentur: *In vtero Virginis prædestinata.* Quasi non prædestinaretur antequàm in vtero Virginis cōmoraretur.

Ansber.

9. *Nata Maria liber vitæ ostenditur, vt filios electos gignat ex se natos.* Isa. 49.

Natæ Puellæ Virgini Isaias ex ore Sponsus: *Leua in circuitu oculos tuos; & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circundabis eos tibi quasi Sponsa.* Cap. 49. Ac si Verbum Virgini recèns natæ librum prædestinatorum obiiceret, cunctósque electos affirmaret filios Mariæ futuros, vt cælesti hæreditate potirentur. *Omnibus his velut ornamento vestieris.* An non ornatis *viro tuo*: hoc est, ego vir tuus, siue potissimus Sponsus ex tuo vtero prodibo, prædestinatorum caput? Sicut sponsam ornatam viro suo. *Sic omnibus his prædestinatis velut ornamento vestieris, & circundabis eos tibi quasi sponsa.* Vt scilicet ex te orti meâ potiantur hæreditate. Dotem huiusmodi Maria Sponsa accepit, cunctos prædestinatos parere. Quàm dignum Deo donum, quàm adnatus Mariæ ornatus! Allicio ad hanc mentem Richardi Victor. de præpar. ad contemp. lib. 1. cap. 44. *Non debuit Dei Sponsa à Sponso suo dotem aliam accipere; non decuit cælestem Sponsum Sponsæ suæ dotem aliam donare, quàm vt per adoptionis gratiam possit multos Deo filios gignere, & de filijs ita cæli hæredes adscribe-*

Richard. Victor.

re.

re. Quàm ingens Mariæ gloria cũctorũ filiorũ lucis (qui priùs filij tenebrarũ) esse parẽtẽ?

10. *Ex Virginitate Mariæ tanta fœcunditas exorta. Isa. 62.*

Hoc debetur Mariæ maternitati virgineæ; nec enim tot filiorũ honoraretur partu si non Filij Dei (sponsi simul ad prædestinatorũ natalitiũ) virgo Mater existeret, *Habitabit* (inquit Isaias) *Iuuenis cum Virgine, & habitabunt in te filij tui. Et gaudebit sponsus.* cap. 62. Nisi virgineum esset coniugium, pariente Matre Virgine Christũ virgineũ sponsum, quonammodo Maria tot filiorum Mater exurgeret? Paschasius ad Psal. 44. *Tale est istius Virginis connubium* (Mariæ accommodo quod de Ecclesia profatur) *Vt ideo fœcundetur ab hoc Viro virginitas; quia in hoc connubio nulla vnquam potest esse corruptio. Et tamen in hac Matre virginitas perseuerat, & integritas, vt nisi Virgo semper esset, Mater* (tot filiorum) *esse non possit*, Ingens Virginitatis gloria, Mariã ex ea prædestinatorum Matrem esse constitutam. Edisce simul virginitatem fœcunditatis esse parentem.

Pascha.

Observatio III.

Ad illa verba:

Salomon autem genuit Roboam.

Roboam asserit Virginem nasci abyssum cum impetu hominum aridam irrigantem.

Innuo diuitias in commune commodum exponendas.

11. Roboam siue *Impetus* plenitudinis mariæ natæ præsentat abyssum, mare gratiæ exsurgit Virgo, sed cũ fluminis impetu, qui Dei Ciuitatem lætificare possit. Thesauros enim gratiæ maria possidet, vt cunctis hominibus munifica impertiatur.

12. *Sola Virginitatis Mariæ virtus quodammodo tantam Dei gratiæ plenitudinem continet. Luc. 1.*

Aiebat Virgo: *Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius, & misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.* Luc. 1. Omnipotens Dominus, eius munificentissimum Nomen, & illa ineffabilis æterna misericordia timentibus præparata à generatione in generationem me fecit gratiarum abyssum, thesauros diuitiarum suarum in me recondidit. Vis dignoscere quam ingens gratiarum cumulus? Vnicum virginitatis munus contemplare. Augustinus hom 4. de assump. *Quantum Dei potestas possit, Mundi ostendit vniuersitas; quantum Christi gratia, Maria monstrat integritas.* Si sola virginitatis præcelsa puritas tam sufficiens est ad gratiam Christi erga matrem manifestandam, quam ad ostendendam Creatoris omnipotentiam vniuersa creaturarum effictio: quid si cunctarum virtutum, ac priuilegiorum mariæ recensio fiat? quid si Thesaurorum humilitatis, charitatis, modestiæ, prudentiæ, iustitiæ, ac misericordiæ vim proferamus?

August.

13. *Ex Virginitate sola*

Premo adhuc Lucæ testimoniũ. *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* cap. 1. memorans Deum ait: *Magnificat anima mea Dominum*; memorans Christum dicit: *In Deo salutari meo*, & non: *In Deo Domino meo.* Quare suum maria Christum Saluatorem appellat? Quia adeò Christi gratiæ thesauri mariæ sunt, vt quodãmodo vix similius abyssi stilla, quæ aliis creaturis communicatur. Imò tota Christi gratiæ vis tota quodammodo in vna mariæ integritate includitur: *Quantùm possit Christi gratia Maria monstrat integritas.* Si ergo vel vnum priuilegium quasi totam Christi gratiam sibi vendicat, illáque veluti proprio bono, ac thesauro fruitur, quid gratiæ reliquum omnibus alijs creaturis contemplamur?

Christum quasi suum vocat Maria, quod ex cunctis virtutibus Luc. 1. August.

14. *Plenitudinis gratia Maria quasi Thesauri custos impertit hominibus. Cant. 1.*

Num reliqui Adæ filij vacui remanebunt? Quid non lugeat Protoplastus cõpedibus irretitus? filij eius miseræ addicti captiuitati? Profectò illud ipsum totam gratiam Mariæ donari, idem est ac cunctos gratia repleri; custos enim virgo Thesaurorũ est, vt sine mẽsura hominibus possit communicare. *Oleum effusum nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te nimis.* Cant. 1. Vbi Richardus asserit totam Iesu gratiam hominibus communicandam stagnari in Maria. Num sibi oleum reseruat? Certè cunctis animabus copiosè diffundit. *Propterea adolescentulæ dilexerunt te nimis.* Ac si diceret. Fideles cuncti te diligunt nimis, quia totũ gratiæ oleum diffusum est in Mariam, Cur non obticent querulæ. dum solam Mariam impleri vident? Quia illud ipsum Matrem misericordiæ gratiæ Christi possidere Thesauros, idem est, ac cunctis fidelibus donari; maria enim custos diuitiarum & iustis & peccatoribus ditari procurat. Ideo adiicitur illa particula: *Nimis*, Nec enim cælestis spõsus *nimis* à virgineis sponsis amaretur, dum maria gratiâ oppletur, si non in ipsas tanta plenitudo copiosissimè redundaret.

15. *A Maria cuncti accipiunt gratiæ Thesauros, quos hominibus ipsa custodit. Cant. 1. Ghillel. Alanus.*

Haud scit mater pietatis sola bonis potiri, cunctos inuitat ad Thesauros, fata: *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Cant. 1. Vbi Alanus primam clausulæ particulã dat Virgini, secundam autem sociis animabus. Virgo ait: *Trahe me post te. O mi dulcis Iesu* (loquor cum Ghillelmo) *ò gloria tua Matris, inebria me ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ pota me.* Tunc (adiicit Alanus) animarum chorus videns Mariam torrente voluptatis esse potatã, inebriatámque domus Dominicæ vbertate, siue gratiâ plenam, ipsam alloquitur. *Curremus, non stabimus in via Mundi, curremus bene operando, & de virtute in virtutem ascendendo tracta, id est, imbuta fragrãtiâ spiritualium donorum, quibus nos spiritualiter vnges.* Quare Maria alloquitur sponsum, sociæ autem Mariã & non ipsum Dominũ à quo Virgo acceperat, alloquũtur? Profectò, quia accipiens Virgo à Domino diuitias eas cõmunicat hominibus sub adolescentularum nomine designatis. Vnde ditati illi, mariæ, à qua accipiunt, gratias agunt. Cur autem diuitias se à Maria accepisse proclamant, si à Christo omnium bonorum fonte dimanarunt? Existimo cum Alano, quia sibi data à Maria, *Quæ* (ait) *bona dicuntur tua, quia à te specialiter data.* Accepisti enim non vt tibi soli retineres, sed vt totum genus humanum ditares. Docet Deipara bonis spiritualibus & temporariis ditescentes in commune commodum exponere.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Roboam autem genuit Abiam.

Abiam Deum Patrem signãs docet Mariam ex gratia Primogenitam natam esse hominibus fratribus subleuandis.

Moneq primogenitos debere infirmioribus fratribus subuenire.

16. Bias *Pater Deus* Virginem natam Primogenitam Dei annunciat, fratribus quidem munificentissimam; superius attigi argumentum, quod in præsenti confirmabo.

Nascitur Maria primogenita, vt ex ipsa Christus primogenitus oriretur. Damasc. orat.
17. *Pariter a Primogenitum, Primogenita nascitur. Damasc.* 1. de Nat. Mat. *Oportebat eam primogenitam edi in lucem, qua rerum omnium primogenitum paritura erat.* Cur Christus vnigenitus cùm sit, & Dei Patris & Mariæ primogenitus vocitatur? Paulus: *Primogenitus in multis fratribus.* Rom. 8. Primogenitus dicitur, vt innuatur natum esse fratribus hominibus subleuandis. *Rom. 8.* Cyrill. lib. 10. Thes. cap. 4. *Primogenitus factus vniuersa reformauit.* Maria dicitur primogenita, vt ostendatur fratribus natam fuisse. *Cyrill.*

Vis iudicem quàm munifica Maria fratribus? Nato Domino primogenito Pastoribus
18. *Cur in Natiuitate Primogenita Maria vniuerso Orbi gaudium indicitur, & in Iesu natalitio tribus Pastoribus.* gaudium annunciatur. *Peperit filium suum primogenitum.* Angelus autem ad Pastores: *Euangelizo vobis gaudium magnum.* Luc. 2. At natâ Mariâ gaudium toti indicitur Orbi. *Natiuitas tua Dei genitrix Virgo, gaudium annunciauit vniuerso mundo.* Quare Saluatoris natalitium tribus Pastoribus gaudium annunciat, Mariæ autem Natalis vniuerso Mundo? Num vtilior *Luc. 2.* Orbi Matris quàm Filij Natiuitas? Minimè. At Dominus sic Matris Natiuitatem honorauit, innuens quàm necessaria sit peccatoribus Virginis intercessio. Addiderim Orbem vidisse Mariam ex gratiâ exortam, Christum autem ex Maria, Damascenus citat. *Quoniam futurum erat vt Dei genitrix ex Anna* (quæ gratiã sonat) *Damasc.* *oriretur, natura gratiæ fœtum antevertere minimè ausa est, verùm tantisper expectauit, dùm gratia fructum suum produxisset.* Cùm igitur gratię vocabulum tàm amabile peccatoribus reuersuris ad Patrem ex Mariæ gratiæ filię Natalitio, futuram expectant redemptionem faciliùs à Iudice impertiendam. Vnde si pauci Pastores pij quidem ex natiuitate Iudicis lætantur, peccatores innumeri qui Iudicis faciem inire verentur, Mariam ex gratia exortam lætanter excipiunt, cuius intercessione expectant veniã donandos.

19. *Maria Primogenita gratia fratribus subleuandis extitit.* Primogenitam nostram Dei audite, gratiæ filiam: *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.* Eccli. 24. Quid Mariam edi primogenitam? Richard. Laurent lib. 7. *Eccli 24. Richar. Laur.* *Dignior omni purâ creaturâ. In Mundo enim est vnus Sol, & Maria vna sola est: ideò dicitur electa vt Sol.* Igitur idem est nasci Mariam à gratiâ, et Deo primogenitam, ac vt Sol exoriri. Quasi diceret natam Mariam solùmodò vt hominibus fratribus dona conferret. Ideò dicitur primogenita Maria Sol: *Quia sicut Sol ad hoc natus est vt illuminet totum Mundum: sic Maria ad hoc nata est a Deo, vt misericordiam, veniam, gratiam, & gloriam, quasi lumen à Deo impetret toti Mundo.* Ideò totus mundus in Mariæ Natalitio lætatur: *Gaudium annunciauit vniuerso Mundo. Vnde* (adiicit Pater) *Eccli. 26. Sicut Sol oriens in Mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. Nam sicut Sol sua claritate totum illuminat, & ornat Mundum; sic species Beatæ Virginis totam illuminat Ecclesiam, sicut canitur in Natiuitate eius.* Rursum moneo primogenitos in decere fratrum infirmiorum subuentionem, vt qui quasi addicuntur obsequio primogeniti, eius speciali curâ foueantur.

Observatio V.

Ad illa verba:

Abia autem genuit Asa.

Asa enunciat Mariã natam laborantibus hominibus releuandis.

Vbi innuimus quàm dura sit peccatoribus sine Deo & Mariâ laborum sustinentia.

Sa *Attollens*, communem gaudij in Natiuitate Mariæ causam annunciat. Orta enim Virgo, vt homines laboribus depressos attollat. Quàm inermis sine Mariæ patrocinio humana fragilitas! quàm ex ipsius auxilio fortis & robusta! 20.

Olim *mortua est Sara in Ciuitate Arbee.* Gen. 23. Obiit dulcis Abrahæ coniux, quæ ei Isaac familiæ gaudiũ enixa est. Mox addit Rupertus lib. 5 in Gen. cap. 35. *Vnde notandum, quia Deus vlterius Abrahæ apparuisse non legitur.* Ad- 21. *Sine Maria, quã ita condiat labores, vt eis bus dulcis sint, haud potest illos homo sustinere. Gen. 23. Rupert.* cuius intelligentiam adnoto Deum apparuisse Abrahæ plerumque, vt ei aliquam difficilem obedientiam indiceret. Apparet, egressum è patria ei iubeas: *Egredere de terra tua.* Quid terribilius, quàm charissima quæque renunciare, cunctisque possessionibus vale dicere? Apparet circuncisionis præceptum imponens. Virum prouectæ ætatis gladio circuncisionis percuti. Exitiale vulnus. Apparet Agar & Ismaëlis filij eius exilium imperans. *Eiice ancillam, & filium eius.* An non parenti durissimum, filium vel ancillæ proiiceret? Apparet vnigeniti Isaac holocaustum, ministrante parente vulnus à se accipiendum manifestans. Occidi à patre primogenitum dilectissimum, domus gaudium, post tot de propagando semine promissiones, omnium dolorum colligatio. Cũcta hęc apparente Domino Abrahamus sustinebat. At *mortua Sara*, nec Deus vlteriùs Abrahæ apparuit, nec consequenter ab huiusmodi grauissimis laboribus agitatus est. An quia orbari amantissimâ coniuge, pulchrâ, sanctâ, grauissimus laborum? Certè Abraham post mortẽ Saræ à Domino nõ inuisitur. laboribus probandus, quia post mortẽ Saræ difficile possũt sustineri: Aiebat Alciatus: *Bona vxor viri humerus.* Bonã Patriarcha amisit vxorem, ac simul

humero

humero captus durissimos nõ poterat sustinere labores? Altius quiddã excogitaui. Affirmat enim Richard. Laur. lib. 11. Mariam in Sara Abrahæ vxore fuisse figuratã. *Maria designatur per Saram, qua de precepto Abraha miscuit tria sata farina.* Pergit Doctor Saram Mariã decoctum panẽ in ara Crucis edẽdũ tradidisse hominibus, imo ipsi viro iubẽti hoc est Deo. Nil durius, nil esui ineptius, quàm filiũ Dei à Patre æterno iugulari, nil horribilius gustui, quàm vnigenitũ à parẽte Abrahamo occidi ex obediẽtiæ prętextu. At difficillima quęque è manu Saræ Mariæ facillima reddũtur, exitialis cibus panis dulcissimus Mariæ ministerio gustui apponitur. Mortuâ itaque Sarâ deficiente ope Mariæ inermis homo redditur ad laborũ sustinentiam, vnde diuino beneficio non vltrà probatur.

22. *Martyribus Maria robur adiicit ad laborum sustinentiam.* Prou. 9.

Credite mihi à Maria est militum fortitudo. Ipsa vocat ad arcẽ & ad mœnia ciuitatis, *Misit ancillas suas* Sapiẽtia increata, *vt ad mœnia vocarent* fortissimos Duces, qui martyrij coronis stipãtur? Prou. 9. Maria ancilla *pinres* est Cherub scilicet sapiẽtissimus robur indens militibus. Si Martyres sustinent tyrannorum cruciatus, roborãtor à Virgine Iesu poculum offerenti: *Dabo tibi*, ait *poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.* Cant. 8. Mala punica Martyrũ typus, qui sanguine rubricati coronâ cinguntur. Illud dubitarim, cur malogranata Virginis sponsæ vocitãtur, & nõ Christi? *Malorum granatorum meorum. Meorum* aptè dixit; Martyres enim roborati Virginis auxilio vicerunt. Philippus Abbas lib. in Cant. cap. 35. *Meorum verò, forte ideo dicit Virgo, quia quisquis amans Christum passioni, & martyrio se addicit, ipsa illi auxilium, & curam impendere gratulatur: & quidquid ille proficit, totum Maria proprium arbitratur.* Quia Virgo Iesum Martyrum robur viris pugnantibus offert, cuius vi cuncta hostium euanescit impugnatio.

Cant. 8. Philip.

23. *Paulus sustinuit labores suppeditante Maria armorũ præsidium.*

Quàm fortis miles Paulus, quá egregiè tenebrarum Principes superauit! Quid mirum si totũ Iesum armaturæ loco induebat? *Induimini Dominũ nostrum Iesum Christũ.* Cuius ope tã fortis exsurgebat ad prælia vt veluti alter Christus decertaret. *Viuo ego iam non ego; viuit verò in me Christus. Ego,* ait, *stigmata Iesu in corpore meo porto.* Gal. 6. Quisnã te Iesum, militum potentissime proprię addidit infirmitati, vt insuperabilis redderetis, nec te laborũ frangeret sustinentia? Respondeat Matthæus: *De quà natus est Iesus, qui vocatur Christus.* c. 1. Maria te donauit Christo præsidio quidẽ aduersùs laborũ irruẽtiũ instãriã. Martyr Ignatius Epist. 7. *Paulus stigmata Christi in carne sua circum tulit.* Eis scilicet vtens quasi armamento. *Cuius armamenti, in laborum præsidium, cum meminoritis, prorsus cognoscitis, quòd Iesus Christus natus est ex Maria.* Nam per Mariã nobis cedit in arma validissima, quibus aduersùs tribulationes dimicemus. Ergo è Maria præsidium nobis aduersùs labores excogitatum est.

Gal. 6. Mat. 1. Ignat.

24. *Petrus pœnitentia ponderi addictus est ope Mariæ.*

Ex Christo quidẽ huiusmodi præsidio donamur, sed ex Mariæ respectu. Sol quidẽ Mẽsis Augusti instãria fructus terræ præstat opimos, messes falci agricolæ aureas exponit. At tũc signi Virginis fruitur aspectu. Sol fructuũ parẽs, sed Virginis in gremio, ex cuius respectu accenditur vt coronam anni cælestis benignitatis benedictiooi offerat. Sol iustitiæ Christus vitales fructus homini parat, sed ex Mariæ Virginis allicitur aspectu. Petrũ vitalẽ quidẽ olim arborem, post negationem lignum mortis siccũ flammæ deputatũ Sol Iesus rursum in vitæ germẽ conuertit. Num ex Mariæ aspectu? Certè prius Dominus respexit Mariã, postmodũ eisdem oculis *respexit Petrũ. At ille egressus foras fleuit amarè.* Luc. 22. *Quia respexit humilitatem ancilla sua, ideo ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Luc. 1. Respexit certè Sol Christus ancillam Mariam, vt oculi benignissimi è Mariæ respectu peccatori existerẽt salutares. Laurent. Iustin. de triump. Christ. agone. c. 8. *Respexit Petrum Dominus nõ corporis, sed pietatis intuitu. Eodem quippe modo, quo respexit humilitatem ancilla sua, sed non pari affectu.* Si Christus Sol Petrũ respexit eisdẽ oculis, quibus Matrem aspexerat, quid mirũ sese pœnitentiæ maximn labori pronũ tradidisset? Protectio igitur Mariæ necessaria laboribus sustinẽdis. Simul aspiciant mater & Filius, vt lacrymarũ in valle tot tribulationum profluuio non obruamur. Ideo canit Ecclesia: *Illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, & Iesum benedictũ fructum ventris tui nobis ostẽde.* Hinc collige quàm dura peccatoribus sine Christo & Maria laborum sustinentia, dum sine protegentibus armis pereuriuntur.

Luc. 22. Luc. 1. Laurent. Iustin.

OBSERVATO VII.

Ad illa verba:

Asa autem genuit Iosaphat.

Iosaphat docet Mariam nasci vt Iudicem cælestem emolliat, homines ex hœdis in agnos mutans.

Interim moneo, quonam modo à sinistrâ in dexterã ex eleemosyna operibus properãdũ.

25. IOsaphat *Indicans.* Non videtur vna in sede cõmorari Mariæ natiuitas & iudiciũ. At si rectè cõtẽplemur, nihil Mũdo benignius posset excogitari, quàm die Natalis Virginis iudiciariom tribuoal obiici, hominúmque caussam discuti; ex natâ enim Orbi Puella solutâ maledictione, benedictionis ministra præsentatur, ad instorum gremium peccatoribus translatis, hœdis in agnos Mariæ ope cõuersis.

26. *Non solum iusto eleemosynario Iacob, sed & Esau peccatori amare per Mariam Regnum caleste praparatur.* Mat. 25. Gen. 37.

Sistitur Isaac cælestis tribunal augustum, Christus hominom Pater cibandus à filiis Regnũ promittit, & donat. Et quidem pauperẽ pascẽtes cælorum Regna recipiunt. *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum est; esuriui enim, & dedistis mihi manducare &c.* Mat. 25. Iacob occurrit esurienti Iudici, qui benedictione ouem donat æterna profatus: *Det tibi Deus de rore cali, & de pinguedine terra abundantiam frumenti & vini.* Postquàm vero iustus, authore Ambrosio cælestis felicitatis benedictione afficitur, accedit Esau peccatoris gerens imaginem, qui nec cibãs Iudicẽ, nec fouẽs pauperẽ eadẽ est benedictione donatus. *De rore cali, & de pinguedine terra eris benedictio tua.* Gen. 37. Vbi requiro, quænam illa terra illúdque cælum, è quo ros ac pinguedo, panis & vini profluxurũ est? Asse-

ro cum Richardo Laur. Mariam natam cælum nouum & terram nouam, *è qua natus Iesus, frumentum electorum, & vinum germinans virgines.* Adest Maria Rebecca simul cælum & terra Christum panem & vinum pariens? Non solùm Iacob ouis à Pastore vocatur, sed & hœdus Esau caecipitur. Nata enim Maria Deum paritura, vt maledictionem in benedictionem valeat commutare, Ecclesiâ canēte: *Natiuitas tua, Dei genitrix Virgo, gaudiū annūciauit vniuerso Mundo; ex te enim ortus est Sol iustitiæ, qui soluens maledictionem dedit benedictionem.* Iustitiæ, inquā, Sol aduocans peccatores, iustos efficiens, benedictione è cælo ac terra Mariana descendente. *O Maria* (Augustinus ait hom. 3. de Assump.) *quæ Deum hominibus peperis, vitam mortalibus edidit, cælos innouauit, Mundum purificauit, paradisum aperuit, & homines ab inferis liberauit.*

August.

27. Mariæ itaque debet peccator, brutalitate hœdina, siue ferina exui, vt ad cælestiū agnorum ouile transferatur. Aiebat Doctus Interpres, homines ad Tartara descensuros sub bestiarum specie, sociis dæmonibus addicendis, vt tortores obiiciant miseris dānatis sìmilitudinē vitiorū. Leonis specie raptores torquebit, pardi autem luxuriosos &c. Proh Mariæ gloria! Nata quidem, vt peccatores brutalitate ac feritate laborantes conuertat in oues, *Veni de Libano* (clamat Christus) *sponsa mea, coronaberis de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Cant. 4. Quam augusta victoria Reginæ Mariæ è Libano, seu puritate omnimoda cōceptæ, natæ, leones, ac pardos in ouiculas gregis cælestis conuertisse! *Coronaberis de cubilibus leonum, & montibus pardorum,* Id est, tua victoria prædicabitur, quia pardorum, ac leonū habitacula iam sunt, ope tuâ, receptacula gregum. Rupert. lib. 3. *Reges & Imperatores coronis suis te coronabunt, palatia sua nomini tuo sacrabunt, honori tuo dedicabunt.* Quare? *Quia sinunt per te esse quod fuerant, montes pardorum, cubilia leonum.* Rectè Augustinus. Maria homines ab inferis liberauit è grege maledictioni æternæ addicto mutās hœdos, ac bestias in agnos. Sic Ghillelmus alibi dandns, affirmat à Iudice tradi Mariæ hœdos, *pasce hœdos tuos,* vt ope Virginis in agnos conuersi è sinistrâ mutentur ad dexteram. Vber sermo redibit. Ex præfatis habes, quonammodo ad dexteram de sinistrâ properes exuendo leonis voracitatem, rapinā renunciando, solis enim munificis pauperum subleuatoribus cælestis promissa benedictio.

Maria leones, pardes, hœdos mutas in oues, vt dextera addicas iudicantis.

Cant. 4.

Rupert.

Ghillel. Cant. 1.

OBSERVATIO VII.

Ad illa verba:

Iosaphat autem genuit Ioram.

Ioram habitator excelsorum profitetur homines Duce nata Maria ad Patriam æternam progressuros: num aliter? *Vbi doceo, quàm necessaria sit ad pœnitentiam Mariæ intercessio.*

IORAM *habitans in excelsis* asserit se à Maria nata nostræ peregrinationis socia deductum in patriam. Quonāmodo Abrahamus genus humanum præscriptam à Domino perueniret ad terram sine Sara socia, quæ Mariam ex Richardo Laur. designabat? An Tobias iunior ad nuptias pergeret, ad patriam remearet sine Raphaele Maria? 58.

Fecit olim *Beseleel de lignis Setim Arcam.* Exod. 37. Illa quidem Natiuitatem Mariæ præsignauit, sante Richardo lib. 10. *Fabrica huius Arcæ Natiuitatem indicat beata Maria, ex authore, ex fine, ex materia, ex formâ.* Finem expende Natiuitatis Arcæ. *Arca nostra hoc fine condita est, vt in ea reponeretur nostræ liberationis pretium,* fieretque Israelitis veris peregrinationis comes, Vnde præcedente Arca progrediebantur. Duce igitur Arca, *populus ascendit de Iordane.* Ios. 4. Quando Israeliticus populus Iordanis vada gressibus metitus est, cedentibus aquis, tenuit vlteriorem ripam, Arcâ medio in alueo commorante. Quod cum aspicerent Hebræi gradum sistunt, donec Sacerdotes ad ripam Arcam adduxerunt, populúsque præcedēte ipsa *ascendit de Iordane.* Quare populus sine Arcæ ducatu non progreditur vsque ad Galgala, vbi tentoria erant paranda, sicut sine Arca è medio flumine ascenderat ad ripam? Certe Arcæ ducētis ope fluctus recesserant, viam siccam exponentes, vnde Hebræi solummodo audent viæ conficere, quod ab Arca tutum eis offerebatur. At in præscriptâ sibi ab Arca duce ripa consistentes, verentur sine duce vlteriùs progredi. Quàm verè *Arcæ fabrica Natiuitatem indicat beata Maria.* Data hominibus peregrinationis socia, viæ difficilis dux, sine Maria sæpe fidelis populus aberrauit; natam Mariam qui ductricem sequitur, cælestem adducetur in patriam. 29.

Arca Mariæ necessariò præcedit fidelem populum, ne aberret in via.

Exod. 37.

Richard.

Ios. 4.

30. Solam Mariam ductricem nactus in Christi conspectu poteris collocari. Annon sufficiet eam nobis indicari, vbi Iesus commoratur? Ipsa curabat aliquando locum, vbi sponsus Christus pascebat ouiculas inuenire, & clamabat. *Indica mihi, quem diligit anima mea vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam.* Cant. 1. Ergo sufficit indicari: Indica ô Virgo nobis, vbinam tuus sponsus ac Filius commoretur, & quæremus sine te. Haud inuenieris sine duce Mariâ. Clamarant sociæ: *Quo abiit Dilectus tuus ô pulcherrima mulierum, quò declinauit Dilectus tuus & quæremus eum tecum?* Cant. 5. Sciunt iusti non sufficere sibi indicari; & ideo & indicari efflagitant: *Quo abiit Dilectus, quò declinauit?* & simul postulant, vt Maria ductrix itineris adiiciatur: Et quæremus eum tecum, quia tu pulcherrima mulierum ductrix es errantium cōstituta. Ideo Dominus cum Maria, vbinam esset ipse, interrogasset, audiuit: *Si ignoras te ô pulcherrima mulierum abi & egredere post vestigia gregum tuorum.* Cant. 1. Quasi diceret: si quidem te non ignotas, (sic ex Ruperti doctrina,) nec vbinā sim ego, qui semper tecum habito, poteris ignorare. Vnde munera

Non sufficit nobis indicari, vbi adsit Deus, si Maria non ducit.

Cant. 1.

Cant. 5.

Rupert.

mus tuum sit greges ducere errautes ad Dilectum: *Abi, & egredere post vestigia gregum tuorum. Pulchrè Alanus. Abit, & declinat Deus ad tempus, vt maius ad se quærendum desiderium excitet. Benè autem dicitur: Et quæremus eum tecum; quia sine gloriosa Virginis fide qui Christum quærit, errare potest, proficere non potest.* Vereor ne Deum non inueniat, qui quærit sine illa quæ sola inuenit *gratiam apud Deum.*

31\. *Qui sequitur me*, (aiebat Dominus) *non ambulas in tenebris, sed habebit lucem vitæ.* An sine Maria vult dux nostri itineris constitui? Existimo virtualiter Virginis ducatum exprimi. Illud scin fidelissimo Iosepho profecturo in Ægyptum & Iesu & Mariæ ducatum indictum. *Accipe Puerum, & Matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Mat. 2. Ægyptum petis, te viæ difficili committis? rursum enucleaturus es ô Israël serpentes? aut mare tibi tranandum, aut semita erroribus obnoxia tenenda? Mariam ductricem tecum referas: *Tolle Puerum, & Matrem.* Annon sufficit Puerum Tolle simul Matrem fugæ ducem. Galfridus apud Tilm. *Tolle Puerum, tolle Matrem, neutrum deseras, & fuge in Ægyptum.* Quasi non posset tutè fugere sine Iesu & Maria. Quia scilicet Iesus Dux fidelis animæ tunc adest, cùm simul Maria ducatum præstat.

Num ipse Christus homines ducat sine Maria ducatu servire?

Mat. 2.

Galfrid.

32\. Magi peruenientes ad Christum proclamant: *Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.* Mat. 2. Ad quæ Richardus Laurentius lib. 1. *Stella est Maria, quia nauigantes per mare Mundi introducit in portum salutis. Ideo signatur per stellam, quæ Magos adduxit ad Christum, qui est portus salutis. Vnde Matthæus; Ecce stella, quam viderunt, &c. Et statim sequitur: Et intrantes domum, inuenerunt Puerum, qui est ille portus.* Profectò stellam ductricem ipse Puer Iesus comitatur. Sic Propheta: *Orietur stella ex Iacob, & consurget homo ex Israel.* Quasi simul ducturi Magos & stella & Sol, Maria & Christus ostenderentur. Ideo stellam & Virginem & Puerum obiecisse oculis intuentium est qui asserat, de quo Tom. 1. Num vno sufficeret Iesus dux errantium in vmbris Magorum? Sufficeret planè, sed disposuit ipse Dominus sine Maria simul ductrice stella homines ad portum non adduci.

Maria ducti stella adiicitur Sol Iesus vt ad seipsum Magos duceret.

Mat. 2.

Richard.

33\. Cecinit Dauid: *Prosperè procede, & regna.* Psalm. 44. Vis prosperè viam perficere? Iesum ex Maria procedentem sequere. Rufinus non solùm Domino nascenti ex Virgine carmen accommodat, sed & fideli cuique ad patriam properanti. *Prosperè procede, prosperè ex vtero virginali progredere.* Num sine Maria fratrem nostrum sequemur præeuntem? Et filius Primogenitus, & adoptiui gremio Virginis excipiuntur, vt foueantur, lactentur, ducentibúsque Maria & Iesu, filij cuncti exules deferantur ad patriam. Adnota Galfridi allegoriam. Nam cùm asseruisset Iosephum & Iesu & Mariæ ducatum sequutum, vt ad Ægyptum proficisceretur, addit: *Tolle Puerum tolle Matrem, fuge in tenebras propria conscientia, & peccata tua coram te sint semper.* Vt edifcas quàm necessarius sit Mariæ ducatus ad pœnitentiam ineundam, si Ioseph mysticè ad

Perge cum Iesu & Maria, vt ad patriam aduerteris.

pœnitudinem pergens non solum Iesum veniæ largitorem, sed & Mariam adduxit mediatricem.

OBSERVATIO VIII.

Ad illa verba:

Ioram autem genuit Ioatham.

Ioatham indicat Mariam natam, vt suauissimum, efficacissimum medicamen generi humano vulnerato adhiberet.

Vbi quàm plerumque efficacia suauia sint medicamenta.



IOATHAM *Professus* quantum Mariæ intercessio humano generi sit profectura testatur. Natæ simul cum terræ germine primo ad hominú cibum, herbæ exitiales ad medicamina conficienda, authore Basilio. Nata Maria hominum cibo dulcissimo, vti ait Richardus, simul ægrotantibus ipsa medicamen exoritur; ipsa enim cibus & medicamina.

Præfatur Isaias. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Cap. 11. 35.
Vbi Hugo Victor. miscel. 2. lib. 4. tit. 26. *Virgo Dei genitrix virga est, flos Filius eius. Quam bene, quàm rectè dicitur flos, quia ex virgâ Virgine producitur. In flore est mellificatio, ex flore fructificatio, ex flore fauus & fructus. Si parum sunt ista, adde, quod in flore medicamentu. Ex hac medicina, sanitas æterna incorruptibilitatis.* Asserit itaque Christum cibum esse, & medicamen. An non idem de Virgine affirmauit? Preme illud: *Quàm rectè dicitur flos* (cibus vtique, & medicina) *quia ex virgâ Virgine producitur!* Num non fructus flos recèns natus à virgâ eius sapit naturam. Quonammodo flos pascens & sanans exsurgeret nisi ex pascente & sanante virgâ. Quòd virga pascat indicat Agnus *qui pascitur inter lilia.* Aliter, *Qui pascit lilia*, siue toto lilij germine saginatur. Quod autem sanet, testêtur ægroti.

Maria cibus est, & medicamen quemadmodum Christus.

Isai. 11.

Hugo Victor.

Flos corruptionem ablegans pateat ue ex 36.
germine prodire, cuius vel folia contra corruptionem non essent adnatum medicamen? Dauid, *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Psalm. 15. De quo nam sancto propheticus sermo? Archangelus expressit: *Et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Luc. 1. An sancti huius incorruptio incorruptionem commutat in Maria? Profectò incorruptio hæc ægris corruptis exposita indicat ex incorruptione Mariæ ægris natæ ortum habuisse. Augustinus hom. 4. in Assumpt. *Si de resolutione in puluerem dicitur, hanc corruptionem Christi caro euasit de carne Mariæ assumpta, quæ corruptionem non sustinuit. De quo autem sancto proditum sit: Non dabis sanctum*

Christus sanat corruptionem hominum, vnguentū quidem ex vnguento Maria effluens.

Psalm. 15.

Luc. 1.

Aug.

suum videre corruptionem ? Archangelus prædicit, qui ad *Mariam dixit : Et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.* Ergo si caro Christi de carne Mariæ sumpta excogitatum aduersùs corruptionem medicamen est, ipsa caro Mariæ hominum corruptioni medebitur.

37. Redeo ad cibum & medicinam, & ostendo non solùm Mariam, sed nomen Medici huius hominibus adnati cibo nos ac medicamine donari. Richardus Laurent. lib. 1. *Oleum pascit & medicinat. Nomen Mariæ mirabiliter pascit affictum, & impinguat per deuotionem, & quoties recordamur, toties roboramur.* Et medicinat. *Melius est nomen bonum, quàm pretiosa vnguenta,* Eccli. 7. *Si vulnus oleo perungatur, oleum non permittit cicatricem obduci, donec sanies sit educta : nec Mariæ benignitas in amatoribus suis conscientiam pacificat, donec per confessionem putredo vitij sit electa.*

Maria oleum pascens & vngens. Richard. Eccli. 7.

38. De Iesu nomine sponsa : *Oleum effusum nomen tuum.* Cant. 1. Quia, vt ait Bernardus, *pascit, & vngit.* An non Mariæ nomini congruit sententia? Richardus ibid. *Rectè Nomen Mariæ oleo comparatur. Nec est aliud nomen sub cælo datum post nomen Iesu ex quo tantum robur, & salus refundatur hominibus.* Roborat enim pascendo, & sanat vnguendo.

Nomen Mariæ Iesu nomen imitatur. Cant. 1. Bern. Richard.

39. Putas-ne Medicum cælestem aliis medicamentis, vti ad nimium vulneratos peccatores saluti restituendos? Samaritano cælesti miser ille à latronibus vulneratus inter Ierosolymã & Iericho obiicitur. At Medicus *infundens vinum & oleum* donauit illum valetudine. Luc. 10. Quænam illa tam egregia medicamina, tam desperatum ægrotum sanantia: & quisnam ille vulneratus? Existimo miserum ægrũ genus humanum peccatorum affectum vulneribus: medicaminaque ipsam esse Medici Matrem Mariam, cuius salutari vi desperatos ægrotos Deus vocat ad vitam, ad valetudinem reuocat. Pulchrè Laurentinus vbi sup. *Maria illud vinum & oleum est misericordia, quod verus Samaritanus Christus infudit vulneribus sauciati generis humani per præuaricationem primæ Matris* (latrocinantis cum viro) *de Iericho descendentis.* Quàm suauia Mariæ medicamina vinum & oleum, quæ quidem tam aptè ore absumuntur ad refectionem, quàm à vulneribus sanandis excipiuntur. Vt edišcas homines spiritualiter curaturus illa egregia medicamenta, quæ efficaci suauitate assolent adhiberi.

Medicus Iesus Mariam vulneribus adhibet velut medicamentum, vt sanet eos iam penè desperata valetudinis. Luc. 10. Richard.

OBSERVATIO IX.

Ad illa verba:

Joatham autem genuit Achaz.

Achaz innuit Mariam cælestem Paradisum nasci, cuius visione homines quodammodo beantur, & comprehensores fiunt.

Ostendo interim, animum virtutibus ornatum Dei constitui paradisum.

40. ACHAZ denique *Comprehendens* cælestem hodie Paradisum à Domino plantatum prædicat, vbi Adamus secundus est collocatus. Hominibus quidem paradisus Marianus offertur, vt inibi quasi comprehensor commoretur, deliciis huiusce hortus fruens, Dominique inseparabilis eius custodis & incolæ præsentia potitus.

41. Si *plantauerat Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat.* Gen. 2. *Virgo per hunc paradisum designatur* : (loquor cum Richardo Laurent. lib. 12.) *quia ibi crescunt lignum vitæ, & in Maria vtero adoleuit Christus lignum plantatum secus decursus aquarum. Aquis diluuij non contingitur, & Virginis sublimem conuersationem, quæ erat in cælis, non attigit illud diluuium, de quo Oseas Maledictum, & mendacium inundauerunt. Fluuius de eo egrediens quatuor fluminis totam terram irrigat, & Christus de Virgine egrediens quatuor Euangeliis totam irrigat Ecclesiam. In eo non est homo carnaliter genitus, sed diuina virtute positus, in Virgine positus est Christus homo, vt operaretur in ea fœcunditatem, vt custodiret in ea illibatam virginitatem. Inguer viret ille, & Virgo non emarcuit putredine. Ibi de viro facta est mulier, in virginali autem vtero de muliere factus est vir. Ille paradisus apertus fuit serpenti, sed iste paradisus quasi hortus conclusus contra omne nocumentum. De illo eiectus est inhonestè vetus Adam, in isto honorificè positus secundus Adam.*

Maria in Paradiso terrestri designata. Gen. Richard.

42. Quàm alius Maria Domini Paradisus! Ille terrenus, hic cælestis : ille Adamo suo terrenas ac temporarias delicias ministrabat, hic suo Adamo impertiuit æternas & cælestes. Ideo ab Angelis habitatoribus colitur, quia inibi Deum incolam venerantur. Damascenus orat. de Dormit. Deipar. *O Virgineas prærogatiuas humana conditione sublimiores! Tu enim Virgo, es solium illud Regium, cui assisterunt Angeli, Dominum & effectorem insidentem cernentes. Tu Spiritualis Eden extitisti, antiquâ illâ sanctior, & diuinior. Si quidem in illa terrenus Adamus commorabatur; at in te Dominus.* Et Basilius Seleuc. orat. de Annunc. *Aue perpetuò virens castimoniæ Paradisus, in quâ plantatum omnibus salutis fructum fundit. Ex quâ quadripartitus fons Euangeliorum dimanans mortalibus fide exornatis miserationum fluenta vbertim emittit.*

Maria cælestis paradisus vbi & Angelorum patria. Damasc. Basil. Seleuc.

43. Christus iustitiæ Sol paradisi Materni operator addicitur. Quid Sol cælestis nisi æternitatis germina operaretur? *Posuit Dominus hominem in paradiso, vt operaretur illum.* Gen. 2. Ad quæ Ambrosius apud Carthus. serm. 3. de Concept. *Incomprehensibilis incomprehensibiliter operabatur in Matre, & Sol ipsa iustitia in mente Genitricis sua clarissimè splenduit, calefecit, peregit gratiosissimè, & quasi continuè.* Haud planè potest comprehendi Mariani paradisi fructificatio, si colonus minimè otiabatur, cælestis irrigatio continuè affluebat, terra fertilissima excolebatur. Carthusianus citat. *Cùm Maria Dei Filium concepisset, & portaret in vtero, quis cogitare queat, quantis supernarum charismatibus*

Christus huius paradisi Custos assiduus. Gen. 2. Ambr. Carthus.

charismatibus gratiarum implebatur quotidie: implebat animam eius sapientia salutaris splendoribus, charitatis diuinæ ardoribus, diuinarum contemplationum suauitatibus.

43. *Christus custos, Hortus Maria. Gen. 2.* Quid de Mariani Paradisi custodia? Christus operator quidem & custos: *Vt operaretur & custodiret illum.* An Angeli custodiæ Hortus aut vineæ deputantur? Angelorum exercitus Mariæ obsequium præstat, non custodiam; ipse enim Dominus immediatè suę Matri custodiendæ operam impendit. Ideò Angelici chori mirantur: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa supra dilectum suum?* Cant. 8. *Cant. 4.* Maria Paradisus deliciarum ex generis humani deserto seu syluâ ascendit Natiuitatis die, innixa equidem suprà dilectum, quia eius solius immediatè nititur protectione & custodiâ, vnde nostro haud eget ministerio. *Philipp.* Philippus Abbas lib. 4. exclamat. Cap. 1. *Quæ est ista, cui soli datur excellentia specialis, vt mulier nulla prior, nulla posterior, ei sit æqualis, vt nostro etiam videatur patrocinio non egere?*

44. *Tota Trinitas operatrix & custos huius Paradisi immediatâ actione, non per causas secundas.* Nec solus Filius & excolendo & custodiendo Mariæ Paradiso nauat operam: sed Pater æternus & Spiritus Paracletus eidem ministerio immediatis actionibus incumbere dignantur; vt exprimant, qualis Hortus, quàm sibi amabilis habitatio. Cùm Archangelus dixit: *Aue gratiâ plena, Dominus tecum.* Luc. 1. *Luc. 1.* Mariam deliciarum Dei Paradisum esse testatus est, Domino cultore. Adiicit: *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Ibid. Trinitatis operationes in te immediatè effulgebunt; nec enim causarum secundarum ministerio vtetur Trinitas ad Paradisi deliciarum suarum cultum; sed Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & operabuntur, & custodient. Bellè Dionysius Carth. ser. 1. de Annunt. *Carth.* *Virtus Dei exercebit in te per se immediatè, quod fecit in aliis per causas secundas.* Proh Mariani Paradisi gloria!

45. *Homines videntes Marianum Paradisum, quasi beantur, emissi eis Paradiso. Cant. 4.* Iam patet homines, quibus Paradisus Mariæ patet, quodammodo esse comprehensores beatissimæ Trinitatis præsentiâ fruentes. Certè Maria intuentibus illam Paradisus cælestis est, gloria est: *Emissiones tuæ Paradisus.* Cant. 4. *Quid emissiones Mariæ?* Vultûs sui iucundissimi versiones, vt ab hominibus aspiciatur. Sic Amedæus hom. 7. de laud. Mar. *Amedæ.* *Maria præsentia gratam veris temperiem exhibebat, & quò fauens se verteret, Paradisus erat. Emissiones tuæ*, ait Sponsus, *Paradisus.* Se vertit Maria, vt intueatur, visio illa quasi visio beata; Paradisus est, gloria est aspicientibus. Ergo misericordes, ô Virgo, oculos ad nos conuerte, & in ipsa lacrymarum valle cælesti patriâ quodammodo potiemur. *Virtutes constituunt Paradisum.* Quidnam Mariæ Paradisum constituit? Addit Doctor: *Habet Maria Paradisus mala punica in varietate virtutum, fructus pomorum in perfectione operum.* *Amedæ.* *Habet cyprum cum nardo illam fertilem vuarum; hanc miri odoris herbam aromaticam ad sobriam ebrietatem, sensuum & suaue fragrantem opinionem virtutum.* Vt doceamur deliciarum Dei Paradisum præparari, cùm animus germinum virtutis gloriâ decoratur.

SECTIO QVARTA.

Christo nata Maria.

TEXTVS.

VERS. 12. ET post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. 13. Eliacim autem genuit Azor. 14. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. 15. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matham. Matham autem genuit Iacob. 16. Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariæ, de quâ natus est Iesus, qui vocatur Christus.

---

§. I.

De Patriarcharum virtutibus.

1. *Nata Maria saltus quasi vestigium sanctitatis Christi venturi. Cant. 2. Richard.* ET *post transmigrationem Babylonis* (profatur Sponsa) *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Cant. 2. Ad quæ Richardus Laurent. lib. 1. *Montes, Patriarchæ & Prophetæ, saltus Christi Sponsi fuit, quia Abraham genuit Isaac, &c. vsque ad; Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, ad vltimum fecit saltum magnum, cùm dicitur: Maria, de quâ natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Quia scilicet fundamentum Mariæ, eius nempè Natiuitas, *in montibus sanctis.* Et nota, quòd in quolibet saltu relinquebat aliquod vestigium, sicut mos est salientium: in Abraham fidem, in Isaac spem, in Iacob charitatem; & sic de aliis. At qui in monte mariano, in quem ab aliis montibus saliens ascendit, non per transenam, sicut in Patriarchis, sed nouem mensibus cõmoratus est: quænam reliquit suæ Deificę præsentię vestigia? Profectò tota Virgo quasi vestigiũ Christi facta est, ei in cunctis assimilata. Vnde ex futurorũ respectu, quando Maria nascitur nubecula

parua

paria è communi naturæ humanæ pelago iam quasi vestigium Hominis & Dei Christi præsentatur. Vt videlicet quæ exoritur velut alter Christus cunctis virtutum Filij satellitio ornata priùs exprimat venturi Filij vestigia, quæ ipsa iam in Patriarcharum montibus saliens expresserat: ex sanctissimáque Genitrice sanctissimus prodiret sponsus, ornatus nempè eisdem virtutibus queis priùs ipse Matrem ornauerat, vt oriens Christus ex Maria in diademate pulcherrimo coronatus aspici possit ab Ecclesia. Christus itaque natus Mariæ, dum maternitatis prætextu à Trinitate ornatur: & Maria nata Christo, quia cunctarum virtutum eum induit ornatu. Vnde innominatus Auctor apud Catenam Matthæi, Mariam Iesu catenam, seu torquem vocitauit, dum ornando Christo solummodo natam fuisse videtur. Id quod alij Christi progenitores expressere, nempe Iechonias, Zorobabel, Abiud, Eliachim, Iadoch, Achim, Matham, & Ioseph ex Lyrani nominũ interpretatione.

Christus Mariæ, & Maria autem Christo nata.

IN MARIAM NATAM
PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS
Circa literam.

Ex ipsius Christi Natiuitate.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Iechonias genuit Salathiel. Et: Ex quâ natus est Iesus.

Iechonias *Præparatio Domini* docet in Mariæ Natalitio quasi præparatam fuisse Filij sanctissimi perfectionem.

Inibi ostendo parentes sancti filij ducere sanctitudinem.

2. IVRANO igitur sonat Iechonias *Domini præparationem.* Appositè Mariæ Natiuitas annunciatur, vbi Domini præparatur exortus. Talis enim Aurora exsurgit, quæ solem iustitiæ possit eniti.

3. Expressit Isaias fatus. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Cap. 11. Miror florem ex radice exoriri, qui virgæ assolet tenere summitatem. Certè me ab admiratione liberat Hieronymus asserens Virginem Mariam virgam hodie germinari è terra, siue Annæ vtero: Christum autem è Maria ducere exortum. *Ex qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* An non Mariæ *Domino præparatio est?* Nascitur ergo Christus ex Natiuitate Virginis in virgæ radice figurata, quatenus quidquid gloriæ in Christo eluxit, iam quodammodo in natiuitate Mariæ erat præparatum. Requiescet super florem Christum *Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus scientiæ & fortitudinis, consilij, pietatis, timoris Domini.* Iisdem existima virtutibus Puellam natam recèns ornari, vt sit tanti Domini præparatio.

Christus septem Spiritus sancti virtutibus seu donis ornatus exoritur? Ergo in Mariæ Natiuitate sancta præparatur ornatus. Isa. 11. Hieron.

4. Paruus quidem & indigus esset mariæ dominatus (quis abneget?) si non esset quasi principium & præparatio virtutum, quæ in Filio rutilarunt. Allicio ad hanc mentem Nazianzeni orat. de statu Episcop. sententiam asserentis Patrem æternum esse principium, & quasi præparationem Diuinitatis in Filio existentis, ne dignitas Patris parua & indiga habeatur. *Neque ita Christi amatores simus, vt non hoc obseruemus, quod sit Filius. Cuius autem Filius erit, si non ad causam* (frequenter Græci nomine *causæ* non aliud significant in Diuinis, quàm quod Latini *principij* nomine significant.) *referat Patrem? Neque Patri principatum, hoc est, principij referat dignitatem tanquam Patri & genitori? Paruus enim, & indignus esset principatus, si non Diuinitatis causa* (principium) *existeret, quæ in Filio, & Spiritu contemplatione deprehenditur.* Ac si diceret, Indignus & paruus Dei Filij Pater existeret si ea Diuinitas, quam habet Filius, non priùs origine præpararetur in Patre. Haud aliter quasi indigam, imò indignam matrem Christi mariam quodammodo diceremus, si virtutes quæ emicant in Christo non priùs in ipsâ fulgurarent, vt esset quasi Filij sanctissimi præparatio digna sancti Filij parens sancta.

Maternitas Mariæ videatur, sanctitas Filij prius in ipsa fulgurantis. Nazian.

5. Matthæus confirmat fatus: *Cùm esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.* Cap. 1. Cur dixit: *Mater Iesu Maria?* An non sufficeret: *Cùm esset desponsata Maria Ioseph*, siquidem proximè asseruerat: *Ex qua natus est Iesus, &c.* Eam certè Matrem Iesu vocauit, vt qui nihil de parentibus Ioachimo & Anna, nec de Virginis virtutibus scripserat (sicut de Ioanne Lucas) solo illo verbo iterato: *Mater Iesu*, cognosceretur dignam fuisse dignissimi parentem Filij, eóque vocabulo: *Mater*, innui in Virgine Filij sanctitudinem fuisse præparatam. Origenes hom. 1. in diuer. *Vnigeniti Dei dicitur hæc Mater Virgo Maria, digna digni, immaculata sancti immaculati.* Apparet immaculata, nascitur sancta; quia & immaculatum & sanctum erat paritura. Nec enim aliter digna digni Mater appareret. Indignus esset Principatus seu principium, si Pater non haberet Diuinitatem, quam communicat

Non dignè digni Filij Mater vocaretur, si sanctitas Filij in ipsa præparata nõ esset.

communicat Filio? Indigna Mater esset Maria si sancta non ante partum dignissimè vtique Mater appareret. *At digna digni.* Disce ex præfatis tunc dignos boni filij parentes obuci, quum virtus illa in ipsis præ existens quasi infundenda filio præparatur.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Salathiel autem genuit Zorobabel. Et: Ex quâ natus est Jesus.

Zorobabel docet Virginem natam, vt idem cum Domino esse videatur.

Vbi patet adeò similes plerumque euadere filios parentibus, vt aut virtus, aut vitium illorum his soleat attribui.

6. Zorobabel *Magister* interpretatur *Babylonis*, exprimens(vti Lyranus innuit) Apostolos, qui Fidei mysteria gentilibus prædicârunt. Profectò Maria non solùm (Ambrosio authore) continet *magisteria probitatis*, sed & operationis egregiæ Saluatoris: vt quæ virtutes Christi præsignauit, Magisteria vitæ ipsius nos, se ipsa, doceret; dum scilicet aut eadem Mysteria quasi in morem imaginis hominibus præsentauit: aut illa simul cum Christo quodammodo operata est. Id præcipuè duplici in Fidei sacramento nempe Redemptionis, & Eucharistiæ ostendam.

Ambr.

CAPVT I.

Tam similis Maria Filio, vt non solùm Corredemptrix, sed & quodammodo Redemptrix hominum extiterit.

7. Aiebat Ildephonsus ser.de Nat.Mar. *Vt Mariam veram Matrem ostenderet, verum se hominem patiendo tormenta monstrauit.* Ac si diceret Pater Natalem Virginis dignè celebraturus: Vultis exprimam nascentis Puellæ dignitatem? Ea est, vt Dei Filius, qui copiosè redimeret Mundum guttulam sanguinis in circuncisione effundens, aut lacrymam profundês in præsepio, innumeris cruciatibus corpus exponet, vt se filium huius Virgunculæ ostendat.

Dei Natalis Maria celebratur, dum ostenditur eius cũ Filio ineffabilis similitudo. Ildeph.

8. Quonam modo se probat Mariæ filium plura tormenta sustinendo? Existimo, (inter alias causas) quia Virgo tã quasi vnica essentia cũ filio (prout matrem decebat amantissimam) præditam se ostendit, vt simul cum patienti Domino pateretur. Vnde tot essent maternitatis testes quot Deipara Christi passiones est imitata. Arnoldus Carnot. Tract. de Laud. Virg. præmittendus. *Vnum pariter holocaustum ambo pariter offerebant Deo: Christus in sanguine carnis, Maria in sanguine cordis.*

Quomodo vnum holocaustum Iesus & Maria offerrent.

Arnol.

9. Vnum pariter holocaustum Christus & Maria offerebant? Ergo vnica quodammodo essentia filij & parentis. Discipulos Dominus passione instante iussit à Iudæis impunè recedere. *Si ergo me quæritis, sinite hos abire.* Mat. 26. Quare? Quia redempturus Mundum non egebat adiutore, fante Propheta: *Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.* Psal. Attamen Ambrosius lib. 10. in Lucam. ad illud: *Stabat autem iuxta Crucem Iesu Mater eius.* Ioan. 19. inquit. *Quia cognouerat Maria per Filij mortem Mundi redemptionem, aula regalis, putabat se, & sua morte publico muneri aliquid addituram. Sed Iesus nõ egebat adiutorio ad omnium redemptionem, qui dixit: Factus sum sicut homo sine adiutorio: suscepit quidem Matris affectum, sed non quæsiuit hominis auxilium.* Quonammodo suscepit affectum Matris, si curabat illa addere aliquid passioni? Quia illa cooperatio Matris non erat aliena ab operatione Filij, Christi enim ac Mariæ vna caro, animus vnus, (vt cum Arnoldo loquar.) *Omnino tunc erat* (ait ille) *vna Christi & Mariæ voluntas, vnúmque holocaustum ambo pariter offerebant.* Et adiicit: *Verùm breui est sermone colligendum, quo initio, quo progressu ad hunc beatitudinis cumulum Virgo sancta deuenerit, vt cum Christo in salute Mundi effectum obtineat.* Vnde verè sine adiutorio Dominus obit, quia Maria sponsa adiutrix tam similis, vt sit quodammodo vna essentia, eademque persona.

Moriente Maria cum Filio, sine adiutorio moritur, quia Maria idem cum illo. Ps. Ambr.

Arnol.

10. *Faciamus* (ait Conditor) *ei adiutorium simile sibi.* Gen. 2. Quia non decet hominem solum adesse hominum redemptioni, sed neque oportet ei alter adiutor addici. Si Adam secundus solus est moriturus pro hominum salute, quomodo oportuit ei Mariam adiutricem exhiberi? Quia tam simile adiutorium est ei, vt quasi eadem viuere essentiâ videantur. Bernardus serm. de B. Mar. *Clementissimus Artifex nobis nouum formauit Adam ex veteri, & Euam transfudit in Mariam. Et quidem sufficere poterat Christus, siquidem & nunc omnis sufficientia ex ipso est; sed nobis non erat bonum hominem esse solum: factum ei adiutorium simile sibi, vt adesset nostra reparationi sexus vterque.* Illa expende: *Nunc omnis sufficientia ex eo est.* Et, *Vt adesset nostra reparationi sexus vterque.*

Tam simile adiutorium Christi Maria vt ipso solum pateretur, patiente Matre. Gen. 2. Bern.

Si sufficientia omnis ex Christo, solus ille obiit, & redemit Mundum; quonammodo igitur adfuit nostræ reparationi sexus vterque? An non quia tam simile adiutorium Maria Christi, vt quodammodo eadem viuant essentia?

11. Asseruimus ex Arnoldo Mariam operam dedisse eidẽ sacrificio *in sanguine cordis*, Christum autem *in sanguine carnis*. Hoc non est Mariam eandem cum Filio essentiam habere, nec implere omnia quæcumque impleuisse Dominum videmus; quia sanguis cordis innuit solùm effundendi sanguinis affectum, non effectum signat. Profectò, me authore, cum Paulo verè Deipara potest clamare: *Adimpleo ea quæ desunt passionis Christi in corpore meo.*

Non solum sanguinem cordis, id est, affectus, sed & corporis illo profudit Deipara.

meo. Col. 1. Noodum cordis affecto Christi passionem imitari euro, sed in corpore meo adimpleo passiones, quia quidquid Filius passus est, ego ob identitatē quidem meo in corpore patior. Bellè Arnoldus ipse citat. *Oportebat quidem ad sanguinem animæ* (seu cordis) *& carnis sua addere sanguinem, & eleuatis in Cruce manibus celebrare cum Filio sacrificium vespertinum: & cum Domino Iesu corporali morte redemptionis nostræ consummare mysterium.* Præstitit-ne Deiparens id quod *oportebat*? Ita planè, quia cùm esset vna Christi & Mariæ caro (authore Augostino, & Anastasio Synaï. fante: *Fuit einsdem cum Filio essentia quoad carnem attinet*) carne Christi vulnerata caro Virginis vulnere afficitur, & affigitur Cruci Christi caroe suffixa.

Arnol. — Augostin. Synaï.

12. Ergo redempti sumus Mariæ sanguine. Anastasius Synai. lib 9. Exam. Maria Adami secundi Mundum redimentis adiutrix est, *quæ parit filios vitæ, & hæredes vitæ æternæ, quæ Magos efficit Apostolos, & facit publicanos Euāgelistas, redditque meretrices virginibus honestiores.* Sanguinis Mariani hic fructus qui ex Christi sanguine procedit, quia idem Christi & Mariæ sanguis. *Venter tuus aceruus tritici vallatus liliis.* Cant. 7. Ac si de Maria profaretur sponsus. Quia ex tuo vtero viuus panis processi, Martyrum, Confessorum, ac Virginum liliis oreæ passionis fiuctus stiparis; quasi profuso tuo sanguine rigarentur. Amedæus hom. 6. *Vallata igitur Sanctorum liliis Redemptoris Mater aptissimè hunc illis congruentem poterit proferre sermonem: Gaudium meum, & corona mea omnes vos estis, acquisiti sanguine meo, & carne sumptà de carne mea.* Quia quod caro & sanguis Dominicus ex sanguine ac carne Mariæ sumptus est, profuso sanguine, ac vulneratà carne Saluatoris, quasi Virginis caro vulneratur, sangnis profunditur. Addo huic corredemptrici infernorum debellationē attribui debere, fante Epiphanio ser. de Laud. mat. *Per te, Virgo, mors conculcatur, & spoliatur infernus.* Edisce parentes & filios adeò assimilari, vt moribus similibus plerumque informentor, vnde aut virtutes, aut vitia filiorum assoleot parentibus deputari.

An redempti sumus Mariæ sanguine? — Anast. Synaï. — Cant. 7. — Amedæus. — Epiph.

Capvt II.

Tam similis Maria Filio, vt quodammodo ipsam in Eucharistiæ epulo fideles recipiant.

13. NVm præfata similitudo Iesu & Mariæ efficiat, vt Christum in Eucharistia absumentes simul Mariâ reficiamur? Egregiam proculdubio operam contulit mariæ meritum & industria huic augustissimo Sacramento. *Granum frumenti* Christus? Ambrosius l. de Instit. Virg. *Vnum granum frumenti fuit in vtero Virginis Christus Dominus*, quasi in fertili agello diuinâ virtute satus. Chrysologus ser. 99. ad illud: *Simile est Regnum Cælorum fermento. Maria* (inquit) *huius fermenti emplet typum, dum de supernis suscipit fermentum Verbi, & humanam carnem in aluo Virginis cælestem totam conspergit in massam.* Et Epiphanius serm. de Laud. Mar. *Ipsa est clibanus intellectualis, quæ ignem & panem vitæ habebat.*

Maria consulit Eucharistia conficienda operā. — Ambr. — Chrysol. — Epiph.

14. Quid autem cum mariæ Natiuitate Eucharisticæ mensæ? Vt Ildeph. supra citat. Natalitij Virginei gloriam proferret inquit. *Maria nutrit Angelorum atque hominum cibum. Lacta, ô Maria, Creatorem tuum, lacta panem cæli.* Vultis (quasi diceret) natæ Infantis præstantiam agnoscere? Nata quidē vt nutriat Angelorū atque hominum panem, vt lactet cæli cibum; & consequenter nata quodammodo vt in Christo Filio renascatur, ab hominibúsque Eucharistica possit absumi. De nutrice Cæsaris menāder, *cæsarē lactas Augusta.* Quia scilicet te quasi infantulus haurit, in ipsúque conuerteris; vnde augosta possis haberi. Quid Maria, quæ non solùm lactauit, sed peperit?

Appositè Natiuitas Mariæ ex præfato argumento celebratur. — Ildeph. — Menan.

15. Suarius noster to. 2. in. 3. p. q. 27. a. 1. d. 1. s. 2. inquit. *Facilè credi potest, illam substantiā carnis, quā Christus assumpsit ex Virgine nunquam fuisse omnino dimissam, aut continuâ caloris naturalis actione resolutam; sed eandem omnino fuisse semper conseruatam, & Verbo Dei vnitam.* Hoc quidem probabile censeo tum ex ratione philosophicâ, tum ex speciali prouidētiâ ipsiusmet Christi, qui id potuit præstare. Confirmo ex Aug. ser. de Assump. *Caro Christi quamuis gloria resurrectionis fuerit magnificata, eadē tamen mansit, quæ suscepta est de Maria.* Ergo in Eucharistia sanguinē de maria sumpta accipimus. Euseb. Emis. hom. 1. de Nat. *Sanguinem, quem etiam pro Matre obtulit, de sanguine Matris accepit.* Obtulit quidē & in Cruce & in Calice pro Mūdi salute. Petrus Dam. serm. 45. *Manat aliquid ex vberibus virginis, & in carnē conuertitur Saluatoris. Illud inquā absque vlla dubietate non aliud nunc de sacro Altari percipimus, & eius sanguinem in sacramento nostræ redemptionis haurimus.*

Num caro & sanguis Mariæ in Eucharistia? — Suari. — Aug. — Euseb. Emis. — Dam.

16. Mariā igitur quodāmodo in Eucharistia accipimus, Virgo hominibus Eucharistia est. Māna Christus qui de cælo descendit. Quis dubitet. *si panem Angelorū manducauit homo?* Manna quidem Maria est. maxim. hom. in Dom. Palm. *Quem potius ipsā Maria Māna dixerim, quia est subtilis, splēdida, suauis, & virgo.* Omnino in carnē Christi caro mariæ cōuersa est Aug cit. *Caro Christi caro est Mariæ.* Damian. autem serm. 1. de Nat. mariæ. *Quarto modo inest Deus Mariæ, identitate, quia idem est, quod illa.*

Mariā quodammodo in Eucharistia recipimus. Manna quidem. — Maxim. — Aug. — Dam.

17. Auulsus fuerat à Natiuitate Dominus à Maria, quacū idē quodāmodo morabatur, fāte ex ore Dauidico ipso Domino: *Tu es qui extraxisti me de ventre.* Ps. 21. Vbi Tertullian. l. de carne Chris. c. 20. *Quid auellitur, nisi quod inhæret, quod infixū, innexū est ei, à quo vt auferatur, auellitur? Si nō adhæsit vtero quomodo auulsus est? Ita concarnatur.* Graue quidem quodammodo Domino à Virgine matre auelli, vnde vt mysterium Incarnationis renouaretur, matrique rursum concatnaretur, & conuisceraretur Eucharistiā instituit, vbi absumentes fideles Christi carnē & sanguinem, mariæ carnem & sanguinē absumunt. Nec enim Dominus vitale Sacramentū voluit (sic explico) sine Maria condire, vt vita donata per Eucharistiā fidelibus certo modo etiam à Virgine exoriatur. Ex prædictis confirma, quàm similes filij parentibus exoriantur. Plura lib. 3.

Qui auulsus fuerat à vtero Mariæ Dominus, renouat Incarnationis Mysterium, vt Mariæ concarnetur iterū.

Obser

Observatio III.

Ad illa verba:

Zorobabel autem genuit Abiud. Et: De quâ natus est Iesus.

Abiud probat, Mariam non solùm Matrem, sed & quodammodo Patrem Iesu, æternum Parentem imitatam.

18. *Vei vim orationis eximiam licet contemplemur.*

ABiud idem est, quod *Pater.* Innuit quidē Mariæ *de qua natus Iesus,* priuilegiū præcelsu. Ait Euāgelista: *Iacob autem genuit Ioseph virū Mariæ, de qua natus est Iesus.* Non dixit: *de quibus,* quia Maria Virgo peperit, patrísque ac Matris simul vices exeruit. Annon in maximā gloriā Mariæ cedit, Dominū ex maria sola humanitaté accepisse? Abiod igitur *Pater* natam Virginem prædicat non modo vt Mater, sed & vt Christi Pater existeret in terris, non solum terrenus, sed quodammodo cælestis. Illud memorare: *Requieuit in Tabernaculo meo.*

19. *Thronus Cherubicus Maria Mater, & pater Saluatoris. Epiph.*

Nascitur nāque Virgo, vt sit Christi mater, & Pater cælestis certo modo existeret. Epiph. ser. de laud. Mar. *Anna, quæ gratia interpretatur, grauida est illa Thronū Cherubicū peperit sanctā Mariā.* Quare nascitur Maria Thronus? Quia regi Christo exoritur. Sed cur Cherubicus vocitatur? Existimo, quia Throno, seu Arcæ duplex Cherub astabat, sexus vtriusque humani referens imaginem, id est, maris, & fœminæ si Rabbinis credendum.) Nascitur ergo Maria Thronus Cherubicus, quia Incarnationis mysterio sola materiam ministrauit, quâ corpus Dominicum coalesceret, Pater quodammodo ac Mater Saluatoris.

20. *Anna impetrans precibus fœcūdari sibi virum, pater dicitur Samuelis: quod Maria sine viro pariens.* 1. Reg. Chrysost.

Olim *Elcana cognouit Annam vxorem suam, & recordatus est eius Dominus. Et factum est, post circuitum dierum cō-cepit Anna, & peperit filium.* 1. Reg. 1. Pēde illud: *Recordatus est eius Dominus?* Cuiusnam? Viri equidē, eum donans fœcūditate. At ex precibus cōiugis id munus accepisse Textus indicat, dum Annæ orāti dixit Sacerdos: *Deus det tibi petitionē tuā, quā rogasti eum.* Vbi Chrysost. putat non solum Annæ deberi fœcūditatem viri, sed & meritò ideo posse non solùm matrem, sed & patrem Samuëlis vocari. *Nequaquam oberrâris, qui hanc mulierem pueri simul matrem, & patrem appellaris. Quamquam enim vir addiderit semen, huius tamen deprecatio, vim & efficaciam semini præbuit.* Sic ille hom. 1. de fide Annæ. Si pater Samuëlis Anna vocatur iustè quidem quia precibus sibi virum fœcundauit, potiore iure Christi patrem & Matrem Mariam appellabimus, quæ sine viro sola cōncepit, & peperit Saluatorem.

21. *Maria precibus impetrās Incarnationē Verbi, quasi Pater æternus vocitatur.* Cant. 1.

Altios quiddam affirmare ausus, Annam video precibus Elcanam sibi fœcundasse: precibus Mariæ contemplor Patrem æternum excitatum ad Filij incarnationem. *Osculetur me osculo oris sui.* Cant. 1. Vbi Interpretes asserunt Mariam & Verbi incarnationem expetere, & postulare. Quonam effectu? *Quia meliora sunt ubera tua vino.* Ibidem. Iam præsentiâ fruitur illius, quem petierat aduentare; ideo absentem aduocat: Osculetur me osculo oris sui; ideo præsenti profatur: *Quia meliora sunt vbera tua vino.* Haud fœcundatus est Pater ex Mariæ precibus, sed sibi Virgo reddidit actu fœcundissimum, dum illud ad mysterium incarnationis conficiendum post tot ruinæ cōmunis sæcula excitauit. *Vulnerâsti cor meum soror mea sponsa.* Cant. 4. Symachus. *Excitâsti cor meum,* vt te Matrem Filij mei efficerem; precibus enim Mariæ Dei Patris viscera commota, aut excitata fuere, vt Vnigenito Mundum donaret. Si ergo Anna pater simul & mater Samuëlis vocatur, quia prece viri fœcunditatem consecuta est: quomodo non quodammodo Patrem æternum appellabo Mariam, cuius enixis precibus Pater excitatur, vt operam mysterio Incarnationis impenderet? Hinc Orationis vim licet contemplari.

Cant. 4. Symach.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Abiud autem genuit Eliachim. Et: De quâ natus est Iesus.

Eliachim ostendit Mariam Christo natam, dum natus ipse ex Maria Dominus Deus ostenditur.

Vbi adnoto, Virginitatem dignam Dei esse parentem.

ELiachim *Dominus* significare Lyranus affirmat. Exprimit Saluatorē, ipso testante, qui cunctæ creaturæ dominatur. *Ex qua natus est Iesus Dominus,* scilicet ex Maria Domina. An degeneraret Mater? Num Dominus è verè ancilla nasceretur? Imò Guarricus serm. 2. de Assump. ait: *Non degenerat à Matre Filius.* Id est, mater Domina maria est, Christus non degenerat à matre, quia Dominus exoritur. 22.

Non degenerat à Matre Iesus. Guar.

Ex mariæ Natiuitate hanc gloriam ostendā prælibaram. Petrus Damian. serm. 46. sic mariæ celebrat Natalitium. meritò maria dicitur *Oriēs Orientis, origo Principij. Cur meritò?* Quia oriens maria tam splendens apparet, tanto exsurgit stipata fulgore, vt digna orituri Solis postmodum mater ostendatur, Principiique increati pura origo humanitate quidem induendi. Quare autem non ait: *Oriens orituri, sed oriens orientis?* Annon quia suo in ortu maria adeo fulgida obiicitur, vt mox digna Solis parens ostentaretur? 23.

Tam fulgida Maria nascitur, vt ostendatur nata Christo. Dami.

Decebat equidē ipsū Principiū mariam tantā pulchritudine decoratā nasci, vt nō solum non dedignaretur ipse profiteri, se natū ex ipsa, sed potiùs gloriari posset huiusmodi matrē elegisse. Assero igitur, Dominū, è Virgine Christum natū, id est, ex eo quòd ex maria ortus est, Dominū, Deúmque mirificè ostētari, Ait Isai. *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filiū, & vocabitur nomen eius Emanuel,* id est, *Nobiscum Deus.* Cap. 24.

Eo ipso quod Christus nascitur ex Maria Deus ostenditur Dominus. Isaias.

Non-nè aptiùs dixisset : Vocabitur nomen
eius Iesus : siquidem consummatis octo die-
bus ; *vt circumcideretur Puer , vocatum est no-
men eius Iesus?* Luc. 2. Certè si Propheta di-
xisset absolutè: Nascetur Filius, consequenter
Isai. 9. adiecisset:Et vocabitur Iesus. *Puer* (ait alibi
Isaias)*natus est nobis,& Filius datus est nobis, &
vocabitur nomen eius : Admirabilis,Consiliarius,
Pater futuri seculi, Princeps pacis.* Quæ quidem
nomina vnum Iesu nomen sonare Tom.1. os-
tendimus. Attamen Mariam Virginē Matrem
expresè asserens cōsequenter debuit affirma-
re*: Vocabitur Emanuel* , siue *Nobiscum Deus.*
Nihil enim memorato Virginis partu priùs ve-
nit in mentem quàm Deum esse tantæ paren-
Bernard. tis Filium.Pulchrè Bernard. ser.2.sup. Missus.
*Deum huiusmodi decebat Natiuitas , quâ non nisi
de Mariâ Virgine nasceretur ; talis congruebat
Virgini partus, vt non pareret nisi Deum.* Peperit
Maria Virgo?Ergo natus ea illa Dominus Deus.
Peode Matthæi verba: *De quâ natus est Iesus,
qui vocatur Christus.* Vbi nati dignitas augusta
25. signatur; vnctus enim diuinitùs Dominus Rex
Totā Christus humanitatem, & consequentem dignitatem à Maria accepit. Angelorum, hominum Princeps.*De quâ natus.*
An non humanitatem consequentia stemmata
Iesus accepit ea Mariâ?Audi Bernardinum Se-
nensem de S. Ildeph tn.3.*Dominus Iesus Chri-
stus, qui sine Matre fuit in Cælo,& absque Patre
in terris, totam à Virgine humanitatem recepit, at-
Bernardin. que dignitatem,quæ ad humanitatē sequitur.*Prob
Mariæ dignitas penè immensa, quæ tanto Ho-
mini Dei Filio potuit conferre dignitatem !
Quàm iustè clamat citat. Pater ; *Fuit B.Virgo
nobilior creatura omnib. creaturis,quæ in humana
naturâ fuerin. ; aut possint, aut potuerint generari.*
Intendit Stephanus Iudæis ostendere Chri-
stum Dei Filiū vnigenitum,& inquit:*Ecce vi-
26. deo cælos apertos,& Filium hominis stantem à dex-
Ostendens Stephanus Christum Mariæ Virginis esse Filiū, probat Deum. Act. 7. tris virtutis Dei.* Act. 7. Martyrum Princeps;
si conaris Christum Dei Vnigenitum esse pro-
bare,non forti vteris argumento : *Video Filium
hominis*;Interpres grauis & doctus legit *Filium
Mariæ, à quâ*(vt aiebat Bernardinus) *totam hu-
manitatem recepit*. Vnde idem, *Filius hominis*,ac
*Mariæ filius.*An non audisti Christū à Pharisæis
Bernardinus. à materna origine culpari? *Non-ne* (inquiunt)
*Mater eius dicitur Maria?*Matt.13 Cùm ergo
Matt. 13. curas Dei Filium adorari à Iudæis , quare na-
tum è Maria memorâsti ? *Cur te Filium hominis*
(loquitur cum B. Maximo hom. de Steph.) *vi-
dere testatus est,& non potiùs Filium Dei,cùm plus
Maxim. honoris Domino delaturus videretur, si se Dei po-
tiùs quàm hominis Filium videre dixisset.* Existi-
mo Stephanum , cuius Spiritus Sanctus præ-
cordia occupabat , iuxta illud : *Cùm Stephanus
plenus esset Spiritu Sancto.* Ibid. perfectè Mariæ
dignitatem contemplatum visum sibi effica-
cissimum esse argumentum diuinitatis Christi
Domini. En ille Mariæ Filius , quia ex Mariâ
Virgine quis nisi Dei Filius Dominus nascere-
tur? *Talis congruebat Virgini partus* (aiebat Ber-
nardus) *vt non pareret nisi Deum.* Virginitatis
hinc prædica gloriam: sola inuenta,quæ dignè
Dei Filium hominem eniteretur.

OBSERVATIO. V.

Ad illa verba;

*Eliachim autem genuit Sadoch. Et. De quâ
natus est Iesus.*

Sadoch probat Mariam natam inimi-
corum amatricem , vt ex eius censu
Christus amorem inimicorū trahat.

*Edocemur inibi mutua charitatē operam
dare alumni Mariæ.*

SAdoch idem est quòd iustus.Ad illud:*Orie- 27.
tur vobis* Sol iustitiæ, asserit Salmeron natū
Dominum, vt nos omnem doceret iustitiam,
cuius fastigiū est inimicos dilectione prosequi.
Ea qua natus est Iesus: si natus ea Mariâ Domi-
nus,amorē inimicorū homines educturus, asse-
ro equidem è Matre Christū traxisse iustissimum
inimicos amare. Celebrat ergo Sadoch iustitiæ
nomine Mariæ natalitium; eaortæ planè vt Fi-
lium pareret , à se (sic liceat fari) instructum
inimicos diligere peccatores.
Vt celebret Fulbertus Carno. Mariæ Natiui-
tatem ser. huius Solem.inquit:*Vna est Mariæ 28.
& Christi caro,vnus spiritus,vna charitas.*Hodie *Celebratur Natiuitas Mariæ, dum prabentur inimices dilectio à nasci,* Fulbert.
nascitur Maria , & quasi exoritur Christi caro,
quia ex Mariâ natus est Iesus , & Christi chari-
tas,quia dilecturus inimicos exortus. Nascitur
Maria vt peccatores diligat à Deo auersos,eósq;
Domino conciliare curet, quem quidem spiri-
tum , quam charitatē Dominus quasi hauriens
ea vtero exoritur(vt ait Propheta) Sol iustitiæ
omnis iustitiæ ac sanctitatis Doctor. Cumulus
enim iustitiæ,amor inimicorum. Vnde Saul di-
lectus ab illo quem ipse odio prosequebatur,
clamat : *Iustior es me*, Ac si diceret ; Verticem
iustitiæ tenuisti.
Celebris pugna Iacobi cum Angelo, quem 29.
August. asseruit Angelum Sathanæ a Iacob & *Oriente Maria, e qua iustitiæ Sol, cessat odium in hostes.*
Domino vincendum. Instituit enim pugnam
cum Angelo, siue à magni Consilij Angelo
protectus,& præualuit ad Angelum tenebra-
rum. Admitto expositionem, vt egregiæ cogi- Gen. 32.
tationi ansam exhibeat. Clamat hostis: *Dimitte
me, iam enim ascendit Aurora.*Gen. 32. In cuius
expositionem duo præmitto ; vnum, pugnam
illam ex Augustini mente signare odium quo
Esau fratrem Iacobum prosequebatur:alterum Aug.
autem,Mariam ex Ruperto in ascendente Au-
rorâ figuratam, cùm ex Annæ vtero processit, Rupert.
de quo suprà. Clamat itaque Angelus hostis :
Dimitte me , iam enim ascendit Aurora. Maria
nascitur quid vlteriùs desæuis in hostem? quid
persequeris inimicum ? Exoritur Aurora Solis
iustitiæ,in cuius pennis sanitas: nascitur Maria,
vt inimicos homines Deo reconciliet auerso,
ea quâ Sol huius iustitiæ Magister (vt qui ex
vtero traxit, vt qui ex vbere suxit) ascendet.
Igitur cessandum à pugnâ,inimico parcēdum,
orandum tibi pro Esau persecutore.
Sol iustitiæ qui oritur *super bonos & malos,
super iustos & iniustos*, audiendus? *Audistis quia* 30.
dictum est antiquis:Diliges amicum tuum, & odio *Christus è Mariâ natus prædicat in inimicos dilectionem.*
*habebis inimicum tuum.Ego autē dico vobis: Dili-
gite inimicos vestros* Matt. 5. Illa particula *Ego*,
ponderanda, antiquis à Patre Deo dictū:*Odio
habebis inimicum tuum,quia oculum pro oculo* (ait Mat. 5.
Strabus) *dentem pro dente. Ego autem* (inquit)
dico vobis. Non id præmitto, sed potiùs assero Strab.
inimicos diligēdos.*Ego* An Deus Pater,ac Ver-
bum carne exutū. Minime:sed Filius hominis
Mariæ Filius,à quâ traxit inimicorū dilectionē.

Quando enim solius Dei Filius, legē ferebat, quā dētem reposcebat pro dente, oculum pro oculo; ex Maria autem natus, inimicis iubet benefacere.

31\. *Paulus ex antiquorum tribu traxit persequi Christum: Christus autem ex Maria Paulū persequentem diligere, & ei benefacere.* Hier. Tertul.

D. Hieron ad Mat. 5. inquit: *Christus pracipit perfecta, qua David in Saulem fecit.* Quid fecit David in Saulē: Sēper illi parcebat se persequēti. Tertul. l. cont. Marc. asserit in Saule Paulum expressū fuisse, in Dauide autē Christū Deum & hominē. *Saulis prima asperitas insectationis erga David, deinde pœnitētia & satisfactio bona non aliud portendebat quàm Paulū in Saule secundum tribū, & Iesū in Dauide secundū Virginis censū.* Dauid ex Saule Christicolas persequitur, ipsū Iesū sibi inuisū vulneribus afficit clamantem: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Act. 9. At Christus inimico Saulo ignoscit, & cōuertit in Paulū. *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomē meū.* Ibid. Porrò Paulus *ex tribu* traxit inimicos odio habere; quia dictum antiquis (modo exposito) *Odio habebis inimicum tuū.* At Christus *ex Virginis cēsu* traxit inimicis parcere, persecutores amare, pro hostibus preces profundere: *Et Iesu in Dauide secundum Virginis censum.*

32\. *Christus ex Virginis censu trahens amorē inimicorum, speciali iure Filius Dei vocatur.* Matth. 5.

Adiicit Dominus: *Vt sitis filij Patris vestri.* Mat. 5. Vbi Hieron. docet inimicorū amatores *suo arbitrio* (non natura) *Dei fieri filios.* Angelus Deiparæ: *Et quod nascetur ex te sanctū vocabitur Filius Dei.* Rursū: *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur.* Luc. 1. Quare nō dixit: Hic est magnus, & vocatur Dei Filius? Bernard. ser. 3. sup. *Missus: Quare hic erit, & non potius est magnus, qui semper aqualiter magnus non habet quo crescat, nec maior post conceptū futurus sit?* Profectò qui ex Maria nascitur sāctus, seu iustus Sol, dilectionē inimicorū trahens speciali iure magnus Filius Dei vocabitur; quia dilectori inimicorū promissū: *Vt sitis Filij Patris vestri, qui solē suū oriri facit super bonos & malos.* Iam Dei magnus erat Filius, sed ex speciali huiusmodi iustitiā *ex Virginis censu* manifestatā specialiter Dei magnus Filius appellādus. Imitemur, quęso, nascētis Puellæ charitatē. Basil. Seleu. orat. de Annunc. *Cum multa nobis bona Deipara opera contingant, eā benemerenti vicē rependamus, qua in nos reciprocetur. Quam? Charitatem mutuam, qua legis plenitudo*, seu perfectio, *est.*

Observatio VI.

Ad illa verba:

Sadoch autem genuit Achim. Et: De quâ natus est Jesus.

Achim annunciat Mariam natam ipsam misericordiam quodammodo, vt Christum non solum misericordem, sed & ipsam misericordiam enitatur.

Vbi parentes moneo, iustitiâ pollere, vt filij eorum indolem referant.

33\. CHIM sonat Lyrano, *Frater meus iste,* & Christū ex Virgine exortum significat, quam sæpè sororem appellauit, ab ipsa frater appellatus. *Soror mea sponsa: Quis mihi det te fratrem meum, vt inueniam te foris &c.* An Dominus frater è Maria egreditur, illud: *Vt inueniam tè foris* affectum Virginis annotat cupientis Filij ex vtero exortum, vti Interpretes exponunt) vt ostendatur trahere à Matre homines fraternā charitate fouere, eisque benefacere? Ita planè.

34\. *Celebratur Natalis Mariæ, dum asseritur Dei misericordiam peperisse.* Dam.

Gloriam Marianæ Natiuitatis profert Damasc. orat. 1. huius Solem. fatus: *Maria Dei misericordiam parit.* Nā non solus Christus, sed & misericordia Dei Mariæ filius? Nascitur equidē tā misericors erga humanum genus Maria, tam ipsa misericordia exoritur, (Charitas ab ipso vocitatur) vt postmodum ab Spiritu sancto fœcundata misericordiam Dei misericordia Maria paritura sit.

35\. *Maria non degenerat à Filio Dei, cuius miserationē imitatur, vt Filius hominis non degenerat ab ipsa, sed miseretur peccatoribus.* Canis. Guarric.

Oritur Christus ex vtero Mariæ frater: *Quis mihi det te fratrem vt inueniam te foris?* Vt scilicet Matrem honoret, dum ipsius indolē sapit, peccatoribúsque clamat sub Matris præsidium fæliciter confugiendum. Noster Canis. l. 4. de Deip. c. 8. fatur: *Mater Filio haud quaquam degenerauit.* Altius quid Guarric. ser. 1. de Assūpt. scripsit. *Nō degenerat à Matre Filius.* Profectò prior Filio Christo Mater, & ideo aptiùs locutum fuisse Guarricū videtur; nihil aliud est filiū ne degenerare à parēte, quàm eius promissas virtutes imitari. Quonā modo ergo Maria prior Christo nata non degenerauit à Filio? An Filius præmisit ante Natiuitatē virtutes à Maria genitrice imitandas? Existimo locutū Canisiū de Filio Dei, siue Verbo non dum indumento nostro induto. Vt scilicet Maria futura Christi Mater non degeneraret à Filio Dei tā generi humano addicto, tam Patris referenti conditionem, *cui proprium est misereri semper, & parcere:* vt natus ex ipsā postmodum Christus vti Filius hominis Matrem quodammodo magistram miserationis sortiatur, vnde *non degeneret a Matre Filius.* August. ser. 2. de Assump. Aug. Mariā asserit ipsam misericordiā peperisse. *Auxiliatrix nostra, fac benedicta per gratiam, quam inuenisti; per prærogatiuam, quā meruisti; per misericordiam, quā peperisti.* Quam fratrem nostrum enixa es, ô Virgo, Saluatorē, si non solū nobis misericordem, sed ipsam eum misericordiam peperisti!

36\. *Ex corde Patris, & Matris Iesus genitus nō vtroque Parente trahit; peccatoribus misereri.* Ps. 44.

Christus ex vtroque parente frater misericors? Quid peccatores vereātur? Pater inquit: *Eructauit cor meum Verbum bonum.* Psal. 44. E corde Patris fonte vtique miserationis Verbū nasci dicitur, vt ostendatur, quàm à Patre trahat amare terricolas. Certè Abul. Leu. 12. refert quosdam asserentes ex Mariani cordis guttis sanguinis Christi efformatum corpus. An non vt sicut ex corde Patris didicit diligere homines, eorum criminibus misereri, è corde Matris etiam traheret hominibus peccata dimittero nascens misericordia, vt Augustinus aiebat: *Per misericordiam, quam peperisti?* Collige ex dictis parentes decere sanctitudinem, vt eorum indolem filij referant quemadmodum de Christo Canisius adiecit: *Filius Iesus Matris indolem, & naturam expressit.*

OBSERVATIO VII.

Ad illa verba:

Achim autem genuit Matham. Et: De qua natus est Jesus.

Matham exprimit Mariam exortam, vt Deum munificum hominibus exhiberet,

Vbi patet cælestia munera obsequiis humanis esse acquirenda.

37. Lyra.

DOcet Lyra. Matham idē esse, quod *Donans.* Christū quidem significat ex Maria natū, totū sese hominibus exhibentē, *Paruulus* (aiebat Propheta) *natus est nobis, & Filius datus est nobis.* Isai. 9. Tomo 1. Ostendi particulā; *Paruulus* humanitatē exprimere: *Filius* autem Diuinitatē. Dei Filius totus datus est hominibus cū primū è Virgine prodiret. *Paruulus natus?* Christus ortus ex Mariæ vtero? *Filius datus?* totum se Deus dedit peccatoribus.

38. *Per Mariam Dei Filius quasi Patre ac Matre relicta, totus cedit in vxoris commoda Ecclesiæ.* Gen. 2. Richard.

Ex Viri osse educta fœmina clamat Adamus: *Hoc nūc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Propter hanc relinquet homo Patrē & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Gen. 2. Vbi ex mente Richardi Laurent. Natiuitas Virginis designatur, imò authore Ambr. Cather. cōceptio. Nascitur Maria ex illius virtute, qui ex illâ homo inductus nasciturus est. Post Natalitiū autē Virginis, qui osseus adeo rigebat, vt Dominus exercituū vocaretur; appositâ Mariæ carne deputata quidē ad Verbi humanū indumentū, iā mollescit peccatoribus: *Et repleuit carnē pro ea.* Ex Annæ vtero prodit Maria, Deo obiicitur Cōditori, & omnino placatur, quique terribilis hominibus, iā Patrē cælestem dimittit, iam ipsam Mariam Matrem deserit, & sponsæ adhæret Ecclesiæ, vt totum se tradat hominibus. *Relinquet Deus homo Patrem, & Matrem & adhærebit vxori.*

39. *Nata Maria species adeò exhilarat Dei faciem, vt totum sese dedat hominibus.* Eccli. 36. Hailgrin.

Debetur id proculdubio Mariæ, quæ ex vtero egrediens Dei oculis obiecta affecit lætitia. *Species mulieris exhilarat faciem viri.* Eccli. 36. Ad quæ Hailgr. Cant. 4. *Species signat mulieris virū potentem humiliat, seuerū & austerū emollit; huius Mulieris* (Mariæ) *speciē sic concupiuit Dominus, & ipsa eius desideriū ad tantum excessum perduxit, vt ad nostrā humiliatus sit Omnipotens infirmitatē, & qui est vita viuentiū emollitus sit ad mortē.* Donum ineffabile pondera. Emollitus est, non solū ad vitā humanā, quod egregium Patris donū: *Sic Deus dilexit Mūdū, vt Filium suum Vnigenitum daret.* Quid dari ad mortem subeundam? Iustè clamat Bernardus: *Totus mihi datus, totus in meos vsus expensus.*

40. *Deus ignis olim auferēs, iam per Mariam dat cuncta.* Exod. 3. Theodor.

Totum munificū contemplor in rubo Deū, qui extra rubū ignis consumens haud dat, sed aufert. *Terribilis & ei qui aufert. Apparuit ei* (Moysi) *Dominus in flammâ ignis de medio rubi.* Exod. 3. Pōderat Theodor. hom. 1. de Nat. (habetur to. 6. Conc. Ephes. c. 6.) officiū illius ignis non quidē de more auferentis, sed dantis viriditatē, pulchritudinē, splendorem, Hebræis libertatē, Moysi imperium, Aaroni prophetias, & Virgini Deiparæ virginitatem cū fœcunditate coniunctā. *Qua* (ait) *rubus accenditur, ignis conspicitur, & tamen quæ ignis natura fert non operatur; illuminat, non consumit; abstergit, non incendit: beneficium impendit, pœnam non adfert.* Et vt vnico verbo expediam, cur non de more ignis aufert, sed dat? respōdet pulchrè *Nonno Virgino in Rube animaduerte: Quid mirum ignē, quisēper dicit: Affer, nō aufert, sed dat?*

41. *Quodammodo Maria dīto Deum docet cuncta donare.* Cant. 1.

Docuit quodammodo Maria exoriens Dominū ex ipsâ procedentem cunctis bonis cælestibus homines donare. *Cum esset Rex* (ait) *in accubitu suo, nardus mea dedit odorē suum. Fasciculus myrrhæ Dilectus meus.* Cant. 1. Oriens Maria fragrantissimum puritatis emittens odorem cunctas diuitias cordis Deo in throno cælesti cōmoranti dedit: *Nardus mea dedit odorē suū.* Tunc Rex allicitur, siue excitatur à dante, vt det cūctas hominibus diuitias: *Fasciculus myrrha Dilectus.* Nostra indutus mortalitate amara bona sua, imò seipsum immensum quasi colligit in fasciculū, vt possit dari. Amedæus hom. 2. de Laud. Mar. *Bonus odor, qui Regem in accubitu suo existentē per Virginem datus prouocauit, vt ad nos veniens, sua daret.* Collige donis hominum exhibitis Dei munera acquiri; munus enim diuinum humano obsequio cōparatur.

Amedæus.

OBSERVATIO VIII,

Ad illa verba;

Jacob autem genuit Joseph. Et: De quâ natus est Jesus.

Ioseph docet natam Mariam vt diuinæ pietatis fructus visibiliter efficiat augeri.

Vbi adnoto visibilem Dei munificentiam nos ad amorem excitare.



OSEPH denique, qui *Argmentum*, cuncta cælestia bona aucta hominibus ex Mariæ natiuitate probat. Non sterilis vena cælestis, sed obstructa. At nascente Mariâ abyssus gratiæ ac bonorum cælestium se profundit in fontem, vt terra inanis, & vacua affluat fœcunditatis germine. 42.

43. *Per Mariam piscina diuina munificentia quodammodo augetur sanitas cunctis simul ægrotis.* Ioan. 5.

Contemplare olim Dei benignitatis piscinam, apud quā tot ægrotantes habitant, quorum post temporis interstitium, aquis turbatis, diligentiâ adhibitâ singulari vnus sanus exsurgit. Cùm post tot annos (ægrotanti quidem secula) miserrimus ille paralyticus eadem ægritudine iuxta piscinæ vndas premebatur Ioan. 5. O nata Puella, per quam Dominicæ piscinæ virtus cunctis quolibet puncto temporis patet ægrotis, per quam desperatus æger prosilit à lecto. Pulchrè Damascen. orat. 1. de Nat. Mar. *Fausta nūc sint omnia, ô Probatica Ioachim, nunc autem Ecclesia cælum imitans. Atque olim quidem semel quotannis Angelū Dei excipiens aquam turbantem, atque vnum dumtaxat valetudinē*

Damascen.

valetudini restituentem, nunc autem cælestium virtutum copiosissimum agmen habens Dei Genitricem nobiscum laudantium; illam, inquam, miraculorum abyssum; illam, quæ non ministrum Angelum accepit, sed illum magni consilij Angelum, támque bona pluuia in vellus absque vllo strepitu descendit, atque omnem naturam morbo laborantem in salutem & vitam restituit, ob quam Paralyticus ille, qui in te erat, tanquam ceruus exiliit.

44. *Maria Deum olim lignum vitale reconditum auxit in Manna omnibus expansum.* Deus olim arbor vitalis omni affluens suauitate, Mannæ in morem, sed Cherubino apposito, custodiæ addicta, nec primo homini cessit in cibum. Nata Maria, verus Ioseph, id est, augmentum vitalis arboris fructus haud horreis recludens, sed in morem Mannæ vel campos implens suauitate: quia scilicet facta ipsa arbor vitæ, Deum vitale lignum sibi fructum accommodauit, totámque arborem reclusam dulcissimum suę arboris digessit in fructum, à cunctis hominibus absumendum. Ecclesia clamat: *Veniat Dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum.* Cant. 5. (Cant. 5.) Hortus Ecclesia, arbores Sancti quique, quarum solam Marianam arborem contemplari lubeat. Amedæus hom. 1. sic: *Inter hos & horum media consurgit Arbor salutifera, generans cibum vitæ, & Manna cæleste, Manna habens omne delectamentum, & omnem suauitatem.* (Amedæ.) En Maria lignum vitæ olim claustris addictum, haud homini peruium, suæ arboris factum fructum, hominibus sicut Manna exhibuit; sicut Manna quidem, quia hoc alimentum dulcissimum non solùm non abstrahitur ab hominibus, sed agri cælestes replentur suauitate, ad epulum omnes terricolas inuitante. Quàm aucta ostenditur cælestis suauitas per Mariam!

Iam populus fidelis abundat alimoniâ, Christo nato ex Mariâ mirabiliter in cibos affluenti.

45. *Maria petrā & saxum Dominū cum nobis in cibum præparauit.* An non mirabile lapides in cibos dilatari? Inde Diabolus curabat sumere documentum, num Messias Virginis Filius aduentasset? *Dic vt lapides isti panes fiant.* Mat. 4. (Mat. 4.) Profectò per Mariam adeò hominum vita, Deique gloria augetur, vt petræ & saxa suauissimum dilatentur in cibum. *Constituit eum* (popolum Hebræorum) *super excelsam terram*) ait Moses) *vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petrâ, oleúmque de saxo durissimo.* Deut. 32. (Deut. 32.) Terram hanc fructibus cælestibus affluentem Mariam dixerim, vbi qui petra & saxum apud Patris sinum, iam mel & oleum gustui hominum præparatur, Hugo Victor ser. 22. de pop. Dom. *Petra & saxum Christum significant, sed petra significat Christum in sinu Matris, saxum significat Christum in dextera Dei Patris.* (Hugo Victor.) Non miror Christum in sinu Matris, licèt petra, dulcedine redundare. Illud mihi valdè mirabile saxeam in Patris dextera Naturam diuinam iam oleum emittere. Profectò per Mariam non solùm Christi humanitas apponitur hominibus alimentum, sed & Diuinitas augetur in oleum, vt hominibus à Mariâ aptetur in cibum.

46. *Per Mariam Deus in visibilitate adijcitur, seu augetur ardentiùs amandus.* Salomon ad hæc: *Sapientia ædificauit domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, &c.* Prou. 9. (Prou. 9.) Quodnam hoc Sapientiæ ædificium? Existimo Verbi per Mariam (*de quâ natus est Iesus*) gloriæ dilatationem significari. Nam Filius Dei, qui inuisibilis erat, per Mariam quasi in visibilitatem crescit, & augetur. Audi Laurentium Iustin. in fasci amor. Cap. 26. (Laurent. Iustin.) *Adiecit se Filius Dei, se Sapientiam vocari, & esse, & qua antè inuisibilis erat cum Patre, visibilem naturam accepit ex Matre, vt aptiùs amaretur.* Illa particula, *Adiecit*, ponderanda: significat enim adiectionem, siue augmentum visibilitatis, quod Dei Filius, factus in vtero Virginis, quasi noua exædificatio, accepit à Matre. Vt videlicet *aptius amaretur*: visibile enim obiectum efficaciùs arripit dilectionis affectum. Collige hæc diuinæ miserationis incrementa visibilia nihil priùs conciliare sibi quàm hominum accipientium munera dilectionem, Quantâ stoliditate laborat, qui huiusmodi Dei visibilibus charitatis effusionibus diuini amoris non assurgat in flammas.



LIBER SEXTVS.

MARIÆ PRÆSENTATIO,

Paraphrases, Commentariíque Literales in Caput vndecimum Lucæ,

PANEGYRICI MORALES CIRCA literam in Mariæ Præsentationem,

PROLVSIO,

FVTVRVS Mariæ Paracletus curauit ipsam ab infantia perfectionis cultorem, vt præcipua Virginis elogia non à Maternitate, sed à perfectione vitæ ducerentur: in Templóque constituta præparandæ Maternitati operam exhiberet. *Veni*, inquit Sponsus, *de Libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon.* Cant. 4. Paraph. Chald. sic: *Veni, & mecum ingredere in Domum Sanctuarij. Veni, & coronaberis de capite Amana.* Ac si diceret: Innocens infantia tua apud Sancta sanctorum habitaculum floribus perfectissimi virtutum culminis stipari valeat. Vt scilicet non solum ex vtero, ac vberibus, sed ex sanctitudine, ineffabili quidem infantiæ, valeas commendari.

Vitalis Mariana Arboris. FRVCTVS SEXTVS, Cant. 4. Chald.

Lucas *Cap. XI.* — PARAPHRASIS.

VERS. 27. FACTVM est autem dum hæc diceret: Extollens vocem quædam mulier de turbâ dixit illi: Beatus venter, qui te portauit.

27. *CVM augusta Dominus miracula excitâsset, multáque salutaria promiscuæ multitudini loqueretur: Mulier quædam tam sapientes, tam efficaces sermones, tam præclara gesta admirans, è mediâ turbâ vocem sufferens, dixit: Beatus venter illius Mulieris, quæ te portauit: & beata vbera nutricis, quæ infantia tua dulce pabulum ministrauit,*

28. At ille dixit: Quin imò, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

28. *Iesus non renuit quidem, sed perfecit illius prædicationem, dicens: Sanè beati sunt, qui audiunt sermonem Dei, & seruant illum in animo suo, ne effluat, vt fructum æternæ salutis aliquando producat. Id multò felicius, quàm corpus gestâsse corpore, aut lacte nutriisse. Vna tantum gestare, aut lactare potuit; hæc autem beatitudo omnium valet esse communis.*

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Pia Fœminæ vocis Elatio.

TEXTVS.

VERS. 27. EXTOLLENS vocem quædam Mulier de turba, ait.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Vndenam Mulier ad clamorem excitata? & vbi?

1. *Dicta Iesu occasionem dedere fœminæ inclamanti.*

EXtollens vocem.] Lucas solus hanc historiam scribens præmittit: *Factũ est autem, dum hæc diceret.* Voluit equidem occasionem clamoris fœminæ declarare. Vndenam igitur commota illa, vt ita clamans laudaret Saluatorem? Respondet Lucas: *Dum hæc diceret.* Nescio, an vidisset Dæmonium ablegatum, aut surdum audientem. Scio verba Domini mirabilia audiisse, quibus Pharisæi reuincebantur, hisque ad clamorem, laudemque proferendam fuisse excitatam. Vnde non dixit Euangelista: *Dum hæc faceret, & diceret: sed dum hæc diceret*, vt innuat mirabilia Iesu docentis verba encomio instituto occasionem dedisse. Euthymius, *Cum vehementem in eam impressionem Christi sermones fecissent, magnâ, & exaltatâ voce eam beatificauit, quæ illum pepererat.* Maldon dixerim veniâ. (Euthy.)

2. *Sola fœmina clamauit.*

An Pharisæi, aut alius aliquis è turbâ ad huiusmodi clamorem, & laudes excitati? Admirata planè dicitur turba Vers. 14. sed sola hæc Mulier sese non potuit continere, quin admirationem suam clamore, ac laudibus exprimeret. Idcirco existimo Lucam quid illa sola dixerit narrauisse. Profectò Pharisæi Dæmoniacum Dominum dæmonium eiicientem appellarunt, hæc autem non ipsum solũ, sed & eius Parentem beatissimam esse prædicauit; vt si non *ex ore infantium*, verùm ex indoctæ fœminæ ore laus propter Pharisæos hostes perficeretur.

3. *Vbinam hæc gesta?* Broch.

Vbinam pia fœmina Mariæ commendationi operam dedit? Propè Orientalem Tyri portam locus ostenditur, in quo fœmina exclamauit. Brochardus p. 1. cap. 1. §. 5. *Ante Tyri*, ait, *ianuam ad ortum sitam iactu duarum sagittarum inter spatiosas arenas ostenditur Christi prædicationis locus, vbi mulier exclamauit: Beatus venter, &c.* Idem asserit Adrichomius in Theat. ad Trib Asser. num. 85 Quàm apposite locus, vbi laudes proferuntur, adnotatur: vbique enim voces murmurantium, detrahentiumque proximo exaudiuntur. (Adrich.)

§. II.

De Muliere clamante.

EXtollens vocem quædam mulier.] Quænam illa? Asserit Lyranus fuisse Marcellam D. Marthæ famulam. Extollit hæc vocem sancto Spiritu afflata. Vnde Deiparæ laus hæc non tam è rudi fœminâ, quam ex Spiritus sancti penu exhibetur. Canisius lib. 4. de Virg. cap. 25. *Hæc mulieris vox non secus quàm pro Spiritus sancti testimonio debet accipi.* Et Iansenius. *Nil*, inquit, *dubium est, quin ex suggestione Spiritus sancti mulier hæc Christo hoc testimonium perhibuerit.* Profectò cælesti afflantur Spiritu, qui Deiparæ laudes concelebrant, sicut vterum Marianum non extollentes dæmoniaco spiritu agitantur Nouatores. 4.

Marcella spiritu sancto afflata loquitur Deipara magnalia. Canis. Iansen.

Extollens vocem.] Non solùm spiritu afflata loquebatur, sed & naturalem ipsa magnum addebat Spiritus ipsius ope affectum. Ex intimis enim animi sensibus loquebatur, quæ quantâ poterat contentione clamabat, vt Maldonatus adnotauit. Extollit vocem, quia vti ait Euthymius, *altè* in eius animum Christi sermo descenderat. 5.

Naturalem illa addidit affectum. Euthy.

Quædam Mulier de turba.] *Quædam* equidem vocatur, quia ignota, *de turbâ* autem dicitur, non quia de media esset illâ plebe, sed quia de media turbâ clamasset; licèt vulgaris, fateor, apparebat, inter vulgares commorata. Commendo hinc fidem mulierculæ, quòd viris non credentibus Pharisæis primoribus, mulier rudis de plebe credit. Beda fatur, *Magna deuotionis, & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis, & Pharisæis Dominum tentantibus, simul & blasphemantibus, tantâ eius incarnationem synceritate cognoscit, tantâ fiduciâ confitetur, vt & præsentium Procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam.* 6.

De turba clamauit vulgaris ipsa, vincens Procerum calumniam. Beda.

Ex illâ clausulâ Bedæ: *Tantâ eius incarnationem sinceritate cognoscit, &c.* oritur quæstio dignouerit, qualis esset Mater Virgo, cuius vterum & vbera commendabat? Firmare videntur Doctoris venerabilis verba, quæ cõfirmat Theophylactus. Barradius noster verosimilem sententiam existimat Ego autem crediderim fœminam à Spiritu sancto quidem afflatam locutam esse, sed eo modo, quo ex 7.

An digno uerit Incarnationis Mysterium? Theoph. Bernardr

ore infantium, & lactentium laus Domini præsentatur? quorum vox non tam ex eorum præcordiis, quam ex Spiritu sancto mouente, excitante. Vnde aiebat Canisius. *Hæc mulieris vox non secus quàm pro Spiritus sancti testimonio, seu voce debet accipi.* Imo & ipse Barradius, *Credendum, ait, fœminam hanc Spiritu sancto afflatam in hæc prorupisse verba: neque tam fœminæ simplicis, quam Spiritus sancti esse huiusmodi Deiparæ Virginis præconium.*

IN MARIÆ PRÆSENTATIONEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS

Circa literam,

Ex piæ fœminæ vocis elatione.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Extollens vocem quædam mulier.

Mariam laudaturus Spiritus Sancti eget afflatu, nec enim vox sufficiens humana.

Taxo huius tempestatis Concionatores, qui Spiritui captando operam non impendunt, sed solummodo audientium aures curant demulcere inani præconio.

8\. *Vt solùm Virginis Annuntiationis colloquium exprimeret indigebat Bernardus globo igneo Paracleti.* Bernard.

CONstat fœminam illam vocem exaltantem vt Virginē cōmendare posset, adhuc à Spiritu afflatam in laudes prodiisse. Nec enim vox humana quantumuis producta valet Deiparæ laudes egregias exæquare. Vt D. Bernardus dignè celebrare posset colloquium Angeli cum Maria intrum Spiritus Sancti ignem requirebat, hom. 3. supr. miss. *Væ mihi* (clamat) *quia vir pollutus labiis ego sum. Vtinam mihi de superno altari non quidem carbo vnus, sed ingens globus igneus afferatur, quo videlicet multam & inueteratam oris rubiginem ad plenum excoquere sufficiat, quatenus Angeli ad Virginem, & Virginis ad ipsum, grata & casta colloquia dignus habear meo qualicumque explicare sermone.*

9\. *Non sufficit vocis elatio, nisi accedat Spiritus afflatus.* Luc. 1. Hieron.

Sanctissima profectò Elizabeth cùm esset, adhuc Spiritus Sancti igne accenditur, vt laudes Mariæ decantare posset. *Repleta est Spiritu Sancto Elizabeth, & exclamauit voce magna, dicens: Benedicta tu.* Luc. 1. An non sufficeret magna vocis exaltatio minimè verò, nisi & Spiritus Sancti accedat afflatus. Hieronym. Epist. a de Assumpt. *Tu es, inquit, benedicta inter mulieres. Quid dicam, cùm de te quidquid dixero, minus profectò est.* Ac si diceret, si voce hominis solâ curauero asserere te benedictam inter fœminas, nihil dicam, imò te minorē ostendam. *Quidquid dixero minus est.* Accedat ergo ignis ille cælestis, quo Elizabeth oppleta fuisse prædicatur prolatura, *Benedicta tu in mulieribus.*

An non sufficiet vocis magnæ elatio? *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est.* Luc 1. Nam omnium generationum linguæ Mariæ laudes protulere? Profectò si earum naturalis vox aspectetur, nullatenus extitit collaudata. Augustinus ser. 2. de Assumpt. *Quia nos tantilli in eius laudibus referemus, cum etsi omnium generationum membra verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus? Altior* (addit) *cælo est, de qua loquimur, abysso profundior, cuius laudes dicere conamur.* Ergo eo Spiritu indigemus, qui & cæli altitudinem præteruolat, & vltra abyssi profunditatem pergere valet. 10.

Omnium generationum linguæ non sufficiunt sine spiritu. Luc. 1. August.

Curiosè vestigare liceat, vel apud Cælicolas, vel apud terricolas, nùm pura creatura absque Spiritus Sancti insufflatione queat Mariæ laudes effundere. An hominibus, an Angelis datum dignè loqui? Minimè, quia adeò Maria super cunctas eleuatur creaturas, vt nullatenùs ab eis potest apprehendi. Canebat Dauid: *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuū in vniuersâ terra! quoniam eleuata est magnificentia tua super Cælos.* Psal. 8. Adeò tua Magnificentia, Maria scilicet, super cunctas creaturas eleuata est, vt nulla valeat eius assequi laudes. Bernard. sup. *Salue. Si linguæ centum resonarent, oráque centum, ferrea vox mihi Maria, nihil dignum tibi dicere possem, Eleuata est Magnificentia tua super Cælos, & super omnem terram; ita vt neque in cælo inueniatur creatura pura, quæ tuam dignè queat laudare Magnificentiam; nec in terra sit, quæ gloriam tuam exprimere valeat.* 11.

Nec Angelis, nec hominibus datum de Mariâ dignè loqui, quia superior omnis cognitione. Psal. 8. Bernard.

Efferant illi voces, contendant ineffabili affectu conclamare Angelus profatur: *Quis est dignus aperire librum? Et nemo poterat nec in cælo, nec in terrâ, neque subtus terram aperire librum.* Apoc. 5. Quisnam liber hic signaculis obsignatur? D. Bernardus citat. asserit librum Deiparam. Septem autem signacula *plenitudinem esse gratiæ, aduentum Spiritus Sancti, virtutis Altissimi obumbrationem, Verbi conceptionem, quod sine grauamine grauida, sine dolore puerpera, Virgo pariter & fœcunda.* Num in cælis aut terris inuenta pura creatura, quæ vocis humanæ aut Angelicæ elatione posset libri Mariani magnalia aperire? *Nemo* (inquit Pater) *neque in cælo,* 12.

Librū Marianum aperire, seu Deiparæ laudes proferre, nemo dignus præter Dominum. Apoc. 5. Bernard.

lo, neque in terra inuentus est dignus aperire librum, & dignè soluere septem illa signacula. Quis enim enarrabit? Viri (adiicit) *diuitiarum de Ciuitate Domini virtutum miserunt manus suas ad hæc fortia, & tamen altitudinem diuitiarum harum ad liquidum comprehendere non potuerunt, quia inuestigabiles viæ ista. Conati sunt vocem extollere, & non datum est vltrà.* Quid dabetur clarissimâ voce laudes Mariæ profundere, si Spiritus Sancti insufflatio non impensa specialissima?

13. *An ipsam se Deipara dignè laudet? Luc. 1. August.*

Liberiùs dicam? Nec Virgo ipsa potest seipsam dignè celebrare. *Magnificat* (inquit) *anima mea Dominum: Quia fecit mihi magna, qui potens est &c.* Luc. 1. Quærit Augustinus ser. 2. de Assump. *Quæ tibi magna fecit, ò Domina, vt dici beata merearis?* Respondet, *Fecit, vt creatura ederes Creatorem, famula Dominum generares, vt per te Deus Mundum redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reduceret.* Hæc omnia prædicat Virgo illis verbis: *Quia fecit mihi magna, qui potens est.* Num huiusmodi magnalia de te prædicans ô Virgo, te dignè laudasti? Adiicit pulchrè Doctor. *Hæc, quæ de te ipsa narrâsti, neque tu, vt dignitas tua meretur, dicere potuisti.* Si plena Spiritus sancti donis vix potuit dignè sua elogia canere Deiparens, quid nos tantilli sine Spiritus insufflatione conabimur? *Vicit* solummodo *Leo de Tribu Iuda* obsignatum librum laudum Virginis aperire.

14. *Immensa Mariæ elogia solummodo æterna laude prædicanda. Psal. 88.*

Quid mirum à creaturis haud posse dignè laudari, si quodammodo eius elogia immensa sint solummodo æternâ laude prædicanda? Dauid Dei misericordiam curans celebrare, ait: *Misericordias Domini in æternum cantabo.* Psal. 88. Tantæ enim tantâ duratione solummodo poterunt celebrari. Vnde nunquam huiusmodi canens in æternum consequar laudem; quia nunquam immenso præconio æterna laus actu copulabitur. Solus igitur Deus, cuius tota sibi simul æternitas suæ ipsius misericordiæ laudes coæquabit. Annon laudes Mariæ immensæ quodammodo? Certè ex eo apparent immensæ esse, quòd canens in æternum sicuti Dauid, nunquam Deiparæ laudationem exhauriat. Id quod & cecinit & scripsit Bernardus ser. 3. in *Salue.* Cecinit quidem; *Bernard.*

In freta dum fluuij current, dum montibus vmbra
Lustrabunt, conuexa polus dum sydera pascet,
Semper honor, noménque tuum, laudésque manebunt.

Scripsit autem: *spes mea, Virgo pia, Virgo sacra, Virgo Maria. Et non amplius; Amplius multum, & per omnem modum. Nam in æternum, & vltra non deficiet laus tua de ore hominum, & Angelorum.* Semper illi laudabunt, sed laus tua minimè exhaurietur immensi quodammodo; solus enim Deus æterna secula complectens laudum tuarum potest immensitatē exæquare: *Vicit Leo de Tribu Iuda aperire Librum.*

15. *Mariæ laudes Dei elogia sunt sia-*

Quid si Mariæ laudes Dei elogia esse videātur? Profectò adeò copulantur Dei ac Mariæ præconia, vt impossibile sit vtramque laudē non simul incedere. Hinc pia fœmina non potuit Iesum efferre, quin Matris vterū & vbera commendaret: *Beatus venter, ait, qui te portauit &c.* Hanc potuit Filij gloriam à Matris respectu separare, Bernardus hom. 4. sup. *Missus. Non est dubium, quidquid in laudibus Matris proferimus, ad Filium pertinere, & rursum cum Filium honoramus, a gloria Matris non recedimus. Nam si iuxta Salomonem, Filius Sapiens gloria est patris; quantò magis gloriosum est, Matrem ipsius effici sapientiæ?* Ergo tacendum nobis est. Num non Dei laudes silentium decet? *Te decet hymnus Deus.* Aliter, *Tibi silentium laus Deus.* Ergo, si Dei laus necessariò cum Matris gloriâ copulatur, Virginis laudes silentium deceat necessum est. *Quare tum sileat* (ait Anselmus de Excel. Virg. cap. 11.) *qui dignè eloqui non potest. Quis enim Matris Dei gratiam oculo mentis aspiciens elinguis non fiet? Tibi silentium laus Deus in Sion,* id est, *in Maria,* quæ authore Richardo Laur. Sion nominè decoratur. Hinc colliges, quàm ineptè Diui hisce temporibus laudentur à Concionatoribus, qui Spiritui sancto captando haud operam exhibentes, curant solummodo auditorum aures inanibus cogitationibus demulcere.

-rio celebranda. Bernard. Anselm.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Extollens vocem quædam mulier.

Nec impius audet vti voce in Deiparæ iniuriam.

Ediscimus, comprimenda iudicia, ac cogitationes, quæ non possunt sine iniuria proximi euulgari.

ADERANT scribæ & Pharisæi, & quamuis in Dominum multa iactitarant non semel, haud ausi, sunt exclamante piâ fœmina, vt Virginis gloriam euulgaret, in eiusdem iniuriam verba retorquere. Quis dubitet, illos mulieris mente taxauisse, fidem, ac deuotionem, vterùmque, ac vbera Mariæ non beata, & infelicia reputasse? At nullus ausus voce exprimere intentionem. Nec enim facilè permittit Dominus expressâ voce Virgini iniuriam irrogari. Certè vel in licitis vnusquisque suo in sensu abundet, attamen si minùs gloriosa Virgini excogitatio, silentio altissimo deprimatur, ne possit euulgari. 16.

17. *Cogitatio Ioseph de Virgine tumente vtero lingua minimè tradita est euulganda. Mat. 1.*

A Iosepho Virgo *habens in vtero de Spiritu sancto* deprehenditur. Mirum cordis saucij nauiculam non omnino ab irruentibus ventis ac fluctibus superari. Profectò *hæc eo cogitante, apparuit Angelus in somnis Ioseph dicens: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, &c.* Mat. 1. Adnoto tempus quo Archangelus apparet: *In somnis.* Cur non vigilanti se ostēdit, sed dormienti? Ait Euangelista: *Hæc autem eo cogitante.* Non dixit, Eo loquente, sed

cogitante

cogitante eo. Nulli Iosephus exposuerat (cum Chrysostomo loquor) *suspitionem*. Omne bellum suspitionum intra mentis claustra. *Eo cogitante*, nullum externis sensibus prudentissimus Coniux Marianæ libidinis excogitatæ dederat documentum. Nec oculis lacrymas, nec labiis suspiria, nec humeris cōtractionem, nec erectionem insolitam superciliis permiserat habitum zelotypiæ. Accedit ergo Angelus, cùm sensus euocti sopore corripiuntur, vt solus intellectus, qui cogitauerat, veritatem mysterij Incarnationis edoceatur, nec sensibus tradatur, quod acceptum valeant vel post manifestationem voce proferre; suspicatus est Iosephus de prægnante Maria.

18. Profatus D. Augustinus: *Cum de peccatis agitur, nullam de B. Virgine volumus haberi quæstionem*. An contra Apostoli præscriptum vtiles quæstiones, sensus varios in veritatis disquisitionem curat intersecare? Vnusquisque valet suo in sensu abundare. At Pater externā vocis prolationem prohibet, si (quod licet planè) quis affirmet peccatum originale contraxisse. Cogitet quisquis huiusmodi sententiæ fidem assensumque adhibuerit, non autem voce externâ proferat sententiam: *Nolo haberi quæstionem*. Non prohibet sensuum varietatem, sed solam vocum vltrò citróque disquisitionem. Nec enim vox proferenda nisi in egregiam Mariæ commendationem.

Pro vult Augustinus, loquamur de sententia, quæ peccati suspitionem Virgini tribuat, licet arguendi gratia sermo procedat. August.

19. Quis dubitet Oecolampadium cum Pharisæis adnumerandum, qui non rectè de Domino, Matréque purissima cogitarent. Attamen prolaturus mentem, ac si sana illa esset sic Mariam voce ac scriptis commendauit serm. de laudanda Mar. *Inquo*, inquit, *plasmare iam laudandus Deus ac in Virgine Maria, ex quâ & in quâ carne assumptâ homo fieri dignatus est. Cæli enarrant gloriam Dei, ne inuideant. Quem ipsi continere non poterant Virginis vtero clauditur.* Clamantis ille fœminæ videtur pietatem imitari: *Beatus venter, qui te portauit*. Adiicit: *Obstupescant Angeli, quod ipsis preteriit, Rex eorum ad Virginem diuertit*. Sic vel Impia excogitatio sensibus, id est voci commissa nouit Virginem celebrare.

Vel impietas voce proferi de Virgine egregia quaque, suspitionem malam circa mysteria non audet euulgare semper. Oecolamp.

20. Recole Simeonis gladij mysterium. *Et tuā ipsius animam gladius pertransibit, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*. Luc. 2. Quænam illæ cogitationes reuelandæ? Del-Rius in Mariana flor. asserit cogitationes illas esse eorum, qui à Virginis deuotione affectuosâ recedentes circa Mariæ magnalia, quæ non sunt à Fide confirmata tepidè quidem opinantur. Non sine communi labe concepta. Quæquidem opinio licitè potest excogitari, tamen laudabiliter silentio inuoluitur. Si excogitetur, tantùm, nec verbis exprimatur; transeat. At si huiusmodi cogitatio reueletur, Mariæ instar gladij sæpe huiusmodi reuelatio est: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Quinam? *Vt reuelentur cogitationes*. Reuelari enim, ac proferri voce huiusmodi opiniones (si non adsit veritatis indagandæ amor, sed contentionis durities) idem prorsus, ac præcordia Virginis (quantum in ipsis est) gladio doloris transuerberari. Edisce comprimere excogitationes ac iudicia, quæ non possunt nisi iniuriâ proximi euulgari.

Voce proferri Deipara minus decorā opinio, idem quodammodo est, ac ipsam gladio transuerberari. Luc. 2. Del Rius

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

Extollens vocem quædam mulier.

Cùm Virgo laudanda est, Vocis requiritur elatio, vt non communibus elogiis, sed excogitatis exaggerationibus Deiparā commendetur.

Innuo aliquando expediens in Diuorum preconium exaggerationibus vti, modo seruato.

20. PERRT iustè vocem piissima fœmina, vt Mariæ laudes proferat; ea enim sunt, vt non possint nisi vocis elatione, sermonis exuberantiâ, sententiarum exaggeratione præsentari. D. Hieronymus cognoscens communem fandi stilum Virgineis laudibus non sufficere, præcelsos soluitur in modos, nec tamen sine exaggerationibus adhibitis Marianam attigit dignitatem. *Tu es* (inquit ser. a. de Assump.) *prærogata cunctis virginibus, tu sequeris Agnum, quocumque perrexerit. Quid dicam cùm de te quidquid dixero minus est, quam dignitas tua meretur? Si Matrem vocem gentium, præcellis: si formam Dei appellem, digna existis.* Quid igitur, vt de te minus indignè loquatur? Ad exaggerationes, elatâ voce, ascendat. *Si formam Dei appellem, digna existis.* Voce proferre te virginum parentem, te Agni sectatricem, te Christi, ac hominum Matrem, laus est non tuam exæquans dignitatem; *præcellis* etenim.

Hieronymus vocem extollit, vt Virginem laudet; haud communi stilo sufficiente. Hieron.

21. Quid igitur? Vocem extollamus, exaggeratione que adhibita, te Dei formam appellemus: *Si formam Dei appellem, digna existis.* Ac si diceret, Cum te Deiparam vocito, tuam exprimo dignitatem. An forma faciem rei cuiusque significat? Facies Dei es. An ab Horatio lib. 1. Carm. pro pulchritudine forma sumitur? In te Dei pulchritudo fulgurat, seu tu Dei ineffabilis pulchritudo es. An designatio, *ratio, ac modus* Tullio lib. 1. Offic. insonat forma? Tu forma siue ratio, ac modus Conditoris. An, Columella authore, forma est calathus, in quo caseus exprimitur? Vt caseus Dominus coagulatus montis pinguis in morem montanam profectò Virginis formam capacissimam requirebat. Profectò cōuenientius à Seruio ad Æneid. 6. forma pro regula aut lege vsurpatur. *Forma*, inquit, *regula est*. Dei forma Maria, dum ipsi formam, seu regulam præscribit actionum Deo ipsi homini prælata.

Maria Dei facies, pulchritudo, ratio, & regula. Horat. Tulli. Serui.

22. Num Maria Deus Dei Domini Domina? Eleuans vocem D. Chrysostomus Deum Mariæ quasi creaturam vocitauit. *Christus est Mariæ conceptaculum.* Linguæ periti ex Græci vocabuli rigore conceptaculum, asserunt id quod aliquid

Maria quasi Deus Creatoris. Chrysost.

aliquid continet, vt vena sanguinis, conceptaculum vocitatur. Vnde transferunt ad imperium continens subditos. Deus *continet omnia*; ipsius enim imperio creaturæ parent. Mariæ igitur Deus quasi creatura est, eius subest ditioni quodammodo; & vt verè affirmem, Iesus subditus, fante Luca: *Et erat subditus illis*. Cap. 2. *Est Maria conceptaculum.*

23. *Deus apud Cana mulieri vt Deo obedit.* Ioan. 2. Vis ostendam Mariam quodammodo Deo in Deum? Apud Cana deficiente vino, dicit Iesu: *Vinum non habent*, Cui Dominus: *Quid mihi & tibi est mulier, nondum venit hora mea.* Ioann. 2. Ac si diceret; vsque ad tempus à Deo constitutum necessum est differri potentiæ meæ manifestationem: quòd si subditus tibi vt mulieri, homo quidem non Deus; ad Deitatem attinet aquæ in merum conuersio. Vnde quænam tibi mulieri potestas Deo imperandi? Quid mihi & tibi est mulier? Sic Patres lib. 3. dati. Instat Maria: *Quodcumque dixerit vobis facite.* Vndenam, ô Virgo, huiusmodi confidentia exorta? Renuit Dominus excitare miraculum, & tu aquam in vinum conuertendam, præparari iubes? Certè Maria mulier quidem, cui Deus subditus minimè vt talis erat, sed tamen talis mulier, cui Christus omninò vltrò subiici volebat. Vnde non solùm homini, sed quodammodo ipsi imperat Deitati. Petrus Dam. alibi dandus. *Maria accedit ad Deitatis Tribunal, non rogans, sed imperans.*

24. *Subiicitur Mariæ Deus quodammodo, sicut sibi subiici vult creaturas.* Mat. 11. Deus itaque Mariæ Filius sic eam gestit euehere, vt velit quodammodo sese gerere circa Virginis imperium, quemadmodum sese gerunt creaturæ circa imperium Conditoris. Respondet Dominus postulanti matri: *Nondum venit hora.* Cui maria: Meo imperio, ô fili, hora præscripta. An maria Deus, cuius voluntatis executioni nunquam non tempus adest? Christus esuriens accedit ad ficum, & post diligentem inquisitionem vacuam fructibus inuenit; quia, vt adnotat Euangelista, *non erat tempus ficorum.* Mat. 11. Vbi Patres videntes ficulneam maledictionis æstu arefieri, quia ficus Domino non exhibuisset; mirantur meritò. Nam si opportuno tempore ficus non protulisset, digna quæ taxaretur; sed non ferre fructus quando tempus non est, quid inuoluit delicti? Profectò exigente Creatore creatura debet eius imperio accommodari, vel citra tempus. Deo imperanti excusatio inepta. *Tempus non est.* Requirit Deipara potum à vite, non tempus vuarum. *Nondum venit hora mea.* Mater autem quodammodo Dei Deus instat. Implete hydrias aqua: imperanti enim Deo creaturis proficit ipsas obiicere: *Non est tempus ficorum.* Ergo me, ô Fili, imperante non sufficit obiicias. *Nondum venit hora.* Patet igitur Deus Matris imperio, innuens se subdi Mariæ, sicut vult Deitati creaturas subditas esse. An non id Dei esse regulam Mariam? An non esse Matris conceptaculum? Quid exaggeratius? Hinc elicias ad diuinum gloriam proferendam, aliquando laudabiliter exaggerationes excogitari? quæ quidem in vberiorem Dei gloriam exundare videantur.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Extollens vocem quædam mulier:

Extollente fœminâ vocem, vt Mariam commendaret, adhuc eleuatiori voce vsus Dominus, ad Matris elogia proferenda, siue ad hodierni muneris Deo præsentati præstantiam indicandam.

Vbi innuitur, eum, qui sese infantem Christo addicit, iucundum ei libare sacrificium.



O c e m fœmina extollit, vt Mariã celebret, Christus autem adhuc eleuatiori voce vsus inclamat: *Quin imo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Parum est Matrem Dei eleuatâ voce laudari: *Quin imo*, eleuatiori opus est sermone, vt muneris Deo oblati præstantia possit ostendi. *Holocausti* nomen est hebraicè *Golah*, id est, *Ascendens sacrificium.* Quia super omnia legis veteris sacrificia Virgo hodie ascendit. Annæ muneri Templo oblato Holocausti vocabulum congruere affirmo. Libro 1. asserui Mariã trimulam quindecim Templi gradus scandisse. Quid mirum si munus erat ascendens super cuncta antiqua aduolans sacrificia? 25.

Cantatissimum sanè Abelis sacrificium. *Abel obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum.* Gen. 4. Vbi Rupertus. *Abel primo cor suum, deinde rem suam obtulit.* Vnde Dominus *respexit ad Abel, & ad munera eius.* Annon augustius Mariæ sacrificium, quæ non sua, sed sese obtulit. Altissimo? Ideo Dominus *respexit humilitatem ancillæ suæ* Affirmat Caiet. *Quæ citò efficit quasi bis efficit. Veloces in exercitatione officiorum quorumcumque gratissimi sunt Principibus.* Iuuenis obtulit Abel, Maria autem Domino primæuam libauit infantiam. 26. *Abele sacrificio vincit Virgo sese Deo offerens.* Gen. 4. Caiet.

Mirantur Cælites: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens?* Cani. 6. In ætatis florentis aurorâ in diei crepusculo adeò ascendens progreditur, vt cunctis sit admirationi, Millies dedit, quæ tàm citò dedit. Sciebat Maria huiusmodi promptitudinem cœlesti gratissimam Conditori. Chrysostomus ad cap. 10. Lucæ. *Quia Principes seculares indigent seruitiis tuis, & ministeriis humanis; ideò non tam exigunt voluntatem seruiendi, quam seruitium ipsum, ac proinde compellunt sibi subditos ad seruiendum: Deus autem bonorum nostrorum non eget: & si voluntatem seruiendi requirit, in vtilitatem nostram ordinat hoc ipsum; & ideò nullum vult ad sibi seruiendum compelli: sed sicut voluntarium admittit, sic aduersatur inuitum. Qui vult venire,* inquit, 27. *Quàm voluntarium Virginis sacrificium.* Cant. 6. Chrysost.

inquit, *post me.* Et D. Gregorius lib. 22. Mor. cap.12. *Omne quod datur, ex dantis mente pensatur.*

28. Quanta Virginis in offerendo promptitudo? *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis!* Cant.7. Pulchri admodum gressus Mariæ ad Templum properantis. In calceamentis planè totam inesse asseritur venustatē, Mariam Lunā calceatam esse Ioannes vidit: *Et Luna sub pedibus eius.* Apoc. 12. Velocitas gressuum assignatur. Saturnus post annos triginta cursum conficit; post duodecim Iupiter; Mars post duos; Sol sexaginta quinque supra trecentos diebus terminationem itineri imponit, si aliquot horas addideris: Mercurius idem fere post tempus cursum consummat socius Veneris. At Luna ocyssimè viginti supra septemdiebus & aliquot horis totam sphæram proprio motu percurrit; vnde meritò sibi acquirit symbolum esse velocitatis. Pulchri Mariæ gressus ad Templum, sed ipsa velocitas Virginis calceamenta. Cuncti velocissimè currentes Diui in morem lucis properantes *vsque ad perfectum diem.* Prou.4: instar testudinis pergentis, si cum gressu Virginis comparentur. Annon caro pondere luteo suo veluti clauis terræ spiritum currētem affigit? Ambrosius Luc.14. *Quasi clauis quibusdam suffigitur anima corporis voluptatibus.* Nazianzenus autem car. ad Virg. Carnem echeneida siue remoram aduocauit nauem animi detinentem.

Quanta Virginis se offerentis promptitudo? Cant.7.

Apoc.12.

Ne vita ipsa tua immittat echeneida carnem,
Quæ velut iniectâ properantem compede puppim
Detinet, ac tantam cogit subsistere molem.

Deiparæ processus Auroræ consurgentis est, cùm quia infans ad Templum properat, tum quia omnis peccati pondere vacua velocissimè currit. Eo ex voluntate ac promptitudine offerendi præstantissimum Mariæ holocaustū.

29. Quod quidem sponsus commendauit clamans: *Quæ est ista quæ ascendit* (per gradus vtique quindecim) *sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?* Cant.3. Respondet Ildephonsus ser.6. de Assump. *Maria est quæ ascendit in modum fumi virgæ ex aromatibus; quia facta est tota in holocaustum Dei, quæ odoramenta virtutum spargebat de se vsque ad cælos: & non qualiacumque, sed vniuersi pulueris pigmentarij.*

Marianum holocaustum commendatur. Cant.3. Ildep.

30\. Tam gratum hoc Domino sacrificium, vt antè Christi aduentum, ante legis nouæ inchoationem, iam quodammodo legalia sacrificia à suo conspectu ablegaret, vnico Mariæ ad Templum properantis sacrificio. Parens Mariæ Dauid. *Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem vtique, holocaustis non delectaberis.* Psal. 50. Quod nam holocaustoma, aut sacrificium præparas ô Dauid Deo offerendum, eius conspectui iucundissimum, cuius appositione iā ante gratiæ tempus legalia veneranda sacrificia & holocausta committit obliuioni? affirmat Rupertus Mariam trimulam Templo hodie oblatam spiritus contribulati sacrificio designari. *Odor* (inquit ad cap. 3. Cant.) *tuus hodie ascendit ad Deum, & vere est sacrificium contribulati spiritus.* Reiicit illicò quodammodo Deus reliqua legis sacrificia vnico Mariæ holocausto pacatus.

Ablegauit quodammodo Deus alia legis sacrificia hoc vno sacrificio. Psal.50.

Rupert.

31\. *Surge, ait, propera, amica mea, columba mea, & veni: tempus putationis aduenit.* Cant.2. Ad Templum propera ô puellula, te holocaustū spiritus accende feruore, vt cuncta legis sacrificia meo ex affectu repellantur. Rupertus, *Tunc tempus putationis aduenit, & mox adeerit, vt amputentur ea, quæ superflua sunt legis.* Tunc quidem, quando trimula Virgo sese cælesti Numini obtulit.

Quasi superflua quæque, tenam Mariæ oblatione. Cant.2. Rupert.

32\. Annon Mariæ sacrificium Christi (ante Christum) holocaustum imitatur? *Christus* (ait Paulus) *tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo.* Eph.5. Vbi Origenes, *Filium offerre, vel filiam* (Abrahæ & Iephtæ sacrificia memorat) *aut pecus, aut prædium, hoc totum extra nos est. Semetipsum offerre, eminentius omnibus votis, quod qui fecerit imitator est Christi.* Egregium Mariæ facinus, quod spiritu nobis parit Christum, prius quàm è corpore exoriatur. Edisce, quàm gratum Deo offert sacrificium, qui sese infantem aut iuuenem sacro dicat obsequio.

Hoc ait sacrificium imitatur se infantem. Eph.5. Origen.

SECTIO SECVNDA.

Vteri, ac Vberum Mariæ commendatio.

TEXTVS.

VERS.27. BEATVS venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Cur ex ventre ac vberibus Virginem commendauit?

BEatus venter.] In primis requiro, an hæc Mulier de Christi Matre dignouerit maius aliquid, quam genuisse Saluatorem? Id est, num aliquid sanctitatis ac puritatis Deiparæ ab Spiritu sancto

1\. sancto afflata cognouerit? Negant plures. Sed cum Maldonato assero probabile plura de Christi Matre edoctam ab Spiritu præconia. Cur non simul cum commendatione vteri, ac vberum euulgauit? Existimo planè euulgauisse, dum vteri, ac vberum gloriam extulit; quia tam sancta effecta, quæ dignè posset Dei parens appellari.

Dignatus hac Mulier Deipara sanctitatem, ex qua Mater Dei eligitur. Maldon.

2\. Illud certum omninò præcipuè fœminam curasse Iesu laudationi operam dare; innuit enim omnem Mariæ fælicitatem ac sanctitatẽ ad ventrem ac vbera referendam; quia tã sancta, tam pura non fuisset, nisi Dei Filij pararetur in Matrem. Profectò tota Deipara laudatur, cùm commendantur venter & vbera; est enim Synecdoche, quâ pars pro toto ponitur. Volens igitur Matrem Christi beatam appellare eas memorat partes, quæ generãdo, alẽdoque Christo maximè seruierant. Adde congruenter à muliere ex ea, quæ sunt muliebria commendari, vti Caietanus adnotauit. *Aptissimè mulier laudat ventrem & vbera quæ muliebria sunt.* Adiicit, *Beatificat Matrem a fructu ventris, & vberum, quæ talem, ac tantum Filium aluerunt.*

Christum ac Matrem commendauit. Caiet.

3\. Certè ex sententia Mulieris plures errores ablegantur. Tertullianus enim lib. 4 cont. Marc. probat Christum verum corpus habuisse, quod Marcionistæ negabant, quando venter ipsum portauit, ac vbera lactuere. Asserit hinc Beda Mariam veram Christi Matrem contra Apollinaristas, qui Christum per Mariam tanquam per canalem trãsiisse dicebant; carnémque non ex illâ, sed è cælo traxisse; si quidem beatus vocatur eius venter, quia Christum portasset, & vbera, quia lactauissent.

Plures hinc errores ablegantur? Tertul. Beda.

§. II.

Quid de Vtero, ac Vberibus Mariæ,

BEatus venter qui te portauit.] Illam particulam expende; *Qui te portauit: Quæ suxisti.* Ideo enim & beatificantur venter, & vbera, quia hæc alendi, ille autem gignendi ministerio seruierunt. Sic D. Epiphanius de Laud. Virg. *O vterum impollutum, qui Deum incomprehensum in se comprehensum portâsti!* De vberibus verò Ambrosius ad Gen. 49. *Mariæ vbera verè benedicta erant, quibus Virgo Domino potum lactis immulsit. Vnde & illa mulier: Beatus venter &c.* 4.

Ob ministerium incarnationis venter ac vbera commendantur. Epiph. Ambros.

Diximus à fœminâ illa non nudum vterum ac vbera, sed & bona animi Mariani commẽdata. Vix enim vocabulum: *venter, & vbera* tãto ministerio seruientia insonare potest, nisi simul animi Mariæ sanctitas innuatur. Vnde Nyssenus Orat. de Nat. *O beatum vterum illũ, qui bonitatis præstantiâ ad se traxit animi bona!* Ac si diceret: Cùm vteri præstantiam contemplor, cùm Mariam menti obiicio ad tãtum ministerium electã, non possum non ineffabilem animi ipsius sanctitatem dignoscere; quia tam sancta effecta, vt digna Dei Mater posset appellari. Traxit ergo venter animi bona; ideo enim bona animo à Deo donata, quia venter excipiendo tanto Filio præpararetur. 5.

Bona animi Mariæ simul laudantur. Nyssen.

Beatus venter &c. Quæris cur Patris nullã mulier memoriam gesserit? Respondeo solam Matrem beatam vocitari, non Patrem; (licet illum ex Spiritus sancti insufflatione dignouisset) quia virginei conceptûs modus indicatur; Maria enim sola absque viri operâ Christum concepit. Si autem dixisset: Beatus Pater qui te genuit, de homine Iosepho dixisse videretur. Aceruum tritici vterum indicauit, vallatum autem liliis expressit, dum solam Mariam beatam ex Iesu natalitio appellat. Ex præfatis illud in Panegyrici fundamentum adnota vterum, ac vbera Virginis commendari ex maternitate, sed simul matris sanctitatem, ex quâ Mater eligitur apertè laudari. 6.

Cur Patris aut Dei, aut existimati Iosephi nulla mentio?

IN MARIÆ PRÆSENTATIONEM
PANEGYRIC. MORALIS SECVNDVS

Circa literam.

Ex Vteri, ac Vberum commendatione.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ suxisti,

Mariæ Vteri, ac Vberum gloriam expendo,

Innuens planè Virginem Parentem peccatorum esse.



ERITO asseruimus totam Mariam laudari, dum vteri, ac Vberum memoria geritur, quæquidem Incarnationis ministerio seruierunt. Id quod vno & altero capite sigillatim confirmabo. 7.

CAPVT I.

Elogia vteri Virginei,

8\. *Maria elogia vtero accommodantur.*

HAud sanæ mentis, qui Virginis vterum omni non extulerit præconio, in quo Verbum carnem assumpsit. Hic Dei thalamus, iuxta Dauidicum illud: *Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*, Psal. 18. Hic hortus nunquam non clausus. Cant. 4. Bonorum omnium fons Dei sigillo obsignatus. Ibi. Mons cælum superans altitudine, qui sine manibus lapidem statuam comminuentẽ emisit. Dan. 2. Hoc est plusquàm Salomonis Templum Virginitatis eleuatissimę auro fulgurãs. 3. Reg. 6. Hic eburneus Dei Thronus integerrimę puritatis ebore micans. 3. Reg. 10. Hic voluptatis Paradisus, & Deo & hominibus præparans gloriam, dùm vitæ lignum in Dei gloriam, in hominum vitam produxit. Gen. 2. Hæc dulcissimi Mannæ vrna. Heb. 9. Hæc liber candidissimus, in quo Patris Verbum descriptum, Apoc. 5. Hæc propositionis Mensa, in qua cælestis est panis expositus. Exo. 25. Hìc nostræ redemptionis Thesaurus; hoc Salomonis ferculum. Cant. 3 Hoc Gedeonis vellus cælesti rore perfusum. Iud. 6

Psal. 18. Cant. 4. Dan 2. 3. Reg. 6. 3. Reg. 10. Gen. 2. Heb. 9. Apoc. 5. Exo. 25. Cant. 3. Iud. 6.

9\. *Vterus Mariæ in morẽ animi capax sanctitatis.*

Cuncta enim pia fœmina vnico verbo clausit: *Beatus venter*. Profectò omnia bona quę excogitare possumus animo Dei matris impensa ad vterum Virgineum deriuantur; ex hoc quidem commendabiliorem, quòd instar animi, sit bonitatis ac sanctitatis receptaculum. Vnde pulchrè Nyssenus Orat. de Nat. *In reliquis hominibus vix animus purus, Spiritus Sancti præstantiam capit. In vtero autem Mariæ caro fit Spiritus Sancti receptaculum.* Igitur de vtero mariano rectè proferimus, quidquid de ipso immaculato, ac prædiuite mariæ animo prædicamus; quo quid egregius excogitari potest?

Nysse.

10\. *Noua vtero naturam creata Mariani vteri capacitas Deum comprehendens, quem cæli non capiunt.*

Meritò Ieremias: *Nouum creauit Dominus super terram, fœmina circumdabit virum.* Cap. 31. *Vterus virgineus non huius creationis.* Id est, cunctis creatis superior extitit, quia cuncta creata non possunt capere Conditorem, quem vnus Mariæ vterus (in hoc creatus nouiter) comprehendit. Augustinus ser. 9 de Temp. *O fœmina super fœminas, quæ virum non cognouit, & virum in vtero circumdedit!* Chrysippus Orat. de Virg. *Aue Virgo, quæ vuluam accepta es præter naturam, vel ipsis cælis latiorem; quandoquidem per hanc comprehendisti eum, quem neque cæli quidem capiunt.* Et Epiphanius ser de laud. Deip. *O vterum impollutum, habentem circulum cælorum, qui Deum incomprehensum, in te verè comprehensum portâsti. An coarctans?* Addit Pater: *O vterum cælo ampliorem, qui Deum in te non coarctâsti.*

Ier. 31. August. Chrysipp. Epiphan.

11\. *Vterus Virginis ipsa Maria est.*

Profectò vt vteri Mariani gloriam expromam, cogor asserere, nihil excellentius in rerum natura posse excogitari præter Dominum. At quid excellentius ipsa Deipara. Ergo si nihil in puris creaturis excellentius vtero Mariano, vterus ipse Mariæ æquauit excellentiam. Certè vterus Maria ipsa merito appellatur à Dauide: *Operatus est Dominus salutem in medio terræ.* Psal. 73. Ad quæ Bernard. ser. 2. de Pentec. *Operatus est ... salutem nostram in medio terræ, ... vtero videlicet Mariæ,*

Psal. 73. Bernard.

qui mirabili proprietate terræ medium appellatur. Ad illam enim sicut ad medium, sicut ad arcam Dei, sicut ad rerum causam respiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequuntur, &c. Adnota ab illis: *Ad illam enim.* Intendens ostendere vterum Marianum esse medium terræ, deberet adiicere: *Ad illum enim respiciunt, tanquam ad medium, &c.* Cur loquens de vtero sermonem transtulit ad Mariam? Vt gloriam vteri proferret, ostenderétque nil augustius in creatis, affirmare coactus est, ipsum vterũ esse Mariam. *Vterus medium terræ appellatur: ad illam enim Mariam sicut ad medium respiciunt, &c.* Augustius quid addidit Augustinus: *Ad illam enim sicut ad medium, sicut ad rerum causam cuncta respicit creatura.* An Deum Mariam appellauit? Certè tantus Mariæ vterus, vt non solùm Maria, sed Deus quodammodo possit appellari.

12\. *Cuncta apud vterum Mariæ diuina, tem balsamo.* (Cant. 6. Psellus.)

Et quid non diuinum apud vterum Marianum reperies? *Dilectus meus* (ipsa clamat) *descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.* Cant. 6. De Mariæ vtero Psellus exponit fatus: *Descendit Deus in Mundum ad phialas* (sic Græci legunt) *Aromatum, scilicet in vterum puræ ac immaculatæ Virginis, vt in aromatum diuinorum phialam mundam.* Quid diuinitas vteri nisi diuinum germinaret? Prorsus-nè diuinũ vterus Marię, è quo diuinus Sol processit? Damascenus Orat. 1. de Nat. Mar. *Ex terrenâ naturâ cælum in terrâ condidit ille, qui olim firmamentum ex aquis finxerat, atque in altum extulerat. Ac sane hoc illo longè diuinius est: nam qui in illo Solem effecerat, in hoc iustitiæ Sol exortus est.*

Damasc.

13\. *Vterus quodammodo gratiæ capax sicut animus Virginis.* Guarri.

En quonammodo vterus possit *Mariæ diuina* vocitari. An vterus capax gratię sicut Mariæ animus? Cert. id videtur Guarricus asserere, exclamans; *O vterum qui cælum es, septem circulis constans, & capacior illis existis! O vterum, qui es celatum cælum, septem firmamentis cœlum! O vterum habentem inextinguibile lumen luminis gratiæ, id est, septem dona Spiritus Sancti; quæ septem planetis respondent.* Nec mirum intellectualem vocari gratiæ thronum: quomodo enim tanti Domini capax corporeus vterus esset, nisi quodammodo intellectus siue animus esset. *Quod deerat* (ad excipiendum Deum) addit Abbas, *corporalis spacio, mentalis compensabat amplitudo.* Ergo vterus quodãmodo Maria est, & nobis Maria.

14\. *Vterus Mariæ se Mariã esse ostendit, quia Deum nobis vinum dilectum propinauit.* (Prou. 9. Cant. 7.)

Age verò, quid vtero Mariæ debeamus? Nobis Deum non iratũ, vt olim, sed ineffabiliter obtulit mansuetum. *Sapientia ædificauit domum, miscuit vinum.* Pro. 9. Vbi Ildeph. ser. de Assumpt. perfectam asserit huiusmodi vini aquæq; immixtionem in Mariani vteri cratere. Vnde Spõsus: *Vmbilicus, seu vterus tuus, crater tornatilis, non indigens poculis.* Cantic 7. Diuinitatis merum humanitatis aquæ sese inconfusè admiscuit, per quam mixtionem, non in vnam substantiam transiuit; sed duplicem, diuinam & humanam arctissimo vinculo sociauit. Certè vterus Virgineus crater fuit, qui nobis Deum, non merum, sicuti olim; cum capita inuadebat; soluebat membra, & homines sternebat solo, sed humanitatis aquâ temperatum securum, atque lenem propinauit; iuxta illud Tibulli:

Mixtáque

Mixtaque secura est sobria lympha mero.

Damianus ad hæc ser. 3. de Nat. *Per Mariã vita, & pacis poculum exhibetur.* Id est, per vterum Mariæ.

15. *Pacis poculũ ĩ Mariæ vtero accepimus.* *Pacis*, inquam, ex cratere Mariani vteri porrigitur hominibus poculũ; Matris etenim Dei intercessione vniuersitas pace donatur, hostibus Ecclesiæ debellatis. Olim pax vino solita confirmari, inuicem eis, qui pace copulabãtur, seipsum vino plenum accipientibus, Tertul. in Apol. cont. gent. ambore. Synodus Cõstantin. epist. ad Hormis. *Ecce intercessione Virginis olim quæ fuerant membra diuisa ad vnitatem, & charitatem perfectam sunt redacta.* Et Concilium Basil. ses. 43. *Cùmque vbique sint diuisiones, & bella per humani generis hostem introducta vigeant, vt ipsa etiam Ecclesia militans non mediocribus agitetur procellis, dignum esse iudicauit, vt solemnitatem hanc, &c. Vt honorata in hac solemnitate Mater gratiæ, pacem, & vnitatem fidelibus largiatur.* Postquam igitur ex cratere vteri Mariæ humanitatis aquâ dilutum diuinitatis merum accepimus, hostibus cunctis extinctis pacis poculo potamur.

Tertul. Synodus Constantin. Concil. Basil.

16. *Emissiones vteri Mariani vitales hominibus.* Quàm vitalis vteri Mariani fructus! Appellaui potũ vitæ? cibũ vitalem vocitabo. *Emissiones tuæ paradisus.* Cant. 4. Cur non emissionem vnicã vteri memorauit Christũ scilicet? Quia simul cum Saluatore Cælicolis, terricolísque Virgo vitam emisit. Hieron. Epis. ad Paulã de Assump. *Cuius profectò emissio vteri, idest, Christus; supernorum ciuium est paradisus. De isto etiam agro ventris Isaac aiebat: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Benè plenus ager dicitur, quia plena Maria gratia, de cuius vtero credentibus fructus vitæ effluit.* Christus igitur & vita simul Mariæ vtero emittuntur: *Emissiones tuæ Paradisus.*

Cant. 4. Hieron.

17. *Vterus & Maria, siue Maria, quæ vterus est, seu vterus, qui Maria, mundum pace donauit.* *En lectulum Salomonis* Cant. 3. An Maria, vel vterus? Et Maria & vterus; quia si Maria lectulus Salomonis est, lectulus simul eius vterus est, quẽ mariam posse vocitari asseruimus. Pax igitur ex Maria, & ex eius vtero hominibus hodie propinatur. Rupert. *Quis est lectulus veri, & pacifici Salomonis, qui inter nos, & Dominũ pacem composuit, nisi illa, in quâ diuina natura humanam sibi naturam coniunxit? Quis ille nisi vterus tuus? Dilecta dilecti vterus virginalis, in quo Deus carnem accepit, tanquam Sponsus procedens de thalamo suo?* Sic ille.

Cant. 3. Rupert.

CAPVT II.

Vberum Mariæ præconia.

18. *Deus vberũ Mariæ miratur pulchritudinem.* PVlcherrima planè vbera Mariæ omni sunt digna commẽdatione: *Et vbera, quæ suxisti.* Non iam mulier illa, sed Sponsus ipse vberũ Mariæ gloriam euulgauit: *Quam pulchra sunt mammæ tuæ!* Cant. 1. Expressit pulchritudinem vberum ineffabilem à Deo commendatam admirationis elogio: *Quam pulchra*, Gillelmus fatus: *Quam gratæ sunt oculis Patris, quæ Filium vnicum aluerunt! Quam pulchræ sunt, quæ lactè singulariter candido tumuerunt. Nempe lac illud singulariter candidum, quia virgineum. Non potuit Deus (quia non decuit) in salutem hominum corporaliter nasci, nisi partu virgineo: nec decuit Deum pasci, nisi lacte virgineo. Propterea Filio Virginis dictum est: Beata vbera, quæ suxisti. Quàm pulchra sunt* (ac si diceret) *mammæ tuæ. Planè specie, & pulchritudine suâ Angelos oblectabant, cum ab eis penderet speciosus præ filiis hominum Dominus Angelorum.*

Cant. 1. Gillel.

Pende particulam: *Beata vbera.* Cur *beata* vocitantur? An quia & Christo sugenti, & hominibus apud Mariæ vbera beatitudo præparatur? Ita planè. Quàm beata, quæ & Deo est, Angelis & hominibus ipsa beatitudo! Fatur sponsa: *Fasciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Cant. 1. Haud illepidam Auctoris noui, sed diuitis expositionẽ accipe. *Fasciculus myrrhæ* dicitur Christus, ob doloris, frigoris, paupertatis, & humilitatis amaritudinem, quã passus à Mundo est, cùm sui eum non receperũt. At vnicum Infantulo solatium est inter vbera Virginis, vbi commoratur, vbi quiescit. Ideo fasciculus myrrhæ est ipsi Virgini dolorem ex frigore, ac doloribus Filij capienti: sibi autẽ ipsi non iã myrrhæ fasciculus; inter vbera enim Virginis commorãdo, quasi cęlesti beatitudine potitur, quæ quidem adoptiuis etiam filiis exponitur. De Angelis denique sic Gillel. ad c. 4. Cant. profabatur. *Mammæ Virginis specie suâ sanctos Angelos oblectabant: Beata vbera.* 19.

Vbera Mariæ & Iesum & Angelos, & homines beatificant. Cant. 1. Benedi. Ferdin. in Gen. Gillel.

Præterea pulchriora Virginis vbera vino vocitantur. *Pulchriora sunt vbera tua vino. Quam pulchra fuerant appellata; pulchra enim sunt mammæ virginum, quia virgineæ, sed dum virgineæ* (loquor cũ eodẽ Gillel.) *lactescere nesciũt. At Maria non tantũ virgineæ, sed lacte virgineo tumuerunt: ideo cũ admiratione dicitur: Quàm pulchra sunt mãmæ tuæ!* Eadem ratione pulchriora vino vocitantur. Vbera habere virginea ac simul lacte tumida idem est Gillelmo, ac vinũ virgines germinãs superare. Addit Spõsus: *Et odor vestimentorũ tuorum super omnia aromata.* Cant. 4. Explicat Parnus huiusmodi vnguenta ex Marianis vberibus Ecclesiæ deriuari. Ex quo enim speciosus præ filiis hominũ ex vberibus Deiparæ liquorẽ, hominibus Mater pia vbera porrigit, à cunctis commendata profantibus: *Beata vbera, quæ suxisti. His vberibus*, ait, *quid fragrantius? Norunt ea optima esse, qui experti, quã suauia sunt, Filio dicunt: Beata vbera, quæ suxisti. Quotquot in Ecclesia sunt hoc dicunt, quia tota domus Ecclesiæ impleta ex odore vnguentorũ horum.* An clamabit peccator: *Vt quid perditio hæc? Poterat vnguentum istud venundari, & dari pauperibus.* Profectò pauperes nos æternâ gratulatione *exultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorum.* Sic ferè ille. 20.

Quam suauia hominibus Mariæ vbera! Cant. 4. Gillel.

Quid quod vberũ Matris nostræ vbera festinatissimè subueniant? *Duo*, inquitnus, *vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli.* Cant. 4. Hailgrinus duo vbera affectum pietatis Deiparæ in peccatores interpretatur. At hinnulo comparantur ob velocitatem subueniẽdi. Appositè Gillelmus: *Ipsa quidem quia & acutè videbat intentione contemplationis, & velociter currebat, per capream rectè figuratur.* Gen. 49. dicitur: *Omnipotens benedicat tibi benedictionibus vberum.* Ad quæ Ambrosius, *Mariæ dicit vbera, quæ verè benedicta erant, quibus Virgo populo Dominus potum lactis immulsit. Vnde & illa mulier: Beata vbera, quæ suxisti.* Et cur vberibus benedicimus, nisi quia sitientes ac esurientes velocissimo auxilio donamur, in 21.

Festinatissimũ vberum Mariæ auxilium peccatori. Cant. 4. Gillel.

in morem hinnulorum currente, ac succurrente Mariâ.

22. Quàm itaque nobis sugentibus misericordia plena Deiparéis vbera! Ao non panem cælestem, ex cuius sumptione nostra beatitudo, nobis lactauerunt? Ildephonsus ser. 2. de Assumpt. *Lacta Mater cibum nostrum, lacta panem cali, lacta cibum Angelorum, lacta eum qui talem fecit te, vt ipse fuerit ex te.* Accepit ex Augustino. At ser. 1. ex proprio marte: *Lacta Mariæ Creatorem tuum, lacta panem cali, lacta pretium Mundi, prabe lambenti mamm illam, vt ipse pro te prabeat percutienti maxillam.* Ac si diceret, lacta tui, hominom ac Angelorum Saluatorem, vt cunctæ creaturæ vberibus Deiparæ debeamus:

Per Maria vbera nobis redemptio & Eucharistia. Ildeph.

23. Cuncta ex Mariæ vberibus bona peccatoribus effluunt, dùm illa Deo pacando præsentantur. Vulgaris sententia Arnoldi Carnot. de laud. Virg. necessariò delinquentibus exponenda. *Securũ accessum iam ... nomo ad Deum, vbi mediatorem causa sua Filium habet ante Patrem, & ante Filium Matrem. Christus nudato latere Patri ostendit latus, & vulnera; Maria Christo pectus & vbera. Nec potest vllo modo esse repulsa, vbi concurrunt, & orant omni lingua disertius: hac clementia monumenta, hac pietatis insignia.* Ideò Ghillelmus ad cap. 4. Cant asserit *fuisse, & esse, & futura Mariæ vbera semper memoria lacte Virgineo*, vt deo semper possit præsentari id, ex quo quasi impossibile sit peccatoribus non indulgere. *Nec potest vllo modo esse repulsa.* Hinc communis Matris Mariæ pietatem hymno æterno persequere. *Beatus venter qui te portauit, & vbera qua suxisti.* Tibi namque & venter præparatur, & vbera exhibentur

Non potest esse repulsa que nobis Maria praesentatis apud Dei Tribunal, qaia semper lacte illo tumentia.

Observatio II.

Ad illa verba;

Beatus venter qui te portauit.

Maria in Templum adducitur; Templum augustius, Sancto Sanctorum sistitur; Sancta Sanctorum eleuatior.

Innuitur charitatis affectu posse nos Diuorum merita nostra efficere.

24. Cum Deiparæ Vterus commendatur à fœmina, idem est, ac Templum deisi cum cæteri laudibus. Quod Téplo materiali addicitur, vt deo sedes augustiot possit præparari. Bernard. ser. 1. de Assumpt. *Ne... ... in ... ...* An ipsi Sancto Sanctorum venerabilius? Certè tota Maria hodie ad Templum adducitur, in Sancto Sanctorum recipitur, vt apud Virginum domicilium verum Templum, ac Sancta Sanctorum nomine habitatori exponatur. Id duplici puncto ostendo.

Bernard.

Caput I.

Templum Maria, Ierosolymitano Templo receptum.

Vidête (ait Germanus) quemadmodum Templum Domini animatum Templo inanimato deducatur. Templum vtique Deiparą, cuius vterus Deum excepit habitatorem. *Beatus venter qui te portauit.* Ferculi quidem proprium portare, Templi autem excipere hospitio. Profectò Mariæ vterus portans Deum, ferculum est, excipiens autem Templum, sacratissimum. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, &c.* Cant. 3. Quidam apud Delrium loco. *Ferculi* (scribunt) *i.* *templum.* Canisius lib. 1. cap. 6. Marianum Templum venetatur. *Nostri Salomonis Templum, cuius caci ... in Maria cernitur, & colitur.* At Ghillelmus Ferculum sic exposuit: *Ferculum fecit Salomon, qui spiritualiter ... fertur: creauit Matrem, cuius virginaeo vtero portaretur. O beatum vterum, qui Dominum portauit!* 25.

Maria venter & Templum & Ferculum. Germ. Cant. 3. Canis. Ghillel.

Templi igitur seu ferculi Mariani nominus conditor. *Fecit Rex Salomon.* Quid de Templo Salomonis? *Domus cum adifi a ..., ... lapi ... perfectis aedificata est.* 3. Reg. 6. Virgineu Templo accommodat Canisius citat. *... ipsa architecto non optime indicabimus, si ... ... non ex omni parte perfectam esse fateamur.* Et Bonauentura in spec. cap. 7. *Opus Domini admirabile est Maria, De quo Eccli. 4. Vas admirabile, opus Excelsi. Vade 3. Reg. 10. Non est factum tale opus in vniuersis Regnis.* 26.

Huius Templi architectus Deus. 3. Reg. 6. Canis. Bonauent.

Templum autem augustissimum hoc *sibi* ipsi præparauit. *Fecit sibi Rex.* Cùm Mariæ ædificat, admirabilem admodum excitat fabricam. *Fecit mihi magna qui potens est,* Luc. 1. Germanus de Zonâ Virg. *Omnia tua sunt admirabilia, ò Deiparâ, omnia super naturam, omnia ingentia. Fecit mihi magna.* Si ędificans tibi, *fecit tibi magna.* Quid cũ sibi ędificare curat. *Fecit sibi, Rex,* 27.

Sibi exadificauit. Luc. 1. Germ.

Præterea de lignis Libani domus fabricatur: *De lignis Libani.* Vbi Ghillelmus: *Signa nec cæteri imputribilia, & procera valde Sanctos Patriarchas assignant vitâ sublimes, fama imputribiles. De praclaro hoc Patriarcharum ligno hoc Templum sibi fabricauit.* Vt scilicet præclarissima quæque vita Virginis Patrum referte videretur. 28.

De Patriarcharum virtutibus. Ghillel.

Templum quidem argenteis columnis nititur. *Columnas fecit argenteas.* His Mariæ virginitas assignatur; non solùm enim Virgo, sed ipsa puritas potest appellari. Paruus sic: *Argentum candore ... niuorem Virginitatis significat. Et quid in Virgine Matre, non Virginum, in quâ & ipsa ... ..., quod d lu mirum, virginea, & Virgini ... ...* LXX. pro *Fecit argentea,* legunt; *Fecit Argẽni,* Non solùm Virginem fecit Deus, sed ipsam Virginitatem condidit. 29.

Columna Virginitatis. Ghillel.

An septenarius numerus frustrà assignatur? Septem planè Téplo Salomon columnas extruxit ... *dit columnas septem.* Prou. 9. Id quod nostro Templo, Ferculóque Ghillelmus accommodat. *Columnae ha septem sunt, quas enumerat I... Cap. 11. Spiritus sapientia & intellectus: S... ... consilij & fortitudinis, Spiritus ... & pietatis: Spiritus timoris Domini. His septem ... omnis gratia spiritus Sancti proceraßimis & robustißimis Téplum Mariæ substentabatur & terra.* 30.

Septem Spiritus Sancti dona Templum Marianum. Prou. 9. Ghillel.

Quid

31. *Vterus Mariæ reclinatorium aureum.* Quid autem *aureum reclinatorium*, nisi vterus, à pia fœmina commendatus? *Beatus venter*, Honorius in sigil. *Christus fecit reclinatorium, quia se in Virgine reclinauit.* Ghillelmus (H nor. Ghulel.) verò, *Inclinauit se Altissimus per Incarnationis mysterium, vt reclinaretur in vtero Virginis suo tempore, quasi sponsus de thalamo progressurus ad opus redemptionis. Matrum cæterarum vteri reclinatoria plumbea, quia in eis reclinauerunt caput filij sui. Solus Mariæ vterus reclinatorium aureum, quia reclinatorium diuinæ Maiestatis est.*

32. *Tunc potest Mariæ virtutes efficere affectu charitatis. Rupert.* Pergit Textus: *Ascensum purpureum mediâ charitate constrauit, propter filias Ierusalē.* Quemadmodum scandens Maria Templi Ierosolimitani gradus, quindecim Martyrum gloriam charitate imitatur, vt ait Rupertus, Virgines cunctæ quæ fideles filiæ Templi Mariani gradus scandentes, diligendo Virginis virtutes eas suas efficiunt! Rupertum exaudiamus. *Quomodo vel in quo filiabus profuit, quòd mediâ Templi Salomon charitate constrauit. Nimirum in eo quòd facere possunt, & faciant suum illud quod est aliorum. Non sunt carne Virgines, sed bonum virginitatis in te, ò Virgo, diligendo, suum faciunt. Non alius, præter te, genuit, Salomonem verum: sed illa diligendo in te, tam grande priuilegium, Regis eiusdem matres fiunt. Non sunt Martyres, sed diligendo* gloriam eorum, *mediâ* quidem *charitate, purpureâ donantur ascensione. Non sunt Dij, sed diligendo, filij & Dij fiunt.* Disce curam Mariæ imitationi vel solo affectu impendere, vt Mariā valeas vocitari.

Capvt II.

Maria Sancta Sanctorum, cunctos Diuos vincens sanctitate.

33. *Priuilegium Virginis in Sancta Sanctorum commoranti.* EXimium Virginis priuilegium apud Sanctum Sanctorum habitantis miratur Germanus (German.) Orat. de oblat. Mar. fatus: *Vbi non sæpe, sed semel in anno Sacerdos ingrediens peragebat cultus mysticos, illuc eo, vt ibi perpetuo maneret, a suis adducitur parentibus, & vt esset in sacris gratiæ adytis. Quis rem vnquam talem cognouit? Quis audiuit ex his, qui nunc sunt, aut vnquam fuerant: fœminam, quæ adduceretur in intima Sancta Sanctorum, ad quæ vix patet adytus hominibus? An non hoc est euidens demonstratio noui, & alieni operis, quod in ea postea futurum erat? Mansit ergo in Sancta Sanctorum.*

34. *... illa sanctissima Maria debebatur.* Miraris-nè? Certè non miror, si propter eximiam sanctitudinem legi quibusdam proceribus cōcessam fuisse apud Sancta Sanctorum commorationem? Debebatur equidem Mariæ locus ille sacerrimus, cunctos vincendi Diuos, Sanctorum omnium sanctissimæ. Aiebat Gregorius Nicom. (Thaum.) Orat. de oblat. *Oportebat non in Sanctis Sanctorum Tabernaculis, sed in ipso cælo cæli in prima ætate educari eam, quæ iis conspectu est latior, & puritate antecellit omnibus.*

35. *Sanctitas Mariæ Sanctos superans omnes. Isa. 2.* Cecinit Isaias: *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium.* Cap. 2. Aliter: *Domus Domini in domibus.* Profectò hodie Maria Templum Domini super Templa Sanctorum eleuatur, quia Sancta Sanctorum est. Damascenus (Damasc.) Orat. 1. de Nat. *Virgo mons est ille, qui collem omnem & montem, id est, Angelorum & hominum sublimitatem exsuperat.* Anselmus in inuoc. Virg. *O tu benedicta inter mulieres, quæ Angelos vincis puritate, Sanctos superas pietate?* Et adiicit: *Sancta & inter Sanctos post Deum singulariter Sancta.* Et in lib. de excel. Virg. cap. 9. *Vera sanctitas, & sanctissima puritas pectoris Deiparæ, omnem omnium Sanctorum puritatem sine sanctitatem transcendens, incomparabili sublimitate hoc promeruit, vt reparatrix perditi Orbis dignissimè fieret.*

An non Moyses excellens magnitudine? *Fuitque Moyses vir magnus.* Exo. 11. Quid de Iob? Erat vir ille magnus. Cap. 1. Et de Sunamitide? *Erat ibi mulier magna.* 4. Reg. 4. De Ioanne verò. *Nullus inter natos mulierum surrexit maior.* Matth 11. Profectò Maria Sācta Sāctorum est, cunctos superans magnitudine. Laurent. Iustin. ser. de Nat. Virg. *Nullus mortalium quamuis donorum cælestium numerositate sit præditus, Virgini valet coæquari. Omnium vtique Sanctorum merita Maria transcendit.* 36. *Magnis maior. Exo. 11. Iob. 1. 4. Reg. 4. Laurent.*

Quid de magnis Dei operibus? Num à Maria operabuntur? *Magna terra & excelsa.* 3. Esd. 4. *Mare magnum & spatiosum.* Ps. 103. *Magna opera Domini exquisita.* Ps. 110. *Qui facit mirabilia magna.* 135. Sed tamen cuncta Dei magnalia Maria longo interuallo superauit. Petr. Dam. ser. de Nat. *Et si multa magna facta sunt in creaturis, nihil tamen tàm excellens, tam magnificum fecerunt opera digitorum Dei.* Exclamat Andreas Cret. ser. de Assumpt. *O Virgo Regina omnis humanæ naturæ, quæ habes non comparabilem cum aliis appellationem, quæ excepto Deo solo omnibus es altior.* Damascenus Orat. 1. de dorm. *Dei Matris & seruorum Dei infinitum est discrimen.* Et Carthusianus de laud. Virg. art. 14. *Sanctitate Virginis maior esse non potest. Non quia Deus absoluta suâ potentiâ ampliorem aliis, aut Virgini præstare non possit; sed quòd non decet, nec vtique fiet. Sanctitate ergo Mariæ maior sub creata Filij eius sanctitate intelligi, esséque nequit. Tum quia neque in præsenti vita eius sanctitatis magnitudo ad plenum comprehendi valet, etiam quam in terris adepta est. Tùm quia post Assumptionem hominis à Deo nihil præstantius conferri potest homini, quam vt Dei parens existat. Et rursum quoniam Mariæ sanctitas quodammodo infinita est.* Profectò D. Bernardinus, to. 1. ser. 61. art. 3. c. 3. ex præstantiâ Marianæ gloriæ super cunctos Diuos colligit eam Sanctam Sanctorum meritò vocitari. *Intra Trinitatis gloriam ipsa sola amplius est euecta, capit, sentit, & fruitur, quàm omnis alia creatura simul sumpta. De cuius gloria post Filium participant vniuersi.* Quid? An visâ Maria homines donentur beatitudine, sicuti aspectato Deo? Proh Virginis ineffabilis super cunctos Diuos sanctitas, si non solùm Sancta sanctorum, sed Sanctus sanctorum esse videatur? 37. *Magnorum operum maximum. 3. Esd. 4. Ps. 103. & 110. & 135. Damia. Cret. Damasc. Carth.*

Observatio III.

Ad illa verba:

Beatus venter, qui te portauit.

Filia Dei Maria apud Delubrum Virginum Mater oſtentatur.

Oſtendo Virginitatem, Dei, Angelorum, ac hominum eſſe parentem.

38. *Prius Maria virginum parens quam Domini.*

SPONSAM ſuam Dei filiam Spiritus ſanctus ad ſacerrimum delubrum adduxit, vt vteri beatitudo præpararetur, dum futura fœcunditas illibatæ virginitatis gloriâ conditur. Apud Templum enim Puella voto puritatis emiſſo virginum exurgit in parentem. Quare meritò ventris puritas iam quidem fœcunda antè Incarnationem deberet non ſolùm à pia fœmina, verum à cunctis generationibus commendari: *Beatus venter.* Ad hæc Damaſcenus Orat. 1. de Nat. Mar. *Meritò te beatam prædicant omnes generationes, vt eximium humani generis decus. Tu virginitatis feraciſſima planta. Per te enim virginitatis pulchritudo latiſſimè ſe diffudit.* Planta igitur feraciſſima Puella virginitatis ante Filij conceptum, iam enim in vtero habet virginum collegium. (Damaſc.)

39. *Plures Mariæ generationes.* Eccli. 24.

Clamat infans Maria: *Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & a generationibus meis adimplemini.* Eccli. 24. An plures generationes Mariæ Matris quidem vnici Saluatoris? Porrò ex eo quòd futura Ieſu Mater, priùs apud Templum innumeræ virginum familiæ Parens efficitur. Præmiſerat: *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris.* Ibid. Ad quæ Hugo Carens. *Sicut vitis aquam conuertit in vinum, quod lætificat cor hominis, & germinat virgines.* (Hugo.)

40. *Christus filius Virginitatis Mariæ.* Damian.

An vlla puritas, quæ ex Mariæ virginitate non habuerit exortum? Virgo Chriſtus, virgines Angeli & homines virginitatis Marianæ filij meritò vocitantur. Petrus Damian. ſerm 35. Chriſtum aſſerit ex Mariæ puritate profectum. *Dei Filius vernantis vulua flore conceptus eſt.* Quid è flore generari, niſi è matre virginitate enim. Vnde à Maximo hom. 5. *Puer virginalis vocitatur.* Mariæ Filius Marialis puer, filius autem virginitatis appoſitè virginalis puer dicitur. (Maxi.)

41. *Deus æternus æternaque ... Virginitatis Mariæ filius eſt.* Ioan. 1. Damian.

Quid ſi non ſolùm Chriſtus homo virgo, ſed virgo Deus à Mariæ virginitate proceſſerit? Num non *Deus de D[eo], lumen de lumine* generatur? Ioan. 1. Certè Mariæ virginitas vt Deum poſſit virgineum generare quodam modo, quaſi in Deum conuertitur. Damianus ſer. 40 *ſingularis Mariæ ... puritas in carna ... æterna con...* Vt ſcilicet ex continentia ſeu virginitate luce quidem æterna ... numeraretur: *Lumen de lumine.* ... virginitas Deiparæ illu... 3 de Nat. *Audiui ſanè ab ... vt cum pariter hominem teſtaretur partus humanus, & Deum probaret æterna virginitas.* Et cur Mariæ virginitas vocatur æterna? Annon vt conuerſa in candorem lucis æternæ Deum æternum quodammodo poſſit generare? (Maxi.)

41. *Angelorum parens virginitas Mariæ.* Tertul. Damian.

Pergo ad Angelos, Mariæ quos peperit puritas. Carnem Virginis *Angelificatam* Tertullianus appellat. Meritò quidem, vt ex carne Angelificatâ Angeli valeat educi. Exortum huiuſmodi apprimè Petrus Damian. ſer. 4. expendit. *Hoc gradu ſubſiſtere licet in cælum, & ad illam gloriam aſpirare, vt qua Regina Angelicam reuerberat dignitatem.* Certè quemadmodum radius reuerberatus à luminari magno, filius eius poteſt vocitari, Angelica dignitas ſeu puritas à Mariæ puritate reuerberatur eius facilè filia.

42. *Hominus virgines Maria Matrem virginalem ſortiuntur.* Ioan. 19. Galfri.

Iam verò quonammodo Maria hominum virginum Mater exiſtat non difficilè oſtendo. E Cruce pendens Dominus coram Ioanne ſic Matri: *Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit Diſcipulo: Ecce Mater tua.* Ioan. 19. Ioannes Mariæ filius aſſeritur? An carnali generatione? Spirituali quidem qua virgo Apoſtolus è virginitate Mariæ exoritur; itemtò quidem puriſſimum in ventre ... Galfridus appoſitè apud T[i]lm. *Quoniam ... Ioannes Virginis Matris in virginitate filius fuit, cuius illa ſi non carnem, carnis tamen integritatem edidit: & illum ſi non hominem, tamen virginem genuit.* Quid pulchrius?

43. *Fœcunda ſuper Mariæ virginitas.* Eccli. 24. Galfri.

Num ſterilis iam Mariæ virginitas? Profectò quotidie virginum enititur examina. *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honeſtatis.* 24. Cur fructus floribus copulauit? Quia arbor fructibus onuſta virginum ſimul nouis floribus in æternam fructificationem ornatur. Vnde Galfridus: *Cæterùm quam multos hodie parit ſanctiſſima illa fœcundiſſimaque virginitas. Quam fœlix huiuſmodi generatio, ſuo equidem modo fœcunda quidem, & incorrupta poſteritas!* Dilige, precor, tantam virtutem, quæ hominum, Angelorum, ac ipſius mater eſt Conditoris.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Beatus venter, qui te portauit.

Maria Infans ſine exemplo prima vouens virginitatem Virginum Magiſtra.

Innuo, ſpeciale aut præmium, aut ſupplicium virtutis, aut vitij inuentoribus reſpondere.

44. BEATVS meritò Mariæ venter vocitatur, quia portauit Dominum. Rogo, num antequam ferculum Domini exponeretur, debeat beatus

beatus prædicari ? Respondeo affirmatiuè. Ex quo enim infantiæ tempore virginitati vterus à vouente primùm Mariâ dedicatur, dignus planè à cunctis beatus proferri. Anselmum de Excel. Virg. cap. 4. præmitto. *Virgo tenera, & delicata Regali stirpe progenita, & speciosissima totum amorem suum, totam studium suam ad hoc intendit, vt corpus, & animam suam Deo virginitate perpetuâ consecraret.* Tanti erat ponderis Deo libare virginitatem, cui voto totus amor, totum Mariæ studium impenditur.

Ansel.

45. An incorruptibilitatem virginitatis Marianæ prædicabo rubi memor, cum Nysseno clamans: *Virgo parit lumen, & non corrumpitur.* Augustinus aiebat serm. 15. de Temp. *Creuit in eius partu integritas corporalis, & virginitas ampliata est potius, quam fugata.* Et Ildephonsus lib. 1. de Virg. Mar. cap. 2. *Sua carnis veritate Iesum videt esse vestitum, & in se sui pudoris integritatem minuisse non sentit; sed potius creuisse cognoscit.* Id alibi confirmo.

Mariana virginitatis incorruptibilitas. Nyssen. Augustin. Ildeph.

46. Verum enim in præsenti pondero Mariam puellulam Virginitatis emisso voto, extitisse magistram. Mirantur Cælites: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris?* Cant. 4. Quænam augusta Puella *virgula* quidem fumi ex aromatibus, libans scilicet Deo æternæ puritatis aromata? Vndenam mirabilis Mariæ virginitas? *Quia per desertum ascendit. Sola sine exemplo* Domino placuit, Princeps virginum emisso voto vocatur à Patribus. Epiphanius lib. 3. hær. 78. *Princeps virginum est Maria.* Num non Elias priùs virginitatem coluit? Ergo Princeps. Minimè verò, quia sine exemplo sola Maria Princeps virginitatis illiusque voto emisso Domino consecratur. Per desertum tendit, sola sese ad tantum præparat holocaustum, non monita, non edocta.

Princeps Virginitatis Maria sola sine exemplo Domino libauit puritatem. Cant. 4.

Epiph.

47. Celebri id Augustini sententia illustro. Doctor enim egregius serm. de Temp. postquam Dei Matrem cum Iosepho illo, qui Dominicum Corpus sepulturæ mandauit, composuit, asserit meritum Ioseph sepelientis Dominum quodammodo superare meritum Mariæ sese in Dei Matrem exponentis: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Luc. 1. Id quod huiusmodi ratione probat. *Inde necessarium est etiam meritum conuenire, nisi quòd Mariam ad obsequium Angelus admonuit, Iosephum autem iustitia persuasit.* An non egregius ostentatur quodammodo Iosephi sepelientis obsequium, quàm Mariæ obedientia? Illa excitatur, monetur, & exhibito Elisabeth exemplo edocetur ab Angelo; hic *venit* non vocatus, non monitus ex solâ *iustitiâ*, & interno animi affectu excitatus. Ergo illius meritû certo modo augustius. Hinc virginitatem vouentis Mariæ gloriam edoceor. Haud illam Elias monuit, haud Maria Moysi soror instituit: ipsa enim sine exemplo voto emisso, Domino placuit. Proh ex magisterio hoc Virginis meritum ineffabile.

Ex eo Maria vouenta virginitatem meritum augustius, quia minimè edocta. August. Luc. 1.

48. Audiuit-ne Dominum cum discipulis de virginitate disserentem? *Non omnes capiunt verbum istud.* Audierat virginum sequentium Agnum canticum? Legerat Apostoli præscriptum? *De virginibus præceptum Domini non habeo.* Cuncta hæc post Mariæ votum, emisso quidem, vigente lege, vbi sterilitas mulierum ac virorum rubor. *Iustitia* Mariam (vt cum August. loquar) *persuasit.* D. Bernardus, *Vbi legeras beata Virgo, de virginibus, quia cantant canticum nouum? Vbi legeras laudatos esse, qui se castrauerunt propter Regnum Dei? Christi ergo denoues te exhibere virginem.* A tuomet excitaris affectu, sine exemplo voues, sine doctrina Domino virgo purissima exhiberis.

A sua ipsius vera affectu se virginem Christo exhibuit.

Bernard.

Age, quanta inuentricis voti virginitatis gloria? Ex supplicio inuentori criminis proprij adhibito ostendam. Quærit Alcuinus quæst. 4. in Gen. *Cur summi Angeli peccatum insanabile fuit, & hominis sanabile?* Et respondet acutè. *Angelus sui sceleris inuentor fuit, homo verò alterius fraude seductus.* Quia Angelus non edoctus deliquit, grauiori contaminatur scelere: leuiori homo, quia fuit à serpente excitatus. Ergo non edocta Maria vouens puritatem præstantiori merito effulget, augustiori præmio muneranda. Edisce inuentoribus aut virtutis, aut vitij specialissimum aut munus, aut pœnam respondere. 49.

Inuentricis voti puritatis quanta gloria?

Observatio V.

Ad illa verba:

Et vbera, quæ suxisti.

Beata Maria prædicatur antè quam Domino vbera exhibeat nutriendo.

Moneo iustos sanctitate ad vberiora munera præparari.



QVÆRIS, num ex eo beata præcisè, quia suxerit Dominus vbera, & vterum occupârit, Deiparens appellanda sit? Certè priusquam venter fœcundaretur, aut vbera intumescerent digna Maria, quæ beata à cunctis prædicaretur. Haud vterus præsentetur, haud vbera aspiciantur, à maternitate fugiat contemplatio. Dignissima Maria puellula, paruula beata proferri. *Beata,* inquit Elisabeth, *quæ credidisti.* Luc. 1. Beata quæ ob sanctitudinem digna effecta es, vterum & vbera beata prædicari. Iustinus quæst. 136. *Solebat Christus ob virtutem prædicari Matrem suam per quam virtutem illa assecuta fuit, vt Virgo Mater fieret.* 50.

Iustin.

Fatur Sponsus: *Soror nostra paruula est, & vbera non habet. Quid faciemus sorori nostræ? Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.* Cant. 7. Vbera non habet? Haud igitur ab vberibus, quæ suxit Dominus, commendari potest. *Paruula est*, apud Delubrum puellula commoratur; non Mater, sed *soror nostra*, maternitatis omninò respectus ablegetur. An beata? an augusta? an magna Maria? *Si murus est, si ostium est.* Tunc tum paruula, 51.

Sine respectu ad vbera, beatissima Maria paruula. Cant. 7.

cùm soror, cùm non Mater iam murus Ecclesiæ exsurgit, iam pulsantibus cunctis ostium cæli exponitur.

52. Pergit Sponsus: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cant. 6. Vbi Nyssenus legit: *Sic soror nostra inter filias.* Inter filias, seu adolescentulas Templi Maria non Mater, sed soror vocitatur; quando scilicet Dauid inclamabat: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.* Psal. 44. Quando à Domino aduocatur ad Templum parentibus relictis, quando *soror*, non Mater appellatur, Maria lilium est, probatæ sanctitatis aspicitur. Nyssenus adhæc. *Sicut rosa inter spinas, sic soror nostra inter filias*, Templi scilicet Ierosolymitani *Et non amplius propinqua, sed soror*: Non Mater, non sponsa. *Tunc facta est flos, nec a spinosis læsa suis tentationibus, quominus lilium esset obliuta populi, & domus patris, & matris suæ aspexit ad verum Patrem, & ita vocatur soror Domini.* Quid de præstantiâ sanctitudinis puellæ Mariæ potest augustius excogitari, quàm quòd ante Maternitatem, aut cum Altissimo desponsationem iam perfectionis studiosa à parentum domo auellatur, & soror Domini Iesu vocitetur?

Inter puellas constituta puellula Virgo lilium purissimum est sanctorum Regina. Cant. 7. Ps. 44.

Nyssen.

53. An non ex huiusmodi sanctitate, ac virtute Maria soror beatissimam præparatur in Matrem? Paulus. *Fide & Sara virtutem accepit.* Hebr. 10. Quam virtutem? Lipomanus. *Virtutem generando Deum aliquando.* Sara (authore Augustino lib 6. de Ciu. cap. 28.) idem est, quod *Virtus.* Sara igitur & fidei, & virtutum exercitamentis in Dei Matrem præparatur. Quid Maria? Profectò quia hæc ex sanctitatis studio in Dei Matrem præparata fuit, idem de illa & patente & typo Mariæ prædicatur.

Preparatur soror Maria in Matrem sanctitudine. Hebr. 10. Lipom.

54. Damascenus aiebat. *O sanctissima, quæ Principatus, & Potestates superasti immaculata conseruata in Dei sponsam!* Ac si diceret. Ideo in sponsam Dei, ac Christi Matrem electa fuit, quia sanctissima Puellula Principatus, & Potestates superauit, immaculatam super cunctos Diuos ei datum auolare. August. lib. de Virginit. Cap. 4. *Prius quam Christus conciperetur, iam Deo dicatam, & de qua nasceretur Mariam elegit.* Vt discas meritis præmissis, virtutibusque expressis animum præparandum ad vberiorum munerum receptionem.

Sponsa eligitur ob puritatem præmissam. Damasc.

Aug.

Paraphrasis VI.

Ad illa verba:

Beatus venter, beata vbera.

Maria beata appellanda, priùs quam Mater efficitur; quia eius virginitas semper Deum incolam sortita est.

Vbi ostendo Castitatis gloriam, infernum impudicitiæ.

TOLLE: *Qui te portauit*: tolle: *Quæ suxisti*, venter & vbera Virginis, vel ante Incarnationem beata prædicanda, quia Virginitas Mariæ Deum socium inseparabilem sortita est; vnde Deo potita non potest non prædicari beata. 55.

Angelus præfatur: *Dominus tecum.* Luc. 1. 56.
Vbi Augustinus, *Tecum sit in vtero, te cum in mente, tecum in vtere.* Quonammodo in vtero Dominus, priusquam in vtero conciperetur? Quia vel ipse venter, ipsa vbera virginitati consecrata absque fœcunditate, absque vllo ad Incarnationem respectu diuinitati tabernaculum statuunt, vt ex Dei præsentia necessariò beata prædicentur.

Apud veterũ virgineũ beatũ Dominus antè Incarnationem.

Et quamdonam virginitas non beata ex Dei 57.
præsentia? Tres iuuenes flammis immerguntur, recedentibus quidem, non lædentibus, potiùs refrigerantibus. Videt Rex quatuor in camino ambulantes, *Et species quarti* (ait Textus) *similis Filio Dei.* Dan. 3. Ad noto fornacis ignem iuuenibus beatam sedem extitisse ex Dei præsentia; & requiro, vndenam & Dei præsentia apponitur, & impassibilitas statuitur? Respondeo ex virginitate puerorum, quam Dei præsentia comitatur, impassibilitatem esse profectam. Apponius ad illud Cant: *Qui pascitur inter lilia*, ait: *Tres pueri Hebræi virginitatis dilectione magis inter Babylonicas flammas, in ipsius medio, ardentis fornacis, quasi inter lilia Dominus pascitur, eò quòd semper requiescat in cordibus diligentibus virginitatem.* Inseparabilis virginitatis comes beatitudinis suis conuiuium apponit alumnis, fornax Agno cælum, cuius in vberrimis agris virginibus stipitus exhibens obicitur.

Hebræi iuuenes beati quodammodo ex virginitate Dei socia. Dan. 3.

Appon.

Hebræus ille Ioseph carceri addictus, ne 58.
virginitatis macularetur stola, beatè quidem vixit vel vinctus ipse mœstis beatitudo, & solatium. Et vndenam illa Iosephi impassibilitas nisi ex Dei præsentia affectui virgineo illigata? Dauid, *Descendit cum eo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum.* Psal. An illa beatitudo ex laborum sufferentia? *Omne gaudium existimate, fratres, cum in varias tentationes incideritis.* Iac. 1. Certè aliquando deus à patientia abstrahi videtur, vt in Magno Antonio licet contemplari. At nunquam non virginitati, quodammodo ostenditur. Acutè Cyprianus, *Pudicus iuuenis, qui ad delicta consentiam non inflexit, in imum carceris truditur. Sed sola non est in carcere pudicitia; nam est cum Ioseph Deus.* Nunquam non Virgo præsentiæ dei potitur beatitudine.

Idem Ioseph carceri addicto accidit.

Psal.

Iacob. 1.

Cyprian.

Dei Filius antè Incarnationem vbinam re- 59.
sidebat? Paulus. *Qui cum esset in sinu Patris.* Ea ipsa temporis instanti in sinu virginitatis Marianæ residebat comes inseparabilis. profante Ambrosio in Luc. *Sinus ipse Dei in Deo Patre fuit Diuinitas, in Maria virginitas.* Vt scilicet antè Maternitatem virgineus vterus, & vbera Mariæ valeant beata prædicari: *Beatus venter, beata vbera.*

Semper Dei Filius in Mariana virginitatis sinu. Ambr.

Num Deus apud luxuriem beatum sorti- 60.
tur tabernaculum pascitur ne floribus Agnus immaculatus; Fantur luxuriosi: *Venite, fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura quasi in iuuentute celeriter, nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra.* Sap. 2. En intemperantiæ Sap. 2.

Apud luxuriosos nunquam non passibilis ostenditur Iesus.

tantiæ Paradisus. Ibi ne Dominus beatus obiicitur? Adiciunt: *Circumueniamus iustum.* August. (*Christum*) *morte turpissima condemnemus eum.* Vt domus turpitudinis mortem Domino turpissimam excogitaret. August. *A talibus* (inquit Augustinus) *ligatus, cæsu, interfectus est iustus Dominus. Quis de coronis florentibus cruenta vincula formidaret? Quis de suauibus poculis dolores sæuissimos prouideret? Quis de mollibus pratis tàm durum Crucis lignum prægnosceret?* Ignis, carcer apud Virgines, Domino Paradisus. Prata, *Flores* apud luxuriosos Domino Tartarus. Pilatus curans Christum absoluere, ait: *Innocens ego sum a sanguine iusti huius.* Mat. 27. Mat. 27. Eisdem verbis vsus fuerat Daniel, vt castissimam Susannam à calumniâ senum impudicorum liberaret. Dan. 13. *Mundus ego sum a sanguine huius.* Dan. 13. Vbi Augustinus: August. *Hac voce circa Susannam Daniel vtitur, quâ circa Christum vsus est Pilatus.* Quare? Quia si castitas à persecutione, ac morte relegata luxurie liberatur, Christus simul eripitur: si autem puritas, triumphante luxurie, damnatur, Christus moriatur necesse est. Proh gloriosa Domino puritas! Benè Cretensis. Andr. Cret. *Virginitas Deo tutissimum ad inhabitandum asylum.* Cælum-ne Domino? Cælum existit puritas decem Virginibus comparatum. Angeli incolæ? *Cognata* illis *virginitas*, Ambrosio authore. Inibi Trinitas? Primam Virginem Trinitatem Nazianzenus asseruit. Mors releganda: Viuit puritas. Impassibilitas adstruenda? An non impassibilitatis status non passionibus subiacere? Viue fælix, ô Virgo, tui incola ipsius, nunquam non socio Domino degens.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Beatus venter, beata vbera.

Vt Mariæ Virginitas Dei esset Paradisus, eam omninò abstraxit à terrâ, Angelico cibo educandam.

Ostendo Virginitatem in solitudine conseruandam esse.

61. Ngressa Puella Delubri domum Deo cælum obiicitur omninò à terrenâ valle separandum. Præfatur Nicephorus lib. 1. cap. 7. Niceph. Præfatur Nicephorus lib. 1. cap. 7. *Sacerdotes quidem eam tanquam sanctius quoddam donarium susceptre, & Puellam in sacrario sanctissimo esse duxere. Itaque illa, vt res Diuina, intacta, & intemerata, in Templi sanctiori loco, & adytis ipsis viuebat.* Ne scilicet vel contingeret terram Virgo, quæ Dei assumitur in cælum, vbi Altissimus possit inhabitare.

62. Virginitas Mariæ à communi habitaculo separata. Profectò Virginitas augusta virtus à communi habitaculo separanda. Loquitur Sponsus a *Pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis.* Cant. 1. Virginitatis ruborem commendans, authore Origene lib. 2. hom. 1. *Faciem illius laudat, quæ genarum rubore perfunditur.* An non Virgo rubore perfusa latibula petit. Ita planè. Decet Virginitaté abstractio. nec enim decenter communi habitaculo vtitur. Ideò Turturi comparatur. Bernardus ser. 40. *Turtur pudica auis est, & conuersatio eius non cum multis, sed solo degere fertur contenta compare.* Soli Sponso Mariæ puritas hæresc it. Audi Rupertum. *Pulchritudo tua, ô Virgo, pudicitia est, quæ multum apparet, & spectabiliter lucet in genis tuis, quia non foris vagaris, sed sicut solitaga, & auis castissima Turtur solitudine delectabaris.*

[Margin: muni habitaculo separata erat. Cant. 1. Orige. Bernard. Rupert.]

63. Vt omninò à terra abstraheretur, Mariæ cælesti reficitur alimonia. Tanta Mariæ abstractio, vt mortalem vitam agens in Templo cælesti alimoniâ nutriretur. Hieronymus. Hieron. *Desca, quam de manu Angeli accipiebat Maria, in Templo reficiebatur.* Coruis olim præceperat Deus alimoniam Eliæ ministrarent. *Coruis præcepi, vt pascant te ibi.* 3. Reg. 17. 3. Reg. 17. Et terrenus cibus, & terrenus minister præparatur Eliæ. At Virgini cælesti Dei habitaculo non solùm cælestis alimonia, sed & cælestis minister assignatur: *Quam de manu Angeli accipiebat.* Abstracto a is Prophetæ à seculo Angelus semel & iterum ministrauit: *Proiecit se, & obdormiuit in vmbra iuniperi,* *Perrexit in desertum, & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit: Surge, & comede.* Ibid. Profectò Maria semper de manu Angeli accipit alimoniam, Rupertus lib. 5. in Cant. Ruper. *Et ipsi te fouerent, sibíque famularentur Angeli sancti.* Sola in adytis morabaris. *Non quidem ad horam, sicut Angelus Eliam semel & iterum pauit; neque ad tempus, sicut eundem corui pauerunt ministri: sed iugiter, donec, tuis completis diebus, ad transferendum te in cælum æthereum, non vnus tantùm currus igneus, sed totus cum Rege suo Filio tuo veniret, atque occurreret Angelorum exercitus.*

64. Vnica Dei ouicula. An non Maria vnicum Dei habitaculum, vnica illa ouis, de quâ Natham Dauidi? *Nihil habebat pauper omnino, præter ouem vnam paruulam, quam emerat & nutrierat.* 2. Reg. 12. 2. Reg. 12. Si vnicè Deo dilecta Maria. Quid non vnicè ad adyta immitteretur singulari alimonia ouicula? Bellè Thaumaturgus Orat. de oblat. fatur: Gregor. Nicom. *Oportebat Agnam immaculatam talis excepto conuiuio, talibus cibus excitari.* Excitari quidem *sicut locusta* ad patriam cælestem à terreno habitaculo, à terrenâ conuersatione omninò abstractam.

65. Egreditur ad proximos, semper in adytis clausa persistens. Obiicies Puellulam sæpè ex adytis egressam, vt sociarum vtilitati ac documentis operam daret. Non abnego: sed nunquam à solitudinis recedebat affectu, semper socio Domino gradiebatur. Bonau. lib. Medit cap. 3. Bonau. *Omnis sermo Mariæ ita erat gratiâ plenus, vt cognosceretur in linguâ eius Deus. Semper in oratione permanebat, & erat sollicita circa socias suas.* Semper quidem permanebat in adytis, quando sollicita circa socias egrediebatur: quia socio Domino, solitudinisque comitante affectu exibat. *Mel & lac sub linguâ tuâ.* Cantic. 4. Cant. 4. quia simul & melle orationis abstracta reficeris, & lacte doctrinæ proximum potas. Idem Pater in spec. cap. 8. Bonau. *Mel sub linguâ habuit in orationibus mellifluis ad Deum, lac sub lingua in lacteis collationibus ad proximum.* Pulchrè sanè.

SECTIO

SECTIO TERTIA.

Mariæ Sanctitatis Elogium.

TEXTVS.

VERS. 28. At ille dixit: Quin imò, beati, qui audiunt Verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Sententiam hanc à calumnia vindico.

I. *Calumnia Caluini fit ſatis ex particula: Quin imò, expoſitione.*



VIN imò.] Putat Caluinus hanc phraſim negare, qnod dictum fuerat: & affirmare, quod dictum non fuerat. Quaſi neger Matrem ſuam beatam eſſe, beatos verò aſſerat eos, qui verbum Dei audiant, atque cuſtodiant. Hæretico planè hoc in beatiſſimam Virginem odio profarnm. Perinde enim eſt, ac ſi dicas: *Imo potius.* Qui autem dicit: *Potius*, vtrumqne & quod dictum eſt, & quod dicendum affirmat. Beatus venter, beata vbera; ſed potiùs eorum beatirudo prædicanda, qui verbum Domini cuſtodiunt. E Caietano accepi: *Quin imò. Non negat verè dictum, beatum ventrem, & beata vbera; ſed hoc affirmans, adducit formalem ac communem beatitudinis rationem. Dictum eſt enim*: Quin imò, *perinde ac diceretur*: Quin potiùs. *Vbi affirmatur dictum, & adiicitur potior beatitudinis ratio.* Beda, Theoph. & Chryſ. conſentiunt. (Caiet.)

2. *Exemplo confirmatur.* Matth. 12.

Exemplum exhibeo. Quidam concionanti Domino renunciârunt: *Ecce Mater tua foris, &c.* At Dominus: *Quæ eſt Mater mea? Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, ille mea Mater eſt.* Matth. 12. Negauit-ne Mariam ſuam eſſe parentem? Minimè, ſed aſſeruit eos, qui voluntatem Patris facerent, melioris eſſe conditionis, quàm ſi Domino ſola carne coniuncti eſſent. Sic Patres.

§. II.

Mentem ſententiæ Dominicæ expendo.

3. *Maria non ſolum accepit vtero verbum, ſed Dei verba corde, &c.*

BEati qui audiunt verbum Dei.] Ac ſi diceret: Beatam meam Matrem dicis, & meritò. Sed hæc beatitudo vnius tantùm eſt: nulli præter illam poteſt conuenire. Oſtendã viam ad beatitudinem omnibus communem: ea eſt verbum Dei audire, & cuſtodire. Quæquidem beatitudo Virgini Deiparæ præ omnibus congruit. Illa enim non ſolùm Verbum diuinum vtero concepit, vberibúſque nutriuit; ſed etiam Dei verba mente accepit, corde aluit, vberrimúmque perduxit in fructum. Sic Beda: *Pulchrè Saluator atteſtationi mulieris annuit. Non eam ſolummodo, quæ Verbum Dei corporaliter generare meruerat; ſed & omnes, qui Verbum idem ſpiritualiter auditu fidei concipere, & boni operis cuſtodiâ vel in ſuo, vel in proximorum corde parere, & quaſi alere ſtuduerint, aſſeuerant eſſe beatos. Quia & eadem Dei genitrix & inde quidem beata, quia Verbi incarnandi miniſtra facta eſt temporalis: ſed inde multò beatior, quia eiuſdem ſemper amandi cuſtos manebat æterna.* Et Auguſtinus lib. de ſancta virginit. cap. 3. *Beatior fuit Maria percipiendo fidem Chriſti, quàm concipiendo carnem Chriſti.* Plura in Panegyr. (Beda. Aug.)

4. *Ex Maternitate admodù beata.* Damaſc.

Abſolutè igitur Deiparens appellanda beata, quod Dei Mater exiſtat; quia Dei parentis titulum mandatorum omnium obediẽtia, gratia ſumma, admirabilis virtutum chorus, ſummáque gloria comitatur. Quare Damaſc. orat. de Dorm. affirmat conceptum Virginis, eiuſdem priuilegiorum omnium originem extitiſſe. *Omnium*, inquit, *bonorum Mariæ initium, medium, & finis, ſecuritas item, & vera confirmatio in illa ſeminis experti conceptione, in illa diuina inhabitatione, in illo denique à labe omni remoto partu poſita fuit.* Ipſa Virgo profatur: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Luc. 1. *Ex hoc* ſcilicet priuilegio, quia Deum concepi, & peperi. Damaſcenus, *Verè à te, Virgo; non à morte ſed ab ipſa conceptione dictum eſt fore, vt te generationes omnes beatam dicerent.* (Luc. 1. Damaſc.)

5. *Non ſufficit verbum audire, niſi cuſtodiatur.* Rom. 2.

Et cuſtodiunt illud.] Quam prudenter adiectum; quia audire, & non cuſtodire, maiorem potiùs condemnationem, quàm gloriam affert, ſante Paulo: *Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſtificabuntur.* Rom. 2. *Eſtote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor, &c.* Iac. 1. *Omnis, qui audit*, inquit Dominus, *verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & non cecidit; fundata enim erat ſuper petram.* Mat. 7. An non *melius erat illis* (cum Petro loquor) *non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt cognitionem retrorſum conuerti ab ea, &c.* Epiſ. 2. cap. 2. (Iac. 1. Matth. 7. 2. Pet. 2.)

IN MARIÆ PRÆSENTATIONEM
PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS

Circa literam.

Ex Marianæ sanctitatis elogio.

OBSERVATIO I.
Ad illa verba:

Quin imo beati qui audiunt verbum Dei.

Dei verbum Maria audiuit, & apud Templi adyta sese in Domini præparauit sponsam.

Ostendo virgines illas præcipuè, quæ Monasterio dedicandæ sint decere in adytis commorationem.

6. *Maria apud Templi custodiam Dei verbum sponsi custodiuit.* August.

PRÆMITTO D. Augustinũ Tract. 10. in Ioann. profatum: *Beati qui audiunt verbum Dei. Hoc est dicere: Mater mea, quam appellâsti fælicem, inde fælix, quia verbum Dei custodiuit; non quia in ea Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, sed quia custodiuit ipsum verbum Dei, per quod facta est, & quod in illa caro factum est.* Quonammodo custodiuit verbum? Audiens quidem Dei vocationem, consilia, documenta, perrexit ad Templum, vbi apud custodiam virginum ipsa Virginum Parens custos verbi permansit addicta custodiæ: *Beati qui audiunt, & custodiunt.* Illa sponsi vox: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.* Psal. 44. Te alliciendi sponsum studiosam in custodiam Virginum recipias; idem enim est Dei vocantis custodire verba, ac Templi custodiæ committere, vt ad diuinam valeas desponsationem præparari.

7. *Sponsus solùm inuenitur apud adytorum custodiam.* Cant. 3.

Apud adytorum custodiam sponsus solummodo inuenitur. *Surgam*, (aiebat amans Virgo) *& circuibo Ciuitatem, per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea. Quæsiui eum, & non inueni.* Cant. 3. Si in plateis & vicis non adest sponsus, quære in foro, vbi oleum venditur lampadibus virginum præparatum. Ambrosius, *Quæram in foro, in illo quidem, vbi oleum venditur, quod Euangelicæ virgines emunt, vt semper fœco suâ luceant.* Sic lib. de Isaac cap. 5. Profectò *dum irent emere clamor factus est: Ecce sponsus.* Mat. 25. Quæ Dominum venturum expectat sponsa, haud debet (nec ad olei forum) à claustris recedere.

Ambrof.

Mat. 25.

8. *Ideo sponsi Verbũ carne indutũ regnaturum in Iacob domo pollicetur.* Luc. 1. Gen. 24. Gen. 29. Cyril.

Mariæ Archangelus: *Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Luc. 1. Cur non dixit: Et regnabit in domo Isaac Abraham immediato hærede? Cum Eliacer Abrahami famulus sponsam Isaaco quæreret circa puteum expectauit, vt accedentem virginem domino eligeret. At Iacob cum Rachel apud puteum alium vidisset expectantẽ pastores, qui ex puteo aquam gregi eduxissent, mox eam ab huiusmodi cura, aquam educens, liberauit: indecens reputans virginẽ è domo egredi, ad pastores accurrere Gen. 24. & 29. Ad quæ Cyrillus Alex. lib. 11. in Gen. *Cùm optimus esset*, inquit, *semper moribus educatus Iacob, insignibusque virtutibus præditus, considerabat, quàm turpe esset virginem nubilem ætatem gerentem pastores expectare.* Christus igitur regnaturus in domo Iacob dicitur, vbi virgines nubiles, ex coniugis affectu, apud claustra commorantur. Hoc præstat Iacob; quid ipse Deus sponsus? Haud permittit Virginem à claustris recedere.

9. *Non errat Dei sponsa.* Ambrof.

Pulchrè Ambrosius Magdalenæ futuræ Iesu sponsæ purissimum describit affectum. *Vade* (inquit vbi sup.) *ô Magdalena, ad Patrem tuum* Christum; *sed non relinquas Euam, ne iterum labatur. Tecum eam ducito iam non errantem.* Tua fœminea fragilitas errauit vt Eua ab Adamo separata? Ad custodiam domus te recipe, illam tecum adducito. Nec enim Dei sponsam decet errare.

10. *Maria non solùm Sanctorum claudetur, sed & ipsa Sancta sanctorum desponsanda descendit.* Apoc. 21. Bern.

Sese Ioanni Iesu ostentauit sponsa. *Ostendit mihi Ciuitatem Ierusalem nouam, descendentem de cælo sicut sponsam ornatam viro suo.* Apoc. 21. Vbi Bernardus ser. 5. in Dedic. Eccl. *Dico quòd eadem sponsa, quæ Ciuitas est.* Cur Agni sponsa Ciuitas appellatur Ierosolymæ? Vt ostendatur de more vrbis non à fundamentis auelli, sed permanens ostentari. Non solùm in Vrbe Ierosolyma habitat, sed & ipsa Ciuitas est, speciẽ clausæ Arcis Ioanni ostensa ex Alcasaris mente. Certè Maria non solùm Tẽplo clauditur, sed ipsa Templum augustum, clausum est. Addit Textus: *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Tam abstracta ab hominibus sponsa Maria, vel quando cum hominibus commoratur, vt ipsa Tabernaculum sit, Sancta sanctarum valeat apparere. Edoceris virgo, quàm virgines, (illas præcipuè, quæ monasterio Dei futuræ sponsæ præparantur) abstractio, & in adytis commoratio deceat.

OBSERVATIO II.
Ad illa verba:

Beati qui audiunt verbum Dei.

Maria Templo clausa tantæ exædificationi à cunabulis iecit fundamina.

Monte

Moneo (fœminas præcipuè) virtuti repentè exortæ minimè credendum.

11. *Maria à cunabulis concipit Verbum, vt tantum fœtum decebat.* *Iustin.* *Leo.*

DIvvs Iustin. quæst. 136. *Dei sermonē audire, & exequi virtutis est, animæque puræ quæ tota ad Deum expectet.* Tota Maria expectat ad Deum, quia audiuit eius sermonem & executa est à cunabulis, vt nec particula Mariani affectûs vllo temporis instanti ab sponso recederet. Certè futuram Dei Matrem talis decebat præparatio. D. Leo ser. de Natiuit. *Diuinam, humanamque prolem priùs conciperet mente, quàm corpore.* Non digna Deo natiuitas, quæ non ab infantiâ sanctissimâ in Matre præparatur, vt dum Puellula apud claustra maneret, iam quodammodo mente conciperetur ex virtutum exercitamentis, ne repentè tantus fœtus ex ventre prodiret.

12. *Non deceret Christum nasci nō priùs conceptum & mente, & vtero.* *Hieron.* *Ildeph.*

Fingebat Marcion Christum repentè expositum, sine Virginis præmissâ conceptione, & gestatione contra clausulam illam: *Beatus venter, qui te portauit.* Cuius dementiam Hieronymius ablegare curat fatus: *Subitò filius, subitò missus, subitò Christus? At qui nihil potest à Deo esse subitum, quia nihil a Deo non dispositum.* Dedecet Dei maiestatem absque diuturnâ parturitione (sic fari liceat) procedere. Concipiatur à Matre, imò non solum ventre, sed & mente, quia *fructus sublimis* vberiori eget præparatione. Ildephonsus serm. 1. de Nat. *Maria fidei semine grauida priùs & Christum mente, quàm ventre concipiens.* Non repentè tanta sublimitas præparatur.

13. *Petrus Ecclesiæ futurum fundamentū peruersa festinatione curat repentè fortissimus apparere.* *Luc. 22.* *Aug.*

Petrus Ecclesiæ futurus fundamen, aduersùs quam *portæ inferi non præualebunt*, priùs quàm vero lapide Christo nitens obfirmaretur, repentè ventis, pluuiis, turbinibus apponitur: *Domine, tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire.* Luc. 22. *Tecum paratus?* Et vndenam ista obiicitur præparatio? An ex diuturnâ laborum sufferentiâ? Plane ex forti tecum trucidandi voto. Repentè hoc in votum exsurgis, & huiusmodi immaturum affectum vocas præparationem? *Tecum paratus in mortem ire.* O Ecclesiæ fundamen, corrues omninò, longum enim perfectionis, ac mortificationis tantum opus requirebat studium. Augustinus. *Hunc inuenit exitum Petrus, vt pro eius nomine perfectâ dilectione moreretur, cum quo se moriturum peruersâ festinatione promiserat.* Duplicem in Apostolo contemplor statum; & cùm promisit se moriturum, & cùm moritur. Egregia quidem mors quia illam diuturna præcessit dispositio; at non promissio augusta, quia non præmissa præparatio. Tantam fœtûs eductionem decebat diuturnam mentis imprægnatio; ne ore eniteretur quam non priùs mente conceperat promissionem. Vnde peruersa festinatio illa, quæ siue conceptione diuturna, sine parturitione educitur.

14. *Ar[illegible]* *apparet, sed terra diuturna Mariana barrfeat.* *1. Ioan. 1.* *Ambr.*

Vitalis Arboris apud Marianum crescentis paradisum sic describit Ioannes proprietatem: [illegible] audiuimus, quod vidi[illegible] perspeximus, & manus nostra contrectauerunt de Verbo vitæ. 1. Ioan. 1. Ac si diceret: Lignum vitale Christus ab initio satum erat, seu plantatum in Virgine, perspeximus, manus nostræ contrectauere, non repentè apparuit sicut Paradisi arbor exitialis, quæ quidem à fœmina non contacta, ipsi viróque peperit mortem. Ambrosius lib. de Parad. c. 12. *Vides, quod antè velut manibus quibusdam perscrutatus sit Verbum, & postea annunciauerit. Et ideo nihil Adæ, & Euæ nocuisset malum, si pertractantibus diligenter quibusdam manibus antè tetigissent.* Ex quâ sententiâ illud adnoto, salutare admodum fuisse hominibus Verbum lignum vitale è Maria procedens, quia non repentè apparuit, sed diuturnâ & mentis, & vteri conceptione præmissâ videndum, tangendum, gustandum obiicitur: repentè, sine conceptu, arbore scientiæ boni, & mali exitialiter quidem apparente.

15. *Non credidit Maria se Deu[m] ve concepturam, & pariturum Verbum, donec comperit se fidei semine grauidam mente iam concepisse.* *Luc. 1.* *Barceph.*

Pondera Ildephonsi verba: *Maria fidei semine grauida, prius Christum mente, quàm ventre concipiens.* Archangelus Virgini: *Concipies, & paries Filium*, Postquam saluere iusserat: *Aue gratia plena.* Porrò Maria: *Cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Luc. 1. Num Mater Dei possum Verbum concipere, & parere? Num tantum fœtum ventre concipiendum iam à cunabulis fidei semine grauida, concepit Eua repentè fœmina sine infantia mulier Deum eniti præsumpsit, iuxta illud: *Eritis sicut Dij.* At minimè aut vtero concepit, aut peperit, quia non à cunabulis fide conceperat. Cócepi fide? ventre proculdubio concipiam. Moyses Barcepha lib. de Parad. cap. 12. *Mariam apud tuum animum contendito paulisper cū Eua, atque illius quidem fortitudinem, huius verò socordiam animaduertito. Maria enim, quæ sæpissimè audierat promissum esse à Deo Patribus nasciturum Christum, cum eius nuncij gratiâ ad eam venisset Angelus, dixisséque: Concipies, & paries, nequaquam subitò fidem illius verbis adhibuit.* Sed vt posset fidem adhibere, cogitabat, an priùs vel à primo instãti conceptionis apud vteri Annæ delubrum, vel à cunabulis apud Ierosolymitanum Templum operam impendens perfectioni, iam diu mente, *fidei semine grauida concepisset?* Nisi enim huiusmodi conceptio præcederet, haud sibi persuaderet fore, vt ventre conciperet, ac pareret. Edisce è Virgine nulli repentino affectui parere, nullum non vereri repentinæ sanctitudinis effectum. Bernardus hom. 3. sup. Mis. *Quæ verè virgines sunt, quidquid nouum, quidquid subitum fuerit ortum, suspectas habent insidias, totum contra se æstimant machinatum.* Et quonam modo credendum virtuti, quæ post diuturnum voluptatum amorem, repentè ex fœmineo affectu præsentatur?

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Hostes

Hoſtes Maria à cunabulis apud Templi adyta debellauit.

Ediſcimus apud infantiam ſuperandas eſſe paſſiones, vt perfecta victoria comparari valeat.

16. *Iuſtin.* IVSTINVS Lucæ ait clauſulâ deſignari Mariam à cunabulis inſtrui, vt hoſtes puella debellando, in fortiſſimam Dei Matrem exurgat. *Volebat Chriſtus* (queſt. 136.) *ob hanc virtutem prædicari Matrem ſuam, per quam virtutem* (ſeu fortitudinē) *illa id aſſecuta fuiſſet, vt Mater fieret.* O Maria trimula Deo libata, cùm vitia debellanda non exſurgunt! Immaculata omninò curam huiuſmodi ſociis committe, *quæ excubant ad oſtium Tabernaculi.* Curent illæ hoſtes comminuere à cunabulis, tu ab hoſtibus libera cur deſudas certamini? Certè ſeſe Maria nobis infirmis exhibet in exemplum hoſtes à cunâ interimendi, ne contempti inſolentes validam poſtmodum debellent ætatem.

17. *Iacob ab vtero inchoauit aduerſus fratrem victoriam.* Oſe. 12. De Iacob Oſeas: *Ab vtero ſupplantauit fratrem.* c. 12. Ac ſi diceret: fratrem per totius vitæ circulū ſupplātaturus, inchoauit ab vtero. Iam ad primogenituræ allicit venditionem ob vile pretium alimoniæ, iam benedictionem matris arripit aſtu, iam à Meſopotamia rediens ſibi humili ſubmiſſione conciliat iratū. Qui igitur ſupplantandi fratris exercitamentis impenſurus eſt operam, ediſcat ab vtero: *Ab vtero ſupplantauit fratrem.* Filia itaque Iacob, quæ terribilis in morem aciei ordinatæ futura erat hoſtibus, ad Templum trimula pergit, vt ediſcat præparare victorias. *Nicet.* Aiebat Nicetas in Nazi. Car. 2. Paſc. *Dæmonibus animarum noſtrarū perſecutoribus grauiſſima pœna videtur, quando in animo primogenita peccati, hoc eſt prima vitij origo à nobis extinguitur.* Putat enim hoſtis ſe omninò debellandum à viris, cum puellorum experitur impugnationem, & in morem Thebani Ducis, videt eos ſerpentes in cunabulis comminuentes.

18. *Cum videt hoſtis se infantem ſerpentis interimere, aufugit.* Horribiliorem Ægyptiorum plagā aſſignat. An culicum halitu comparato ingredientiū, vt nouiſſimū halitū impedirēt? An aquæ in ſanguinem verſæ, cuius potus venenū vitæ, non ſiti refrigerium miniſtrabat? Exiſtimo planè horribiliori plaga primogenita trucidata apparuiſſe: ſiquidem ex cadauerum obiectione mox Hebræos metus Ægypti compulit ad regreſſum. Contemplatus fuerim hic vitiorum extinctionem, dum teneritudine laborant infantiæ. Hi certè haud difficile ſuperantur, vnde Dæmones cogantur ineffabili metu laborare. *Nicet.* Nicetas vbi s. *Neque enim eam plagā Ægyptij perferre potuerunt, & ex tunc Iſraelitis diſcedēdi poteſtatem fecerunt. Eodem modo dæmonibus, quando primogenita vitiorum extinguntur.*

19. *Videns Iobū in vtero rurſum conſtitutū pugnare, Diabolus à pugna receſſit.* Quàm imbellis recedit Diabolus, cum nos aſpicit à cunabulis ad bella parari! *Nudus,* ait Iob, *egreſſus ſum de vtero ma*[illegible] *meæ, & nudus reuertar illuc.* c. [illegible] Spirituali [illegible] ſe accin[illegible] certamini, hoſtem inuiſibil[illegible] debel[illegible] vnde ad primam recurrit infan[illegible] Diabolus comminuatur in [illegible]

tur: *Adhuc tu permanes in ſimplicitate tuâ?* Vbi legit Orig. *Adhuc tu ſuſtines?* Ac ſi diceret: ſimplicitatem infantilem cùm tu rurſum inieris, & infans decertes, cur vlterius ſuſtines labores? cur repugnas; ſiquidem hoſtis apud cunabula victus omninò curet deficiens aufugere? *Non dicit Iob,* ait Doctor, *qui torquebatur: Quouſque pugnem, aut torquear? Diabolus verò, qui ſuſtinebat confuſionem* (ex ore quidem fœmineo & imbelli) *dicebat: Quo vſque ſuſtines? Diabolus enim deficiebat.* Cùm enim apud ſpiritualis infantiæ cunabula illum fortiſſimum militem conſpiret, de totius vitæ impugnatione deſperauit. Iob. 2. Orig.

20. *Maria infans vincit, tota palma, creſcente ac multiplicata victoria.* Hinc mirabiles Mariæ victorias expendo. Sunt qui apud ſenectæ tumulum egregias ſibi victorias comparent, infantia, adoleſcentia, virilique ætate omninò orbata triumpho. De quibus Dauid: *Iuſtus vt palma florebit, & ſicut Cedrus Libani multiplicabitur: Adhuc multiplicabuntur in ſenectâ* Pſal. Vbi Amedæus hom. 7. *Palma emenſo numeroſo ſpatio florere dicitur, & Cedrus Libani annoſo prouectu multiplicatur: ſic iuſtus animo naſcens vt palma florebit diuturnitate. Hinc Pſalmiſta ſubiungit: Adhuc multiplicabuntur iuſti in ſenectâ.* Naſcitur animo iuſtus, ſiue affectu ad primam recurrit ætatē, vt apud cunam impugnatio ſit nouiſſimæ mater victoriæ. Adiicit Pater. *Aduertendum hinc optimi meriti, ac ſingularis iuſtitiæ Mariam fuiſſe.* Si qui à cunâ pugnam inſtituunt, toti palmei continuatā victoriā: quid ſingularis iuſtitiæ, ac meriti Maria, quæ trimula Templo conſecratur. Pſal. Amedæus.

21. *Ædificatur, id eſt, in infantia terribili Diabolo obiicitur.* Cant. 4. Alcuin. Hæc quidem Turris illa Dauidica, *quæ ædificata eſt cum propugnaculis.* Cant. 5. Quaſi exædificatur Puella cum hoſtium oppugnationibus, quæ cùm primæ ætatis fundamina ſtatuuntur, iam horribilis hoſtibus præſentatur. Alcuinus ſerm. de Nat. Mar. *Quid enim non horruerunt Principes tenebrarum, quando viderūt præter morem inſtructam omni armatura fortium contra ſe procedere Infantem?* Expende illam particulam: *Præter morem.* Mirum enim, rarum, infantulam arma arripere, vt in cunabulis Diabolum trucidare queat. Si apud primam ætatem non cures paſſiones ſuperare, ſerò deſudabis triūpho. Nec enim aſſolet palma in ſenectâ plantari, ſed florere: non oriuntur inibi fructus, ſed exorti in infantiā multiplicantur: *Adhuc multiplicabuntur in ſenectâ vberi.*

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba:

Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Maria vt gratiſſimum Deo offerat holocauſtum, à parentibus ſeparatur.

Moneo gratiſſimum Deo, filios relictis parentibus, ad clauſtra confugere.

22. Ps. 44. Leo. Imper.

CLamat Dominus: *Audi filia, obliuiscere domum patris tui.* Psal. 44. Audiuit Maria (ait Leo Imper. serm. de Concep.) *admonitionem, & oblita est domū patris; &c.* Quā Dei in optatis gladium diuisionis inter parentes ac filios statuere! *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Vt scilicet filij à parentibus abducātur, vt mihi vni gratissimum exhibeant obsequium.

23. *Cupit Maria illo osculo affici, quo vulnerata vt gladio, à parentibus diuidatur Téple dicanda.* Cant. 1.

Audiens sponsa Maria, *Osculetur me,* Inquit, *osculo oris sui.* Cant. 1. Obiicit Bernardus sponsæ verba primo sono nescio quid libidinis præsentare, si virginum mos etiam rogatæ aufugere, nec deceat futuram sponsam coniugem in immodestiæ suspicionem adducere infrænato affectu. Profectò ex eiusdem Patris mente respondeo Mariæ sententiā ex purissimo virginitatis affectu exortum duxisse. Ioanni Christus apparet, ex cuius *ore gladius vtraque parte acutus exibat.* Apoc. 1 Potentissimus enim qui præcinctus est gladio: *Accingere gladio tuo super femur tuum,* ad labia gladium transtulerat gratiâ diffluentia: *Diffusa est gratia in labiis tuis.* Psalm. 44. Attende, sponsa, Coniugis labia instar gladij osculo vulnerare, petis osculo suauissimo donari & vulnere afficienda es. Id prorsus intendo. Scio gladium illum filios à parentibus separare: *Veni separare filios a pa[ren]tibus,* verbis quidem efficacibus, quæ audiens sponsa custodiat. Me huiusmodi oris sui osculo afficiat, vt à parentibus separari puella, & ei holocaustum suauissimum libare queam.

Apoc. 1. Ps. 44.

24. *Pater Dauid curat filia Maria exemplum exhibeo, relinquendi affectu parentes.* 2. Reg 24.

Percussum olim cor Dauidis, *postquam numeratus est populus, & dixit: Peccaui in hoc facto.* Attamen ei Gad propheta: *Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos; aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua.* Coarctatur nimis Dauid, sed tamen, *Immisit* (ex electione Regis) *pestilentiam Dominus super Israel a mane vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt septuaginta millia virorum* 2. Reg 24. Proh Dauidis aduersùs populum immanitas! Quæ te dementia cœpit, vt mortem horribilem eligendam putares? An non satiùs tibi eligere famem? Non esset communis calamitas, si pereunte populo, nunquam vel stricta Regi seruatur annona. Num non securius hostibus tradi ex bellieuentu vario libertati restituendus? Numquam, extincto exercitu Reges vel equo expilantur, vt fuga possint à periculo eripi Profectò pestilens aër nec Regiam veretur dignitatem, nec mors à Principum satellitio absterretur. Quare igitur eligendam pestilentiam ô prudens, iudicâsti? Cassiodorus lib. 9. var. profatur. *Pestis est humana naturæ diuortium.* Et cur diuortium appellatur, nisi quia separat à parentibus filios, à coniugibus sponsas habitas in delicijs. O Domine, cuius ineffabili munere, Mariæ eligor in parentem, scio tibi gratissimum futurum affectum illum quo à re vocata à parentibus absterrenda est. Vnde futurus parens cum huiusmodi tibi libare sacrificium, id supplicium eligo, quo filij à parentibus assoleat separari.

Cassiod.

25. *Filiam hortatur, ad abstractionem huiusmodi.*

Edoctus iam Dauid inclamat: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.* Psalm. 44. Gratissimum Deo sacrificium illud, quo filius à parentibus separatur. Memorare Isaacum gladio parentis à ditione paternâ diuisum holocaustum dignum Conditori exhibendum. A me filia recede, *obliuiscere domum patris tui.* Bonauentura lib. 1. pharetræ cap. 5. *Inclinauit Maria aurem suam ad obedientiam, & cor suum ad disciplinam, & oblita est domum patris sui, quia relinquere se noluit heredem; sed quidquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuisset, omnia arbitrata est vt stercora vt Christum lucrifaceret.* Vnde illud: *Et concupiscet Rex speciem tuam. Pater æternus te filiam, Filius matrem, Spiritus sanctus te sponsam suam habebunt.* Ps. 44.

Bonau.

Quid si parentes reouant? Dominus minax exaudietur. *Sinite paruulos venire.* Mar. 10. Vt scilicet in Templo collocati Templum Dei reddantur. Quod si vt domus temporariæ gloriæ exædificentur, curatis, ne veniant ad Dominum, nec Templum Dei, nec domus augusta apud seculum effecti, fient planè spelunca latronum à domo Dei deturbādi. Chrysostomus de Annæ & Samue. educat. *Caue,* inquit, *ne ...* quem à Templo absterruisti, *& qui Templum Dei erat futurus, fiat spelunca latronum. A primis ergo, tatum annis inducamus eos ad Templum* (Annæ vtriusque & matris Samuelis & Mariæ parentis exemplo) *ad disciplinam Regni cælestis.* Nubat, ais, filia, eligat sibi coniugem. Ambros. lib. 1. de Virgin. *Si hominem amarem, filia vestra, per legem possent eligere quem vellent. Quibus igitur hominem eligere licet, Deum non licet?* Deplorat id virginitas humanam gerens vocem carmine Nazianzeni exhort. ad virg. 26.

Remouentur edocentur parentes, qui Deo ingratè filios à Templi inchoato proposito abducere. Mar 10. Chrys.

Ambr.

Nazian.

Virginitas catos repetat, Christóque querelas
Deferat, vt quondam terras Astræa relictis,
In cælum rediit, cum bos est cæsus arator.
Quam vereor ne indicens Pater Almus iniquis
Offensus, iustâ facinus graue vindicet ira.

Prætextata (scriptore Hieronymo epist. 7. ad Lætam.) ab Hymetrio marito inducta, curauit Virginem Eustochium à proposito ineūdi monasterij abducere. Cui quidem Virginis habitum in prophana commutanti indumenta, capillósque pectenti, & exornanti Angelus fatur: *Tu-ne ausa es viri imperium præferre Christo? Tu caput Virginis Dei tuis sacrilegis attrectare manibus?* Hæc quidem si citatis macie confectæ, Prætextata autem filijs, ac marito orbata intra quinque mensium spatium, prædicente Angelo, deturbatur ad Tartara. *Omnia per ordinem* (adiicit Doctor) *expleta sunt, & seram miseræ pœnitentiam velox signauit interitus. Sic vlciscitur Christus violatores Templi sui, sic gemmas, & pretiosissima ornamenta defendit.* Hieron.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Maria ante quam Christum conciperet, sanctitate fulgens ostentatur.

Educandarum

Educandarum iuuencularum normam exponо.

27. Iuſtin.

FATVR D. Iuſtinus quæſt. 136. *Dei ſermonem audire, & exequi virtutis eſt. Non quamlibet fœminam elegit Deus, quæ Chriſti Mater fieret: ſed omnium fœminarum virtutibus excellentiſſimam.* Ideo aſſerit. *Quin imò beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Ac ſi diceret: Beata meritò mea à te parens prædicatur, quia concepit, & peperit; attamen priùs puella, antè conceptionẽ Verbi, verbum audiens ad Templũ accurrit, vt ad concipiendum Verbum præpararetur. Adiicit Martyr: *Chriſtus volebat ob hanc virtutem prædicari Matrem ſuam per quam illa id aſſecuta eſt, vt virgo Mater fieret.* Igitur antè Verbi conceptionem ſancta, omniúmque Magiſtra virtutum obiicitur.

28. *Magiſtra nos Maria apud Templum conſiliorum Euangelij.* Thom.

An oĩ conſiliorũ Euangelij Chriſtus Magiſter extitit? Quis dubitet? Non ergo omniũ virtutum apud ſacrum Delubrũ Virgo exhibuit magiſterium. Profectò Maria Solis illius iuſtitiæ iam in Tẽplo præceſſit aurora, iam cõſiliorum lux inchoauit à Matre. D. Th. appoſitè 3. p. q. 28. a. 4. *Sicut gratiæ plenitudo perfectè quidẽ fuit in Chriſto, & tamen aliqua eius inchoatio præceſſit in Matre; ita etiam obſeruatio conſiliorum, quæ per gratiam Dei fit, perfectè quidem incœpit in Chriſto, ſed aliquo modo fuit inchoata in Virgine Matre eius.* Et Caniſius l. 1. de Virg. c. 15. *Maria omnis religionis noſtræ, omniumque pietatis operũ eſt apud fideles Magiſtra.* Lux enim tanti Solis Aurora inchoauit à Matre.

Caniſ.

29. *Virgines Virgunculam imitantur.* Pſ. 122.

Virgines igitur Infantẽ Mariam imitantur in Templo, *& manuum ſuarum* ipſa conſilium impendit. Aiebat Dauid: *Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ.* Pſalm. 122. Virginis manibus virginum oculi adhæreſcunt. Bonauent. in Spec. *Ancilla Dominæ Mariæ eſt qualibet anima fidelis illi deuota; imò etiam Eccleſia vniuerſalis. Oculi huius ancillæ in manibus Dominæ ſuæ ſemper debent eſſe.* Quo fructu? An vt munera accipiat? Addit: *Vt per manus eius aliquid boni accipiamus; & per manus eius quidquid boni agimus Domino offeramus.* Nécnon adnotante Richardo Laurent. vt Dominĩ actiones imitemur.

Bonau.

30. *Menſa Mariæ in Tẽplo ferculis ſuauiſſimis virtutum plena obiicitur.* Prou. 9. ...h.

D. Epiphanius ſerm. de laud. Virg. illam Sapientiæ ſententiam expendit: *Sapientia ædificauit Domum, propoſuit menſam ſuam, emiſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcẽ.* Prou. 9. Salomon Templum exædificauit increatæ domum Sapientiæ, vbi Mariam puellulam intellectualẽ menſam ancillis virginibus appoſuit myſticis virtutum epulis abundantem. *Ipſa eſt,* inquit, *fidei menſa intellectualis, quæ vitæ panem ſuppeditauit!* Num non priùs quam Mundo panem cæleſtem obtulit, ancillis virginibus virtutum fercula præſentauit in Templo? Ita planè; *Locuples eſt chariſſima* puellula, *& virtutibus plena menſa virginea optimis quibuſque cibis abundans, quibus ancillæ fruantur.* Et Andreas Cretenſ. de Dorm. *Nos ad hoc ſpirituale conuiuium conuocat, quæ eſt Verbi Mater ſecundum carnem. Proponuntur autem hodie hæ vera ac myſtica epulæ, & verborum argumentum diuinis abundans myſteriis.* Quid

Cretenſ.

nobis abſumendum? An quod Verbi Mater? Certè quòd verborum Domini impleuiſſe perfectionem profitemur. *Maria quæ ipſam Sapientiam ſecundum carnem genuit,* poſtea, id eſt, apud Templum, *imitans, totam ſe tanquam menſam parauit, vt eas, quæ diuinis ſunt initiatæ,* (ad virgines Templo addictas ſermonem allicio) *benignè inuitet ad conuiuium, non victimas mactans, ſed ſuorum myſteriorum illa planè admirabilia, ac re verâ diuina ſpectacula. Ad quæ quidem maximè eos, qui ſunt congregati inuitat ipſa Domina.* Ad noſtra Virginea accommoda Sodalitia, quibus, (id eſt iis, *qui ſunt congregati*) Maria vti Beniaminis abundantiora hodie fercula appoſuit. Profectò huiuſmodi apud Templum magiſterio, ſeu virtutũ exercitamentis, ſeſe ad Maternitatem Domini præparauit, vt beata ex vtero & vberibus à cunctis poſſet prædicari. Adiicit Pater: *Quæ autem ſuis amatoribus in conuiuio apponit, hæc ſunt per quæ vita illa conſtat excellens; per quam is, qui omnem ſuperat Theologiam, ſe conſultò demiſit ad noſtram vſque mendicitatem.*

Ad hoc conuiuium Mariæ Sodales ſuos, ſeu congregationum inuitat alumnos.

Vis Marianæ menſæ epularum apparatum exponam? En menti obiicias, quæ à virgine fugi, quæque debeant amari. Ex Hieronymi ore perpendam epiſt. 7. ad Lætam. *Nihil aliud diſcat audire, nihil loqui, niſi quod ad timorem Dei pertinet, turpia verba non intelligat, cantica Mundi ignoret, ſurda ſit ad organa, nunquam iuuenculos videat, nec egrediatur cum Dina, diſcat & vinum non bibere. Placeat ei comes non compta, atque laſciua: ſed grauis, pallens, ſubtriſtis; ad orationes, & pſalmos nocte conſurgat. Orationi lectio, lectioni ſuccedat oratio. Diſcat lanam facere, tenere colum, rotare fuſum. Sic comedat, vt ſemper eſuriat; vt ſtatim poſt cibum poſſit legere, & pſallere. Librorum illorum tractatibus delectetur, in quibus pietas non vacillet. In cubiculo ſuo totas delicias habeat.* Denique cuncta Virgini accommodans, adiicit: *Æmuletur eam, de qua dicitur Pſalm. 44. Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus. Illam videat, illam primis miretur in annis, cuius & ſermo, & inceſſus, & habitus doctrina virtutum eſt.* Ac ſi diceret: Eorum quæ à fideli virgine fugienda, & amanda ſunt, Maria trimula præbet exemplum. Caniſius lib. 1. cap. 13. *Habes* (memorat Hieronymi periodos) *a quibus Maria abſtinuerit primis annis, & officia eiuſdem cognoſces; quorum obſeruatio in aliam nullam ſicut in Mariam virgunculam propriè competit. Nulla enim vnquam tam benè, & præclarè inſtituta virgo fuit, tantóſque ſub magiſtris, & nutricibus in omni virtute progreſſus fecit. Hæc ſola pleno iure id ſibi vendicat, quod in eius perſona teſtatur Eccleſia: Cum eſſem paruula, placui Altiſſimo.* 31.

Ferculorum conuiuij apparatus, quid fugere debeat, quid amare. Hieron.

Caniſ.

Profectò contemplatus Virgunculam trimulam ſine magiſterio, virginum magiſtram exiſtere, *ita gratiâ plenam* (loquens cum Bonauentura lib. medit. vitæ Chri. cap. 3.) *vt cognoſceretur in ea Deus, ſemper in oratione, & ſcrutatione legis permanere, & eſſe ſollicitam circa ſocias ſuas, ne aliqua ex illis in vllo ſermone peccaret, ne aliqua in riſu vocẽ ſuã exaltaret, ne aliqua iniurias, aut ſuperbiam contra parem ſuam exerceret:* Dubitare audeo, habuerit-ne Maria fomitẽ ad virtutem, ſicut nullam habuit propenſionẽ 32.

Quedammodo Maria virguncula videtur ad virtutem fomitem habuiſſe. Bonau.

ad peccatū? Scio cunctos nos de Christi plenitudine accepisse *gratiam pro gratia*. Ioan. 1. Id est, accepimus omnes à Christo gratiam, quæ non sit natura, sed gratia. Attamen Maria videtur gratiam à Domino accepisse, quæ quodammodo natura valeat vocitari. Aiebat Clemens Alex. lib. 5. Strom. *In totâ hâc rectè quæsiuimus oratione, virtus-nè fuerit natura?* In Mariâ quidē non fuit virtus natura, sicut nec in reliquis; at tanta ad virtutem ex specialissimâ Dei gratiâ propēsio Virginis, vt quasi naturali ad ipsam pondere deferatur. De Mariæ misericordiâ sic Damianus ser. 44. *Moueat te natura, potentia moueat, quia quantò potentior, tantò misericordior esse debebis. Natura moueat,* id est, misericordia, quæ quodammodo tibi natura est. Damascenus Orat. 1. de Nat. Mar. admiratur in Virgine *appetitum, & flagrantem cupiditatem ad Deum*. Petrus autem Dam. ser. 22. *Concupiscentiam ad lauream Martyrij*. Et Bonauentura Opusc. de laud. Virg. eam *Fomitem misericordiæ* vocitauit. Liquēt-nè Virginem quodammodo ad virtutem fomitem habuisse? Præclaram educandarum Virginum hinc normam edisce; sic virtus naturam producat, vt sanctitas à naturâ ortum duxisse videatur.

Ioan. 1.
Clemens Alex.
Damia.
Damasc.
Dami.
Bonau.

OBSERVATIO VI.

Ad illa verba:

Quin imò, Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Maria orationi intenta verbum audiebat, quod actioni studens exequebatur.

Contemplationis, & actionis copulandæ exhibeo documenta.

33. D. Hieron. Epist. ad Lætam Virginem asserit primâ ætate & orationis & actionis exercitamentis operam impendisse; vt scilicet addicta contemplationi audiret Dei verba, quæ vacans actioni postmodum custodiret.

34. Duæ manus hinc atque illinc sedile Throni Salomonici tenentes contemplationem ac actionem Virginis proferebant. 3. Reg. 10. fante Petro Dam. ser. 1. de Nat. Mar. *Porrò duæ manus, quæ tenebant hinc & inde sedile, actiuam & contemplatiuam vitam significant, quæ Matrem Virginem propensiori diligentiâ ambierunt, adeò vt nec actio contemplationem minueret, & contemplatio non desereret actionem.*

Throni manus Mariæ contemplationem & actionem referunt.
3. Reg. 10.
Damia.

35. Profitetur Maria: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Cant. 2. Dextera contemplationis apud Sancta Sanctorum manens Puella illigatur, actionis læuâ lanam faciens, tenens colum, rotans fusum fulcitur. Alanus: *Maria læuam sub capite habebat, quia mente erectâ ad beatitudinem, nihilominùs vitam præsentem sub se portabat,* actionis scilicet curis simul intenta. *Et dextera Dei eam amplexabatur, quia ex omni parte cælestis eam dilectio tuebatur, & quia Virgo in contemplatione erat.*

Ideò duplici manu fulciri se Maria profatur.
Cant. 2.
Alan.

36. Eundem reddit sensum sententia illa: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cant. 2. A filiis Ierusalem in Templo simul cum Puellâ Virgine commorantibus stipata Maria, ipsa lilium, sed non illud, de quo Dominus; *Non laborant, neque nent*: nam Marianum lilium simul extento collo ad contemplationem verticem tēdit, & arrepto colo scit fusum contorquere. Vnde Damianus serm. 3. de Nat. Mar. *Flagrabat Maria odore boni operis, tendebat ad sublimia, intentione continuâ cordis.* Sit tibi lilij fragrātia actionis virgineæ documentum: neque enim benè videntur redolere, cùm fœmina tàm addicta contemplationi ostenditur, vt eleemosynarum subsidio nitens, nolit coli aut acus operibus curam impendere.

Et lilium inter puellas infans Maria vocitatur.
Cant. 2.
Damia.

37. Mirantur Cælites: *Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris?* Cant. 3. Mariæ apud desertum collegij Virginum volatus exprimitur contemplationis ac actionis profusa fragrantia; quæ quidem aptè thuris ac myrrhæ vocabulo exprimitur. *Myrrha* (ait Nyssenus) *corporum ad sepulturam accommodata est, quod actionis opus insigne. Thus certâ quadam ex ratione diuini Numinis cultui est consecratum,* Ghillelmus accommodat Mariæ. *Beata per actionem Virgo, sursum erecta, & fragrans per mentis intentionem.*

Myrrha ac thuris Virginis actio & contemplatio spargit fragrantiam.
Cant. 3.
Nysse.
Ghillelm.

38. An non Arca Maria ex mente Richardi Laurent. nititur Cherubinis: *Qui sedes super Cherubim.* Psal. 79. Quid autem Cherubinorum alæ, nisi eleuatissimam Mariæ contemplationem? Quid vitulini pedes, nisi rectissimam actionem proferebant? Vis alas expandit? Damascenus Orat. 1. de Nat. Mar. *Virginis animas habitis erat in sublimibus contemplationibus.* Carthus. lib. 2. de laud. Virg. art. 8. *Nulla vnquam inordinata affectio, distractio, fragilitas, mentem Virginis à contemplationis lumine reuocauit; neque occupatio vlla exterior.* Actio enim ipsa Mariæ erat contemplatio. Bernardinus ser. 61. to. 1. 2. 3. c. 3. *Magis in contemplatione Dei excessit dormiendo, quam aliquis alius vigilando. Licèt in vtero Matris dormiret, attamen somnus, qui sepelit in nobis liberi arbitrij actus, & per consequens actum merendi, non credo quòd talia in Virgine fuerit operatus, sed anima eius liberè ac meritoriè acta tunc tendebat in Deum. Vnde illo tempore erat perfectior contemplatrix, quàm vnquam fuerit aliquis alius dum vigilaret.* Hinc ipsa profatur? *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5. Bernardinus: *Scilicet in contemplatione perfectâ, à nulla actione debilitata.* Vberiùs Rupertus; *Multarum animarum est eodem modo quo Iacob dormiuit; secundùm corpus dormire, & secundùm animam cælestia videre. Sed tu, ô vnica sedes Domini* (Arcæ alis Cherubinis hærentis meminit) *cunctis mortalibus eminentior, in hoc vigilantia modo extitisti, longè studiosior ad contemplandum eum, in quem desiderant Angeli prospicere.* Bernardinus autem illud Cant. expendens. *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum.* Cap. 4. *Vulnerasti* (ait ser. 51. a. 3. c. 3.) *in sanctissimâ contemplatione, &c.*

Arca Mariæ alis Cherubica contemplationis nititur.
Psal. 79.
Damasc.
Carthu.
Bernardin.
Cant. 5.
Rupert.
Bernardin.
Cant. 4.

Vis

39. *Pedibus Cherubicis Maria ex operibus actionis graditur.* Damian. Bernardin.

Vis autem pedes Cherubicos incedere? Petrus Dam. ſerm. 1. de Nat. Mar. *Recordare, quia non erat ei locus in diuerſorio, quomodo Filium ſuum propriis lactaueris uberibus, & omnes vagientis paruuli ſuſtinueris actiones, & tunc intelliges, quia plurimum miniſtrauit.* Et Bernardinus citat. *Sicut nulla vnquam fuit ſimilis contemplatrix, ſic nunquam fuit Virgini ſimilis miniſtratrix.* Menti obiicias rectæ opera actionis, & attende. *Alij* (pergit ille) *induunt pauperes de lanà ouis, ipſa induit Filium ſuum de puriſſimis ſanguinibus ſuis: alij induunt de panno; ipſa de corpore ſuo. Alij paſcunt pane extrinſeco, ipſa Chriſtum de lacte proprio. Alij ſuſcipiunt pauperem in tugurio, ipſa Deum in corde & corpore. Alij miniſtrant infirmo, ipſa Deo in pauperculo corpore miniſtrauit. Alij ſollicito ſunt, ne aliquid deficiat inopi, Virgo ſollicita miniſtratrix fuit, & manibus ſuis laborauit, vt ſubueniret Deo homini indigenti. Alij incarceratos, & vulneratos homines viſitant, & mortuos ſepliunt, Virgo Chriſto pro nobis capto, ligno Crucis affixo, vulneribus dilaniato tanto dolore compaſſa eſt, vt inexpreſſibile ſit etiam linguæ Angelicæ: & ſepeliuit corpus, &c.* Plura lib. 12. cum de Martha & Maria ſermo inſtituatur.

OBSERVATIO VII.

Ad illa verba:

Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Maria apud Templum miſericordiæ in egenos oliua, fructibus virtutum ornata: orationis vigilantia cuſtodiens puritatem.

Vbi oſtendo, eleemoſynæ domo Deum excipi; in Monaſterio virtutes augeri continuo rigatu: Caſtitatémque orationis exercitiis conſeruari.

40. Enim vero ſanctitatis huiuſce Virginis apud Delubrū commorantis aliquod exhibeo documentum præmittens Damaſcenū orat. 1. de Nat. mar. *In domo Dei plantata, & impinguata ſpiritu velut oliua fructifera omnis virtutis habitaculum facta eſt, virginem animam cum corpore conſeruans. In domo Dei,* inquit, *plantata.* Id eſt, à cunabulis dicata Delubro: prius quàm arbor Chriſtū fructum educeret, Dei, ac hominum oculis viridis virtutum pulchritudine glorioſa apparet. Damaſc.

41. *Audiunt Maria Dei vocem in prece pauperis, & cuſtodiunt.*

Expendo ſententiam. Ac primùm clauſulam illam euoluo: *Impinguata ſpiritu velut oliua fructifera.* Quæ quidem inſigne præfert pietatis. Quam pia, quæ cæleſti cibo ſaginata materialē à parentibus, ac Templi reditibus acceptum cibum pauperibus erogabat! Audiebat enim pauperis vocem, aptiùs Dei ſermonem vocitārim. Ambroſ l. 2. de Virg. *Virgo humilis corde, animo prudens, non in incerto diuitiarū, ſed in prece pauperis ſpem reponens.* Pauperis preces Dei verba à Virgine audita, & cuſtodiæ mandata. Inde Maria *animo prudens.* Imprudentiæ enim exhibet documentū, quæ pauperis preces virgo nō exaudit. An non virgines prudētes illæ, quæ *ſumpſerunt oleum ſecum,* imprudentéſque ad pauperes emiſerunt? *Ite*, inquiunt, *ad vendentes, & emite vobis.* Mat. 25. Vbi Chryſ aſſerit vendentes oleū *pauperes* eſſe *dantes ad eleemoſynam.* Exite ad pauperes, eorū preces audite, audituræ ſimul ſponſum: *Clamor factus eſt, ecce ſponſus.* Prob ſpecialiſſima ſponſa Maria *animo Virgo prudēs, in prece pauperis ſpē reponē*! Ambr. Mat. 25. Chryſoſt.

42. *Olei Maria prudentiſſima Virginis copia.*

Vultis olei copiā in Mariæ Virginis prudētiſſimæ lāpade aſpectare? Brigit. l. 1. reuel. c. 10. *Sic bona, facultatéſq; cōtēpſit, vt quidquid in bonis haberet, in egenos propenſe conferre gauderet.* En oleū Marianū nunquam, in morē olei Viduæ, ſiſtens: *Stetit oleum.* Nunquā enim oliuæ in cāpis ſpecioſæ vaſa deficiunt. Antiſtes Nicomed. orat. de oblat Mar. Templo excipiendā Virginē deſcribit ex Annæ ore. *Accipe oleā frugiferā, per quā ſcaturit oleū exhilarans, & pinguefaciens creaturam.* Creaturam impinguat? An Dei munus? Aperit ille manū, *& implet omne animal benedictione,* edūt pauperes, & ſaturantur. Trimula Virgo prudēs olea facta iā Deū munificentiſſimū ęmulatur: *Et pinguefaciens creaturā.* Brigit. Thaum.

43. *Pietas Mariæ in pauperes immenſa vt Deum immenſum exciperet ſuo in tabernaculo.*

Olim Deus in Abrahæ tabernaculo exiguo recipitur: Et quonammodo habitatio paruula Trinitatis perſonas immēſas quidē potuit excipere? Annō charitatis, ac eleemoſynę patriarcha pelagus immensū obiiciebat? Pergens ille ad greges, pedes pauperū abluens, mēſę hærētibus miniſtrans, pelagus conſtituebat pietatis Dominū excepturum. Quoāmmodo in Virginis tabernaculo Dominus requieuit? *Et qui creauit me, requieuit in Tabernaculo meo.* Eccli. 24. Pater obūbrat, Filius vterū occupat, Spiritus ſanctus fœcundat. Tabernaculum exiguū quonammodo Deum immenſum potuit continere? Apud Templū Maria pauperibus ſuccurrēs pietatis cōſtituebat abyſsū. Quærit Virgo, quonammodo Deū valeret excipere, cui Archangelus ex ore Chryſoſtomi reſpondet: *Quonammodo Dominum meum tabernaculum Abrahæ potuit continere?* Et ſatisfacit: *Quoniam hoſpitalitatis pelagus habebat.* Ergo ſi ex pietate in pauperes iā Virgo in Templo habitās pelagus charitatis coēgiſti, quomodo non qui te creauit, tuo in tabernaculo excipi poterit? Gen. 18. Eccli. 24. Chryſoſt.

44. *Maria apud Templum domus virtutum efficitur.*

Pergit Damaſcen. *Omnis virtutis habitaculum facta eſt.* Ablegatæ à Mundo virtutes ad Virgūculā properāt tanquā ad domū eis poſt exiliū à Deo præparatā. Georg. orat. de oblat. Poſtquā Maria Templū ingreditur, *ſtatim viderūt Sacerdotes gloriā, ſua ſponte ad eā recurrere.* Virginitas adeſt ſpeciali voto libata; humilitas, dū Maria manuū operibus incūbit; modeſtia, ſilentiū, charitas, oratio, contemplatio, omne denique Reginæ ſatellitiū. An ſeminariū huiuſmodi virtutū creuerit in Maria? Ita planè apud Templi fontes olea plantata. Muneris Deo alterius Annæ manu oblati Chryſ. incrementa depingit. *Facit hoc mulier, quæ puerum præter ſpem præſeminatum in vtero à domo tranſtulit, & in templum tranſplantauit, vbi perpetua ſunt fontium ſcatebra, & irrigationes ſpirituales: Vt videre licuerit illud Propheticum: Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructū ſuū dabit in tempore ſuo.* Oleæ Marianæ facilè accommodatur. Georg. Chryſoſt.

Apud atriū flores Dauid: quid apud Sancta sanctorum Mariæ? Psal. 83. Basil. Apoc. 22.

45. Credidit Dauid se apud atria Templi Domini floribus ac fructibus ex irrigationis beneficio ornandum. *Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.* Psal. 83. Vbi Basilius ad cap. 5. Isai. *Planè enim nouit is, non posse se in flores erumpere, ac ne vllum quidem germen primigenium excipere ad proferendos fructus, nisi versetur in atriis Domini.* Apud atrium Dauid sperat floribus ac fructibus stipari! Quid apud Templum, imò apud Sancta sanctorum (vbi fluuius è sede Dei procedens Apoc. 21.) quid olea natia? *Omnis virtutis habitaculum facta est.*

Maria orationi inuigilans virginitatem tuetur. Chrys. Gen. 39. Nyssen. Epiph.

46. Denique Pater, *Virginem animam cum corpore conseruaui.* Corpus equidem virgineum ex animi virginitate conseruatur. Excubant illæ virgines Templo dicatæ *ad ostium Tabernaculi.* Id est, vt corporis puritatem tueantur exercitamentis orationis incumbunt, neque enim virgines dormientes, aut dormitantes gloriam puritatis valent conseruare. De Salomone Chrysostomus hom. 40. *Quid Salomone beatius? Sed quia dormitauit, cecidit.* Animus dormitat? Haud orationis vacat exercitamentis? Cadet corporis castitas. Vnde Ægyptia dormiens intentum orationi Iosephum ad eundē somnum curabat allicere. *Dormi mecum.* Nec enim aliud est orationi obdormire, quā voluptati operam exhibere. Gen. 39. Bellè Nissen. apud Lipom. *Illa dicebat: Dormi. Adolescenti autem proclamabat cōtra temperantia: Vigila mecum. Et re ipsa ostendit vigilantiam.* Quonammodo se in oratione vigilasse ostendit? *Non enim blanditiis cedens dormitauit animi robur, nō fuit mens sopita incantationibus, non fuit somno oppressa temperantia sobrietas.* Quia orationi inuigilare, haud robur animi dormitare est. O Virgo prudentissima semper in oratione vigilans, vt corporis virginitatem tuearis. Epiph. *multoculam* Virginem appellauit. Argus sit virgo multocula planè, vt commissum sibi pecus, virginitatem scilicet valeat custodire.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Beati qui audiunt verbum Dei, &c.

Parentes Virginis verbum Dei audiunt, & custodiunt, dum vota emissa de addicendâ ad Templum puellula adimplent.

Innuo, ex votorum impletione homines quasi in Deos conuerti.

47. Psalm. 75. BEATOS meritò appellâro Deiparæ parentes Dei verbum audientes illud: *Vouete, & reddite Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera, terribili, & ei qui aufert spiritū Principum.* Ps. 75. Duplicem expendo particulam. *Vouete terribili.* Id est, cùm irruente tribulatione terribilis vobis Conditor ostentatur, votis eum emissis placare curate. *Et ei qui aufert spiritum Principum,* Principes vocitantur, qui vouent, ad Dei participationem eleuati. *At spiritum huiusmodi Principum* Dominus aufert, cùm homo ob votum Princeps cælestis factus, in Principem Diabolum non implendo votum, sed Deum obliuioni tradens, commutatur.

In tribulatione constitutos vota emittere laudabile, sed tgxantur transgressores. Isa. 26.

Vouete itaque Deo terribili, siue in tribulationum angustiis constituti vota emittite. At implere curate, ne fœmineo spiritu laborare videamini. Isaias fatur: *Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tuâ Domine. Concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis, non fecimus.* Cap. 26. An non instat parturientis mulieris, dú pressuris agitamur, crebra suspiria emittimus, vota concipimus, sed minimè executioni mandamus. Quid Dauid? *Cùm occideret eos, quærebant eum. Et dilexerunt eum in ore suo,* (vouētes scilicet) *& linguâ sua mentiti sunt ei, nec fideles habiti sunt in testamento suo.* Ps. 77. D. Hieronymus sic proxima verba legit: *Nec permanserunt in pacto.* In afflictione multâ cum Deo pacti sunt, plura vota emisêre: post acceptam prosperitatem, nullum pactum custodierunt. 48.

Psal. 77. Hieron.

Deus est, implere promissa. Exod. 6. Lyran. Aug.

Et ei, qui aufert spiritum Principum. Meritò spiritus vouentis, Principalis spiritus vocitatur. Vouens enim & reddens commutatur in Deum. Quid est Deus? Sic deffinire liceat: Deus est qui vouet, & vota, aut promissa implet. Promissa implere Dei essentia? Audi Dominum: *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, & nomen meum Adonai non indicaui eis: pepigique fœdus cum eis, vt darem eis terram Chanaam.* Exod. 6. *Adonai* idem quod *Iehouah*, nomen quidem significans Dei essentiam, seu quiditatem puram, quantùm ab humanis oculis est cognoscibilis. Quare igitur Deus dicitur Abrahamo, Isaaco, & Iacobo nomen Adonai, seu Iehouah non indicâsse, aut manifestâsse? Quia non adimplenit promissa. Sic Lyranus. *Hoc nomen, Iehouah, significat veritatem diuinæ naturæ, ad veritatem pertinet impletio promissi sui. Ideo dicitur hic: Nomen meum magnum non indicaui eis; quia in diebus eorum non impleui promissum, quod eis feci de terra Chanaam ab eis possidenda, quia non habitauerunt in ea nisi tanquam peregrini.* Huiusmodi principali, seu Deifico confirmatur spiritu vouens & reddēs adeò, vt voto emisso & executioni dato quodammodo Deo inferior non sit, Augustino fante epist. 45. ad Armentar. *Priùs quàm esset voti reus, liberum fuit quòd esset inferior.* Liberum fuit vouere & reddere, atque adeò inferiorem esse. At postquam vouisti, & reddidisti, inferiorem esse liberum minimè est; quia vouens & reddens principali, seu Deifico quodammodo spiritu confirmatur. 49.

Diabolus est, non implere. Iob. 1. Orig.

At qui promittēs nō implet, Principē Diabolū imitatur. *Cū venissent filij Dei, vt assisterēt corā Domine, affuit inter eos etiā Sathan. Egressus igitur Sathan a facie Domini, &c.* Iob. 1. Quonammodo Sathan egressus à facie Domini dicitur? Origenes lib. 2. *Postquam accepit, quod quæsiuit, continuò relinquens Dei memoriam, à facie Dei exiisse dicitur.* Principem huius Mundi Diabolum imitantur qui semel & iterum ad Deum 50.

accurrunt,

accurrunt, vota emittunt tribulationibus agitati, recedẽte autem anguſtiâ & ipſi à Domino recedunt, nec quòd ſic Deus vltrà recordãtur. Huiuſmodi; *Principum* Deus *aufert ſpiritum*. Hebr. *Vindemiat*. Metaphorâ ductâ ab illo, qui impotens pecuniam à debitore exquirere, in vineæ v. g. fructus manû immittit, vt inde poſſit debitum repetere. Vindemiat ſpiritum, ſeu vitam eorum, qui Diabolum imitati, à Deitate excidentes vota emiſſa minimè impleuerunt.

51. *Anna vota implens in tribulatione emiſſa, ad Deitatem quodammodo accedit.*

Quàm principali ſpiritu vouens Anna Deiparæ mater reddidit promiſſionem, profata: *Introibo in domum tuam in holocauſtis, reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea, & locutum eſt os meum in tribulatione mea.* Pſ. 65. Annæ libanti Germanus in encom. Deip. accommodat. *Introibo, ô ſempiterne Deus, in domum tuam, in Templum ſanctum tuum, & diuinæ Maieſtati tuæ non vnicum tantùm integrum holocauſtum, ſed plurima integra offeram holocauſta. Hanc, inquam, puellulam filiam meam, tuam dixerim potiùs. Ad te accedo vota, quæ in ſterilitatis meæ tribulatione emiſi, libenter implens.* In tribulatione igitur votum emittẽs, non obliuiſcitur ſicut Diabolus Princeps, ſed implens accedit ad Deum: *Ad te accedo*, vt in Deum mutata ex promiſſorum impletione filiam cum Deo communem poſſit habere. *Filiam tuam dixerim potiùs.* Quid impletione voti auguſtius, quę homines valeat in Deos commutare?

Pſal. 65. Germ.

Observatio IX.

Ad illa verba:

Beati qui audiunt verbum Dei, &c.

Scalam Mariam gradus quindecim ſcandentem ſequamur. Hæc enim via, hic ducatus neceſſarius nobis ad aſcenſum,

Vbi neceſſitas Mariani obſequij oſtenditur.

52. AN ſola Maria Infans verba Dei vocantis audit & cuſtodit? Certè Templum ſcandens ſibi obſequentes ſecum adducit. *Trahe me poſt te, curremus.* Cant. 1. Haud ſola per quindecim gradus aſcendit Puella, omnes aſcendamus neceſſe eſt; nec enim ad Templum cæleſte nobis ingreſſus reſeratur, niſi ducente Deiparâ. Prima ſcalam Templi ſcandit, imò ipſa *facta eſt* (authore Ruperto) *ſcala cæleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cælum.*

Rupert.

53. *Incedens Deus per Mariam viam, proſperatur, & regnat.*

Proh Deus immortalis! Tu nuper Mariæ ſcalam dignaris deſcendere? Certè Pater æternus, vt proſperaretur Chriſti via, Regnóque æterno potiretur, per Mariam deſcendere, aſcenderéque diſpoſuit. Dauid clamat; *Proſperè procede, & regna.* Pſal. 44. Rufinus; *Proſperè procede, id eſt, proſperè ex vtero virginali progredere, & regna.* Quàm ad noſtram proſperitatem & Regnum neceſſaria Mariæ ſcala, ſi ad Dei hominis proſperitatem ſcandenda? Per hanc magni Conſilij Angelus deſcendit ad terram, proſperè regnaturus in hominibus; per hanc idem aſcendit ad ſuperos Regno cæleſti potiturus.

Pſal. 44. Ruſi.

54. *Magi viam hanc arripuere, vt Chriſtum inuenirent.*

Deum imitati Proceres Gentiles Mariæ ducatu Chriſtum ac ſimul ſalutem inuenerunt. *Vidimus* (inquiunt) *ſtellam eius, & venimus adorare eum.* Mat. 2. Vidimus Tom. 1. Mariæ imaginem apud ſtellam illam fulgurare, imò ipſam Magorum ſtellam extitiſſe Magi haud gradum agunt, niſi Mariâ ducente, cuius opem Iudæi negligentes, nunquam Dominum iuſtitiæ Solem inuenerunt, Heſichius hom. 1. de Aſſumpt. *Iudæi obdurata cernice eos qui miniſterio Stellæ è longinquis regionibus eſſent adducti, neglexerunt imitari, vt cognoſcere poſſent Solem iuſtitiæ.*

Matt. 2. Heſich.

55. *Nec via Ieſu, ipſo dante, proficis ſine Mariâ.*

Aiebat Dominus: *Ego ſum via.* Ergo hanc arripiamus oportet; quid neceſſum nobis Mariæ ſectari ducatum? Profectò vt viam Dominicam poſſimus inire, ducatus Mariæ nobis eſt neceſſarius. Simul igitur viæ te vtrique committere procura. Ioſepho fugiendi, arripiendique liberationis iter ſic Angelus præſcribit rationem: *Tolle puerum, & Mariam matrem eius, & fuge.* Matt. 2. Nùm non ſatius fœmineam ſarcinam dimitteret, vno Ieſu grauis? Certè ſine Mariæ ducatu, nec cum Ieſu (ipſo diſponente) Ioſeph ſecurè ſeſe fugæ committit. Galfridus apud Tilm. pulchrè: *Tolle Puerum, tolle Matrem, neutrum deſeras, & fuge.* Quid ſi Maria deſeratur? Haud proſperè procedes, Filio vtique ad Matrem fugiente.

Matt. 2. Galſr.

56. *Cùm Mariam re, inquimus, via Ieſu ſollitur; vnde ad Mariam reuertamur neceſſe eſt.*

Ideò ſponſæ ſociæ ab ipſa recedentes protinùs Ieſu abſentiam lamẽtantur. Vnde reuerſæ ad Matrem proclamant: *Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? Quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* Cant. 5. Putauimus ſine te poſſe Ieſu ſequi veſtigia. Proh dolor! te recedente ab affectu noſtro tuus à nobis Dilectus declinauit. Rurſum Ieſu viam ſalutarem inire cupientes tecum quęrere, id eſt, te viam reſumentes, inuenire continget. Alanus ad hæc: *Abiit & declinauit Deus, Benè autem dicitur: Et quæremus eum tecum; quia ſine Mariâ qui Chriſtum quærit, errare poteſt, proficere non poteſt.* Tolle Mariæ ducatum, haud proſperè procedes, haud ad Regnum cæleſte auolabis.

Cant. 4. Alan.



LIBER SEPTIMVS.

MARIÆ ANNVNTIATIO.

Paraphrases, Commentariíque Literales in Caput primum Lucæ.

PANEGYRICI MORALES IN Virginis Annuntiationem.

PROLVSIO.



ATIS modò ſit oculorum noſtrorum pura acies(loquor cum D.Chryſologo ſerm.140.) *vt poſſit in diuini ortûs intendere claritatem? Nam ſi naſcentis iubari Solis oculorum noſtrorum vix ſuffert ſanitas tota, per puritas, quanta viſûs interni eſt præparanda ſynceritas, vt ſplendorem ſui ferre poſſit Orientis, & radiantis Auctoris?* Saniras & puritas viſûs Soli temporario haud ſufficit exorienti? An ægritudo & impuriras labiorum Verbo ſufficiet obmuteſcenti? Profectò Virginem virgini nuptam cæleſtis Incola ſaluere iubens, admoner Ieſum ex ea illæſo pudore, naſciturum iuſtitiæ magnum luminare; depulſæ ſterilitaris exemplo virginitaris fœcunditas adſtruitur: conſenſus allicitur: Virgo grauidatur: Verbo carne induro, homo induirur Deitate: Dominóque in terris degente, cælos Miniſter ſcandit. Proh Verbum auferens verba, tunc vberiùs loquens, quàm cum externo actu non exaudiris!

Vitalis Arboris Manna. FRVCTVS SEPTIMVS. Chryſol.

LVCÆ CAP. I.

VERS. 26. MIssvs eſt Angelus Gabriel à Deo in Ciuiratem Galilææ, cui nomen erat Nazareth.

27. Ad Virginem deſponſatam Viro, cui nomen erar Ioſeph de domo Dauid: & nomen Virginis Maria.

PARAPHRASIS.

26. *M Enſe ab Elizabeth conceptu ſexto, à Deo Gabriel Archangelus immittitur ad humilem Ciuitatulam Nazareth Prouinciæ Galilææ gentis apud Iudæos contemptæ.*

27. *Allocuturus ſanè ad cæleſte negotium delectam Virgunculam, non opibus, non nominis claritate, non vitæ ſtrepitu, non aliis rebus, quæ hic Mundus aſſolet admirari, commendatam: ſed eximiis animi dotibus præditam, puritate, modeſtiâ, pietate. Erat autem Virgo deſponſata Viro non terreni ornamenti gloriâ, ſed animi virtutibus Deo commendabili, cui nomen erat Ioſeph, genus ducens ab ſtirpe Dauidicâ: è qua & genus ſponſa Maria traxerat.*

28. Et

28. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

28. Hæc cùm in suo conclaui, de more virgineo, rerum cælestium contemplationi vacaret, Gabriel multâ luce coruscus, ingressus ad eam, nouo genere salutationis illam affatus est. Aue, inquit, & gaude Virgo gratiâ plena, Dominum habes tibi fauentem, ac propitium: & ob hoc eris vnicè celebris, ac laudati nominis inter omnes mulieres.

29. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.

29. At Virgo ad subitum Angeli aspectum, simulque ad nouam & inauditam salutationis formam, cùm nil magnificè de se sentiret, nonnihil turbata est. Nam quòd ad inexpectatum formæ iuuenilis ingressum expauit, verè virginitatis dei, ac teneri pudoris erat: quòd non illicò respondit, sed secum in animo versabat, quid sibi vellet tam noua, tâmque magnifica salutatio, partim erat prudentia, partim modestia singularis.

30. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria; inuenisti enim gratiam apud Deum.

30. Cùm autem Angelum non lateret, quid illa secum agitaret, non passus est, eam diutiùs animo fluctuare: sed & pauorem blando ademit eloquio, & nouæ salutationis causam exposuit. Non est, ait, quòd timeas Maria, in tuto est tibi, quem vnicè diligis, virginitatis thesaurus. Nec te variâ salutatione demulceo, sed lætissimæ rei, & maximè tibi, verus nuncius adsum. Sit illud tibi satis, ad quamlibet formidinem deponendam, quod apud Deum gratiam es, atque fauorem nacta.

31. Ecce concipies in vtero, & paries filium. Et vocabis nomen eius Iesum.

31. Accipe rem inauditam, sed veram: Concipies fœtum in vtero tuo, pariesque filium, virginitate immuni; Ac vocabis nomen eius Iesum, quoniam salutem suo populo adferet.

32. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus sedem Dauid Patris sui.

32. Quamquam autem ex humili loco, ex humili Puellâ natus, tamen diuinis virtutibus erit modis omnibus maximus adeò, vt postquam Mundo innotuerit, non Propheta iam, sed filius est Altissimi appellandus. Cognomen erit modò maius humano; quia quod nascetur, erit humanâ conditione sublimiùs. In hoc nimirum præstabit Deus, quod promisit vaticinium tibi non ignotum. E stirpe Dauid natus in Progenitoris sui solio sedebit. Non equidem occupabit sibi Mundi præsidiis Regnum Mundi temporarium; sed Pater cælestis dabit illi Regnum Dauid cæleste.

33. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis.

33. Et regnaturus est super viros Israëlitas in æternum. Nec huius Regni vllus est finis venturus; quemadmodum Isaias vaticinatus est.

34. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

34. Ex his tamen magnificis Angeli promissis nihilo factus est Virginis animus insolentior: nec ex rerum sublimitate concepit diffidentiam: nec præsumebat animo, se quoque cum Filio regnante regnaturam. Tantum de Virginitatis adamato thesauro sollicita, verecunde simul, & prudenter requirit ex Angelo: Quanam ratione fiet, vt pariam filium, quandoquidem ita desponsata sim viro, vt mihi cum eo non sit consuetudo connubialis? Placet enim vtrique castitas, & hanc fœlicitatem nobis, si liceret, perpetuam esse cuperemus.

35. Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in

35. Docet igitur Archangelus modum, & de virginitate scrupulum adimit Virgini profatus: Nihil hîc, ô Virg, iuxtà

contra

te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: & ideo quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.

communem cursum naturæ geretur. Cælestis partus à cælesti peragetur opifice. Castum sponsum tuum casto prosequi perges amore: contingétque tibi fœlicissima fœcunditas absque virginitatis detrimento. Nec erit opus ad diuinum conceptum vllo viri mortalis semine, sed Spiritus sanctus in te cælitùs illabetur, inque tuo vtero velut in officinâ cælesti sacri fœtus peraget opificium, ac pro maritali complexu, tibi Altissimus obumbrabit. Cæterùm quod ex te nascetur, quoniam ex opificio sancti Spiritus, qui sanctificat omnia, quoniam è purissimâ Virgine, quam vnam Deus delegit ab omni labe peccatorum immunem, mox sanctum erit, vt conceptum fuerit. Propter corpus quidem humanum de tui corporis substantiâ desumptum rectè filius Virginis, ac filius hominis dicetur: at post intellectum huius mysterium Natiuitatis, non filius Ioseph, sed Dei Filius appellabitur.

36. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis.

36. Iam verò, vt gaudium tuum sit cumulatius, & certior fiducia, sume exemplum recens è proximo. Ecce Elizabeth cognata tua anus illa tam deplorata sterilitatis, præter omnem spem, præter naturæ vireo, ut nuncio, concepit filium tui partûs futurum præconem. Iam dudum certus conceptus est, tumet vterus, infans viuit, atque mouetur. Nam hic mensis sextus illi est, ex quo concepit illa vulgò, antequam senesceret, sterilis vocata, nunc etiam prouectioris ætatis quàm vt possit soboles sperari, etiamsi anteà sterilis non fuisset.

37. Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

37. Hoc visum est Deo, vt intelligant omnes, nihil esse tam incredibile apud homines, quod non præstet diuina virtus, si voluerit. Tam facilè dabit conceptum virgini, quàm sterili.

38. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.

38. Hæc vbi Gabriel dixisset, paucis Virgo respondit, sed quæ summam animi modestiam, cum summa fiduciâ, pietatéque coniunctam testarentur: scio promissum esse, vt virgo conciperet, & pareret filium, nec dubito, quin possit Deus omnia, quæ velit. Quòd si ita illi visum est, me puellam omnium infimam ad huius Mysterij delegare ministerium, nihil est quod hinc mihi vendicem vel meriti, vel gratiæ: totum diuinæ bonitatis, totum diuinæ erit virtutis. Me tantùm Domino offero ancillam, cui semel dicata sum ad omne obsequium præparatam. Credo quòd promittis, & opto vt quàm primum, quemadmodum promittis, mihi contingat.

SECTIO PRIMA.

Nuncius ad Virginem.

TEXTVS.

VERS. 26  Issvs est Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. 27. Ad Virginem desponsatam Viro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid: & nomen Virginis Maria.

COMMEN

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Gabrielis immissione.

1. *Angeli mu-nus Messiam annunciare.* Euthy.

SExto quidem *mense*, ab eo tempore, quo Zachariæ Angelus apparuerat, vel quo conceperat Elizabeth (interprete Euthymio) *Missus est Angelus. Idem qui Zachariæ* (loquor cum Caietano) *prædixerat aduentũ Messiæ; mittitur modo ad Beatam Virginem ad annunciandum Messiæ conceptionem.* Angelus mittitur, quia (vt Ambrosius ait) Ambros. *Tantum mandati mysterium non hominis fuit, sed Angeli ore promendum.*

2. *Num nobilissimus Angelorum?* Gregor. Dion. Thom. & alij.

An legatio Angeli nobilissimi? Affirmat Gregorius: *Summum Angelum venire dignum fuit, qui summum omnium nunciabat.* Dionysius Gabrielem *diuinissimum* appellat Damascenus *Angelorum Amosignanum.* Archangeli hanc legationem esse censeo. D. Thomas 3. p. q. 30. a. 2. *Satis credibile est, quòd sit summus in ordine Archangelorum.* Gregorius, Bernardus, Abul. Athanas. Ambros. August. & alij plurimi contestantur. Haud desunt, qui (teste D. Thoma) in supremo Seraphinorum choro Gabrielem collocent. Quod mihi facilè persuaderem ex Virginis, ad quam mittitur excellentiâ; nisi obstaret Dionysius de cæl. hier. & Gregorius hom. 24. in Euan. Quibus tamen respondeo, Seraphinos ex officio non immitti, & sæpiùs: mitti verò aliquando, fatente Paulo: *Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi.* Heb. 1. Heb. 1.

3. *Cur Gabriel?* Caiet.

Gabriel. Quare Gabriel immittitur? Respondet Caietanus: *Quia Gabriel denominatur a fortitudine Dei, & in mysterio Incarnationis tantum ratio facti est fortitudo, seu potentia facientis. Tum quia annunciabat Messiam non solùm fortissimum ad debellandum quæ sunt carnis, quæ sunt Mundi, quæ sunt dæmonum, sed patrem totius veræ fortitudinis.*

4. *Cur Deus non alloquitur Mariam immediatè?* Turrec.

A Deo. Cur Deus absque internuncio id Virgini non manifestauit? *Licet Maria* (loquor cum Cardin. Turrecremata) *superior fuerit Angelis dignitate, ad quam diuinitùs eligebatur, tamen quantùm præsentis incola infirmitatis, inferior erat Angelis; ideò de diuino mysterio erat ab Angelis instruenda.* Imò, qui superior Angelis, quia Angelorum Regina Angelo internuncio Deus illam alloquitur. Reges enim Augustos assolent immissis nunciis alloqui. Vnde Hieronymus videns Deum immediatè Magis loquutum, qui Iosepho Virginis sponso internuncio Angelo profatus fuerat collegit Ioseph meritorum gloriam à Domino ostentari.

5. *An immediatè Angelus immissus?* Dion. Bernard.

Num Gabriel à Deo immediatè immissus, an alio spiritu mediatè præcipiente? Dionys. *Diuinâ lege sancitum est, vt per prima secunda diuini fulgoris radius insinuat.* Bernardũ sequor hom. fantem *Non ab alio aliquo fortè excellentiore se Spiritu; sed ab ipso Deo missi Gabriel perhibetur. Propter hoc ergo positum est à Deo.* Idem docent Carthusianus, Chrysost. apud Metaph de Annunc. Addo ex eodem Bernardo Gabrielem reliquis Angelis inscijs immissum. *Ideo dictum ab Euangelista missum Gabrielem à Deo, ne cui vel beatorum Spirituum suum Deus ante, quam Virgini, reuelasse putetur consilium, excepto dumtaxat Archangelo Gabriele.*

§. II.

Ad Virginem immittitur.

I*N Ciuitatem Galilæ* (cui nomen Nazareth) Cur apud Nazaretham Dominus concipitur? Lyranus: *Vt adimpleretur prophetia Isaiæ: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Cap. 11. Vb. Hebræa veritas habet: Et Nazaræus de radice eius ascendet.* 6. *Cur apud Nazareth concipitur?* Lyran.

Ad Virginem desponsatam. Idem Orbi reparando datur initium, quod datum fuerat euertendo. Bernardus ser. 2. de Pentec. *Missus est coluber tortuosus a Diabolo, vt venenum per aures mulieris in viri ipsius mentem transfunderet, & sic refunderet in totius posteritatis originem. Missus etiam est Gabriel a Deo, vt Verbum Patris per aurem Virginis in ventrem & mentem ipsius eructaret, vt eadem viâ intraret antidotum, quâ venenum intrauerat.* 7. *Quare Virgo Mater?* Bern. Quare autem de fœminâ Dominus nasciturus Virginẽ elegit? Quatuor causas ex Hugone Caren. didici. Hugo. Primus Adam de virgine terrâ formatus; secundus sic e Virgine prodiit. Per virginem Euam humani generis exitium; per Virginem apposite Mundi reparatio. In cælis Patrem sine Matre habet Dominus; in terris Matrem sine Patre sortitus est; vt quasi duobus testibus Christi Diuinitas probaretur; Patris vtique Diuinitate. & Matris virginitate. Prophetiæ denique veritas respondit: *Ecce Virgo concipiet.* Quintam causam subiicit Anselmus. Ansel. *Sic opera sua Deus complet & perficit. Nam quatuor modis Deus hominem formare potest; sine viro, & sine fœmina: sic fecit Adam. De viro sine fœmina, sic fecit Euam: De viro & fœmina, sic nos. Restabat, vt de fœmina sine viro faceret: Quod fecit in hac conceptione, vt eius opera essent perfecta.*

Cur autem Virginem desponsatam assumpsit in Matrem? Pluribus Maldonatus & Barradius satisfaciunt. 8. *Cur desponsata eligitur?* Hugo. Do sententiam Hugonis ex Patribus concinnatam. Desponsata eligitur, vt per virum generationis ordo texeretur. Ne innupta prægnans quasi adultera daretur lapidibus. Ne impudicis virginibus occasio daretur impudentiæ. Vt Mariæ vitaretur infamia. Vt Virgo viri solatium, & suæ integritatis haberet testimonium. Vt Diabolus partûs salutaris mysterium ignoraret. Vt Mariæ verbis maior fides adhiberetur, & omnis mentiendi suspitio tolleretur, Sponso confirmante. Videretur enim mentiri innupta

prægnans,

prægnans, nec crederetur ei asserenti se virginem. Vt matrimonium commendaret propter
9. hæreticos damnaturos. Plura in Panegyrico.

Cur Ioseph de domo Dauid dicitur, & non potius Mariæ. Lytan.

Viro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid.] Cur non dixit: Missus est ad Virginem, cui nomen Maria, de domo Dauid: sed ad desponsatam viro cui nomē, Ioseph de domo Dauid? Nā si Iesus Dauid filius sine Patre è Virgine exortus, debebat exprimi propinquitas cū Dauide ex Deiparâ, nō ex Iosepho. Respōdeo cū Lytano. *Mulieres in hereditate paternâ succedentes, non poterant contrahere matrimonium nisi cum viris eiusdem tribus; ne fieret confusio sortium. Et cùm Maria fuerit vnica filia Ioachim, cui successit in hæreditate, sequitur, quòd ipsa, & Ioseph fuerunt de eadem tribu & familia Dauid. Et Euangelista nominando Ioseph de domo Dauid, consequenter dat intelligere, quod eius sponsa*
10. *erat de domo Dauid.*

Quare Dauidis facta memoria?

Porrò Hugo Card. tres mysticas adiicit rationes, cur Dauidis memoria adhibeatur. *Vt ostendat, quòd Dominus peccatores non respuit, sed recipit pœnitentes. Vt ostendat, quòd promissio cuilibet est implenda; displicet enim Deo stulta promissio. Vt ostendat Maria nobilitatem non carnis, sed magis animi; Maria enim hæres fuit humilitatis Dauid. Dicente enim Dauid: Vermis sum, dicit Maria: Ecce ancilla Domini.* Quæ argumenta tu assumes illustranda.

Et nomen Virginis Maria.] Tria nomina tetragrammata apud Hebræos, siue quadriliter mysteriis plenissima. Primum nomen Dei ineffabile *Iehouah*, quod quidem Deo solum tribuitur per essentiam. Secundum Seruātoris nomen *Iesuah*, quod est ineffabilis nominis compendium. Tertium denique nomen *Maria* constans quatuot literis *mem, res, iod, mem.* Hebraïcè *Miriam*, Chaldaicè, & Syriacè *Mariam*. Græcè *Marias*. Hoc quidem nomen quodammodo Angelis, ac hominibus ineffabile. De cuius significationibus consulendus liber primus. Tertiū propterea Panegyrico plura. 11.

Maria nomē quodammodo ineffabile.

IN MARIÆ ANNVNTIATIONEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS

Circa literam.

Ex Nuncio ad Virginem.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Missus est Angelus Gabriel à Deo.

Præscribit Deus Angelo quidquid Mariæ prolocuturus est, à Deo solo dignè laudandæ.

Innuo Concionatores terrenis affectibus exuendos, ad Diuorum magnalia celebranda.



12. DEO Angelus immittitur præscribente quidem quidquid ille profari Virgini deberet, Chrysostomo adnotante apud Metaph. *Gabriel huiusmodi à Deo mandatum accepit. Vade ad animatam Ciuitatem, de quâ loquitur Propheta: Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei. Vade ad paradisum rationé præditum; ad habitaculum meæ Verbi ... ignis: loquere in auribus arca mea, vt paret mihi ... ingressum. Templum illud diuinum modestè adi. Prima tua vox illi gaudium afferat, dic: Aue gratia plena, &c.* Maria equidem Angelicâ ac humanâ laude maior, à solo Deo dignè laudari potest; ideò Angelo dictat, quidquid ille de Virgine proloqui deberet.

Chrysost.

13. Accessurus Moyses ad rubum, quo, authore Hugone Caren. fœcunda Mariæ virginitas exprimebatur, audiuit. *Solue calceamentum de pedibus tuis*. Exod. 3. Ad aspiciendam Virginem te expoliari cura humanitate: quid ad loquendum de Maria? Præscripsit Moysi Dominus quidquid ad populi liberationē Pharaoni fuisset loquuturus, nec audebat ore exprimere legationem. Audebitne homo sine præscriptione Dei Deiparæ laudes decantare? Basilius Seleu. Orat. de Annunc. Incarnationis sermonem expressurus in Virginis commendationem, inquit. *Ego verò tanto illo cælestis luminis præsidio destituor, quippe qui anima pedes, vt diuinus Moyses.* (*Diuinus* inquam, id est humanitatis calceamento mysticè expoliatus) *excalceatos ostendere non queam. Certe Moyses mortalium omnium mitissimus veréque magnus, cùm diuina vocatione mitteretur, vt populum Pharaonis seruitute pressum in libertatem assereret, prolixe istiusmodi legationem detrectauit. Quanto ergo mitius ego, qui Deipara Virginis laudes depromere habeo, formidare debeo?* Nisi ergo calceamenta humanitatis dimittas vt diuinus, Moysis instar, reddaris, haud audeas laudes Virginis peruulgare.

Quasi diuinus redditur Moyses laturus de Virgine. Exod. 3.

Basil.

Conāti Prophetæ Virginis laudes celebrare. Isaias, *Ecce Virgo concipiet.* Cap. 7. Daniel, *Donec abscissus est lapis de monte.* Cap. 2. Dauid, *Descēdet sicut pluuia in vellus.* Psal. 71. Dignè-ne Virginem illi laudauêre? Minimè, donec Filius ipse celebrandam assumpsit. Basilius citat. postquam in medium adduxit Prophetarum carmina, concludit. *Quæ lingua adeò est diserta, quæ Virginem pro dignitate decantare queat? E quibus laudum floribus promeritam coronam illi texemus?* Respondet, *Ex ipsâ flos Iesse.* 14.

Prophetæ non congruè laudauere donec Deus suscepit laudandam. Isa. 9. Dan. 2. Psal. 71. Basil.

Iesse. Ac si diceret; Nisi flos ipse Iesse Christus sit Mariæ commendatio, nisi diadema, frustrà creata vox curabit Virginem celebrare.

15. *Spiritus Sanctus solus digne Mariam commendat.* Psal. 74. Valent. Basil.

Dauid profitetur: *Te decet hymnus Deus in Sion.* Ps. 74. Iacobus de Valen. Sion asserit Virginem apud cœnaculum Apostolis stipatam, Spiritûs Sancti linguis fulgurantibus. Si laudandus Deus è Virginis præconiis, Spiritûs Sancti lingua personet, tacentibus hominibus, Angelis obmutescentibus. Basil. vbi suprà. Virginem laudaturi, *instituimus Angelorum choros, eorumdémque ductores* (vt & Gabriel excludatur, nisi à Deo verba accipiat) *Cherubim puritatem, Seraphim agilitatem* (ne nobis sufficere videatur carbo de altari ignitus) *Omnem denique aliam, si quâ his superior existat, creaturam procul a tergo relinquere, nullâque prorsus in linguâ creatâ cursum figere.* Solus Creator Creatoris parentem dignè commendabit. Edisce, quàm debeat Concionator affectibus exui mundialibus, vt Diuorum laudes celebrare queat.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Missus est Angelus Gabriel à Deo.

Principi Gabrieli apposite Incarnationis committitur arcanum.

Edocemur regiam esse secreti obseruationem.

15: Chrys.

DEus Gabrieli: *Placet* (eum Chrysostomo loquor apud Metaph.) *vt Virtutes omnes, quæ in cælo sunt, mysterium hoc lateat, & tibi soli sit manifestum.* Cur autem vt cunctos lateret secretum, specialiter Gabrieli committitur? Quia supremus Dux Angelorum authore Damasceno apud Celestin. hom. 4. sup. *Missus. Clamemus cum Gabriele, qui primum locum obtinet inter Angelos.* Rex itaque Angelorum Principi Spirituum in cælis, Reginæque Mariæ apud terricolas suum committit arcanum. Eos etenim præcipuè decet arcanorum custodia, qui Regiâ præfulgent dignitate.

Damasc.

17. *Regina Maria custodit arcanum. Regia secreti obseruatio.* Psal. 118. Matt. 13. Luc. 2. Ambros.

Regia illa vox: *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* Ps. 118. Quid mirum, Regem custodire secretum, si Regnum cælorum secreto obseruato comparatur? *Simile est Regnum cælorum thesauro abscondito in agro.* Matt. 13. Ager quidem Regina Maria, quæ Regem cælestem imitata custodiebat arcanum. *Conseruabat omnia verba hæc.* Luc. 2. Pulchrè Ambrosius ad Psal. 118 *Vitium est secreta vulgare, quod fit adulatione, vel auaritiâ.* Quid minus augustum adulatore, & auaro? *Propter quod Dominus comparat Regnum thesauro abscondito. Hic est thesaurus quem abscondit homo in corde suo. Sicut Maria conseruabat omnia verba hæc.*

18. *Rex Gabriel aptissimus ad secreti custodiam.*

Quàm aptè Gabrieli Principi commendatur arcanum obseruandum, scilicet ab ipso, quia maior reliquis. *Missus est Angelus ad Virginem desponsatam.* Vt ex coniugio mysterium Incarnationis diabolo celaretur. Ignatius apud Orig. hom. 6. in Luc. *Principem sæculi huius latuit Virginitas Mariæ, latuit propter Ioseph, latuit propter Nuptias.* Obiicit Origenes: *Quâ ratione, quod Principem latuit, dæmonum subditum non latuit, fatentem: Venisti antè tempus torquere nos. Scimus te, quia sis Filius Dei?* Respondet: *Minor in malitiâ nouit Saluatorem. Qui verò maior est in scelere, ex eo ipso quod maior est, impeditur nôsse Filium Dei.* Subditi dæmones callent arcanum; Lucifer Princeps ideò non callet, quia Rex. Quare? Non se continebit quin euulget, quia rebus ob peccatum omninò inuersis, qui consistens in gratiâ, eo ipso quòd maior est, aptissimus est ad secretum custodiendum; idem è gratiâ excidens, eo ipso quòd maior est, omnium est ineptissimus ad arcani obseruationem. Vnde inferioribus iam potiùs quàm Principi reseratur. Aptissimus igitur ad secreti custodiam Gabriel sanctissimus Angelorum Imperator.

Diabolus Princeps ineptissimus. Ignat. Orige.

19. *Regio Iosepho arcanum committitur.*

Oportuit Iosepho sponso reuelari secretum? Angelus ad eius reuocat memoriam ex Rege Dauide progeniem, vt agnoscat quàm ex Regio sanguine debeat Regis arcanum custodire. *Ioseph fili Dauid, noli timere, accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.* Matt. 1. Ad quæ Imperfectus: *Filium Dauid eum nominans, voluit eum adducere in memoriam promissionis Dei ad Dauid, vt de semine eius Christus nasceretur.* Certè non oportebat circumloquutione exprimi, quod mox tàm patenter erat annunciandum. Faciliùs Gabriel: Te Regis stirpe satum recordare, & hoc arcanum mihi Principi soli commendatum, Reginæ Mariæ commissum more Regio custodi. Quàm vulgaris arcanorum euulgator ostenditur!

Matt. 1. Imperf.

Vulgaris arcanorum reserator.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

Missus est Angelus ad Virginem.

Gabriel Dei fortitudo Mariam fulcit, vt Deum valeat sustinere.

Innuo Deum spirituali exædificationi adhibendum, ne pondere corruat beneficiorum.

CVr Angelus, & non potiùs hominum aliquis immittitur? *An vt homo casibus eisdem, quibus delapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam?* Sic Chrysologus ser. 141. Certè vt suspectas esse hominum ad virgines immissiones ostenderetur. Quare autem Gabriel? Beda Quia *dicitur fortitudo Dei.* Mariane arboris fructus tota Deitatis gloria. Igitur Dei fortitudine roboretur, ne pondere humana corruat infirmitas. Vnde

20. Chrysol. Beda.

Hieron. Hieronymus, *Gabriel significat: Confortauit me Deus, aut Fortitudo mea Deus.* Chrysologus autem citat. *Audisti fragilem nostræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam Angelicâ exortatione roborari.*

21. *Scala Mariæ Angelico fulcro innititur.* *Gen. 28.* *Proclus.* Scala illa Iacob Deum excipiens Deipara est Ruperto, ad quam Angelus descendens immittitur. Gen. 28. Alcasar ad cap. 1. Apoc. existimat Deum sub hominis specie inferius scalam fulcire, ne tanto Dei pondere corruat. Proclus ait apud Synod. Ephes. cap. 7. tom. 6. Conc. *Item Gabriel sonat, quod Deus homo.* An incongruè asseruero Gabrielem sub specie Dei hominis Marianam scalam fulcire, ne tanto Deitatis excipiendæ pondere corruere cogatur?

22. *Non arguitur Mariæ infirmitas, sed mysterij pondus.* *Luc. 22.* *Chris.* Num huiusmodi fulcrum connotat Mariæ infirmitatem? Minimè planè. sed fructus pondus immensum videtur innuere. Audisti Angelum ad Christum exorantem immissum, vt eum confortaret? Fragilitatem-ne Dei Filij arguit, an potiùs salutis humanæ pondus indicat? Sic Angeli Mariam fulcientis aduentū contemplare. Chrysologus, *Sicut Christus interdum per Angelum confortari voluit, sic decuit Virginem.*

23. *Mariana Virga radice Deus fulcit, vt Deum sustinere possit.* *Isa. 11.* *Ambros.* Præfator Isaias: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* cap. 11 flos Christus de radice exoritur in Virgæ aut Virginis summitate cōspiciēdus? Profectò in medio arboris, seu vtero Mariæ commoraturus Deus, aptè ipse apud radicem arboris seu virgæ ostēditur, vt sicut Deus suffulciebat scalā, ne onusta Deo corrueret: sic Deus ipse virgā fulciat, ne Dei commoraturi in vtero pondere corruat. Ambrosius de Inst. Virg c. 9. *Flos à radice ascendet? Non cauata est Virga sed solida. Virga es ò Virgo, non inanitus, non flectaris, cùm in te flos radicis ascendat.* Personam igitur Dei gerens Gabriel *Dei fortitudo* radici Virgæ fulcrum adhibet, vt minimè flectatur Diuino pondere excipiendo. Deus à te tibi fulcrum est adhibendus cum crescit exædificatio virtutum, ne sine fulciente Deo miserè corruere cogaris.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba:

Missus est Angelus ad Virginem.

Ad Virginem humanæ salutis perficiendæ anxiam lætus Angelus aduentauit.

Edocemur custodum Angelorum sollicitudinem circa salutem nostram venerari.

24. *Chrysost.* NGELVS ad Mariam immittitur? Ergo de hominum salute agendum. Chrysostomus apud Metaph. *Rursus lætitiæ nuncii, rursus libertatis indicia, rursus à seruitute liberatio; quia Angelus cum Virgine loquitur.* Maria enim & Angeli mirum in modum circa humanam salutem afficiuntur.

25. *Angelus Mariæ dedit, vt incarnatio salutem hominibus perficiatur.* Oraos Virgo ab Angelo inuenitur, cum qua Iacobi filia Dei fortitudo singulare init certamen. Concedit Angelus victoriam, Vnigenitus Dei claustro includitur pectoris. Clamabat Archangelus: *Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Deum* Cōtrà Deum instar Iacobi, præuales, potiris victoriā. Angelus vices potētiæ Dei exerens cedit Mariæ? De affectu Angelico vltrò submittitur, vt hominū saluti consulatur. Theodoretus q. 91. in Gen. *Præualuisti contra Deū, ne timeas, cum ego tibi victoriā cōcesserim. Per hæc docemur,* (adiicit) *quòd vnigenitus Deus apparuit.* Per quæ? Quia Angelus apparuit, quia certamē Angelus iniuit, quia Angelus cedens concessit Iacobo, Virgini scilicet Iacobeæ victoriam. Quando non hominibus salutaris Angeli immissio. Profectò vulnus fœmoris Iacob è virgine orituum Dominum præsignauit. *Theod.*

26. *Angelus non laborat vt redimat, sed vt redemptio hominū perfici possit.* Haud angeli labor hominē redimere Christi vnius opus. At omnē suā impēdit redemptionis executioni industriā. Adest Gabriel Virgini nuncius, Iosephū monet, ne Herodis gladio Infans vulneraretur Angelus allicit pastores, & Magos ad cunabula. Non laborat, vt redimat, sed laborat vt à Dei Filio homines redimantur. Haud carne in vtero virginali induitur, sed adest custos Verbo incarnato, vt opus tantum detur perfectioni. *Venter tuus,* inquit sponsus, *aceruus tritici vallatus lilijs.* Cant. 8. Christo Maria fœcundatur pane; quænam lilia? Dominum audio fantem: *Considerate lilia agri, quomodo non laborant.* Luc. 12. Vbi Ambrosius, *Non alienum videtur, vt per lilia Angelorū cælestium gloriam putemus, qui verè Mundi istius flores sunt.* Hi *non laborant,* quia solus Dominicus labor nostræ saluti impenditur. At custodes cælesti frumento, ex quo hominū vita, sollicitè adnitūtur. *Nulla sollicitudine praditi, nullo vsu laboris exercitij diuinæ huius liberalitatis gratiam seruant.* A Virgine igitur proferente panem, ab Angelo custodiente quid nisi vita hominum resultaret? *Cant. 8.* *Luc. 12.* *Ambros.*

27. *Sollicitus Gabriel circa natalitium eius, qui typū gerebat Saluatoris.* Angelus Samsonis matri conceptū annūciauit. Quare? Pulchrè respondet Hugo Vict. lib. 4. in Iud. cap. 16 *Per Angelum nunciata est natiuitas Samsonis, quia per Angelum nūnciata est natiuitas Saluatoris. Samson leonem interfecit, Christus diabolum occidit. Samson de faucibus leonis extraxit fauum, & Christus de faucibus diaboli genus humanum.* Si Samson typū nostræ redemptionis erat actorus, quasi cogitur Angelus circa eius natalitiū impendere ministeriū; vt ex sollicitudine erga typū humanæ salutis ostenderet quā sollicitus circa verā hominum liberationem esset aduentaturus. Custodū hinc Angelorū beneficia venerare.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

In ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.

Galilææ

Galilææ aç Nazareth circa elogia Virginis circunstantiæ.

Interim moribus documenta delibo.

28. Bernard. PRæmitto D. Bernardum ser. 1. *Quid sibi voluit Euangelista, tot propria nomina tàm signanter exprimēdo? Noluit nos negligenter audire, quod tàm diligenter studuit enarrare. Nominat Nuncium, Deum, Virginem, Sponsum, ciuitatem ac Regionem propriis designat nominibus.* Ciuitatis ac Regionis indicabo mysteria.

Capvt I.

Maria in Ciuitate habitat, vbi fideles pacis vinculo colligantur.

Vbi Societatis Iesu Congregationes commendo.

29. *In Ciuitate pacificorum locus Mariæ à Domino præparatus.* Hugo.

IN *Ciuitatem* (ait Euangelista) Cur non dixit: *In Vrbem?* Respondet Hugo Cardin. *Ciuitas est collectio hominum sub vno iure, & loco viuentium. Vnde dicitur Ciuitas quasi ciuium vnitas. Rectè ergo in Ciuitate voluit concipi Dominus, quia omnes homines ad vnitatem reducere tendebat, vt vnam faceret Ciuitatem.* Hinc colligit Pater hic, Christi Matri præparatum fuisse à Deo domicilium, quia in illâ Ciuitate Maria requiescit, vbi ciues vnitatis vinculo copulantur *In Ciuitatem ad Virginem.*

30. *Ierosolyma pacifica Ciuitas Mariæ.* Eccli. 24. Hugo.

Et sic (inquit Deipara) *in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea.* Eccli. 24. Ac si diceret: Apud fideles pace colligatos mea commorano. Concludit Cardinalis. *Si in es ciuitas Hierusalem, id est, videns, & inquirens pacem, ipsa Beata Virgo habet in te imperium, & potestatem.*

31. *Habitat Maria in Congregationibus.* Cant. 8. Carthus.

Assimile Epithalamij sententia illa: *Ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens, vinea fuit pacifica in eà qua habet populos.* Cant. 8. Deipara vinea fuit, cuius vites Ciuitates fidelium pace colligatorum. Carthusianus: *Fœcundissima vitis fuit Virgo deputata, & consecrata vero pacifico Christo, qui ex ipsa ortus est. Et vinea ista populos habet omnes sibi subditos.* Mariæ enim potestati & imperio specialissimo populi, seu Ciuitates addicuntur, id est, fideles pace colligati. *Mille tui pacifici. Quos tu pacificasti Deo, ò benignissima Domina, sunt pene innumeri. Quæ habitas in congregationibus religiosis, fac me audire vocem tuam, orationes quas pro fidelibus fundis amorosè percipio.*

32. *Ipso in Ciuitatem pacificorum conuersa, tot ornatur.* Cant. 1. Carth.

Adcò cupit Deipara apud fideles pacificos commorari, vt Ciuitatis ipsa ornetur indumento. *Pulchra es, amica mea, sicut Hierusalem.* Ciuitas hæc pacificos continet, vt ab hostibus tueatur. Vnde adiicitur: *Terribilis vt castrorum acies.* Cant. 1. Vt scilicet tenebrarum Principes à ciuitate pacificorum deterreat. Dionysius ad hæc: *Instar acierum & exercituum metuenda: ò potentissima vniuersitatis pacificorum Regina, Angelos tenebrarum. Tu enim imperialiter reprimis, & coerces aereas potestates ab impugnatione militantis tui populi.*

Congregationum Virginis commendatio. Hinc edisce, quàm gratum Mariæ domicilium congregatio eorum, qui specialissimo obsequio apud Societatis Iesu sacella tantæ Reginæ mancipantur.

Capvt II.

Nazaræus Christus ex virgâ Marianâ flos.

Vbi Humilitatis celsitudo præsentatur.

A Nazareth paruulâ ciuitate *potest aliquid boni exoriri? Nazareth* (inquit Andreas 33.
Ierosol.) *Edem hortum æmulata, ipsius Edem Conditorem sinu suo cōplectitur.* Scio Nazarethæ ciuitatulę meritò potuisse inuidere Paradisum. Ibi lignum vitale, hic author vitæ. Ibi fons aquæ in terram decurrentis; hic salientis in vitam. Ibi terrenus Adam; hic cælestis. Ibi præuaricator; hic reparator. Ibi Eua; hîc Maria. Illa fatua Virgo; hæc prudentissima. Illa superbiens, intemperata, decepta, Mondi consentiens perditioni; hæc humilis, sobria, ab Angelo euangelizata, Mundi saluti præbens assensum. Attamen Paradisi virgam Marianam vnicè contemplor, ex quâ Nazarethæ flos Christus Nazaræus exsurgit, vt ex virgulâ singulari cælestis huiusce Paradisi præstantiam agnoscas.

Maria vt est fragilis virgula, excellentia. Andr. Ierosol.

Matthæum præmitto: *Habitauit in ciuitate Nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per* 34.
Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur. Vbi Hieron. *Omnes Ecclesiastici quærunt, & non inueniunt, vbi cōscriptum est* Vbinam ergo Christus à Prophetis Nazaræus vocitatur? Chrys. Tempore captiuitatis populi nonnulla Prophetarū volumina, siue Hebræorū negligētiâ, siue Ægyptiorū malitiâ, penitùs abolita, in quibus Messias Nazaręus appellabatur. Hier. Sāctus vocatur Christus vno Prophetarū ore. Nazaræus autem sanctum significat. Amplector tamen Angeli Celest. sententiā asserentis apud Isaiam Christū Nazaręum appellari. Nam vbi Latinus Interpres vertit: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Cap. 11. Lectio habet Hebraica: *Et Nazaræus de radice eius crescet.* Matthęus autē Hebraïco Euangelium suum idiomate scripsit, vti Hieron. affirmat: Prophetas verò pro vno Isaia posuit nomen singulari pro plurali, & è contra frequenter in Sacris vsurpato, vt Augustinus lib. 3. de Cons. Cap. 16. adnotauit. Flos igitur è virgâ Mariâ Dei Filius.

Christus Nazaræus vocatur, quia flos virgæ Marianæ. Matt. Hier. Chrys. Hier. Angelus Celest. Isa. 11. Hier. August.

Quid virgulâ fragilius? Ex eo igitur, quod 35.
fragilius, quod minùs celsum apparet in Virgine; eius excellentiam rimabor. D. Innocentius Enco. de Virg.

Maria vt virga quantæ præstantiæ est Dei flore? Innoc.

Virgo Dei genitrix virga est, flos Filius eius. Præsumo pauca loqui de Virgine virgâ. Haud attingam id quod celsius & eleuatius in Deiparâ solet excogitari; ex virgulæ symbolo, fragilis, humilis, demissę, gloriam Virginis annūciabo. Huiusce virgulæ fructus Filius Dei. Ergo inæstabilis virgulæ excellentia. *Mira* (inquit Pater) *Flores summitas, & inattingibilis virgæ preciositas.* Dei Filius virgulæ Marianæ fructus? Ergo *hæc est virga recta, procera, gracilis, flexibilis, frondosa, florigera, fructifera: recta per iustitiam; procera per longanimitatem; gracilis per humilitatem; flexibilis per mansuetudinem; frondosa*

per sanctissimã conuersationẽ; florigera per virginalẽ conceptionẽ; fructifera per partũ vitæ æternæ; recta per fidẽ, erecta per spẽ, procera per charitatem: Si talis *virgula* Maria, qualis Luna, Sol, Mons, cælum, Mare, Mundus, Thronus Cherubicus ostentabitur?

36. Illã pondera particulã: *Et flos de radice*. Non dixit: *ex sũmitate*. Innocẽtius Floris cõmendat gloriã ineffabilẽ. *Est tenuis, tener, lenis, lenis, & pulcher, fragrans, & vtilis. Quid flore isto tenuius, cũ astringitur? quid tenerius, cum atteritur? quid lenius, cum attrectatur? quid speciosius cum aspicitur? quid lenius, cũm portatur? quid fragrãtius, cũm odoratur? quid vtilius, cum effectus attẽditur?* Tãtus Flos nõ ex summitate virgulæ pẽdere, sed ex radice ortum duxisse prædicatur: *Et flos de radice eius ascẽdet*. Ascendẽs Deus ostẽditur cũ apud radicẽ Virginis virgulæ cõmoratur; quia Virga hæc tam ineffabiliter celsa, vt ipsa radix mirũ in modum verticẽ supremum attingat. Humilitatis hinc licet rimari celsitudinem.

De radice tamen Virginis Dominicus flos tamen ascendens obiisse. Innoc.

CAPVT III.

Apud sacram Nazareth Virgo solummodo cum Angelo sermonem instituit.

Vbi de reuerentiâ Marianis exhibendâ Delubris.

37. THeophyl. *Gabriel idem est, quod homo Dei, Maria Domina, Nazareth sanctificatio. In sancto loco* sanctum Virginis cum Angelo colloquium; *vbi enim Deus & Maria ibi nihil impurũ, nihil non sanctũ resonat*. Apud Nazareth, siue apud Deiparæ Templa, aut sacella haud verba insonent nisi cum *homine Dei*, cum coofessario ad conscientiæ expiationem. Væ qui in sacello Mariano ad miscenda impudica colloquia conueniunt.

Apud Mariæ Templa audiatur vox conscientiæ expiationis. Theoph.

38. Scala Iacob, authore Abul. Annunciationis mysterium innuebat, Deo ad Virginem descendente, Angelo denunciante, dum per scalam descendit, Dei in vtero incarnationem. *Quàm terribilis*, clamat Patriarcha, *locus iste! Verè non est hic aliud nisi domus Dei*. Gen. 28. Quare locus terribilis? *Terribilis*, inquit Tostatus, *ideo, quòd non indifferenter sicut ad alia loca, & indeuote accedendum erat ad eum, sed cum magna reuerentia, & timore; ne indigni habeamur accedere ad tam sanctum locum*. Virginis annunciatæ sacella, (Cõgregati ediscite alumni) vbi Angelus cum Virgine miscet de communi salute colloquia, haud sunt impudicis confabulationibus profananda.

Terribilis locus, vbi Deipara commoratur, in congregatorum Virginis oratorium. Gen. 28. Abul.

39. Pueri conueniunt apud sacella Virginis? cælestes insonent laudes incarnationis beneficium Congregationis Annunciatæ nomine expressum, recolentes. *Ex ore infantium Deus, & lactentium perfecisti laudem*. Psal. 8. Vbi Magister sentent. asserit verba illa à Dauide præmissa: *Eleuata est magnificentia tua super cælos*. Virginem præsignare Deum vtero excipientem Annunciationis die. Tunc igitur cum Christi Templo Mariano excipiti apud sacellum Virginis fit memoria, adolescentum vox laudis debet personare. *His* namque *laudationibus* *insistimus* (loquor cum Ambrosio Orat. quæ habetur lib. 5. Epist.) *Templum suum Christus ingreditur, & flagellum prehendit*, vt scilicet è Mariæ sacello ableget prophanatores.

Adolescentes Congregati apud Mariæ sacellũ, laudibus ferre debent Virginem annunciatã. Psalm. 8. Magist. Ambr.

CAPVT IV.

Deipara à Iudæa in Gentilitatem Euangelium adduxit.

Vbi de Hispania fideli ex Mariæ intercessione.

QVare apud Galilææ Vrbem Dominica Annunciatio? Hugo Car. respondet: *In hoc significatur, quod ad Gentes Dominus erat trãsiturus. Galilæa enim transmigratio facta, siue rota interpretatur. Hoc præuidens Dauid dixit: Vox tonitrui tui in rotâ; id est, tua Annunciatio in Galilæa. Vnde ad vocem tonitrui turba data est Maria*. Aptiùs dixeris, vox, seu Annunciatio in Maria, quæ instar rotati ferculi Salomonem pacificum seu pacis legem, factâ transmigratione, ad Gentes aduexit. Nonne è Ierosolyma in Cæsaraugustani hoc ferculum rotatum retendit, vt Hispanis gentibus Iacobi ore Christi fidem peruulgaret? 40.

Maria rotati ferculũ Euangelium ad Gentiles inuehens. Hugo.

En Dei gloriam, siue Euãgelium è Galilæa in Gentilitatem iouchentem Ezechiẽlis currus. *Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris; & aspectus earum, & opera quasi sit rota in medio rotæ*. Eze. 1. Illam particulã pende: *Visio maris*. Aptiùs *visio Mariæ dixeris*. Rota lex vetus in medio rotæ; nam rotatum ferculum Deiparens fidem traxit ad Gentes. Pulchrè Simon de Cassia. *Testamenti veteris rota dum rota erat, multos in Orbe iustos effecit, multósque proscripsit: non tamen iustos Regno cælorum perficere potuit. Addenda erat & rota vaeliore orbe volubilis, cuius volubilitate Regni cælorum promissio certa daretur credentibus. Proinde ad futurorum bonorum præsagium decebat hanc Virginem, in qua tam alta mysteria condebantur, Prouinciam in olere Galilææ.* 41.

Maria currus Ezechielis rotam regni ad Gentiles addecens. Ezechiel. 1. Cassia.

Quàm solicita Virgo, ne Christi sanguis exitialiter super Gentiles profunderetur! *Factæ sunt Nuptiæ in Chana Galilææ, & erat Mater Iesu ibi*. Ioan. 2. Deficiente mero, Virgo petiit à Filio necessitati occurri. Cui Dominus: *Nondum venit hora mea*. Helmessio authore *Galilæa Gentium* ab Isa. c. 9. vocitatur, ibi enim admixti Gẽtiles habitabant. Rupert. autem inouit Mariam postulasse Gentiles Galilææ salutari sanguine potari, aduentante profusionis hora, de qua Ioannes: *Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc Mundo*. Tunc, obediente Domino voci Mulieris, exitialiter profusus sanguis Iudæis, Gentilibus extitit salutaris. 42.

Solicita Virgo, ne sanguis Dominicus exitialiter super Gentiles profunderetur. Ioan. 2. Helmes. Rupert.

Natus in Iudæâ Ioannes in Galilæa occũbit; è contra Dominus ortus in Iudæâ apud Iudęã passus est. Cur non in Galilæâ, vbi Præcursor obiit? existimo, ne exitiali sanguine, quo Iudęi petietant obrui: *Sanguis eius super nos*, Gentiles Galilææ rubricarẽtur, sed salutari postmodum Apostolorũ prædicatione. Hugo Car. appositè. *Nota, quòd Ioannes cõceptus est in Iudæa, & passus in Galilæâ, Christus è cõtrario passus in Iudæâ. Quare? Non voluit Dominus Galilæam, id est, Gentes suo sanguine pollui. Sed missus ad* 43.

Iesus in Galilæa non obiisse, ne sanguine exitialiter Gentes rubricarentur, in petitionem Marianam exaudiendam. Hugo.

Herodem,

Heredem, est reductus ad Iudaeos, vt super ipsos esset, & super filios eorum sanguis eius, sicut ipsi dixerunt. Aduentante igitur horâ Dominus stans promissis, Matris impler desiderium salutari calice potans Gentilitatem. Quid non Deiparæ debeat Hispania?

Observatio VI.

Ad illa verba:

Ad Virginem desponsatam viro.

Virgo Nuptias honorat, sed ampliùs commendat virginitatem.

Vbi ostenditur virginalem, seu cælibem statum coniugali esse præferendum.

44. Cvm Lucas Mariam desponsatam esse fuisset assertutus, prius virginem affirmauit. *Ad virginem desponsatam.* Quare præmisit Virginem? Hugo Card. *Non dicit ad desponsatam virginem, sed ad virginem desponsatam. Virgo enim præmittitur, vt ostendatur virginitas Nuptiis præferenda. Desponsata subiungitur, ne per electionem virginitatis Nuptiæ damnari videantur.*

Hugo.

45. Diuinæ infixum menti cunctos status honorare. E Virgine exortus, illustrat virginalé; à vidua in Templo exceptus, vidualem exornat; ad Nuptias inuitatus, coniugalem commendat, Beda id adnotante; *Bona est* (inquit in præsenti) *castitas coniugalis, melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis. Ad probandam omnium electionem graduum, discernendum tamen meritum singulorum, ex intemerato Mariæ vtero nasci dignatus est; à prophetico vidua Annæ ore mox natus benedicitur; à Nuptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatus, hos præsentiâ suæ virtutis honorat.* Natus itaque à Virgine, vberius virginalem honorauit statum, mysterio autem deseruiit coniugium, vt matrimonium commendasse videretur.

Cùm Christus à Maria statum commendauit, sed specialiter virgineum. Beda.

46. Honoraturus-ne Dominus statum coniugalé Nuptiis adfuit? *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ* Io. c. 2. Vbi Augustinus de verb. Dom serm 4. *Ecce inter cætera Filius Virginis* (imo Virgo) *venit ad Nuptias, qui cùm apud Patrem esset, instituit Nuptias.* Petiit tunc Virgo ex sententiâ Maximi poculi Eucharistici Sacerdotibus præparati prælibari Sacramentum; ex aliis autem non infimæ notæ authoribus efflagitauit Ioannem sponsum diei illius, ad statum allici meliorem nempe ad virginale propositum seruandum, vt Sacerdos effectus Virgo Virginis curâ dignè susciperet. Cui Dominus: *Nondum venit hora.* Pulchrè Augustinus Tract. 9. *Ibi te agnoscam cùm enarrare C[illegible] infirmitas cœperit.* (ibi id est cùm hora venerit, de quâ Ioannes: *Sciens Iesus, quia venit hora eius.* [illegible] *tunc agnouit in Matrem Discipulo.*) Nŭ-

Maria nolente, Ioannes sponsus ad virginalem statum allicitur, vt virgini Virgo valeat commendari.
Ioan. 2.
August.

dum hora de commendandâ Matre Discipulo venit. Cur ergo à Nuptiis ad virgineum statum Ioannes alliciendus? Vt virginitati hærescens nunc, tunc dignè virgini Virgo Mater valeat commendari.

47. A Dauide Dominus vocitatur: *Tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Psal. 18. Non simpliciter vocatur sponsus vt coniugium exornaretur; sed procedens de virginali Mariæ thalamo prædicatur, vt virginalis præferatur status. August. Tract. 8. sic: *Verbum est sponsus & sponsa caro humana, & vtrumque vnus Filius Dei, & idem Filius hominis. Sed illa vterus Virginis thalamus eius virginalis est; vnde processit tanquam sponsus de thalamo.* Non Christum solummodo contempleris sponsum, sed simul thalamum huiusce coniugij virginalem venerare, vt coniugio præferendam virginitatem edocearis. Huius autem tam salutaris documenti Mariam magistram recognosce, quæ virginalem sponso Deo thalamum exhibuit, Nuptias sponsus honorat; sed procedens è thalamo virgineo virginitatem præfert.

Christus sponsus, vt Nuptias honoret, sed de virgineo thalamo, vt virginitatem præferat.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Missus est Angelus ad Virginem.

Mariæ Virginitas digna Deo.

Vbi virginitatem Deitati affinem ostendo.

48. Divvs Anselmus de laud. Virg. cap. 1. *Excitemus,* ait, *mentem nostram, & enitamur, quantùm possumus, vt in celsitudinem tantæ Virginis attendamus.* Tantæ Virginis, non tantæ Mariæ, non tantæ Matris Dei, non tantæ, inquit, Dominæ attendam celsitudinem. Tota hæc gloria Virginitatis est, virginitati Dei Filius traditur. Vnde Lucas immissum Angelum immediatè ad Virginem prædicauit: Missus est Angelus ad Virginé. Si quantùm possumus, enitimur tantæ Virginis celsitudinem attendere, prætermissâ puritate Angelicâ, ad ipsius Deitatis virginitatem auolabimus; quia (teste Nazianzeno) *Prima Trias Virgo.*

Anselm.
Nazianz.

49. Diuinitatis in humanitate latentis facinus ima summis, siue homines Angelis pacis vinculo colligare, fante Paulo: *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.* Eph. 2. Vbi Anselmus, *Christus est pax nostra, qui nos Angelis pacificauit.* O quâ aduersùs homines Angeli terribiles! Testor primogenitos Ægyptiorum ore gladij absumptos, Sodomitas sulphureo igne redactos in cineres; Israëlitas peste, fame, ac gladio miserè contacentes; Angelorum quidem ministerio. At Christus Deitatis potentiâ Angelos hominibus reddidit amicos. Nŭ de præcelsa Mariæ virginitate idem affirmare audebo? Angelus ad Virginem mittitur, ingreditur blandè, dulciter colloquitur, cuncta videntur [illegible] pace redundare. Nónne iratus olim exercitum Dux è virginitatis e nollitui obiectus

Diuinitatem amicam Maria virginitas, homines Angelis pacificauit.
Eph. 2.
Anselm.

Audi D. Basilium Seleuc. Orat. in Annunc. *O Virginitas, propter quam Angeli hominum ministerio delegati, qui genus nostrum dudum antè aduersabantur, iure meritóque exultant. Propter quod à gaudio Gabriel salutationem auspicatur: Aue gratiâ plena, lætum assume vultum; ex te enim commune omnium gaudium.* Si à Deitate Christi Dei & hominis illa pax profecta, quomodo à Virginitate Mariæ prius exorta prædicatur? An quia Virginitas Mariana diuina quodammodo, vnde exorta pax à Virginitate Mariæ, perindeac si à Deitate Filij proferretur? Proh Virginitatis gloria!

50\. *Virginitas Mariæ sinum Patris Virginis æmulatur.* Vim huiusce affinitatis expendo, lapis Christus de Virgine lapide scissus. *Donec abscissus est lapis sine manibus.* Dan. 2. *Sine manibus* quidem humanis, quia diuina potentia requirebat, vt Christus à virgineo thalamo proriperetur. An non diuina potētia ad Verbi ex sinu Patris ad homines eractionem? Ita planè. Certè Virginitas Mariæ sinum Paternum imitatur; quia ad educendum ex ipsâ Christum manus humanę non proficiunt, potentia diuina necessaria est. Pulchrè Ambros. ser. 28. *Sinus erat in Deo Patre Diuinitas, in Mariâ Matre Virginitas; cuius sic tenebatur pulchritudine, sic irretiebatur amore, vt ni sibi Deitas inferret vim, ab illâ exire nequiret.* Quanta adhæsio Dei & Virginitatis Mariæ, dùm diuina vis requiritur ad abscissionem?

Dan. 2.

Ambros.

51\. *Coniugio traditur, ne Deus habeatur.* Tanta equidem, vt ni à Deo coniugio traderetur, ab hominibus vti Deus adoraretur. *Ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph, de domo David.* Cur tot adhibentur circumstantiæ? An vt ex viro sponso virginitas humana, non autem diuina putaretur? D. Athanasius egregiè, Epist. ad Epit. *Gabriel ad eam ipsam legatur, neque simpliciter ad quamuis Virginem, sed Virginem desponsatam viro, vt sponso ostenderet Virginem vere hominem esse.*

Athan.

52\. *Arguit Mariæ virginitas illibatam Dei puritatem.* Quid si virginalis vterus virginitatis diuinæ haud solubile sit argumentum? *Ex vtero antè luciferum genui te.* Psal. 109. Vterum-nè Deus habet? Athanasius disp. Cont. Arri. *Sicut oculos, quia omnia videt; aures, quia omnia audit; manus quia omnia operatur, pedes, quia vbique est: ita vterum, quod de ipso ineffabiliter genuit, accipere debes.* Incorruptibilis-vè Dei vterus? Ita planè. Vnde probas? Quia virgineus vterus Mariæ. *Nec te* (addit) *oportet infideliter opinari, quia etsi de seipso genuit, corrumpi vtique non potuit.* Arguit sic: *Mirabiliter ex Virgine, & incorruptibiliter creditur natus. Ergo ex Patre credendus est incorruptibiliter genitus.*

Psal. 109. Athan.

Vterus Mariæ & sinus Patris quodammodo identificantur. Nec mirum virginei vteri Dei virgineum Mariæ vterum existere argumentum, si quodammodo identificantur. Deifer Patris vterus? Deifer vterus Mariæ, apud quem Deus sine Diuinitatis iacturâ commoratur; imò, à Patris vtero non recedit, quia vterus Mariæ Patris quodammodo vterus est. Basilius Seleuc. Orat. de Annunc. exclamat: *O Deifer venter, in quo peccati chirographum aboiitum est, in quo Deus citra Diuinitatis iacturam homo factus est. Quamuis enim ad nostra natiuitatis conditionem sese demitteret, manebat nihilominus quod antè erat. Maternas vlnas implebat, neque Paternos tamen sinus deserebat.* Hinc Simon de Cas. Mariæ virginitatem spiritualem vocitauit, vt diuinam referret: *Cælestis Virginitas terrestrem Virginitatem alloquitur spiritualis vtramque scilicet spiritus & carnis affatur.* En Deitati affinem virginitatem.

Basil.

Cassia.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Missus est Angelus ad Virginem.

Virginitatis Deiparæ Martyrium.

Ostendo Virginitatem diuturnam gloriam Martyrij æmulari.

54\. *Bernardus Virginitatem Mariæ Martyrio coronat ex Virginis indifferentiâ ad ipsius Virginitatis violationem ex Dei dispositione & præcepto.* BERNARDVM præmitto ser. 4. de Assumpt. *Immobile propositum Virginitatis, quod neque Angelo promittente Deum aliquantulum titubauit.* Attamen postquam, voti emissi obiectionem præsentauit: *quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.* Sese (authore Abbate) indifferentem diuinæ exhibuit voluntati, fata: *Ecce ancilla Domini, &c. Dominus meus* (ait ille ser. 4. sup. Missus) *testis conscientia mea cùm sciat votum esse ancilla sua, non cognoscere virum, qua lege, quo ordine placebit ei, vt fiat istud? Si oportuerit me frangere votum, vt pariam talem Filium, & gaudeo de Filio, & doleo de proposito. Frangere* quidem idem hic, ac votum à Domino solui: *Ecce promptam me expono* (loquor cum Andrea Cret.) *nec quod prohibeat id quidquam est.* Voto vtique libera, si oportuerit, vita committi valeo. Ast *vehementer doleo de proposito.* O meæ puritati vulnus inflictum!

Andreæ Cret.

55\. *Assimilatur Virgo Martyr Martyri Filio Virgini.* Quid mirum doleat Virgo, si huiusmodi indifferentiâ eius virginitas Martyrio affecta est? Iam Martyr virginitas Mariæ Martyri Virgini Filio assimilatur. Gladio Mariæ virginitas percutitur. *Vt Mater summi Virginis* (verbis vtor Guarrici ser. 1. de Annunc.) *& Martyris esset Virgo & Martyr. Candida & rubicunda, quemadmodum Dilectus eius candidus & rubicundus.* Martyr ergo ac Virgo Filius ventrem secutus à Virginitate Martyre prodiuit. O virginitas candida & rubicunda!

Guarric.

56\. *Ebur Virginitatis Mariæ sanguine cingitur.* Oculis obiice Thronum illum à Salomone ex ebore effectum: *Fecit Rex Salomon Thronum de ebore grandem.* 3. Reg. 10. Virginitatem Mariæ Thronum de ebore, Guarricus ait vbi sup. *Mihi mirari modò libet illud tam pretiosum castimonia virginalis ebur, de quo sedem facere sibi delegit, qui sedet super Cherubim. Quàm nitidum ebur illud, quod oculis tanti Regis placuit! Quàm frigidum, quod neque conceptu incaluit! Quàm solidum, quod nec partus violauit.* Addit pulchrè: *Quàm candidum simul & rubicundum!* Et vndenam virginitas Deiparæ purpurascit, nisi ex indifferentiâ circa voti emissi solutionem?

3. Reg. 10. Guarric.

57\. *Alij Virgines ex antiquitate purpurascunt.* Scio ebur ex antiquitate rubescere, nec ignoro iustus virginitatis alumnas ex propositi antiquitate, spiritu cum fragilitate carnis dimicante, vulneribus affici, vnde virginitas antiqua

Maria autem Virginitas ex indifferentia citra voti solutionem. antiqua rubescat. At Mariæ virginitas nullo ab hoste impugnata rubuit planè ex indifferentia à Bernardo præmissa: *Gaudeo de Filio, & doleo de proposito.* Facilis iam sensus illius testimonij: *Nazaræi eius candidiores niue, rubicundiores ebore antiquo* Thre. 4. Iustorum enim virginitas ex diuturna pugna purpurascit: Mariæ autem ex indifferentiâ voti soluendi. *Maria* (adiicit Ignatiensis Abbas) *est ipsâ candidior niue, rubicundior ebore antiquo: cui scilicet incomparabilem castitas candorem, & Martyrium rutilantem, præ antiquis electis noscitur contulisse ruborem. Præ antiquis*, inquit, *electis.* Nam quod in allis virginibus facit antiquitas, in Virgine gessit indifferentia. : *Et doleo de proposito.* Edisce custodiam diuturnam castitatis Martyrij gloriam æmulari.

OBSERVATIO IX.

Ad illa verba:

Missus est Angelus ad Virginem.

Virginitas Mariæ pulchri adolescentis deterretur obiectu.

Innuo Virgines pauore afficiendas in virorum conspectu.

58. COmmune Doctorum placitum, Angelum sub adolescentis pulchri specie apparuisse. Scio Virgini accommodati illud Sapientis eloquium: *Confidit in ea cor viri sui.* Prou. 31. Attamen satiùs Angelus sub specie viri horribilis appareret, ne pelliceret mentem Puellæ ad nuncij amorem, de more fœminarum. Certè ea est Mariæ virginitas, vt nihil ei posset terribilius ad horrorem obiici, quàm adolescentis pulchritudo. Vnde *Turbata est in sermone eius.* Chrysologus serm. 140. *Quid est quòd personam vidit; & turbatur?* Respondet acutè. Imò, quia vidit personam sub adolescentis amabilis specie. *Quia venerat* (ait) *Angelus blandus in specie, in sermone terribilis.* Quid terribilius eloquio illius, qui Deiparæ, in specie blandus apparet?

Prou. 31.

Chrysol.

59. An in conspectu viri appositi vlla fragilis cuiusvis fœminæ fortitudo? Id igitur Mariam deterruit, fugauit, quod alias, fortes licèt, fœminas solet allicere. Gabriel matri Sampsonis conceptum nunciaturus apparuit. *Concipies* (ait) *& paries filium, & ipse incipiet liberare Israel.* Iud. 13. At fœmina accurrens ad maritum, clamauit: *Vir Dei venit ad me, habens vultum Angelicum, terribilis nimis.* Si hæc Gabrielis apparitio Verbi incarnandi liberatoris Annunciationem exprimebat, cur non sub amabilis, sicut posteà Mariæ, viri specie apparuit Sampsonis parenti? Respondet Abulensis: *Ideò dixit, Habens vultum Angelicum, terribilis nimis, id est, valdè venerendus.* Aptiùs Caietanus particulam: *Terribilis, formidandus*, exponit. *Non apparuit* (adiicit) *sub specie viri amabilis, sed timendi, quia mulieri lineas apparebat, nec decebat eam trahere ad sui amorem.* Sub specie ergo viri terribilis fœmina casta deterretur; sub specie amabilis ad amorem nuncij excitari posset. At Deiparæ tanta puritas, vt ex viri amabilis specie deterreatur: nunquàmque magis ab affectus amoris periculo libera, quàm cùm sub pulcherrimi viri sese Angelus ostentauit.

...i fœmi... allici po... ad amo... ex specie ...bilis vi... Maria ...tur.

...13.

A...

Caiet.

60. Olim diabolus sub specie horribilis serpentis fœminam decepturus apparuit. *Sed & serpens erat callidior.* Gen. 3. Quærit Dionysius Cart. *Cur non accessit in specie splendidissimi Angeli, aut hominis?* Soluit sic: *Quia diabolus per violentiam nocere non poterat, ad fraudem se conuertit.* Quinam hic astus? Tota victoriæ spes sita erat in hoc, quod pomi pulchritudo Euã ad præuaricationem alliceret. *Vidit mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectúque delectabile.* Ibid. Laqueis pulchritudinis mulier erat capienda obiecto pomo? Non igitur Diabolus appareat sub amabilis viri specie, ne illecta mulier tali pulchritudine, oculos auertat à pomo, cuius esus spes erat triumphi. Vt genus hominum esu exitiali mortuum resurgat, debet Maria in pulchritudinem mali illius syluarum principis intendere, visu ab Angelo abstracto. An sub specie horribilis serpentis apparebit? Eua quidem alia Maria, quæ sub amabilis viri Angelo obiecto territa confugit ad pomum Mundo salutare. Plus ex pulchritudine turbata Maria, quàm prima mater è serpentis horrore.

Vt Euam deterreret Diabolus, sub horribili specie apparuit; vt turbaret Mariam Angelus sub specie amabili ostentatur.

Gen. 3.

Carth.

OBSERVATIO X.

Ad illa verba:

Missus est Angelus ad Virginem.

Tàm firmum virginale Mariæ propositum, vt eligeret Dei Matrem non esse, si Virginitas posset ex fœtu violari.

Innuo ad virginitatis seu castitatis conseruationem lapideum futurum esse propositum.



61. QVàm firmum puritatis propositum! Si Virginitatis votum solui necessum fuisset, ipsam Virgo electura Dei maternitatem renunciaret. *Vterus meus* (Virginem Andreas Ierosolym. profantem inducit) *genitali semine vacat, nec cultus est. Virum non agnosco, quomodo igitur fiet istud? Num me solam natura matrem sine nuptiis declarabit? An sola ego præter naturam natura incognitam generationem producam?* Cognosces vtique deinceps virum. Absit voto illigatæ; obsecro Angele, ad

Andre Ierosol.

aliam virginem diuertere cures. *Quomodo erit tibi? Cogita, quomodo virga floruit, quomodo aquam petra ediderit; vndenam ipsa fuit grauida? Quomodo ignis arbusta rubi peruaserit, vt tamen non cremaret eum:* Concipies igitur & paries virginitate illæsâ? Ita-ne? *Ecce* igitur *ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* O quàm lapideum virginitatis propositum!

62\. Deliquit-ne Deipara saltem leuiter cum Archaogelo obiecit: *Quomodo fiet istud?* Negatiuè respondeo; quia illigata voto, debebat lapideum propositum expoοere conseruatura puritatem. Virgines decet pertinacia huiusmodi. Obstat Zachariæ supplicium pertinaciter obiicientis Angelo: *Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex.* Luc. 1. Cui Archangelus Gabriel: *Ecce eris tacens.* Quare igitur Maria obiiciens: *Quomodo fiet istud?* non punitur? Quia hoc virginum priuilegium in propositum puritatis custodiam, haud eis vitio dari huiusmodi pertinaciam. Chrysologus, *Maria Virgo miratur de partu Virginis, Zacharias de conceptu disputat coniugali.* Vnde etsi *Maria interrogat, & si qui interrogat dubitat, solus Zacharias velut querulus percussor incurrit.* Sic serm. 141. Cooiugatum dubitare, renuere iniquum; Virginem timere, dubitare, require, (sic dicam) æquum planè.

Decet virgines interrogare, dubitare, nequire.

Luc. 1.

Chrysol.

63\. An aptè Mariæ propositum lapideum appellaui? *Emitte Domine* (ait Isaias) *Agnum dominatorem terræ de petrâ deserti.* Cap. 16. Petra quidem Maria è qua Dominus. Nonne aptiùs de pleno agro flos veniret? Appositè quidem Maria ob virginitatis propositum petra vocitatur. Ex te nascetur *sanctum.* Intacta dum sit virginitas mea, Mater vocaberis Altissimi Si Virgo permansero. Mundo dabis Redemptorem. Vteri clausa Porta. Non aliter assensum exhibebis? Tota sum lapidea. Quid moror Guarricum serm. 2. de Annunc. *Abscinde petram de petra, sanctum, & inuiolabilem sancta, & inuiolabilis proferat virginitas. An non rectè vocatur petra, quæ & in amorem integritatis proposite firma, effectu solida, tota insensibilis erat, & lapidea?*

Lapidea Maria circa puritatis propositum.

Isa. 16.

Guar.

64\. *Fiat mihi,* ait Maria, sed adiecit: *Secundum verbum tuum.* Nec Principem ipsum ad thalamum vteri diuertere permittam, me eligeote, nisi portâ obseratâ ingredientem egredientémque excipiat, quemadmodum verbum tuum sine aurium læsione ad præcordia valet penetrare. *Aperietur* (addit Guarricus) *Domino non virginalis integritas. Quia sicut Ezechiel ait: Porta clausa erit ipsi Principi. Sed aperietur auris; quia videlicet intrabit per aurem Virginis Verbum incarnandum.* Vnde inquit: *Fiat mihi* Verbi ingressus, *secundum Verbum tuum,* id est, quemadmodum tuum verbum meas ad aures peruenit, ipsásque penetrauit. Ediscant Virgines puritatis propositum stabilem decere pertinaciam.

Secundum Angeli verbum fiat, ad illud, quia virginitate salua.

Luc. 1.

Guar.

OBSERVATIO XI.

Ad illa verba:

Missus est Angelus ad Virginem desponsatam.

Curè Virgine desponsata Christus exoritur?

Vbi moribus varia intersero documenta.



HAVD obstante virginitatis voto, Maria matrimonij vinculo illigatur. Plures ad hoc Numine disponente impulere rationes. Supra nonnullas memoraui, nouas adiiciam, plures illustrabo. 65.

CAPVT I.

Desponsatur Maria, vt Matrimonij quodam augusto commodo perfrueretur.

Vbi quam aptum coniugium ad legis obseruationem.

ALbertus Mag. sup. *Missus* q. 38. matrimonio traditam Virginem ait. *Vt matrimonium bonum esse ostendatur.* Vt Domina omnium bonorum illo bono nullo modo priuaretur. Plura innuuntur coniugalis status commoda. Illud autem mihi magis arridet, scilicet aptum esse ad legis accuratam obseruationem, Dilectio proximi, pacis custodia, castimoniæ obseruantia fidelium onus est, quod quidem coniuges comportant, Apostoli monitum obseruantes: *Alter alterius onera portate, & sic implebitis legem Christi.* 66.

Bonum matrimonium, ad obseruationem preceptorum charitatis, & pacis.

Albert.

Coniugali amore ad proximi dilectionem exercentur, ipsi pace colligati familiam pacificant, prurientibúsque carnis motibus sanctum adhibent medicamen.

Aptum equidem coniugium ad legis obseruationem probat matrimonij ac legis natalitiũ pariter celebratum fuisse. Iam inde à Mundi exordio Deus Iudicis, Patris, Custodis sortitus fuerat appellationem; at sponsi Ecclesiæ dic mihi quandonam sortitus est? Quando legem in Sina scribendam tradidit. *Si audieritis,* inquit, *vocem meam, & custodieritis pactum meũ, eritis mihi in peculium de cunctis populis.* Exod. 19. Vbi Vatablus, *Sic vocat Dominus populum suum, cui legem suam tradidit. Hebraicè segula* Quid *segula? Rem significat quandam amatam, & charam.* Lyranus explicat *sponsam.* Eritis mihi in sponsam dilectissimam, si obseruaueritis legem meam. *Licet Ecclesia* (ait Lyra.) *à principio Mundi inceperit, tamen specialiter nomen sponsæ primò in datione legis in monte Sinai accepit, per quam plebs Israel fuit desponsata Deo per fidem.* Lex ergo eum matrimonij nomine pariter incedit, vt innuatur, coniugium conferre ad legis obseruationem. 67.

Desponsationis Spiritualis dies cum die in libri[?] legis collatus.

Exod. 19.

Vatab.

Lyra.

Si nomé cõiugij quid? ipsũ matrimoniũ. Vix Dominus Adamum & Euã coniugij vinculo colligauit, cùm indicit legis obseruationem. *Crescite, & multiplicamini. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam.* Gen. 1. Nulla legi obseruandæ fit memoria, ligno interdicto scientiæ boni & mali, licet vtriusque sigillatim creatio innouatur; 68.

Non bonum erat, hominem esse solum, ad legis obseruantiam.

Gen. 1.

quia

quia coniugium initum non erat, ex quo ad legis obseruationem subleuatio. Cælibi Adamo Deus: *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas; in quacumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Moxque adiicit Textus: *Dixit quoque Deus: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.* Gen. 2. Ac si diceret ex mente Augustini: Si lex obseruanda à Protoplasto, matrimonio tradatur, vt ex bono coniugij ad legis obseruationem excitari valeat. Mulier illicò formatur, Adamo adducitur, Nuptiæ instituuntur, lex indicitur vtrique. Iam enim bonum coniugium conferens quidem ad legis impletionem. Sed ad quid coniugium Dei & Ecclesiæ fuerat initū? Respondeo.

Gen. 2. Aug.

69. Spiritualis coniugij inter Deum & Ecclesiā Canticorum historia (sic iustè vocitarim ex Serlogi mei amantissimi doctissimi planè expositione) seriem scribit. E quonam temporis articulo sumpsit exordium? Opinor, ex egressu Israëlis ab Ægyptiacā seruitute, quādo lex populo indicta; vt natalitium huiusmodi desponsationis & indictionis legis pariter incederent. Lyra ad Exod. 19. *Salomon Spiritu sancto dictante, describendo amorem Dei & Ecclesiæ sub nominibus sponsi & sponsæ, incœpit a tempore egressus de Ægyptiaca seruitute; quia tunc lex fuit data.* Ac si diceret Deus: Difficilis-ne ò plebs, meæ legis obseruatio? Cùm igitur indicitur lex, mea efficeris sponsa, vt ex bono coniugij, me sponso tibi auxilium præstante, facile possis legis implere præscripta.

Cū lex indicitur, coniugium spirituale initur vt auxiliante cælesti sponso Ecclesia facilius legem custodiat. Lyra.

70. Deipara igitur huiusce commodi commēdatrix. *Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & erat Mater Iesu ibi.* Ioan. 2. Vbi Beda, *Si nuptiis debita castitate celebratis culpa inesset, non ad eas Dominus venisset. Bona castitas coniugalis.* Ad quid bona? Bona quidem ad legis onus faciliùs portandum. Vnde qua die Nuptiæ honorantur à Virgine ipsa inuitantibus coniugibus, legis facilem iam indicit obseruationē; *Quodcumque dixerit vobis facite.* Nulla deinceps vobis difficilia, accensis facibus Nuptiarum. Inexcusabile ò coniux dissidium tuum, dum adhibito efficaci medicamine ægrotas.

Deipara sponsis facilem legis custodiā indicit. Ioan. 2. Beda.

Capvt II.

Nubit Deipara, vt Principem fallat mundialem.

Virorum ad fœminarum domos ingressus taxantur.

71. NVptiam Virginem existimat Ambrosius. *Vt Virginitas Mariæ falleret Principem Mundi, qui cum desponsatam viro cerneret, partum non posset habere suspectum.* Adest Ioseph Mariæ domui? Ergo ipsi tribuenda vel à vigilanti Diabolo grauidatio. Taxentur frequentes virorum ad fœminarum habitacula ingressus, si sola Iosephi præsentia illum fecit apud Diaboli astutiam huiusce grauidationis authorem.

... ... , quia ... Virginis ... Ambr.

72. Profectò postquam tempus aduenerauit, quo & Dæmonibus cunctis, & hominibus reuelari conueniebat arcanum, apertè apparuit nec Angelo, nec viro conceptionem illam, ac partum tribuendum. Probo Angelo nullatenus tribui potuisse. Postquam Virgo exhibuit assensum. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Textus adiicit. *Et discessit ab illa Angelus.* Luc. 1. Beda, *scilicet accepto Virginis consensu.* Cur obsecro Archangelus à Conceptionis Mariæ instanti ei assiduus comes & custos, tunc recessit, cùm Incarnationis mysterium peragi deberet? Recessit planè (inter alias causas) ne opus illud Angelo tribueretur. Athanasius hom. de Deip. *Ob hoc significat Euangelista Angelum ab ea digressum esse, ne occasionem relinqueret dicere volentibus, eum ipsum Angelum, incolam, aut verbum, quod ille insonuit, Christi hominis naturam condidisse.* Incola Angelus, quando Virgo concepit? Ergo ille Dominicæ humanitatis author haberetur. *Discessit itaque iustè Angelus ab ea.*

Angelo non poterat tribui opus incarnationis, quia recessit à Maria. Luc. 1. Beda. Athanas.

73. Iam ostendo nec homini vllo tribui potuisse post arcanum reseratum, expressumque Incarnationis tempus. Præmitto Imperfectum Incarnationis... fantem hom. 1. *Quando gesta sunt, quæ refert Lucas (Mense scilicet sexto) Ioseph absens erat. Nec enim conueniens est, puta e præsente Iosepho, introisse Angelum ad Mariam, & dixisse, quæ dixit; & Mariam respondisse, quæcumque respondit.* Quare autem conueniens non fuit, præsente Iosepho Mariam respondisse, assensumque tribuisse, si paulo post ab Angelo fit de mysterio Incarnationis certior? Quia Iosepho præsenti tunc ab ignorantibus fortasse incarnationis opus tribueretur.

Nec homini, quia Ioseph absens tunc erat. Imperf.

74. Recedente igitur Angelo, Iosepho absente, solus sanctus adsit Spiritus, vt Soli incolæ ipsi incarnationis opus tribuatur. *Spiritus sanctus superueniet in te* Luc. 1. Pulchrè Athanasius citatus: *Abscedente Angelo* (adde Iosepho absente) *superuenit in Virginem Spiritus sanctus, atque ita postmodum consummatus est salutaris ille conceptus.* Postmodum, inquam, id est, post Angeli & hominis discessum, vt Incarnationis opus non creaturæ incolæ, sed soli tribueretur etiam incolæ specialissimè Creatori.

Sibi præsenti Spiritui sancto tribuendum opus. Luc. 1. Athan.

Capvt III.

Maria vxor à Ioseph ducitur, vt Virginitas humilitati agglutinaretur.

Castitatis namque munimen humilitas.

ALbertus Magnus. Nupsit Maria, *vt humilitas virginitati coniungeretur.* Elata-ne Deipara virginitatis gloriā? Minimè vero. Attamen licèt Mariæ puritas nullis fuisset superbiæ fluctibus agitanda, tam eleuata conspicitur, vt nisi coniugio quodammodo (sic liceat fari) humiliaretur, ab hominibus fortasse Numen haberetur adorandū. Hic refero D. Athanasij Epist. ad epit. sententiam: *Gabriel ad eam ipsam legatur, neque simpliciter ad quamuis Virginem, sed Virginem desponsatam viro, vt Sponso ostenderet, Mariam verè hominem esse.* 75.

Humilitas virginitati coniungenda. Albert. Athan.

Quàm aptum sit coniugium ad ablegandā à virginitate superbiam Abimelech ostendit Saræ 76.

Aptum con...

ngium ad necessar om humilitatem virginitati adhibendam, Gen. 20.

Saræ profatus: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum, & quocumque perrexeris memento te deprehensam.* Gen. 20. Virginitatem proculdubio simulârat fœmina, dùm se Abrahæ prædicat sororem, Adhibe, ô Sara pulcherrima, velamen simulatæ virginitati; sciunt omnes te velatam seu coniugatam vt virginalis puritas, quam soror habita Abrahæ, non vxor, simulare intendis, coniugij humilietur insigni, securiori vtique victoriâ. Haud ista simulata puritas virginea superbiat, sed nuptiarum humilitate submittatur, vt Reges aduersarij debellentur. Ad banc mentem allicio Rupertum: *Quocumque perrexeris, frustrà tali nomine oculos tuos velabis, dicendo quod frater sit virginis; nec enim poteris latere, quod vxor eius sis*, ob velum scilicet nuptiarum insigne, Quo fructu? *Deo pro te corripiente Reges.* Puritas enim ex humilitate ad pugnam equidem valentior insurgit.

Rupert.

77\. Tanta-ne matrimonij vis ad humiliandam Virginitatis gloriam? Tanta quidem, vt vel sola præsentia in nuptiis virgineam Deitatem quodammodo humiliaret. *Vocatus est autem Iesus, & Discipuli eius ad nuptias.* Ioann 2. Quare Filius Dei nuptiis interesse non dedignatur? Augustinus ser. 42. de verb. Dom. *Erubescat homo esse superbus. quoniam factus est humilis Deus: ecce venit ad nuptias.* Beatitudo cælestis expers nuptiarum. *Non nubent, neque nubentur.* Quid Deitas? Si igitur ex nuptiarum humanarum obiectu quodammodo Deitas humiliatur, & quasi humana redditur: quid mirum Mariam ex nuptiis contractis verè hominem apparere? *Vt sponso ostenderetur Mariam* verè hominem esse.

Deitas ex nuptiarum præsentiâ quodammodo humiliatur.
Ioan. 2
August.

Capvt IV.

Maria matrimonio illigatur, vt Iesu Filius sit coniugij sancti præmium.

Filios enim probos coniuges à Deo accipiunt, coniugalis fructum sufferentiæ.

78\. Nvptam ait Ambrosius Virginem, *ne videretur culpam obumbrare voluisse mendatio innupta prægnans; causam autem mentiendi innupta habuit, desponsata non habuit, cum coniugij præmium, & gratia nuptiarum partus sit.* Filius quidem Doctor aptè coniugij præmium appellauit; oneris enim libenter sublati filij sunt compensatio. Vereor ne multi filiis careant; ideò quia à collo matrimonij onera excutiunt. vnde coniugij præmio digni non reperiantur.

Filij præmiū laborum ... earum.
Ambros.

79\. Voco ad quæstionem, an Protoplasti è Paradiso virginitatis gloriam præferentes fuerint deturbati? Respondet Methodius apud Abul. ad cap. 4. Gen. *Virgines primi parentes è Paradiso egressi sunt; deinde anno quindecimo vitæ Adæ natus est Cain.* Quare autem tot annis coniugij fructu caruere. *Erant*, inquit, *dolentes de amissione fælicis vitæ in Paradiso, pro se, & totâ posteritate, coniuges doleant*, sub iugóque gemant, priusquam liberis abundent, qui quidem nuptiarum conferuntur in præmium.

Parentibus primis dati filij in sufferētia præmiū.
Gen. 4.
Abul.

80\. Quid secundæ Euæ viuentium matri Mariæ, Adamóque meliori Iosepho accidit circa Filium à Domino accipiendum: *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens.* Matt. 1. Miror, tàm crudeli vulnere præcordia vtriusque sponsi transverberata. Quærit Imperfectus hom. 1. *Quare non ante conceptionem Virginis Angelus venit ad Ioseph* (vt illum de Filio sibi diuinitùs donando faceret certiorem) *ne cogitaret quæ cogitauit?* Existimo, vt vera Mariæ Maternitas, Iosephi autem paternitatis existimatæ nomen in tribulationis coniugij præmium obueniret. *Anxiatur Ioseph, gemit, dolet* (loquor cum Augustino ser. 14. de Nat.) *cor filium quærit, nec penitùs inuenit*; quia matrimonij oneribus premerentur coniuges, vt Maria vera Iesu mater existeret, Ioseph verus pater haberetur.

Maria, & Ioseph tribulatione coniugij, vt Iesum laboris coniugij accipiant in præmium.
Matt. 1.
Imper.
August.

Capvt V.

In matrimonium datur Virgo, vt modum coniugatos circa deuotionis studium edoceat.

Contra coniuges recedentes à thalamo prætextu deuotionis.

81\. CHrysologus ser. 140. *Peruolat ad Sponsam festinus interpres, vt a Dei Sponsa humana desponsationis arceat & suspendat affectum.* Recepturæ Mariæ Dominum non tollitur omninò, sed suspenditur ille affectus mundissimus quidem, fraternus, ab omni alienus prorsus coniugij voluptate. Cōtra stultas fœminas, quæ quidem orationis studio vacaturæ, aut Synaxi reficiendæ, omninò tolli, non ad tempus suspendi procurant affectum.

Suspenditur affectus Mariæ circa coniugem, non aufertur omninò.
Chrysol.

82\. Primis coniugibus Deus: *Erunt duo in carne vna.* Gen. 2. Quod igitur *Deus coniunxit, homo non separet.* Quandonam autem homo separat quod Deus coniunxit? Respondet Rupertus lib. 2. cap. 35. in Gen. *Homo separat quod coniunxit Deus, cum per odium, vel propter nouam luxuriam, seu pro qualicumque causa diuortium fit.* Fit diuortium pro deuotione captandâ, pro Eucharistiâ recipiendâ, viro aut fœminâ renuente? Homo separat quod Deus coniunxit.

Separat homo quod Deus coniunxit, cùm coniuge renuente coniuge separatur.
Gen. 2.
Ruper.

83\. Obiicit pulchrè Abbas: *Quid si separet ipse qui coniunxit*; Sanctum equidem coniuges separari, quia Deus separans vtrumque, ad se assolet vtrumque allicere, vnde minimè separantur. Adiicit Paret: *Hoc planè legitimum; nec enim separatio vel diuortium est, sed honesta mutatio coniugij, cum causâ Dei discedunt ab inuicem*

Separante Deo vtrerque consentit sponsus.
Ruper.

uicem, vt vacent orationi, casti coniuges amorem spiritus carnali preferentes. Quod vbi concorditer inter vtrumque conuenit per qualemcumque hominem cohortantem adhoc excitati sint, non homo separat, quod Deus coniunxit. Imò quod Deus benè in carne coniunxit, Deus idem (attende) *in spiritu melius coniungit. Et hoc dumtaxat tunc ritè procedit, si vnum propositum, vnaque voluntas in vtroque coniuge sit.*

84. *Non quærat homo solutionem, nisi unà inuentam. 1.Cor. 7. Rupert.*

Confirmat Doctor ex Paulo fante: *Alligatus es vxori? noli quærere solutionem.* 1. Cor. 7. Deus ipse non coniux solutionem quærat; solus enim Deus ad deuotionis exercitamenta allicere potest coniugem eum alterius consensu. *Nisi Deus,* (ait Pater) *quo legem ferente alligatus es, te soluerit, vxoris animum præparando, vt idem habeat votum, & propositum, in solutionem nullatenus inuenire poteris.*

85. *Suspenditur Mariæ affectus, suam Deo sponsã accipiente, non præripiente alienam. Chrysol.*

An suam Deus sponsam à terreno coniuge separauit? Profectò immittens Angelum ab humano sponso affectum curat suspendere, non præripere: suam vberiùs tunc sibi allicit sponsam; sed tamen omnino à terreno coniuge non abstrahit. Apptimè Chrysologus citat. Angelus suspendat affectum, *nec auferat à Ioseph Virginem, sed reddat Christo, cui est in vtero pignorata cum fieret. Christus ergo suã sponsam recipit, non præripit alienam; nec separationem facit, quando sibi suam totam iungit in vno corpore creaturam.* Quid illustrius?

Capvt VI.

Locatur in matrimonium Virgo, vt testis eius adsit pudicitiæ.

Carpuntur viri nimiùm vxorum zelatores.

86. *Ioseph testis puritatis Mariæ. Albert.*

Nubit Deiparens (inquit Albertus Magnus q. 38. supra. *Missus*) *vt testis eius castitatis habeatur.* Maria parentibus orbata iustè traditur sponso, vt eius illibata virginitas, qua fides nostra magna ex parte nititur, testem commendaturum, ac confirmaturum sortiretur. Laboribus manuum virgo sola comparat victum: quis credet sine teste? Deo firmiter hærescit sponso: quis sine teste dignosceret? Detrahentium igitur Maria fugit aciem, dum vigil eius puritati custos adhibetur.

87. *Eadem Mariæ desponsatione ratio, ac dubitationis Thomæ. Bernard.*

Profuit quidem Fidei confirmationi Thomæ dubitatio. Haud dissimilis Iosephi cum Virgine desponsationis vtilitas. Bernard. hom. 2. sup. *Missus* illustrat argumentum. *Illa fuit ratio desponsationis Mariæ, quæ & dubitationis Thomæ. Mos Iudæorum erat, vt à die desponsationis vsque ad tempus Nuptiarum sponsis sponsæ traderentur custodiendæ. Sicut ergo Thomas dubitando, palpando constantissimus factus est Dominicæ confessor resurrectionis: ita Ioseph Mariam sibi desponsando, eiusque conuersationem in tempore custodiæ studiosius comprobando, factus est pudicitiæ fidelissimus testis.*

Non omne coniugij tempus studiosæ comprobationis fit.

Non cadant sine pondere proxima verba: *Eius conuersationem in tempore custodiæ studiosius comprobando.* Omne coniugij tempus custodiæ quidem est, sed non omne tempus studiosæ comprobationis. Recens vir desponsatus obseruet (sine affectatione) actiones sponsæ, num sit amans puritatis; experiatur, (si adsit dubitandi occasio) curiosiùs inquirendo. At, postquam expertus est eam fortem mulierem, confidat in ea *cor viri sui*, nec vlterioris curiositatis series producatur. Quod si postea causæ suspitionis insurgant, hæréscens plerumque primævæ experientiæ, ferat sententiam.

Id Ioseph præstitit. Præteriit custodiæ tempus, adest Nuptiarum celebritatis, grauida apparet coniux. Quid iustus Ioseph? *Ioseph vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.* Mat. 1. Vbi Bernard. quærit: *Quare voluit dimittere eam?* Et respondet. *Propter hoc voluit dimittere eam, propter quod Petrus Dominum à se repellebat, dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Et vndenam tumente vtero, Iosephus sponsus à suspitione adnatâ cadit? Quia memor primævæ custodiæ iam omninò in ea eius cor confidebat. Pulchrè Pater: *Dicebat intra se, a tanta, & tali non debere sibi vltra familiare præstari contuberuium, cuius suprà,* (id est, tempore custodiæ) *mirabilem expauerat dignitatem.* An non cum ad Bethlehemum recens sponsus discessisti, Virgine solâ remanente, potuit illicito vinculo colligari? Minimè; tempore studiosæ custodiæ sanctam comprobaui, fortem inueni: haud credam ex adulterio concepisse, sed de Spiritu sancto virginitate illæsa fœcundatam. 88. *Memor Ioseph virgineæ puritatis in tempore custodia, haud credidit ex adulterio concepisse. Mat. 1. Bernard.*

Capvt VII.

Nupta Virgo, vt vel falsas impudicitiæ suspitiones propulsaret.

Fœminæ edocentur puritatem vel suspitionum leui aurâ vulnerari.

Cvr nupta Deipara? Beda. *Ne vt adultera lapidaretur a Iudæis, malens aliquos de suo ortu, quam de pudore dubitare parentis. Simul* (addit) *& virginibus impudicis tollens occasionem, ne Matrem quoque Saluatoris dicerent falsis suspitionibus infamatã.* Curas virgines haud pudicitiæ amãtes ab adolescentum colloquiis reuocare, obiiciens famæ non bonæ peruulgationem. Respondent: Multa in nos crimina confinguntur. Porrò instantibus nobis, suspitionum causam auferendam, inquiunt? Aliqua etiam in Virginem falsa & inuidiosè ficta comparantur. Minimè planè, quia nuptiæ suspicantium mentes obturauerunt. 89. *Occasio tollitur virginibus falsas suspitiones permittendi sub prætextu Mariæ. Beda.*

Tam indecens, de Virgine homines quidquam minus pudicum suspicari. *Benedictio illius* (ait Iacob) *qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph.* Gen. 49. Quænam rubi benedictio? Planè quòd arderet & non combureretur. Exod. 3. Exprimitur Mariæ virginitas, de quâ egregia loquuntur omnes generationes. An non quia *supra caput Ioseph?* Certè propter mysticum Iosephum Virginis sponsum, caput quidem vxoris nec de puritate leuis suspirio peruolat. *Tolle igitur calceamentum de pedibus tuis.* Lauretus tollendum suspitionis 90. *Benè de Virgine cuncti loquuntur, quia Iosephum caput habebat. Gen. 49. Exod. 3. Lauret.*

nis errorem interpretatur. Qui fœdus nondum cum mentis oculis pepigisti, ne cogitares quidem de Virgine, benedictam eius virginitatem venerare super caput Ioseph; quia coniugium eam à qualibet leuitatis liberat suspitione.

91. *Suspitio contra virginitatem puritatem Mariam vulnerat.* Luc. 2. Del-Rius.

Adhuc Mariæ hostes sublatrant suspitiones aduersùs eius virginitatem peruulgantes? Totidem Deiparês vulneribus sauciatur quot contra puritatem illius peruolant suspitiones. *Tuam* (ait Simeon) *ipsius animam gladius pertransibit, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Luc. 2. Del-Rius noster Flor. Mar. ad Purif. festum, hasce cogitationes hæreticorum suspitiones in Deiparæ puritatem exponit. Antequàm conuenirent coniuges, Virgo grauidatur? Ergo, inquiunt, postea fortasse côuenere. Proh virginitatis illæsæ vulnus horribile! Virgo gladio configitur, cùm in hostium infidelissimorum cadit suspitiones.

Capvt VIII.

Viro associatur Virgo, ne incomitata discedat à domo.

Dedecet enim virgines vagari sine comite.

92. *Fœmina haud incedat sola.* Beda.

ALiam adiicit Beda Marianæ desponsationis causam. *Vt in Ægyptum fugiens, & inde rediens, haberet solatium viri, qui integerrimæ virginitatis custos existeret.* Haud bonum, fœminam (præcipuè virginem) esse, nedum incedere solam:

93. *Dina corrupta quia solitaria egressa est.* Gen 34. Rupert. Abul. Caiet.

Vulgari testimonio haud vulgariter exposito confirmo. *Egressa est Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius.* Gen. 34. Vbi Rupertus, *Dina, quæ interpretatur* Causa, *fœmininum nomen suum sibi corruptionis causa fuit.* In quo Abulensis, *In hoc culpa notatur Dina, quia dicitur: Egressa est* Requiro: Egressa-ne sola, an comitata? Caietanus, *Intellige egressam ex tentorio non solam, sed, vt decebat, comitatam.* Fateor decuisse virginem comitatam incessisse; sed existimo solam egressam. Abulensis, *Iuit Dina* incomitata viro, vel muliere, quod non decebat virginem. En causa corruptionis. *Secundùm nomen suum,* sola pergens, *corruptionis sibi causa fuit.*

Abulen.

94. *Lateri socij hæreant fœminæ.* Gen 2. Thomas.

Olim Deus *tulit vnam de costis Adæ, quæ ædificata est in mulierē.* Gen. 2. Cur è costâ viri fœmina excitata? D. Thomas siue Thomas Anglicus, *Fuit facta de costa lateris, ad designandum speciem communem, & quasi comparem eius.* Addo è latere effectam, vt ab ipsa conditione virgo discat indecens sibi solitariam incedere, E socij latere abstracta Eua miserè deperiit, à serpente decepta.

95. *Comitata Maria serpentem decipit.* Apoc. 12. Mat. 2. Ambros.

Non sic Deipara serpentem decipiens, quia in Ægyptum perrexit comitata. *Draco stetit ante mulierem, vt Filium eius deuoraret, & mulier fugit in solitudinem.* Apoc. 12. Domino profante Angelico ex ore: *Fuge in Ægyptum.* Mat. 2. ad quæ Ambrosius, *Possumus per mulierem in hoc loco Mariam intelligere, Draco stetit ante eam, vt Filium deuoraret; quia in exordio nativitatis Christi eum per Herodem ministrum suum interficere voluit.* Comitata ergo à Iosepho decepit Draconem sese in Ægypti solitudinem recipiens, qui olim absque viro incedentem virginem Euam deceperat.

Magni Alberti pulchra illorum verborum interpretatio: *Surge, & accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Mat. 2. *Nec sit,* inquit, *mentio, quod dicatur: Accipe coniugem tuam.* Ex eo equidem quod coniux est nô indiget socio, sed ex eo quod virgo Mater est. Accipe Matrem Virginem, nec enim decet virgines incomitatas pergere. 96. *Virgo haud incomitata discessura.* Mat. 2. Albert.

Observatio XII.

Ad illa verba:

Et Nomen Virginis Maria.

Nonnulla Nominis Mariæ elogia.

In peccatorum quidem solatium.

QVi lib 1. plura circa Mariæ Nominis præconia, exhibui, pauca in præsenti (ne hæc clausula ieiunaret à laude peccatorû, qui ob Marianum nomen viuunt) interseram, sententiam Magni Alberti confirmans, ad cap. 1. Mat. *Hæc est,* inquit, *Aurora consurgens, & ideo illuminatrix, Hæc est stella orta ex Iacob, & ideo stella maris. Hæc est Regina, quæ astitit in varietate virtutum in vestitu deaurato, splendore Deitatis in eam superuenientis, & ideo Domina Hæc est propitiatorium, super quod propitiatur Dominus, & ideo Amarum Mare.* Singula percurrã. 97. Alber.

Capvt I.

Nomen Maria Illuminatrix.

Vbi quam prompta Deipara ferendo hominibus auxilium.

PRima Nominis *Maria,* significatio. *Illuminatrix. Hæc est Aurora cõsurgẽs* (ait Alber.) *ex quâ ortus est Sol iustitia, & ideo Illuminatrix.* Consurgens equidem, id est, simul nobiscum surgens, vt ipsâ duce homines gradiantur. *Aurora consurgens,* Cant. 7. 98. *Nobiscû Maria consurgit, & graditur.* Cant. 8. Albert.

Collige, nunquam à nobis Maria recedente, præsentissimum egentibus auxilium ministrari Hûc refero difficilem Anselmi de Laud Virg sententiam à me alibi aliter explicatã: *Velocior est aliquando salus, inuocato nomine Mariæ, quam Iesu nomine inuocato.* Quonâmodo salus velocior potest aduentare inuocato nomine creaturæ, quàm Creatoris velocissimi super pennas ventorum, super alas Cherubim volitantis? Vt Sol iustitiæ Iesus oritur se timentibus, pennis vtitur velocissimis, sed è cælo descendit, fenestra quidem reserata, terricolis ostentatur, terra simul aperta ad hominum pulsationem. *Vtinam disrumperes cælos? Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.* 99. *Velocior est salus nomine Mariæ inuocato, quia simul graditur nobiscum.* Ansel.

auiorem. Proh tarditatis inducias! At Maria non tardit, nun eget eius fulgor fenestra, quia *facta est* (authore Fulgentio serm. de Laud. Mar.) *Maria fenestra, quia per ipsam Deus verum fecit seculis lumen.* Terra est Saluatorem germinatura. Apud nos terra, ac fenestra, nunquam Maria ab hominibus separatur, vt semper præsentissimâ salute potiamur.

Fulgent.

100. *Signum magnum*, inquit Ioannes, *apparuit in cælo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius.* Apoc. 12. Ecclesia Sole Christo induta vel mulier hæc, Alcasare authore, cuius vestigia Luna Maria sequitur. Innuitur Christi & Mariæ in Ecclesiam influxus. Christus enim Sol è cælo fulgens fidelium inaurat vestimentum, Maria autem sub pedibus Ecclesiæ conspicitur, siue cum ipsa pariter graditur. Vnde velocior salus Nomine Mariæ inuocato; quia misericordiæ Mater nunquam ab Ecclesia recedit, ei comes inseparabilis hærescit.

Maria Luna semper cum Ecclesia graditur. Apoc. 12. Alcas.

101. Si præsentissimum non adesset vitale spiraculum, sed oporteret à peregrina regione trahi, haud viuere possemus. Splendor Auroræ Mariani scilicet nominis nobiscum commoretur & gradiatur necesse est, quia simul vitæ est spiraculum, fante Sapiente. *Lucerna Domini spiraculum hominis.* Prou. 20. Idiota opportunè lib. Cant. cap. 5. *Lucerna Domini spiraculum hominis. Sic, ô Virgo, dicere tibi possumus: Lucerna Domina, id est, Maria spiraculum hominis; quia peccator per te respirat in spe veniæ, & gratiæ.*

Est præsentissimum vitale spiraculum hominum. Prou. 20. Idiota.

102. Abest-ne ideo à Patriæ beatitudine? Minimè planè, quia Maria lumen gloriæ quodammodo, sine quo Deus beatis non obiicitur. Addit Ioannes: *Et in capite eius corona stellarum.* Apoc. 12. Quæ enim Lunam Mariam militan comitem sortitur fidelissimam, triumphans in cælis eandem Stellam accipit luminis gloriæ loco, donanda beatitudine. Albertus citat. *Quod ad istius nominis pertinet cognitionem. Illuminatrix non vacua significatione Maria interpretatur, quod pertinet ad beatitudinis Sanctorum gloriam. Ipsa enim*, quæ Lunæ comitantis hîc gerit officium, *illuminat Sanctos in gloria.* Ideo à Maria efflagitamus: *Misericordes oculos ad nos conuerte, & Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. Post exilium* quid necessium à Virgine nobis ostendit? Quia Maria quodammodo lumen est gloriæ, sine quo Deus beatis minimè reseratur.

Simul in Patria Maria, nobis comdegens luminare, lumen est gloriæ quodammodo beatis. Apoc. 12. Albert.

Capvt II.

Nomen Maria *Maris stella.*

Nunquam tenebris peccati offusam ostendo Virginem, vt tenebras aptiùs à nobis ablegct.

103. Secunda interpretatio Nominis *Maria, stella maris est.* Albertus. *Hæc est stella orta ex Iacob & ideo Stella maris.* Illam pende particulam. *Stella orta.* Deipara stella clarissima exoritur, nunquam tenebris offusa. Sol fulgens Ioannes, sed non Sol ortus à primo instanti conceptionis. Apostoli luminaria, sed Solis instar, post creationem luce gratiæ donati. Maria autem sicut Christus *natum est Rex, stella est orta. Hæc est stella orta ex Iacob.*

Maria oritur stella, quia à primo instanti splendens. Albert.

104. Iacobea quidem stella memoriæ obiicit si non stellam, ascendentem quidem auroram Mariam, quæ ortæ stellæ gloriam referebat. *Dimitte me*, (inquit Iacob Angelo secum dimicanti) *iam enim ascendit Aurora.* Gen. 32. Quare Maria Auroræ comparatur? Abulensis. *Dicitur Aurora quædam lux aliqualiter rosea, & lutea. Incipit apparere quædam pars lucis quæ primò lutea est: deinde in roseam coloratur; ad vltimum in albentem redditur Sole apparente, & vocatur Aurora.* Proh Mariæ ascendentis lux! Quando vti Adami filia magis lutea, quando plus communi luteo principio hæret, lucidissima ostenditur. *Ascendit Aurora* semper lucens, nunquam obruta tenebris Maria *stella*, & Aurora *orta* ex Iacob.

Maria Aurora ascendit, quia à primo instanti sine tenebris. Gen. 32. Abul.

105. Pondera particulam illam: *Et nomen Virginis.* Vbi Albertus huiusmodi excitat quæstionem: *Quæritur de hoc, quod dicitur*: Et nomen Virginis, *in genitiuo; & superius de Ioseph*: Cui nomen, *per datiuum.* Cur non posuit Euangelista: *Cuius nomen Ioseph*, sicut scripsit: *Nomen Virginis Maria*? Respondet acutè: *Datiuus construitur acquisitiuè; genitiuus verò possessiuè. Et nomen Ioseph ascribitur per datiuum; quia significatio nominis sui sonat augmentum, quod per sponsalia cum beata Virgine est accidentaliter acquisitum. Beata autē Virgo sanctificationem sui nominis non quasi de nouo acquisiuit; sed in hoc etiam orta fuit; semper enim stella maris fuit.* Ac si diceret: Iosepho sanctissimo reliquisque Diuis lux post tenebras, augmentum post imminutionem accessit. At Virginis nomini, imò personæ semper lux gratiæ adhæsit. Est enim Maria *stella orta.*

Semper Mariæ lux gratia adhæsit, aliis Diuis post conceptionem data est. Luc. 1. Albert.

106. Maris aptè stella vocitatur, quia quæ ab omni peccati nebulâ immunis exsurgit, contra æquoreos vitiorum fluctus fulgorem spargit. *Hoc mare magnum*, (ait Dauid) *& spatiosum manibus, illic reptilia, quorum non est numerus.* Psal. 103. Superbia fremit, furit ambitio, insolescit iracundia, carnis feruet illecebra, conscientiæ fœditas ad desperationis cõfusionem adducit. Inuocato autem Mariæ nomine, Maris stella quinque radios contra totidem manus emittit. Hugo Cardin. Luc. 1. *Ad modum stellæ Maria radios ex se profert. In præsenti possumus quinque radios reperire. Humilitas: Ecce ancilla, contra superbiam; Amor solitudinis: ingressus Angelus ad eam, contra ambitionem, popularémque acclamationem; Obedientia: Fiat mihi, contra iracundiam colíam è iugo excutientem; Amor castitatis: Quomodo fiet istud? contra carnis illebras; Erubescentia virginalis: Turbata est; contra desperatæ conscientiæ confusionem. Ipsa itaque est* (loquor cum Bernardo hom. 2. sup. *Missus*) *præclara stella super hoc mare magnum. Si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si iracundiæ, aut carnis illecebrâ, si criminum immanitate, conscientiæ fœditate confusus barathro incipias absorberi, cogita Mariam. Et sic experieris, quàm meritò dictum est: Et nomen Virginis Maria.* Aptè igitur tenebris peccatorum nunquam offusa, nostrorum criminum tenebras valet ablegare.

Stella Maria aduersus peccatorum tenebras. Psal. 10. Hugo. Bernard.

CAPVT III.

Nomen Maria *Domina.* Vbi dominatum misericordiæ, iudicium absolutionis Mariæ ostendo.

107. *Iudiciaria potestas apud Mariam Dominam.* Albert. Psal. 44.

TErtia significatio Mariani nominis *Domina. Hæc est* (adiicit Albertus) *Regina, quæ astitit in varietate virtutum, & ideo Domina.* Respicit Doctor Dauidicum carmen illud: *Astitit Regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumamicta varietate.* Ps. 44. Ad dexteram Filij residet Maria Regina? Iudiciariam quandam in ipsa præeminentiam contemplor.

108. *Circa iudicandi munus vt absoluat, maiorem quodammodo potestatem penes Mariam contemplor.* Marc. 16. Maldon.

Expendo Marci locum; *Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei.* Cap. 16. Vt scilicèt impleretur Dauidis prophetia. *Sede à dextris meis.* Ps. 109. Maldonatus: *Valde, inquit, meus in eam opinionem animus inclinat, vt existimem per dexteram non solum æqualitatem, sed quiddam etiam æqualitate maius significari; non quòd Filius quidquam maius quàm Pater habeat (scio enim omnibus rebus æquales esse) sed quòd maiorem præ se, si officij functionem consideremus, dignitatem ferat, cum ad dexteram, id est, Regali in sede sit, Ecclesiam inde gubernans: donec Pater ponat inimicos eius scabellum pedum eius: sicut in iudicio non habebit quidem re ipsa maiorem quàm Pater honorem, nec maiorem potestatem; sed maiorem tamen præ se feret; quia ipse, non Pater, Iudicis officium exercebit visibiliter: omne enim iudicium Pater dedit Filio.* Ioa. 5. *Cùm tres simul sedent, omnium more gentium, qui honoratissimus est sedet in medio. Cùm autem sedent duo, qui honoratior est sedet ad dexterã. Exẽplum exhibet lib. 2. Reg. cap. 1. Vbi cum Bersabet mater Salomonis Regis eum inuiseret, iussit Salomon ad dexteram suam alium poni thronum, in eoque sedere matrem, vt eam superiorem agnosceret.* Hactenus ille. Sicut igitur sedens ad Patris dexteram Filius quodammodo superior ac honoratior Patre apparet, qui omne iudicium dedit Filio, haud aliter sedens Deipara Regina *à dextris Dei* Filij, instar Bersabee, quodammodo præ se fert circa pium iudicandi munus, celsiorem potestatem. Quia sicut Pater *omne iudicium dedit Filio, quia Filius hominis est*; Filius omnem misericordiam, seu pietatis dispensationem dedit Mariæ, quia Filij Dei & hominis Mater est.

109. *Qui à dextris peccator statuitur, Mariam à dextris Iesu sortitus, saluatur.* Matt. 25. Drogo.

Si à dextris Maria, non mirum Iudicem inclamare iis, qui à dextris sunt: *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum.* Matt. 25. & miserè eos perire, qui à sinistris Christi, vbi haud adest Deipara, collocantur. Vnde Drogo de Sacr. Passi. nos hortatur accedere ad Christum, *à parte dextri latronis*; quia Deipatens *stabat iuxta Crucem* à dextris Iesu. Periit procuIdubio malus latro, qui Iesu ac Mariæ sinistram tenuit, quia sese ad Reginam misericordiæ non recepit.

110. *Cunctas lites componit Deipara.*

A dextris itaque Filij Deipara clamat: *Cum eo eram cuncta componens.* Eccli. 24. Omnes lites componit Deipara lege pietatis. Richard. Victor. sic de Sapientia. *O suauissima lux purgata mentis, quæ semper astas à dextris Dei Regina; nunc & præco ante Regem, nunc & vox ante Verbum, nunc & iustitia coram Deo, mirâ officiorum varietate vestiris. Tu ponderas merita, tu suades optima, tu præmia polliceris.* (Eccli. 24. Richard.) Quæ quidem Mariæ sapientissimæ Sapientiæ symbolo expressæ, cunctas componenti lites, optima Filio suadenti, nostra merita ponderanti, vt iudicium emolliatur, apprimè conueniunt.

111. *Iustitia Mariæ in absoluendo, non in damnando ostenditur.* Incogn.

In vestitu (adiicit) *deaurato, circumdata varietate.* Vbi Incognitus ad Psal. 64. duodecim virtutum varietate, stellis vtique totidem Mariam asserit exornari. Mens Virginis duodecim virtutibus fuit ornata, quæ in quatuor virtutibus Cardinalibus continentur; Prudentia, Fortitudine, Tẽperantia, ac Iustitia. Continet Prudentia memoriam, intellectum, prouidentiam; Temperantia abstinentiam, continẽtiam, modestiã. Fortitudo magnanimitatem, æquanimitatem, longanimitatem. *Iustitia* (addit appositè) *tres alias cõtinet virtutes; reuerentiam respectu superiorum; beneuolẽtiam respectu proximorum; clementiam respectu inferiorum.* An non iustitia seueritate ac pietate conditur? *Dulcis & rectus Dominus.* At iudicium Mariæ totum clementia conditur. Lex clementiæ Reginæ Mariæ. Ingeniosè Hugo Card. Mariæ nomen exponit. *Maria est Domina, quia protegit. Turris fortissima nomen Domini.* Prou. 18. *Dicamus: Nomen Domina, id est, Maria.* Quia protegit Domina, Regina? Et non quia punit? Mariæ Dominatio in hoc nata, vt semper protegat, & misereatur.

CAPVT IV.

Nomen Maria *Mare amarum.* Deiparæ erga miseros compassionem expendo.

112. *Amarum mare est Maria, quia Propitiatorium peccatorum.* Albert. Hugo.

NOminis denique Mariæ quarta significatio, *Mare amarum. Hæc est* (inquit Albertus) *Propitiatorium, super quod propitiatur Dominus peccatoribus, & ideo amarũ mare.* Cùm Mariæ nomen mare amarũ audiebã, in mentem subiit amarum vocitari, quia sitim excitat, fante Hug. Carẽs. *Amarum mare est, quia aqua eius salsa est, & sitim prouocat. Qui bibunt me adhuc sitiunt.* At sententia Alberti difficilis quidem explicatu: *Maria est Propitiatorium, & ideo amarum mare.* Quid amaricanti cum Propitiatorio est Pelago?

113. *Tabula est Maria, & pelagus, ne post naufragium peccatores pereant.* Exo. 25. Lyra.

Recurro ad Exodum: *Faciet Propitiatorium* (Deus inquit Moysi) *de auro mundissimo.* Cap. 25. Quid Propitiatorium? Lyranus. *Hebræi dicunt, quod Propitiatorium erat operculum Arcæ. Aliqui alij Doctores, quod non operculum Arcæ erat; sed Tabella aurea superius eleuata, quasi sedile ipsius Dei. Dicebatur autem Propitiatorium, quia de illo loco audiebantur responsa diuinæ pietatis.* O quàm appositè Propitiatorij seu Tabulæ aureæ typus Deiparæ quadrat, adiuuante Glossa. *Ipsa nãque precibus suis Deum facit nobis propitium.* Quia scilicet Tabula pœnitentiæ post naufragium peccatoribus effecta Maria respõsi pietatis & absolutionis exaudiuntur. Facta amarum pelagus obruendos baratro excipit peccatores ad fælicem portũ adlatura.

114. *Virgo amara ob compassionem.*

Amarũ-ne tunc Mare, an dulce? Dulcis quidẽ *Virgo Maria*; sed ex cõpassione sese præbet amarã. *Non vocetis, ait, me Noemi, seu vocate Maram*, seu Mare amarum. Quare? Quia ego misericordiæ Mater. Propitiatoriũmq; dolentibus cõformari studeo. Mulier illa *cruciabatur vt pareret.*

ritet. Apoc. 12. Quæ ſine dolore Filiũ enixa es, vndenã excruciaris? Peccatores miſeros iterũ parturit atque iterum, profuſis cõpaſſionis lacrymis. Albert. mag. ad c. 1. Mar. *Coronatur Maria ſtellis, quia claritatem virtutis omnium Sãctorũ, vt Princeps & Domina poſſidet; amicitur Sole, vt illuminet; clamat parturiens, vt omnibus in amaritudine cordis clamantibus, ad ſimilem compaſſionis affectum ſe conformet. In Filij cõceptione ſine dolore, antè quam parturiret peperit. Postea verò parturiuit in die vna, & parturiebatur gens ſimul; quia parturiuit, & filios ſuos peperit.*

SECTIO SECVNDA.

Salutatio Angelica.

TEXTVS.

VERS. 28. ET ingreſſus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Archangeli ad Virginem ingreſſione.

1. *Virginem abſconditã indicat Angeli ingreſſus.* Iſa. 7. Hieron.

ET *ingreſſus Angelus ad eam.*] Indicat planè Mariam verè abſcõditam Virginem, de qua Iſa. *Ecce Virgo concipiet* c. 7. Aliter: *Ecce abſcondita.* Hieron. *Ergo alma nõ ſolum puella, vel Virgo, ſed cum epitaſi Virgo abſcondita dicitur, & ſecreta, quæ nunquam virorum patuerit aſpectibus, ſed magna parentum diligentia cuſtodita ſit.*

2. *Hæſitatio, ac ingreſſio Archangeli.* Bernard. Cretenſ.

Ingreſſus itaque Angelus in ſecretũ cubiculũ, *vbi clauſo ſuper ſe oſtio,* (loquor cum Bernardo) *orabat Patrẽ in abſcondito.* De hæſitatione Angeli Virginẽ perturbare timentis, ipſoque demum ingreſſu ſic Andreas Cret. orat. de Annunc. *Gabriel diuina iuſſa faceſſens, ad Virginem deuolauit; cùmque Nazaretha perueniſſet, ad domunculã conſiſtit, & cogitabundus, atque hæſitans, hæc ſecũ ipſe, vt arbitror, voluta bat: Quomodo, quæ mihi à Deo mandata ſunt, committere aggrediar? Celeriter in thalamum introeam, & animum Virginis perturbabo? Fores ne pulſem? Quo pacto, cum id non ſit Angelorũ proprium? Oſtium aperiãt? At mihi vel oſtio clauſo licet ingredi. Tum domum petit, & ad thalamum, in quo Virgo habitabat, accedens, ſenſim ad fores appropinquauit.*

3. *Quid tunc Deipara gerere?* Vincent.

Cuinam tunc exercitamẽto addicta Puella? Placet Vincentij Ferrarien. reſponſio. ſerm. de Annũc. *Quando Angelus intrauit, legebat attentiter, & contemplabatur illud Iſaiæ: Ecce Virgo concipiet, & pariet; dicens intra ſe: Quæ, & qualis erit talis Virgo, quæ digna ſit tanto conceptu, & ſit Mater Dei, ac Regina cæli? Deum enixè rogans, ne guſtaret mortem, donec eam videret & audiret, ac ſibi in quibuſcunque poſſibilibus ſeruiret; flẽdo præ admiratione, & dignitate tantæ Virginis.* Neque id ſine diuinâ effectũ prouidẽtia, vt ipſa Deiparens ſuarũmet excellentiarũ admiratrix exiſteret, vti dignè celebrari quirent.

Num Angelus ſub viri apparuerit formâ? 4.
Affirmo cum Ambr. l. 1. Offic. c. 18. *Hic pudor primus in ipſo cognitionis ingreſſu Domini Matrem commendat legentibus, & tanquam teſtis locuples dignam, quæ ad tale munus eligeretur, adſtruit: quòd in cubiculo, quòd ſola, quòd ſalutata ab Angelo tacet, quòd ad viri dum ſexus ſpeciem peregrinam turbatur aſpectus Virginis.* Spectabilem ergo viri formam Gabriel ex aëre aſſumpſit, confirmante Laurentio Iuſt. ſer. de Annunc. Chryſol. ſer. 140. Hieron. Epiſ. ad Læt. & ad Euſt. Addit Aug. ſer. 14. de Nat. corpus coruſcãs obieciſſe. Simõ de Caſ. *Angelus inſolito lumine ſplẽdẽs à tabernaculo Virginis tenebras abſtulit, & intus irradiauit.* Splendoris causâ Albert. Mag. ſup. *Miſſus*, adhibuit: *Angelus venire debuit in veſte clarâ. Maximus hic ſplendor eam decebat legationem, ex qua totius Orbis ſplendor eſt ortus.*

Sub viri apparuit Angelus indumento fulgenti. Ambr. Laurent. Iuſtin. & alij. Aug. Caſſia. Albert.

Rogas, an Virgo non ſolũ corpus fulgens, ſed pulcherrimã etiã Angeli ſubſtãtiã aſpexerit? Negat D. Th. 1. p. q. 30. a. 3. *Fuiſſet*, inquit, *nobilior apparitio, ſi ipſũ Angelum Virgo intellectuali viſione in ſuâ ſubſtãtia vidiſſet; ſed hoc non patiebatur ſtatus hominis viatoris, quòd Angelũ per eſſentiam videret.* Affirmo tamen cũ Alberto Mag. c. 149. fante: *Fuit in Virgine anima ſua, & ſpirituũ per ſpecies proprias cognitio, quam habuit diſpoſitiuè per naturam, completiuè per gratiam: & ſecundũ hanc, vidit Angelos, & animas.* Author qq. ad Antioch quæ Athan. tribuuntur, q. 12. ait: *Sola ſancta Deipara nudam eſſentiam Gabrielis Archangeli, vt eſt, contemplata eſt.* nobiliorne apparitio fuiſſet, ſi ipſum Angelũ Virgo in ſua ſubſtantiâ vidiſſet? Ergo vidit Angelũ in ſua ſubſtantiâ; quidquid enim non repugnãs nobilius de Virgine prædicatur, lubens ſemper affirmo. Haud difficilis inſurgit obiectio: Quid ergo opus fuit Archangelum corpus aſſumpſiſſe? Conſentaneum rationi fuit, vt Deum carne induendum Angelus humanâ ſpecie aſſumptâ Virgini annunciaret.

5. *Num ſubſtãtiam Angeli viderit.* Thom. Athan.

§. II.

Salutationis expositio.

6. *Noua hæc salutatio.* Orige.

DIxit: *Aue gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Noua prorsus & singularis Salutatio. Origenes hom. 6. in Luc. *Aue gratiâ plena. Vbi in Scripturâ, alibi legerim non recordor, soli Maria hæc Salutatio seruabatur.* Si enim cognouisset Maria (pro Scripturarum scientiâ, quam habebat, Prophetarúmque meditatione) ad alium quempiam similem effectum sermonem, nunquam eam quasi peregrina salutatio terruisset. *O nouum* (exclamat Pet. Dam. ser. 3. de Nat Mar.) *& inauditum Angelicæ salutationis obsequium. Plenam appellat gratiâ, quia ipse in eam descendebat, per quam omni Mundo collata est gratia.* (Damia.)

7. *Tria bona Mariæ indicantur tribus Euæ malis contraria.* Fulgen.

Aue gratiâ plena, Dominus tecum. Tria hic bona Mariæ, tribus Euæ malis contraria, commemorari asserit D. Fulgentius ser. 3. *Tria (inquit) mala Euæ à tribus Mariæ bonis probantur exclusa. Euæ dictum: In dolore paries; ad virum conuersio tua; ipse dominabitur tui. Maria autem è contrario quam præclarissimis tribus bonis sublimetur, ausculta: Salutationis Angelicæ, benedictionis diuinæ, plenitudinis gratiæ. Cùm dixit: Aue. Salutationem illi cælestem exhibuit. Cùm dixit:* Gratiâ plena, *ostendit ex integro iram exclusam primæ sententiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam. Cùm dixit:* Benedicta tu in mulieribus, *virginitatis eius benedictum fructum expressit. Maledicta* (addit) *Eua fuerat, quam nunc credimus per Mariam ad benedictionis gloriam remeasse.*

8. *Quid Aue significat.* Hugo.

Aue, Hebraïcè, *Pax tibi.* Iubet Angelus Mariam gaudere, lætari, non timere, festum agere, bono animo esse. Hugo Cardin. *Aue, id est, sine va, In hoc nomine: Aue, fit nobis Euæ conuersio. Funda nos in pace, mutans Euæ nomen.* Alij, *Aue*, ita dissoluunt, vt *à* sit particola negans: *Ve*, autem vertendum sit in *Væ* interiectionem, nimirùm *sine dolore, sine molestiâ.* Hinc natum illud: *Væ, quia tollis aue.* Habet ista allusio patronos, Thomam in expos. sal. Ang. Bonauent. in spec. lect. 2. Albert Mag. de laud. Virg. (Thom. Bonau. Albert.)

9. *Quid gratiâ plena?* Thom.

Gratiâ plena. Vndénam plena gratiâ Maria vocitatur, si id soli competat Vnigenito à Patre? D. Thomas 3. p. q. 7. a. 10. *Etiam Stephanus plenus dicitur gratiâ. At nec Maria, nec purus homo habuit gratiam in maxima excellentia, qua potest haberi, & in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus. Sed plena gratiâ dicitur Deipara, quia habebat gratiam sufficientem ad statum suum, ad quem erat electa à Deo, vt esset Mater Vnigeniti eius.* Quidam autem gratiæ plenitudinem vocant, quòd in eâ Christus ipse habitaret. Profectò si propterea gratiâ plena appellaretur, quòd, Christo in vtero concepto, plena esset, nec ante conceptionem Verbi gratiâ plena poterat prædicari, nec post partum; quod meritò ab Athanasio refellitur. Alij plenam gratiâ exponunt; quia ad Dei concipiendi carne induti dignitatem erat eleuanda. Bernardus hom. 3. *Legimus in Actis Apost. & Stephanum plenum gratia, & Apostolos fuisse repletos Spiritu Sancto; sed longè dissimiliter à Maria. Alioquin neque in Stephano habitauit plenitudo Diuinitatis corporaliter, quemadmodum in Maria, nec Apostoli conceperunt de Spiritu Sancto, quo modo Maria.* Beda. *Benè gratia plena vocatur, quæ nimirum gratiam, quam nulla alia meruerat, assequitur, vt ipso videlicet gratiæ repleatur Authore.* (Bernard. Beda.)

10. *Authoris mens.*

Existimo Angelum de huiusmodi gratia, nondum quidem collata Puellæ, verba non fecisse, sed de gratia, quæ gratum Deo hominem reddit quam virtutum omnium chorus comitatur. Verbum Græcum est: *Gratum facio, vel gratifico.* Nostra versio: *Malaith tabutha*: id est, *Gratia plena.* Virgo igitur ipsa in se, non ex se, plena erat gratia, qua quidem digna facta est Christum concipere. Scio tamen tàm plena, támque abundanti gratia donandam non fuisse, nisi Dominum fuisset conceptura; in hunc enim vsum illi collata, vt idonea Christi Mater efficeretur. Bonauent. 3. sent. d. 13. q. 3. *Christus plenus fuit plenitudine superabundantiæ, quoniam de eius plenitudine nos omnes accepimus. Virgo plena fuit plenitudine prærogatiuæ; quia scilicet Mater fuit tura Saluatoris. Stephanus, ac reliqui Sancti plenitudine sufficientiæ.* (Bona.)

11. *Quid Dominus tecum?* Iud. 6. Caiet.

Dominus tecum. Hebræis salutandi mos. Angelus Gedeoni: *Dominus tecum virorum fortissime.* Iud. 6. Caietanus putat esse salutationis verba, sed affirmantis illa Deû esse cum Virgine vt fautorê, vt amatorem, vt defensorem, & paulò post vt Filium, recepta fert opinio. An affirmat Angelus Deû iam in Virginis vtero commorari? Difficilius Andr. Cret. Orat. de Annunc. *Non fuit contentus Angelus gaudij signis prodiisse, nisi latitiæ quoque Authorem in vtero Virginis deprædicasset. Hoc enim, quod ait: Dominus tecum, ipsum adesse Regem clarè significat.* Et D. Thomas 3. p. q. 30. a. 4. *In hac salutatione præmisit Angelus idoneitatem Virginis ad conceptum, dicens: Gratia plena. Expressit conceptum in hoc, quod dixit: Dominus tecum.* (Andreas Cret. Thom.)

12. *Expositio Authoris.*

Assero hac particulâ: *Dominus tecum*, non innuisse Angelum aut Christum iam conceptum, quod apertè pugnat cum illis verbis: *Ecce concipies*, aut paulò pòst concipiendum: sed quòd diuinis repleta esset donis, Deóque gratissima. Nec enim dubium verba: *Dominus tecum*, præcedentium fuisse expositionem: *Aue gratia plena.* Non igitur Dominus cum illâ esse dicitur, quòd conceptus iam, aut mox concipiendus: sed quòd iam per illam gratiam qua plena esse dicitur spiritualiter in illa adsit. Annon eodem modo inest in iustis? Quid ergo peculiare in Virgine affirmatur? Quòd omnes Sanctos Maria vicerit gratiæ plenitudine, qua digna efficeretur, vti Christus eius in vtero habitaret. Aug. ser. 18. de Temp. *Dominus tecum, sed plusquam mecum. In me enim licet sit Dominus, meus etipsum creauit Dominus; per te autem genitus est Dominus.* (August.)

13. *Quid Benedicta tu in mulieribus?* Caiet.

Benedicta tu in mulieribus. Caietanus. *Benedicta tu sis.* Asseuerantes rectiùs alij: *Benedicta tu es præ omnibus mulieribus.* Virgo enim fuit præ cunctis non modò fœminis, sed & viris benedicta, ab illa omni maledicto, quod ab Eua in cunctam progeniem dimanauit, ablato. Ildeph. ser. 1. de Assumpt. *Hæc est illa, per quam omnis maledictio sublenata est primorũ parentum, & cælestis benedictio in toto venit Mundo.* Hugo Card. (Ildeph.)

Card. *In mulieribus, id est, supra mulieres; quia omnes aliæ maledictæ fuerunt in matre sua Eua; tu vero sola in mulieribus benedicta.* Particula: *in* idem est, quod *inter*, vt interpretata est Elisabeth: *Benedicta tu inter mulieres.* Luc. 1. Plura in Panegyrico.

IN MARIÆ ANNVNTIATIONEM
PANEGYRIC. MORALIS SECVNDVS
Circa literam.

Ex salutatione Angelica.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Et ingressus Angelus ad eam.

Virgo reclusa domo ab Angelo reperitur.

Contra Virgines hûc illuc diuagantes.

14. Emis. EVSEBIVS Emis. *Ingressus est Angelus ad eam. Non enim in plateis erat, non in publico morabatur, intus erat, in penetralibus sola degebat, nec tamen sola tanto virtutum exercitu circumscripta.* Vulgare hoc argumentum speciali confirmatione roborabo. Et quidem opus fuit Virginem domo inclusam reperiri, cùm vt tantæ sponsæ pudicitiæ consuleretur; tum vt congruenter, ac verè iuberetur ab Angelo salutari.

CAPVT I.

Consultum pudicitiæ sponsæ Mariæ, dum clauso cubiculo addicitur.

15. *Sponsus Mariam laboribus agitandam ad agrũ inuitat, non ad plateas, ne eius fama valuretur.* Cant. 8. VIrgini sponsæ quanta cura, vt apud claustra domus dulcibus Iesu fruatur amplexibus! Eum in platea repertum ad cubiculum curat introduci. *Introducam eum in domum matris meæ, in cubiculum genitricis meæ.* Cant. 8. Nec pudicitiæ aliter sponsæ cousuleretur. An non Sponsus eam ad *vineas*, ad *agrum* inuitat? Ad agrum, ad vineas, ad solitudinẽ cum ad Ægyptum properat Maria inuitatur, vt scilicet persecutionibus laborũ tentaretur; sed minimè ad plateas, ne linguis maledicis virginis pudicitia detur. *Inuenerunt me custodes Ciuitatis, tulerunt pallium meum.* Haud vult sponsus hominũ persecutioni Virginem obiici, sed itineris; ad agrum inuitat, non ad forum aduocat. Hugo Cardin. in præf. ad Cant. *Sponsa semper in domo, vel in lecto, vel in aliquo interiori loco cum sponso manere concupiscit; quod benè mulieribus congruit. Sponsus verò sicut vir ad forinseca vinearum sponsam euocat. Nec est mirum, quia eam crebris persecutionibus vult exerceri.* Persecutioobus inquam, agri, solitudinis, itineris, non ciuitatis, dum egredientis è domo sponsæ sermo à linguis maledicis excitatur. Hugo.

Addit Pater: *Ecclesia enim si fieri posset, in tranquillitate Domino sobolem educare desiderat*: Quàm ineptæ plateæ ad spiritualis fœtus ministeria. Imò quam non aptæ ad Mariæ grauidationem! Si, sponso absente, Maria hûc illûc diuagaretur, non-ne suspirionũ fons scaturiret? Quæritas, cur Virgo fuerit fabro lignario desponsata, & non potiùs pastori, quæ Agnum erat sine macula paritura? Num quia Christus hominum salutem per lignum Crucis erat operaturus? Sic Imperfectus. Ast ego; ne ministerij coniugalis gratia quæ Deum erat paritura, iam ad hortum si agricolæ: iam ad agrum, si pastori nupta, egredi per plateas cogeretur. Idem Imperfectus confirmat fatus: *Ideo Maria desponsata erat fabro lignario, ideo & desponsata, & domus habita; vt desponsatio ipsa fidelis esset, & fornicationis opprobrium à Matre repelleret, & virginitatis gloriam nascituro filio reseruaret. Si enim quia in domo Ioseph peperit, infideles Iudæi dixerunt: Non-ne hic est Iesus filius Ioseph? Quanto magis, si extra domum peperisset, dicturi fuerant: Non-ne hic est Iesus filius meretricis? Nam quemadmodum in ea, quæ in domo viri concipit, intelligitur conceptio maritalis: sic in ea quæ extra domum concipit, est suspecta conceptio.* Extra domum concipit. Id est, assueta extra domum diuagati habens in vtero postea reperitur. Tunc enim linguæ detractorum dinagationibus tribuunt, quod aliàs proculdubio domus maritalis est. 16. *Recluditur Maria (fabro nupta non pastori) domo, ne impudicitia foetus tribueretur.* Hugo. Imperf.

CAPVT II.

Vt Virgo ab Angelo saluere iuberetur, debuit domo recludi.

QVare? Respondet Hugo Carens. *Illi enim, qui foris sunt, id est, in publico, non merentur ab Angelo salutari. Foris perdidit Dina virginitatem, intus manens Virgo accepit ab Angelo salutationem.* Soli ij verâ salutatione donantur, qui apud claustra reperiuntur. 17. *Maria domo manens dobus salutari ab Angelo.* Hugo.

Suspectæ planè forinsecæ salutationes. Dominus Apostolis indicebat: *Neminem per viam salutaueritis.* Quare per viam nullus salutandus? Quia fictè Dina ab adolescenti impudenti salutatur. Iudas Iesum fictè salutari iussit: *Aue Rabbi.* Matth. 26. Iudæi fi- 18. *Suspectæ, seu falsæ forinsecæ plerumque salutationes.*

Mar. 16. Mat. 27. Hugo.

Etè Christum salutatione donarunt: *Aue Rex Iudaeorum.* Matth. 27. Appositè Hugo, *Iudas dixit Domino: Aue Rabbi, non in domo, sed in agro foris. Et similiter Iudai foris dixerunt: Aue Rex Iudaeorum. Dominus autem non foris in publico, sed intus in domo pracipit salutare: Neminem in via salutaueritis. Qui igitur foris sunt, diuina salutationis expertes sunt.* Forinsecæ salutationes, ô fœminæ, frequenter mendaces.

Va in plateis, in domo Aue. Amos 5. Hugo.

19. Mariæ non in plateis commoranti, sed apud domum occlusæ *Aue* dicitur. Amos. *In omnibus*, ait, *plateis planctus, & in cunctis, qua foris sunt, dicetur: Va va.* Cap. 5. Quid *Aue*? *A va* exclusio, id est, gaudium, lætitia, tripudium. Ergo in plateis non *Aue*, sed *va* dicitur, quia apud domus adyta resonat *Aue*. Pulchrè Cardinalis. *Cunctis, qui foris sunt dicetur: Va va; sed Maria in conclaui dicetur: Aue.*

Benedictio Maria apud domum. Gen. 25. Hugo.

20. Quid de Angelica benedictione attexam? *Benedicta tu in mulieribus.* Ioeptè angelo internúcio vagans Maria cælesti benedictione donaretur. *Factus est Esau vir gnarus venandi; Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis*, Gen. 25. Pater Mariæ Iacob domi residens benedictione cælesti muneratur; ille autem è domo recedens benedictione priuatur æternâ. Benedictio enim cælestis claustra quærens fugitat agros, & plateas. Perficit Carensis argumentum. *Esau venator, dum esset foris, Isaac benedictionem amisit. Iacob autem benedictionem recepit, quia domo residebat. Vnde Deipara domo inclusa calestibus benedictionibus cumulatur: Benedicta tu in mulieribus.* Alibi plura.

Observatio II.

Ad illa verba:

Et ingressus Angelus ad eam.

Maria apud domum residens duplici ostio custodiebatur.

Vbi de accuratâ haud vnquam superuacaneâ Virginum custodiâ.

21. Bernard.

PRÆMITTO Bernardum hom. 3. fantem: *Suspicandam non est, quod apertum inuenerit Angelus ostiolum Virginis, cui nimirum in proposito erat hominum fugere frequentias, vitare colloquia. Clauserat etiam illa hora suum super se habitaculum Virgo prudentissima.* Illas pende particulas: *Ostiolum Virginis: Clauserat etiam habitaculum.* Ostiolo domus obsignato etiam cubiculi habitaculum clausum erat; quia nulla virginis custodia superuacanea est.

Marianus hortus duplici clausura additus. Cant. 4. Carthus.

22. Duplici itaque ostio, clauso quidem thesaurus pudicitiæ custodiendus. *Hortus conclusus soror mea, hortus conclusus.* Cant. 4. Cur duplex Mariano horto custodia apponitur? Quia thesaurus florum tantâ eget clausurâ. Dionysius Carthus. *Deliciosissimus hortus Dei est Maria, in qua omnium arborum spiritualium sunt species plantata, in qua lignum sapientia, lignum scientia boni & mali, id est, summa discretio immarcescibiliter floret. Nulli venti, pluuia, flumina vitiorum vnquam potuerunt locum habere, qua signaculo indesinenter clausa, & signata permansit.* Quàm appositè hortus immarcescibiliter florens duplici clausurâ obsignatus obiicitur! *Clausa, & signata.* Nulla thesauro florum custodiendo superuacanea cura.

23. Portò non portam duplicem solùm, sed murum vnum & alterum horto Mariano Theodoretus apposuit. *Hortum, ait, conclusum nominat sponsam Dominus, quod munitus sit, nec insidiis expositus. Neque enim est sicut illa, qua de Ægypto deducta fuit quam vindemiarunt omnes, qui pratergrediuntur viam.* Vndenam à viatoribus hortus liberatus? *Circum munita est, & muro circundata.* Ac si diceret: Duplici muro vndique est septa, & custodiâ fortissimâ circum vallata. — *Imò duplici muro custodiendus.* Theod.

24. Typus præcessit Esther, de qua Textus: *Erat formosa valde, & incredibili pulchritudine; ducta est itaque ad cubiculum Regis Assueri.* Cap. 2. Vbi Hugo Card. meditatur duplici Esther custodiæ traditam, & proprio cubiculo, vnde egressa fuerat, & cubiculo Regis obseratiori; erat enim Mariæ typus, quæ quidem & ostio & muro duplici obsignata describitur. *Esther enim interpretatur abscondita, & de beata Virgine dicitur; Hortus conclusus, hortus conclusus.* — *In typum Esther duplici ostio munita.* Est. 2. Hugo.

Adiicit Doctor: *Et ideo non patuit ad eam ingressus, nisi Nuncio desuper, id est, de calo venienti.* Nam de terrâ veniens nuncius duplici portâ aut muro impeditus haud posset ingredi. *Clauserat* autem (Bernardus) *super se habitaculum Virgo prudentissima hominibus, non Angelis.* Vnde è nuncio terra venienti liber hortus, nulli Virgo obnoxia seductioni. Simon de Cassia. *Ecce in conclaui creatura tria insignes assistunt Angelus & Maria. In maiori conclaui terrestris curia paradisi Diabolus & Eua, processit dialogus, vnde sunt mala omnia subsecuta; nunc incipit, vnde omnia bona proueniunt.* Quia scilicet omni è terra venienti nuncio obturatur ingressus; Nuncio autem è cælo venienti claustra patescunt. — Bernard. Cassia.

Observatio III.

Ad illa verba;

Et ingressus Angelus ad eam.

Manuum operibus dedita fortassè ab Angelo Maria reperitur.

Decet enim virgines & nuptas pauperes operibus manuum incumbere in pudicitia documentum.

NVm Virgo nupta ab Archangelo aut somno pressa, aut otio dissoluta reperta est? 25.

Cassian. est? Simon de Cas. respondet: *In conclaui erat Virgo, nec tunc lecto cubabat, non eam excitauit à somno depressam, vigilantem inuenit. Nox appendebatur ex medio, nec adhuc tenella Virgo membra in quiete collegerat.* Quodnam ministerium eam quieti se addicere prohibebat? Alij, Orationis, seu meditationis cum Maria. Alij, Manuum operatio cum Martha. Ego quidem existimans orationi Virginem incumbentem inuentam ab Angelo, probabilem assero illorum sententiam, qui operibus manuum inhærentem fuisse à Cœlite repertam scribunt.

26. *Maria sapientissima consilio manuum operata est, in virginum & nuptarum inopiæ documentum.* Prou. 31. Epiph.

Quæritat Sapiens: *Mulierem fortem quis inueniet?* Prou. 31. Profectò Virgo ab Archangelo fortissima mulierum inuenta est, cùm à Domino fuit ad Nazareth immissus. Cuinam addicta ministerio inuenta? *Quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum.* Sapientissima Virgo consilio vsa est, quando in paupertatis ablegationem operibus manuũ incumbebat. Quid sapienti consilio cum lino & lana? Epiphanius de Laud. Virg. *Erat amans doctrinam, & non solùm in sacras litteras, sed etiam in lana & lino, serico, & bysso laborabat.* Quis non miretur ad acum & filum, ac colum se recipere sapientissimam consiliatricem? Certè ipsa manuum operatio consilium est, doctrina est, sapientia est. *Erat in sapientia*, (Pater adiicit) *& intelligentia super omnes sui seculi adolescentulas cunctis admirationi.* Vndenam mirarentur? *Quæ & verè consueuerit ea, quorum vsus in Templo erat Sacerdotibus.* Ministerium enim exterius manuum optimè cum scientiæ consilio colligatur: *Operata est consilio manuum.*

27. *Nuptæ inopes hoc consilio vtantur in maritorum decus.* Prou. 31.

Se virginibus consilium exhibere Apostolus aiebat: *Consilium autem do.* Manus Mariæ Virginis nuptæ virginibus ac coniugibus paupereulis dant consilium. Manuum operibus ad famæ fulcimentum incumbant. *Reddet ei* (id est, sponso,) *bonum, & non malum omnibus diebus vitæ suæ. Quæsiuit lanam & linum, &c.* Ac si diceret: Coniux sapiens incumbens operibus manuum marito reddit bonum & non malum, id est eius honori consulit. Prima illa clausula: *Reddet ei &c.* litera *Ghimel* inscribitur; secunda: *Quæsiuit lanam &c.* litera *Daleth. Ghimel* interpretatur *Retributio*, Hugone

Hugo. authore; *Daleth Pauper.* Vt sit sensus: Christi sponsa vt retribuat quod debet, vt se gratam exhibeat sponsam, bonum ei, & non malum reddit; quia licèt inops, licèt ad vitæ subleuationem indiget necessariis, *consultè, & discretè* (ait Cardin.) quæsiuit lanam, & linum; vt manuum operatione necessaria acquirat, nec cogatur vel specie visibili coniugi malum retribuere. Inopia laborantes virgines, & nuptæ ediscere, manibus Virginis nuptæ consilium exhibentibus.

Observatio IV.

Ad illa verba :

Et ingressus Angelus ad eam.

Orationi vacans Maria ab Angelo inuenitur.

Vbi ostendo Deum ex orationis exercitamento allici.

SEquor Bernardum serm. 3. suum: 28.
Quò ingressus ad eam? Puto secretarium pudici cubiculi, vbi illa, clauso Bernard.
super se ostio, orabat Patrem in abscondito. Solent Angeli adstare orantibus, & delectari in his, quos vident leuare puras manus in oratione. Maria autem orationes, quantum placuerint in conspectu Altissimi, Angelus indicauit, qui ingressus ad eam, tam reuerenter salutauit: Aue gratia plena, Dominus tecum. Adeo Mariæ in conspectu Altissimi placuit oratio, vt ipse ad eius diuerterit habitaculum: *Dominus tecum.*

Profectò Maria sese actionis, & contem- 29.
plationis exercitamentis disposuit ad Deum *Disponitur*
vieto excipiendum. *Intrauit Iesus in quoddam* *Virgo ad ex-*
castellum, & mulier Martha nomine excepit eum *cipiendum*
in domum suam, & huic erat soror nomine Ma- *Deum viero*
ria. Luc. 10. Hæc quidem contemplationi va- *orationis*
cans, illa externis ministeriis incumbens obii- *exercitamento.*
citur. Audio Marthæ querelas: *Soror mea re-* Luc. 10.
liquit me solam ministrare; dic ei, vt me adiuuet. Putas-ne ô satagens mulier haud necessariam esse Mariæ contemplationem? Certè si plenâ bonorum domo Deus excipiẽdus est, te oportet circa frequens ministerium satagere, sororem autem contemplationi addici. Plena gratiâ Maria appellatur ab Angelo, quia plena domo, ob contemplationis & actionis exercitamentas excipiendus Dominus. Simon de Cassia me ad hanc cogitationem excitauit. Cassia.
Aue gratiâ plena. Rex æternus Deus futurus peregrinus in terra, primùm intrare decreuerat hospitium originale; & ne præteriret defectu delectantium Maiestatem Regiam ministeriorum, omnibus Regi placitis Virgo perfusa est. Propter quod Angelus ad eam ait: Aue plena.

Martha quidem circa plurima turbata des- 30.
cribitur, fante Domino: *Martha, Martha,* *Vni orationi*
sollicita es, & turbaris erga plurima; porrò vnum *hærens Dei-*
est necessarium. Maria autem *optimam partem e-* *para omnium*
legit. Luc. 10. Quidnam hoc vnum vincens *simul virtutũ*
vber Marthæ ministerium? Dixerim Mariæ *stipatur ornatu.*
contemplationem. Vnâ hâc virtute ornata Deipara ad Filium hospitio excipiendum; vna autem hæc virtus eam omnium virtutum varietate exornauit. D. Anselmus de excell. Ansel.
Virg. cap. 2. *Inter omnes vsus obtinuit, vt cùm præpotens aliquis aliquò vadit hospitaturus, clientes præcurrant, vt locum mundent, mundent, ornent, & custodiant; quò veniente Domino suo, aptus ad habitandum, & congruus fiat. Quòd si talis apparatus fit pro aduentu terreni hominis, qualis apparatus omnis boni putamus fiebat pro aduentu cælestis Regis in corde sacratissimæ Virginis?* Lucus hic minimè tunc fuit mundatus (*Et locum mundent,*) Scopa enim Lazari (vti Bernardus adnotat) siue pœnitentia, non adest apud domum eburneam. Omnis boni apparatus præmittitur, dùm orationi incumbens Virgo reperitur ab Angelo. Ora-

tionem namque ſequitur omnium virtutum opificium. D. Nilus apud Damaſc. lib. 2. Paral. cap. 15. *Chriſtus omnium Rex eos qui ex ope ſua pendent, atque intimo pectore in oratione ingemiſcunt, ad gratiam admittit, & virtutum opifices eos reddit.* Quid auguſtius de orationis exercitamento poteſt prædicari, ſi precibus incumbens virtutum cunctarum opiſex ipſe vocitatur?

Oratio virtutum opifex

OBSERVATIO V.

Ad illud verbum;

Dixit.

Haud vſus Angelus amatoriis vanis ſermonibus ſalutans innuptam.

Vbi innuo fœminas, ſpeciatim virgines, ad virorum amatorium ſermonem obmuteſcere debere.

31. Vid *dixit* Angelus Virgini? An verbis vſus inanibus ad Virginis conſenſum alliciendum. Titus Boſtr. reſpondet: *Quod dicit, huc tendit. Ne exiſtimes, Virgo, me abſonum aut mollem aliquem ſermonem ad te deferre, cuiuſmodi ad innuptas puellas iuuenes nonnunquam ſolent; Diuinus eſt enim quem affero. Quippe cum hoc ipſo, quòd Dominum tecum eſſe aſſeram, oblata ſalutationi Dei memoriam aduiſ eam.* Faſſus Angelus Deum apud Virginem commorari: *Dominus tecum*, caſtiſſima verba proferret: *Aue gratiâ plena.* Qui in Chriſti Sponſæ apud clauſtra conſpectu verbis vtitur abſonis, aut mollibus, vel apud Delubrum, vbi Deus habitat, audet amatoria commiſcere colloquia, longè à Dei præſentiæ meditatione diſſitus commoratur.

Titus.

32. Turbatione Deipara afficitur ad inuſitatum ſalutationis modum: *Turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Luc. 1. *Aue gratia plena.* Nùm me veluti iniqui amantes lilium agri plenam decore ac pulchritudine compellet? Proh inuſitata ſalutationis forma! Vincent. Ferr. ſer. de Incarn. *Si Angelus ſalutaſſet eam modo conſueto, non fuiſſet Virgo turbata. Hic habetis exemplum, mulieres iuuenes? Si aliquis ſalutat vos modo conſueto, non oportet vos turbari: ſed ſi inuſitato ſalutat, non oportet reſpondere ſtulto. Si Virgo turbata fuit de Angeli inuſitata ſalutatione, quantò magis debetis turbari de modo inuſitato hominũ ſtultorum?* Decet pudicas fœminas auditis ſtultorum verbis mollibus & abſonis affici turbatione. Igitur turbata Virgo ex inuſitatâ Angeli ſalutatione. Vt autem eam Gabriel à turbatione liberaret, probare intendit, ſe minimè abſona profari, quia coram Domino, ſiue in Dei conſpectu ſermonem profundit: *Ne timeas Maria, inueniſti gratiam apud Deum*: id eſt, gratiæ plenitudine te plenam prædicaui, dunataxat memorans Domini præſentia, apud cuius conſpectum haud licèt abſonis verbis vti. *Et Angelus* (addit Vincentius) *conſolans eam dixit: Ne timeas, quia iſta ſalutatio non eſt peccatum, quia apud Dominum.* Nefas equidem, memorato Domino, qui tecum eſt, vana Virgini almæ profari.

Turbatione Virgo afficitur ad inuſitatum Angeli ſermonem, fœminas edocens.
Luc. 1.
Vincent.

Certè licèt Angelus pudiciſſima verba proferret, attamen quia inuſitata proferens ipſe turbatus quodammodo eſt. Si Reginam quis ſalutaturus adiret, fatus: *Dios guarde* (vt vulgariter exponam) *a V. Mageſtad. Dios bendiga a V. Mag. Dios llene de bienes a V. Mag.* proculdubio affectus turbatione videretur. Quadruplicem ſalutationem Angelus coram cælorum Regina profundit. Euſebius Emiſ. *Non fuit ſufficiens, Aue dixiſſe, addit Dominus tecum. Et deinde eam benedicit, quaſi tribus vicibus ſub vna voce eam ſalutans.* Adiicit Haymo, *Salutationis verbum eſt Gratia plena.* Speciem quidem turbati nuncij præſefert, qui vnâ voce quatuor coram Regina ſalutationibus vſus eſt. Chryſologus appoſitè ſer. 140. *Hæc cum dicit, & ipſe Angelus miratur. Hinc eſt, quod remoratur, hinc eſt, quod Virginem vocat de merito, de gratiâ compellat. Vix cauſam prodit audienti, ſanè vt ſenſum promoueat, vix longa trepidatione componit.* An infirmus Angelicus ſenſus, ſiue intellectualis vis quam poſt longam trepidationem ſeu turbationem vix compoſuit, vix roborauit? Quid mirum ſi inuſitatâ ſalutandi ratione coram Virgine Deo plena vſus appareat? 33.

Vel Angelus ipſe inuſitato ſermone vſus coram Virgine ſe turbatum oſtendit.
Euſeb. Emiſſ.
Chryſol.

Quid ſi dictans nouam Deus ſalutationem ipſe quodammodo turbatur? Porro viſus mihi turbati ſpeciem præſeferre voluiſſe, vt tãtæ Virginis gloriam prædicaret. *Vulneraſti, ait, cor meum, ſoror mea ſponſa, in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Cant. 4. Aliter, *Abſtuliſti cor mihi, excordaſti, ſi profectiſti me, abſtuliſti mihi mẽtẽ.* Vbi Rup. huiuſmodi mentis vulnere affectum ſe Deũ prædicare aſſerit Annũciationis die. Vndenã, ô Princeps te excordatum, aut turbatum fuiſſe affirmas? An non quia Angelus tuo nomine inſolito ſermone affectum tenerum exprimens Virginem iuſſit ſalutari. Obmuteſcant fœminæ ad virorum ſermonem amatorium, non reſpondeant: haud loquutæ ſpeciem præ ſe ferant turbationis. 34.

Imò ipſe Deus ſe turbatum ſimulat, vt Virginis exprimat pudicitiam.
Cant. 4.
Ruper.

OBSERVATIO VI.

Ad illud verbum:

Dixit.

Deus, Angeli, homines, voce alternâ Angelicam recitant ſalutationem.

Vbi oſtendo hominum ſalutem ex Roſarij recitatione ducere frequenter exortum.

ANGELVS


35. NGELVS-ne plenè nos docuit Virginis salutationem? Minimè planè. Ille enim dixit: *Aue gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Nec vlteriùs processit. At Elisabeth finem imposuit adiiciens: *Et benedictus fructus ventris tui.* Quare Angelus non terminauit? Vt constet, hanc orationem alternâ Angelorum & hominum voce esse recitandam. Hugo Carens. Sic: *Vide, quòd in salutatione Virginis Angelus primo apposuit: Aue gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, Elisabeth subiunxit: Et benedictus fructus ventris tui. Et quid significat hoc? Quod in salutatione Virginis conueniunt Ecclesia triumphans, & militans.*

Hugo.

36. Quid mirum conueniant, si Spiritus sanctus ipse Coriphæus? Caietanus ad illud: *Et benedictus fructus ventris tui*, inquit: *Hoc addit Spiritus sanctus ad verba Angeli.* Ecclesia igitur triumphans cecinit: *Aue gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Ecclesia militans eandem sententiam proferendo ex ore Elisabeth cælesti choro addicitur. At Spiritus sanctus vocũ moderator ex eiusdem Elisabeth ore concinit: *Et benedictus fructus ventris tui.* Vt scilicet innuat cunctis Rosarij recitationem salutarem.

Spiritum sanctum Coriphæum Rosarij ab Angelis & hominibus vocitari. Caiet.

37. Iam decem drachmarum calluisti mysterium. *Quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & quærit diligenter, donec inueniat?* Luc. 15 Decimus Angelorum ordo exitio addictus? Sedes hominum lucratione reparandæ ex Rosarij scilicet recitatione. In cuius typum decem Angelicæ salutationis numero dictiones. *Aue, Maria, gratia, plena, Dominus, tecum, benedicta, tu, in, mulieribus.* Audi Hugonem. *Huc vsque durat Angelica salutatio decem dictionibus consummata, & meritò, quia per illam erat Angelorum ordo decimus reparandus.* Asserit deinde Angelicam Salutationem, quâ Rosarium concinnatur, lucernam esse, quâ tenebris ablegatis homo perditus inuenitur.

Nostra salutis mysterium salutatio ipsa Angelica præsentat decem dictionibus. Luc. 15.

Hugo Card.

38. Salute equidem donamur ex salutatâ Virgine nos resalutante. Salutauit Mariam Elisabeth: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Luc. 1. Rogas, an Maria salutantem resalutârit. Ita planè, siquidem Elisabeth Spiritu sancto impletur: *Repleta est Spiritu sancto Elisabeth.* Hinc colligit Hugo frequenter à nobis recitandam Salutationem hanc, vt resalutationis gratiâ impleamur. *Repleta est Spiritu sancto Elisabeth ad vocem salutationis Mariæ. Ideo salutanda est frequenter,* (Rosarij recitatione) *vt in eius recitatione gratia repleamur.* Addit pulchrè. *De ipsa enim specialiter dictum est: Diffusa est gratia in labiis tuis. Vnde gratia ex labiis eius fluit*, Conueniẽtiùs dixisset: *Repleta est Spiritu sancto Elisabeth* ad vocem Salutationis Mariæ, *Ideo salutandi sumus ab eâ frequenter; de ipsa enim dicitur: Diffusa est gratia in labiis tuis.* Rectè infert: *Et ideo salutanda est frequenter.* Quia quando eam saluere iubemur, proculdubio ipsa resalutante, labiis eius gratia diffluentibus, Spiritu sancto replemur.

Virgo nos resalutat se salutantes. Luc. 1.

Hugo.

39. Quæritas, num vtilis homini mortali crimine saucio Rosarij recitatio? Scio haud dignè ab immundis orationem Angeli purissimi vsurpari. *Salutationem* (inquit Hugo) *beatæ Virginis pro maiori parte Angelus, pro minore Elisabeth fecit, quia acceptior est vbi laus castorum, seu virginum, quàm coniugatorum. Ideo nemo poterat dicere canticum istud nisi illa centũ quatuor millia, &c.* Illa pondera: *Pro minori Elisabeth fecit.* Et illa: *Ideo nemo poterat, &c.* Ac si diceret: Angelicæ salutationis recitatio primum Angelos decet, scilicet virgines, deinde coniugatos pudicos; at nunquam lasciuos peccatores. Abstineat igitur hœdus fœtidus ab agnorum exultatione. Non abstineat, (ait Ghilelmus) Rosarij enim vi petulcus hœdus in agnum vertitur. Ideo Pastor Virgini: *Pasce hœdos tuos.* Virginis hœdos vocitat illos Doctor, qui salutationis Angelicæ, assiduarúmque precum recitatione, opem ferente Deipara, ad meliorem sese frugem recipiunt.

Vtilis peccatoribus salutationis Angelico recitatio.

Hugo.

OBSERVATIO VII.

Ad illud verbum:

Aue.

Salutationis Angelicæ prima dictio expenditur.

Vbi contemplari licet, quàm sit saucia humana natura, quàm Deiparæ debitrix.


VAM appositè Angelus salutationis Virginis ab illo verbo: *Aue* duxit exordium, vt scilicet Mariam ab omni væ immunem ostendat, Euæ omnino contrariam asserat, vniuersáque à nobis incommoda abstulisse profiteatur. Triplici persequar sectione argumentum. 40.

CAPVT I.

Aue Mariæ annunciatur ab omni væ immuni.

HVgo illam dictionem: *Aue* sic expendit: *Hæc est Aue sine væ triplici, multipliciter triplicato.* Hunc sensum variè explicatum vnico Alberti Mag. roborabo testimonio, sup. *Missus. Concedimus*, ait, *quòd beata Virgo fuit diuersimodè sine væ diuersis. Fuit enim sine væ communi omnibus hominibus conuenienti, sine væ speciali omnibus mulieribus contingenti, sine væ particulari omnibus accidenti matribus.* 41.

Maria sine væ diuersis. Hugo. Albert.

Profectò fuit in primis sine væ *omnibus hominibus conuenienti.* Ex parte corporis quot væ? *Maledicta terra* (inquit Deus) *in opere tuo. In labore comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane. Donec in terram reuertaris.* Gen. 3. Corporis distemperatio ex labore ac sudore innuitur, ex operum maledictione appetitus 42.

Sine væ omnibus hominibus congruenti ex parte corporis & animi: & ex unione

virtu'que. Gen. 3. Albert.

petitûs inordinatio annotatur, ex tribulis autem pungentibus carnis concupiſcentia expéditur. *Certe Maria ſine iſto triplici va fuit;* (ait Albertus) *quia & corpus habuit exoratum cū ſpiritu per omnia pacificū nunquam in cineres reſolutum.* Quot autem ex parte animi? *Quacumque hora comederis, morte morieris.* Gen. 2. Ex tranſgreſſione autem *erat vterque nudus.* Gen. 3. En error, dolor, pudor, væ quidem triplex, à quo Deiparæ animus immunis. *Maria ſine conſilio Spiritus ſancti* (loquor cum Alberto) *nihil fecit, & ſic fuit ſine va erroris. Dolorem nunquam habuit, quo ſecundum omnes potentias ordinatiſſima fuit. Vnde quidquid dolorum ſuſtinuit ei in materiam amoris & gaudij ſemper ceſſit ſecundum rationem. Nihil turpitudinis fecit vnquam, nec habuit, nec ſuſtinuit, & ſic ab omni va pudoris immunis fuit.* Quid plura? Certè ex vi coniunctionis animi & corporis væ pœnæ, ignorantiæ, & culpæ incurritur. *Va culpa* (adiicit ille) *triplex originalis, actualis, & venialis. Va pœna triplex gehenna, purgatorij, pœnitentiæ.* Væ ignorantiæ triplicem contemplarim, *ignorantiam credendi, ſaluandi, eligendi.* Concludit, *ſine omni iſto triplici va fuit beatiſſima Virgo, ſine va culpa actualiter, ſine va culpa cauſaliter* (ſiue ob originem) *& ſine va ignorantia, & pœna habitualiter.*

43\. *Fuit ſine va ſpeciali omnibus mulieribus contingenti.* Albert.

Deinde fuit *Virgo ſine va ſpeciali omnibus mulieribus contingenti.* An non in virginibus ſterilitatis, in coniugatis ſubiectionis, in viduis deſolationis væ? Albertus. *Ab iſto triplici va immunis Deipara, Virgo ſine ſterilitate; coniugata ſine corruptione & ſeruitute; vidua cùm virginitate, & ſine deſolatione.* An quia virginitas, cælum vtique, ab impaſſibilitate quodammodo liberat?

44\. *Et ſine va omnibus accidenti matribus.* Albert.

Caruit denique *va particulari omnibus accidenti matribus.* His ne væ damni? Quàm immunis Maria! *Omnis alia mater* (verbis vtor Alberti) *in conceptu perdit virginitatem, ſed Maria acquiſiuit eam, quâ ſub Deo maior nequit intelligi, puritatem. Nec poſt conceptum perdidit pulchritudinem, imò tanta pulchritudine radiauit, quòd eam Ioſeph reſpicere non potuit.* An non matribus væ indigentiæ? Ita planè, indigent enim ante conceptum compare, poſt conceptum quiete, in partu obſtetricatione. *Maria autem in conceptu non habuit comparem, Spiritu ſancto cooperante. Et neque poſt conceptū indiguit quiete, imò ſurrexit, & abiit in montana. In partu non indiguit obſtetricatione, obſtetricum vice Angelis concinentibus.* Non-ne illis væ culpæ, & pœnæ? *Ab his immunis Maria, quæ concepit ſine libidine; grauida ſine grauedine fuit; peperit ſine dolore? Vnde Iſaias: Ante quàm parturiret, peperit.* Sic Magnus ille ex prima ſalutationis particulâ luſit.

CAPVT II.

Mariæ Aue congruit Euæ omninò contrariæ.

45\. *Antitheſim Euæ & Mariæ Salutatio Angelica*

Alebat Hugo Cardin. *In hoc nomine: Aue fit nobis Euæ conuerſio.* Maria enim ſeu Euam conuertit, ſeu Euæ contraria apparuit. Profectò ipſa Angelica Salutatio antitheſim exprimit, ſante D. Innocentio ſerm. Purif. *Aue, quia per te multiplicabitur nomen Eua. Illa fuit plena peccato; ſed tu plena gratia. Illa receſſit a Deo; ſed Dominus tecum. Illa fuit maledicta in mulieribus; ſed benedicta tu in mulieribus. Fructus ventris illius fuit maledictus Cain; ſed fructus ventris tui erit benedictus Ieſus. Per illam mors intrauit in Orbem, ſed per te vita rediit ad Orbem; quia concipies, & paries Filium, & vocabitur nomen eius Ieſus.*

exprimit. Hugo. Innocent.

46\. *Mariā Euæ nomen mutauit, minimè appellanda Eua, quia omninò ei contraria.* Albert.

Profectò Mariæ ac Euæ antitheſis in cunctis apparet. Ac primùm Deiparens Euæ nomen mutauit in Aue, quia omnino contraria Euæ debuit diſſimili omnino nomine appellari. Excitat Albertus Magnus ad illa verba: *Et nomen Virginis Maria,* quæſtionem: *Si Eua eſt appellata illa, quæ erat Mater viuentium vita natura, multò fortius Virgo debuit vocari Eua, quæ eſt Mater omnium viuentium vita gratia.* Sic dirimit: *Vocari non debuit Virgo Eua, cùm iure, & in effectu Euæ contraria ſit, non voce quidem, ſed re. Illa omnes generauit in Mundum, iſta in cœlum: illa mater carnalis, hæc miſericordia: illa principium mortalitatis, hæc vita: illa de latere viri dormientis facta, hæc de corde vigilantis: illa viro ſuo occaſio perditionis, hæc omnibus redemptionis occaſio: illa deſponſatur mater & origo corruptarum; hæc deſponſatur mater & Virgo virginum: illa a diabolo decepta, hæc ab Angelo edocta: illam diabolus vicit per ſuperbiam, hæc diabolum vicit per humilitatem. Et ſic patet, qualiter mutauit nomen Euæ.*

47\. *Euæ oculi corvorum, capilli Damonum, dentes leonum; Mariæ antimodò contrary.* Cant. 4. Rupert.

Oculi, capilli, ac dentes ſponſæ laudibus efferuntur. *Oculi tui columbarum. Capilli tui ſicut greges caprarum. Dentes tui ſicut greges tonſarum.* Cant. 4. Hæc Euæ contrariam Mariam prædicant. Rupertus, *Reſpicite Euam mulierem odioſam, huic Dilecta oppoſitam & oculis, & capillis, & dentibus. Oculi Euæ ſicut cornorum rapacium: Et tulit de fructibus. Capilli Euæ, ſine ambitio ſicut Princeps ſuper filios ſuperbiæ. Dentes leonum, qui mordendo vetitum, ventura ſua poſteritatis animas interfecerunt.* Proh Deiparæ pulchritudinem! *Oculi tui columbarum, tu miſericordia mater ſine felle, nihil habuiſti odij, quod familiare eſt rapacibus coruis. Capilli tui ſicut greges caprarum, omnis meditatio tua requiem in omnibus quæſiuit. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcendunt de lauacro.* Sanctorum è lateris mei lauacro aſcendentium *innocentiam tibi proponis, cùm innocentia eiuſdem magiſtra ſis.*

48\. *Labia Euæ diſſoluta, Mariæ vincta.* Cant. 4. Rupert.

In labiis Mariæ & Euæ ſimilis reperitur antitheſis. Deiparæ Sponſus: *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Cant. 4. Nam ſi Euæ labia diſſoluta, labia Mariæ perfectionis vinculo illigata fuere. Rupertus idem. *Virginis labia fuere ſicut vitta coccinea, quia verba eius ſemper fuerunt concordia veritati. Veritatis principium eſt, vt quis contra Deum ſe non defendat, ſed ſit ſui accuſator. Eua amicitiam inter ſe & Deum proterua defenſione diſſoluit. Si vittā huiuſmodi habuiſſet, ſi vinculo perfectionis, quod eſt dilectio, ſeſe Creatori aſtrinxiſſet, paries inimicitiarum in medio non ſurrexiſſet.*

49\. *Quàm alia ab Eua Adami ſponſa, Dei ſponſa Maria.*

Adami ſponſa Eua, Dei ſponſa Maria. *Soror mea ſponſa.* Quàm alia ab Adæ coniuge! Hailgrinus, *Prima ſponſa de coſtâ viri ſui formata eſt, ſed de carne ſponſæ Mariæ formatus eſt ſponſus.*

[..]ilgrin.

sponsus eius. Prima sponsa facta est in adiutoriũ viri; infirmum viro mulier adiutorium. Christus autem dicitur adiutorium Maria: Adiuuabit eam Deus manè diluculò. Prima sponsa virum ad fructus alieni esum inuitauit. At Maria, *Veniat*, inquit, *Dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum.* Cant. 5. Ad hæc Rupertus Mariam loquutam inducens: *Non quomodo Eua inuitauit virum suum, ego inuito Dilectum meum. Ad hortum suum, ad comedendum fructum pomorum suorum; non alienigenarum, sed suorum. Et quid tam propriè suum, quàm ego, quæ sum prima de primitiis pomorum; imo & fons hortorum. Veniat igitur in hortum suum.*

Cant. 5. Rupert.

50\. Vberi sermone Patres hoc confirmant argumentum. Irenæus lib. 3. cap. 33. *Eua inobediens facta & sibi & vniuerso generi causa mortis. Maria habens prædestinatum virum, tamen Virgo obaudiens & sibi, & vniuerso generi causa facta est salutis.* Inferiùs, *Quod alligauit virgo Eua per incredulitatem, hoc Virgo Maria soluit per fidem.* Tertullianus lib de Car. Chris. cap. 17. *In Euam virginem irrepserat verbum ædificatorium mortis. In Virginem introducendum erat verbum Dei structorium vitæ.* Exclamat Damascenus Ora. 1. de Nat. Mar. *O Deo digna filia primigenæ matris Euæ correctio!* Augustinus hom. 3. de Assump. *Maria primæ Matris mala resoluit, homini perdito redemptionem adduxit. Illa Mundum percussit, hæc sanauit.* Bernardus ser. *Signum. Crudelis Eua, per quam serpens pestiferum etiam ipsi viro virus infudit. Sed fidelis Maria, quæ salutis antidotum & nobis, & mulieribus propinauit.* Et ser. quodam de Deip. *Eua spina fuit, Maria rosa extitit: Eua spina vulnerando, Maria rosa omnium effectus mulcendo.* Euam noctem, Mariam diem præclarissimum esse Abbas asserit ad illud Dauidicum: *Dies diei eructat verbum, &c.* Psalm. 18. *Dies diei* (ait ser. 5. ex paru.) *Angelus Virgini. Dies Angelus propter beatitudinem, Virgo dies propter integritatis virtutem. Et nox nocti. Serpens nox propter malitiam; mulier nox propter ignorantiam.*

Eua causa mortis, Maria vitæ fons. Irenæ. Tertul. Damasc. August. Bernard. Psal. 18. Bernard.

51\. Quid quod Eua mortem, Maria autem salutem Vniuerso annunciauit? *Eua* hebraicè *Chauuah*, id est, *denuncians*, suam quidem iam nomine loquacitatem fœminarum matre trahente. Certè viuentium mater appellata viuentibus mortem annunciauit. At Maria verè Mater viuentium Mundo vitam, ac gaudium nunciauit. Epiph. hær. 78. *Eua mater viuentium vocata est, verè autem à Maria vita Mũdo est genita, vt viuentem gigneret. Eua mortis causa, Maria causa vitæ.* Tertullianus, *Eua loquuta* (seu denuncians) *operata est verbum ædificatorium mortis; Virgo autem Maria verbum extructorium vitæ.* Plura mitto.

Annunciauit Eua mundo exitium, Maria salutem. Epiph. Tertul.

Capvt III.

Mariæ Aue debetur, lætificanti cunctos, ab omni væ eximenti.

52\. Basil. Seleu. Orat. de Annun. *Aue gratiâ plena, lætum assume vultum; ex te enim commune omnium gaudium orietur, Nam & mortis imperium dissoluet, & omnibus certam spem resurrectionis adferet.* Multiplici quidem ex capite commune gaudium potest appellari Maria, quæ Mundum ab omni væ (si originalis culpæ, si incinerationis væ excipias) liberauit.

Decet Mariã lætari.

53\. Illustrat Simon de Cassia, hoc argumentum. *Non à se ipso Angelus salutare præsumens, sed officium ex parte mittentis exequitur, excludens omne væ, præferendo Virgini Aue. Sicut in deceptione primæ mulieris satagebat Diabolus omnem auferre lætitiam, auferendo Deum, quo derelicto pœnam omnem inducebat; sic Angelus salutando Mariam, excludit omnem tristitiam, & diuinam lætitiam administrat.* Quid de peccatoribus Isaias? *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate.* cap. 1. Cassia. *His Dominus æternum væ promittit, quibus ad meliora conuersis videtur Virgini per eos dici: Aue.* Quid Iob? *Si impius fuero, væ mihi est.* cap. 10. Attamen peruersus quisvis ad *pietatem conuersus* (ait Doctor) *Aue allatum Virgini sortietur.* Auarus væ iusto vulneratus: *Væ qui coniungitis domum ad domum.* Isai. 5. resipiscant. Ebrius, de quo: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem.* Ibid. pœniteat. Iniquus iudex, de quo inibi; *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* conuertatur. Quid cunctis? *Quibus iustè* (concludit Cassia.) *donabitur væ, conuersis ad contraria meritò, & in perpetuum præstabitur, quod pro omnibus Maria dicitur: Aue.*

Omne væ hominum per Aue exclusit. Cassia. Isa. 1. Iob. 10. Isa. 5. Cassia.

54\. Cur Virgo inter mulieres benedicta vocitatur, nisi quia fœminas parturientes esset donatura solatio, & leuamine. Olim Euæ: *In dolore paries filios* Gen. 3. Iam igitur Aue annunciatur, vt à væ fœminæ soluerentur. Titus Bost. *Quando quidem Deus ad Euam dixerat: In dolore paries filios, propterea Angelus gaudium, per quod olim dolor decretus soluatur, Virgini denunciat, Aue inquiens.* Quonammodo parturitionis cruciatus per Aue soluuntur? Certè fœminæ parturientes mirum in modũ ex Mariæ inuocatione, salutationisque Angelicæ recitatione subleuantur.

Quonamodo Maria lætificet fœminas, soluens à parturitione? Gen. 3. Titus.

55\. Cunctis quidem hominibus Deiparens fons est exultationis. *Et ecce Elisabeth cognata tua* (Angelus ait) *& ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi.* Luc. 1. Requirit Bernardus hom. 3. *Quid fuit necesse, etiã huius sterilis Virgini nunciare conceptum?* Num dubiam de oraculo voluit recentiori confirmare miraculo? Fidem Virginis, Elisabetha ipsa profante, laudatam agnouimus: *Beata, quæ credidisti.* Cur ergo sterilis conceptus Mariæ annunciatur? Respondet Abbas: *Vt dum miraculum miraculo additur, gaudium gaudio cumuletur. Porrò necesse erat non modico lætitiæ præuenienti inflammari incendio, quæ Filium Paternæ dilectionis cum gaudio Spiritus sancti mox erat conceptura.* Quorsum tanta in Virgine gaudij, ac hilaritatis confluxio? Arcam nostri gaudij appellato, è qua cunctis fluxura lætitia. Andreas Iero. Orat. de Annunc. *Aue*, inquit, *lætitiæ organum, per quod nostri delicti condemnatio expiata est, ac veri gaudij plena, facta compensatio est. Salua sis immensi gaudij genitrix, salua sis noua gloriæ Arca.* Inibi lætitiæ aquarũ moles congregantur, inde cum impetu ad lacrymarum vallis ima defluunt.

Fons exultationis Maria hodie ostenditur. Luc. 1. Bernard. Andre. Ierosol.

An

56. An menti vnquam subiit, cur quadragesimalis ieiunij luctus frequenter cum Annunciationis lætitia copuletur, existimo, ideò eius temporis Annunciationis solemnia celebrari, vt salutationis sermo, *Aue* inquam, nos ieiuniorum mœrore pressos valeat lætificare. Audi ex Guarrico ser. 1. de Annunc. *Opportunè nobis in his diebus Quadragesimalis obseruantiæ solemnitas interuenit Dominicæ Annunciationis. Vt qui fatigamur afflictione corporali, gaudio recreari valeamus spirituali; & quos humiliauit pœnitentiæ luctus, Annunciatio illius, qui tollit peccata Mundi, consoletur. Sic quippe scriptum habes: Mœror in corde viri humiliauit eum, & sermone bono lætificabitur.* Prou. 12. *Prorsus sermo bonus Euangelium nostræ salutis, quod Angelus missus a Deo Mariæ euangelizauit, ac lætum de Incarnatione Verbi verbum dies diei, Angelus Virgini eructauit.* Ex præfatis quàm saucia humana sit natura, quamque Deiparæ debitrix licet contemplari.

Solemnitas Annunciationis ieiunij molestiam leuat, gaudij vtique professionem. Guarri. Prou. 12.

Observatio VII.

Ad illa verba;

Gratiâ plena.

De Marianæ gratiæ plenitudine.

Vbi innuo eam præcipuè commendabilem donorum plenitudinem, quæ possessori non deficiens, proximis exundat.

57. Immensa pene Mariæ capacitas immensurabilē arguit gratiæ plenitudinem. Certè nō solùm plena sibi, quæ cunctis redundans exhibetur. Triplici id capite confirmo.

Capvt I.

Mariæ capacitas ad gratiæ plenitudinem ponderatur.

58. Bonauentura in spec sic particulam illam, *Gratiâ plenam* expendit: *Immensa fuit gratia, quâ Virgo fuit plena. Immensum enim vas non potest esse plenum, nisi immensum sit istud, quo est plenum. Maria autem vas immensissimum fuit, ex quo illum, qui cælo maior est continere potuit.*

Maria immēsum vas. Bonau.

59. An cælum, an Mundus totus capacior Maria? Minimè; quia Deum potuit continere, quem Mundus non potuit. *Tu* (adiicit Pater) *immensissima Maria capacior es cælo, quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Tu capacior Mundo, quia quem totus non capit Orbis, intra se clausit viscera factus homo.* Adiicit, *Si ergo Maria tam capax fuit ventre, quid mente? Quis immensitatem Mariæ potest mensurare?*

Deum immēsum cōplexa est capacior cælo, & mundo. Bonau.

60. Quæritat Sapiens: *Altitudinem cæli, latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est?* Ecclesi. 1. Deus vtique solus. Ad hæc Bonauentura vbi s. *Cælum est Maria, terra est, abyssus est. Quis huius cæli altitudinem; quis huius terræ latitudinem; quis huius abyssi profunditatem; quis, inquam, Mariæ immensitatem dimensus est, nisi ille solus, qui ipsam non solùm in gratiâ, & in gloriâ, sed etiam in misericordia tam altam, tam latam, tam profundam operatus est?*

A solo Deo potest Mariæ capacitas mēsurari. Ecc. 1. Bonau.

Profectò cæli, terræ, ac abyssi Mariani capacitas immensa quasi radix est vberioris capacitatis, quæ valeat excogitari. Athanasius pulchrè. *Aue gratia plena, splendidum cælum, quæ in cælis incomprehensum contines Deum.* Ecce cælum. *Aue* gratiâ plena, quæ cæli circulum *habes*, (siue quod cæli ambitu continetur) *& Deum incomprehēsum angusto potissimum loco in te ipsa contines.* En terram. *Aue gratiâ plena mare spirituale habens gemmam cælestem Christum.* Ecce abyssum. Adiicit bellè: *Quid dico, & quid proloquar? Quo pacto prædicabo beatam gloriæ radicem?* Tanta Mariæ capacitate parens adhuc immensitatis radix est, initium est, ac fundamentum. Gloriam huiusmodi immensitatem appellauit appositè, vt eius præstantia augustius valeat explicari; quodcumque enim gloriæ pondus immensum: *Momentaneum & leue æternum gloriæ pondus operatur.* 61.

Tanta Mariæ immensitas præfata velut radix est vberioris excogitandæ immensitatis. Athan.

Verba illa expende: *Deum incomprehensum angusto loco in te ipsa contines.* Præstantis Paulus capacitatis vas, quod Iesu nomen potuit continere. *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum.* Act. 9. At oleum effunditur, quia incapax tanti liquoris vas, eum haud potuit totum continere. Ideo clamat sponsa: *Oleum effusum nomen tuum.* Cant. 1. Basilius Seleu. Orat. de Annunc. *Paulus electionis vas venerabile Christi nomen vbique promulgauit.* Nec enim potuit tantam vim olei continere. *Deipara qualenam vas, (id est, quantum, quàm immensum) censenda est, quæ cælestem panem, qui fidelibus in cibum, potúmque exhibetur, vtero complexa est?* Proh capacitatis immensitas Deum non exinanitum vt oleum nominis, sed integrum complectitur! 62.

Integrum Deum continet, non sic Paulus cuius oleum nominis Iesu effusum est & exinanitum. Act. 9. Cant. 1. Basil.

An vt vtero Mariæ Verbum claudi posset, suâ se exuit immensitate? Audi Seleuciæ Antistitem. *Cum Gabriel ad Virginem missus ad inferiora descendebat, cælos vtique a tergo relinquebat. At verò Dei Verbum quod vnum implet omnia, in ipsa etiam humanitatis assumptione ab ea adoratione, & cultu, quæ ipsi in cælis impenduntur, non seiungebatur. Quemadmodum enim verbum in chartâ descriptum totum est in charta, & totum in mente gignente, & totum in iis, qui illud legunt, vel audiunt: ita Deus Verbum, & multo quidem perfectius totum erat in corpore, totum in Deo Patre, totum in cælo, totum in terra, totum in vniuersâ creaturâ.* Immensum ita Verbum omnia implebat, quando corpore Virginis claudebatur non sicut Angelus mensurabili spacio circunscriptus. Ergo corpus Virginis immensum claudens immensum quodammodo est. 63.

Haud se Verbum sua exuit immensitate, vt vtero Mariæ clauderetur. Basil.

Rursum expendo Athanasij sententiam illam 64.

Angusto Virginis vtero totus Christus Deus homo excipitur. Quantu totius Deiparæ immensitas? Athan. Origen.

lam: Aue gratiâ plena, *quæ Deum incomprehensum, angusto potissimum loco in te ipsâ contines.* Non iam cum Dei immensitate totam Virginis mentem, totum corpus compono. Angustus Virginis vterus Christũ Deũ, & hominẽ valuit continere. Magnitudinis Dominicæ delineamenta ex ore Origenis exhibeo, ad illud: *Hic erit magnus. Dicitur de Ioãne: Erit magnus. Sed quando venit Iesus verè magnus, verè sublimis, ille qui priùs magnus fuerat, minor effectus est. Vide magnitudinem Domini: In omnem terram exiuit sonus doctrinæ eius. Vide magnitudinem Saluatoris, quomodo in toto Orbe diffusa sit. Et certè nedum veram eius magnitudinem exposui. Ascende in cælos, & vide eum, quomodo cælestia repleat. Apparuit si quidem Angelis. Descẽde cogitatione in abyssos, & videbis eum etiam illuc descendisse. Considera virtutem Domini, quod*

64\. *repleuerit Mundum. Legimus enim, quòd pertransierit cælos Filius Dei. Si hæc videris, pariter intueberis, non transitoriè dictum: Erit magnus.* Tantum igitur Dominum *angusto potissimum loco in te ipsâ contines. Quis* ergo (vt rursum cum Bonauentura clamem) Mariãni *cæli altitudinem, huius terræ latitudinem, huius abyssi profunditatem, quis Mariæ immensitatem dimensus est?*

CAPVT II.

Gratia Deiparæ immensam superefflenter implens capacitatem.

65\. *Gratia Mariana immensitas.* Bonau.

ARguit ex immensitate capacitatis Marianæ Bonauentura gratiæ immensitatẽ. *Si capacitas immensa fuit gratiâ plena, oportuit vtique, quod gratia illa, quæ tantam potuit implere capacitatem, esset immensa.* Cuiusnam autem hic gratiæ commendatio? An pulchritudinis? *Fallax gratia, & vana est pulchritudo.* Prou. 31. Hugo Card. *In hoc, quòd dicit: Gratiâ plena, interior, non exterior gratia commendatur; exterior enim vana est pulchritudo, nobilitas, & eiusmodi. Hæc plenitudo gratiæ est fomitis extinctio, veritatis agnitio, virtutis dilectio. Ista plenitudo gratiæ refertur ad quatuor virtutes, quæ sunt Prudentia, Temperantia, Iustitia, Fortitudo, &c.* Porrò, ne Marianæ gratiæ immensitas in immensum protrahat sermonem, paucis persequor argumentum.

Prou. 31. Hugo.

66\. *Nihil est virtutis, quod in Maria sãctitatis collegio non resplendeat.* Cant. 7.

Collegium sanctitatis Deipara à Patribus appellatur. Ergo cunctorum Diuorum excellentius præstitit Maria domicilium. *Omnia*, inquit, *poma noua, & vetera, Dilecte mi, seruaui tibi.* Cant. 7. Cultum cupis Abelis? Agnam se Virgo, Agnúmque immaculatum offert. Noe laborem nauigantis? Maria Mundum naufragio addictum Arca effecta liberauit. Abrahæ obedientiam? Filium vnigenitum mactandum obtulit. Placet Enoch oratio, Abrahæ fides, Isaac obedientia, Iacobi longanimitas, Iobi patientia, Iosephi castitas, mansuetudo Moysis? Iuuat inimicorum dilectio Dauidis; Abigail prudentia; modestia Ruth, Sunamitidis virginitas; Liæ fœcunditas; fortitudo Iahelis; Iudith magnanimitas? Patriarcharum commendabilis tibi profectus, Prophetarum spiritus; Agnetis puritas, virtus Appolloniæ; Agathæ constãtia, sapientia Catherinæ; Ceciliæ charitas; zelus Vrsulæ, Apostolorum fides, Martyrum cõstãtia; Confessorum perfectio? En paradisum Marianum omnium pomorũ veterum, nouorúmque ministrantem dulcedinem. Bernardus Bernard.
ser. 4. sup. *Salue. Nihil est virtutis, quod ex te non resplendeat; & quidquid singuli habuere sancti, tu sola possedisti.* Imo plus quam cuncti. D. Thomas, 3. p. q. 27. a. 1. *Illa, quæ genuit Vnigenitum plenum gratiæ, & veritatis, præ omnibus aliis maiora priuilegia gratiæ accepit. Legimus* (ait Bern. hom. 3. sup. *Missus*) *Stephanum plenum gratiâ, & Apostolos fuisse repletos; sed longè dissimiliter à Maria.* Quia scilicet Virginis immensa capacitas immensam vim gratiæ valet continere.

Thom. Bern.

67\. *Maria mare sanctitatis sanctos detinet, ne eorum plenitudo minuatur.* Eccli. 24. Bonau.

Sanctitatis collegium mare siue Maria morem pelagi gerens fluuiis aquarum præstat annonam, ne minuantur, id est sanctis effecta domicilium, eorum conseruat plenitudinem. *In plenitudine*, ait, *sanctorum detentio mea.* Eccli. 24. Ac si diceret, ideo sancti tanta plenitudine gratiæ diffluunt, quia eos precibus detineo, ne imminuantur. Bonauentura citat. *Ipsa non solùm in plenitudine Sanctorum detinetur, sed etiam in plenitudine sanctos detinet, ne eorum plenitudo minuatur. Detinet nimirum virtutes, ne fugiant; detinet merita, ne pereant.*

68\. *Deipara similis Filio etiam in gratia.* Caiet.

Vis primo intuitu Marianæ gratiæ plenitudinem dignoscere? Deipara Filio similis. Caietanus de spas. Mat. *Virgo debet credi similis Filio per omnia, quantum fas est.* Si Christi gratia capitis est, Mariæ gratiam capitis quodammodo liceat appellare. Quodnam membrum suo se capiti intendit æquare? Nulla igitur creatura, imo cunctæ simul collectæ Virginis verticem æquare non præsumunt, quia eius gratia quasi capitis. Irenæus lib. 3. Irenæ.
cont. hæres. cap. 33. *Sicut Eua inobediens sibi, & vniuerso generi humano causa facta est mortis; sic Maria & sibi, & vniuerso generi humano obediendo causa facta est salutis.* Nam sicut Adami peccatum capitis fuit, Euæ autem quasi capitis, quia Matris morientium: haud aliter Christi gratia capitis, Deiparæ verò quasi capitis, quia Parentis viuentium, gratia fuit.

Iam exigua circa immensitatem gratiæ Marianæ Scripturæ, ac Patrum elogia. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium.* Cant. 4. Vbi Hailgrinus Cardin. *Maria propter inscrutabilem profunditatem gratiarum, quæ in ipsa congesta sunt, dicitur puteus aquarum, non simpliciter, sed viuentium, hoc est salientium in vitam æternam.* Quasi immensa Virginis capacitas non sufficeret tantæ gratiæ superefflenti immensitati ad gloriam, immensissimam quidem vas prosilit inibi excipienda.

69\. *Gratia impletur capacitas quæ Deum potuit continere.* 3. Reg. 8. Carthu.

Capacissima domus Domini Deum immẽsum continens plena gratiâ, nonne asserit liquoris immensitatem? *Nebula impleuit domum Domini, & gloria Domini repleuerat domum Domini.* 3. Reg. 8. Vbi Carthusianus nebulam replentem Domum Christum exponit Mariæ vtero exceptum. *At gloria Domini prius domum repleuerat, quia gratia plena* totã illa immensitas, quæ potuit Deum continere. *Omninò condecens fuit, vt Virginem, quam sibi Matrem elegit, vniuersis gratia, ac gloria charismatibus inenarrabiliter excellentius ornaret, quantum decuit Matrem Dei*

pra ministris ornari, exaltari, atque deificari.

Est ne aliqua excogitabilis gratia, quæ Virginis capacitatem fugeret? Nulla prorsus. Hac
70. particulâ: *Gratia plena*, Ildephonsus vtitur, vt probet haud legibus naturæ vitiatæ Mariam peperisse. Et Alexander Pontifex ad probandum & sine pudore concepisse, & sine dolore peperisse & sine corruptione migrasse. *Pudicitiam* (ait Toletanus Præsul) *commaculant, & gratiam, qua plena prædicatur, quando communi lege naturæ vitiata dicunt eam peperisse. Quiasi ita peperit; ergo adhuc ac si in massa prima damnationis contra Angeli vocem: Aue gratia plena. Verbum Patris de carne peccati (quod absit) vt caro fieret, carnem assumpsit: sed quia contra fidem est sic sapere. Maria gratia plena, nec dolorem sensit; nec corruptionem,*

Omnis excogitabilis gratia apud Mariam adest. Ildeph. Alexand.

Exclamat Beda: *O Virgo beatissima, in te so-*
71. *la Rex ille diues & prædiues exinanitus est.* Replens magnum Baptistam, Apostolos capacissimos prædiues ille Princeps mirum in modum superfluens obiicitur: at immensam Mariam replens quasi exinanitus, ac minus habens reperitur quodammodo. Etsi ingens sic vis liquoris, in vasi nimis capaci exceptus minùs copiosus obiicitur. O vas ineffabiliter immensum, vbi excepta Diuinitas quasi exinanita, ac minus habens dignatur apparere! Quam quidem immensam capacitatem miratus Laurent. Iust. lib. de humil. Cap. 21. ne capacitas Diuina videretur, & assereretur: sic præoccupat. *Hæc profectò immaculata Mater, quanquam incomparabilis fuerit sanctitatis; nec non plus cæteris humilitate præfulserit: sanctitati autem Christi comparata deformis esse videtur.* Tanta igitur capacitas & plenitudo gratiæ Mariæ, vt opus sit præmonere inspicienti, illam minorem esse Deo.

Tota Maria vt vel ipse Deus ab illa exceptus quasi minùs habens videatur. Beda. Laurent. Iustin.

72. An non in ipsam Deitatem, & bonorum omnium abyssum, Virgo introducta plenitudinem accepit? *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*, Cant. 2. Vbi Ghilelmus: *Cùm Virgo Deum corporaliter concepit, tantam in se vi-sa de calore superuenientis in se Spiritus Sancti flammam pij amoris suscepit, quantam poterat puri hominis capere modus.* Damascenus: *Maria est abyssus gratiarum.* Quidnam abyssus? August. in Ps. 41. *Abyssus est profunditas quædam incomprehensibilis in aquarum multitudine.* Incomprehensibilis apud Virginem vis aquarum cælestium; proferens enim illud: *Ecce ancilla Domini*, se centrum gratiarum constituit, ad quod cuncta cælestia dona, Deúsque ipse confluxit. Bonauent. in Psalt. *Quia Domina humillima fuisti, Verbum increatum ex te carnem sumere coegisti.* Quid mirum gratiæ eius molem immensam cogeres ad te prosilire? Centrum enim quasi vim infert, vt adnata sibi corpora complectatur. Damasc. Orat. 1. de Nat. *Maria miraculorum abyssus.* Et orat. 2. de dorm. *Gratia abyssus.* Bernard. ser. *Signum. Maria abyssus luminum.* Alibi: *Abyssus Sapientiæ.* Ildephonsus de partu Virg. *Humilitatis abyssus.* Omnes claudit abyssos abyssus maxima Maria. Fontis vocabulo idem argumentum Bernardus confirmat. *Fons signatus, fons gratiarum, fons vitæ, fons Paradisi, fons lucis, f... Regius.* Iam abyssus Maria non solùm abyssum gratiæ inuocat, sed cunctos gratiarum abyssos aduocat capacitate penè immensâ.

Introducta Virgo in Deitatis abyssum, plenitudinis haustu facta abyssus. Cant. 2. Ghilel. August. Bonau. Damasc. Bernard. Ildeph.

73. Ex solâ humilitate, fœcunditate, ac virginitate plenam gratiâ Mariam. Bernard. ser. 3. ex paru. colligit: *Bene gratiâ plena, quia & Deo, & Angelis, & hominibus grata: hominibus per fœcunditatem; Angelis per virginitatem; Deo per humilitatem.* Porrò ex vnicâ fœcunditate Eusebius Emiss. hîc Mariæ plenitudinem prædicat. *Aliis ad mensuram gratia datur. Maria autem plena gratiâ dicitur. Magna & ineffabilis gratia est, vt vna ex tantis millibus eligatur, vt Deum conciperet.* Si ergo ex vnâ seu alterâ excellentia plena gratiâ verè vocitatur; quid si sanctitatis collegium præsentetur? D. Thomas in Cat. ad cap. 1. Lucæ: *Virgo sancta totam sibi hauserat Spiritus Sancti gratiam.* A Damasceno Orat. 1. de Nat. Mar. vocatur *omnium gratiarum pelagus.* Et Orat. 1. de dorm. *Sanctitatis thesaurus.* A Damiano ser. 45. *Gazophilatium thesauri.* A Damasceno rursum *Diuinitatis promptuarium.*

Ex vnico priuilegio plena gratiâ vocatur, quid ex omnibus? Bernard. Emiss. Thom. Damasc. Damia.

75. Tàm plena gratiâ Virgo, vt mutuò dederit Deo infinitè pretiosum Incarnationis thesaurum. Methodius in Hypopant. Dom. *Tu, ô Virgo, admirabilem Incarnationem, quam aliquando non habuit, Deo mutuò dedisti.* Egens-ne Rex cælestis, vt ad prædiuitem Virginem accepturus mutuò cogatur accurrere? Si Maria (authore D. Thom.) *totam sibi hauserat Spiritus Sancti gratiam.* Quid mirum Deum ab ipsa mutuò accipere immensam gratiam: Incarnationis redimendi Orbis pretium? Mutuò accepit ex Virgine Deus? Ergo Deum habet Maria debitorem. Methodius idem ser. de Purific. fatur: *Euge quæ debitorem habes eum, qui omnibus mutuatur. Deo enim vniuersi debemus, tibi autem etiam ille debet.* Debemus Deo, quia omnibus ipse mutuatur; Mariæ autem Deus debet, quia ab illâ mutuò accepit Incarnationem. Hinc vt debitum solueretur, Virgo Filij Dei hæres constituitur. Damascenus Orat. de Assumpt. *Oportebat Dei Matrem ea quæ Filij erant possidere.* Quantæ Marianæ plenitudinis diuitiæ, si vnicum Deo bonum mutuò datum totâ Dei hæreditate compensandum obiicitur? Ideò cunctæ creaturæ ad Dei ditionem pertinentes enëmptæ à Virgine prædicantur. Orat. 1. de Assumpt. *Maria omni præfuit creaturæ, quam veluti coemptam à seruitute in libertatem asseruit.* Quid si Spiritus Sancti dona cesserint Virgini ex iure debiti ob mutuum? Bernardinus Senen. to. 1. ser. 52. *A tempore, quo concepit Virgo Deum in vtere suo, quandam (vt sic dicam) iurisdictionem seu authoritatem habet in temporali missione Spiritus Sancti.* Quia mutuò tunc Deo Incarnationem addicens, eum adeò sibi reddidit debitorem, vt quodammodo nulla valeat hominibus dona dispensare sine Virginis consensu. Vnde tota nobis gratia per Mariam expendenda,

Prædiues gratiâ Virgo mutuò dedit Deo Incarnationem, vnde Deus debitor eam cunctorum bonorum constituit hæredem. Method. Thom. Method. Damasc. Bernardin.

75. Age, non solùm immensitatem gratiæ Virginis, sed & qualitatem oportet vestigare. Guttula plenitudinis gratiæ Marianæ (sic explicare liceat) mirum in modum superat totam quodammodo Sanctorum immensam ac infinitam plenitudinem, quia efficit

Particula gratiæ Marianæ totam Diuorum superat plenitudinem, quia effectiua seu dispositiua Incarnationis.

Verbi

Verbi Dei incarnationem, vel dispouit ad illam. Spiritus sanctus superuenit in Virginem: *Spiritus sanctus superueniet in te.* Eodem Spiritu repleti sunt Apostoli: *Repleti sunt omnes Spiritu sancto.* Athanasius ad Luc. 1. *Ad Apostolos dixit Christus: Vos autem sedete Ierosolymis, donec induamini virtute ex alto, a ueniente in vos Spiritu sancto. Num vt Apostolis, ita & Virgini quoque promittitur?* Apostolorum plenitudo non fuit dispositio ad Verbi incarnationem; superuentio autem hæc Spiritus sancti gratiæ addita Mariæ plenitudini dispositiua fuit Incarnationis. *Quòd si eadem ratione huic vt Apostolis promissio facta esset, iisdémque Virtus Altissimi, & Spiritus sanctus in eam descenderit: sequitur, vt cum in Apostolis ea ipsa virtus, & Spiritus sanctus Incarnationem non fecerit, neque in Virgine Virtutem Altissimi, aut obumbrationem sancti Spiritus Incarnationem operatam fuisse.* Operata est planè; ergo accessio gratiæ Virginis post plenitudinem promissa vincit Apostolorum plenitudinem; quia ad generationem Christi disposuit. Sume tibi aneti & sinapis granum, pondera quantitatem: Ponderis planè videtur æqualis, imo minoris sinapis semen. Terræ committe, sinapis olus super anetū insurgens cuncta olera longè superabit. Qualitas ego distincta sub eadem seminum quantitate. Sume gradum gratiæ Virginis & Apostolorum, quæ in Apostolis causa est Euangelicæ perfectionis incrementi, in Virgine Incarnationis semē reperitur. Vnde quidem non solum gradum illum gratiæ Apostolicæ vincit, sed & totam eorum longè superat plenitudinem.

Athan.

75. *Gratia plena sit nomen Deiparæ.* Luc. 1. Hugo.

Quonam ergo nomine tantam Virginem appellabimus? Existimo vocitandam *Gratiâ plenam.* Angelus ad Virginem *Aue gratiâ plena.* Cur non dixit: *Aue Maria, gratia plena?* Vt ostenderet Virginem non tam Mariam, quàm *Gratia plenam* appellandam. Pulchrè Hugo Carens. *Forsitan nomen Maria tacet Angelus, vt ostendat se ei nomen nouum imponere, scilicet: Gratiâ plena, quod os Domini nominauit per Angelum. Gratia plena* est Deiparæ nomen; & certè *ipsum est nomen eius.*

Capvt III.

Marianæ plenitudinis in nos redundantia.

76. *Maria plenitudo est nostrorum criminum euacuatio.* Gen. 6. August.

Avgustinus ser. 18. de sanct. *Impleta est Maria, & Eua euacuata est culpa.* Benedictio enim creaturarum effectus est Marianæ plenitudinis. Spiritus Domini venit olim ad terras. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Gen. 1. Recessit postmodum iuxta illud: *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Gen. 6. Rursum superuenit in Virginem, vt ex ipsa in homines diffundatur, culpàque delinquentium possit euacuari.

77. *Maria quia Mare plenū est, iterum homines riuos replere.* Apoc. vlt.

In Salutatione Angelica: *Aue gratiâ plena,* interposuit Ecclesia: *Maria: Aue Maria gratia plena.* Licet-ne aliquid Euangelio apponi? *Si quis apposuerit ad hæc, apponat Deus plagas scriptas in hoc libro. Et si quis diminuerit de verbis prophetiæ huius, auferat Deus partem eius de libro vitæ.* Apoc. vlt. Vnde concludit

Ant. de Escobar & Mend. Tom. III.

Albertus Mag. *Ergo cùm Euangelista non apposuerit: Maria, non debemus apponere.* Apposita equidem mysterio particula illa, vt memoriæ Virginis immittamus, mare esse gratiarum, cuius munus cunctos replere fontes, omnibus riuis liquorem prouidere. Pulchrè Doctor, *Ecclesia nomen* Maria *apposuit in salutatione Angelica ad* Gratiâ plena, *vt per gratia plena recolat beatissimæ Virginis dignitatem; per Maria inclinet eam ad nostram necessitatem. Ipsa enim gratia plena data est nobis Mare Maria, vt eius plenitudo gratiæ suppleat in nobis defectum culpæ,* gratiæ scilicet de Mariæ seu Maris munere redundantia. Albert.

78. *Non gloria plena, sed gratia appellatur, vt redundans in peccatores adnotetur.* Albert.

Alteram Albertus quæstionem annectit. *Videtur, quòd Deipara melius* Gloriâ plena, *quàm* Gratiâ plena *dicatur; cùm Gloria sit perfectior gratiâ.* Cur ergo non appellata *Gloriâ plena.* Existimo, quia plena gloria in beatos reflueret, non in peccatores, quia gratia necessariò debet gloriam præcedere. Vt ergo huiusmodi plenitudinis redundantiâ peccatores donari possent, plena gratiâ côuenientius appellatur. Sic Pater: *Ad hoc annunciatur Virgini beata plenitudo gratiæ, quæ est medium & causa omnis gratiæ in humanum genus transferendæ. Ergo cùm hic annunciatur initium beatitudinis, potiùs ponitur gratia, quàm gloria.* Gratiæ plenitudo in peccatores refundēda exauditur. At plenitudo gloriæ prætermissis peccatoribus sine gratiâ, apud cælicolas exūdaret.

79. *Qui laudat Deum auctorem, laudat consequenter Mariæ plenitudinem, e qua in eundem modo redundant beneficia.* Ambr. Basil.

Aiebat Ambrosius ad illud: *Gratia plena, Nec mirum, si Dominus redempturus Mundum, operationem suam inchoauit a Matre, vt per quā salus omnibus parabatur.* Quia scilicet ideo plena Maria, vt possit in vacuos homines redūdare. Hinc haud possumus præconiis efferre Mariæ plenitudinem, quia Redemptoris pretium nobis ex Virginis refluentia impensum efferamus. Intendit Basilius Sele. Orat. de Annunc. Deiparam gratiâ plenam collaudare: *Copiosam præconiorum materiam comperiet, qui Deiparam laudibus efferre instituerit gratiâ plenam.* At Saluatorem laudibus effert. Vndenam igitur promissis stetit, qui Deiparam laudare proposuit? Sic se expedit: *Nemo ex his, qui hic præsto sunt, me incuset, quasi alia in orationis exordio spoponderim, alia vero nunc tractem. Per quæ benefactorem laudamus, per eadem eiusdem quoque Matrem gratia plenam prædicamus.* Quia scilicet beneficia à Domino peccatoribus collata, ex Mariæ plenitudine dilabuntur; per eam enim *salus omnibus parabatur.*

80. *Plena sibi Maria, superplena peccatoribus.*

Angelus Deiparæ: *Aue gratia plena.* Et rursum: *Spiritus sanctus superueniet in te.* Cur gratiâ iā plena Maria nouis Spiritus sancti donis oppletur? Annō qui super plenū vas mittit liquorem, potiùs effundit? Certè super plenam gratiā adhuc gratia immittitur, vt plena Virgo sibi, ac nobis superplena cognoscatur. Bernardus ser. de aquæ ductu. *Maria plena sibi, superplena nobis.* Bonauentura in spec. sect. 7. *Quid mirum, si lætitiam plenam, & super plenam habeat in gloria, quæ gratiam plenam, & super plenam habuit in exilio?* Cur superplenam? Addit: *Quid mirum, si tam in cælo, quàm in Mundo*

Bernard. Bonau.

eius plenitudo super omnem creaturam sit, de cuius plenitudine omnis creatura virescit? Et cum

Ansel.

Anselmo exclamat: *O fœmina plena, & super plena gratia, de cuius exundantia respersa reuirescit omnis Creatura!* Concludit: *Habet ergo Maria plenitudinem gratiæ saundantem.*

81.
Puteus sibi fons Angelis, & hominibus.
Cant. 4.
Guilhel.

Cur existimas puteum, & fontem appellatam? *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium.* Cant. 4. Quia putei in morem sibi plena, fontis autem munificentiam referens & Angelis & hominibus diffunditur. Guillelmus ad hæc: *Continet sibi abyssos vitæ, & immortalium gaudiorum, sed non ita continet sibi, vt non effundat aliis. Effundit Angelis, & hominibus; Angelis torrentem voluptatis, hominibus in hac peregrinatione torrentem sanctitatis, & sanitatis. Sic tamen effundit, vt non minus contineat.* Fons etenim ex profundissimo pleno puteo babet exortum.

83.
Per Mariam fontes gratiæ hominibus librantur à Domino.
Prou. 8.

Dicitur Maria apud Deum adfuisse, *quando librabat fontes aquarum.* Prou. 8. Rodulphus de illis aquis, *quæ super cælos sunt*, exponit. Profecto illi aquas librare dicuntur, qui eas per suos ductus regunt, & altitudinem metiuntur, ad quam ascēdere possunt. Vnde in Iure ciuili *libratores aquarum* appellantur, qui publicis aquæ ductis operā impendunt. Plinius

Plini.

Epis. 258. *superest, vt libratorem mittas, qui diligenter exploret, sit-ne lacus altior mari.* Gratiarū itaque cælestium Deus ad terras per Mariam, aquæ ductum vtique librat. Quapropter tātopere per humilitatem, ac animi deiectionem Mariā depressit, & deorsum versus ad infima quæque vergere fecit, vt procliuiùs cęlestis ad nos vnda descenderet. *Vt de plenitudine eius*

Bernard.

(ait Bernardus) *accipiāt vniuersi. Est enim Maria fluuius ille, qui lætificat Ciuitatem Dei, id est, Ecclesiam.* Ipsa profante: *Ego quasi fluuius, & quasi aqua ...dus exiui de paradiso.* Eccli. 24. Hieronymus Epist. ad Fabio. *Dominus & Saluator a primo Patriarcha venit ad Virginem, quasi ad fluuium Iordanem, quæ pleno gurgite fluens Spiritus sancti gratiis redundat.*

Eccli. 24.
Hieron.

84.
Plena Maria sibi, totū nobis Spiritum sāctum impertiit vmbram salutarem.
Luc. 1.
Basil.

Redundat plenè *Spiritus sancti gratiis*, quæ plena gratiâ, adhuc Spiritus sancti gratiis oppletur, vt sibi plena Maria, totū Spiritū sanctū nobis possit exhibere. Angelus dixit: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obūbrabit tibi.* Luc. 1. An Spiritus sanctus vmbra Deiparæ? Certè Basili. Seleu, id videtur affirmare, fatus: *Si Christus seruus suis tantam gratiā contulit, vt solo contactu, imo vero sola corporis vmbrâ ægris præsidium afferre possent: qualem vim aduersas omnium morborum genus Virgini Matri collatam fuisse putandum est?* Petri vmbræ datum ægrotantes saluti restituere? Virgini data Spiritus sanctus vmbra cunctos diuinâ potentia sanans ægrotos.

85.
Gratia à plena Maria in nos ordinatur, seu deriuatur.
Cant. 2.
Hieron.
Bern.

Ordinauit, inquit, Virgo, *in me charitatem.* Cant. 2. Plena mihi, omnibus superplena adsum. Hieronym. Epis. de Assump. *Ob quod Dei genitrix electa, & præ electa iure ab Angelo gratiā plena salutatur, per quam largo Spiritus sancti imbre superfusa est omnis creatura.* Bernardus ser. de Aquæd. *Deus totius boni plenitudinē posuit in Maria, vt si quid in nobis spei est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab eâ nouerimus redundare.* Bonauentura in spec. sect. 7. *Tibi soli loquor Domina, beneficiis tuis plenum esse Mundum, inferna penetrauit, cælos superauit.*

Bonau.

Gratiam de restauratione factâ in cælo, gloriam de redemptione facta in Mundo, gloriam de liberatione facta in inferno habet Dominus per Mariam, habet per Mariæ plenitudinem, vtrique redundantem. Ex præfatis edisce, eam præcipuè laudari plenitudinem, quæ non deficiens possessori, proximis communicata, eis existit salutaris.

OBSERVATIO IX.

Ad illa verba:

Dominus tecum.

Specialissimè cum Virgine Conditor.

Vbi innuo ex Dei societate plura iustis commoda exoriri.

D. Petrus Chrysologus ser. 141. *Ergo erat cum Virgine, qui ad Virginem miserat, præcessit nūcium suum Deus.* An- 86.
non specialissimo habitandi more cum Vir- Chrysol.
gine Dominus? Quis ambigat? Proh Dei apud vterum Mariæ habitandi cupiditas! Horā quodammodo Incarnationis anteuertit, vt ante specialissimam habitandi rationem, iam specialissimè habitare videatur.

Vis hæc Mariæ Deū ad se ante tēpus tra- 87.
hendit? *Nardus*, inquit, *mea dedit odorem suum.* Cant. 1. Indidit planè Deo alas Mariæ fragrātia virtutum, vt aligerum nuncium velocitate vinceret. Bernard. ser. 3. *Ita-ne velocior Angelo fuit Deus, vt festinantem Nuncium celerior ipse præueniret ad terras? Nec mirum; nam cùm esset Rex in accubitu suo cælesti nardus Virginis dedit odorem suum, & ascendit in conspectu gloriæ eius sumus aromatis. Statímque Rex egrediens de loco sancto suo, exultauit vt gigas, ad currendam viam; & licèt à summo cælo egressio eius, nimio tamen peruolans desiderio, præuenit suum Nuncium.*

Deum ad se Maria attrahit ante tempus.
Cant. 1.
Bernard.

Dominus (inquit ille) *tecum.* Ac si diceret, 88.
Tota Trinitas tecum specialissimè commoratur. Bernardus inibi: *Cum Dominus sit cum omnibus sanctis, specialiter tamen cum Maria, Dominus tecum, Nec tamen tantùm Dominus Filius tecum, qui carne induendus est tuâ; sed & Dominus Spiritus sanctus, de quo concipies; & Dominus Pater, qui genuit, quem concipies.*

Tota Trinitas specialissimè cum Maria.
Bernard.

Habitans ergo Deus in Virgine specialissimè 89.
ante Incarnationem Spiritus sanctus aduocatur mysterio illi operam daturus. *Veni*, inquit, *Auster, perfla hortum meum & fluent aromata illius.* Cant. 4. Vbi à Guilhelmo Deus in Virgine habitās iā describitur Spiritū sanctū Austrū aduocās: *Veni Auster.* Si cū Virgine iā Dominus nō degeret, nō diceret: *Veni*, sed potiùs *Vade. Austro ergo* (inquit Del. Rius) *dixit: Veni; quia nō mittebatur Angelus duc's ad Virginē: Dominus tecum. Veni Spiritus, sanctifica vlterius virgineum vterum vt fluant aromata illius, vt*

A Deo apud Virginem iā Incarnationem commorante Spiritus sanctus aduocatur mysterium perfecturus.
Cant. 4.
Guilhel.

quod

90. *quod nascetur ex eo sanctum vocetur Filius Dei.*

Ex amore eximio Deus Nunciũ præuenit. Cant. 1. Bernard.

Profecto Dominum amor eximius in Virginem excitauit, vt Nuncium properantem præueniret. *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliẽs colles, similis est Dilectus meus capreæ hinnulóque ceruorum.* Cant. 1. Ad quæ Bernard. hom. 3. sup. *Missus. Nimio peruolans desiderio, præuenit suum Nuncium ad Virginem, quã amauerat, quam sibi elegerat, cuius decorem concupierat: quem prospiciens à longè venientem Ecclesia congratulans ait: Ecce iste venit saliens &c.*

91. *Quasi omnipotens redditur ex speciali Dei præsẽtia.* Albert.

Hinc Virginis augusta elogia prædicari licet. In primis quidem specialissima apud se Domini præsentia omnia facillimo negotio præstanda esse cognouit. Obiicit Albertus, *Dominus est nomen timoris iuxtà illud Malach. 1. Si ego Dominus, vbi est timor meus? Ergo cùm hic agatur omnis materia amoris, non deberet hic poni nomen timoris, sed amoris.* Respondet: *Per id tamen liberum arbitrium Virginis inclinatur; quia credit, & aduertit Dominum secum omnia posse facere.* Adiicit, *Nihil tibi impossibile, ô Virgo, quæ scis te dominum in socium habere; sed dic confidenter: Omnia possum in eo, qui est mecum.* Si nihil impossibile Virgini, cuncta possibilia peccatori Mariæ vultum deprecanti. Andreas Cret. Orat. 1. de Annuo. cõfirmãs, fatur. *Dominum esse tecũ dixi, & tu, o Virgo, quonam modo hoc continget, ambigis? Dominum ego anteuertisse aduentum meum tibi nuncio, & tu de viro mihi disseris, & terreno quodam partu?* Cur existimas Dominum tecũ antè Incarnationem commorantem exprimi, nisi vt te quodammodo omnipotentem redditam manifestet?

Cretẽn.

92. *Deus quasi subiectus adest Mariæ voluntati.* Gen. 6.

Deinde Dominum esse cum Virgine, idem prorsus, ac eius volũtati adesse subiectũ. *Ambulauit Enoch cum Deo.* Gen. 6. Quare cũ Deo dicitur Enoch ambulâsse? Quia eius volũtati Enoch obediuit. Ergo Dominũ esse cũ Virgine idem est quodammodo ac eius voluntati fuisse submissum. Hugo Card. ad Luc. 1. *De alijs sanctis dicitur, quod sint cũ Domino: Ambulauit Enoch cum Deo, quia obediuit eius volũtati. Sed Dominus dicitur esse cum Maria, quia Deus eius fuit subditus voluntati.*

93. *Omnino à creaturis segregata Maria innuitur.* Hugo.

Præterea *Dominus tecum*, innuit Virginem omnino à creaturis segregatam vni hærẽtem Creatori. Hugo Card. *Sic igitur Dominus tecum propter solitudinem. Sic Dominus vacuos replet, solitarios comitatur.* Illa ipsa Virginis soli Numini adhæsio exprimit specialissimo affectu à Domino donatam fuisse, quia omninò fuit à creaturis abstracta. Bernardus citat. *Dominus tecum. Meritò concupiuit Rex speciem Virginis; fecerat enim quidquid longè antea promiserat a patre Dauid: Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & si hoc feceris, concupiscet Rex decorem tuum.* Hinc specialis apud iustos præsentiæ Dei cõmoda licet adnotare.

Bernard.

Observatio X.

Ad illa verba:

Dominus tecum.

Dominus apud mentem Deiparæ, vt vterum Verbi efficeret capacem.

Innuitur, cor iusti Deo plenum pectus disponere ad Eucharistiæ receptionem.

IN corde Virginis Dominus prius specialissimè recipitur, vt postmodũ in vtero reciperetur. Augustin ser. de Nat. Dominus tecum. *In tuo est corde, in tuo est vtero; adimples mẽtẽ, adimples ventrẽ.* Ac si opus fuerit priùs mentem Virginis Domino impleri, vt vterus capax, dignáque Dei habitatio redderetur. 94.

August.

Beseleel Arcam, quâ Deus erat excipiendus fabricaturus, ipso Domino impletur. *Cui dedit Deus sapientiam, & intellectum, vt sciret fabre operari.* Exod. 36. Repletur vtique mens Deo, vt materiale postmodum ei condat hospitium. Num aliter Artifex inueniret, quonãmodo Deus Arcæ angustiis posset collocari? Deo autẽ plenus *fecit Arcam habentem duos semicubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine, altitudo quoque vnius cubiti fuit, & dimidij.* Cap. 37. Proh capacitatis angustia! Intendis planè vlnis immensurabile pelagus contineri. Quonammodo Deus angustiis hisce continebitur? Profectò mens cælestis sapiẽtiæ plenitudine plena Arcam effecit capaciorem. Haud aliter mens Deiparæ Domino impletur, vt vterum redderet tantæ capacem Maiestatis. Andreas Ieto. de Laud. Virg. *Dominus tecum, qui ante te hodie vna tecum est, & ex te paulo post nascetur. Nam sicut priùs spiritus Beseleel impleuit, & os Dominus aperit, cum tabernaculi vasa fabricaret: ita priùs Dominus Mariam suâ gratiâ impleuit, quàm ex ea Filij sui corpus efformaret.* 95.

Beseleel impleuit spiritum vt Arcã Deo excipiẽdo fabricaret, sic Mariam. Exod. 36. & 37.

Certè mens Virginis Domino plena, seu septem virtutibus Spiritus sancti ornata vterum reddidit capacem ad Deum excipiendũ, cælum vtique septem cõstantem circulis, qui quidem Deo habitaculum præparatur: *Cælum cæli Domino. Sapientia* (ait Salomon) *ædificauit sibi domum, excidit columnas septem.* Prou. 9. Septiformis gratiæ animum Virginis opplentis vis innuitur. Hugo Card. *Domus Sapientiæ est hodie beata Virgo. Prima columna est virginitas: Missus est Angelus ad Virginem. Secunda, taciturnitas: Cogitabat, qualis esset ista salutatio. Tertia, stabilitas: Ingressus est Angelus ad eã. Quarta, strenuitas: Exurgens abiit in montana cum festinatione. Quinta, humilitas: Ecce ancilla Domini. Sexta, pietas: Mansit Maria cum illa quasi tribus mensibus. Septima prudentia: Quomodo fiet istud?* Quorsum talis septiformis virtutis apud animum exædificatio? Vt animus Deo capax redditus, vterum redderet capacem septem vtique circulis cælum distinctum. Epiphanius de Laud. Virg. exclamat: *O vterum impollutum habentem circulum cælorum, qui Dẽũ incomprehensum in te verè comprehensum portâsti! O vterum cælo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti! O vterum, qui cælum es septem circulis constans, & capacior illis existis!* Vndenam precor, vterus capacior cælo septem constãte circulis? Subiicit: *O vterum habentem inextinguibile lumẽ septies lucẽtis gratiæ!* Habet vterus à mẽte Mariæ Spiritus septiformis auxilium, & 96.

Mens Virginis septiformi spiritu impletur, vt vterus Verbo impleatur. Prou. 9.

Hugo.

Epiph.

mox redditur cælum septem circulis constans capax Deum excipere. Pulchram accipe Guarrici ser. 3. de Annunc. sententiam, qui memorans illud Ezechi. 44. *Ipse sedebit in ea*, ait, *Sedebit in ea, quoniam requiescet in ea, sedebit in ea tanquam in Throno grandi.* Et vndenam vteri Mariæ angustiæ iam Thronus grandis Conditori obiicitur? Profectò quia priùs mentem Dominus iniit habitator. *Si attendas* (adiicit) *ad angustias vteri, locus prorsus angustus est: si latitudinem cordis, Thronus grandis est. Propter quam etiam vterus tantæ Maiestatis capax factus est.* Edocere communicaturus quonam modo mens Deo plena disponat pectus ad Christi in Eucharistiâ receptionem.

97. *Quia Maria spiritu Deo completur, ideò vteri angustia Thronus grandis Principi redditur.* Ezech. 44. Guarr.

Observatio XI.

Ad illa verba:

Benedicta tu.

Cunctis Virgo benedictionibus stipata,

Vbi innuo profusis laudibus compensanda à nobis Mariæ collata beneficia.

98. Andr. Ierosol.

SIC hæc verba Andreas Ierosolym. Orat. de Annunc illustrat: *Benedicta tu inter fœminas, quam beatam omnes generationes prædicant, Reges glorificant, Potentatus adorant: quam Isaias propheticis oculis conspicatus, Prophetissam nuncupauit, & Virginem. Sola tu benedicta es, quam montem magnum vir ille desiderabilis Daniel vidit, ac montem obumbratum Abacuch ille admirabilis. Montem præterea Dei, & montem pinguem; quam Zacharias aureum ceu candelabrum septem vidit lichnis ornatum, nimirum septem illis Spiritus Sancti donis clarum, & lucidum. Verè tu benedicta sensu, intellectúque prædita, viuidi saluus nostra ligni Paradisus, quia ipsum horti Edem colonum Christum in te habes.* Quot sunt de laudibus Mariæ scripta volumina, quot adsunt excogitata præconia, tot insonant Virginis benedictiones.

99. *Beatitudinis in morem Maria cunctis bonis redundat.* Gen. 1. Albert.

An non Deiparam *beatam omnes generationes prædicant*? Meritò quidem, si beatitudinis instar, omnibus abundans bonis præsentatur. Diei septimo Dominus benedixit: *Benedixit Dominus diei septimo.* Gen. 1. Quare? Quia æternæ requiei præfigurans diem cunctis abundans bonis, dignum Deo præparat habitaculum. Albert. Magn. hic: *Benedixit Deus diei septimo: Est autem ista benedictio æternæ requiei præfiguratio. In omnibus Deus requiem quæsiuit.* Núm inuenit? Adiicit: *In ipsâ Mariâ solâ inuenit, in quâ inuenit omnia quæcumque quæsiuit. In Tabernaculo eius requieuit. Sic Virgo beatissima habuit diei septimi benedictionem.*

100. *Reges glorificent, Principatus adorent*; quia per Mariam salutis fulgor ad gentes properauit. Abrahæ Dominus: *Eris benedictus.* Quare? *In te benedicentur omnes cognationes terræ.* Gen. 12. Ideò igitur benedictionibus Virgo afficitur, quia per ipsam cunctæ gentium nationes benedictionibus donátur, inclamantes: *Benedictus qui venit.* Andreas Ierosol. *Benedicta tu, quia sola benedictionem es sortita, quam Deus gentibus per Abrahamum promiserat. Tu verè benedicta, vt quæ benedicti Pueri Iesu Mater es nuncupata, propter quem gentes clamant: Benedictus qui venit.*

Benedicimus Principes eam, per quam salutis fulgor mundo præsentatur. Gen. 12. Andr.

101. *Benedicens ei benedicitur, maledicens maledictione afficitur.* Gen. 27. Chrysol.

Gentes proclamant: *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini, & seruiant tibi populi, & adorent Tribus.* Gen. 27. Cunctæ Mariæ benedictiones ex illa particulâ? *De rore cælesti*, habent exortum. *Cælestis enim imber*, loquor cum Chrysologo ser. 3. de Annunc. *virgineum in vellus placido se fudit illapsu, & tota Diuinitatis vnda bibulo se nostra carnis celauit in vellere.* Adiicit Isaac: *Qui maledixerit tibi, sit ipse maledictus; & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.* Si benedictione cælesti Maria Mater Iesu affecta, quid non vim maledictionis incurrant, qui maledictionem Virgini fuerint imprecati? Albertus: *Istam benedictionem habuit in summo Virgo Dei Mater. Qui autem ipsam corde, ore, aut opere maledixerit, maledictionem æternam hæreditabit, quasi Diaboli filius. Qui verò ipsam corde, ore aut opere benedixerit, benedictionem gratiæ aut gloriæ possidebit.*

102. *Haud excogitabilis maledictio in Maria.* Gen. 3. Ildeph.

An excogitabilis in Mariâ maledictionis causa? Certè communi parenti maledictionis loco indicta parturitio: *In dolore paries.* Gen. 3. Ildephonsus lib. de partur. *Quid si ita est, vt astruunt: ergo illa, quæ benedicta ab Angelo prædicatur, in maledictione adhuc permanens, sub maledicto peperit. Alioquin quid est, quod legem ita vera requirunt in Maria* Et inferiùs: *Sicut ob istis libidines libera fuit, ita & ab omni pressurâ maledictionis, non ex sese, sed ex virtute Altissimi aliena fuit.* Imò non solùm à maledictione aliena fuit, & immunis, sed cunctas humani generis deleuit maledictiones. Petr. Dam. ser. de Nat. *Maria benedictionis nouæ fluentum totum detersit maledictionis antiquæ contagium.* Fulgentius hîc: *Maledicta Eua fuerat, quam nunc credimus per Mariam ad benedictionis gloriam remeasse.* Et Hieronymus ser. de Assumpt. *At per hoc quidquid maledictionis infusum est per Euam, totum abstulit benedictio Mariæ.*

Dam.

Fulgent.

Hieron.

103. *Alios cunctis Maria benedicimus.*

Parum esset tàm benedictã Reginam ab hominibus collaudari, si cælestes Spiritus non concinerent: *Benedicta tu.* D. Athanasius ad hæc: *Istius modi benedictionibus te celebrat prima acies, quæ ex Thronis, Cherubinis, & Seraphinis constat, qui aut flammei, aut magni Dei cognitores appellantur. Beata tu in mulieribus. Secunda Hierarchia, quæ in se Dominationes, Virtutes, Potestatésque complectitur, ad te respectans clamat: Benedicta tu. Iam tertia ex Principibus* (seu Thronis) *Archangelis & Angelis acies: Benedicta tu, inclamat.* Et addit: *A quibus deinde nos Hierarchia terrestres exultimus, te canorâ voce dicentes: Benedicta tu.* Dùm Angelos, hominésque audierimus Virgini obæratos benedictionibus eam effusis collaudare

dare (neque enim tantæ Regioæ quidquam reddere possumus præter sacrificium laodis) beneficia quotidie ex Virgine nobis collata si non dignis operum redditibus, saltem laudum obsequiis euremus compensare.

OBSERVATIO XII.

Ad illa verba:

In mulieribus.

Ex mulieribus præcipuè Mariæ insonant benedictiones.

Moneo, commendabile bonum, quod communitatis vtilitati cedit.

104. VGO Cardio. Præcipuè *inter mulieres benedicta?* Non sine causa Archangelus Mariam in mulieribus benedictione asserit celebrandam, quia speciali iure fœminæ Mariæ sexus fœmineus astrictus est.

Hugo.

105. Scio & viros & fœminas Deiparæ debere à cunctis maledictionibus fuisse liberatos, faote Ambrosio in Cat. D. Thom. *Vna Maria præ cunctis mulieribus, vel inter mulieres benedicatur, sicut mares in Filio. Sed magis vterque in vtrisque. Velut enim per vnam fœminam & vnum marem peccatum simul ac tristitia intrauit: sic & nunc per vnam & vnum benedictio reuocata est, & lætitia.* Sed tamen speciatim fœminæ tenentur tantam fœminam collaudare, per quam primæ fœminæ soluuntur maledictiones. Chrysologus serm. 3. de Annunc. *Benedicta in mulieribus, quia In quibus Eua maledicta puniebat viscera, tunc in illis gaudet, honoratur, suspiciturque Maria, & facta est nunc verè mater viuentium, quæ mater extitit morientium per naturam.*

Viri ac fœminæ Mariæ debent à maledictionibus fuisse liberatos.
Ambr.
Chrysol.

106. Profectò debitor sexus fœmineus Mariæ, quæ maledictum sterilitatis sibi eligens virginum choros duxit spirituali fœcunditate ornatorum, cælestis coniugum sponsi, eis quidem à partus cruciatu liberatis. Bernardus hom. 3. sup. *Missus*, inquit: *Dura necessitas, & graue iugum super omnes filias Euæ. Si pariunt, cruciantur: si non pariunt, maledicuntur; dolor prohibet parere, & non parere maledictio. Elegis*, ô Virgo virginum, *in Israel esse contemptibilis, & vt illi placeas, cui te probasti, maledictum incurrere sterilitatis: & ecce maledictio benedictione commutatur, sterilitas fœcunditate compensatur.* An soli Mariæ? Certè cuncti virgines, *qui sequuntur Agnum, quocumque ierit*, sine dolore fœcondæ, sine maledictione virginitati hærentes, collætantur. Vnde exclamat Fulgentius serm. 3. *Venite virgines ad Virginem, & lætamini; ponite maledictionem, & benedictionem accipite. Proiicite dolores, quos Eua per serpentem accepit: & quos per Angelum Maria suscepit honores, accipite. Pellite tristitiam concipientes* (spirituali fœtu) *gemitus parturientes abiicite, vt solus vobis Virginis Filius dominetur.*

Debent Mariæ fœminæ, dolorem partus fugere, sine sterilitatis maledictione.
Bernard.
Fulgent.

107. Porrò ex Euæ maledictione ortum habuere insidiæ, fraudes, doli, artesque innumeræ adulandi, blandiendi, alliciendi, in extremam virorum pernitiem, quæ quotidie fœmineo in sexu deprehenduntur. Breuis omnis malitia super mulieris iniquitatem. Multæ ne mari, terræque feræ? Mulier omnium maxima. Euripidem exaudi:

Fœminæ à per Maria in ab iegatis fraudibus, sese ad bonam frugem receperunt.
Eurip.

Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen,
Ah pereat didicit fallere si qua virum.

Salomon inuecturus exsurgens, clamat: *Fouea profunda, puteus angustus, insidiatur in via quasi latro, & quos incautos videt, interficit.* Prou. 23. Non-ne cuncta hæc mala ex prima illa ortum habuere maledictione? Maria equidem benedicta inter fœminas appellatur, quia per ipsam illæ ad meliorem sese frugem recepêre. Quàm aptè Apostoli sententiam vsurpabimus; *Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis.* Rom. 16. Quod exponens Chrysostomus. *Confundimur*, inquit, *viri, quòd tales apud nos sunt mulieres. Confundimur autem, quòd adeo longè ab illis post terga relinquimur viri. Quæ multum laborauit. Non dixit, docuit, sed laborauit, ostendens, quòd cum sermone, & alia, quæ exiguntur, administrauerit; scilicet quod attinet ad pericula, pecunias, peregrinationes. Erant enim mulieres illæ leonibus feruentiores.* Vndenam fœminarum immutatio tanta? *Laborauit Maria*, mulierum insudans conuersioni. In cuius typum Apostolus fidelem illam fœminam Mariam nomine commendauit. Certè *quidquid maledictionis* fœminis filiabus *infusum est per Euam* (loquor cum Hieronymo) *totum abstulit benedictio Mariæ.*

Prou. 23.
Rom. 16.
Chrys.
Hieron.

108. Sponsus dixerat: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cant. 2. Lilium Maria spinas Euæ filias conuertit in flores. Bernardus serm. 4. sup. Salue. *O Virgo benedicta inter spinas mulieres, quam Dominus benedicit; vt per te benedictam vita eis veniret: sicut mors per Euam maledictam.* Sponsæ in lilia mutatæ lilium ducens ad sponsum consequuntur. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, abi post vestigia gregum tuorum.* Cant. 1. Legit Rupertus, *Benedicta inter mulieres.* Si te benedictam in mulieribus ignoras, experimentum sume, abi, & egredere post vestigia gregum tuorum; intuere cunctas illas fœminas, quæ, te duce, Agnum secuturæ sine macula, benedictionibus cælestibus redundantes, ad immarcescibile pascha diriguntur.

Maria fœminas spinas conuertit in flores.
Cant. 2.
Bernard.
Cant. 1.
Rupert.

109. Cur non simul in hominibus & mulieribus Virgo inclamatur benedicta, si Augostinus ait serm. 18. de Sanct. *Benedicta tu in mulieribus, quæ vitam & viris, & mulieribus peperisti.* Viris ac fœminis Virgo salutaris, tam in viris, quàm in fœminis benedicta deberet inclamari. Profectò in fœminis solis prædicatur benedicta ab Angelo vt neque per narrationem vir mulieri coniungatur ratione quidem decentiæ sexûs, Angelo purissimo profante. Sic Simon de Cassia: *In distinctionem, seu diuisionem sexus, ista in solis mulieribus benedicitur.* Quos igitur Angelus seiunxit, homo non facile haud sine periculo faciat inuicem adhærere. Tam noxia enim huiusmodi societas, vt vel nominum cohærentia sit quodammodo vitanda.

Benedicta in mulieribus dicitur, vt & nomine fiat viri ac fœminæ separatio.
Aug.
Cassia.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Virginis turbatione.

1. *Sententia afferens turbatã Virginem ex aspectu virili ab Angelo simulato.*

QVÆ *cùm audisset, turbata est in sermone eius.*] Quare fuerit Virgo turbata? Prima sententia docet turbatione affectam Virginem ex aspectu Angeli speciem viri referentis. Sic Ambrosius lib. 2. de Virg. *Virgo quasi viri specie mota trepidauit,* Hieronym. epist. ad Eust. *Cùm Gabriel viri specie ad Virginem venisset, consternata respondere non potuit; nunquam enim à viro fuerat salutata; & quà hominem formidabat, cum Angelo fabulatur intrepida.* Epist. ad Læt. *Ideo forsitan timore Virgo perterrita est; quia virum, quem non solebat, aspexit.* Et Damascenus orat. 1. de Dorm. *Virgo Angeli ore commota est, vt quæ cum viris colloqui minimè consueuisset; siquidem virginitatem sedulò seruare constituerat.* Nec enim puritatis sedula custos, quæ virorum aspectui non subtrahitur. Confirmo ex lectione Ambrosij: *Quæ cùm vidisset, turbata est.*

Ambr. Hieron. Damasc.

2. *Authoris sententia existimantis ex sermone Angelico nouo turbatam.* Origen. & alij.

Profectò non facile admiserim à Virgine modestissima Angelum aduertenter aspectatum. Vnde versio illa ex Græco: *Quæ cum vidisset*, non ad vultum Angeli, sed ad cuncta, quæ præcesserant, Angelici ingressus, virilis speciei, sermonis, referenda est. Hinc approbo secundam sententiam Origenis, Chrysost. Hieronym. Bed. Theophyl. & aliorum existimantium ex noua, & insolita salutatione turbatam. Probant illa verba: *Cùm audisset, turbata est in sermone.* Et mox: *Cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Eucherius. *Turbata est non in vultu, sed in sermone eius.* Euthymius. *Turbata est, quia timuit, ne fortè dolus esset: & cogitabat*, verum diuina esset salutatio, an à Dæmone.

Euch. Euthym.

3. *Probabiliter ex humilitate turbatio profecta.* Laur. Iustin. Bernard.

Scio humilitati virgineæ dari à pluribus Doctoribus turbationem. Laurentius Iustin. serm. de Annunc. *Turbata est non ex Angelico aspectu quasi insolito; sed ob excellentiam diuini præsagij, quo à propria mensura præcellere videbatur. Consueuit namque humilitas sicut semper stare subs·, ita difficilè fidem accommodare iis, quæ supra eam esse censentur.* Bernardus citat. *Quia humilis erat, turbata est.* Et Lyranus, *Sciendum est, quod Virgo solita erat videre Angelos. Et ideo de apparitione Angeli non fuit turbata; sed de salutatione insolitâ; quia nihil mirabilius est vero humili, quàm sui exaltatio.* Igitur turbatione affecta Virgo, quia audiuit, quæ humillima sibi minimè conuenire existimabat.

4. *Vndenam cogitatio hæc prodierit.* Bernard.

Et cogitabat, qualis esset ista salutatio.] An cogitatio huiusmodi ex puritate, an ex humilitate præfatâ fuerit exorta? Profectam ex humilitate Bernardus affirmat. *Maria cogitabat, qualis esset ista salutatio. Nimirum sese Salutatione Angelicâ reputabat indignam.* Turbationem Deiparæ sic Simõ de Cassia expressit: *Ex pietate turbatio ista erat, non ex indebitâ passione. Improuisus aduentus Cælicolæ, insolita salutatio magnum mysterium continens, non repentina cõprehensio agendorũ turbationem piam, atque prudentem adduxit, & virginalem animum perterrere fecit. Dumtaxat ex sermone Angelico Virgo admiratiuè turbata est, cogitationem suam non in aliud, quàm in qualitatem salutationis immittens. Qualis erat ista salutatio remouens vã culpæ, simulque & pœnæ, inferens plenitudinem gratiæ, cui altitudo gloriæ subsecuta est.* An mihi ancillulæ talis accinit salutatio?

Cassia.

§. II.

Angelus à Virgine timorem pellit.

5. *Familiariter Angelus cũ Maria.* Bernard.

NE *timeas Maria.*] Cùm Gabriel Mariam aspiceret virgineo pudore suffusam, & præ timore cogitabundam, vt pelleret turbationem proprio eam nomine amicè compellat. Bernardus hom. 3. *Familiariter Virginem vocans ex nomine, benignè ne timeas persuadet. Nihil hîc doli, nihil fallacia est; nullam circumuentionem, nullas hîc suspiceris insidias. Non sum homo, sed spiritus: Dei Angelus, non Sathana.* Andreas Ierosol. contestatur.

Andr.

6. *Vndenam repellendus timor.* Basil. Chrysol.

Addit Angelus rationem, curà timore deberet liberari. *Inuenisti gratiam apud Dominum.*] Ne timeas, siquidem apud Deum gratiam inuenisti. Basilius. *Ne timeas; timor enim eorum est, qui offenderunt; tu vero gratiam inuenisti apud Deum.* Chrysologus serm. 1. de Annunc. *Verum est, quia qui inuenit gratiam nescit timere.* Et serm. 4. *Timet non qui inuenit, sed qui perdit. Inuenit Virgo concipiendo superni germinis gratiam, quã pariendo non perdidit virginitatem. Quid timet, quæ securitatem rerum concipit, parit gaudia sæculorum.*

7. *Quid est gratiam inuenire?* Gen. 39. Gen. 6.

Inuenisti gratiam apud Dominum.] Id est: Domino placuisti. *Ioseph inuenit gratiam coram Domino suo.* Gen. 39. *Noe inuenit gratiam coram Domino.* Gen. 9. Esther *inuenit gratiam in conspectu illius.* Esther Hoc est Noë Deo placuit, Ioseph Eunucho, Esther custodi. Maria igitur Deo summopere placuit, ideo à timore eripi iubetur.

8. *Quid, in vtero concipere.* Chrysol.

Mox vt tranquilliorem reddat, concipiendi Filij gloriam exprimit. *Ecce concipies in vtero, & paries Filium.*] In vtero concipere quid? Chrysologus serm. 4. *In vtero dicit Angelus, vt conceptus esset veritas, non figura; vt partus esset proprietas, non imago. Vt sicut de Deo vero Deus verus natus est, sic de vero conceptu veritas humani corporis nasceretur.*

9. *Erit magnus Deus.* Ambr.

Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur.] Erit inquam magnus Deus. Idem Gabriel de Ioanne. *Erit magnus.* Sed *coram Domino.* Ad quæ Ambrosius, *Dictum ab Angelo de Ioanne: Erit magnus; sed ille quasi homo magnus, Christus quasi Deus magnus. Magnus*

Ioannes.

Ioannes, sed coram Domino, magnus Christus, sed Dominus. Vocabis (addit) *nomen eius Iesum.* Io sacris enim etiam legimus matres filiis nomina imposuisse Gen. 4. & 19.

10. *Sedes Dauid, & domus Iacob spiritualiter Iesu datur à Domino.* Bernard.

Dabit illi Dominus sedem David Patris eius.] De Regno spirituali, non temporario expono. Bernardus hom. 4. *Dabit ei Dominus sedem David patris sui non typicam, sed veram: non terrenam, sed cælestem. Quæ idcircò memoratur esse Dauid, quia hæc, in qua temporaliter sedit, æterna illius gerebat imaginem.* Idem assero de domo Iacob. *Et regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis.*] Spiritualiter quidem in Iacob domo imperabit, id est, in domo supplantatoris vitiorum. Bernardus. *Quis ex nobis est, qui iuxta interpretationem nominis Iacob supplantet Diabolum in corde suo? Luctetur cum vitiis, & concupiscentiis suis, vt non regnet peccatum in suo corpore; sed regnet in eo Iesus? Venit auaritia, & vendicat in me sibi sedem; iactantia caput dominari mihi; Luxuria dicit: Ego regnabo. Ego resisto, Dominum meum Iesum reclamo, quia ipsius me iuris esse cognosco, Iesum mihi Dominum teneo, & dico: Non habeo Regem nisi Dominum Iesum.*

§. II.

Votum virginitatis Mariæ obiicienti Angelus conceptionis exprimit puritatem.

11. *Non cognosco virum, id est, ne cognoscere non possum.* Euth.

Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?] Tranquillior Virgo reddita sic Archangelo obiecit: *Quomodo fiet?* Euthymium reiicio profantem: *Non credidit, sicut Zacharias.* Credidit enim perfectissimè, ideo ab Elisabethâ, beata compellatur: *Beata quæ credidisti.* Manifestat ergo Maria votum virginitatis, quo erat adstricta: *Virum non cognosco.* Id est, haud possum cognoscere. In sacris enim actio pro facultate ad agendum assolet accipi. Gen. 39. hebraicè. *Quomodo faciam hoc malum, & peccare in Deum?* Vulgatus, *Quomodo ego possum hoc malum facere?* Gen. 37. hebraicè. *Caligauerant oculi eius a videndo.* Vertitur. *Et videre non poterat.* Item, *Quomodo tam citò inuenisti?* Vertitur, *Quomodo tam citò inuenire potuisti?* Peculiarius de hoc verbo: *Cognosco.* Gen 37. *Et non cognouit eum.* Vertitur, *Non potuit cognoscere, quia pilosæ manus, &c.* Quomodo ergo fiet, siquidem voto illigata, virum haud possum cognoscere? Nyssenus Orat. de Nat. *Interdicta mihi est viri consuetudo, vt virum cognoscam fieri non potest; quo pacto hoc mihi continget?* Et Bernardus hom. 4. *Cum sciat Dominus, votum esse ancillæ suæ non cognoscere virum, quo ordine placebit ei, vt fiat istud?* Augustinus de sancta virginit. cap. 4. *Profectò non diceret Virgo: Quomodo fiet istud, nisi Deo virginem se ante vouisset.*

Gen. 39. Gen. 37. Nyssen. Bernard.

12. *Obiectiones soluta.* Ambr.

Obiicis: si existimauit Maria opus esse virum cognoscere ad Messiæ conceptum, Isaiam non intellexit: *Ecce Virgo concipiet;* Si intellexit, non opus esse virum cognoscere, præter rem videtur respondisse. Ambrosius soluit. *Non de effectu Virgo dubitauit, sed qualitatem ipsius quæsiuit effectus. Legerat Isaia 7. Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium. Ideo credidit futurum, sed quomodo fieret, non legerat.* Augustinus q. 19. in Num. *Modum quæsiuit Virgo, non de virtute Dei dubitauit.* Certa igitur Maria se absque virginitatis læsione concepturam, modum inquisiuit. Cui Archangelus: Aug.

13. *Quid Spiritum sanctum superuenire, & Altissimi virtutem obumbraret.* Chrysost.

Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.] Ad quæ Chrysostomus hom. 49 in Gen. *Ne quæras, o Virgo, naturæ modum, & ordinem, quando super naturam sunt, quæ fiunt. Ne expectes coniugij dolores, quando maior, quam in nuptiis natiuitatis modus erit. Spiritus sanctus veniet super te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Sic poteris parere, totum operatione Spiritus erit. Ne igitur spectes ad terram, è cælis operatio venit, Spiritus gratia est, quod fit.* Sic locum expendo. Concipies Virgo non ex viro, sed ex Spiritu sancto; ipse in te superueniet, & virtus, seu potentia Dei, hoc est, eiusdem Spiritus sancti, obumbrabit tibi, seu defendet te: virginitatemque tuam, quam tantopere diligis, ita proteget, vt sine illius iniuriâ, imò summo cum decore concipias. Porrò verbum *obumbrare* idem est, ac defendere. *Scapulis suis obumbrabit tibi.* Psalm. 9. Id est, defendet. Vmbra etiam significat protectionem *sicut protegit sapientia, sic protegit pecunia.* Ecclesiastæ 7. Hebraicè, *In vmbra Sapientiæ, in vmb. argenti.* Subiungit Angelus: Ps. 9. Eccles. 7.

14. *Christus dicitur sanctus.*

Ideòque & quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei. Id est sanctus, qui ex te orietur, Filius Dei vocabitur. Christus quidem sanctus concipitur, & nascitur, quia absque vlla peccati originalis labe, omni est plenus sanctitate. Augustinus in Enchir. cap. 4. *Nulla voluptate carnalis concupiscentiæ seminatus, sine conceptus est Christus, ideo nullum peccatum originaliter contrahens.* Et Gregorius lib. 18. Mor. cap. 35. ad illud: *Non æquabitur ei topatius, ait: Nos etsi sancti efficimur, non tamen sancti nascimur, quia ipsâ naturæ corruptibilis conditione constringimur, vt cum Propheta dicamus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. Ille autem solus veraciter sanctus natus est, qui vt ipsam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex commixtione carnalis copulæ non est conceptus.* Particula illa: *Ille solus sanctus natus est,* pro conceptione planè apponitur. Nam si de natiuitate propriè loqueretur, Deiparæ & Ioannis nascentis sanctitati derogaretur. Aug. Greg.

15. *Innuitur Deipara absque labe origo.*

Innuit Angelus Deiparæ absque labe originem. *Quod ex te sanctum.* Videtur Christus à Matre munditiem accepisse. Absit. Ipse enim originalem munditiem Matri contulit, vt ab ipsa quodammodo acciperet, hoc est, in hominum opinione sine originis labe appareret, eo quòd Mater purissima fuerit. Nec enim posset parere incorruptio corruptelam. Igitur Christus sine peccato originis, quia Dei Filius. At in Matris commendationem iam voluit addi particulam: *Ex te,* vt appareat haud potuisse (sic exponi liceat) riuum purissimum nisi ex purissimo fonte produci. Id quod confirmans Anselmus lib. 2. Cur Deus homo, cap. 16. fatur. Boso. *Placeret mihi multum, quod dicis,* Ansel.

dicis, nisi cùm ipse debeat a seipso habere munditiam à peccato, videtur eam habere à Maria. Ex te sanctum. Et per se mundus non esse, sed per illam. Ansel. *Non ita est; sed quoniam Mater munditia, per quam mundus est, non fuit nisi ab illo; ipse quoque per seipsum, & a se mundus fuit.*

18. *Quare Christus specialiter Filius Dei appellabitur? Lyran.*

Vocabitur Filius Dei. Cur specialiter Christus Filius Dei appellabitur, si communis hæc appellatio omnibus, quibus Deus *dedit potestatem filios Dei fieri?* Lyran. *Quia tales dicuntur filij adoptiui: Christus autem vocatur Filius Dei naturalis.* Opinor sanè Angelum hinc virginali puritati, Virginisque interrogationi consuluisse, ac satisfecisse, asserens non ex viro, sed ex solo Deo à Matre concipiendum, Nam qui à Deo sine viri semine oritur, Dei Filius propria ratione appellatur. Ideò Lucas *Luc. 3.* Adamum filium Dei vocat, quia non à viro, sed à Deo genitus fuerat. *Qui fuit Adam qui fuit Dei.* Cap. 3. Itaque tantundem fuit: *Quod ex te nascetur vocabitur Filius Dei*; ac si diceret: Dei virtute, sine viri commixtione concipies. Haud displicet Alberti explicatio in Deiparæ commendationem. *Albert.* *Quemadmodum*, inquit, *is qui à Patre est ante secula genitus, tuus quoque amodo reputabitur Filius, & quod natum est ex ipso erit tuus; & quod ex te nascetur, eius erit; vt tamen non sint duo filij, sed vnus vtriusque filius erit. Et licèt aliud quidem ex te, aliud ex illo sit, tamen non cuiusque suus, sed vnus vtriusque erit Filius. Ideòque quod nascetur ex te, Filius Dei vere vocabitur.*

17. *Cur Elizabethæ historia narratur? Chrys.*

Et ecce Elizabeth. Vt Angeli verbis Maria vberiorem fidem præstaret, domesticum ille proponit exemplum, quod posset ipsa experimento comprobare. Non obiicio memoriæ tuæ Euam sine fœmina de viro formatam; non Annam, non Rachelem; non Saram, quæ & ipsæ steriles pepererunt? sed Elizabetham consobrinam tuam, quæ nunc viuit; & cùm esset sterilis, grauidatur. & in proximo habitat, vt facilè eam possis adire. Huc vsque ferè Chrysostomus.

18. *Cognata tua.* Quonam modo Elizabeth Deiparæ cognata. Num quia omnes Iudæi cognati? fante Apostolo: *Optabam anathema esse pro fratribus meis, cognatis secundùm carnem, qui sunt Israëlitæ.* Rom. 9. Nùm quia ambæ ex Tribu Iuda, sicuti ait Ambrosius: *Didicisti ex Tribu Iuda Mariam, disce & Elizabeth.* Sequor Augustinum ser. 25. ad frat. *Elizabeth filia fuit sancta Ismeria, quæ quidem Ismeria soror fuit carnalis sanctæ Annæ matris Dominæ nostræ.* Consobrinæ igitur Maria & Elizabeth, duarum filiæ sororum. Latiùs lib. 1.

9. *Et ipsa concepit filium in senectute sua.* Sicut tu in virginitate conceptura es. Obiicis verbis Angeli haud conuinci Virginẽ posse concipere, quia maius est Virginẽ parere, quàm sterilem. D. Thom. respondet 3 p q. 30. a. 4. *Angelus inducit conceptum Elizabeth sterilis, non quasi sufficiens argumentum; sed tanquam quoddam singulare exemplum. Vnde ad corroborationem huius exempli inducitur ratio ex omnipotentia diuina, cùm dicitur: Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.*

20. *Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis.* Adeo verú est quod assero, Elizabethã scilicet concepisse, vt sextus iam à conceptu mensis agatur. Cur igitur Elizabeth, quæ iam sex mensibus erat prægnans, *sterilis vocatur?* Lyranus respondet: *Elizabeth iam erat senex, & semper vsque ad conceptum Ioannis fuerat sterilis; & erat iam à tanto tempore nota, quòd ab omnibus vocabatur sterilis, & ipsa Elizabeth occultabat se.* Vnde non erat euulgatum quòd concepisset; quare sterilis adhuc nomine notabatur; sese Angelo vulgari modo loquendi, & communi opinioni acccommodante.

Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Exponit Bernardus hom. 4. *Tanquam diceret: Hæc quæ ego tam fideliter promitto, non de mea, sed de eius, qui me misit, virtute præsumo, Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum: quale enim illi verbum impossibile poterit esse, qui omnia creauit in verbo?* Cur non dixit: Quia non erit impossibile apud Deum omne factum? *An idcirco posuit* verbum (loquor cum eodem Abbate) *quia quàm facilè possunt homines loqui, quod volunt, etiam quod nullatenus facere possunt; tàm facilè, imò incomparabiliter faciliùs valet Deus opere implere, quidquid illi verbo possunt exprimere.* Rectè quidem. Attamen faciliùs assero apud Hebræos frequenter verbum pro re apponi solere: *Videamus hoc verbum quod factum est* Luc. 1. id est, hanc rem. Omne igitur verbum, seu omnis res, quæ implicationem non inuoluit, haud Deo impossibilis. Caietanus: *Nihil excipitur, nisi quod implicat contradictoria. Quod etiam non excipitur, sed non includitur, quia non comprehenditur sub verbo aliquo.* 21.

---

§. IV.

Mariæ consensus.

Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. 22.

Consensus Virginis expectabilis cunctis.

Præmitto Bernardum hom. 4. *In sempiterno Dei verbo facti sumus omnes, & ecce morimur, In tuo breui responso sumus reficiendi, vt ad vitam reuocemur. Hoc supplicat à te Virgo flebilis; Adam cum misera sobole sua exul de Paradiso: hoc Abraham, hoc Dauid, hoc cæteri flagitant Sancti Patres; hoc totus Mundus tuis genibus prouolutus expectat. O Domina responde verbum, quod terra, quod Inferi, quod expectant & Superi: ipse quoque Rex & Dominus quantum concupiuit, decorem tuum, tantum desiderat, & responsionis assensum, in qua nimirum proposuit saluare Mundum, & cui placuisti in silentio, iam magis placebis in verbo; cùm ipse tibi clamet de cælo: O pulchra inter mulieres, fac me audire vocem tuam.*

23. *Consensus Deiparæ.*

Virgo igitur satis Angeli verbis de re instructa ad obediendum promptissima. *Ecce*, inquit, *Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Ille Dominus est, ego eius ancilla, iure suo de me potest, quidquid velit facere, vti Theophylactus exponit. *Theoph.* Et Euthymius. *Euthy.* *Tabula sum pictoria, pingat pictor, quod voluerit.* Sic Abraham Saræ vxori dixit: *Gen. 16.* *Ecce ancilla tua*

in manu tua est, vtere ea, vt libet. Gen. 16. Ambrosius. *Vide humilitatem, vide deuotionem. Ancillam se dicit Domini, quæ Mater eligitur, nec repentino exaltata promisso est. Simul ancillam dicendo, nullā sibi prærogatiuam tāta gratia vindicauit, quæ faceret, quod iuberetur. Humilem enim paritura, humilitatem etiam debuit ipsa preferre.*

24. *An verba optantis, vel consentientis.* *Fiat mihi.* Vtrum sint verba optantis, an consentientis? Optantis esse cum Athanasio aliqui affirmant. At consentientis esse assero, Damascenum, Irenæum, Bedam, & Bernardus secutus. Hinc hom. 4. ait. *Bernard.* *Quoniam auditus eius datum est gaudium & lætitia: audiamus & nos à te responsum lætitiæ quod desideramus, & exultent ossa humiliata. Responde verbum, & suscipe Verbum, profer tuum, & concipe diuinum.* Auguſt. ser. de Temp. *Aug.* *Responde iam Virgo sacra, vitam quid tricas Mundo? Assensum tuum Angelus præstolatur; inde est quod Nuncius iste moratur.* Magna Virginis commendatio, quod Verbum nostra carne induendum in vtero Mariæ, haud carnem sumpserit nisi dante ipsa. Addit, *Secundùm verbum tuum.* Cuius verbum? Angeli-ne, an Dei? Ad Angelum dirigi reputo probabilius. Quia non dixit; *secundùm verbum eius*, sed *secundùm verbum tuum.* Si autem ad Dei verbum aut promissionem dirigi deberet clausula, adiici deberet: Fiat mihi secundum verbum eius à te mihi annunciatum. Non frustra addit Euangelista. *Cur Angelus discessit.* *Et discessit ab ea Angelus.* Athanasius, additum affirmat, *Athan.* ne hæretici arbitrarentur, non Verbum Dei, sed Angelum illum, qui ad Virginem venerat, carnem ex eâ sumpsisse. *Euthym.* Euthymius autem vt significaret Euangelista, statim post consensum non antè (vt aliqui affirmant) conceptionem fuisse perfectam. Itaque quasi confectâ re, cuius causa venerat, discessit. Verbis ergo summæ humilitatis, & obedientiæ prolatis, Spiritus sanctus superuenit in Virginem, Virtus illi Altissimi obumbrauit, optatissimúmque tunc Messiam concepit. Augustinus lib. de Symb. ad Catech. cap. 5. *Aug.* *Quando Angelus Virginem salutauit, tunc eam Spiritus sanctus fœcundauit, tunc illa fœmina virum sine viro concepit; tunc est repleta gratiâ, tunc Dominum suscepit, vt esset in ea, quæ faceret eam.* Illa particula: *Quando Angelus Virginem salutauit*, sic expendenda: Quando salutationem perfecit, seu legationem absoluit. Euthymius; *Euthym.* *Discessit ab ea Angelus simul ac iam per verbum suum conceperat: Per verbum suum.* Id est, verbo illo pronunciato: *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Rupertus. *Ruper.* *Vbi mentem suam benè credula, & os suum aperuit, vt diceret: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum: mox iuxta dictum Angeli, Spiritus sanctus superueniens in eam per apertas fidei ianuas sese infudit, nimirum in sacrarium pudici pectoris; deinde in templum sacri, & incorrupti vteri: in domum pectoris, vt prophetissam faceret; in vterum, vt matrem faceret.* Rursum Augustinus serm. 2. *Aug.* de Annunc. *Fiat mihi; nec mora, virginalem thalamum ingreditur Christus. Efficitur prægnans subitò Dei genitrix.* Patet hinc Petrum Damian. Andream Cretens. Athanasium, Chrysologum, Chrysostomum, & si qui *Damian. & a. l.* alij asseruerunt post Angelicam salutationem (vti Augustinus aiebat) statim Verbum Dei humanam naturam in vtero Virginis assumpsisse, de integro Angeli sermone, terminato in virgineo consensu, locutos.

IN MARIÆ ANNVNTIATIONEM
PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS
Circa literam.

Ex prudenti Virginis consensu.

Observatio I.

Ad illa verba:

Quæ cùm audisset turbata est in sermone.

Turbationis Deiparæ causas recenseo.

Vnde moribus sponsæ Christi interseria documenta.

25. PLVRES turbationis Deiparæ causas reddo, & confirmo, vnde & Virginis laudibus efferendis, & nostrum eruditioni operam impendam.

Capvt I.

Turbatur Maria, dum se laudatam exaudiuit.

Vbi quam periculo obnoxium, virgines à viris commendari.

QVidnam Virgini incussit turbationem? 26.
Assero pauidam ex laudatorio sermone *In sermone laudatorio Angeli Virgo turbata.* redditam. D. Thomas sic: *Non fuit turbata in visione Angeli, sed in admiratione eorum, quæ ei ab Angelo dicebantur. Quia de se non* *Thom.* *tam magnifica cogitabat. Vnde Euangelista non dicit, quòd turbata fuerit in visione Angeli, sed in sermone.* Conlentiens Laurentius Iust. ait: *Iustin.* *Turbata est non ex Angelico aspectu quasi insolito, quippe quæ iugiter visitabatur ab Angelis; sed ob excellentiam tanti præsagij, quod propria merita præcellere videbatur.* Quam formidabilis

bilis virginis propter laudes esse debet auditio!

16. Captiosum planè virgo Eua, quia fidem fraudulento adhibuit laudatori proferenti: *Eritis sicut dij.* Genes. 3. O stulta credulitas ad præuaricationem Euam impellens, totque virgines ad corruptionem alliciens! Timet Virgo ne rursum serpens impostor alloquatur. Vnde Angelus: *Ne timeas.* Andreas Ierosolym. hic. *Ne timeas Maria. Non fraudulentus hic modus est, aut falendi animæ ad te venio, non impostor serpens rursus tibi loquitur.* Illud pondera: *Non fraudulentus hic modus est.* Certè laudatorius sermo plerumque fraudem sapere videtur. Hic quidem modus haud fraudulentus, qui licèt laudatorius est, tamen ab Angelo, non ab impostore serpente proferebatur. Vt igitur modus hic laudatorius scilicet, fraudem non redoleat, necessum est ab Angelo proferri sermonem.

Eua virgo capta verbis laudatoriis. Gen. 3.

Andr. Ierosol.

27. Non semel laudes assolent improuisam virginem aucupari. Aiebat Socrates apud Stob. serm. 12. *Quemadmodum venatores lepores canibus capiunt, sic multi laudibus irretiunt, quos laudibus efferunt.* Virginem laudibus illigatam obiicio. Thamar ad cubiculum fratris peritura proculdubio vocatur. Queisnam aptalaqueis? Amnon ægritudinem simulans, sic sorori: *Infer cibum in conclaue, vt comedam de manu tua.* 2. Reg. 13. Quænam (ac si diceret) manus sic ad cibos condiendos dexteritate pollebit, ac tua? Heu heu incauta virgo miserè laudibus irretieris. Abulens. q. 2. *Expanit virginalis simplicitas. Putauerat namque se sine fraude vocatam, nunc verè conspiciet se inauxiliatam in medio laqueorum.* Manuum enim illius laudata dexteritas illam captam manibus, vt repugnaret, effecit. *Ideò profusis lacrymis teneré orabat.*

Thamar laude exordita periit. Stob.

2. Reg. 13.

Abul.

28. Huc adsis, ô filia Iacob à Sichem constuprata. *Egressa est Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius. Quam cùm vidisset Sichem, adamauit eam, & rapuit.* Genes. 34. Quæris vtrum vi oppresserit puellam? Textus affirmat. *Vi opprimens virginem.* Quanam vsus vi? Existimo verbis illam laudatoriis, seu retibus captam. Pagninus legit: *Dilexit puellam, locutusque est ad cor puellæ.* Quidnam autem ad cor virginis loqui? Oleaster, *Id est, consolatus est eam. Est enim ad cor loqui, dicere ea, quæ cor desiderat.* Isai. 40. *Loquimini ad cor Ierusalem. Id est, blanda,* quæ virginis puellulæ cor desiderat. Capta ergo filia Liæ amatoriis verbis, fraudulentis laudationibus. Quid mirum Virginem coram tanto laudatore timere?

Vis Dinam corrumpens laudatorium verbum. Gen. 34. Pagni.

Oleast.

Capvt II.

Turbatur Virgo singularitatem effugiens.

Vbi Moniales à singularitate recedere edocentur.

29. Origenes. *Si sciuisset Maria, ad alium quempiam similem factum esse sermonem* (*habebat quippe legis scientiam*) *nunquam quasi peregrina eam salutatio terruisset.* Sola-ne ego inter mulieres benedicta? In communi afflictatione sola ego à tristitiâ immunis? In communi vacuitate ego sola plena? Absit. Audi Andreæ Ierosol. pulchram sententiam. *Num sola ego inter mulieres nouum naturæ modum inducam? Me-ne solam possibile est fœtum in vtero gestare cum nullo congressam viro? Qualisnam hæc sit salutatio? Quis, aut vnde ingressus ille, qui nuncium hoc mihi apportauit?* Illud expende: *Num sola ego inter mulieres?* Inter socias communitatis grauatas incommodis tu sola immunis? Suspectam habe huiusmodi separationem.

Videns se inter socias nouum modum inducere turbatur. Orig. Andr. Ierosol.

O quàm inuidiæ ac murmurationi affine, inter communia incommoda quem, seu quam incolumem ostendi! Terra cunctis seu viris, seu fœminis sub communi instituto degentibus spinas, ac tribulos germinauit. Dum ergo intendis ab aculeis communibus liberari, detractionis spinis transfigeris. De Christo sic Maria: *Sicut malus inter ligna syluarum, sic Dilectus meus inter filios.* Cant. 2. Christus fructibus plenus inter infœcunda peccatorum ligna caput extollit. Nec enim terra innocenti Domino infœcunditatis spinas peperit. Profectò eo ipso, quòd spinis arbor Dominica carebat, detractionis aculeis configebatur. Rupertus, *Lignum istud inter spinas, quando tolerauit impiorum blasphemias. Sic quondam Abraham vidit post tergum arietem inter vepres. Vepres illæ blasphemiæ, & maledicta; aries ille animal innocuum præfigurabat Christum.* Christus itaque Lignum innoxium inter ligna spinis plena sine spinis obiectum, eo ipso inuidiæ, ac detractionis aculeis vulneratur. 30.

Christus innoxius ac fœcundus inter socios sterilitatis spinis vulneratus, inuidiæ stimulis pungitur. Cant. 2.

Rupert.

Christus autem sic de Virgine: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cant. 2. Filiæ Virginis sociæ spinæ, siue communium malorum aculeis vulneratæ indemni Deiparâ. Hæc illæsa virginitate sola inter fœminas concepit, ac peperit. An non sociæ inuidia accensæ spinarum in morem vulnerare Virginem conabuntur? Rupertus, *Filiæ cum absolutè dicuntur, ferè nunquam significationem bonam habent, vt illic, Filiæ discurrerunt super murum; sed exasperauerunt eum, & iurgata sunt, inuiderunt illi habentes iacula. Gen. 49. Quæcumque huiusmodi spinæ vulnerauerunt me, ipsæ & amicam meam lacerauerunt. Vbi tua virginitati à filiabus derogatur, mihi quoque inuidiosè detrahitur.* Quia singularitas puritatis licèt non affectata, licèt non culpabilis, inter filios, inter filias excitat murmurationes. Quid in communitate haud innocens singularitas? 31.

Maria inter socias sola Virgo concipiens, & pariens inuidiæ spinis vulneratur. Cant. 2. Rupert.

Capvt III.

Turbatur Maria Deum in vtero exceptura.

Edocens ad Eucharistiæ susceptionem reuerentiam.

32. *Specialis in pectus Domini ingressus specialem reuerentiam excitat.* Chrysol.

HViusmodi turbationis causam Chrys. ser. 143. exprimit *Turbata est caro, concussa sunt viscera, membra tremunt, tota cordis obstupuit altitudo: quia in ingressu Angeli Virgo sensit Diuinitatis ingressum. Turbatur humani corporis Templum, & carnalis domicilij mouebantur angustia, cum se in virgineo pectore tota Dei conderet magnitudo.* Deus in omnium iustorum residet animo, nec ideò contremiscit specialiter creatura. At Deo pectus particulatim ingrediente, totis debet artubus contremiscere. *Tota cordis obstupuit altitudo, quia Virgo sensit Diuinitatis ingressum.* Angelus dixerat: *Dominus tecum*, nec tamen huiusmodi Diuinitatis commoratione turbatur. At specialis Verbi in pectus ingressus eam ad timorem excitauit. Vt edoceare, quàm debeas pauore concuti ad Christi sub Eucharistiâ ingressum.

33. *Angelus turbatur afferens speciem Christi in pectus ingressum.* Chrysol.

Imò ipse Angelus qui cōmuoē Domini apud Virginem morationem exprimens: *Dominus tecum*, non commotus fuerat, asserens eundem ad vterum descensurum, mirum in modum afficitur, & turbatur: *Ecce concipies in vtero.* Vbi Chrysologus citat, illam particulam: *Ecce*, Angeli stuporem innuere affirmat. *Hac enim dicit & ipse Angelus miratur; stupet Angelus totum Deum venire intra virginalis vteri angustias, cui tota simul angusta est creatura.* Qui non stupuerat contemplatus Deum apud Virginem sanctissimam commorari: *Dominus tecum*; referens specialissimum Christi in pectus Mariæ ingressum Eucharistiæ Sacramenti typum non potest non stupore ineffabili corripi. Adiicit Doctor: *Æstimate fratres, quâ reuerentiâ, quo tremore, nos tanto interesse deceat, & conueniat Sacramento, quando ipse Angelus non sine metu discussit.*

34. *Contremiscunt viscera ad specialem Domini ingressum.* Cant. 5. Rupert. Carthus.

Scio vulgariter huic sensui accommodari illud Canticorum: *Misit dilectus meus manum suam per foramen, & ad tactum eius intremuerunt viscera mea.* Cap. 5. Rupertus foramen explicat os, Carthusianus Incarnationis mysterium hîc figurari affirmat. *Dilectus misit manum suam per foramen, quia virtute Altissimi obumbrante concepi, & venter meus intremuit.* Ad Eucharistiam allicio sententiam. Per os pectus ingreditur Dominicum corpus, & non viscera conturbantur. Haud tantæ miserationis ponderator existis.

CAPVT IV.

Turbatur Deipara, quia mulier fortissima.

Turbatio enim, quæ in viris est infirmitatis documentum, in fœminis est fortitudinis insigne.

35. *Pauor virginei fortitudo.* Bernard.

ROgas; num hæc turbatio muliebris fuerit infirmitatis effectus? Imò potiùs ex fortitudinis robore ortum habuisse affirmo. Bernardus hom. 3. *Turbata est, sed non perturbata, quòd turbata est, verecundiæ fuit virginalis, quòd non perturbata fortitudinis.* En turbatio & fortitudo in vnicâ sede commorantur. Virginitatis hæc præstantia, vt quod in viris arguat infirmitatem, in fœmina sit fortitudinis documentum.

Contemplare Virginis fortitudinem: *Mulierem fortem quis inueniet?* Certè illicò fortitudinis huiusce aperit insignia: *Confidit in ea cor viri sui.* Prou. 31. Tàm fortis Maria, vt accurata sit arcani Regij obseruatrix. Iam do Chrysologi acumen ser. 142. *Qui audit attentiùs, quia a Deo missus fuit Angelus, Deitatis refugit perscrutari secretum. Quod per Angelum Deus mandat, ille meretur scire, qui timet.* Duplex particula expendenda. Vna quidem, *Ille*. Debebat dicere de Angelica salutatione locutus: *Quod per Angelum Deus mandat, illa meretur scire.* Mariæ enim arcanum cæleste reuelatur. Certè in masculina terminatione, *Ille*, aptè dixit: quia Maria virilis roboris tunc exhibuit insignia. Altera autem: *Qui timet.* Quid virile cum timore? Profectò Virginem timere coram Angelo viri sermonem profundente fortitudinem masculam prætendebat. 36. *Maria timens vel fragilis Virgo, vir ostentatur fortissimus.* Prou. 31. Chrysol.

Sponsus fortissimum Mariæ timorem laudat: *Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecùs latet.* Cant. 4. Vbi Rupertus lib. 3. *Columba iuxta fluenta resides, vt venientem accipitrem ex vmbra præcognitum effugias perniciter.* An non satius ipsum respicere accipitrem fugiendum? Prudentissima Virgo non in seipso spectauit periculum, sed in speculo considerationis; cogitabat qualis esset salutatio. Haud aspexit Angelum viri speciem referentem, sed quasi vmbram viri, sermonis audiuit accentum, fante Eucherio: *Non Angelum, sed vt vmbram Angeli attendebat.* An non infirmitatis fœmineæ documentum fuit, sic à periculo sibi præcauere? Profectò tunc simul sese fortissimam præferebat viraginem. Ideò addit Sponsus: *Absque eo quod intrinsecùs latet.* Ac si diceret: Cùm in morem columbæ pauida ostentatur vel vmbram hostis timens, intrinseca virtute ornatam se omninò manifestat. Effugere *perniciter* accipitris inuasionem, fortissimæ quidem mulieris est, cuius virtus omnem vincit sermonem, vti Del Rius adnotat. 37. *Latet virtus ac robur maximum in pauore virgineo.* Cant. 4. Rupert. Eucher.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Quæ cùm audisset, turbata est, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

Virgo prudentissima, & cogitabat, & tacebat.

Prudentis enim cogitare quid sit respondendum, & tacere, ne temerè loquatur.

SEnecam præmitto lib. 4. de virtut. fantem: *Prudentis proprium est examinare consilia, & non citò fallaci credulitate, ac falsa prolabi.* De dubiis ne definias, sed suspensam tene sententiam. Quòd si cogitare & tacere prudentiæ sunt insignia, insigniter Virgo vtriusque documenta exhibuit. 38. Senec.

Primùm

39. *Prudentis animi est, cogitare.* Hugo.

Primùm osteodn. Hugo Card. illá sententiam: *Et cogitabat, &c.* explicans, asserit Virginis prudentiam ex huiusmodi cogitatione signari. *Prudentia ostenditur, cùm tacens cogitat.* Et quidem cogitare ante deliberationis executionem prudentis animi est. Vnde (addit Hugo) *animalia prophetica & in circuitu intus plena oculis esse memorantur.* Prudens enim omnia circuit, illius fluminis in morem, qui circuens *regionem Euilath* prudentiæ, cuius est proprium circuire, accommodatur. Gen. 2. Ambrosius, *De prudenti dicitur, quod circuit,* siue mente voluit quidquid præstandum.

Gen. 2. Ambr.

40. *Circuit mente Maria, quonam tenderet Angeli promissio.* Ambr.

Dei Mater Maria eligitur Angelo promittente, plena gratiâ asseritur, benedicta prædicatur. Tunc circuit Virgo prudentissima omnem terram Euilath, quærens num tanta donorum cælestium fœcunditas fructus sit fluuij illius, quo quidem Ambros. authore, *plurimos fructus attulit in Domini Saluatoris aduentu.* Circuit igitur *omnem terram* primæ parentis euoluens historiam. Et cogitabat, num hæc salutatio talis, qualis illa: *Eritis sicut dij.* Chrysologus serm. 140. *Personam videt, & de sermone turbatur, quia venerat humana proferens, diuina repromittens.* Diuina Angelus repromittit? Absit, ne communis Matris adhæream errori.

Chrysol.

41. *Periculum facit de promissione, ne caderet periculo.* Iud. 9. Caiet.

Prudentis virginis est, periculum facere (ne cedat periculo) vndenā promissiones oriãtur, & quo rendaot? Sãpsonis matri olim Angelus apparuit sub specie viri. Referens illa marito, ait, *Quem cum interrogassem, quis esset, vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere.* Id solummodo prædixauit: *Ecce concipies, & paries filium.* Iudith. 9. Vbi Caietanus, Iuxta hebræum habetur. *Et non interrogaui eum, quo ab isto ipse?* Id est, *quò iret*, aut *tenderet?* Vnde quisnam sit ignoto, vtrum Angelus an homo? bonus, an malus nuncius extiterit? vera proferens, an seductionē intendēs? Imprudenter planè prætermisisti accuratum huiusmodi examen periculo obnoxia. Haud sic, in casu haud dissimili, Maria, sed diligenter quæritat, qualis salutatio, *Quo ab isto ipse?* Cogiter virgo, quò rendar adolescens, aureos montes promittens. Quomodo fiet istud? gratis ne à te donis huiusmodi cumulabor? Proh vani promissoris astus ad meæ puritatis tendens exitium.

42. *Silentium Virginis cōmoni latur.* Bernard. Hugo.

Iam verò prudentiæ virginalis comitem esse taciturnitatem confirmo. Bern. hom. 4. *Prudenter tacuit, cùm adhuc dubia cogitabat, qualis esset ista salutatio, malens humiliter non respondere, quam temerè loqui, quod nesciret.* Hugo confirmat. *Secunda columna ædificij* mariani *est taciturnitas. Cogitabat, qualis esset ista salutatio. Vnde in Euangelio legitur tantum quater locuta esse, Angelo respondendo, Filium increpando, Elisabetham, salutando, ministris consulendo.* Ideo spōsus. *Sicut vitta coccinea labia tua.* Cāt. 4. Rupert. *In quo sicut vitta labia tua? In eo quod sermo tuus à veritate non discordat, imò cum veritate multum concordat.* Ego autem ad silentium ineffabile accommodo, labia enim Virginis tā rarò aperta appositæ vnicæ vittæ non duplici, comparantur; vitta enim illa magis clausura labiorum ostenditur, quàm diuisionis pulchritudinis documentum.

Cant. 4. Rupert.

Dauid proclamat, *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã.* Ps. 44. Sēper pateat auditus, visus aliquando, nunquā labiorum claustra referentur. Dauidis quidem filia non loquitur, quia non gemino labro ornatur, sed vnico munitur: *Sicut vitta.* Quàm aptè *filia* hîc Virgo appellatur, Dauid enim taciturnitatis miræ fuerat virtute insignis. *Turbatus, ait, sum, & non sum locutus, sed cogitaui dies antiquos.* Psalm. 76. Mihi promittitur cæleste munus, turbatione commoueor, sed taceo. Cur non loqueris? Quia priùs oportet cogitare, quidnam sim locuturus. Haud aliter Dauidis filia ex promissione Angelicā disturbata, non loquitur, quia cogitabat, qualis esset ista salutatio. Pulchrè Bernardus hom. 4. *Turbata est Maria, sed non perturbata. Turbatus sum, inquit Dauid, sed non sum locutus: sed cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Ita ergo Maria turbata est, & non est locuta, sed cogitabat, qualis esset salutatio.* 43.

Maria Dauidis filia tacet. Ps. 44.

Bernard.

Ediscant virgines silentio munire puritatem. Rahab meretrici in Dei sponsam mutandæ funiculus coccineus, siue Mariæ vitta coccinea traditur, vt silentij virginei imitatrix, veraciter duci virginitatis adhærescat. Quid rubrum funiculum nisi coccinea vitta Mariani silentij insigne? Rupertus lib. 4. in Cant. *Ecce Rahab meretrix dulcis eloquij tui, ô Deipara, vittam coccineam siue funiculum coccineum in fenestrã sua ligans, ligaum suæ fidei. Labiorum* solutio olim, garrulitas, multiloquium Rahab meretricem ostentauit? Iam vinculum labiorum, siue silentium Mariæ Rahab exhibetur, vt sit fidei sponso cælesti debitæ documentum. 44.

Garrulitas signum impudicitiæ; silentium virginitatis Marianæ. Ios. 2. Rupert.

Observatio III.

Ad illa verba.

Et cogitabat, qualis esset ista salutatio.

Angelo sub viri forma apparente, nihil mali Virgo est suspicata.

Dedecet enim virgines nobiles de aliis suspicari turpia quæque.



AIEBAT Bernard hom. 4. *Fortè cogitabat, qualis esset ista salutatio, quòd benedictam se audisset in mulieribus, quæ nimirum benedici in virginibus semper optabat. Et ex tunc quidem cogitabat, qualis esset ista benedictio, quòd iam videretur esse suspecta.* Attamen licèt videretur salutatio suspecta esse, assero minimè Virginem quidquam mali suspicatam esse; virginitas enim nobilis haud debet esse suspitiosa. Simon de Cassia, *Non turbatur, aliquid malè patiens, non stomachans Angelum, non abhorrens verbum, non vllis passionibus malis icta.* 45.

Bernard.

Cassia.

Tt 2 Profectò

46. *Mariam suspitio dedecet, quia Regia.* 3. Reg. 13.

Profectò duplici ex capite Deiparam à suspicandi de aliis periculo immunem contemplarim; & quia virgo, & quia è Regia Dauidis stirpe. Virgo Regia fulgens synceritate haud potest suspitionibus locū exhibere. Nota malitia Amnon, quando rogauit patrē, Thamar sororem in cubiculū languorē simulantis immitti. *Veniat, obsecro, Thamar soror mea, & faciat in oculis meis duas sorbitiunculas. Misit ergo Dauid ad Thamar dicens: Veni in domum Amnon fratris tui.* 2. Reg. 13. O Regis imprudētia? Ab impudenti adolescente sapiētissimus deceptus est. Annon tibi, ô Princeps, venit in mentem huiusce malitia petitionis? Profectò nulla animus Dauidis suspitione tētatur, quia Reges minimè suspitionibus implicari solent. Abulensis quæst. 2. *Dauid autem nullius mali conscius simplici corde vocari iussit Thamar.* Quid Rex potuisset suspitionibus mentem exhibere, qui opprobrium reputauit se semel fuisse suspicatum? *Amputa*, inquit, *opprobrium meum, quod suspicatus sum.*

47. *Mariam dedecet suspitio, quia Regia Virgo.* 2. Reg. 13.

Nec minus dedecebat Mariam suspitio, quia Regia virgo. *Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui*, 2. Reg. 13. Non timuit accedere. An prudenter aliquam admitteret suspitionem? Quid si frater non rectо me ad se animo alliciat? Quid si me improuisam decipiat? Absit; nec enim Regia virgo hisce potest cogitationibus mētem offerre. Abulensis pulchrè. *Ad iussum Regis venit illico paratura cibos, Ipsa quoque Regina Virgo simplici corde iussu patris venit, nihil inhonesti se perpessuram existimans.* Quàm Regibus, quàm virginibus inuisæ suspitiones! *Abul.*

48. *Mariæ haud occulta latibula scrutatur.* Cant. 4.

Sic de Maria Regiâ Virgine Sponsus: *Oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecùs latet.* Cant. 4. Quid Mariæ oculis cum columbâ. An quia sine felle? quia grana eligit candidiora? Certè quia synceritate fulgidi solam speciem externam aspiciunt, nec id quod latet intrinsecùs suspitionibus inanibus colligere curant. Rupertus, *Absque eo, quod intrinsecùs latet, quod solus Deus videt.* Ineptè curas occulta humani cordis intueri, si soli Deo referantur. *Rupert.*

Observatio IV.

Ad illa verba:

Ne timeas Maria.

Angelus Mariam à turbatione eripere curat, vt excitatiorem ad contemplationem reddat.

Ad spiritualia enim exercitamenta attentio accuratissima necessaria est.

49. *Titus.*

CVR Angelus Virginem curat à timore, à turbatione liberare? Respondet Titus Bostr. *Quia fieri vix poterat, vt conturbata accuratè ad ea, quæ Angelus dicturus erat, attenderet, quò ab omni animi commotione iam libera, diuinum responsum sedatè acciperet. Propterea Gabriel in ipso statim orationis vestibulo omnem illi metum adimit dicens:* Ne timeas. Illa verba: *Fiat mihi* nondum plenè explicaui, differens in locum præsentem illam quæstionem: Vtrum sint verba exoptantis, aut orantis, an consentientis? Consentientis quidem esse asserui, Damascenum, Irenæū, ac Bedam secutus. Attamen probabiliter affirmat Athanasius optantis, ac orantis verba esse. *Optans inquit; Fiat mihi.* Euthymius. *Optabat,* & orabat, *vt sibi contingeret, sicut dixerat Angelus.* Dum ergo Angelus Mariam videt ipso *in vestibulo orationis* commorari, omnem adimit metum debitæ noxium attentioni; vt pro omnium salute orans, pro suâ reuerentiâ exaudiatur. *Athan. Euthym.*

Dum Discipuli maris fluctibus disturbantur, Christus solus montem oraturus scandit. 50. *Solus orat qui attento animo adstat.*
Dimissâ turbâ, ascendit in montem solus orare. Mat. 14 Vbi quærit Chrysost. *Cuius rei causâ in montem ascenderit?* Et respondet: *Certè vt nos erudiat, cum orandum Deo sit, tunc eremo, ac solitudine nobis maximè opus esse.* Vulgare hoc. Illud expende verbum: *Solus orare.* Cùm omnes discipuli maris fluctibus disturbārur, solus Iesus, qui solitudinem à cunctis disturbationibus remotam captat, orauit pro Vniuersi salute. Nā qui timoris perturbatione vexantur orantes, quodam modo minimè exorare dicūtur. Vnde solus orat Iesus, qui attentionem debitam præ se ferre agnouit. *Solus orans* (addit ille) *plerumque pernoctat, vt eius exemplo tranquillitatem orandi quæramus. Tranquillitatis quippe mater eremus est, quietus portus omnis perturbationis expultrix. Et ipse quidem solus oraturus ascendit in montem, Discipuli verò fluctibus vexantur.* Vnde orantes quodammodo haud orare videntur. *Mat. 14. Chrysost.*

Haud aliter Deiparens sola pro omnium sa- 51. *Sola Maria pro omnium salute adeo orat attentè, vt oculos ad aspiciendos homines, pro quibus exorat.*
lute oratura in orationis vestibulo à turbatione erepta est. Deo quidem semper in optatis Virginem, nec vnius instantis interstitio ab hominum tutelâ separari; nec attentione fluctuare, dum hominibus succurrendis operam impēdit. Vnde ipsam hortatur. *Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt,* Cant. 6. Ad quæ Dionysius Carth. *Quamuis, ô vnica mea, tota tua delectatio sit me iugiter intueri, verum tamen non solum me intuearis, sed commissam tibi Ecclesiam, & miseros ad te clamantes. Auerte oculos tuos à me, ad illos eos conuerte. Oculos illos materna compassionis auerte à me plenariè glorificato, & conuerte ad miseros exulantes, ad te reclamantes: Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte.* Ita ne ô pia mater, oculos à filiis miseris semoues, vt necessum sit ab ipso Domino excitari, vti eos aspiciat? Profectò Deipara pro hominum ipsorum salute oratura adeò debet precibus intendere, vt vel quodammodo filiorum, pro quibus exorat, obliuiscatur. *Cant. 4. Carthus.*

Tanta ad spiritualia exercitamenta attentio necessaria est.

Observatio V.

Ad illa verba:

Ne timeas Maria.

Turbata Virgo, suimet nominis Mariæ auditione quiescit.

Vbi de Mariæ nominis ad depellendas animi perturbationes efficaciâ.

52 V R Mariæ nomen profert Angelus, quod superiùs obticuerat: *Aue gratiâ plena.* Respondet Antonius Ghislandus ex Dominic. famil. Inquisitor. *In consolationem timoris eius Mariæ nomen exprimit.* Quàm appositum timoris ac perturbationis medicamen nominis Mariæ inuentio!

Ghislan.

53 Nùm excogitari valear perturbatio ingentior illa, quando Hebræi, ni mare cessisset, persequente Pharaone, miserè periissent? Portò perturbationis angustias obrui curans Mose, hymnorum lætitiâ profusa cecinit, *Cantemus Domino.* Cantico autem terminato, *Maria prophetissa sumpsit tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino.* Exo. 15. Vbi ad illam particulam · *Maria prophetissa*; quærit Abulensis, *quare Maria prophetissa vocatur?* Nùm quia ad eam Dominus frequenter loqueretur? Nùm quia ipsa patri suo Amram prophetarit filium Israëlis liberatorem esse generaturum? Profectò prophetissam vocatam reor, quia Saluatoris, liberatorisque Matris nomen baiulabat. Quæris iam cur opus fuit hymnum, quem cantauerat Moses, rursum celebrare? Certè Moses Legislator typum Christi gerens potestati maris dominatur, mortem fugare potens dominus vitæ. At Matris affectuosus amator non vult perturbationem omninò ablegari, mortem obrui, donec baiulatricis Mariani, maternique nominis vox exaudiatur.

Hebræorum perturbatio Mariani nominis typo cessit. Exo. 15.

Abul.

54 Adest Christus mortem materialiter à Lazaro, mysticè à Martha fugaturus, quam perturbationibus asserit illigatam. *Martha, Martha turbaris erga plurima.* Quid plura? Chrysologus ser. 65. *Vbi Martha confessa est Christo, & quidquid sua culpa pia confessione deleuit, mittitur ad Mariam.* Præcipit Dominus Mariam aduocari, vt fugiente perturbatione redeat lætitia. Portò Christi præsentia omninò sufficeret; sed Matris amator haud vult recedere turbationem, nisi materni nominis baiula accedat: *Sine Maria* (adicit) *nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari. Veniat Maria, veniat materni nominis baiula.* Haud aliter ad Moysis præsentiam, ad Seruatoris canticum accessit materni nominis baiulatricis vox, cui omnis cederet perturbatio.

Perturbatio mysticè depone Marthæ in Maria materni nominis baiula præsentia. Chrysol.

55 Turbatus Hebræorum cœtus apud desertum Sin ob aquæ penuriam. *Mortua est* (inquit Textus) *ibi Maria in eodem loco; cùmque indigeret aqua populus, &c.* Num. 20. Vbi Abulensis q. 1. *Hic ponitur aqua defectus, qui secutus est post mortem Mariæ.* Quasi absente nominis Mariæ baiulatrice sitis perturbatio exoriretur. Referre liceat Hebræorum sententiam, non quidem veram, sed argumento apprimè conuenientem. *Deus*, inquiunt, *dabat tria dona populo Hebræorum meritis trium sanctorum fratrum, Moysis, Aaron, & Mariæ. Per Mariam enim præcedebat eos puteus, vbicumque starent: ideo mortua ipsa defecit.* Meritis Aaron nubem, Moysis verò Manna. Quãdo non (dic mihi) in Mariæ nominis conspectu fugit eiulatus, lachrymarum siccatur fons, sitis perit, perturbatio recedit?

Datum Mariani nominis typo perturbationes sitis sedare. Num. 20. Abul.

56 Clamarat ille: *Domine Deus audi clamorem huius populi, & aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ, vt satiati cesset murmuratio eorum.* Cui Dominus *Loquimini ad petram.* Num. 20. Porrò Moyses non vocibus allicit à petrâ aquam, sed vulneribus exigit, Numine irato. Et meritò: *Quia debuerat* (loquor cum Abulensi) *venire ad petram, & dicere: Petra, tibi dicitur ex parte Dei, quòd diuidaris, & nobis aquam tribuas.* At iuxta Hebræorum opinionem tenebatur sic petram clamoribus emollire. *Petra tibi dicitur meritis illius Mariæ, cuius præsentiam puteus viuentium aquarum comitabitur, præbe nobis aquam.* Non difficilis quies à perturbatione sitis, sed facili negotio consequenda, si adest Mariani nominis vmbraculum.

Faciliter perturbatio ablegatur ex obiectu nominis Mariæ. Num. 20. Abul.

57 An velut mare contritio, aut perturbatio tua? Pelagus pectoris luxuriæ fluctibus tumet? vanitatis vndis superbit? ingratitudinis aquis commouetur. Intonet Mariæ nomen, mare quidem obruens perturbationem. Bonauentura in spec. cap. 7. *Plenum Mariæ nominis mare audiamus contra vitia tonare. Tonet mare, & plenitudo eius; tonet plenum mare, tonet nomen Mariæ. Tonet contra luxuriam castitatis plenitudo: Quoniam virum non agnosco. Tonet contra superbiam humilitas: Ecce ancilla. Tonet contra ingratitudinem gratitudo: Magnificat anima mea Dominum.* En perturbationis fluctus superbientes Mariani nominis pacatissimo pelago comprimuntur.

Animi cuncta perturbationum vnda à nominis Mariæ mari obruuntur. Bonau.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Ne timeas Maria.

Angelus necessitate compulsus Mariam nominat, à cuius nomine reuerenter abstinuerat.

Vbi innuo Mariæ nomen cum pondere, & non ex consuetudine solum ore pronunciandum.

58. ALIAM causam attexam, cur Angelus sub salutationis vestibulo abstinens à Mariæ nomine, postea expressit. Cum primùm ille ad Virginis præsentiam accessit eam salutare iussus, sese indignum putauit proprio nomine compellare. At videns eam turbari, timere, non potuit non amicabiliter eam alloqui proprij nominis vsurpatione, à quo abstinuerat, eius maiestatem reuerendo. Simon de Cassia lib. 2. cap. 4. *Prius ipse indignior nominare ipsam veritus est. Nunc verò ipsam considerans verborum nouitate timentem, dubietate timere turbatam, statim ad propellendum dubium, & timorem, ipsam allocutus est: Ne timeas Maria.* Ne suspiceris cogitando, me seductum ad te venire cùm ad alteram puellam immitteret. Nonne Maria nominaris? Ad te venio ab Altissimo immissus. *Missus est Angelus Gabriel ad Virginem; & nomen Virginis Maria.* Nisi ergo Angelus ad nomine proprio exprimendam Virginem obligaretur, fortè reuerenti silentio præteriret. Proh nomen vel Angelis ineffabile!

Cassia.

59. Ex hoc quidem capite Iesu ac Mariæ nomina assimilantur, quòd nullus aut Propheta, aut Cælicola debeat voce exprimere. Isaias præsignans Christi nomen, Vocabitur, ait, nomen eius Emanuel. cap. 7. *Voca nomen eius, Accelera, Festina, Prædare.* Cap. 8. *Vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis.* Cap. 9. Cur non dixit apertè Propheta? *Et vocabitur nomen eius Iesus. Voca nomen eius, Iesus. Vocabitur Iesus.* Doctor Angelicus 3. p. q. 37. a. 1. *In omnibus supra scriptis nominibus significatur nomen Iesu.* Quod quidem nomen non ausus est Propheta apertè pronunciare, quia sese reputauit indignum. Ideo nomen nouum Iesu nomen appellatur, quia nomen hominibus ineffabile nomen, quod solius Domini os nominauit. Hactenus ferè Thomas. Accedit Angelus ad Mariam, *Concipies*, inquit, *& paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.* Tu vocabis Iesum, tibi soli fœminarum, imò creaturarum dignissimæ nominare Iesum, nomen quidem mihi ac omnibus creaturis ineffabile. Simon de Cass. *Vocabis eum Iesum*, non tu nomen impones. Impositum erat Angelo à Deo ante quàm ad terram descenderet. Vnde Maria non vocat Iesum, vt nomen imponat iam à Deo impositum, sed vt dignè proferat Iesu nomen reliquis creaturis ineffabile.

Maria nomen ineffabile, sicut Iesu. Isai. 7. 8. 9.

Thomas.

60. Non aliter Angelus ausus non est salutationis initio Mariæ nomen proferre ob ineffabilem reuerentiam. Idque omninò silentio inuolueret, nisi necessaria fuisset illius prolatio ad animi virginei pacationem: *Ne timeas Maria.* Illustro argumentum Euangelistæ prolocutione. Texens namque historiam salutationis ait: *Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph, & nomen Virginis Maria.* Luc. 1. Cur non mox à vestibulo narrationis dixit: *Missus est Angelus ad Mariam?* Ob reuerentiam debitam ineffabili nomini Mariæ (quod tetragrammaton siue ineffabile prorsus vidimus) curabat Lucas sese à prolatione nominis auertere, circumstantiis aliis historiæ veritatem, & Nazarethæ, & Iosephi vocabulis exprimere. At demum, ne ambigendi vllus locus daretur, historiæ fide compulsus apertè Mariam nominauit. Excogitatio hæc Richardum Laurentinum lib. 1. habet authorem. Illius nominis ineffabilem excellentiam ipso etiam prolationis modo notauit beatus Lucas, cùm illud tam reuerenter expressit. Non enim ait mox: Missus est Angelus ad Virginem cui nomen Maria, sicut dixerat de aliis; sed tanquam diutius expectatum tandem protulit: *Et nomen Virginis Maria.* Aduerit. *Ostendens hoc nomen multum habere gratiæ, & altius memoriæ commendandum, & diligenter inuestigandum.* Id est, non faciliter ex consuetudine ore sumendum, *sed cum pondere* ore & corde, (vt ait Doctor) pronunciandum. Hæc quidem Christicolarum gloria ineffabilia Iesu ac Mariæ nomina iam frequentissimè posse proferre.

Angelus necessitate compulsus nomen Mariæ protulit sicut Lucas edocet reuerentiam. Luc. 1.

Richard. Laur.

OBSERVATIO VII.

Ad illa verba:

Inuenisti gratiam apud Dominum.

Non quæsitam maternitatis gratiam Maria inuenit: imò quæsita à gratia illa inuenta est.

Vbi eorum Diuorum excellentia innuitur, quos Deus requirit sibi ministros.



61. CVNCTIS Diuis Dominus ait: *Quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis.* Mariæ Angelus: *Inuenisti gratiam*, scilicet Maternitatis. An quæsitam à se? Profectò talis Maria, quam Maternitatis gratia quærit, quæ inuenit non quærendo. Elegans Simonis de Cas. testimonium. *Quomodo Virgo gratiam apud Deum inuenit, cum inuenire nihil aliud est, nisi cùm homo venit in id, quod quærit, aut quasi cum id inuenit? Non hanc gratiam Virgo quærebat, non præstiterat studium Dei Filio maternari, non orauerat, non ieiunauerat, non se affecerat vigiliis, nihil offerebat ex voto, vt hanc gratiam inueniret. Quæ inquam mulier à seculo præsumpsisset hoc inquirere? Quæ sancta Virgo ab humilitatis terminis excessisset, vt in alto preces porrigeret, vt Filij Altissimi esset mater? Non minor fuisset hæc superbia, quam illa Luciferiana, qua Altissimo fieri similis satagebat. Si ergo non quæsiuit, quomodo inuenit? An præter intentionem fuit inuentio? Sed quis inuenit, quod non intendit? Respondet acutè. Gratiam non inuenit,*

A Maternitatis gratia Maria non quærens inuenta est, sed quæsita. Cassia.

inuenit, quia quæsiuit; sed quia sibi præ omnibus digne ad hoc dicata Deus obtulit. Ac si diceret. Non inuenit, quia quæsiuit, sed inuenit quia quæsita est.

62. Quàm iustè potiùs inuentam à gratia maternitatis assero, quam inuentricem! Deus
Deus quæsiuit, & inuenit Mariam sibi Matrem. enim Mariam sibi sponsam, Virgo Matrem, Spiritui sancto thalamum quæsiuit, & inuenit. *Mulierem fortem quis inueniet?* Prou. 31.
Prou. 31. Quis inuenit nisi qui quæsiuit Altissimus? Quæsita ergo Maria ad gratiam huiusmodi, non quærens. Cassia. pulchrè. *Cum ab æterno*
Cassia. *diuina Maiestas disposuerit hanc gratiam generi humano conferre, vt esset vnio naturarum Diuinæ scilicet & humanæ, in vna electa Virgine celebranda, in qua Verbum caro fieret: inuenta est vna Virgo ex alto, diuinis muneribus fulta, quæ tali esset apta commercio.* Inuenta est ex alto Maria, quia ex alto quæsita est.

63. Animum Dauid suum *sicut terra sine aqua*
Maria vellus sine ore, vt peteret, sed electam pluuiam excepit. à Deo petit irrigari. Quid sine aqua terra? Nonne ore aperto quærit pluuiæ irrigationem? Imo tot oribus petere videtur, quot rimas siccitas aperuit. Locum Dauidicum iam expendo. *Descendet sicut pluuia in vellus.* Psalm. 71.
Psal. 71. Verbum carne induendum ad vterum Virginis Gedeonis vellus descendet. Cur in morem pluuiæ? Quia totius Mundi ex hac pluuiâ pendet abundantia. Quare autem in vellus si aptiùs pluuia terram irrigaret? Equidem vellus Deipara, *quæ pluuiè ita concepit Deum*, (fatur
Ambros. Ambrosius) *vt toto eum hauriret corpore, nec eius discissuram corporis pateretur.* Quam de virginitate Mariæ sententiam haud difficilè meo argumento accommodo. Vellus discissuram non admittit sicuti terra ob siccitatem. Huiusmodi scissuras ora appellauit Vates, quibus terra sine aqua clamans postulat pluuiâ irrigari. Descendet igitur Verbum *sicut pluuia in vellus*, non in terram, vt ostendat, sine scissurâ, sine ore vellere obiecto, non præmissum Mariæ desiderium Maternitatis, aut votum, sed non quæsitum hoc bonum maximum in vtero à Virgine *virginitate ignorantio*, (vti ait Hieronymus epist. de viro perf.) esse inuentum. Hinc colligitur eorum præstantia Diuorum, quos improuisos Deus Ecclesiæ consulens vtilitati sibi ad præcelsa quærit, ac inuenit ministeria.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Inuenisti gratiam apud Dominum.

Gratiam Maria nobis quæsiuit, & inuenit.

Vbi assero gratiam fructum esse laborum, non desidibus vltrò impertiri.

Maternitatis gratiam non quæsitam Maria inuenit sibi; at nobis anxiè quæsitam apud Dominum gratiam inuenit. Damas- 64.
Damasc. cenus Orat. de Dorm. *Gratiæ abyssum Virgo inuenit, quæ duplicis virginitatis nauem incolumem seruauerat, animámque non minus quam corpus virginem custodierat.* Haud casualiter nobis reperit gratiam, sed multis ex virginitatis custodiâ exanthlatis laboribus inuenit. Bernar-
Bernard. dus hom. 4. *Inuenisti, quod quærebas, inuenisti quod ante nemo potuit inuenire, inuenisti gratiam apud Deum, Dei & hominum pacem, mortis destructionem, vitæ reparationem.* Quia scilicet Maria virginitate placuit, incredibilique virtutum pulchritudine obiectâ & sibi & hominibus Dei misericordiam conciliauit.

Pondero Damasceni clausulam: *Gratiæ* 65.
Maria puritate quæsiuit nobis gratiã. *abyssum Virgo inuenit, quæ virginitatis nauem, &c.* Aliæ fœminæ gratiam repererunt non quidem quæsitam, Maria autem ex virginitatis custodiâ, seu mentis ac corporis puritate quærens, cunctis hominibus inuenit. Hæc Esther illa, quam *adamauit Rex plusquam omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres.* cap. 2. *Est. 2.*
Quare? *Erat formosa valde, & incredibili pulchritudine* Cunctas fœminas Virgo sanctitate vicit, sola fruens Mater virginitate illæsâ, quæ quidem incredibilis pulchritudo est. Andreas *Andre.*
Ierosol. Ierosol. *Inuenisti gratiam, ô Virgo, apud Deum, quam non accepit Sara; quam non sensit Rebecca; quam nec Rachel cognouit; qua non est digna habita Anna mater Samuelis. Quoniam hæ quidem ex sterilibus factæ sunt matres, amittentes vnà cum virginitate orbitatem, Tu autem etiam si Mater sis, virginitate tamen frueris illæsâ. Inuenisti gratiam, quam non nactus est quisquam sicut tu.* Adeò enim virginitate placuisti, vt contribulibus tuis *mortis destructionem*, sicut Hebræis Esther, *vitæ reparationem* (vt aiebat Bernardus) consequereris.

Aiebat Virgo, *Ego murus & vbera mea sicut* 66.
Precibus præmissis, salutem quæsiuit hominibus. *turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.* Cant. 7. Illud verbum: *reperiens* non te alliciat, vt existimes Mariam non quæsitam gratiam accepisse hominibus, quibus murus, ac turris extitit protectionis; Septuaginta enim
Cant. 7. Septuag. sic transferunt: *Ego eram in oculis eorum, tanquam inueniens pacem.* Inueniens dixit appositè, quia profusis precibus quæsiuit. Sic Ho-
Honor. norius. *Facta sum pacem inueniens. Ex quo tempore Deum precibus placaui, hominibus pacem, & gratiam impetraui.* Audi Guilhelmum. *Ego* *Guilhel.*
coram Dilecto meo, coram Deo meo facta sum quasi pacem inueniens. Magnum quidem inimicitiarum chaos firmatum erat olim inter Deum & hominem, venitque Dei Filius dissoluere illud, & facere pacem, venit in vterum meum assumens ibidem hostiam pacis in arâ Crucis suo tempore immolandam. Quam anxiè quæsiuit pacem, & gratiam, quæ obiectis passi Filij meritis nobis impetrauit! Bernardus huiusmodi inuentionis fructum exprimens, adiicit, *In te sola Rex ille diues exinanitus, immensus abbreuiatus. Quo fructu? Vt omnes paupertate eius ditemur, eius humilitate subleuemur, eius incarnatione adhærentes Deo, vnus fiamus spiritus cum ipso.*

66. Dominus clamarat aliquando : *Qui quærit inuenit.* Matt. 7. Maria inuenit, quia quæsiuit. Id quod Bernardus citatus expressit. *Prudens Virgo , non sapientiam sicut Salomon, non diuitias, non honores , non potentiam* (vt alij) *sed gratiam quærebat ; gratiam quidem , quâ aluemur : quid nos alia cupimus ? Quæramus gratiam , & per Mariam quæramus, quia quod quærit inuenit.* Et ser. de aquæductu. *Plena est gratiâ , & gratiam adhuc inuenit , digna prorsus inuenire quod quærit , cui propria non sufficit plenitudo , nec suo potest esse contenta bono, petit superefluentis ad salutem vniuersitatis.*

Petere & orans Maria nobis inuenit gratiam. Matt. 7. Bernard.

67. Prætereà humilitatis profundissimę actionibus huiusmodi gratiam & sibi & filiis quęsiuit , & inuenit , quam ob superbiam mater tera amiserat. Idiota ad hæc : *Ne timeas , inuenisti Maria gratiam cælestem , quia fuerunt in te ab originali labe præseruatio, Angelica salutatio, &c. sed qualiter has gratias inuenisti ? Certè sicut Eua gratiam amisit per superbiam , sic tu gratiam inuenisti , quæ futura eras omnium humillima, obedientissima , & in Dei scientiâ solidissima.*

Humilitate quæsiuit gratiam, quam Eua superbia amisit. Idiot.

68. Inuentricem ergo gratiæ adeamus, quæramus Mariam , & gratiam à se inuentam accipiemus. Bernardus ser. de Nat. Mat. *Quæramus gratiam , & quæramus per Mariam,* fatam vtique : *Qui me inueniet, inueniet vitam.* Prou. 8. Ad quę Bonauentura in Psal. *Inuenient peccatores gratiam apud Deum per te inuentricem gratiæ atque salutis.* Et Idiota in Prol. Cant. *Inuentâ Virgine Mariâ , inuenitur omne bonum.* Præmissis itaque precum ac exercitamentorum virtutum actionibus quęramus Mariam, sanctissimis laboribus quærentem gratiam, vt inuentâ Mariâ gratiam simul à se inuentam possimus inuenire. Ecce laboris pij fructum gratiam accipi, non desidibus vltrò impertiri.

Inuenta Maria, quam quærere debemus precibus, gratia inuenitur. Bernard. Prou. 8. Bonau.

Observatio IX.

Ad illa verba :

Ecce concipies , & paries Filium , & vocabis nomen eius Iesum ; hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, &c.

Vt Deus ipse à Mariâ acceperit ;

Vbi innuitur filios augustæ fortunæ hærentes vulgares parẽtes profiteri debere , vt honore afficiant.



59. ILIVS Dei dedisse & accepisse hisce verbis innuitur: dedit quidem hominibus esse Saluatorem, accepit humanitatem sede Dauidicâ figuratam. Et verò quando hominibus dat salutem , Iesus vocatur, Filius appellatur Altissimi : quando autem accipit, Dauidis Filius nuncupatur. Chrysologus ser. 144. *Vides , quia quando accipit, Dauid filius dicitur ; quando dat , Dei Filius nuncupatur.* Magis enim Diuinitati consonum est dare, quàm accipere. Hinc Mariæ dignitas innotescit , à qua Deus accepit. *Fatemur* (ait ille) *quia accepit , qui natus est , qui suscepit carnem, qui suscepit infantiam.* Ecce qui omnibus dat (fante Chrysologo) *Deus homini dat.* A Matre vt Deus accepit carnem & infantiam. Ille igitur , qui quando dat Filius Dei vocatur , & quando accipit homo, licèt à Patre accipiat, Filius Dauid appellatur : quando accipit Deus à Mariâ muliere , Filius nuncupatur Altissimi. Chrysol.

70. Pater Filij diuinam exprimit dignitatem, fatus : *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis , donec ponam , &c. Tecum principium in die virtutis tuæ , in splendoribus Sanctorum.* Psal. 109. Vndenam hæc suprema potestas, ac splendoris influxus ? *Ex vtero ante luciferum genui te,* Quàm aptè Filius Dei vocitatur, cùm ex Patris vtero progrediens innuitur! *De fructu* (inquit Dominus ad Dauid) *ventris tui ponam super sedem tuam.* Psal. 103. Vbi Tertullianus. *Iesus dicendo ventrem , superest vt aliquam generis eius ostenderit , cuius ventris futurus esset fructus caro Christi , quæ ex vtero Mariæ floruit.* Ecce vocatur Rex, Princepsque æternitatis , quando accipit à Maria humanitatem , è virgineo vtero progrediens , sicut quando dat Sanctis splendorem è Patris vtero procedens.

Filius Dei æternitatis Princeps vocitatur, quando carnem accipit à Maria. Psal. 109. Psal. 103. Tertull.

71. Peccatoribus parcens Christus Filius Dei ostenditur. *Quis est hic* (aiebant hostes) *qui etiam peccata dimittit?* Verùm hoc ipsum, quo peccata dimittens Dei Filius ostenditur , accepit quodammodo ex Mariâ. *Descendet* , inquit Dauid , *sicut pluuia in vellus.* Psal. 45. Vbi Chrysostomus : *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum ; sed postea relicto vellere , in aream pluuia infunditur.* Quodnã peccatorum medicamen ? Non-nè Christi lanitium, caro, & sanguis ? Totum hoc ex Mariâ accepit , vt prolapsum ex Mariano vellere in aream peccatoribus medicamen adhiberetur. Pulchrè Ambrosius : *Vellus planè Maria est , siquidem de molli sinu eius Agnus egressus est, qui & ipse Matris lanitium, hoc est, carnem gestans, molli vellere cunctorum operit vulnera populorum. Omne enim peccati vulnus Christi lanâ suffunditur, Christi fouetur sanguine , & vt sanitatem recipiat, Christi indumento vestitur.* Vides id ipsum quod ex Mariâ accepit , adhibitum vulneribus peccatorum , quorum remissione Christus Dei Filius apparet. Ideò particulam illam : *Etiam peccata,* addiderunt Christi actionum obseruatores Miracula patrare homines Dei virtute vidimus : at etiam peccata dimittere, quis nisi Deus præstare valeret ! Ecce non dedignatur Christus tunc appellari , seu ostendi Altissimi Filius , quando accepisse ex Mariâ manifestatur. Vt edoceat filios supremâ hærentes fortunâ, haud originis respectum effugere , sed tunc potiori iure se filios profiteri , quando parentibus honor accrescit.

A Maria accepit quodammodo id Iesus , in quo peccata remisit. Psal. Chrysol. Ambros.

Observatio X.

Ad illa verba:

Ecce concipies, & paries filium, &c.

Mariæ Virginitas nobis peperit Saluatorem.

Quia largitatis cælestis dona communitati præparantur.

72. NON dixit: *Paries tibi*, nec *Filium tuum*, vt ostendat oobis parituram. Ideo adiicit Aogelus: *Et vocabis nomen eius Iesum*, oostrum vtique Saluatorem. Virginitas enim, cælestis vtique, dona parit communia.

73. *Virginitas cælestis non sibi soli, sed communitati peperit Saluatorem. Isa. 9. Chrysol.*

Isajas fatur, *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium & vocabitur nomen eius Emanuel.* cap. 9. *Emanuel* quidem, hoc *Nobiscum Deus.* Filius virginitatis *nobiscum*, quia communitati non sibi filium virginitas enititur. Chrysologus ser. 142. *Monita ergo per Angelum, Virgo ne præsumas hunc vocare Filium tuum; sed mox, vt genueris, inuoca Saluatorem; quia virginitas non sibi parit Filium.* Sapit etenim Deitatem, dum communitati sua dona impertit.

74. *Vellus virgineum accipiens pluuiam saluatorem, instar eali, ad communitatis terram immisit. Psal. 71. Ambros.*

Vates hinc, *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Psal. 71. Ad Gedeonis vellus fit respectus, vt sensus sit: Christus è Mariâ virgine ad nos vsque perueniet sicuti pluuia io vellus descendens, virginitate quidē illæsâ. *Quia* (vt ait Ambrosius) *ita concepit Dominum, vt toto eum haureret corpore, nec eius discissuram corporis pateretur.* Accipit igitur Deipara Christum in morem velleris sine corporis discissurâ, id est accipit virginitas Saluatorem, ideo mox non sibi reseruat, sed totum imbrem terræ committit communitati profuturum: *Et sicut stillicidia stillantia super terram.* Chrysologos serm. 103. *Omnes de plenitudine eius accepimus. Vnde David dicit: Descendet sicut pluuia in vellus.* Id est, quia in virgineum vellus descendit, omnes, seu commuoitas de plenitudine eius pluuiæ accepit. *Et mox sicut stillicidia stillantia super terram. Cælestis imber virgineum in vellus placida se infudit illapsu, & tota Diuinitatis vnda bibulo se nostra carnis celauit in vellere, donec terris omnibus in pluuiam salutis effunderet.* Terræ omnes participant, quia virginitatis dona communitati exponuntor.

Chrysol.

75. *Pariens sine dolore virginitas non retinuit in dolore solatium Filium.*

Nec enim Virgini debebatur Filij retentio propter partus dolorem, sicuti aliis parentibus, quæ quidem post partum, pressuræ angustias obliuiscuotur, quia sibi filios in dolorum solatium, in parturitionis leuamen, ac præmiū enieantur. *Mulier cùm parit*, (Veritas ait) *tristitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem pepererit, non meminit pressuræ, quia natus est homo*, datus sibi in angustiæ solatium. Quid Deipara? *Concipies*, inquit Angelus, *& paries Filium.* Vbi acutè Hugo Card. *Pariet, ait, sine parturitione media. In aliis mulieribus parturitio media est inter conceptum & partum; in Virgine verò conceptum sequitur partus immediatè. Sic Isaias, Antequam parturiret, peperit.* Vnde non datus sibi, sed depositus oobis; quia Matri virgini haud parturienti, sed parienti propter parturitionis angustias minimè debebatur.

Luc. 2. Hugo.

76. *Filium eis dat, quibus natus est, depositum. Isa. 9. Chrysol.*

Depositum iustè vocitaui Saluatorem. Ait enim, Propheta, *Paruulus natus est nobis, & Filius datus est nobis.* Nobis inquam datus, in Maria depositus. Isa. 9. Chrysologus ser. 142. *Quis ante ad fructum peruenit, quam terra laborem sentiat, & sudorem? Quis antè poma carpit, quam planta suam tribuat, & depromat industriam? Beata ergo Maria, quæ præter generandi curas, præter doloris fastidia tantam germinis peruenit ad gloriam. Beata, quæ diuinum pignus sic suo suscepit, & seruauit in pectore.* Sine doloris fastidio peperit? Ergo Filius ei soli datus non est, sed vt pignus sibi depositum oobis cunctis seruandum.

77. *Quasi inueniens eis reddit, quorum est, iure exigente.*

Quid aliud innuit Archangelus clamans? *Inuenisti gratiam apud Deum. Ecce concipiet, & paries?* Luc. 1. Hominibus quidem quia inueoisti Filium eis reddendum, quorum est. Mentem expono, pulchram Hugonis Carens. sententiam expendens. *Nec dicit Angelus*: Habes gratiam, sed inuenisti. Quia res habita vt propria custoditur: res inuenta restituitur illis, qui amiseraot. Quia igitur oon sibi soli retentura erat, sed omnibus, qui amiserant restitutura, ideo dixit Angelus: Inuenisti. Quasi diceret: Noo debes tibi abscoodere, quia non est tuus; sed in aperto ponere, in communi scilicet, vt cuiuscumque fuerit, rem suam possideat, sicut iustum *est*. Ideo Virgo Filium recèns natum posuit in præsepio loco hominibus brutalitate laborantibus communi, vt amissum Deum communitas reciperet ex Matia. Discant hinc muoifici ea dona augustiorem prætendere largitorem, quæ commuoitati addicuntur.

Observatio XI.

Ad illa verba:

Et vocabis nomen eius Jesum.

Deipara Iesum Infantem appellans, gratias pro hominibus tanto munere cumulatis reddit.

Vbi innuo, Deo pro beneficiis nos reddere gratias, quoties nomen Jesu piè proferimus.

78. *Nomen Iesu loco præmij Domino datur propter*

PARIES non tibi, ô Deipara soli, sed hominum communitati, quæ mirum in modum erit munere obærata, nec se soluet ex debito, nisi Deiparâ præstante. *Vocabis*, inquit, *nomen eius Iesum.* Quod

Incarnationis beneficium. Titus. Quod quidem nomen Christo præmij loco exhibetur, quia se totum in hominum salutem impendit. Titus Bostr. *Filius propter adiunctam humanam naturam, muneris loco accepit nomen, quod est super omne nomen.* Obstrictus erat cælesti ære Mundus Christi donatus humanitate. Iam Christum Dei Filium immensum largitorem Deipara præcelso munere redonauit, Iesu nomen illi imponendo. Per te ô Virgo iam ingratitudinis non incusabimur.

79. *Maria magnificat Paruulum Dominum factum, appellando Iesum.* Hugo Card. existimat ex gratitudine ortum habuisse Mariani Cantici carmen: *Magnificat anima mea Dominum.* Luc. 1. Gratias enim pro vniuerso reddit Deo Mater omniũ, quia dignatus est nostro indui vestitu. Quando Deipara Dominum magnificauit? Quando vocauit *nomen eius Iesum.* Tunc enim Dei Filius datus nobis quasi creuit. Angelus fatur: *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur.* Luc. 1. Non solùm est magnus Deus, sed erit magnus, quando Filius Altissimi vocabitur, siue (authore Hugone) quando *vocabitur nomen eius Iesus.* Hugo. Bernard. Bernardus hom. 3. *Bene magnus erit, qui Filius Altissimi* (id est Iesus) *merebitur appellari.* Adiicit, *Et tu quidem ô Virgo, paruulum paries. Magnificet ergo anima tua Dominum. Hic erit magnus, quia Filius Altissimi,* siue Iesus à te *vocabitur.* Huiusmodi ergo Filio Dei (sic fari liceat) per te incrementum obueniens, actionis gratiarum, imo debiti solutionis, locum obtineat. Edocti igitur è Mariâ Deo gratiarum actionem exhibeamus Iesum sæpe appellando; sic enim paruulum natum nobis magnificabimus. Concludit Abbas: *Magnificetur à nobis paruulus magnus Dominus, quos vt faceret magnos, factus est paruulus.* Si Maria appellando Iesum, magnificauit, ac gratias reddidit, nos sine intermissione clamemus: *Iesu, Iesus.*

Observatio XII.

Ad illa verba:

Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

Maria quasi se dubitare simulat, vt cunctos interimat errores.

Vbi ostendo sæpe nos ex verborum sono menti non respondente proximum non verè iudicare.

80. *Assero Virginem minimè dubitasse.* REAM infidelitatis Deiparam ad suũ tribunal Caluinus aduocat. Non mei instituti verba impia referre, nec mentem impudicam veritatis iaculo vulnerare, quod doctè præstitit Maldonatus. Attamen nobis pia cum Gregorio Nysseno instat decertatio. Hic asserit Virginem absque vlla culpâ dubitasse. Id minimè Nyssen. admiserim, sed nihilominus piè sensisse Doctorem affirmo, sic expendens sententiam: *Non verè Virgo sapientissima (licet inculpabiliter) dubitauit,* sed omnium hæresum interemptrix quasi simulauit dubitationem, vt veritas virginei conceptûs, ac partûs fortius addito Angeli testimonio astrueretur. Haud dubium, quin Thomæ interior dubitatio ansam Domino præbuit, vt Resurrectionis veritatem tot argumentis roboraret. Certè huiusce Marianæ dubitationis externa species (sine internâ ratione dubitandi) ansam Angelo exhibuit, vt & Spiritus sancti venturi testificatione, Elisabethæ sterilis fœcunditatis argumento, fidem virginei conceptus, & partus obfirmaret, vt per Virginem cunctæ hæreses, errores cuncti interimerentur. Huiusmodi mentem immisit Magnus Albertus cap. Albert. 259. *Quæstionem, quam beatiss.ma Virgo Angelo fecit, propter ipsius dubitationem non fecit; sed propter materiæ pleniorem descriptionem; propter veritatis maiorem expressionem; propter errorum abolitionem, opinionumque exclusionem.* Pulchrè planè.

Vnico testimonio roborabo. *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, misit duos ex Discipulis suis, dicens: Tu es, qui venturus est, an alium expectamus?* Mat. 11. Ioannis ipsius sententia hæc est, quæ quidem in errorem excitauit non nullos asserentes hinc Ioannem à fide aberrâsse. Absit huiusmodi impudentia. Attamen valde confusione afficior, dum verba hæc video Ioannis dubitationem insonare: Tu es, qui venturus est. An Præcursor lucem ignoras, cuius Auroræ testificationem fecisti? Agnum nescis, quem proprio digito præsignâsti? Non cognoscis Arcam, in cuius conspectu verus Dauid exultasti? Non vos mea, inquit, moueat dubitatio. Non equidem verè dubito, sed simulo dubitationem, vt me non credentes Discipuli ab omni errore absterreantur. Obiiciente enim me huiuscemodi dubitationem, aut quæstionem Christus ipse non tam verbis, quàm miraculis gestis sese verum confirmauit Messiam. Vnico verbo Chrysostomus in Cat. D. Thom. *Non propter se, sed propter Discipulos dubitantes quæsiuit.* 81. *Sic dubitare se Ioannes simulauit ad Discipulorũ ablegandos errores.* Mat. 11. Chrysost.

82. Non aliter Deiparã quæsiuisse affirmo propter dubitaturos: Quomodo fiet istud; vt Angeli argumentis expressis augustius hominibus Incarnationis fides rutilaret. Idem Albertus ad hæc: *Non omnis quæstio est propter quærentis dubitationem. Dominus enim sæpe, & plura in Euangeliis quæsiuit: & tamen de nullo vnquam dubitauit; & Ioannes quæsiuit: Tu es, qui venturus est. A simili videtur, quòd Virgo quæsiuit non sibi, sed nobis.* O Viraginis fortitudo! Ante Incarnationis mysterium iam aduersùs hæreses cunctas gladium stringis. Edisce hinc sæpe nos verborum sono falli. Verba dubitationem afferunt; mente non fluctuante. Quoties sono externo fidem adhibentes enormiter fallimur de proximo haud rectè iudicantes! *Sic Maria cunctas hæreses interemit.* Albert.

Observatio

Observatio XIII.

Ad illa verba:

Quoniam virum non cognosco.

Maria in virginitatis proposito se se non solùm fortem, sed ipsam ostendit fortitudinem.

Quam constantiam, decentem fœminas, debent præcipuè virgines imitari.

83. Chryſ. VLGARE illud Chrysostomi expendam: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Sanè propter hoc fiet, quoniam virum non cognoscis. Nam si cognosceres virum, non fuisses habita digna, vt huic ministerio seruires.* Persiste, ô Virgo, in proposito virum non cognoscendi, vt mulier fortis inueniaris, quæ Spiritui sancto spiritualiter oubas.

84. *Maria ipsa est in castitatis proposito fortitudo.* Prou. 31. Albert. Ipse apud Salomonem clamat: *Mulierem fortem quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus pretium eius.* Prou. 31. Venit Angelus quæsiturus. Inueniet-ne? Non solum fortem fœminam, sed ipsam se inuenisse fortitudinem profitebitur. Albertus Mag. cap. 90. ait: *Constantia est stabilitas in proposito non vacillans. Stabilitas Mariæ fuit omninò immobilis: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Nec quidem sum cognitura: Omnino immobilis.* Ideo de petra deserti Agnum emittendum asserit Propheta; quia (authore Guarrico alibi dato) Virgo *in proposito castitatis tota fuit lapidea.* Guar.

85. *Fortitudo hærens columna Maria est.* Bust. Parum est Mariam fortem, immobilem, lapideam. Ipsa profectò est fortitudo. Sub specie Virginis cuidam columnæ hærentis Fortitudo describitur. Hunc in habitum Maria ab Angelo repetitur. Audi Bernardinum de Busto accuratum actionum Virginis obseruatorem. *In illo loco*, nempe Nazareth, *extant vestigia cuiusdam Ecclesiæ, quæ fuit à primitiuis Christianis fabricata, antè cuius altare adhuc est columna quadam, quæ dicitur media fuisse inter Virginem & Angelum.* In typum scilicet immobilis Deiparæ propositi, quo se Fortitudo Virago virum haud cognoscituram affirmauit. Hugo Card. *Me non cognosciturum virum proposui, & in proposito perseuero. Fœlix propositum istud, in quo firmitas conuenit puritati. Fortitudo vbi non est puritas, non virtutis obtinet gratiam, sed obstinationis incurrit offensam. Sed beata Virgo vtrumque habuit, & propositi puritatem, & consilij firmitatem.* Hugo.

85. *Fortitudo hæc haud obstinatio est, quia circa castitatem.* Prou. 31. Cant. 7. Hugo. Rursum Salomon, *Fortitudo & decor indumentum eius*, Prou. 31. Mariæ fortitudo ex puritate habuit exortum, vnde haud obstinationis documentum. Alibi Sapiens: *Collum tuum sicut turris eburnea.* Cant. 7. Si propositum constans turrim imitatur, fortitudo hæc ex ebore puritatis habet originem. Sic Hugo testimonium vtrúmque interpretatur. *Decor in proposito continentia, fortitudo in consilij firmitate. Turris beata Maria simul eburnea, turris propter firmitatem, eburnea propter castitatem.* Igitur Virginem propter castitatem tuendam turrim esse, lapidem esse, minimè obstinationis est, sed virtutis, quia licèt nimia persistentia in proposito circa alia, aliquando sapit obstinationem, propositum tamen lapideum circa castitatem, & necessarium, & commendabile omninò est.

Parum fuisset profectò Angelum vni columnæ hærentem in speciem Diuæ Fortitudinis Virginem inuenisse, septem columnis innitentem, ob ineffabilem propositi firmitudinem inuenit, teste Salomone: *Sapientia ædificauit domum, excidit columnas septem.* Prou. 9. Hug. Card. ad Cap. 1. Luc. Sapientiæ hodie domū Deiparam interpretatur. *Domus Sapientiæ est Beata Virgo; septem columnæ sunt septem virtutes, quas ponit Iacobus cap. 5. Sapientia, quæ de sursum est: primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena fructibus bonis, iudicans sine simulatione.* Super quas columnas septem totidem virtutes in Annunciatione à Virgine expressas statuit, vnius quidem castitatis propositi obfirmatrices. *Prima* (ait Cardinalis) *columna est Pudicitia. Ibi missus est Angelus ad Virginem.* Bustos. *Columna dicitur media fuisse inter Virginem & Angelum.* Hæc Viraginis firmitas, cui hærentem, instar Fortitudinis, Angelus Mariam aspexit. Hæc quidem sex aliis columnis fulcitur, immobilis planè exædificatio est. *Quoniam virum non cognosco.* 87. *Imò septem columnarum firmitati Virgo Fortitudo hæresceit.* Prou. 9. Hugo.

Observatio XIV.

Ad illa verba:

Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Maria iam sanctissima Spiritus Sancti nouâ effusione ad Domini receptionem præparatur.

Sacerdotes taxo, qui non sese quotidie speciali præparatione ad Corporis Dominici receptionem exornant.

IAM quidem per gratiæ plenitudinem apud Mariam Spiritus venerat gratiâ plenam. Cur ergo superuenisse dicitur? Respondet Thomas 3. p. q. 32. a. 1. *Spiritus Sanctus fuit semper in Virgine. Semper*, id est, nunquam non fuit, quia nec per instans conceptionis abfuit, antequàm annun- 88. *Super plenam Spiritus venit.* Thom.

ciaretur

ciaretur ab Angelo. Dicitur superuenisse, quoad præparandam, & formandam materiam corporis Christi. Annon materia illa, nempe sanguis Mariæ, purissimus? Cur ergo nouâ indiget præparatione? An potissima semper materies, proxima adhuc indiget præparatione ad animum Christi recipiendum? Proh mysterij puritas! Qui paret Dei præceptis, dignè suscipit Eucharistiam. At si vt decet tam augustum Sacramentum sumere quis intendat, huiusmodi habituali dispositioni addere curet ea ipsa Communionis die specialem præparationem. Sacerdotes præcipuè moneo tam frequentes mensæ, tam à proxima speciali dispositione alienos habituali innitentes iustitiæ.

89. Accedit Christus cupiens sponsæ inire tabernaculum. *Aperi* (clamat) *mihi soror mea, columba mea, perfecta mea.* Cant. 5. Pende animæ sponsæ sanctitatem. Tres Patres, *soror mea, quia tu iam facis voluntatem Patris mei: Columba mea, vtpotè quæ sancti Spiritus mei munera accepisti, quibus tanquam alis ab omnibus terrenis rebus auolâsti: atque in me ab omni materia remota conquieuisti. Atque ita perfecta mea, vt per actionem purgata, & per contemplationem in spiritu illuminata, & numeris omnibus per Diuinitatis gratiam expolita. Aperi mihi.* Quis non sibi persuaderet, tam præparatum, tam perfectum animum illicò surrecturum, vt Christű reciperet? At sic respondet sponso: *Expoliaui me tunica meâ, quomodo induar illâ? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Ibid. Exponit Psellus, *Transgressionis crassitudinem exui, nec sententiam vnquam mutabo, vt eam iterum induam. Terrenas abstersi sordes pedibus meis, eosque in salutis semitas direxi, ne vllo vnquam tempore me retro conuertam, vt inquinem illos.* Proinde Domine, habe me excusatam, non possum aperire, non te excipiam hospitio sub specierum rote, manna inquam absconditum. Potiùs dicere debuisses, sponsa: Quia me exui vetustatis tunicâ, quia pedes affectionum perfectè ablui, aperiam, Eucharistico me pane reficiam. Profectò ille animi status habitualis sanctitudinis erat, non à speciali ad Eucharistiam iocundam, quâ decebat perfectione, dispositio requirebatur. Quid, ait, si tunicam veteris hominis exuerim? Nonne Ethnici hoc faciunt? Quid si leues maculas pedum abstersetim? Habitualis seu assidua iam dudum hæc viuendi ratio. Aliquid peculiare præmittendum tunc quando sponsum sum receptura. Accedat Altissimi manus, siue virtus me proximè gratiâ repletura, vti Dominum valeam excipere, vti tantum decet hospitem. Psellus adijcit, *In interiori* sponsæ tabernaculo voluit sponsus habitare. Sed illum minimè capiebat. Hoc manu sponsi, eâque solâ replebatur. Hoc est, de nouo adhibitâ manu sponsi, seu speciali à diuinâ potentia excitata præparatione, Christo Virgo, iam facta capax repletur. Edisce, quàm speciali dispositione ornari debeat qui aliàs iustus quotidie Eucharistico cibo saginatur.

Sancta sponsa non aperit, quia præparatio specialis debebatur Christo sub Eucharistiæ velamine ingressuro.
Cant. 5.
Tres Pat.
Psell.

Observatio XV.

Ad illa verba:

Spiritus sanctus superueniet in te.

Super plenam Virginem Spiritus sanctus quasi immensam adhuc confinxit capacitatem implendam.

Vbi edocemur de Virgine altissima sapere.

Excitat D. Bernardinus hom. 4. quæstionem. *Cum plena iam sit, aliud amplius quomodo capere poterit? Si autem plus aliquid capere potest, quomodo & ante fuisse plena intelligenda est?* Respondeo cum Alberto Mag. Spiritum sanctum venisse *super* Virginem: *Spiritus sanctus super veniet.* vt pleno iam ingenti Marianæ capacitatis vase, noua ipsi *super* quodammodo capacitas adderetur, vt nouis gratiæ incrementis redundaret. 90.

Bern.
Albert.

Mentem expendo. *Baptizatus Iesus ascendit de aquâ, & ecce aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se.* Mat. 3. Cur Spiritus sanctus descẽdisse *super* Christű, & nõ potiùs in Christű dicitur? Quia Christus *plenus gratiæ, & veritatis* nouam maiorem à Spiritu sancto sanctitatem non capiebat, vtpote Verbo hypostaticè vnitus: (Scio Christi capacitatem patere in immensum, vt maiorem gratiam habitualem, quæ à Deo poterat produci, iuxta probabiliorem sententiam, acciperet) vnde noua quodammodo capacitas confingitur, veniente Spiritu sancto non tam in eum, quàm *super*. Quænam hæc implenda confićta quodammodo capacitas? Æther, cælum cæli cælorum, locus beatitudinis, imaginarij spatij, totum illud, quod replet Spiritus sanctus, (qui omnia dicitur continere, aut implere: *Et hoc, quod continet omnia.*) immensurabilis plenæ Christo superaddita quodammodo capacitas est. 91.

Spiritus sanctus super Christum, non in ipsum descendit.
Mat. 3.

In hunc morem proportionabiliter contemplare Spiritum sanctum non in Virginem, sed *super* Virginem descendisse, vt iam plenum mare gratia reperiens nouum adhiberetur impleturum totum videlicet id, quod Spiritus sancti immensurabilis virtute occupatur. Bernardus citat. *Superius dicta est fuisse gratia plena, & nunc dicitur: Spiritus sanctus superueniet in te. An forte ideo non dixit simpliciter: Veniet in te; sed additur: Super?* Ita planè. Vt noua capacitas adhibita quodammodo, nouâ Spiritus sancti irrigatione repleatur. Vnde Bonauentura in spec. *Immensa fuit gratia, qua Virgo fuit plena; immensum enim vas non potest esse plenum, nisi immensum sit illud, quod est plenum.* Adiicit, *Altitudinem cæli, latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? Cælum est Maria, terra est, abyssus* 92.

Mariæ ... Spiritus sanctus ... dicitur.
Bernard.
Bonau.

sus est. Ac si diceret: Immensa Mariæ capacitas plena erat immensâ quidem gratiâ. At quasi noua super plenam confingitur capacitas terræ, abyssi, cæli, vt ab Spiritu sancto nouis gratiæ incrementis oppleatur.

93. *Immensus super Mariã plenam cumulus gratiarum.* Bonau. Vulgaris illa Bonauenturæ eiusdem sententia non vulgariter accinit argumento. *Sicut in mari* (ait lib. de Laud. Virg. cap. 6.) *aquarum, sic in Maria sunt congregationes gratiarum. Vnde scriptum est: Congregationes aquarum appellauit maria. Et alibi, Omnia flumina intrant in mare. Omnia flumina sunt omnia gratiarum dona, quæ intrauerunt in Mariam.* Pende particulam: *In Mariam.* Nũ dixit: *super*, quia gratia, quâ Virgo plena erat huiusmodi fluminũ ingressione signatur. Refer in memoriam Iordanis ad conspectum Arcæ stagnationem. Aquis namque *super* aquas adhoc venientibus cælos cumulus pertingebat. Richardus Vict. de exter. mali hinc gratiarum super plenitudinem contemplatur. Postqoam igitur omnia flumina gratiarum in mare Mariæ dilabuntur, vt gratia plena vocaretur ab Angelo: adhuc noua gratiarom *super* veoit sine termino accessio, veoientibus *super* plenam Spiritus sancti donorum incremeotis. Hinc edocere ooo commonia de Virgine, sed augustissima sapere debere.

Observatio XVI.

Ad illa verba:

Et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Tam magna Deipara, vt sola Altissimi virtus eam potuerit obumbrare.

Vbi innuitur ad muneris celsitudinem pertinere, quod accipientis aciem non perstringat.



94. Bernard. DEi profectò virtus vmbram fecit Virgini, vt ardeotem Verbi flammam posset sustinere. *Quis possit* (ait Bernardus, Signũ mag.) *intellectu capere, qualiter splendor ille inaccessibilis virgineis se visceribus infuderit: & vt Virgo inaccessibilem ad se accedere ferre potuisset, vmbra ulum fecerit?* Hinc Deiparæ collige magnitudioem.

95. *Immensa creatura fauit di vmbra quasi ramus est commensuratus protegenda Virginis magnitudini.* Vt quælibet creatura Solis protegatur ab æstu, sufficit paruulæ nubeculæ, exigui vẽ ramosculi interpositio; quia rantillo homini tantillum paratur tegumentum. Quàm facile hederæ super eaput Ionæ ascendeps vmbraculuto! Vt Virgo à diuini Solis æstu protegatur. quænam ioterposita nubes, quodnam ascendens vmbraculum obiicitur? *Virtus altissimi obumbrabit tibi.* Tanta-ne Maria, tanta Virgo puella, tanta illa ascendens Prophetæ nubecula, quæ non alio possit tegumento obumbrari? Ipsa Dei Virtus infinita ad Virginis obumbrationem descendat necesse est.

Beda audiendus. *Obumbrari nobis dicimus, cùm feruente meridiano Sole, vel arborem mediam, vel aliud quodlibet vmbraculi genus inter nos & Solem opponimus, quo ardorem eius nobis tolerabiliorem reddamus. Redemptor noster, Solis ardore designatur. Sicque* (id est, ideo) *Virtus Altissimi obumbrauit Mariæ.* Adnota consequentiam. Dixerat nos à Solis æstu defendi solere, dum ramum opponimus; indéque concludit: *Sic virtus Altissimi obumbrauit Mariæ.* O Mariæ ineffabilem magnitudinem! Nobis pusillis exiguus sufficit ramus obumbrandis: obumbrandæ Mariæ immensæ quodammodo sula infinita Dei sufficit Virtus, quæ quidem illi obumbrandæ pro ramo est. Beda.

Quid si vt Deipara à Solis ardentissimi æstu sub Altissimi virtutis vmbraculo protegatur, necessum est, vt sedeat, vt contrahatur, vt eius quasi contraharur, & corripiarur magnitudo? *Sub vmbra* (ait Maria) *illius, quem desideraueram, sedi.* Cant. 1. Stabas-ne purissima Spiritus sancti sponsa? Stabam; quia *astitit Regina a dextris tuis.* Cur ergo oon stans accipis vmbraculi Spiritus sancti refrigerium, sed sedens? *Sub vmbra illius sedi.* Ne incredibilis magnitudinis eum sim, ex parte obumbrer, ex parte æstum pariar. Pulchrè Rupertus lib. 1. *Ex quo mihi Angelus locutus est: Virtus Altissimi obumbrabit tibi: ego sub vmbra illius sedi. Non steti ad horam sub vmbrá, vt interdum paterer æstum, interdum haberem refrigerium; sed continuò sedi.* Stans etenim ob staturæ magnitudinem quodammodo vmbraculi immensitatem excederet. Cogitur ad sedendom, vt contractâ, abreniataque Virgine (sic exaggerare liceat) infinitâ Altissimi virtute, immeoso vmbraculo protegeretur. Adnota ignis ioaccessibilis descensum in Virginem secutum vmbraculum virtutis Dei. Nec enim muneris collatio vtibs, si accipientis perstringeret aciem. Acceptura proinde Maria coosumentem ac perstriogentem ignem, ab Altissimi protegitur vmbraculo. Pars etenim beneficij est, ipsum noxium ooo existere. 96. *Imò vt Deipara Virtutis Dei protegatur vmbraculo, quodammodo necessũ est contrahi.* Cant. 1. Rupert. *Pars beneficij est, noxiũ ipsum non esse.*

Observatio XVII.

Ad illa verba:

Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua.

Mariæ conceptus Elisabethæ nunciatur, ne à consiliis Regis, in Vniuersi vtilitatem Virgo putaretur aliena.

Vbi innuitur, specialia beneficia domesticis impendenda esse.

QVare credenti Deiparæ Elisabethæ imprægnatio nunciatur? Bernardus 97. Bernar.

hom. 4. *Quia decebat vt Verbum mox diuulgandum vbique prius sciret Virgo per Angelum, quàm audiret ab homine, ne Mater Dei à consiliis Filij videretur amota.* Id quod in hominum commodum mirum in modum quis redundare non videat?

97. An Deus Virgini aperit quidquid agere moliatur, vt videat num Matri optimæ placeat? An reuelat consilia, vt orante ipsa pro puniendis cælestis seueritas, & ira frangatur? Deus olim contra Sodomitas insurgens. *Num*, inquit, *celare potero Abraham?* Gen. 18. Quare aperuit Abrahæ de puniendis Sodomitis consilium? Certè vt ipse auertere decretum, Iudicémque emollire precibus conaretur. Haud aliter Christus Matri de puniendis peccatoribus consilia reuelat, vt auertat, vt emolliat. Hugo Card. Luc. 1. *Non faciet Dominus Deus verbum, nisi prius reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas; multo fortius Matri suæ.*

Reuelat Deus Matri consilia, vt approbet aut emolliat.
Gen. 18.
Hugo.

98. Abraham equidem diuinam ex parte fregit iram, fatus: *Absit a te, Domine, vt rem hanc facias. Non est tuum, qui iudicas terram.* Ibid. Quare Deus Sodomorum excidium Abrahæ reuelauit? Num quia ex eius semine Christus? Ita planè. Nec enim tanto viro Dei parenti debuit Dei celari consilium. Abulens. *Dicebat Deus: Facturus sum Abraham in gentem magnam, Quare ergo non faciam ei hanc gratiam, quod demonstrem, quia facturus sum in Ciuitatibus existentibus in valle Sodomorum?* Debeo itaque reuelare; *quia benedicendæ sunt in ipso (scilicet in semine eius Christo) omnes nationes terræ.* Si ergo Dei consilium Abrahæ reuelatur, quia Christi tàm à longè propinquus, non Virgini Matri reserabuntur, per quam cunctæ erant nationes benedicendæ.

Abrahæ reuelat Deus consilia, quia propinquus: quid Matri?
Gen. 18.
Abulens.

99. Scio speciatim reuelari Deiparæ ea, quæ ad suos spectant alumnos, domesticos, sodales, speciale ipsi præstantes obsequium. Id quod in reuelatione facta Abrahę contemplari licet. Abulensis expende sententiam. *Quare non faciam ei istam gratiam, quòd demonstrem, quid facturus sum in Ciuitatibus existentibus in valle Sodomorum?* An non Sodomorum vallis Abrahæ domui hærebat? Cõmunis certè vallis Abrahæ & Sodomitis. Propter vicinitatis ergo gratiam ei hoc arcanum reuelabo, vt i pro puniendis valeat preces profundere. Incola semper Maria in hac lachrymarum valle; quare datum omnibus inclamare: *Ad te clamamus exules filij Euæ, ad te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle.* At potiori iure Dei consilia ad domesticos spectantia Matri clementissimæ reuelanda.

Specialiter Mariæ reuelantur quæ ad suos deuotos spectant.
Abul.

100. Concepit Mariæ cognata Elizabeth. Angelus autem Virgini: *Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua.* Quare Deiparæ Elizabeth conceptus reuelatur? Dixi, ne à consiliis Filij Mater videretur exclusa. Addo, ne quę tàm prope, id est, tàm in vicinio Nazarethæ gerebantur, Virgo à consiliis Filij ignorare videretur. Pulchrè Hug. Carens. Reuelatur id Mariæ: *Ne Mater Dei a consiliis Filij amota videretur, si eorum quæ tàm propè gerebantur in terris remansisset ignara.* Hæc gratia vicinitatis apud Deiparã? Quid ergo domesticorũ ius exiget? Quid specialis lex adoptionis?

Ideo Elizabethæ conceptio reuelatur, quia vicinia eius fruebatur.
Hug.

101. Cur ergo postquàm reuelauit Deus Abrahę Sodomorum ruinam, non eis pepercit ob tanti propinqui preces effusas? Respondet Abulensis: *Non ausus fuit petere infra decem, quia Deus misit in eum terrorem, ne peteret.* Quid si postularet? Existimo cõsecuturũ fuisse. O Deiparæ preces, nunquam terrore ablegandæ! Semper Maria quod postulat assequitur, quia nunquam terrore huiusmodi prohibetur, immò à Regio Dei vultu terrorẽ Dei potens est ablegare. Quid Assuero terribilius? Esther mystica apparet, & terroris fugato nubilo Sol fulgentissimus ostentatur. Quę nunquam terrore prohibetur, ne petat, semper consequitur quod postulat. Edisce speciali iure debere nos domesticis impendere beneficia.

Postulat a domesticis Maria nec terrore recedit a precibus.
Abul.

Observatio XVIII.

Ad illa verba:

Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute.

Reuelatur Mariæ Elizabeth fœcunditas, vt mox cogitet de obsequio cognatæ impendendo.

Vbi innuo cogitationem, seu præmeditationem grauibus negotiis præmittendam.



E reuelatione factà Mariæ circa Elizabeth impręgnationem aliter respondet Bernard. hom. 4. *Vt audiens cognatam vetulam grauidam iuuencula cogitet de obsequio ei impendendo.* Addit Hug. *In hoc etiam instruit nos Angelus, quod bonum vnius debet alteri nunciari, vt communiter gratias agant, & communiter gaudeant, & mutuò se iuuent.* Nondum Dei est Mater effecta, & iam humanæ infirmitatis ei indigentia reuelatur, veterisque hominis reseratur infirmitas, vt noua vndique ac iuuenescens tota, mox de beneficiis nobis impendendis valeat cogitare: *Cogitat iuuencula de obsequio ei impendendo.* 102.

Bernard.
Hugo

Nec enim Maria occurrit solùm indigentibus, sed & cogitat quonammodo occurrendum sit. Quid opus cogitare? Non-nè sufficeret post Verbi Incarnationem ad domum Elizabeth accurrere, eique succurrere indigenti? Ea est Deiparæ pietas erga homines, vt antequàm partûs hora, necessitatis adueniat instantia, iam cogitet quonammodo sit subueniendum. Nuptiarum historiam memorabo. Deficiente vino suggerit Filio Mater: *Vinum non habent.* Ioann. 2. Rogas, an vinum omninò defecisset? Respondet Caiet. *Iunge hac contemptore deficientis vini; & vide quod ideo non dicit: Vinum non est, sed vinũ non habent, quia vinum deficiebat sic, vt cùm bibendum esset, multi comiuia non haberent vinum.* Adnoto prætereà Domini sententiam: *Nondum venit hora mea.* Vbi Cardinalis: *Quamuis sit hora deficientis vini, adhuc tamen non est hora congrua operi meo miraculoso, quia adhuc non defecit* 103.

Cogitauit apud nuptias Maria, quonammodo esset indigentia proximo succurrendum.
Ioann. 2.
Caietanus.

fecit vinum. Iam requiro, Cur ante vini defectum, ante conuiuarum indigentiam Maria accedit merú à Filio postulans? Profectò, quia ante horam indigentiæ nostræ, Virgo cogitat, quonammodo sit ei occurrendum. *Cogitat de obsequio.*

103. Mariam Angelus gratia plenam vocitauit. *Aue gratia plena.* Luc. 1. Tunc Virgo *cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Ad quæ Chrysologus ser. 141. *Aduertat vestra charitas, consensisse Virginem salutationi non verborum, sed rerum.* Consensit quidem salutationi, quia *cogitabat qualis esset*, comperitque *salutationem esse rerum, non verborum.* Eam namque Angelus gratia plenam appellauit. At Virgo *cogitabat* fore, vt ipsa posset ex illa plenitudine homines replete, hominibus Deum parere: & ideo consensũ exhibuit. Quàm vtile hominibus Deiparam de nostrâ salute cogitare! Edocere, cogitationem grauibus rebus speciatim ad salutem attinentibus, præmittendam.

Consensum præbuit, cogitans vtilem nobis futurã Incarnationem.
Luc. 1.
Chrysol.

OBSERVATIO XIX.

Ad illa verba:

Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Non dixit: *Non est impossibile apud Deum omne factum*, sed *Omne verbum*, vt ostendat Deo & Mariæ idem esse facere, quod loqui;

Vbi innuo Deificum esse circa Dei obsequium potius factis vti, quam verbis.

104. HVGO Carens. huiusmodi excitat quæstionem: *Quare non dixit Angelus, Non erit impossibile apud Deum omne verbum, sed non est?* Et respondet ex Bern. *Vt ostenderet, quia soli Deo idem est facere, quod loqui. Vnde David: Ipse dixit & facta sunt.* An de Deiparâ affirmare audebimus, adeo eius verba factis assimilari, vt idem sit Mariæ facere, quod loqui? Deus olim: *Fiat lux, & facta est lux.* Gen. 1. An *fiat* Deiparæ ita sit effectiuum? an verbum Mariæ sit factum, quemadmodum Dei facta sunt verba? *Ipse dixit, & facta sunt.*

Hugo.
Bernard.
Gen. 1.

105. Maria profatur, *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Luc. 1. Deus sæpe clamauit: *Fiat lux, Fiat firmamentum, Fiant luminaria, &c.* & tamẽ vnicus excitatur Vniuersus. Verbo *Fiat* Virginis semel prolato augustius mirum in modũ opus Dei mirabilium epilogatio excitatum est. *O Virginem* (exclamat Isidorus Pelus.) *omnipotẽtem!* Quare? Dei iterato sæpe verbo *Fiat*, vnus Mũdus est fabricatus: Maria autem vnico *Fiat* opus præstantissimum excitauit. Hugo Cardio. *Multis modis Deus locutus est Patribus, & aliis quidem in aure, aliis etiam in manu verbum Domini factum fuisse memoratur. Maria autem factum est in aure per Angelicam Salutationem, in corde per fidem, in ore per confessionem, in manu per contrectationem, in ventre per incarnationem, in gremio per sustentationem, in brachiis per oblationem.* Quorsum hæc? Hæc omnia facta ab vnico Mariæ verbo dependent. *Ideo dixit:* (subdit Pater) *Fiat mihi secundum verbum tuum. Non declaratoriè prædicatum, sed personaliter incarnatum.* En Mariæ quodammodo *idem est facere, quod loqui.*

Vnicum Virginis Fiat longè efficacius, quàm Fiat Dei multiplex.
Gen. 1.
Pelus.
Hugo.
Multa Virginis facta ex vnico verbo Fiat.

106. Rursum expendo Ioannis testimonium, *Vinum non habent.* Quod cùm Dominus suggerenti Deiparæ responderet: *Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea:* Mater tamen adiecit: *Quodcumque dixerit vobis facite.* cap. 2. Quæris, si non dum hora aduentârat ad miraculi suscitationem, quonammodo Maria de rei euentu secura ministros admonuit: *Quodcumque dixerit, facite.* Equidem Maria proculdubio cognouit verba petitionis suæ adimplenda esse, quia idem eius quodammodo facere quod loqui. Ipsa *dixit, & facta sunt.* Dixi aquam mutandam in merum? Proculdubio fiet. Apprimè Caietanus, *Intellexit Mater petitionem suam fuisse adimplendam, alioquin non subiunxisset præceptũ ministris: Quodcumque dixerit vobis facite.* Quomodo non adimpleretur verbum ipsius ad cuius verbum *fiat* Verbum est caro factum, *cuius virtute omnia fiunt*, vti ait Pelusiota. Christus igitur tempora anteuertit, ne Mariæ verbum cassum existat, sed factis exponatur. Imo sola insinuatio Deiparæ, quâ suam expressit voluntatem ipsâ executione copulatur. Nec enim in præsenti iussit *Fiat*, sed suam solummodo innuit voluntatem. Potentia prorsus huiusmodi Deifica est, *soli Deo* (aiebat Hugo) *facere quod loqui.* At si creaturæ circa Dei obsequium potiùs factis vtantur, quàm verbis, Deum, Virginemque Deificam actionibus referent.

Licet hora non aduentasset, aqua fit merum, ne verbum Virginis factum non sit.
Ioan. 2.
Caiet.
Hugo.

OBSERVATIO XX.

Ad illa verba:

Ecce ancilla Domini.

Mira Mariæ Humilitas Mundo edidit Saluatorem è cælis abstractum.

Vbi innuo Deum ob hominis superbiam recedentem, ob humilitatem redire.

107. AIEBAT Hugo Card. sextam Mariani Templi colomnam esse *iudicium sine simulatione*, quod his verbis exprimitur: *Ecce ancilla.* Et quidem *sine simulatione*, sine hypocrisis tegumento Virgo ostendit quidquid de se tunc iudicaret. *Ancilla*, inquit, *Domini sum.* O humilitas ineffabilis! Non possum non mirari sine simulatione huiusmodi iudicium. Quid seruituti magis oppositum, quàm dominatus? Angelus Virgini: *Ne timeas Maria*, siue *Domina.* Tunc seipsa appellauit ancillam. Chrysologus serm. 140. *Ante causam dignitas*

Hugo.
Chrysol.

dignitas Virginis annunciatur ex nomine. Nam Maria Hebræo (Syriaco dixerim) *sermone, latinè Domina nuncupatur. Vocat ergo Angelus Dominam, ut Dominatoris genitricem trepidatio desitas seruientis.* Tunc igitur cùm Angelus verè Mariam dominam ástetuit, sese illa verè appellauit ancillam: *Iudicium sine simulatione.*

108. *Maria non simulat humilitatis gratia se ancillam, sed cognoscit.* Annon semel docti viri submissionis gratiâ se indoctos profitētur, licèt contrariū sentire cogātur? Nū isto modo Deipara, licet iudicet se Dominā, humilitatis ergo se vocauit ancillā? Absit. Nō solùm se Dominā ab Angelo appellatā vocat ancillā, sed se cognoscit, se iudicat ancillā esse tunc, cùm Domina appellatur. Id quod pulchrè idē Chrysol adnotauit serm. 142. *Quæ vocatur ab Angelo Domina, ipsa se cognoscit ancillam.* Non tantùm, verbo tenus, se vocat ancillam, sed *cognoscit.* Caietanus confirmat. *Quantò magis se audiuit eleuandam in Matrem Messiæ Filij Dei, tantò magis ad humilitatis gremium confugit, & se ancillam recognoscit.*

Chrysol.

Caiet. t.

109. *Ad nouissimū locum descēdit sibi apud reputans. Diabolo contraria.* Quid autem exprimere intendit, quando se vocauit ancillā? Ad nouissimū se locū deprimere conatur; ad soliū Dei ab Angelo eleuata, ad ipsū opinor immane Chaos descēdisse. Hoc nitor indicamēto. *Inimicitias* (ait Cōditor) *ponā inter se, & mulierem.* Gen. 3. Quare Deiparēs Diaboli inimica appellatur? Nū quia Virgo nō cessat pro hominibus exorare, Diabolus autem auersatur eisdem? Num quia sicut à Diabolo cœpit humani generis perditio, ita à Virgine saluatio? Has, & alias causas affert Dionysius Carth. At illa eiusdem Doctoris arridet: *Quoniam mulier ista & Diabolus sunt sibi inuicem summè dissimiles. Dissimilitudo autem parit auersionem.* Innuens vero dissimilitudinis summæ rationem, adiicit: *Mulier ista extat humillima, Diabolus superbissimus.* Qualis diaboli exaltatio? *In cælum conscendam.* Igitur si ideo Diabolus *superbissimus*, Maria humillima vocitabitur, quia oppositam elegit regionem. Quid cælo oppositum nisi abyssi profunditas? Humillima ergo Maria ut dissimilis, imo contraria omnino tanto hosti ostenderetur, dum ille ad cæli fastigium molitur conscendere, ipsa ad inferni inferiora curat appropinquare.

Gen. 3.

Carth.

110. *Deum ad terras à sinu Patris Maria traxit humilitas.* Iam non miror huiusmodi Virginis humilitatem Deum ad terras traxisse. Bernardus hom. 1. adnotans post prolata illa verba: *Ecce ancilla Domini, fiat &c.* Mysterium Incarnationis fuisse perfectum, ait: *Et si virginitate placuit, tamen humilitate concepit.* Prof..tur illa: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Cant. 1. Et mox: *Inter vbera mea commorabitur.* Vt sit sensus: Cùm esset Rex in sinu Patris, humilitatis meæ suauitas vim illi inferens, ad meum vterum, ad mea vbera attraxit. Rupertus, *Quid accubitus Regis, nisi sinus Patris? Nam Verbum erat apud Deum. Dum ita esset, nardus mea dedit odorem suum, & hoc odore delectatus descendit in vterum meum. Olim in Eua malo superbia fœtore offensus & ob hoc ab humano genere auersus fuerat; nunc autem delectatus bono odore nardæ humilitatis meæ secūd humanum genus conuersus est.*

Bernard.
Cant. 1.

Rupert.

111. *Per humilitatem sedens Maria, Virtutem Altissimi recipit, ad conceptionem.* *Sub vmbrâ illius,* (replicat Maria) *quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Cant. 2. Proferens Virgo verba illa: *Ecce ancilla Domini*, postquam Angelus fatus: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*, sese obumbrandam humillimè subiecit, non inquietâ curiositate vagans, sed submissè sedens, Dei Mater reddenda. Alanus, *Sedi ego humiliata ad verba Gabrielis, sedi, id est, requieui sub vmbrâ illius.* (*Tempore enim Incarnationis fuit obumbraculum in ea contra concupiscentia incentiuum.*) *Sub hac vmbra non stetit rigida elatione, non ambulauit inquieta curiositate, non iacuit resoluta voluptate; sed sedit, ideo plena gratiâ apud Deum per humilitatem.*

Cant. 2.
Alan.

112. *Per foramen humilitatis Deus intrauit in mundum.* Adhuc Virgo: *Dilectus meus misit manum suam per foramen,* Cant. 5. Sic expendit Honorius, *Deus, quem elegi præ omnibus, ideo dilectus meus, misit manum suam Filium suum, in Mundum per foramen, id est per me, quæ facta sum ei ad homines veniens foramen humilitate angustum, castitate lucidum, & ideo illi folo peruium.*

Cant. 5.
Honor.

113. *Humilitate apprehenditur, ac humilitatis cubiculo, seu ventris adducitur.* Rursum Deipara: *Apprehendam eo, & ducam in domum matris meæ, in cubiculum genitricis meæ.* Cant. 7. Et quanam vi apprehensus Deus in Virginis vterum? Profectò verbis illis humilitatem halantibus: *Ecce ancilla Domini.* Guilhelmus pulchrè. *Ecce, inquit, Domine, ancilla tua. Ergo singularem hanc gratiam suscipiens, apprehendam te, quia concipiam; & cùm apprehensum nouem mensibus clausero in vtero meo, faciò te partu, indutum carne, in dream in Orbem.* Illam pende particulam: *Ergo.* Post humilitatem enim expressam consequens est Deum apprehendi, vterique angustiis recludi.

Cant. 7.
Guilhel.

114. *Seruis Dei se ancillam exhibet Maria, Abigail submissior.* Enim verò parum fuisset sese Dei Mariam ancillam profiteri, si non etiam hominibus se inferioribus subderetur, vera vtique Abigail facta: *Ecce famula tua fit in ancillam, vt lauet pedes seruorum Domini mei.* 1. Reg. 25. Non dixit: in ancillam Regis; sed in ancillam seruorum Domini. At Maria: *Ecce ancilla Domini.* Vinceris ab humiliore Abigail, ô Virgo. Absit. Sese enim nō verbo, sed (quod augustius est) facto seruorum Domini exposuit ancillam. Nam cùm effecta iam fuisset Dei Mater, *exurgens abiit in montana.* Luc. 1. Vt scilicet seruæ Dei Elisabethæ præstaret obsequium. Appositè Beda. *Quis dubitet Matrem Regis æterni iure matris miluis esse præferendam? Et tamen surgit, montana conscendit, & gestans in vtero Deum, seruorum Dei habitacula petit. Intrat domum Zachariæ, & Elisabeth, quam seruum præcursorem Domini nouerat parituram, humiliter salutat, vt mulieri prouecta ætatis virgo iuuencula ministerium sedula impenderet.* Quàm egregia humilitatis virtus, quâ tam facilè Deus homini acquiritur, qui ab Orbe Adami superbiâ recesserat!

1. Reg. 25.
Luc. 1.
Beda.

Observatio XXI.

Ad illa verba:

Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.

Celsitudo Marianæ Humilitatis ostenditur.

Innuo,

Innuo nouissimum ac supremum locum nunquam non copulari.

115. Væ vocata Domina se cognouse ancillam, ad nouissimum, vt vidimus, locum accurrens; eadem viâ ex humilitatis celsitudine supremum in verticem eleuatur, dùm *humilitate concepit*, authore Bernardo. Non benè conueniunt, nec in vnâ sede morantur *Ancilla*, & *Fiat*. Hoe vocabulum Mariam ad Maternitatis eleuat fastigium, si illud ad abyssi ima deprimere visum est. Portò ea est humilitatis gloria, vt quantò velociùs descendat ad ima, tantò augustiùs ad suprema contendat.

Bernard.

Ao non Dominus ob humilitatem ad su-
116. premum thronum fuit eleuatus? Apostolus ait: *Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, &c.* Phil. 2. Quid Cruce vilius, quid supremâ augustius potestate? Huiusmodi obedientiâ exaltata Virgo ornata obiicitur. *Collum tuum sicut monilia.* Caot. 1. (Alano authore) monilibus Christi signatur obedientia. Collum Virginis submissum, illa sententia est; *Ecce ancilla Domini, fiat mihi.* Huiusmodi submissione Maria Christi obedientiam imitatur. *Per collum* (ait ille) *quod inclinare solemus in Obedientia signum, significatur obedientia, & subiectio, quam Virgo Deo exhibuit, pro eo quòd quasi iugum accepit, & fidei eius obedientiam prebuit, Ornamentum ergo ceruicis Mariæ, quæ est obedientia, Christus est. Ipse enim factus est obediens vsque ad mortem. Exornatio ergo & monile ceruicis eius, id est, obedientia Virginis obedientia Christi est: sed & ceruix eius, id est, obedientia similis facta est obedientia Christi. Magna ergo in hoc laus Mariæ, magna eius gloria.* Et quænam augustior gloria humilitatis Mariæ, quàm Christi humilitatem imitari, cui tàm ineffabilis promissa exaltatio est! *Propter quod & Deus exaltauit illum.*

Maria obediens humilitate Christi exaltatam humilitatem imitatur.
Cant. 1.
Alan.

Vidisti Mariam ad seruitutem vsque exi-
117. nanitam: *Ecce ancilla!* Paruus fons ille iam abyssus effectus: *Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem Solémque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit, Esther est.* Esth. 10. Maria, inquam, est, quæ ob humilitatem in Solem Christum conuersa est, quæ ex foote exiguo profundissimam creuit in abyssum, fata; *Fiat mihi.* Richard. Laurent. lib. 1. *Beata Virgo dicitur fons paruus propter humilitatis excellentiam, & per hoc creuit in fluuium maximum, quando genuit Christum, & ab isto flumine descendit plenitudo Sanctorum, quasi quidam riuus.* Si tota Sanctorum plenitudo riuus est flumini comparata; quantus crescentis, seu exaltatæ Marianæ humilitatis fluuius? Abyssum aptiùs vocitarim.

Paruus fons creuit in abyssum.
Esth. 10.
Richard. Laur.

En miraculum Ioanni obiectum. *Signum*
118. *magnū apparuit in cælo, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarū duodecim.* Ap. 12. In vtero addit illam habere. Et quodnam huiusmodi signum ineffabile? Existimo Mariam esse, dùm profatur: *Ecce ancilla.* Vi enim humilitatis eleuatissimum exaltatur in thronum, ad Dei Maternitatem eleuatur. Bernardus: *Signum magnum apparuit humilitas honorata; Ancilla Dei, & Mater Domini.*

Miraculum cælesti humilitate Maria exaltata.
Apoc. 12.
Bernard.

Iam idem prorsus nouissimus humilitatis 119.
locus & suprema celsitudo. Apostolus *paupertatem altissimam* vocitauit. 2. Cor. 8. Vbi Anselmus: *Altissima, id est, nobilissima, & præconiis extollenda paupertas: altissima, id est, humillima.* Vt idem sit humillima & altissima Maria. *Qui maior est* (Veritas inquit) *in vobis, fiat sicut minor, & præcessor sicut ministrator.* Luc. 22. Vbi Cyrillus: *Quasi dicat Discipulis: Vestrum culmen est in humilitate.* Ipsa enim humilitatis submissio eleuatio est. Mariæ accommodat Augustinus: *Mensura humilitatis Mariæ ex mensurâ ipsius magnitudinis data est.* Ac si diceret: Data est Mariæ humilitatis supremæ gradus, vt simul celsitudinis, ad quam erat eleuanda celsitudo exhiberetur. Euchenda ad supremum hominum ac Angelorum Dominatum, sese exhibeat ancillam, Bernard. Signum magnum: *Maria quantò maior erat, humiliabat se non modo de omnibus, sed & præ omnibus. Meritò igitur facta est omnium Domina, quæ se omnium exhibebat ancillam.*

Idem Mariæ nouissimus locus, quòd supremus.
2. Cor. 8.
Ansel.
Luc. 22.
Cyrill.
Bernard.

An non eximia humilitatis Mariæ celsitu- 120.
do est, sedem gratiæ effectam fuisse. Bernardus ad illud: *Ecce ancilla,* ait. *Respondet humiliter, vt sedes gratiæ preparetur.* Certè propria sedes, proprius locus, & (vt aptiùs exponam) naturale centrum, ad quod suopte pondere diuinæ gratiæ feruntur; vna est virtus humilitatis. Hinc Tertullianus lib. de patien. *Igitur si probos seruos, ac bonæ mentis pro ingenio dominico conuersari videmus (siquidem promerendi obsequium artificium est, obsequij vero disciplina morigera subiectio) quanto magis nos secundùm moratos inueniri oportet; serui scilicet Dei viui, cuius iudicium in suos, non in compede, aut pileo vertitur, sed in æternitate solutis.* Idem prorsus seruituti addici, ac in æternitatis throno collocari.

Humilitas Mariæ sedes gratiæ effecta est.
Bernard.
Tertull.

Profatus Isaias: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Cap 11. 121.
An non aptiùs dixisset: *De radice, siue, in radice descendente descendet?* Quid minùs aptū ascensioni, quàm florem (lilium profectò ex ortu submissum) cum radice descendenti, non cum ascendenti virgâ, seu Virgine copulari, vt ascendat? Profectò tunc ascendit flos Christus, cùm descendentem radicem, siue humilitatem Virginis comitatur, quia illud ipsum descendere ascendere est: *Ecce ancilla Domini,* radix ducitur ad profunda: *Fiat mihi,* Dei Matre effectâ. Virga tendit ad suprema, ac simul lilium eleuatur. Simon de Cassia: *In profunda se deiicit, quæ innitebatur ad alta, & à dominata in ancillatum animum conuertit & corpus, Fiat mihi vt concipiam, & pariam Iesum infinitè magnum, regnantem in domo Israël in æternum.* En illud ipsum è radice humilitatis procedere, est è virgæ vertice ascendisse, quia humilitatis Marianæ radia cum vertice præstantissimæ gloriæ Maternitatis copulatur. Edocere humilitatis celsitudinem necessariam.

Oritur Christus de radice humilitatis Mariæ, ac simul vertice.
Isa. 11.
Simon de Cassia.

Observatio XXII.

Ad illa verba:

Fiat mihi secundum verbum tuum.

Matris obedientiam Christus illustrat, dum sibi eam obiicit aduocatam.

Vbi innuo, obedientiam virtutum existere ornamentum.



122. VIRGINIS obedientiam promptissimam hæc clausula assignat. Colli equidē submissionē fatur: *Fiat mihi*, præsto sum, ecce adsú.
Alan. *Significatur* (ait Alanus) *Obedientia, & subiectio, quam Virgo Deo exhibuit, pro eo quod quasi iugum Christi accepit, & fides eius obedientiam præbuit.*

123. *Obedientia Christi ornamento donatur, dum Virginis Obedientia sibi est ornamentum.* Cant. 1. Alan.
Dixi Obseru. proxima Virginem Christi obedientiam imitatam fuisse. *Collum tuum sicut monilia.* Cant. 1. Alanus, *Magna Mariæ gloria, quod imitatio eius gloriæ exæquatur obedientiæ Christi, quam imitatur illa.* Nyssenus addit per monilia ipsam obedientiæ virtutem designari. *Collum tuum*, ô Virgo, *sicut monilia.* Id est, obedētia tua ipsa in abstracto obedientiæ virtus est. Monile colli est ornamentum. Obedientia Virginis sibi ornamentum esse apparet. Quid si obedientia Christi ornamento quodammodo indigeret, obediētia autem Mariæ sibi existeret ornatus? *Factus* (ait Apostolus) *obediens vsque ad mortem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit ei nomen quod est super*
Phil. 2. *omne nomen*, Phil. 2. Nomē Iesu Augustino authore torques est obedientiæ Domini ornamētū, obedientia autem Virgiois ipsa sibi tor-
Nyssen. ques. *Ornatus is* (ait Nyssenus) *qui collum ambit, monile appellatur.* Virginis obedientia torques est, mouile est, sibi ipsa existit ornamentum.

124. *Patri Iesus Matris obedientiam potius quam suam obiecit, vt Imperium postularet, & acciperet.* Psal 84. Incog.
Altius quiddam excogitârim. Christus in obedientiæ Matris gloriam potiùs ipsam Patri obiecisse qoàm propriam obedientiam, vt Regnum acciperet. Cruci illigatus clamat: *Respice in me, & miserere mei, da Imperium tuū puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.* Psal. 84. Scio locum ingeoiosè à nostro sapientissimo Ferdioando Salazario expositum, à modernis transcriptoribus vulgariter passim vsurpari. Aliâ mihi viâ incedendum. Sic exponit Incognitus: *Saluum fac Filiū ancillæ tuæ. Is est, me Christum Filium Virginis Mariæ, quæ me concipiens dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Ac si diceret: Da imperium puero tuo, id est, eū, qui cùm sit Filius tuus æqualis omnino, sese puerum obedientissimum profitetur. Quòd si obedientia Matris meæ, quæ non indiget ornamento, ipsa enim sibi monile est, torques est, tibi obiicitur priùs quàm nomine, *quod est super omne nomen*, mea obedientiâ exornetur: scio te audientem illa verba: *Ecce ancilla Domini, at mihi*, proculdubio me Imperio esse donaturum. O ineffabilis humilitatis Marianæ gloria, si Principatus qui Dei Filio iure hæreditario debetur, potiùs ab ipso acquiritur obedientiæ Matris obiectu, quàm propriæ obedientiæ allegatione!

Aduocatam fuisse Mariæ obedientiam cō- 125.
munis parentis legi apud Irenæum fatum lib. *Obedientia Mariæ non solum Euæ cunctorumque hominū, sed & Filij Dei obedientissimi aduocata fuit.* Irenæ.
5. aduer. hær. ad illa verba: *Ecce ancilla Domini fiat mihi. Quemadmodum Virgo Eua per Angelicum sermonem seducta est, vt effugeret Deum præuaricata verbum eius: ita & Virgo Maria per Angelicum sermonem euangelizata est, vt portaret Deum obediens eius verbo. Et sicut illa seducta est, vt effugeret Deum; sic hæc suasa est obedire Deo; vti virginis Euæ Virgo Maria fieret aduocata.* Vt Eua mater viuentium verè fiat, vt ei imperium per inobedientiam amissum restituatur, debet inclamitare: Saluam fac matrem ancillæ tuæ; vt scilicet matris filia fiat aduocata. Sed Mariam aduocatam ipsius Regis æternitatis Principis reddi, vt debitâ sibi Imperij donetur potestate, ineffabiliter Virginis commendat obedientiam. *Captiuus homo* (ait Pater lib. 3.) *factus est cōdemnationis vinculis? Euæ inobedientia nodus solutionem accipit per obedientiam Mariæ dicentis: Ecce ancilla Domini, fiat mihi. Quod enim alligauit Eua per incredulitatem, hoc Maria soluit per fidem.* Sit obedientia Mariæ & Euæ, & cūctorum filiorū aduocata. At quidnam ei inest diuinū, quo possit, ipsius Filij Dei aduocata obiici? *Saluum fac filium ancillæ tuæ.* Is solummodo explicare valet, qui obedientiæ ipsius aduocatiooe vsus esse videtur: Monuerim animum mollem ad obsequium, promptum ad obedientiam pulcherrimum reliquis virtutibus adiiçere ornamentum, vt placeant Conditori.

Observatio XXIII.

Ad illa verba:

Fiat mihi secundum verbum tuum.

Deus humanitate induendus Virginis consensum expectauit, & noluit sumere carnem, nisi dante ipsa.

Vbi quanti Deus æstimet hominis offerentis voluntatem.



AIEBAT Bernardus hom. 5. *Expectat Angelus responsum, expectamus & nos verbum miserationis, quos miserabiliter premit sententia damnationis. In tuo responso verbi sumus reficiendi, & ad vitam reuocandi.* Non 126. Bern.
mirum expectare vocandos ad vitam. Certè ineffabili admiratione afficior, dum video non solùm Angelos, ac homines; sed & ipsum Deū Mariæ consensum expectare, nec carnem assumere, nisi dante Deiparâ. Augustinus serm. 17. August.
de sanct. *Responde iam Virgo sacra assensum tuū Angelus præstolatur. Deus in porta est, Angelum, quem moraris, expectat.* Vt scilicet, te aperiente ingrediatur. *Deus in porta est. Aperi sponsa,* Responde verbum, (adiicit in Gen. 28.) *&*

suscipe

suscipe Filium; da fidem, & senti virtutem; pande sinus reseces Virgo perpetua. Quanta Mariæ dignitas, cuius consensum Deus expectauit, vt in optatissimum aduentaret portum?

Noluit Deus operari in Maria Incarnationis miraculum, nisi ipsa cooperante. Cant. 1. Rupert. Guilelm.

127. Consensum Deiparæ præferebant verba illa Cât. *Osculetur me osculo oris sui.* c. 1. Rupert. authore, ac si diceret *Fiat mihi.* Adeò magis verecūdiæ spōsæ cōsuleretur, si ipsa à Domino rogata oris diuini affectū acciperet? Profectò materia inuitata sæpè, respondet. Osculum expetis? humanitate indui ambis? *Fiat mihi.* Guillelm. *Incarnandus Dei Filius ex Virgine præmisit ad eam vnum ex familiaribus suis, vt auriculam eius reuelaret, & arcano, quod absconditum fuerat à seculis reserato, consensum & cooperationem eius flagitaret, fante ipsâ: Osculetur me osculo oris sui.* Siue, *Fiat mihi. Quippe nolebat Omnipotens sua Incarnationis miraculum operari in ipsâ, nisi cooperante ipsâ: nec carnem volebat sumere ex ipsa, non dante ipsa. Itaque non tantùm ex ipsâ carnem suscipere volebat, sed etiam ab ipsâ.*

Non venit Deus ad hortum suũ, nisi aperiente Maria. Cant. 5. Guillel.

128. Consonat illud: *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum.* Cant. 5. Ac si consensum præbens profaretur: *Fiat mihi secundùm verbum tuum.* Expendit eleganter idem Paruus Guillelmus. *Angelo nũciante, didicerat Maria, se ad magnum illud pietatis Sacramentum manifestãdum in carne singulariter esse delectam, & quasi hortum Dei Astro perflandam, vt Filium Dei procrearet. Itaque assensum hilariter præbuit. Prædicis, inquit, ô Angele, vterum meum fore hortum delitiarum, gignendo fructum vitæ, in quo omnis suauitas, & omnis sanitas: Fiat mihi secundùm verbum tuum. Veniat in hortum suum, veniat Dilectus meus, quem deperit cor meum, & veniat in hortum suũ peculiari iure ipsi dicatum, Verbum ex me carnem sumat, Deus ex me corporetur. Cur? Vt comedat fructum pomorum suorum, vt incorporet sibi electos suos.*

Deus precatur enixè vt Maria ostium aperiat. Cant. 5.

129. Porrò & Dei induendi humanitate desiderium, & moram, donec Deipara consensum præberet, ipsa eodem capite expressit. *Vox Dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea* Cant. 5. An Conditor non poterat, haud Virgine ei aperiente, introire? Cur pulsat ostio hærens? Profectò illæ enixè multiplicatæ sponsi precationes: *soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea*, duo manifestant, & affectuosum ingrediendi desiderium, & quòd ingredi vellet aperiente Mariâ. Adhuc Guillelmus. *Vox, inquit, Maria Dilecti mei pulsantis facta est ad me, quando impleto tempore æterna dispositionis suæ, placuit incarnari ex me. Quæ autem fuerit vox illa, confestim addit, nempe: Aperi mihi soror mea. Poterat Dilectus non aperiente ipsâ, introire in virginalem vterum. Sed ad maiorem Matris gloriam, quam maluit sponte, & hilariter aperire, stetit ad ostium, & pulsauit; quia nolebat ex ipsâ carnem sumere, nisi ipsâ consentiente. Ecce iuxta Sanctorum omnium vota excito potentiam meam, & venio ad saluandum, aperi, ô terra virginea.*

Guillel.

Pulsat Deus ad ostium. Apoc. 3.

130. *Ego* (alibi clamat Sponsus) *sto ad ostium, & pulso.* Apoc. 3. Vbi Guillelmus citat. *Pulsabat Deus per Angelum, cælestis sponsus per cælestem Paranymphum. Erat in voce Paranymphi annunciantis vox sponsi pulsantis.* Et Bernardus hom. 4. *Ipse tibi clamat e cælo: Fac me audire vocem tuam. Aperi Virgo beata cor fidei, labia confessioni, viscera Creatori. Ecce desideratus cunctis gentibus foris pulsat ad ostium; surge, curre, aperi. Ecce*, inquit, *ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.*

Guillel. Bernard.

Terra aperitur, paradisus Virgine consentiẽte, reseratur. Isai 45. Guillel.

131. Isaias præfatus, *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Cap. 45. Illud terram aperiri, idem est, ac Mariam velle granum recipere cæleste, vt valeat panem vitæ germinare. Guillelmus, *Aperire, ô terra virginea, & germina Saluatorem. An nescis quia clausa est ianua cunctis filiis Adæ. Paradisus Mariæ flammeo gladio voluntatis eiusdem muniebatur; vnde nec ipsi Principi patebat ingressus, donec fata Deipara: Fiat mihi, gladius remouetur, ostia reserantur. Vt gladius* (adiicit) *flammeus remoueatur, aperi. Ecce omnes Angeli in cælo, eò quòd homines ament, Patriarchæ, & Prophetæ, ac iusti rogant ardenter aperias: Aperiatur terra.*

Sine Adæ consensu facta Eua ex eius costa; Christus Virgine consentiente concipitur. Gen. 2. Guillel.

132. Profectò ad Euæ exædificationem ex Adamo, vnde genus humanum erat oriturum, Deus non expectauit ipsius Adæ consensum sed *tulit vnam de costis eius dormientis, & repleuit carnem pro ea.* Genes 2. At ad incarnationẽ Christi ex Mariâ, per quem cunctum erat genus innouandum, Deus expectans Mariæ consensum, super omne genus humanum Matris euexit dignitatem. Hinc Paruus ad c. 5. Cant *Tulit Dominus de dormiente Adam, vnde formauit Euam, non stetit ad ostium eius, pulsauit, consensum & cooperationem eius minimè efflagitauit. Poterat etiam Incarnationis mysterium celebrare, Maria nesciente, nec consentiente, nec carnem dante; sed maluit sumere non tantùm ex ipsa, sed ab ipsâ sciente, sentiente, consentiente, & offerente, ad cumulum gloriæ Maternæ.*

Non intrauit Dominus immediatè Mariæ vterum, sed auro mediante, vt sciret, & consentiret. Cant 5. Hailgrin. Guillel.

133. *Misit*, inquit Maria, *Dilectus meus manum suam per foramen.* Cant. 5. Vbi consensus Virginis annotatur ex Hailgrino Card. *Dilectus Deus Pater misit manum suam, id est, Filium suum per foramen, id est, per aurem meam. Vnde canit Ecclesia: Concipies per aurem Deum, paries & hominem.* Annon potuit Verbum pectus Virginis non audientis ingredi: *Potuit quidem* (cum Guillelmo loquor) *Sponsus sine foramine intromittere manum suam, potuit cor Virginis tangere, nullo foris annunciante, sed maluit manum mittere, per foramen auris sono prædicationis Angelicæ ad eliciendam, quæ diuino mysterio cooperaretur, fidem.*

Quam rogata Deiparet, vt consensum exprimeret. Cant. 4.

134. An rogauit Sponsus tam facilè Virginis consensum conciliauit? Certè pretiosa quæque non vili commutatione acquiruntur. Sententiam illam: *Fauus distillans labia tua, sponsa: mel & lac sub lingua tua.* Cant. 4. docet idem Abbas sponsi esse laudibus efferentis Virginis fiat adeò optatum, adeò precibus enixis expositum. Vicarij sponsi, Angeli scilicet immissi à Deo, vt Virginis consensum Conditoris gerens personam eliceret, ea ore Guillelmi sermonem pulchrum audiamus *Missus ad eam Gabriel, Aue, inquit, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Ecce quàm blandè aggreditur, qui missus erat eius consensum elicere, non extorquere. Ecce, ait, concipies, & paries Filium, & vocabis nomen eius*

Gullel.

 Iesum.

Iesum. Quasi diceret: Consenti, Virgo, mysterio reconciliationis humanæ, quia elegit te Deus in hoc singulare mysterium; sed tamen te nesciente, & inuitâ non vult sumere hostiam reconciliationis. Hilari ergo fide da illi de te, quod in salutem omnium expendatur. Dic Verbum dulce, quia tempus loquendi est; noli tuo silentio salutem omnium suspendere, vel impedire. Ecce os tuum respiciunt Angeli, Patriarchæ, & Prophetæ expectant quasi imbrem serotinum, omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc sub expectatione Verbi dulcissimi. Adhuc labia tua sicut mel in faui cerâ, quia nondum erupit Verbum dulcissimum. Vt lætentur Angeli & homines, non sic absconderis tam dulce mel, & tàm dulce lac sub linguâ tuâ, sed potius in linguâ tuâ. Non vlterius verbum bonum sub modio abscondatur, sed ad salutem omnium in luce ponatur. Nec morata Virgo; Fiat, inquit mihi. Hoc planè est Verbum dulcissimum, quod & Angeli & homines desiderabant audire. An non piaculum, vel vnicum verbum præterire! Edisce, quanti Deus æstimet offerentis voluntatem, qui nec in totius Orbis reparationem corpus assumeret, non dante Mariâ, non volente.

Observatio XXIV.

Ad illa verba.

Fiat mihi secundùm verbum tuum.

Consensus virginei præstantia ac valor expenditur.

Vbi innuitur à Deo præmium & verbis & operibus iustorum ineffabile præparari.

135. *Mariæ consensu cælum aut clauditur aut aperitur.* Aug.

QVanti momenti Marianus consensus, quem tàm anxiè cælum expectabat. *Vsquequo moraris* (loquor cum Augustino ser. 7. de Nat.) *ô Virgo, nuncium festinantem? Iam. te Deum in cæli Angelum vestibulo sustinentem; responde verbum, & suscipe Filium. Pande sinus vteros, fides tua Mundo aut aperit cælum, aut claudit. Fiat mihi, ait, nec mora, reuertitur Nuncius, & nuptialem thronum ingreditur Christus; Diuinitati sponsa & homo, præmium accipit caro.* Magnum prorsus consensus Virginei præconium, eo cælum aut claudi aut aperiri.

136. *Præ... magnum Deipara, dum ex ea consensu carnem sumpsit.* Luc. 1.

Ideò Maria clamat. *Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius, & misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.* Luc. 1. Ac si diceret: Dei omnipotentia Dei ineffabile nomen, te Dei misericordia omnis, quæ timentibus iustis à Mundi exordio vsque ad eiusdem terminum munera præstitit, me magnis donauit præconiis. Non dixit: *Fecit mihi magnum;* sed *magna.* Quænam hæc? Existimo ex consensu Virginis carne fuisse indutum.

Pulchrè Guilhelmus Abbas ad caput 5. Cant. *Maria non simpliciter magnum sibi aliquid à Deo collatum fatetur, sed fecit, inquit, mihi magna qui potens est, & sanctum, &c. Magnum quod de ipsa; magnum, quod ex ipsa consentiente sumere dignatus est carnem, & magnum vtrumque ei, quoad supereminentem eius gloriam.* Supereminens enim Deiparæ gloria est, Deum ex eâ dante, & consentiente ipsa, & non aliter fuisse humanitate indutum. Gilbel.

Precium muneris, quo Deus Virginem donare intendit, quis vestigare quiret? Bernardus hom. 4. *Offertur tibi a Domina pretium salutis nostræ. Desideratus cunctis gentibus foris pulsat.* Augustinus ser. 7. de Nat. *Tibi, ô Virgo, nuptias Filio suo in tuo thalamo Deus præparauit. Deus in ipsis sponsalibus gaudiis relaxat, quid enim offenderat Mundus.* Vt tanto munere Virgo cumularetur, quidnam commutationis exhibuit? Anna fœcunditate hominé Samuelem paritura plorat, orat, ieiunia instituit, eleemosynas egentibus impendit. Rachel suspiriis, Sara hospitalitate fœtum consequuntur. Te autem beatissima Virgo, (cum Chrysologo loquor ser. 142.) *gratia matrem præstitit, non natura: genitricem te pietas voluit dici, quod non fecebat integritas: in tuo conceptu, in tuo partu creuit pudor, aucta est castitas, integritas roborata est, solidata virginitas, omnes perseuerauere virtutes. Virgo si tibi salua sunt omnia, quid dedisti?* Dedi commutationem, vt acciperem. Quid obsecro pretij exhibuisti? *Fiat mihi.* Hoc pretium, hæc pretiosissima commutatio, Do, & accipio. Bernardus pulchrè. *Responde verbum, & suscipe Verbum; profer tuum, & concipe diuinum; emitte transitorium, & amplectere sempiternum.* O pretiosissimum verbum, quo Verbum diuinum quodammodo emptum est & Virgini, & sæculo! 137. *Fiat Mariæ pretium est, quo Verbi Incarnatio quodammodo redimitur.* Bernard. August. Chrysol. Bernard.

Annon quando res pro te traditur adhibitâ conditione, quæ in ementis cedit commodum pretij innuitur valor? Ita planè. Consensum quidem Deipara exhibuit, vt sibi Filium Deum compararet, adhibitâ integritatis seruandæ conditione. Fiat mihi, si crescit pudor, si augetur castitas, si integritas roboratur. Admittit Deus conditiones indicamentum præbens consensum Mariæ pretiosissimū, in propriūmque commodum ineffabiliter cedere. Simon de Cassia. *Sed neque aliàs Virgo dedisset assensum, nisi verbum Angeli* (siue contractus) *per omnia seruaretur; nisi sibi secundùm verbum Angeli expositum ex parte Omnipotentis fieret conceptus & partus.* Ideò dixit; *Fiat mihi* secundùm verbum tuum, siue seruatis contractûs conditionibus. Aliter non trado consensum, vt Verbum accipiam. 138. *Imo non consensit Maria, nisi seruatis quibusdam contractus conditionibus.* Cassia.

De Verbo æterno Ioannes: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Cap. 1. Quodnam Verbum, per quod cuncta effecta? Diuinum prorsus. An non diuinum quodammodo verbum transitorium Mariæ vocitaro, per quod omnia refecta? Pet. Dam. ser. de Annunc. *Per ipsam, & in ipsa, & de ipsa totum hoc faciendum decernitur, vt sicut sine illo nihil factum, ita & sine illa nihil refectum.* 139. *Verbum. Fiat, Mariæ Verbo æterno assimilatur.* Ioa. 1. Damia.

Præfatus Dauid: *Ecce hæreditas Domini, Filij merces, fructus ventris.* Ps. 126. Ac si diceret: Mariæ vterus Domus Domino extitit, eum 140. *Consensus*

hospitio

Maria Deo offert hospitium nuptiale, & infinito premio pro pensione donatur.
Ps. 126.
Chrysol.

hospitio gratissimo excipiens. Pensio autem huiusce hospitij fuit Dei Filius ventris fructus vitalis, cunctis hominibus redemptio, Chrysologus citat. *Vna puella sic Deum in sui pectoris capit, recipit, & oblectat hospitio, vt pacem terris, cælis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cælestibus parentelam, ipsius Dei cum carne commercium pro ipsa domus exigat pensione, pro ipsius vteri mercede conquirat, & impleat illud Propheta: Ecce hæreditas Domini Filij merces fructus ventris.* Profectò ad hospitium exhibendum Deipara profata: *Fiat mihi.* Tuncque ei tota merces, totum premium hospitij exhibitum est. Pulchrè Augustinus illo serm. 9. de Nat. *Fiat mihi, ait. Nec mora, nuptialem thronum ingreditur Christus, premium accipit caro.* Qualis consensus, qui infinitâ pro pensione hospitij mercede donatur? Edisce & verba & opera hominum à munificentissimo Conditore ineffabili præmio munerari.

Aug.

OBSERVATIO XXV.

Ad illa verba:

Fiat mihi secundùm verbum tuum.

Verbum *Fiat*, precum loco profudit Deipara, vt tantum beneficium impetraret.

Vbi innuitur, orationis exercitamenta ad salutem conferre.

141. *Caiet.*

CAIETANVS existimat sententiam hâc loco precum effusam, *Non solùm assensum prabet, sed preces adiungit ad tantum donum consequendum.* Et Hugo Cardin. *Fiat, verbum orationis est.* adiicit autem: *Vult æstè requiri Deus etiam quod pollicetur; vt quod gratis daturus erat, deuota huiusmodi oratio promereatur.* Quàm segniter ad nos salus accedebat, donec Mariæ oratio eam fecit properare!

Hugo.

142. *Orabat Virgo pro mundi salute ex aduentu Domini; sed non pro se Matre efficienda.* *Bernard.*

Cupiebat Virgo Deum ad terras aduentare, profusis suspiriis, ac precibus efflagitabat, Bernardus hom. 4. *Numquid non hoc est, quod quærebat, quod gemebat, quod diebus & noctibus orando suspirabat?* Quonammodo igitur consecuta non est? Existimo, quia non petierat se Matrem fieri Saluatoris. *Quid igitur? Tu es, cui hoc promissum est, an aliam expectamus? Imò tu ipsa, non alia. Tu illa promissa, illa desiderata, ex qua Pater tuus Iacob iam morti appropinquans vitam sperabat æternam, cùm dicebat: Expectabo salutare tuum Domine.* Adest Virgo promissa, quæ quidem precibus profusis, Incarnationem petiit; cur non impetrat? Quia nondum postulauit se Matrem fieri Saluatoris. Fatur ergo: *Fiat mihi. Nec mora,* (ait August.) *Diuinitati sponsatur homo; vult enim* (vti aiebat Hugo) *à se requiri Deus etiam quod pollicetur.*

Aug.

143. Orans inclamat: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.* Cant. 1. Haud concinunt verba. Tanquam ad absentem fatur. Osculetur me; tanquam ad præsentem inquit: *Quia meliora sunt vbera tua.* Si præsens, cur tanquam absenti loqueris? Si absens, quonammodo præsentem affirmas? *Meliora sunt vbera tua vino.* Priùs quàm Deipara se fieri Matrem postularet, Deum omninò ab humano genere recedentem contemplata, ait: *Osculetur me.* At fusis precibus, mox fit verbum, Verbo carne induto. Vnde præsenti inquitur: *Meliora sunt vbera tua vino.* Rupertus lib. 1. *Dixisti: Osculetur me osculo oris sui; dixisti enim ad Angelum: Fiat mihi. Sicut in precando dixisti: Fiat mihi, ita & factum est tibi. Deus Pater te osculatus est osculo oris sui,* In precando quidem, siue in momento precum profusarum; quia Virginis preces rupere moras, segnem ad nos salutem properare fecerunt.

Qui absens fuerat, mox post preces Deiparæ præsens visitatur.
Cant. 1.

Rupert.

144. *Dilatata Incarnatio, quia Virgo non rogarat: Fiat mihi.* *Cant. 2.*

Haud quidem tardis gressibus cunctis desideratus gentibus vtebatur, quem vidit sponsa ceruorum hinnulum vincentem. *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles; similis est Dilectus meus capræ, hinnuloque ceruorum.* Cant. 2. Cur igitur tamdiu Incarnatio fuit dilatata? Ab Adam, cui dictum: *Ipsa conteret caput* serpentis, vsque ad Abrahamum, cui Incarnationis facta promissio, mille sæcula præteriere. Ab Abrahamo vsque ad Dauid generationes prolapsæ quatuordecim. A Dauide vsque ad Babylonis transmigrationem totidē videre decursum. Quid Deus expectabat clamantibus in sinu Abrahæ parentibus, Angelis precantibus, toto Orbe suspirante? Nondum Maria sibi donari Verbum precata. *Sonet* (aiebat Sponsus) *vox tua in auribus meis.* Ora tibi Verbum dari, fieri tibi precare; mox tuum sinum ingrediar Rupertus citat. *Vocem ipsam Dilectæ, quæ loquitur mihi, iam dicerem; sed vos prius audire vultis, cur tantum dilatatum fuerit hoc negotium? Num tardus est, aut segnis? Dicunt Scripturæ velocitatem eius attestantes: Voca nomen eius, Accelera. Vnde ergo dilatio? Dicam.* Iam equidem dixisti. Ideo dilatatus Verbi aduentus, quia vox Dilectæ fuit dilatata: *Fiat mihi.* Edisce quàm efficax, quàm necessaria ad animi salutem oratio, *Si vult a se requiri Deus, etiam quod pollicetur.*

Rupert.

OBSERVATIO XXVI.

Ad illa verba:

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.

Incarnationis die Vineam Domini Deiparam ostendo.

Vnde moribus documenta elicio.

DVM panegyricos in Mariam annunciatam Salmanticæ scriberem, accidit vt Annunciationis solemnia à Congregatione almæ Vniuersitatis celebran- 145.

Vinea Maria.

da

da Feriâ sextâ hebdomades tertiæ Quadragesimæ occurreret. Vnde de Virginis dicturus laudibus memor Vineæ Domini Sabbaoth, sic excogitaui Panegyrim. Richardus Laur. lib. 12. Deiparam hodie Vineam esse affirmauit *in Conceptione plantatam, totius Trinitatis operatione cultam, clausam & septam secretissimâ conuersatione, fossam vera paupertatis, & humilitatis dilectione, propagatam ob extensionem humilitatis, à terra eleuatam, cælestium contemplatione, à Trinitate, ab Angelo, ac Ioseph custoditam*, ipsius Domini habitatio, quod exprimit Angelus dum ait: *Aue gratia plena Dominus tecum.* Quatuor deinde adiicit Doctor Vineæ Marianæ proprietates, quæ quidem & Euangelio, &c. mysterio apprimè congruunt.

Richard. Laur.

Capvt I.

Vinea Maria ineffabiliter crescit, perficitur, vti botrum Christum proferat.

Vbi innuo filios parentibus assimilari.

146. *Visitatur Vinea, vt perficiatur.* Richard. Psal. 79.

VIsitabitur, inquit, *Angelicâ missione.* Vnde Euangelista: *Missus est Angelus Gabriel.* Immittit quidem Dominus Gabrielem Vineam suam visitare iuxta illud: *Respice de cælo, & vide, & visita Vineam istam, & perfice eam, quam plantauit dextera tua.* Psalm. 79. *Tunc enim* (ait Richardus) *visitauit eam Angelus Gabriel.* Profectò vt perficeretur Vinea: *Et perfice eam.* Magna Maria ineffabiliter ex Maternitate perfecta est.

147. *Vt germinaret Christũ, necessario creuit.* Ezech. 7. Hieron.

Ezechiel præfatus: *Cùm germinasset, creuit in Vineam latiorem.* Cap. 7. Nec enim posset Vinea Mariana Deum fructum vberrimum germinare, nisi miris virtutum incrementis dilataretur. Hinc Hieronymus. *Creuit semper de virtute in virtutem, & quasi perfecta fuit magnitudinis, quando dictum est ei: Aue gratiâ plena, Dominus tecum.* Huiusmodi quippe incrementa Dei Matrem decebant: *Et perfice eam.*

148. *Quodammodo creuit in Patrem æternum, vt ex Matre Filium immaculatum proderet.* Ps. 2. Ambr.

Profectò Maria quodammodo Patrem æternũ crescens exæquauit, vt cõmunem & Patri & Mariæ Filium eniteretur. Ore Dauidico Pater inclamat: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Psalm. 2. Haud te in nocte genui, sed in die gratiæ nullo tenebrarum peccati auso offusa prodiisti. Ambrosius in Psalm. 40. *Hodie, siue in die, te genui, in quo lucem immaculatæ prolis agnosco. Nox in te nulla est, qui totus es dies. Filius, adiicit, meus es tu, in te generationis meæ priuilegium recognosco, quam nulla macula potuit inquinare peccati.* Filius Christus Patrem refert à peccati suspitione omnino immunis? Eandem profectò sententiam valet Mater immaculata proferre: *Hodie, siue in die, genui te.* Iansenius appositè. *In die conceptionis Christi Maria Virgo dicere etiam potuit: Ego hodie genui te.* Refert enim Maria æternum Patrem eius puritatem imitando, vt sicut è Patris intellectu prodeuntem *nulla potuit macula inquinare peccati*: nulla prodiens à Matris vtero macula inquinaretur.

149. *Sicut Pater dies Filium diem produxit: ita dies Mater.* Ps. 18. Bernard.

Alibi Vates: *Dies diei eructat Verbum.* Psal. 18. Id est, Dies Filius sine peccati tenebris ex Patre die lucidissimo prodit. An non Dies Christus ex Die Matre processit? Egregiè Bernardus serm. de Aquæd. *Vtique Dies Pater: si quidem dies ex die salutare Dei. An non etiam Virgo dies? Et præclara, & rutilans planè dies.* Vt scilicet ex die clarissimâ, Dies Filius clarissimus progrederetur; vnde Maria Patrem referret.

150. *Maria est velut Pater, ex quo Spiritus sanctus procedit.* Mat. 1. Rupert. *Filij parentibus similes.*

Sponsum Mariæ contemplemur, de quo Matthæus: *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus.* Cap. 1. Vbi exclamat Rupertus, *O coniugium cæleste, non terrenum! Propterea dixit Apostolus, quod secundus homo de cælo cælestis: & Spiritus sanctus amborum coniugalis amor.* Proxima verba expende; Amborum coniugalis amor Spiritus sanctus. An persona Mariæ & Iosephi sese purissimè diligendo, ex vtraque Spiritus sancti in morem coniugalis amor procedit? An Virgo Patrem, Iosephus Filium referebat? *Spiritus sanctus amborum coniugalis amor.* Vt possit Deiparens Patrem æternum perfectè imitari, vt communem Filium enitatur. Filius enim prodit parenti simillimus.

Capvt II.

Vinea Maria penè immensæ misericordiæ lac pro vino reddit.

Vbi adnoto virtutes ex obsequio in Virginem sumere incrementa.

151. *Vinea Maria lac pro vino profert.* Richard.

ADiicit Richardus. *Impinguata ostendebatur in gratiæ plenitudine. Vnde ait Angelus: Aue gratiâ plena. Et paulo post: inuenisti gratiam apud Dominum.* Verbum illud: *Impinguata* innuit Mariam Vineam quidem, sed promissæ terræ lacte & melle manantis referentem proprietates. Merum ex Mariana Vinea lactis suauissimos parit effectus. Vinum Domino profert Virgo adnata asperitate exutum, in suauissimum lac conuersum. Vnde Sponsus: *Meliora sunt vbera tua vino.* Cant. 1.

152. *Meliora vbera Mariæ vino Synagogæ, hoc enim inebriauit nõ emolliuit Dominum; illa & ebriarunt, & emollierunt.* Cant. 1. Hailgr.

Synagogæ vineæ *Domini Sabbath* vino Deus olim ebriatus. *Tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino.* Illud dormire Dominum, qui custos Israëlis haud assolet dormitare, innuit Numinis iras, ab Hebræorum criminibus excitatas. Porrò Vineæ Marianæ merum dulcem influit Domino somnũ, ac simul lac cùm sit, emollit iratum. Vnde Mariæ *vbera meliora vino.* Vinum enim Synagogæ sõnum Deo, exitialẽ hominibus sine custode relictis influebat; non tamen emolliebat iratum. At lac vberum Mariæ influendo somnum vini parit effectus, lactis autem in morem pectus mollit iratum. Hailgrin. Card. *Meliora sunt, & vberioris efficaciæ sunt vbera Virginis, quam vinum. Nam vinum inebriare potest hominem, vt præteritarum* sit immemor tunc offensarum, & sic facilis ad condonandum,

dum. *Tunc* quidem ; excitatus enim à somno rursum fertur in ira. *Vbera verò Virginis Deum quasi inebriare omninò potuerunt; nam postquam de Matris vberibus bibit, ac si cum lactis dulcedine bibisset misericordiæ dulcedinem, proiecit ab oculis suis peccata uestra post tergum, & factus est largus ad donandam peccatorum veniam.* Illud expende: *Inebriare omninò potuerunt.* Nam & ebriarunt & emollierunt. Vnde excitatus non rursum primas instituit iras, sed æternâ nos misericordiâ (ex lactis dulcedine) amplectitur. *Meliora itaque sunt vbera tua vino.*

153. *Infinita Dei misericordia alumna quodammodo Mariæ, vt eius lacte crescat.* Richard. Victor.

Quid si ipsa Dei misericordia hoc vino seu hoc lacte potata? Aptiùs dixerim enutritam, vt cresceret. Dauid æternam misericordiam vocitauit: *Misericordias Domini in æternum cantabo.* Ex Mariæ quidē vberib. accepit vnde adhuc cresceret, vt infinita æternitatis terminos sine termino exæquaret. Richard. Victor. 2. p q. 23. in Cant. *Cùm lac Deus ex te suxit, cùm misericordia Dei sit ab æterno, amplior esse cœpit ex tempore; & cùm ex te cœpit initium, eius quoque largitas per te sumpsit augmentum.* Quid de Mariæ vberibus augustius potest excogitari, si infinita Dei misericordia vberum Deiparæ iam vocetur alumna, adeóq; crescat infinita cùm sit, quasi infans rursum obucia-tur, vt quasi de nouo increscere incipiat. *Amplior cœpit esse ex tempore.*

154. *Ex denis ore Mariæ vir tutes crescunt.*

Edisco Mariæ obsequium virtutibus incrementa addicere. Rupertus: *Cùm materiale lac ex te, ô Virgo, Deus suxit, spirituale pariter filiis Dei ex te fluere cœpit.* Sugant igitur hominum virtutes obedientia, timor Domini, charitas, humilitas, gigantea statura cunctis mirum in modum aducietur. Nam si Dei misericordia quodammodo increscit, cùm infinita sit; quid mirum alumnorum Virginis virtutes lacte virgineo accipere incrementum?

Capvt III.

Mariana vitis fulcro increato nitens, nunquam terra fuit prostrata.

Innuo alumnos Virginis eius fœcundam Maternitatem imitari.

155. *Mariana nunquam prostrata fuit.* Richard. Cant. 8.

PRæterea Richardus: *Paxillabatur*, inquit, *in Dominica associatione. Vnde Angelus, Dominus tecum, quasi paxillus ad sustentandum te. Ideo dicitur Can. 8. Innixa super Dilectum suum.* Dominus vineæ Marianæ vites suffulcit, ne in morem vitium reliquorum humi sint repetent. Nec auderet Virgo profari: *Fiat mihi secundùm verbum tuum*, si se terrâ prostratam vnquam fuisse agnouisset.

156. *Haud peteret osculum Incarnationis de more, si labia pomi vetiti succo maculata...*

Osculetur me, ait, *osculo oris sui.* Cant. 1. iuxta quorumdam sententiam, se Dei Matrem eligi postulabat. An auderet osculo donari, (Incarnationis perfecto mysterio) si labia ex pomi vetiti succo maculata esse cognosceret? Absit. Profectò osculo huiusmodi Incarnationem signari affirmat Hailgrinus: *Deus Pater in osculo Filij sui osculantis humanam naturam, in quo osculo habetur dulcis vnio, & delectabilis coniunctio duarum naturarum in Christo.* Petit ergo Maria ab hoc osculo, id est, ab Incarnationis mysterio, osculo donari, siue mysterium hoc apud vterum perfici suum. Id quod non ausa fuisset vel desiderare, si pomo labia aut dentes maculatos habuisset. Guarricus ser. 2. *Dicam igitur tamen, ne iudicarer temeraria, quòd maiora me quærere videar, Osculetur me osculo oris sui, si quid mihi conscia essem, cum Maria Magdalene osculo pedum, vbi indulgentia sumitur delictorum, contenta essem; sed quia in omni vitâ meâ non me reprehendit cor meum, non puto me arroganter efflagitare de osculo oris gratiam.* Neque enim Dei Maternitatem graueolentia pomi deceret.

lota esse agnosceret. Cant. 1. Hailgr. Guarric.

157. *Vestis vitis Marianæ fulcrū suum, id est, Dominum.* Apoc. 12. Bernard.

Deum vitis Marianæ paxillum Richardus vocitauit? Certè fulcrum suum vitis foliis induit, comâ exornat. Deum Maria pulcherrimâ induit humanitate. *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole, & in vtero habens.* Apoc. 12. Vbi Bernardus: *Vestis eum, & vestiris ab eo; vestis eum substantiâ carnis, & vestit ille te gloriâ suæ Maiestatis.* An pulchrius Mariæ quàm Christi indumentum? Profectò ex eo quòd Maria digna est Verbum humanitatis nube induere, in ipsam nescio quid diuinum refluere planè videtur. Aiebat Ioannes: *Ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti.* Ioann. 1. Hinc euidentem Origenes conclusionem elicit Baptistæ ex ore profatus: *Si enim nec calceos eius dignus sum, qui portem, quid de vestibus eius dicendum est? Quis est hic, qui tunicam eius inconsutilem, quod a summâ parte per totum contexta sit intelliget?* An dignus aliquis Diuus exsurget, vel tunicam Christi materialem manibus Mariæ perfectam intelligere? Quis ergo dignitatem eius dignoscet, quæ humanitatis Deum induit vestimento?

Ioann. 1. Orige.

158. *Nec alia dignè Deum pareret, nec alius ex ipsa dignè Filius nasceretur.* Matt. 1. Origen.

Hæc Mariæ solius gloria. Nec alia dignè Deum pareret, nec alius dignè ex eâ nasceretur. *Liber generationis Iesu Christi, &c.* Matt. 1. in Mariâ absoluitur, *De quâ natus est Iesus.* Matrem è quâ digne exoriretur Verbum non inuenit, haud extante Mariâ. Origenes hom. 1. in diuer. *Vnigeniti Dei dicitur hæc Mater Virgo Maria, digna digni, immaculata immaculati, vna vnius, vnica vnici. Neque enim alter Vnigenitus super terram venit ab eâ generandus, aut alia Virgo Vnigenitum genuit.*

159. *Alumni Mariæ eius fœcundam ac Virgineam Maternitatem imitantur.* Guarric. 1. Cor. 6.

Sola Maria? Profectò ea est alumnorum Virginis imitatio fidelis, vt possint simul Vnigenitum & concipere & parere. Guarricus serm. 4. *Vt plenius noueris conceptum Virginis non solum esse mysticum, sed & moralem. Quæ Deum fide concepit, si fidem habeas, idem tibi promittit; quod videlicèt si Verbum ex ore Nuncij cælestis fideliter velis suscipere, Deum, quem totus Orbis non potest capere, possis & ipse concipere.* Quid clamat Apostolus? *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* 1. Cor. 6. Vbi Ignacensis Abbas addit quodammodo & corpore posse nos Christum concipere; *Licèt non corporali opere, aut specie, tamen*

planè

plane corpore tuo, quandoquidem iubemur ab Apostolo portare Deum in corpore nostro. Vide ineffabilem dignationem Dei; qui creauit te, creatur in te: & quasi parum esset se ipsum habere Patrem, vult etiam te sibi fieri matrem. Sic denique matres hortatur: *Vos ô matres beatæ tam gloriosæ prolis, attendite vobis ipsis, donec formetur Christus in vobis. Attendite, ne qua foris offensa grauior fœtum tenerum lædat, ne quid ingeratis ventri, seu menti, quod spiritum, quem concepistis, extinguat. Parcite: si non vobis, certè Filio Dei in vobis: parcite, inquam, non solùm ab operibus, & sermonibus malis, sed etiam à cogitationibus noxiis, & delectationibus mortiferis, quæ suffocant semen Dei,* Plura Pater.

CAPVT IV.

Celsitudo huiusce Vitis ex humilitate.

Doctos Mariæ alumnos excito ad humilem submissionem.

160. *Eleuata ex humilitate ostēditur ante Incarnationem: quid postquā profatur: Ecce Ancillas* Richard. Ezech. 17.

DEnique Laurentius. *Eleuata ostendebatur, quando subiunctum est in Salutatione: Benedicta tu inter mulieres. Id est, super omnes. Et tunc impletum est, quod de ea prædixerat Pater, Ezech. 17. Exaltaui lignum humile.* Super cunctas fœminas, siue supra omnes Diuos Vitis Maria eleuata ostendebatur, cùm Angelus eam iussus salutare: quid cum submittitur profata: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi?* Addit Richardus. *Quasi plātabatur Vitis obedientia, & humiliatione. Vnde paulo post respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi. Et in hoc verbo concepit, & tunc instar Vitis humiliauit se sub palmite suo, id est, Filio suo.* Si igitur humillima Vitis ante Incarnationem cunctos viuos celsitudine superauit, postquam ex humilitate concipere meruit, cuinam vertici fuerit addicta?

161. *Quando plātatur Vitis, fructibus plena.* Ierem. 31. Richard. Psalm. 79.

Fatur Ieremias, *Plantatio fuit in montibus Samariæ.* Cap. 31. Vbi de Marianâ vineâ sic Richardus citat. *Sicut mons supereminet terræ adiacenti, sic Maria supereminet omni sancto.* Et Dauid, *Plantasti radices eius, & impleuit terram.* Psal. 79. *Bene* (adiicit ille) *dicitur Impleuit; quia nobis attulit plenitudinem omnis boni.* Tam plena bonis fructibus Vitis Maria quando radices emittit, quando plantatur, vt & Diuos vincat, & repleat eosdem.

162. *Cum concipi-*

Cur existimas Virginem *vt Sol* electam vocitari? Damianus serm. de Assump. *Quoniam Sol lucidus incandescens, ita sibi syderum, & Lunæ rapit positionem, vt sint, quasi non sint, & videri non possint: similiter & Virga Iesse veri prævia luminis in illa inaccessibili luce prælucens sic vtrorumque spirituum hebetat dignitatem, vt sint quasi non sint, & comparatione ipsius nec possint, nec debeant apparere.* Illud pondera. *Virga Iesse veri prævia luminis.* Lux Virginis adnotatur quando virgæ in morem exsurgit, cùm plantatur, cùm concipitur, cùm nondum Mater, sed veri luminis aurora prævia ostenditur. Tunc igitur cunctorum spirituum hebetat fulgorem ex humilitate, ex virgulæ submissione: quid cum ex virgæ summitate, aut ex Vitis pulchritudine flos, & botrus ascendat, fante Maria: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi?*

tur, ex humilitate vincit cūctos Diuos: quid cum obtectus. Damian.

Vis adnotem Vitis huius gloriam ex submissione illa: *Fiat mihi?* Audi Bernardinum Senensem serm. 51. a. 3. cap. 1. *Ex hoc colligi potest Virginem in conceptione Filij Dei consensu plus meruisse quàm omnes creaturas tam Angelos, quam homines in cunctis actibus, cogitationibus, motibus suis. Etenim omnes, qui meruerunt, nihil aliud potuerunt mereri nisi secundùm varios status, & gradus gloriam sempiternam. Hæc autem Virgo in illo admirando humillimo consensu meruit dominium, & principatum totius Orbis, plenitudinem omnium gratiarum, omnium virtutum, omnium donorum, omnium beatitudinum, omnium fructuum spiritûs, cunctarum scientiarum, interpretationes sermonum, spiritum prophetiæ, discretiones spirituum, operationes virtutum.* Quàm profunda humilitas, quæ ex submissioni adnato incremento tam augustum eleuatur ad thronum! 163.

Quantum crescit Vitis ex submissione illa Fiat mihi. Bernardin.

Ad humilitatis huiusmodi Alumnos suos doctos præcipuè aduocat imitationem, quia *scientia inflat.* Richardus. *Operarios suos, & cultores Vineæ Mariæ sustentat per gratiam in præsenti. In hac vite tot sunt propagines, quot Mariæ virtutes. Imitatores humilitatis eius operentur in propagine humilitatis.* Vt scil. celsitudo scientiæ debita cum humilitate copulata celsius adhuc & securius teneat fastigium. Quonam fructu? *Vinea hæc odore suo* superbos *serpentes fugat, flagella facit* Diabolo oppugnatori. At ad aliarum virtutum acquisitionem, vitiorúmque exterminium, *est latitia mater, cito fert fructum, odit capras, id est, luxuriosos; odit vepres, id est, peccata, quæ pungunt; vmbram gratissimam ministrat: botro suo famelicos cibat; sanguine vuæ suæ sitientes potat; fessos, & languidos solatur; operarios recreat gratiâ, & gloriâ.* Sic Laurentius. 164.

Scholastici Mariæ aliud ad humilitatis imitationem excitantur. Richard.

LIBER




LIBER OCTAVVS.

MARIÆ VISITATIO.

Paraphrasis, ac Commentarij Literales in Caput primum Lucæ.

PANEGYRICI MORALES CIRCA Literam in Mariæ Visitationem.

PROLVSIO.

ICET Mariæ alumnis eius Visitatione spiritu pro- *Vitalis*
silientibus cum exsurgente festinanter aurora illud *Mariana Arbores.*
Iobi vsurpare: *Visitatio tua custodiuit spiritum meum.* FRVCTVS
Cap. 10. Spiritus enim nostri profectibus Visitatio- OCTAVVS. Iob. 10.
nis Marianæ actiones exhibent magisterium. Id
quod attigit D. Ambrosius lib. 2. in Luc. *Discite non* Ambr.
circumcursare per alienas domos, non demorari in plateis. Maria in domo sera, festina in publico mansit apud cognatam tribus mensibus. Etenim quæ propter officium venerat, inhærebat officio. Didicistis pudorem Mariæ, discite humilitatem. Venit propinqua ad proximam, iunior ad seniorem; nec solum venit, sed etiam prior salutauit. Contuendum est, quia superior venit ad inferiorem, vt inferior adiuuetur, Maria ad Elisabeth, Christus ad Joannem. Hisce igitur documentis meum Virginis Visitatio custodit spiritum, siue spiritui exhibet magisterium, vt ex Pinedæ colligo translatione.

LVCAS CAP. I.

VERS. 39. EXVRGENS autē Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda.

40. Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth.

41. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exul-

PARAPHRASIS.

39. PAVCIS *post incarnatum Verbum diebus, Maria ex cælesti munere facta officiosior, quoniam ex Angeli sermone didicerat Elisabetham cognatam suam sextum iam mensem esse grauidam, relicta Nazareth, in montana perrexit, magnaque celeritate confecto itinere in Ciuitatem Iuda peruenit, vbi Zacharias habitabat.*

40. *Domum illius ingressa, cognatæ Elisabethæ salutem, & gratulationem impendit, pietate verâ potiùs de felicitate alienâ gaudente, quàm suam studente iactare.*

41. *Maria suum fontem omnium spiritualium donorum ferebat, tota Deum spirabat.*

tauit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu Sancto Elizabeth.

rabat. Vnde simul ac Virginis salutatio aures cognatæ attigit, infans, quem anus gestabat in vtero, veluti gaudio gestiens exilijt, illum gestu prædicans, quem olim erat suâ voce prædicaturus. Per fœtum diuinitùs afflatur & mater, fœlici contagio omnia corripiuntur.

42. Et exclamauit voce magnâ, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

42. *Ipsa Spiritu Sancto repleta nequit iam animi sui gaudia continere; sed ingenti voce, quam ingens suppeditabat affectus. O fœlix, inquit, Virgo, tu inter laudatas mulieres primam laudem obtinebis, simúlque sacer fructus virginei ventris tui, vnde prodibit flos ille mirabilis, qui gentium cunctarum voce per vniuersum Orbem prædicabitur. Agnosco, maius homine est quod vteri tui thalamo claudis.*

43. Et vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?

43. *Sed quonam meo merito tanta fœlicitas mihi contigit, vt Mater Domini mei vltrò ad me adueniat? An non sat fœlix diuino beneficio quòd prolem gesto? Si æstimatur fœtuum dignitas, meum erat ad te properare.*

44. Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in vtero meo.

44. *Ecce simul atque vox salutationis tuæ aures meas personuit, sensi infantem subsultantem in vtero meo, velut occurrere Domino suo gestientem, ac debitum honoris officium exhibere. Respondes Mater fœtui tuo. Dominus ille famulum dignatur inuisere, tu maior dignitate, non grauaris adire minorem.*

45. Et beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.

45. *Hoc præcipuè fœlix es nomine, quòd credideris incredibilibus planè Angeli promissis obiectis. Citra virilem operam concepisti, nec dubium quin eadem fide sint tibi præstanda reliqua, quæ Conditoris nomine Angelus est pollicitus:*

46. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo,

46. *Hæc cùm prophetico afflatu ab Elizabeth dicta fuissent, Maria, quæ virginali pudore sui animi texerat gaudia, hymno gratulabundo prorupit. Non linguâ, ait, tantùm, sed ex intimis præcordiis anima mea, suæ sibi conscia imbecillitatis Dominum laudibus extollit. Ei ineffabili gaudio meus exultat spiritus, non in sese, sed in Deo, qui mihi cunctísque salutis est auctor.*

SECTIO PRIMA

Mariæ festina Profectio.

TEXTVS.

VERS. 39.  Xurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Profectionis Mariæ causæ.

1 *Non ferendum, vt de promissi Angeli certior redderetur.* Theophyl.

EXVRGENS *autem Maria*] Quidnam Deiparam excitarit, ad Elisabeth inuisendam præmittendum. An profecta fuerit, vt de Angeli promissis certior reddi potuisset? Sic asseruit Theophylactus. *Abiit Virgo ad Elisabeth, & gaudens de bono cognata, & volens, vt prudentissima maiore certitudine certior reddi, num vera dixisset, qui apparuerat ei; vt ex hoc nec de suo dubitaret. Prudens enim cum esset, timebat, ne fortè deciperetur: non vt incredula, sed vt diligens rem explorare volebat.* A veritate quidem aberrauit; Virgo enim perfectissimâ fidem Angeli promissis exposuit, haud timens, ne fortè deceptioni esset obnoxia. Vnde Elisabeth, *Beata, quæ credidisti.* Si Angelú dignouit, si se Dei Filiu post eloquium se nouerit concepisse, vndenam decipi vereretur, aut vberiorem quæreret certitudinem? Verè Ambrosius. *Nō quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuncio, nec quasi dubitans de exēplo, ad montana perrexit.* Ambr.

2 *Prima itineris causa.* Origen. Primam igitur veram profectionis Marianæ causam reddo Ioannis in vtero sanctificationem; Origenem secutus hom. 7. in Luc. *Iesus qui in vtero Virginis erat, Ioannem adhuc in ventre Matris positum sanctificare festinabat.*

3 *Secunda.* Beda. Deinde perrexit, vt de mirabili præcursoris conceptu cognatæ congratularetur. Beda hom. de Visit. *Intrat Virgo in domum Zachariæ, non quasi dubia de oraculo, quod acceperat; sed vt congratulatura de dono, quod conseruam Elizabetham accepisse didicerat.* Quod metaphr. & Glossa interl. confirmarunt. Metaph. Interl.

4 *Tertia.* Beda. Ex eodem venerabili Doctore tertiam causam adiicio, vt Elisabethæ ministraret. *Intrat*, ait, *Virgo domum Zachariæ, non vt verbum Angeli mulieris attestatione probaret; sed vt mulieri prouectu ætatis Virgo iuuencula ministerium sedula impenderet.* Confirmans Antoninus 4. p. tit. 15. cap. 27. inquit, *Virgo cum Elisabetha tribus mensibus stetit: vt in partu tunc futuro ei seruiret. Et quis vnquam audiuit talia, vt Regina grauida pergat ad seruam suam, ad ministrandum ei in partu?* Anton.

5 *Quarta.* Bernard. Mysticam præterea ex Bernardo serm. de Aquæduc. causam profectionis adiungo. *Planè*, ait, *montana conscendit, cuius iustitia sicut montes Dei. Trinus enim hic ascensus Virginis fuit: vt funiculus triplex difficilè rumperetur. Feruebat siquidem in quærenda gratiâ charitas, splendebat in carne Virginitas, humilitas in obsequio eminebat. Etenim si omnis, qui se humiliat, exaltabitur, quid hac humilitate sublimius?*

§. II.

Cur particula: Exurgens, additur, & quonam tempore Maria profecta?

EXurgens Maria.] An non faciliùs Lucas, *In diebus illis Maria abiit in mōtana?* Quare ergo additum verbum illud: *Exurgens?* An vt ab oratione ad iter exurrexisse innuerent? Sic Dionysius Carth. Lyran. & alij existimarunt. *Exurgens*, hic ait, *à quieto deuotionis, & orationis, quæ erat præuia omnibus operibus suis.* Vnde opera tanto spiritûs feruore exundabant. Faciliùs respōdeo particulà illa: *Exurgens* proficiscentis gestum significari. Qui enim aliquò proficiscitur, à loco, in quo sedet, exurgit. *Triphon exurgens abiit in Bethsan.* 1. Mach. 12. 6. *Quare additur verbum exurgens.* Lyran.

In diebus illis.] Num post diuini Verbi Incarnationem immediatè Virgo profecta, an post aliquot dies? Statim profectam Patres asseruère. Ambrosius. *Vbi Virgo audiuit Angelum, in montana perrexit.* Theophylactus, *Cùm audisset Virgo ab Angelo, quod concepisset Elisabeth, statim abiit ad illam.* Beda, *Mox vt Angelus ad cælestia rediit, surgit Virgo, ac montana conscendit.* Et Origenes, *Maria statim, vt audiuit Angelum, consurgens venit in montana.* 7. *Num statim Virgo profecta post Incarnatum Verbum?* Ambr. Theoph. Beda. Orig.

Ast ego, tantorum veniâ Doctorum, ex Euangelistæ verbis colligo, non protinus, & eadem die Virginem viam arripuisse. *Exurgēs*, ait, *in diebus illis.* Id est, in tempore illo, post Verbi incarnationem. Innuunt planè verba post aliquot dies iter susceptum. *Mansit*, adiicit inferiùs, *Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.* Quæritur an Virgo discesserit ab Elisabetha, ante quàm Ioannem in lucem ederet? Nicephorus, Theophylactus, Rupertus, Iansenius, & Caietanus asserunt abscessisse ante partum *propter multitudinem eorum* (ait Theophyl.) *qui conuenturi erant; indecens tamen Virgo in talibus versari.* At Euthymius, Beda, Ambrosius, Antoninus, Hugo, glossa vtraque, Simon de Cassia, Comestor, Bonauentura, Lyranus, Damianus & alij affirmant Virginem vsque in Ioannis natiuitatem moratam fuisse, *donec puerum* (Damianus ait) *sinu beatissimo confoueret.* Et addit. *Facilè autem hoc ex Euangelio conuellere licet.* Sic ego coniectârim: *Exurgens Maria in diebus illis*, (non in die illa) post dies aliquot iter aggressa. Profecta ex Nazareth aliquot dierum spatio ad Ciuitatem Iuda vsque iter fecit, apud Elisabethā reliquis diebus mansit, qui ex Mense Aprili supererāt, toto præterea Mēse Maio; Iunio extremo domum reuersa est. Vnde liquet cum Elisabethâ *quasi tribus mensibus* commoratam, id est, tribus mensibus non integris, & Ioannis natiuitati interfuisse, qui vigesimâ quarta Iunij die in lucem est editus. Constat igitur (ex vtriusque sententiæ cōtextu) Virginē 8. *Authoris sententia asserens post aliquot dies viam à Virgine arreptā.* Rupert. & alij. Theoph. Euthym. & alij. Damian.

Barrad. Maldon.

noo diè illa sed in diebus illis. *Concepit Christum*(vt cum Bartadio loquar) *vigesimâ quinta Martij die, profecta est ad Elisabetham post aliquot dies, videlicet circiter decimam Mensis Aprilis lucem.* Maldonatus idem asseruit.

§. III.

De Virginis abeuntis festinatione.

9. *Festinatio quid.*

ABiit in montana cum festinatione.] Græcè μετ' σπουδῆς. σπουδὴ verò significat festinationem, studium, diligentiam. In Euangelio Syriaco legitur *betilaith* id est, *sedulò & diligēter.* Abiit Maria sedulò, & diligenter in Ciuitatem Juda. Placet Græca significatio, Abiit festinanter ob speciale studium & diligentiam adhibitam.

10. *Causa festinationis.* Ambros. Lyran.

Et quænã huiusce festinationis causa? Ambrosius, *Festinauit Virgo, ne extra domum in publico moraretur.* Caietanus, Lyran. & plures alij contestantur. *Discite*(addit Ambrosius)*virgines, non morari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festinat in publico.* Idem Doctor secundam festinationis causam signat gaudium, quo Deiparentis cor in Deum exultabat. *Festina præ gaudio.* Tertiã præterea adiungit Spiritus sancti gratiam, & impulsum. *Quo,* ait, *tam plena Deo Virgo nisi cũ festinatione ad superiora contenderet? Nescit tarda molimina* (id est conatus ad res aggrediendas) *Spiritus sancti gratia.* Quartam ex

Origen.

Origene adiungo. *Quia Christus, qui in vtero erat Virginis, vt Ioannem sanctificaret, & à peccato originali expiaret, festinabat.*

11. *Festinasse Deiparam, idem est, ac iter diligenter præ affectu studio suscepisse.*

Profectò cum affirmarim festinationem studium ac diligentiam significare, festinatio Mariæ eam diligenter suscepis se iter iostitutum designat, præ affectu io cognatæ obsequium, ac Ioannis sanctificationem æstuãte.

12. *Festinationē non impediebant prægnãtis molestia.* Bernard.

An huiusmodi festinationem, seu diligenter & studiosè euntis alacritatem recens coceptio retardaret? Respondet Bernardus ser. de verb. Apost. *Iure etiam illud molestissimum tædium, quo reliquæ omnes grauidæ mulieres laborare noscuntur, sola non sensit, quæ sola sine libidinosâ voluptate concepit. Vnde & in ipso suæ conceptionis initio, quando potissimum cætera mulieres miserabilius affliguntur, Maria tota alacritate in montana conscendit, vt Elisabethæ ministraret.*

§. IV.

De profectione Mariæ in Ciuitatem Juda, in domumque Zachariæ ingressu.

IN *Ciuitatem Iuda, & intrauit domum Zacharia.*] Asserit Maldonatus se apod bonũ authorem oon legisse Ciuitatem illam, ad quã Deipara profecta fuit, Ierosolymam esse. Cui bonos authores id affirmantes obiicio, Clithoueum libel. de Visit. Hugooẽ Card. hic, Echiũ ser. de Visit. & Bedam ad illa verba: *Ibant parentes eius*, Luc. 2. *Maria,* inquit, *mox Domino concepto, Ierosolymam mittit Euangelista, domum Pontificis id est, Zacharia intromittit.* Eo bonos authores. 13. *Boni authores asserunt Ciuitatem illam Iuda esse Ierosolymam.* Clithoueus & alij.

Attamen, quidquid boni asserant, existimo illam Ciuitatem Iuda, de qua Lucas, minimè fuisse Ierosolymam. Et quia cùm de Ierusalem Euangelistæ agunt, semper proprio nomine Ierusalem appellant, non Iuda Ciuitatem. Et quia Ierusalem ad Tribum Beniamin potiùs, qoàm ad Tribum Iuda pertinere censeo. Nam Iosu. 18. perspicuè Ierusalem inter Beniamin vrbes annumeratur, vti Abulensis. Ciuitas autem Zachariæ dicitur Ciuitas Iuda, id est, in sorte Tribus Iudæ sita. 14. *Aptius assero non fuisse Ierosolymam.*

Quænam igitur Ciuitas illa Iudæ? Hebron fuisse cũ Baronio in Appar. affirmo. Erat enim Hebron in montanis Iudææ sita, & ad Sacerdotes pertinebat, vt ex cap. 21. Ios. constat. Cùm ergo Zacharias Sacerdotali munere fungeretur, vero simile est, apud Hebron habitasse. 15. *Fuit Hebron sacerdotalis Ciuitas.*

Distat hæc Ciuitas à Ierosolyma, authore Abulensi q. 22. ad Geo. 2. octo leucis. Vnde facilè admiserim Virgioem, antè quam Elisabetham iooiseret? Templum Ierosolymitanum adiisse, secundũ Brocard. recta viâ. Quod si à Nazareth distat Ierosolyma leucas 27. additis octo ad Hebron, iter 35. leucarũ Virgo cõfecit. 16. *Quot leucas Virgo confecit.* Abul. Brocard.

IN MARIÆ VISITATIONEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS

Circa literam.

Ex Virginis Festina Profectione.

OBSERVATIO I,

Ad illa verba:

Exurgens autem Maria &c.

Mariam Deum vtero excipientem consequenter sequitur circa cœlesteobsequium volat us.

Vbi innuitur eos, qui Eucharistiã reficiuntur, mox debere ad perfectionis verticem properare.

APtè in rem præsentem Origenes. *Maria statim, vt audiuit Angelum,* (siue vt Verbum 17. Origen.

Verbum concepit : *Consurgens venit in montana.* Deum vtero excepit: *Exurgens autem Maria venit in montana cum festinatione.* Dedeceret enim illam , quæ Deum in mente & in vtero habebat, frigescenti aut tepido obsequio accingi.

Deipara in morem aquilæ ex præcepto Dei auolat in Hebron, super omnes aues eleuata.

Iob. 39. Bernardin.

18. Iobo Dominus : *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum?* Cap. 39. Vbi Bernardinus Sen. to. 3. ser. 3. Deiparam asserit aquilam ostentari, cùm ex præcepto Dei Verbum vtero excipiens ad Iudææ montana cunctos currentes vincens auolauit. *Aquila ista est Maria , super omnes aues eleuata.* Velocissimi-ne illi Hebræorum hostes, de quib. dicitur, *Adducet Dominus super te gentē de longinquo in similitudinem aquilæ volantis cum impetu.* Deuter. 28. An non velocitate insignes Chaldæi , de quibus Propheta: *De longè venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum.* Habac 1. Aues illæ auolantes in direptionem; sed earum velocitatem longè admodum Mariæ in hominum commodum, in Dei obsequium volantis festinatio vicit : *Aquila est Maria super omnes aues eleuata.* Aquilæ quidem Ioannes vterque , Baptista exultans coram Arcæ verioris aspectu ; Euangelista autem citiùs Petro præcurrens. At Maria *Aquila super omnes aues eleuata.*

Deut. 28.

Habac. 1.

Maria cunctis temporis aeternis curribus , cursor velocissimus , & cunctis , & perfecta.

19. Segnis equidem Aquilæ volatus , si cum festinatione Virginis comparetur. Menander de temporis velocitate *Cursor tempus velocissimus.* An non Maria exurgens tempus velocissimum, non pedibus quidem gradiens, sed alis volitans superauit ? Dissidium audisti circa profectionis Marianæ tempus. Lucas ait : *In diebus illis*, siue (interprete Maldonato) *paucis pòst diebus.* Patres autem mox post conceptum Dominum asserunt profectam. Certè tàm festinanter Deo obsequium præstitura, ipso plena Deo Virgo exurgit, vt temporis cuncti volatû vnus cursus exæquet, & euincat. Paucis pòst diebus exurgit ? Vel præteritum attingit tempus. *Non* (ait Beda) *vt Angelus ad cælestia rediit, surgit Virgo.* Temporum nempè cunctorum cursus attingendo, Sponsum audite : *Venter tuus aceruus tritici , vallatus liliis*, Cant. 7. Vbi Ambrosius lib. de inst. Virg. Cap. 14. *Venter Mariæ aceruus tritici dicitur, quia in ventre Mariæ prægnantis aceruata fuerunt omnes prærogatiuæ.* Illud premo : *Vallatus liliis.* Vndenam tritici aceruus cum liliorum vallo copulatur , si temporis æstiui ille fructus, hoc autem primi veris sit ornamentum? Profectò Maria prægnans tàm festinanter exurgit, vt tempora cuncta exæquate singulari cursu videatur. Virgini volanti ver est æstus ; nec enim velocissimæ temporis alæ tàm pennatam valent perfectionem consequi. Materialiter-ne id ?

Cant. 7. Ambros.

Sanctissimi quique de virtute in virtutem proficiscuntur. Maria in omnibus perfectionis gradibus simul incessit.

20. Quid , Mariam cunctorum temporum simul cursus attingere , nisi omnium simul virtutum exercitamentis operā impenderet? Sanctissimi quique è virtute in virtutem proficiscuntur. De Ioannis parentibus sic Lucas noster : *Erant iusti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus.* Cap 1. Ad quæ Chrysologus ser. 91. *Incedentes dixit , vt eos ostenderet cucurrisse virtutibus , non stetisse, & ambulasse in viâ iustitiæ , non sedisse, nec remansisse in itinere mandatorum, sed ad mandatorum plenitudinem peruenisse.* Peruenere quidem gressibus quotidie procedentibus ad iustitiæ cumulum , & perfectionem. At Maria *cum festinatione exurgens* non tàm in via iustitiæ ambulauit , quàm simul in omnibus iustificationibus volans incessit , vt non paulatim tanquam lux splendens ad perfectionem diei perueniret , sed singulari gressu totius perfectionis verticem teneret, omnium iustificationum & tempora , & incrementa, ex tempore acquirenda , contingeret. Edisce Deo plenus præcipuè Communionis die, velociùs ad virtutis fastigium auolare.

Luc. 1. Chrysol.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Exurgens Maria abiit in montana.

Maria Deum socium in vtero ac in animo gestans difficilium quorumque verticem conculcauit.

Vbi innuitur Eucharistiæ refectione tentamina superari.

21. DEo plena Maria *exurgens* in montana conscendit, difficilia virili pectore superauit. Hier. Epist. 27 in Epit. Paulæ. Inde consurgens ascendit Hebron, hæc est Cariatarbee hoc est, *oppidum virorum quatuor. Quinam hi viri ?* Exponit q. q. in Geo. Cap. 25. *Dicitur Arbee, hoc est, quatuor , quia ibi Abraham, Isaac, & Iacob conditus est, & ipse Princeps humani generis Adam.* Montanum verticem soli viri tenuêre Perfectionis cumulum tot difficultatibus acti ij solummodo viri assequuntur, qui cum hostibus nôrunt dimicare. En Viraginem Mariam difficilia quæque superátem, in perfectionis vertice collocatam? Plenæ Deo facilis triumphus , quo pleni Deo quatuor illi fortissimi coronantur.

Viri fortissimi possunt cunctis difficultatibus, plene Deo perfectionis verticem tenere.

Hieron.

22. Profatur Sponsus: *Veni de libano sponsa mea, veni de libano , veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Cant. 4. hebraïcè. *Ne cuncteris mecum per libanum venire , per cubilia leonum, per montes pardorum.* Obsequens Virgo Deum vtero gestans , difficilia quæque superans , hostes horribiles vincens , in Palestinæ montanis collocatur.

Leones vincit Virgo , dùm exurgens Deo socia montana conscendit.

Cant. 4. Paraphr.

23. Asceudit vtique Virgo cunctarum virtutum verticem tenens , humilitatis , charitatis, pudicitiæque exhibens documenta, queis quidem armis Diaboli potentiam superauit. De Sponsa habet Textus. *Tulit Iahel vxor Haber clauum Tabernaculi assumens pariter & malleum , & ingressa abscondite , & cum silentio posuit supra tempus capitis eius clauum , percussumque malleo defixit in cerebrū vsque ad terram, qui mortuus est*, Iud. 4. Sponsa Spiritûs Sancti Maria , vera quidem Iahel , quæ *Ascendens*

Virtutū exercitamento Diaboli verticem superans , communiuit.

Iud. 4.

interpretatur; non ingressa, sed egressa *abscondidè, ac cum silentio*, neque enim per viam aliquem resalutare moratur, (*vti infrà*) virtutum hodie exercitamento charitatis, humilitatis, pudicitiæque Sathanam extinxit. Pulchrè Bonauentura in Spec. cap. 9. *Iahel interpretatur ascendens, quod conuenit Mariæ*, (exorgenti quippe, vt ascenderet in montana) Benedicta itaque Iahel caput Sisaræ clauo interficiente confixit, quando *benedicta Maria* (sic & ab Angelo apud Nazareth, & ab Elisabetha hodie vocitatur) *virtutem Sathanæ rigore disciplinæ*, (seu virtutum documentis) *extinxit*.

Bonau.

24\. Virgine itaque Iudææ montanis vultum ostendente, tenente sublimiorem verticẽ, hostes in conspectu Altissimi thronũ statuere curantes tanto splendore perculsi subitò defecere. Iobi ore profertur Mariæ victoria. *Perfodiunt hostes in tenebris domos. Si subitò apparuerit Aurora, arbitrantur vmbram mortis*. Cap 34. Subitò equidem apparet Aurora Maria, cum plena Solis luce illico post exceptum vtero Dominum ex Bedæ placito, sese dedit itineri, vti ascenderet ad montana, misericordia cognatam, eiúsque fœtum repletura. Appositè Seraphicus Doctor citat. *Si subitò apparuerit Aurora, si subitò venerit, & si peruenerit Maria misericordia, Dæmones arbitrantur vmbram mortis*. Ea sic, Virginem contemplatus Deo plenam difficillimè superare, quàm conferat ad tentationum hostilia euincenda Eucharistiæ refectio.

Aspiciens ille Virginem exurgentem omninò defecit.
Iob. 34.
Beda.

Observatio III.

Ad illa verba.

Exurgens Maria abiit in montana.

Exurgens tunc præcipuè Virgo ostenditur, cùm profundissimæ humilitatis abysso addicitur.

Vbi humilitatis eleuationem licet contemplari.



25\. Exurgens depingitur Maria à summæ quidem humilitatis profundo Nam cùm sese Altissimi ostentâsset ancillam: *Ecce ancilla Domini*, mox ab Euangelistâ, exurgens, auolansque in montana describitur. Quid celsitudini tãtæ cum tãtâ animi submissione? Profectò eo ipso, quòd tantæ submissionis baratro addicatur, in perfectionis vertice collocata meritò ostenditur. Quo enim humilior, eo veraciter est eleuatior.

26\. De Christo Virginis Filio Isaias. *Erit fructus terræ sublimis*. cap. 4. Nonnulli τὸ soblimis terræ adiectiuum efficiunt, alij veraciùs fructui accommodant: *Sublimis erit fructus huius terræ*. Terram Bonauentura exponit Deiparã, Christum autem fructum sublimẽ terræ virgineæ. Iam difficultas emergit. *Quomodo potest*, (ait in Spec. c. 14.) *altissimus esse ille fructus cuius breuissima est arbor*? Quid sublimi fructu cum humillimâ terrâ? Respondet egregiè. *Certè arbor huius fructus Maria & altissima simul est, & breuissima, altissima dignitate, breuissima humilitate*. Imò quià humilitate; breuissima, necessariò est altissima dignitate. Quanta illa humilitas, quæ tam præcelsam Virginem constituit, vt Deum ipsum infinitè sublimem fructum posset exponere!

Sublimis est Maria fructus, quia quo humilior ipsa eo eleuatior.
Isa. 24.
Bonau.

27\. Quodammodo oportuit Mariam ad diuinam æqualitatem eleuari. Abner appositè. *Quomodo iurauit*, inquit, *Dominus Dauid, si facium cum eo, vt transferatur Regnum de domo Saul, & eleuetur thronus David*. 2. Reg. 3. Ad quæ Bernardinus tom. 1. serm. 61. quærens, cur non ait Abner Dauidem ipsum, sed eius thronum eleuandum? respondet memoriam verborum cortice fieri de Christi Regno ex vtero Virginis nascituri. Vt autem fœmina thronus possit Filij Dei constitui oportet, (sic fari liceat) ipsius Filij exæquare immensitatem; vnde non agitur de immensi Dauidis mystici, sed de throni illum excepturi eleuatione. Adjicit Bernardinus. *Quòd Deus generet Deum, nulla requirebatur in Deo dispositio, cùm ei ex natura proueniat, vt per viam naturæ & intellectûs produceret Verbum per omnia sibi æquale. Sed quòd fœmina conciperet, & pareret Deum, est, & fuit miraculum miraculorum. Oportuit enim* (vt sic dicam) *fœminam eleuari ad quandam æqualitatem diuinam per quandam quasi infinitatem perfectionum, & gratiarum*. Ideo dixit Abner, *Vt eleuetur thronus David*.

Ad diuinam quodammodo æqualitatem Virgo eleuatur.
2. Reg. 3.
Bernardin.

28\. Vis animi ac corporis Mariani celsitudinem exponam, vt Deiparens efficeretur? Isaias præfatur. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & ea, quæ sub ipso erant, replebant Templum*. cap. 6. vbi Bonauentura in Spec. cap. 7. ait. *In solio mentis Mariæ Dominus sedebat, & domus corporis eius Maiestate Verbi incarnati plena erat*. Christi humanitas penè immensa ab immensitate domus virgineæ capiebatur, sed diuinitas immensa planè à penè immenso Mariæ spiritu excepta est. Quam aptè Lucas tantæ dignitatis gloriam contemplatus scribit: *Exurgens Maria abiit in montana*. Humilitatis hinc docere eleuationẽ.

Animi, ac corporis Mariani immensitas.
Isai. 6.
Bonau.

Oservatio IV.

Ad illa verba:

Exurgens autem Maria.

Non sola exurgit Virgo, sed copiosissimo comitatu stipata in montana perrexit.

Vbi solum, qui soli Deo hærescit, copiosissimo cingi comitatu.

Miror Virginem solam sese itineri non facili commisisse, Iosepho absente 29.
Zacharià,

Zachariâ minimè comitante, nec ascensum ad montana, nec ad Nazareth descensum. Porrò cùm video Mariam Deum in vtero gestantem, me ab affectu admirationis expedio. Filius Virginis pro copiosissimo est comitatu.

30. Profatur Isaias de copiosissimo Hebræorum cœtu. *Eris corona gloria in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui. Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur vltrà desolata; sed vocaberis: Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur.* cap. 6. Et vndenā tam copiosus populorum cœtus exurgit? Addit, *Habitabit enim iuuenis cum Virgine.* An solus iuuenis apud Virginem habitans tam copiosi populi vices exerit? Ita planè. Solus enim paruulus in vtero Mariæ tam stipatam eam splendidissimo comitatu reddit, vt Hebraici totius populi cœtum copiosissimū exæquare videatur. Ad hæc Guarricus serm. 1. de Assump. *O Maria! non vocaberis (Dominus ait) derelicta, & terra tua non vocabitur desolata. Sed vocaberis, Voluntas mea, id est, dilectus meus Filius in ea. Habitabit enim iuuenis in Virgine, habitabit in te Filius tuus.* Vt vnius ciuis Vrbs copiosissimæ Ciuitatis appellationem sortiaris.

Virgo solo Filio comitata, plena populo Ciuitas est. Isa. 6.

Guarri.

31. Ratio est, quia Dei Filium vtero gestans Maria omnis fidelium cœtus parens efficitur. Vnde adiicit Propheta, *Habitabit iuuenis cum Virgine, & habitabunt in te filij tui.* Ibid. Quia scilicet ex quo Christi es Mater effecta, simul cunctorum fidelium parens es constituta. Guarricus *Habitabit enim iuuenis in Virgine, habitabit in te Filius tuus, imò habitabunt in te Filij tui. Ipsa enim Virgo Mater, quæ se Patris vnicum genuisse gloriatur, eundem vnicum suum in omnibus eius membris amplectitur: omniúmque, in quibus Christum suum formari agnoscit, Matremse vocari non confunditur.* Maria ergo vnico comitatâ Filio fidelium populi stipatur vniuersitate.

Deum vtero gestans Maria, omnium simul comitantium fidelium Mater efficitur. Isa. 6. Guarri.

32. Exurgentem Virginem solam, ad domúmque Zachariæ properantem *viderunt filia, & beatissimam prædicauerunt, Reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.* Cant. 6. Si Virgo exorgit in silentio nullo comitatus apparatu stipata, quonammodo & à filiis videtur, & collaudatur? Quia Deum filium vtero claudens, simul cunctorum filiorum cœtu coronata incedit. Additur ideo, *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna.* Vbi Cardinalis Hailgrinus, *Maria vt concepit, facta est luna plena.* Plena quidem Deo, plena filiis, qui quidem Mariam sequuntur Zachariæ domum ingredientem. Ad quem sensum allicio Ildefonsi sententiam ser. 1. de Assump. *In qua nimirum domo hodie læta introiuit, & sequuntur illam omnium electorum animæ, quæ sunt ex parte illius.* Quia Virginem Christum in vtero gestantem cuncta eiusdem Saluatoris membra necessariò consequuntur. Edisce vel apud solitudines socio Deo solùm Ciuitates tibi copiosissimas exædificare. Nunquam tam numeroso cingeris comitatu, quàm cum soli Domino hærescere satagis.

Filia cum ita Virginem exurgentem & Zachariæ domum ingredientem comitantur. Cant. 6.

Hailgr. apud Delrium.

Ildeph.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione.

Quodammodo Maria velocissimum circa Ioannem sanctificandum euicit Saluatorem.

Vnde nos segnes circà nostram procurandam salutem, proximúmque subleuandum pudere debet.



QVo tendis ô Virgo? In domum Elisabeth totâ festinatione properas? Exurgo, festinantérque me itineri committo, vt Ioannis sanctificationi ex Iesu mei in vtero commorantis præsentiâ operam impendam. Itane? Cur non expectas, donec fructus optatissimum maturescat ad partum? Moræ cuiuslibet impatiens Maria, ante tempus (si fari sic liceat) Mundo exhibet Saluatorem. 33.

34. Prophetæ cuncti prænonciarant Orbis lætitiam ex die Christi natalitio, non ex conceptionis instanti. Vnde Pastoribus Angelus. *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus est vobis Saluator.* Luc. 2 Cuius natiuitas stellæ rutilantis Magis reuelatur exortu. Ac demum *gauisi gaudio magno valde* sunt quando abscondita rediit stella, quia apud præsepium natum Solem ostētabat. Mat. 2. Quare ô Virgo parumper non expectas? Exoriatur Dominus, ex vtero, seu thalamo procedat sponsus, tunc Ioanni Redemptorem expones, illum sanctificaturum. Profectò Christus natalitio suo Orbem, sanctósque cunctos sanctificaturus vix Mariæ vterum init, cùm anteuertens horam natiuitatis, iam Ioanni sanctificando quasi natus exurgit. Origenes hom. 7. in Luc. *Iesus, qui in vtero Virginis erat, Ioannem adhuc in ventre matris positum sanctificare festinabat.* Cur festinat, si natus Orbem vellerat & sanctificare, & lætificare, nisi quia *in vtero Virginis erat?*

Qui natus populum erat sanctificaturus, & lætificaturus, in vtero Mariæ manens à conceptione sanctificat, & lætificat. Luc. 2. Mat. 2.

Origen.

35. Christus ex vtero Patris prosiliens ad montana Iudææ Præcursorem sanctificaturus festinabat. Ideo sponsa eum contemplata est cursu velocissimo vtentem. *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles, similis est Dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum.* Cant. 1. Attamen qui velocissimè ferebatur in Ioannem, apud vterum Virginis, nouem menses, habitaturus commoratur. Tantæ moræ haud patiens Maria illum vtero exceptum ad montana festinans Ioanni sanctificando exponit. Vnde qui saliebat in montibus colles transiliens, ad domum Zachariæ minimè appropiabat, donec Virginis vterum ferculum sibi ve-

Velocissimo currebat ad montana Dominus; sed non terminauit viā donec ferculum Marianum iniuit. Cant. 1.

locissimum præparauit. Et quando *in vtero Virginis erat*, iam *Ioannem sanctificare* (vt cum Origene loquar) *festinabat*.

Orig.

36. An velocior Iesu Maria? Vulgare illud Anselmi alibi datum vberius: *Velocior est nonnunquam salus memorato nomine Mariæ, quàm inuocato nomine Domini Iesu vnici Filij sui.* Nō quidem quia creatura velocior creatore, sed quòd Christus horam cælestis dispositionis expectat, Maria autem moras non sustinens horas inuertat. Vnde etsi Dominus quà Deus velocius ostendatur, quà homo à Matre vinci non dedignatur. Rursum Nuptiarum Chanæ miraculum expendo. Deficiente mero Deipara suggerit Saluatori: *Vinum non habent*. Cui Dominus: *Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.* Ioan. 2. Licèt enim hora non aduenisset, precibus Matris affectus aquam suauissimum mutauit in merum, id est: Ruperto authore aqueam Mundi corruptionem in incorruptibilitatem commutauit. Annon hora expectanda, quæ nondum venerat? *Quid mihi & tibi est ô mulier*, differentiæ? Ego horas nôrim expectare, cúmq; *venit plenitudo temporis* in Orbem missus, eum sanctificare satago; tu morarum impatiens, horas non expectas. Me hominem deuictum non dedignor à Matre, sed te Deus euiocam, siue à te non patiar superari. Bellè Cyrillus Alex. lib. 10. Thesau. cap. 2. *Quid mihi & tibi est mulier, vt homo dicebat: & aquam in vinum vt Deus conuertebat.* Tuus sum, apud te colloco tabernaculum, te properantem ad Mundi sanctificationem aspicio, in te collocatus velocissimo ferculo morarum impatiente horas non expectante in Orbis feror saluationem antè horæ præscriptum. Pudeat nos segnes vel post annos propriæ salutis curæ incombere. Pudeat proximo non succurrere laboranti, quando post triginta & octo annos infirmitatis suæ se hominem queritur non habuisse.

Maria non velocior Creatore, sed impatiens est moræ, nec horam expectãt, vt homini agrotanti succurrat.

Ansel.

Ioan. 2.

Cyrill.

OBSERVATIO VI.

Ad illa verba:

Abiit in montana cum festinatione.

Erga hominum commodum affecta Virgô conceptum Filium iam ex effectibus natum esse manifestat.

Monentur spirituales parentes sollicitè prolis commodo prouidere.

37. IEBAT Theophylactus, *Maria statim abiit ad Elisabeth*, scilicet post acceptum à Patre Filium. Mox dedit operam, vt receptum à Domino talentum haud sepulchro amandaret otiosum, sed negotio gerendo accommodaret, nostram planè pigritiam taxans.

Theoph.

38. En *signum* illud *magnum, quod apparuit in* cælo, *Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in vtero habens.* Apoc. 12. In vtero habet Virgo Saluatorem? Luna, velocissimo quidem Planeta pro calceamento vtetur, siue vt explicem vulgariter, *Calzara Lunæ*, vt velocissimè accommodando lucis sibi traditæ talento operam impendat. Haud sibi lucem addicit arcanè, sed in manifesto illuminando & Ioanni, & Orbi exponit. Vix accipit, & iam illuminat. *Surge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.* Si lumen venit, quonammodo gloriam iam exortam esse affirmauit? Veniens lux accedat priùs, deinde exorietur. Certè lux commissa Mariæ priùs quàm exoriatur etiam dum venit, illuminat. Quod aiebat Dominus. *Venit hora, & nunc est.* Illud ipsum venire, seu viam arripere idem est, quod præsentari. Ioan. 5.

Lumine aduenienti, iã à Maria quasi tuetis impenditur.
Apoc. 12.

Prophetico sermone Christus est vocitatus 39.
Desiderium collium æternorum. Colles enim cælestes, seu Angeli ex speciali reuelatione sese incarnati Verbi Solis fulgentissimi illuminatos cognouere, quemadmodum colles priùs vallibus Solis radiis illuminantur. Ruperti ex ore profatur Maria. *Quam veraciter ille te appellabit desiderium collium æternorum, ego maximè experta sum in visceribus meis.* Priùs quàm enim nasceteris ad vallem lacrymarum, iam collis Ioannes, quo inter natos mulierum haud surrecturus est maior, lumine salutari complebatur, me quidem iubar baiulante.

Prius quam Sol Christus nasceretur, iam apud montana Ioannes collis eleuatissimus Maria illuminatus.
Rupert.

Zenon Veron. serm. 4. de Natiuit. Virginem & Seraphinum Isaiæ, & signum magnum Ioannis appellauit. Seraphim quidem & alis tegit Saluatorem collectis, & in Iudææ montana efficaciam tanti luminis ostensura alis fertur expansis: *Duabus velabant faciem, duabus pedes, & duabus volabant.* Cap. 6. At mulier Sole amicta, cruciatur vt pariat Saluatorem non dolore, sed affectu Ioannem sanctificandi: *Et in vtero habens cruciabatur vt pareret.* Apoc. 12. *Interea* (inquit Zeno) *prætnonem suum membra sollicitum, & opus suum figura vestis Artificem. Parturit Maria non dolore, sed gaudio.* Operiens Dominum expetit aperire. Haud ad Iesum vtero clausum. Iudæi ac Gentiles properant? Ego Ioannem adibo, cui arcanum valeam sanctificando reserare. 40.

Cruciatur Virgo vt pariat, quem vtero volumine gestabat.
Isa. 6.
Apoc. 12.
Zeno.

Pulchrè addit Veronensis Præsul. *Nascitur sine Patre Filius, non totus Matris, donans Matri, quod natus.* Cur non dixit: *Donans Matri, quod conceptus fuit?* Cùm concipit vtero gestat concham plenitudine donatutum; cum parit amittit vterus seu thalamus sponsum de thalamo procedentem. Cur igitur Mariæ donatur quod nascitur, & non quod concipitur? Quia Virgo tam addicta est hominum vtilitati, vt propriæ commoditatis oblita, quæ thalamum sponso benedictionibus in dies replendum offerebat, cupiat eniti hominibus sanctificandis Saluatorem. 41.

Maria plus videtur à Deo donata esse cum parit Iesum, quam cum concipit.
Zeno.

Asseruerat Chrysologus sepulchrum vterum imitatum esse nouiter quidem. *En sepulchrum, en vteri noua forma, mortuum suscipiens, vt viuum enitatur.* Augustinus serm. 113. de Temp. asserit Deiparam felicitati sepulchri quodammodo inuidisse. Quare? *Quia religiosior est planè ista natiuitas, quam illa.* Religiosior, id est, perfectior. Et vndenam huiusmodi 42.

Quasi inuidet Virgo sepulchro, quia citò Christus viuum exortum est, non post nouem menses.

Chrysol. August.

iusmodi perfectio adscribitur secundæ ex sepulchro natiuitati? *Illa* (nempè natiuitas ex vtero Matiæ) *corpus mortale genuit totius mundi Dominum, nouem mensibus in vtero clausum tenuit; hæc autem tantùm triduo tumuli gremio custodiuit: illa cunctorum spem tardiùs protulit, hæc autem salutem eiuius suscitauit.* Inuideo planè sorti sepulchri, quod potuit post tres dies Orbi Saluatorem exhibere; sed minimè inuideo. Siquidem post acceptum pignus mox exurgo, & post tres itineris dies sanctificando

43\. Ioanni quasi natum expono. Laurentius Iust. ser. de Annunc. *Verbum in vterum Virginis descendit, vt spem daret laborantibus, peccatoribus indulgentiam, diligentibus pacem, atque expectantibus mercedem.* Si expectantibus merces datur, iam non spes laborantibus impenditur, sed potiùs possessio. Merces igitur laborantibus, indulgentia peccatoribus, pax diligentibus exhibetur mox post Verbum incarnatum: quia licèt huiusmodi bona Orbis è natalitio Domini expectabat, spes quidem ex Matiæ festinatione iam omnimoda possessio est. Spirituales parentes Virginem imitentur, procurantes illicò prolis vtilitati prouiderē, doctrinæ lucem impertiendo.

Spes per Virginis festinationem est reddita possessio. Laurent. Iustin.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Cum festinatione.

Maria Dauid præcepto excitata voluntarium festinanter prosiliuit in opus.

Eos carpens, qui à superæ orationis operibus abstinentes, vix præceptis satagunt obedire.



44\. Ost conceptum Verbum addit Lucas: *Exurgens autem Maria abiit in montana.* An Angelus diuinum ei circa profectionem præceptum indixit? Theophylactus: *Cùm audisset Virgo ab Angelo, quòd concepisset Elizabeth, statim abiit ad illam.* Studium obsequendi cognatæ, non præcepti vis Virginem ad difficilem viam excitauit, è Nazareth egressam.

Theophyl.

Vt Abraham domum relinqueret, indictione præcepti fuit excitatus. *Egredere de terrâ*

45\. *tuâ, & de domo patris tui.* Gen. 12. Cur studiosus perfectionis Sanctorum parens voluntarium præparans sacrificium, præceptum præueniens voluntariè non exurrexit, vt viæ se committeret? Difficile planè vel sanctissimo cuique domûs commodis renunciare. Compertum Virgini iam gratissimam Deo è domo egressionem, quam à Dauide parente didicerat. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.* Psal. 44. Grata-ne Sponso mea è paternâ domo abstractio, vt ad montana pergam? *Et concupiscet Rex speciem tuam.* Quasi præcepto indicto exurgam, & cum festinatione pergam ad cognatam.

Abraham à domo egreditur præcepto audito, Maria vltronea gressu. Gen. 12.

Psal. 44.

Abraham præcepto exactus filiom Domino obtulit. At Anna sine indictione præcepti dedit filium: *Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ suæ.* 1. Reg. 1. Nùm non filia superatur à parente? Imò parentem filia mirificè superanit. Audite Chrysostomum: *Ipsa erat Abrahæ filia: Tamen ille postquam petitus erat, filium suum obtulit; ista verò ante petitionem dedit.* Voluntaria aut vltronea-ne filij vt Templo inseruiret, traditio, vicit filij morti addicendi traditionem? O sacrificium Mariæ filiæ mirum in modum superans parentis immolationem. Scio planè opera ex præcepto aliunde sibi vendicare præstantiam, si cum vltroneis operibus comparentur. 46.

Vicit planè filia parentem
1. Reg. 1.
Chrysost.

Profatur Sponsus: *Equitatui meo assimilaui te amica mea,* Cant. 1. Aliter *Equa mea.* Quid cum equa Mariæ? Nec fræno, nec calcaribus indigebat ad cursus consummationem. Lex quidem homines vel incedentes sine moderamine infrænat, vel torpentes pungit, vt festinare curent; Mariæ incedenti pulchrè legis præceptum non indicitur. Congruit Deiparæ, quod de iustis Chrysost. in 1. ad Timo. hom. 2. scripsit: *Quemadmodum fræno, aut calcarium stimulo legitimè vtitur, non is equus, qui lasciuit, nec qui mordet; sed qui pulchrè agitur: ita & is lege vtitur, non qui litera necessitate sobriè ac iustè viuere cogitur; sed qui nouit, quòd ipsa non indiget, non metu legis rectè factis insistit, sed virtutis tantùm gratiâ.* Maria equa quidem Altissimi pulchrè incedens non præcepti alicuius metu; sed virtutis tantùm gratiâ rectè hodie facto insistit. 47.

Maria pulchrè currens haud indiget fræno aut calcari.
Cant. 1.
Chrysost.

An Abrahæ egressio ex præcepti indictione commendabilis? Respondet Chrysostom. hom. 31. in Gen. *Vide quam diligenter & festinanter impleuit Abraham præceptum Dei exiens de patria sua; qui neque multa familia, nec annorum numero, neque amplissimis bonis potuit retineri, aut retardari.* Si parens præceptum cum festinatione implens tàm commendabilis exurgit, quid filia sine præcepto exurgens, & cum festinatione cursum percipiens? 48.

Commendabilis admodum vltroneus Mariæ discessus.
Chrysost.

Vndenam Virgini tanta ad pererogatorium opus festinatio, & alacritas? Existimo ex Christi in vtero commoratione. Dei enim societas pigritantem excitat ad currendum. Quærit Basilius interroga. 37. *Qui piger est ad mandatum, quomodo is poterit excitari vt gnauus sit?* Respondet: *si ei persuasum sit, ibi Dominum Deum adesse.* Quæ beata ex fide vocitatur, Deum in vtero commorantem agnoscens: quid mirum ad ardua itinera excitari, præcipuè, cùm nullâ vnquam fuerit pigritiâ retardata. 49.

Tàm velox ad operandum sine præcepto Virgo ex Dei præsentia.
Basil.

Totum opus hodiernum vltroneum est, vt debeatur Mariæ præpropera Ioannis sanctificatio, Elizabethæ ac Zachariæ Spiritu-Sancto impletio. Acceleratio aut festinatio huiusmodi ad hominum sanctificationem, non conceptionis, sed natiuitatis Christi effectum futurum Prophetæ prænunciárant, vt no- 50.

Maria vltroneo operi debetur præpropera Ioannis sanctificatio, hominum salus.

Isa.9. stauit Stella in Luc. Postquam enim dixit Isaias, *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium*, subdit: *Accelera, festina, prædare* cap.9 Postquam Dauid de Christi natiuitate fuit locutus, *Tanquam sponsus procedens de thalamo suo*, inquit, *Exultauit vt gigas, ad currendam viam*. Psalm.
Psal.18. 18. Conceptio, ô Virgo, hodie celebratur, o ô natiuitas, cur properationi salutis operam dare festinasti? An præceptum instauit? Minimè, totam sese huiusmodi itineri Virgo dedit vltroneam, vt ante Christi natalitium ex conceptione Ioannes ac eius parentes valeant sanctificari, tam festinàque hominum salus Mariæ properanti debeatur. Edifcimus haud expectare imperium legis, vt piis operibus operam impendamus.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione.

Festinanter quidem Virgo ad perfectionis cumulum peruenit; non autem repentè, sed gressu replicato.

Vnde taxantur repentinæ quorundam perfectionis summæ ostentationes.

51.  Vplicem expendo particulam: *Exurgens &, Cum festinatione.* Festinauit ad montana, verticem tenuit perfectionis, sed, instar auroræ, consurgens, quæ quidem non repentè Solem præsentat, sed paulatim è cunâ ascendit in thalamum. Nec enim illa secura perfectio, quæ primo gressu acquiritur, quàm aptius perfectionis affectationem vocitaro.

52. De prudentissimo Mariæ progressu fatur Sponsus, *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?* Cant. 4. Vbi Rupertus & alij asserunt Deiparam ex aurora in aciem castrorum potentissimam *paulatim festinanter* exurgere. Velociter progreditur ad montana, aurora verè exurgit. O lux tam expetibilis creaturæ, decantata volucribus, ægrotis expectabilis, tam proximi diei verax nuncia. Ex Aurora mox mutatur in Lunam, & æquoris dominam, & sublunarium cunctorum facie parentem. Iam Luna ascendit ad solem radiis ornatum, luce coruscantem, agris vtilem, plantis beneficum, medicum ægrotantibus, vitalem valentibus. Denique in castrorum ordinatam mutatur aciem, omnium virtutum collegium, perfectionis vniuersitatem aduersariis horribilem, Christicolis omninò amabilem, tantæ ductricis præsidio munitis: An vno gressu Maria verticem perfectionis tenuit? Gressibus replicatis gra-

Maria paulatim, ac simul festinaut ex Aurora in aciem commutetur. Cant.4.

ditur, alarum crebro motu volat, *paulatim festinanter* exurgit.

Anaro didicerat, de quo Lucas, *Iesus proficiebat ætate, &c.* cap. 2. Ætate proficiens simul externè virtutum exercitamenta proferebat, ne repentè summus obiiceretur. Cui Mater, *Botrus* ait, *Cypri, Dilectus mihi in vineis Engaddi.* Cant.1. Annon fatius Dilectus vino compararetur tui ô Virgo, desiderij satisfactio? Vinum germinans virgines, totius perfectionis consummatio. Merum profectò perfectissimi status Virgo cupiebat sponsum in Mundi lauacrum profundendum, sed sciens *paulatim* botrum minimum exurgentem è vite in merum dulcissimum excrescere botro haud quidem maturo comparatur, donec continuis profectibus prematur in vinum, Mariâ clamante: *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Edocens vtique sic charitatem, quæ summa virtutum est paulatim festinanter acquirendam. Origenes ad hæc: *In quibus Verbum Dei vitis vera efficitur, non eis ad summum maturos botros producit; nec repente eis efficitur vinum suaue, & lætifi ans cor hominis. Sed prius producit eis suauitatem odoris in florem; botrus hic florens monstratur esse in vineis Engaddi, vt gratia fragrantia ipsius immittatur in initiis animæ: vt post hoc pati possit acerbitates tentationum; & ita demum maturitatis eius dulcedinem præbet.* Pulchrè planè. 53.

Christum botrus paulatim maturescens, etiam nos paulatim ac festinanter tendere in perfectionem. Cant.1.

Orige.

En Vitis Maria. *Videbam* (inquit Ioseph o Regis pincerna) *coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere.* Gen. 40. Ad quæ Del-Rius in Mar. flor. asserit Vitem illam Deiparæ gessisse simulacrum vitaliter vinctis apparentis. Premo illam particulam: *Crescere paulatim.* Si vno intuitu vitis festinauit ad fructûs maturitatem, quonammodo paulatim vitis crescebat in gemmas, & post flores vuæ maturuere? Ea est Mariæ profectio, vt cum festinatione eucurrerit, ac simul *paulatim* de virtute in virtutem fuerit profecta, botrum Dominum imitata. 54.

Maria paulatim creuit in gemmas, & ad maturitatem tendit festinando. Gen.40. Del-Ri.

Maria illa Virginis typus non repentè operata perfectissima gessit, sed ex bonis operibus ad meliora tendit, & demum *optimam* elegit partem, *quæ non auferetur* (ait Dominus) *ab ea.* Luc.12. A Christo vocata Maria exurgit cũ festinatione; vt enim *cognouit, quod accumberet in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti.* Obiiciunt Apostoli: *Vt quid perditio hæc? Poterat vnguentum istud venundari ac dari pauperibus.* At Dominus Magdalenam vindicans à prodigalitatis suspitione, ait: *Bonum opus operata est in me.* Commendabilis illa, quia primos laudabilis gressus. Melius quidem opus pauperum sublenare egestatem. Sed nouitia cùm sit, non illico ad opus perfectius currit, ab opere bono in melius tendet, vt demùm optimum prosiliat; *Maria optimam partem elegit.* Pulchrè Chrysostomus hom.61. ad Popul. *Quoniam adhuc imperfectius erat affecta, ipsum autem illi fatigabant, eam consolans hæc dicebat: Vt quid molesti estis huic mulieri. Ne mulieris fides tunc germinans Discipulorum increpatione tabesceret.* Germinat nunc vitis, sinite *crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere.* 55.

Sicut Maria nostra, Magdalena à bono opere incipiens tendebat ad melius, vt demum optimũ consequeretur. Luc.12.

Chrysost.

Theodoretus

56. Theodoretus Mariam Paradiso gloriosiorem vocitauit. Et in quo à Virgine euictus Paradisus? Existimo in eo quòd Paradisus repentè perfectus apparuit, non parumper arbores in gemmas creuere, & post flores maturuère fructus; sed simul perfectiorem statum plantæ ostentauerunt. Haud sic Maria à perfecto in perfectius gradum tendeos, tenuit verticem perfectissimum paulatim germinando. Audi Sponsum: *Emissiones tua Paradisus, malorum punicorum cum pomoru fructibus, Cyp i cum narde, nardus & crocus; fistula & cinamomum cum vniuersis lignis libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis.* Cant. 4. Vbi Alcuinos Marianum describens Paradisum, ait: *Paradisus malorum punicorum dicitur, quia sicut malum punicum exteriùs rubrum est, & in vno cortice multitudinem habet granorum, sic in Virgine multitudo bonarum operationum intra fidem tenetur inclusa cum pomorum fructibus, hoc est, honestis ac pudicis eius locutionibus. Nempe Cyprus significans virginitatem; nardus veram charitatem; crocus sapientiam; fistula humilitatem, & patientiam; cinamomum interna contemplationis dulcedinem; vniuersa ligna libani omnes alias virtutes; myrrha, qua significat carnis mortificationem; aloe bonam opinionem; prima vnguenta Spiritus Sancti dona.* Ecce Mariani Paradisi plantæ. Nùm repentè & foliis, & floribus, & fructibus indutæ, ornatæ, stipatæ apparuere? Absit. *Emissiones tua*, inqoit Sponsus. Emisisti arbor procera cælestis Paradisi flores, qui paulatim profecerunt in fructus. *Festinanter* quidem, aliorum enim gradi, Mariæ volare est. Proh mundiales Paradisi repentè perfecti! O quàm citò temporis risus, siue aptiùs dixeris, instantis; vix enim primum instans disparuit, cùm secundum arboris fuit pulcherrimæ securis. Ediscant Sancti operum studere maturitati; sed præcipuè indictum iis mulierculis, quæ à primo conuersionis gressu perfectionem ambiunt, viam esse paulatim (si festinanter quidem) percurrendam.

Vicit Maria Paradisum, quia non repentè apparuit perfecta, sed paulatim (festinanter quidem) peruenit ad fructus.
Theod.
Cant. 4.
Alcuin.

Observatio IX.

Ad illa verba:

Exurgens autem abiit in montana.

Sese concham exhibet, dùm priùs totâ Deitatis gratià plena Ioanni ac parentibus eius communicat.

Vbi innuitur sapientem priùs propriæ plenitudini, mox proximorum vtilitati curam expendere.

57. I post fœtum conceptum statim Maria ad communicandum bonum Ioanni, Elizabethę, & Zachariæ properauit, taxabilis-nè huiusmodi festinatio videbitur? Bernardi ser. 18. in Cant. sententia illa vulgariter circumfertur. *Si sapis, concham te exhibebis, non canalem. Hic siquidem penè simul recipit, & refundit: illa verò donec impleatur, expectat; & sic quod superabundat, sine damno suo communicat, sciens maledictum, qui partem suam fecit deteriorem.* Ergo accepto flumine, quod Dei lætificat Ciuitatem, debuit Virgo continuis profectibus operam date, vt postmodùm ex plenâ conchâ reliquæ aduenientes gratiæ refunderentur. Profectò vnico instanti tàm Deo plena Virgo, vt concha plenissima possit statim vasa vacua non pauca implenda requirere.

Sapiens sit concha, non canalis, circa proximorum curam.
Bernard.

Tota sese in Mariam Dei Matrem gratiæ fudit plenitudo; tàm plena Deo Maria, vt valeat communicare bonum, quin periculum canalis incurrat: si ex aliquorum sententià verbum illud: *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*, Luc. 1. indicat Deum iam apud Virginis vterum commorari, vnde & gratià plena illo iam ostentatur instanti; quid mirum illicò profusioni operam expendat? vt benedicta à muliere cognatà prædicetur? Nazianzenus (apud Synod. Ephes.) ad Cledon. *Si quis (aiebat) Christum per Virginem, tanquam per canalem discurrisse, ac definxisse, & non in eà diuino modo firmatum esse dixeris, in impietate versatur.* An non hodie canalis in morem acceptum donum, illico communicare curat? Ita priùs mirificè tantà plenitudine concha penè immensa eo instanti repletur, vt cunctæ rationalis creaturæ sine diminutione posset replere vacuitatem. 58.

Tàm plena Deo Maria, vt possit ipsa communicare sine vacuitatis periculo.
Luc. 1.
Nazian.

Vix Rebecca hydriam, Rebecca Mariæ typus impleuerat, cùm Eliazer, & camelorum siti reficiendæ profundit. O Domina, quonammodo ex vase recenter pleno tantam vales aquæ molem ministrare? Typum gerens Virginis, statim omnibus sufficit opplendis: neque enim potest tanta plenitudo vnquam exhauriri. An Maria puteus seu cisterna aquæ seruandæ? Minimè: sed illicò in sitientium vsum profundendæ? *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, qua descendunt impetu.* Cant. 5. Impetu descendit in Virginem fluuius Dominicus, protinùs puteus impletur, & aquæ in vicina prosiliunt, in cognatos profunduntur ex impetu. Ratio est, quia Deus, cunctàque cælestia bona apud Virginem non tàm custodiuntur, quàm cunctis exponuntur replendis. 59.

Gratia qua in Virginem impetu flumine stillant in vicinia sine plenitudinis imminutione.
Cant. 5.

Custodiebat quidem Maria *omnia verba conferens in corde suo.* At opera quando-nam sciuit custodire? Accipit-ne aliquando Deum custodiendum, vt Iosapha? Imò vt Ioseph custodiendum non accipit, sed statim Orbi exhibendum. Angelus Iosepho: *Accipe puerum, & fuge in Ægyptum.* Matt. 2. Cur non Matri committitur ab Angelo thesaurus? An non *confidit in ea cor viri sui*? Ita planè; sed traditur Iosepho non manifestando, sed custodiendo. Bernardo fante, *Panem viuum seruandum accepit tam sibi, quam toti Mundo.* At Matri traditus, illico panis Ægyptiis exponeretur. 60.

Maria Deum sibi non custodit, sicut Ioseph, sed datum mox omnibus exponit.
Matt. 2.
Bernard.

Imò cùm oportebat thesaurum custodiri, & non manifestari, ex quo capite etiam Matri 61.

Eslam cum oportebat occultari Iesū, ex quo capiti Maria commēdatur, (fine incommodo quidem) manifestatum est.

tri traditus est (quia simul ad exiliom properauit Aogelo faute: *Accipe puerum, & Matrem eius.*) Non tam custoditur quàm cunctis, (fateor sine periculo) manifestatur. *Ascendet* (ait Isaias) *Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebuntur omnia simulacra Ægypti.* cap. En ex Maria mox diffunditur flouius, qui ex Iosephi mioisterio custoditur.

Mat. 2. Isa.

62. Id tamen tam recedens à canali Maria præstat, vt quæ illicò effundit, in conceptionis instanti iam sibi quali diuturno tempore adaptarat. *Plantauerat Deus paradisum voluptatis a principio.* Gen. 2. Illustris paradisi commendatio plantatum fuisse à Deo. Attameo commendabilior paradisus Marianus ex eo quòd ipsa Mater Deum plantauit. Theodorus pulchrè, Paradiso gloriosior facta est Maria. *Ille enim Dei cultura factus est, hæc autem Deum coluit eligentem hominis copulari naturæ.* Deum coluit, sibi aptauit, proprio profectui accommodauit, prius quàm cognatorum vtilitati fructum exhiberet, de quo Elisabeth, *Benedictus fructus ventris tui.*

Christum coluit Maria prius quam eius fructus communicaret. Gen. 2. Theodo.

63. Aonon postquam exsurrexit Maria, *abiit in montana?* En cultum paradisi, tempus plantæ profectioni impenditur. Cirò profert, sed post tempus itineris conficiendi. Clamabat sponsus, *Veni de Libano, sponsa.* Cant. 7. Nicomediensis Præsul asserit huiusmodi Mariam iter à virginitate in maternitatem suscepisse, Tam festinanter currit, vt illicò diffundat acceptum liquorem, cùm tamen simul via sit percurrenda: *Venit* Maria, ait ille, *ascendit ex Libano Virginitatis, & mox Mundum perfudit vnguento.*

Triduò profectionem in Iudæam Iesū coluit Maria paradisum. Cant. 7. Thaum.

64. Insto conchæ impletioni. Cum videris Mariam domum cognatæ bonis replere mox ac thesaurum accepit, existima ex aquis concham capacissimam impêltibus stillas volitare; quêadmodum iuxta fontis profluuium guttulæ gemmarum in speciem assolent super gramina fulgurare. Cuncti riuuli è Mariæ plenitudine hominum communitati deriuari, quasi stillæ sunt, si cum Marianâ pleoitudine ex Verbi incarnatione comparentur. *Repleta est Elisabeth*, capacissima quidem. Stilla est Virgineæ plenitudinis. Gratiæ etenim de Libano fœcundæ iam virginitatis tanto *cum impetu* effluunt, vt vicioia quæque crystallinis stillis perfundantur. Ioannes, Elisabeth, Zacharias gratiâ pleni, stillæ sunt Marianæ plenitudinis; Hilarius serm. 2. de Nat. *Commune omnium gaudium peculiari munere nouem mensibus sola possidet.* Quonammodo possidet sola nouem mensibus, si vix accipit munus, gaudium quidem commune, cùm implendo Ioanni ac parentibus eius impendit? Profectò sola Maria oouem mensibus possidet licèt stillæ auolent in Zachariæ domom, quemadmodum solus fons fluuium aduentantem possidet, licèt vicinia stillis repleantur. Si ergo sola impetum gratiæ possidet Maria, Ioannis ac parentum plenitudo stillatio est.

Tota Elisabetha ac Ioānis plenitudo erat stilla è plenitudine Mariæ profluentes, quia sola possidet omnium gaudium.

Hilar.

65. Num stillatio fuit cum gaudium commune Mundo peperit? Profectò (si fari liceat) stillare fuit Christum Orbi replendo parere, cùm impetus gratiæ ex maternitate in Virginem defluens, semper apud ipsam stagnatus persistere videatur. Athanasius ad illud Lucæ: *Et Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quam virtutem Altissimi*, (id est, gratiam ex maternitate) *per omnia tempora conceptus eam habuisse affirmo, & post conceptum eam retinuisse. Neque enim id temporarium in Virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora hoc illi datum fuisse.* O quanta plenitudo, quæ Verbum accipiens, & Verbum retinens, & Verbum pariens, illud ipsum parere, quodammodo est retinere, & in totum orbem stillare.

Christus fuit quasi stilla ex plenitudine Matris exiliens. Abbas. Cellen.

66. Totus Christus ex Virgine exortus quasi particula est, stilla est exiliens ex Marianâ plenitudine? Celleosis Abbas de Panib. cap. 12. *Priuilegio Filij sui supra totius creaturæ meritum Mater Dei tota Deitatis gratiâ est superfusa.* Illam particulam preme? *superfusa.* An in morem pluuiæ defluentis descendit tota Deitatis gratia? Dauid affirmat. *Descendet sicut pluuia in vellus.* Et addit, *Et sicut stillicidia stillantia super terram.* Post quàm Maria gratiâ est oppleta, tota Deitas manens io Mariâ, ad quam cum impetu profluxerat, in morem stillarum exilientium in viciniâ, in totum Orbem exiliuit, vt Christus sit quodammodo stilla materoæ plenitudinis in tantæ Matris commendationem. Certè *simul collecta gratiæ plenitudo* (ait Cellensis) *nullatenus creatura humana capacitate potest apprehendi.* Vnde sicut stillicidia stillauit in terram, cùm Deipara Christum eoixa est. At tota ea gratia Deitatis supra totius creaturæ meritum priuilegio Filij Mater Dei est superfusa? O ioeffabilis Mariæ plenitudo? Ex præfatis edocere sapientem se se præbere concham, dum propriæ priùs impletioni studens, mox repleudo proximo curam expendit.

Descendens tota Deitatis gratia in Mariam, stillauit super terram Saluatorem. Cellen.

Observatio X.

Ad illa verba:

Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione.

Maria è domo occasione pietatis egressa miro silentio labia obfirmauit.

Docens fœminas, exitialem esse pudicitiæ extra domum cum viris sermocinationem.

Carthusianus Dionysius sic expeodit periodom. *Tertium documentum est. Per hoc, quod beatissima Domina nostra cum festinatione pertexit: docentur puellæ ac fœminæ non diu extra domum manere, si possint vitare, nec fabulari in publico. Pertinet namque ad sexum fœmineum pudor, timor,* 67.

Carthu.

timor, custodia, taciturnitas, & esse in domo. Copulauit aptè hascc particulas: *Taciturnitas, & esse in domo.* Nam ex egressiooe consequenter lingua effrænatur. Quæ studet silentio, studeat & in domo commoratiooi. Profectò Maria, quæ in montana profectura erat, cum festinatiooe perrexit, vt neminem per viam posset salutare. Nam cùm Dominus Discipulis, *Neminem*, ait, *per viam salutaueritis*, eò tendit, vt viæ pedes tam velociter traderent, vt vsui loquendi prorsus essent inepti.

68. *Fœminis ex necessitate, aut pietate exeuntibus: silentiũ est necessarium. Gen. 2.* Decet fœminas apud domum commoratio. At ex necessitate aut pietate exeuntibus silentium necessarium est, Quia loquela in via fœminæ lethalis proculdubio est. Profatus Dominus, *Non est bonum, hominem esse solum, faciamus ei adiutorium.* Excitauit è costâ mulierem Textu adiiciente: *Ædificauit costam in mulierem.* Gen. 2. Appositè formatio fœminæ ædificij nomine designatur, quia fœmina ex ipsa formatiooe sui quasi domui est addicta. Egressa è domo Virgo nupta, quasi à se ipsa egrederetur, nec tamen secundam Euam imitata obticuit in via, sed cum serpente sermonem subtexuit. Quærit Alcuinus, *Cur mulier ad interrogata serpentis respondit?* Soluit sic: *Vt præuaricatio eius esse inexcusabilis.* O fœminam impudentem! è domo egressa in viâ constituta loqueris? Cum serpente sermonem admisces. Nesciebas lethalia esse fœminis colloquia extra domus reclusiooem constitutis? Aut domi contineatur, aut egressa taceat, aliàs certo periculo. *Alcui.*

69. *Dina periit, quia locuta est post egressionem. Gen. 34. Abul.* Dinæ historia non satis ponderatione versata. *Egressa est Dina filia Lia, vt videret mulieres regionis illius*, quam cum *vidisset Sichem Princeps terra illius, adamauit eam, & rapuit.* Gen. 34. Ad quæ Abulensis. *Mulieres propter sexus verecundiam non vagari, sed in domo manere debent, maximè virgines.* Deberet puella domus custodiâ contineri. An egressa vt piæ causæ operam daret? *Vt videret mulieres. Fuit* (addit ille) *curiosa in videndo, ornatum enim, & festa, quæ fiebant, voluit videre.* Profectò virgo ob curiositatem viam arripiens contra fœminarum decentiam, potuit à periculo, tacens vtique, liberari. Periit authore me, non ideo præcisè, quia egressa, sed quia cum adolescente contexuit sermonem. *Sichen* (adhuc Præsul) *adamauit eam, accessit ad eam amatoriis verbis. Cùm autem nec sic Dina consentiret* (repeliendo scilicet castis verbis adolescentis impudicitiam) *Sichen amoris violentiam ferre non valens pro illius verbis suis viribus vsus est.* Tam exitiale fœminis extra domum loqui, vt vel pudicissimus ille sermo, quo vsa virgo impudicum adolescentem infrænare curauit, ansam vi quodammodo ministrarit. *Pro illius verbis suis viribus vsus est.*

70. *Virgines fatua deperiere, quia cum venditoribus laudum, seu cum adolescentibus adulatoribus sermonem texuere. Mat. 25. Hugo. Victor.* Eu virginum fatuarum ruina. Petentibus oleum prudentes responderunt: *Ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.* Mat. 25. Vbi Hugo Victor. Non *dant consilium, sed ex obliquo commemorant crimen earum.* Quodnam crimen? Cùm è domo exiissent, sermones vanè cum adolescentibus otiosis texuisse. *Ite ad vendentes, modò videbitis, quid vos adiuuent, qui vobis laudes vendere consueuerunt,* (quas vos amicis verbis empsistis.) *Venditores sunt adulatores, qui dant laudem, vt accipiant aliquam mercedem.* Saltem gratæ virginis responsioois. Denique è claustris egressis, & in viâ locutis ianua cælestis palatij clausa est. An liceant aliquæ resalutatiooes fœminæ iter agenti, aut per plateas cursitãti? Nullæ. Nam etsi salutatio mutua Mariæ & Elisabeth à Carthusiano meritissimè commendatur (*Ex hoc quòd ad salutationem exultauit Ioannes in vtero, & ipsa mater eius repleta est Spiritu sancto, docemur, quanta sit vis salutationum bonarum*) Porro salutatio huiusmodi haud profertur in viâ, sed à fœminis apud Zachariæ domum euulgatur. *Carth.*

SECTIO SECVNDA.

Ioannis Virginis ministerio sanctificatio.

TEXTVS.

VERS. 40. ET intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. 41. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu sancto Elisabeth,

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Elisabetham Virgo saluere iubet.

ET *intrauit in domum Zachariæ.*] Nõ dixit: Elisabethæ, sed *Zachariæ*, vt à viro aptiùs domum exprimeret, & vt Sacedotale exponeret domicilium. *Dederunt* (ait Textus) *filij Israel Leuitis Ciuitates & suburbana earum.* 1. *Domus Zachariæ. Iosu. 21.*

De Tribubus filiorum Iuda, Simeon dedit Iosue Ciuitates, quarum ista sunt nomina: Filiis Aaron per familias Caath Leuitici generis Cariathарbe patris Enach, quæ vocatur Hebron in monte Iuda, & suburbana eius per circuitum. Ios. 21. In regione itaque montana sita Hebron, Sacerdotum domicilium multis nominibus illustre, & ob Terebintum procerам quidem arborem ab initio mundi cælesti manu consitam, de quâ Iosephus lib. 5. de Bello. Cap. 7. *Cernitur autem sexto ab oppido Hebron stadio, arbor maxima Terebintus, eamque memorant ab initio Mundi creati nunc vsque durare.* Egesippos lib. 4. de Excid. Cap. 23. *Terebintus illic magna arbor à constitutione Mundi fuisse asseneratur.* Et propter Adami sepulchrum, fante Hieronymo Epist. 27. in Epit. Paul. *Inde consurgens ascendit Hebron, hoc est, Cariatharbe, id est, oppidum* (seu sepulchrum virorum *quatuor*) Iustus enim functus vitâ potiùs degit in oppido, quàm in sepulchro exanimis reconditur. Antonomasticè quidem ideò reor Hebron Iuda Ciuitatem à Luca vocitatam. Inibi Zachariæ Sacerdotis domus sita, ad quam Maria ingressa est.

Ioseph. Egesi. Hieron.

2. *Virginis salutantis verba.*

Et salutauit Elizabeth. Suauissimis Virgo verbis cognatam protinùs egressam singulariter salutauit: silentio pressit Euangelista, quia iam salutandi sermo vulgariter circumferebatur. Cum osculo dicebant Iudæi: *Pax tecum,* aut *Pax vobis. Dixit ei Dominus:* Pax tecum. Iud. 6. *Cui respondit senex: Pax tecum sit.* Iud. 19. *Dixit eis Angelus; Pax vobis.* Tob. 12. *Intrantes in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui.* Matt. 10. *Stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis.* Matt. 20. Eodem vsam Virginem cum ipsis osculo reor, & ideò à Luca salutationis verba prætermissa, quia communia.

Iud. 6. & 19. Tob. 12. Matt. 10. Matt. 28.

---

§. II.

De Ioannis exultatione.

3. *Quid exultare?* Origen. Cyrill.

ET factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius. *Exultauit*, siue præ gaudio exiliuit. Origenes hom. 10. Si adhuc in ventre Matris inclusus audit Iesum, & audiens exiliuit, atque *lætatus est, &c.* Et Cyrillus Iero: Cat. 3. *Solus Ioannes in vtero existens exultauit in gaudio.*

4. *An cum vsu rationis exultatio hæc?*

Quæritur, núm Ioannis exultatio cum vsu rationis fuerit coniuncta, an vti agnus rationis expers exultauerit? Ratio est dubitandi, quia verbum græcum ἐσκίρτησε, quo Euangelista vtitur, etiam rationе carentibus tribuitur. Augustinus Epist. 57. ad Dard. dubitat. Diuus Thomas 3. p. qu. 27. a. 6. & Iansenius, negant. Affirmo tamen Præcursori vsum rationis in Matris vtero diuino munere concessum. Ambrosius: *Habebat intelligendi sensum, qui exultandi habebat effectum.* Beda hom. de Visit. *Ioannes Dominum esse, qui in vtero Virginis portaretur, intellexit.* Euthym. *Ioannes agnito supernaturaliter Domino suo, exultatione illum prædicauit.* Hieronymus Epist. 7. *Audiebat Ioannes verba Domini per os Virginis personantis, & de vtero Matris in occursum eius gestiebat erumpere.* Metaphr. de dorm. Deipar. Chrysol ser. 88. Chrys. in Ioann. encom. Græcus apud Cat. D. Thom. Concil. Basil. sess. 43. Antonin. 4. p. tit. 15. c. 27. §. 2. Clictho. lib. de Visit. Caiet. Carthu. Eckiius, & alij ex modernis plurimi contestantur.

Augustin. & alii. Euthy. August. & alii. Hieron. Metaphr. & alii.

5. *Perseuerantia in puero vsus rationis*

Perseuerauit-ne apud Ioannem præuentus hic vsus rationis? Caietanus ambigit Luc. 1. a. 3. p. q. 27. a. 3. inficiatur. Assero Deum à Ioanne amicissimo vsum rationis datum minimè abstulisse. An crediderо Deû charissimum iam ab vtero sibi infantem ex homine in pecudem subitò quodammodo commutasse? Esto prodigiosus fuerit puer ille. Núm ad id Dei potentia vllis terminis circumscribitur? Ideò teneris sub annis ciuium turmas fugisse, ideò se in solitudinem abdidisse; ideò non pueri, sed magni viri viuendi genus tenerâ in ætate instituisse reor.

6. *Coniuncta hæc cum prophetiâ, seu ipsa fuit prophetica.*

Exultauit infans. Coniunctam fuisse Ioannis exultationem cum prophetiâ, siue propheticam extitisse exultationem, Patres adnotarunt. D. Leo ser. 10. de Nat. *Præcursor Christi spiritum prophetiæ intrà viscera Matris accepit, & nondum editus puer Genitricem Domini signo clausa exultationis ostenderat.* Et ser. 1. de Epiphan. Cap. 1. *Ad salutationem Mariæ in vtero Elizabeth nondum natus Ioannes propheticâ exultatione commotus est; quasi etiam intrà matris viscera iam clamaret: Ecce agnus Dei.* Chrysologus ser. 87. *Adhuc in vtero cum membrorum compage pene concepta in Ioanne est prophetia: antè nutu Dei loquitur quàm perueniat ad vocis officium.* Et ser. 83. *Beatus Ioannes, qui antequàm videret præsentia, futura meruit nunciare.* Maximus ser. de Nat. Ioann. *Verè hic omnium beatissimus paruulorum, qui intrà viscera adhuc materna conclusus adesse Saluatorem Mundi, quia needum sermone poterat, prophetico gaudio reuelauit.*

Leo. Chrysol. Maxi.

7. *Exultatio Ioannis resalutatio fuit ad Mariam.* Augustin.

Exultauit infans. Porrò huiusmodi exultationem potius resalutationem fuisse ad Virginem salutantem existimo. Audi Augustinum Epist. 57. *Hæc exultatio planè insolita & noua extitit, quia in vtero, & ad eius aduentum, quæ hominum Saluatorem erat paritura. Ideò mira, ideò in magnis signis deputanda. Ideò hæc exultatio, & tanquam Matri Domini reddita salutatio, sicut solent miracula fieri, facta est diuinitùs in infante, non humanitùs ab infante.*

8. *Fuit ad prophetiam præparatio.* Theoph.

Exultauit infans. Denique illam Ioannis exultationem haud ineptè asseruerim fuisse ad prophetiam per os matris præparationem. Exponit Theophylactus: *Cum exultasset puer in vtero, tunc impleta est Spiritu Sancto Elizabeth. Nisi enim puer exultasset, non prophetasset illa. Itaque sicut dicunt, Prophetas primùm mente excedere, & diuinum quid pati, ac tunc denique prophetizare, ita & Ioannes forte priùs saltauit, vt diuinum quiddam patiens, posteà per os matris prophetizaret.* Exultatio igitur fuit mentis excessus, seu ad prophetiam præparatio.

§. II.

§. III.

De sanctificatione Pueri.

9. *Exultatio Ioannis liberationem indicat commenti serui-tutis.* *Chrysol.*

EXultauit infans.] Noo dubium, quin exultatio illa expressent Ioannis à captiuitate peccati originalis libertatem, gratiæque acceptam plenitudinem. Chrysol. serm. 87. *Meruit Ioannes in vtero exultat, qui originis suæ libertatem ante nosse quodammodo, quam esse meruit: ante meruit sentire, quàm viuere.* Et serm. 88. de sanctificatione huiusmodi locutus, ait, *Beatus Ioannes, quo ante diuina possidere meruit, quam humana sortiretur: Beatus qui ante cælum meruit scire, quam terram: beatus qui ante Deum capere potuit, quàm suo ipse caperetur à corpore: beatus & singulariter est beatus, qui ante quam saperet quærere, meritum conquisiuit: beatus qui non peruenit ad gratiam per laborem, sed ad labores ipsius gratia dignatione descendit.* Plura §. sequenti.

10. *An sicut Ioannes in vtero sanctificatus.* *Antonl.*

Quæstionkdo, an præter Ioanoem (vt Chrysologi proximam clausulam expendam: *Beatus & singulariter beatus.*) alij ex Diuis fuerint ex vtero donati sanctificatione? Porrò ab huiusmodi dubitatione Virginem fides eximit, deuotio autem Iosephum sponsum ob Virginis commendationem excludat. Antoomus 3. p. ti. 31 c. 8. de Iacobi minoris sanctificatione sic: *Iacobus Alphei, vt quidam dicunt, est sanctificatus in vtero matris.* Confirmat Egesippus. Addit Antoninus tit. 18. c 5 §. 6. Nicolaum, & Domioicum. *Legimus*, ait, *Ieremiam sanctificatum.* *Aliqui etiam credunt de D. Nicolao, qui nunquam fuit rectus; & de beato Dominico, quin iam in anni egredi ... lectum, ...* At ex veteri Testamento præter Ieremiam, de quo Dominus, *Antequam exires de vulua, sanctificaui te*, et De Iacobo Patriarchâ Patres affirmant. Comestor cap 66 in Gen. *Creditur in vtero sanctificatus fuisse Iacob, ... infantium præ... non esset consensus Christo ad Belial.* Credit Ambrosius lib. 4. de fide. cap 4. *Nec gens Iacob sanctum fuisse, prius quam nasceretur, qui fratrem supplantauit in materni adhuc vteri positus arcano.* Carthusianus hæresit. Ephren. Orat. de Transf. Mosem Iacobo adiungit. *Sursum Discipulos ducit in montem, & ostendit eis, se non esse Eliam, sed Deum Eliæ, & qui sanctificauit Moysem in vtero matris.* Queis adoectendum Sampsonem illa verba videntur indicare: *Erit Nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero.* Iud 13.

Comest.

Ambrof.

Carth. 1. *Ephr.*

11. *Censeo præter Ieremiam Ioannem singulariter sanctificatum in vtero. Imo de Ieremia probabiliter abnegarim.* *Ambrof. & alij.* *Abulen. & alij.*

Existimo tameo præter Ieremiam (de cuius sanctificatione verbum illud: *sanctificaui te*, in propriâ significatione accipio cum Nazianzeno, Hieron. Ambrof. Athanas Bernard. Rupert. Isidor & alijs: liceat probabiliter possem ex Abulensis Chrysostomi, Theodoreti, Eliæ Cret. & aliorum sententia asserere oppositum) nullum fuisse in vtero sanctitate donatum, quia nulla firma ratione huiusmodi sententiæ stabiliuntur. Verba enim illa, quæ Sampsoné suadent sanctificatum, propriè significant ex vtero Nazaræorum legibus subiectum fuisse, non autem diuinâ gratiâ affectû. Quod si & de Ieremiâ in singularitaté Ioânis de qua Chrysologus, aut mei Iosephi, de quo

lib. 2.) idé cures abnegare, ne verbis illis oimiû hæréscas: *Et antequam exires de vulua, sanctificaui te*; sed consule Abulensem profatum. q. 17. ad Iudic. 13. de Ieremiæ sanctificatione esse problema neutrum, oeque posse Scripturæ authoritate partem affitmantem probari. *Ante quam exires de vulua, sanctificaui te.* Hoc est, præparaui, & præordinaui te in prophetam. Verbum eoim hebræum *Cades*, sanctificare, & præparare significat. *Ego mandaui sanctificatis meis*, id est Medis, & Persis. Isa. 13. An inferas Medos & Persas fuisse sanctitate donaros: Absit, sed præparatos seu consecratos à Deo in bellum cooiicin Vnde Chaldæus Interpres apud Bibl. Reg. sic Ieremiæ verba interpretatur: *Ante quam venires in Mundum, paraui te.* Et Pagninus, *sanctificaui, id est, preparaui te.* Isa. 13. Bibl. Regia. Pagni.

§. IV.

Spiritu sancto Elisabeth oppletur.

ET repleta est Spiritu sancto Elisabeth.] An priùs Ioanne illa sancto Spiritu opplereton? Matrem propter filium repletam Patres asseruere. Ambrosius, *Non prius mater repleta est, quam filius; sed cum filius repletus esset Spiritu sancto, repleuit & Matrem.* Origenes, *Non dubium est, quin quæ tunc repleta est Spiritu sancto, propter filium sui repleta; neque enim mater primum Spiritum sanctum meruit. Sed cum Ioannes Spiritum sanctum accepisset, tunc & illa post sanctificationem filij, repleta est Spiritu sancto.* Titus Bostr. & Beda cootestantur. 12. *Elisabeth Spiritu sancto ob filium repletur.* Ambrof. Orig. & alij.

13. *Ad propheticum spiritum illa excitatur.*

Spiritu sancto Elisabeth opplera, ad prophetiam excitaror. Vnde, authore Beda, de præterito, præsenti, ac futuro tempore prophetauit. *Notandum, ait, quam Elisabeth animum gratiâ, Maria intrante, ditauit, quem simul de præterito, præsenti, atque futuro, per prophetiæ spiritum illustrauit.* Et Gregorius hom. 1. in Ezech. *Aliquando ex præterito, & ex præsenti, & ex futuro pariter animus tangitur prophetantis. Vnde Elisabeth simul de præterito, futuro, & præsenti per prophetiæ spiritum tacta est.* Venire ad se Mariam conspiciens, cógnouit, quia incarnatum Verbum gestaret in vtero; Apertè indicat, quia verba Angeli, quæ dicta Mariæ fuerant, per Spiritum sanctum agnouit, dum inquit, *Beata quæ credidisti.* subiungens autem: Perficientur ea, quæ sunt dicta tibi à Domino, quæ eam in futuro sequerentur, præuidit. Concludit Doctor, *Simul ergo de præterito, de præsenti, ac futuro tempore prophetiæ spiritu tacta est, quæ & eum promissionibus Angeli credidisse cognouit, & Matrem nominans; Redemptorem in vterô portare intellexit, & cùm omnia perficienda prædiceret, quid de futuro sequeretur, aspexit.* Gregor.

Quòd si per filium illa Spiritu sancto repleta est, consequenter asseruerim per prophetantem Ioaonem prophetiæ spiritum à Spiritu sancto ebibisse. Augustinus lib. 3. de Mirab. sacræ Script. cap. 1. *Ioannes spirituali famine per os matris de nascitura ex Vir-* 14. *O filio prophetanti Elisabeth mandauit.* August.

Zz 2 gine

gine Christo prophetauit. Dum enim Moysis spiritus in septuaginta duos consiliarios distribuitur, quid mirum si pueri adhuc in vtero manentis Spiritus per matrem loqueretur? Theophylactus, *Ioannes per os matris prophetauit.* Elisabeth os Ioanni ministrauit. Et Nicephorus lib. 1. cap. 8. *Ioannes ore materno quasi mutuo sumpto, supra naturæ captum vaticinatur. Matrem Domini Virginem vocans, similque inter mulieres benedictam.*

[Theoph.] [Niceph.]

15. Enim verò & Ioannis & Elisabethæ incrementa Virgini ministranti debentur, cuius præsentia tot gratiæ in matrem ac filium redundarunt. Id expendit Origenes hom. 9. in Luc. *Eò quòd tantum venit Maria ad Elisabeth, & salutauit eam, exultauit infans in gaudio, & Spiritu sancto plena prophetauit ea, quæ in Euangelio scripta sunt, & in vnà hora tantos profectus habuit.* Arguit hinc & Ioannis & Elisabeth ex præsentiæ Virgineæ perseuerantia profectus. *Nostra coniecturæ relinquitur, quid in tribus mensibus Ioannes profecerit, assistente Mariâ Elisabeth, Valde quippè indignum est in paruulo hora, atque momento exultare Infantem, & quodammodo gaudio lasciuisse, repletamque esse Spiritu sancto Elisabeth, per tres vero menses nec Ioannem, nec Elisabeth, per vicinia Matris Domini profecisse. Exercebatur ergo, & quodammodo in athletico sanctæ Matre per tres menses exercebatur Ioannes, & præparabatur in Elisabeth vtero, vt mirabiliter natus, mirabiliter nutriretur.* Quid non Zacharias vniuersaque familia ex præsentia Virginis bonis cælestibus exuodaret?

[*Ioannis & Elisabetha profectus, & incrementa Virginis præsentia debentur.* Origen.]

IN MARIÆ VISITATIONEM
PANEGYRIC. MORALIS SECVNDVS
Circa literam,
Ex Ioannis ob Præsentiam Mariæ sanctificatione.

OBSERVATIO I.
Ad illa verba:
Exultauit infans in vtero,

Ioannes in vtero existens perfectissimo sanctitudinis gradu ex Mariæ donatur ministerio.

Innuo, à cunabulis virtuti præstandum obsequium: bonáque proximo à nobis faciliter dispensanda.

16. MIRO rā planè Ioannis præproperā Saluatori (ex vsu rationis, quo donatú diximus) summissionem. Vix noscit, & iā Authori matutinum præstitit obsequiū. Mirabilis equidem huiusmodi antelucana gratitudo, & voluntatis ad virtutem inclinatio, à Patre luminum specialissimè descendens.

17. Quàm miratus & Iob, inquit, *Quis posuit in visceribus hominis, LXX. mulieris) sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?* cap. 38. Vbi Hieron. *Gallo gallinaceo Deus huiusmodi sensum dedit, vt emēso noctis tēpore, quasi proxima lucis memor tādē Mundo canens annunciet venientem.* Prophetis accōmodat. *De Prophetis intelligere possumus, qui certatim annunciauerūt diei, ac Solis aduentū.* Certè singulare illud verbū à *Gallo* premens, illàque recolens: *Quis posuit in visceribus mulieris sapientiā?* Ioannē hîc recognosco apud matris viscera sapientē, & galli in morem canentem, *Solem non quidem affuturum, sed adesse monstrantem Dominum nostrum.*

[*Ioannes in vtero matris intelligens, & galli instar, canens solem adesse.* Iob. 38. Hieron.]

18. Quis ergo *posuit in visceribus mulieris intelligentiā?* Ille equidem, qui Ioannem ad dignoscendū Incarnationis mysteriū apud matris viscera eleuauit. Origen. hom. 7. in Luc. *Sancta erat anima beati Ioānis, & adhuc in vtero clausa, venturāque in Mundū, per experientiā sensū sciebat, quæ Israel ignorabat.* Imo quæ Salomō ipse euigilans vir sese ignorauisse profitetur. *Tria sunt difficilia mihi, & quartū penitus ignoro, viam aquilæ &c. & viā viri in adolescentiā,* Prou. 30. Hebræi, *Viā viri in adolescentula, seu in Virgine.* Ad quæ Bonau ser. 8. de sublim fidei. *Via aquilæ in cælo fuit Christus in Ascensione. Via colubri in Resurrectione, quia coluber in petrā renouatur. Via nauis in mari in Passione. Via viri in adolescētula, seu Virgine, in Incarnatione, quā penitus se Salomō dicit ignorare.* Vberiorē ergo intelligentiā dedit Dominus Ioāni in matris visceribus existenti, quā viro, aut seni Salomoni, si quidem agnouit mysteriū tori occultū Israeli: *Per experientiæ sensum sciebat, quæ Israel ignorabat.*

[*Theodori sapientia donatus Ioannes.*] [*In visceribus matris existens, quam Salomon vir.* Origen.] [Prou. 30.] [Bonau.]

Franciscus Mayron venerabilis Seraphicæ familiæ Doctor, asserit Ioāni exultatione portendere pueri apud vterum prouolutionem vt Christo sisteretur, quem actu charitatis intensè admodum adorauit. Bonau. lib. de septem itiner æternit. dist. 5 m. 2 asserit intēsissimū amoris diuini actū illum esse, qui violētus appellatur; fortissimè enim à creaturis abstrahitur, vt vni Deò valeat colligari, Vercellen. Abbas ad c. 1. Cant. *Mentes cælestes ad similitudinem pugnantiū speculationibus, & desiderijs occurrētes luminibus feruidis & penetratiuis pūgūt eos, qui violento amore accenduntur, & ad sui ipsorū excessum quasi ad quandam spiritualem mortē prouehunt, vt viuant supra se.* Et vndenam huiusmodi violenti amoris perfectio duxit exortum? Matthæus respondet. *A diebus Ioannis Baptistæ vsque nunc Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Cap. 11. Ioannes planè violenti huiusce amoris inuentor. Abbas sic: *Ex tunc,* (siue à Ioannis apud viscera commoratione) *Regnum cælorum quasi violenter rapiunt ab his, qui stimulo violenti amoris aguntur.* 19.

[*A diebus Ioannis amoris violenti perfectissimi doctrina perrebuit.* Mayron. Bonau. Abbas. Vercel. apud Bonau. cit.]

Annon

Ann . Mariæ tanta Ioanni . . . . . be . . . Si ex cognitione Saluatoris sub vteri velamine latentis, tot Ioanni munera dispen-
20. santur, Mariæ debitor . quæ ante partum fælicissimo puero in Dominico donauit conspectu. De Sponsi visceribus Maria clamat: *Venter eius eburneus, distinctus saphyris.* Cant. 5. Alij legerunt: *Viscera eius cingulus medius.* Arcana cælestia apud viscera Christi tàm abstracta ab hominum cognitione, ve cingulo operienti comparentur. At apud Virginis vterum non solùm arcana cælestia, sed & ipse Dominus Ioanni reuelatur. Theodorus Studita pulchrè in ser. Ioan. *Qui est super omnia, & in sinu Patris manet, tanquam in aliud cælum ingressus, in vtero Mariæ se patefecit.* An non aptius dixisset: In vtero Mariæ se indutum quidem habitu humanitatis, se se adhuc ampliùs occultauit? Minimè verò: nam sicut Christi viscera cinguli in morem operimentum ostentant, Mariana viscera sine cingulo, sine operculo in morem chrystalli, arcana cuncta Ioanni reserarunt. *In vtero Mariæ se patefecit.* Quia idem fuit addici Virgineo vtero, ac Ioanni manifestari.

Mariæ Ioanni sua bona ministrauit
Cant. 5.
Studit.

Præfatus Ezechiel: *Ecce gloria Dei Israel*
21. *ingrediebatur per viam Orientalem, & terra splendebat à Maiestate eius.* Cap. 43. Nondum gloria Dei clausam Virginis portam deserit, cantantibus Angelis: *Gloria in Altissimis, &c.* sed è sinu Patris nunc viam portæ virgineæ init, & iam Ioanni in morem fulguris reuelatur. D. Thomas 3. p. q. 27. a. 3. *Gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem, id est, per Beatam Virginem; & terra, id est, caro Mariæ splendebat à Maiestate eius, id est, Christi.* Splendebat vtique Soli Ioanni, qui clausum in vtero, ex vtero vidit Saluatorem.

Ex vtero Mariæ gloria Ioanni reuelatur.
Ezech. 43.
Thom.

Quid de Mariæ salutatione attexam? Testor
22. Elisabetham Spiritu Sancto plenam, Ioannem in vtero exultantem ex Mariani sermonis prolatione. Fatur Sponsus: *Fauus distillans labia.* Cant. 6. Ad quæ Bonauentura spec. cap. 6. *Fauus distillans labia tua, quia verbum charitatis ad hominem Maria habuit in labiis, quando Matrem Præcursoris tam affectuosè salutauit, quòd etiam infans in vtero exultauit.*

Ex salutante Deiparâ sa[tis] Ioannes & Elizabetha.
Cant. 6.
Bonau.

De Ioanne Salomon: *Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum habebit amicum*
23. *Regem.* Prou. 22. Quisnam diligit cordis munditiam? ille de quo canit Ecclesia:

Antra deserti teneris sub annis
Ciuium turmas fugiens petisti,
Ne leui saltem maculare vitam
Famine posses.

Per Virginem Ioannes fit Regis amicus.
Prou. 22.

Hic quidem *propter gratiam labiorum* Mariæ culpa originis aufugiente, Regem amicum sortitus est. Bonauent. citat. *Pensate fratres quantam gratiam labiorum habuerit Maria, scriptum q . . . i: Qui diligit cordis munditiam (id est Ioannes) propter gratiam labiorum habebit amicum Regem.*

Parum . . et, initâ Regis amicitiâ, peccatum aufugisse, si non simul Ioannes cælestibus gratiis ex Mariæ eloquio redundaret. Iob profatus, *Numquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operient te?* Cap 38. Vbi Bernardinus ser. 11. de Assumpt. to. 3. *Vox in nebulâ eleuata est, gratia per orationem Virginis impetrata, ad quam sequitur impetus aquarum, quia per ipsam impetratur remissio peccatorum, & i . . . entia gratiarum.* Quod Ioannes & à culpâ originis liber, & cælestis plenus munificentiæ fructu apertè testatur. Videns igitur Ioannem procidentem ex vtero; edisce ab ætate teneriori Deo obsequium præstandum; contemplatus autem Virginem Dei gloriam illicò manifestantem, assuesce proximo gratiam acceptam haud difficilè communicare, ne spiritualis auaritiæ redarguaris.

Et bonis cælestibus exundauit.
Iob. 38.
Bernardin.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, &c.

Tota Zachariæ domus ex salutante Deiparâ bonis cęlestibus exundauit.

Vbi ediscimus maxima nobis obuenire ex Diuorum vicinio bonorum incrementa.

Existimas-ne è Mariæ pelago vnicum tantùm riuum diluentem, lætificantem Ioannem profluxisse? Communis fuit toti Zachariæ domui lætitia, salutarisque Mariani aduentus effectus salutares. Nam cùm video Mariam ascendentem ad montana, simul aquæ supernæ riuos salientes contemplor, queis cuncta Zachariæ familia repleatur. 25.

Hieronymus ser. de Assumpt. sic quædam 26.
Canticorum verba & legit & exponit: *Vidi speciosam ascendentem quasi columbam desuper riuos aquarum. Verè*, inquit, *speciosa Maria quasi columba, quia illius speciem columbæ, ac simplicitatem demonstrabat, quæ super Dominum venit. Et benè desuper riuos aquarum, quia super aquas refectionis educauerat eam Dominus, & nutrierat. Ex quâ multi educti riui omnem irrigant terram deliciarum, & infundunt hortum voluptatis.* Ex ascendente enim ad montana Virgine, & irrigante, tota Zachariæ domus in voluptatis hortum mutata est.

Ascendens in montana Maria vberrimo rigatu domū Zachariæ effecit Paradisum.
Hieron.

Munificentissimâ hodie planè Mariâ pro 27.
ratione quodammodo vtens voluntate, quin à Deo donorum Domino prohibeatur vberrima bona domui Zachariæ diffundit. Ore Isaiæ Dominus: *Dicam Aquiloni: Da. Et Austro: Noli prohibere.* Cap. 43. Bernardinus ser. 1. de Mariæ Nomi. to. 3. sic mysticè exponit: *Dicam Aquiloni, . . . , . . ab Mariam* (quæ Aquilonis, ob virginitatis integritatem omninò frigescente concupiscentiâ nomine signatur) *vt de gratiâ suâ tribuat. Et Austro, id est, Spiritui Sancto, vt non prohibeat, quin potius abundantius per ipsam de suis charismatibus immittat.* Maria igitur non modò non prohibita, sed potiùs excitata, munificentissima quidem, quot bonis Zachariæ domum cumulatit.

Mariæ vberrimè diffundis dona, ab Spiritu Sancto minimè impedita, Zachariæ familiam implens.
Isa 43.
Bernardin.

Redeo ad Ioannem, cuius eximius inter 27.
cunctos Diuos profectus, Mariæ præsentiæ debebantur. De Baptistâ Dominus: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne.* Quia priusquàm nasceretur, Mariæ officinam ingressus est. An non ille maximus Vatum, & plusquàm Propheta? Didicit

Maximus inter natos Vates surrexit, quia didicit ex Mariâ.
Ambros.

à Mariâ. Ambrosius lib. 1. in Luc. *Benè inducitur sancta Maria & exhibuisse afficium, & mysticum numerum custodisse. Non enim sola familiaritatis causa, quòd diu mansit, sed etiam tanti Vatis profectus.* Vt ter magnus Vates trium mensium curriculo apud Marianam aulam tanti vaticinij gloriam edisceret.

28\. *Maximus Virgo inter omnibus surrexit, quia Virgo virginum eum edocuit.* Damian.

Num non virginitatis fortissimus assertor, cuius candorem sanguine purpurauit? Didicit ex Virgine. Petrus Dam. ser. de Ioan. *Quid quòd non semel tam sanctorum amplexuum fuit celebrata coniunctio? Mansit Maria quasi mensibus tribus. Tanto tempore manet cum Elisabeth virginalis integritas, & nunc dulciori colloquio, nunc amplexu feliciori Ioannem puerum consecrat, & insignit. Quocumque autem modo rei huius veritas decernatur, illud certum est, quia multum contulit puero nasciture tam felix, & morasum intemerata Virginis hospitium.* Huiusmodi enim mora Virginis, iterata oscula seu amplexus virginitatis Ioannis intensionem eximiam adeò operantur, vt meritò virginum post Christum & Mariam magister prædicetur. Ambrosius de Inst. Virg. cap. 7. *Nec immeritò mansit integer corpore, quem in tribus mensibus oleo quodam sua præsentia, & integritatis augmento Domini Mater exercuit.* Augmento quidem integritatis exercetur, vt virgo integerrimus inter natos mulierum exurgat.

Ambros.

29\. *Ioannis gratitudo coram Virginea Arca prosiliente.* Maxi.

Sese Ioannes ob dona accepta Virgini pergratum exhibuit debitorem ostentans. Exultauit etenim, Dauidis in morem, coram Arca veracissimâ, fante Maximo hom. 1. de Ioan. *Nullus ignorat omnium paruulum materno ex vtero prodeuntem inter ipsa lucis exordia mæstis concrepare vagitibus. Solus Baptista natiuitatem suam lætitia exultatione præuenit.* Marianæ quippe Arcæ sistitur, & eius exultatione aduentũ concelebrat. Eusebius Emis. Fer. 6. Adu. *Dic infans, dic Prophetarum omnium maxime, qui digne satis non Propheta, sed plusquam Propheta vocaris, vnde tibi hæc exultatio? Nondum natus es, & prophetas? Matrem Domini cognoscis; quam, quia resalutare non potes, exultando, agis, quod potes. Quàm lætus ei occurreres, si iam natus eam videres, cuius voce auditâ, exultando obuiàm exire conaris!*

Emissen.

30\. *Plena Elisabeth è thesauro Mariæ, ipsam salutantem resalutauit.* Emissc.

Ad Elisabetham pergo, quæ ex Mariæ abũdantia, redundante quidem pelago Spiritu sãcto plena esse prædicatur. Citatus Eusebius, Repleta est Spiritu sancto Elisabeth. *Quasi autem magnâ vi* (gratiæ scilicet è Virginis mari profluente) *Elisabeth interius commota non solùm Virginem resalutauit, verum & voce magnâ clamauit dicens: Benedicta tu.* Profectò ex abũdantia cordis locuta Virgo, cum *salutauit Elisabeth.* Fatur Dominus apud Matthæum. *Ex abundantia cordis os loquitur, bonus homo de bono thesauro profert bona.* cap. 12. Ad quæ Bernardinus ser. 9. de septem verbis Virg. *Quis inter puros homines melior homo excogitari potest, quam illa, quæ meruit effici Mater Dei? Quis thesaurus melior, quam ipse diuinus amor, quo fornaccum cor Virginis ardens erat? De hoc igitur corde quasi de fornace diuini amoris Virgo beata protulit verba bona, id est, verba ardentissima charitatis, cùm Elisabeth locuta est, illam salutando.* Donata ergo Elisabeth tantis ex Mariæ salutatione cælestis thesauri diuitiis pleno illam ore *resalutauit: Benedicta tu.*

Mat. 12. Bernard.

31\. Quid de profectibus ob Mariæ conspectũ Zachariæ Sacerdotis attexam? *Habitauit Arca Domini in domo Obededon tribus mensibus, & benedixit Dominus Obededon, & omnem domum eius.* 2. Reg. 2. Et Zacharias bonis cælestibus non donaretur familia vtique reduodãte? Origenes hom. 10. in Luc. *Visitante enim, & Deo volente redimere populum suum, mansit Maria cum Elisabeth tribus mensibus: & per ineffabilem quandam virtutem non solùm Ioannẽ, sed etiam Zachariam instruxit. Paulatim enim & hic,* Obededonis in morẽ *per tres menses, multis Spiritus augmenta percipiebat.* E dictis perdisce, quantis spiritus donemur ex Diuorum vicinio incrementis.

Et Zacharias in Arca apud se commoratione cælestibus donis expletur. 2. Reg. 6. Origen.

Observatio III.

Ad illa verba.

Exultauit infans in vtero.

Maria pugnax peccatum originale, quo Ioannes tenebatur, comminuit.

Vbi innuitur totum auditorum profectum concionatori iusto tribuendum.

32\. IOANNES Ductricis Mariæ Sunamitidis choros castrorum ducentis voce, seu signo exaudito, protinus exultauit ad bellum. Pugnãs enim accessit, quæ Saluatorẽ, quem vtero gestabat, fulgure peccati, quod Ioannem illigabat, tenebras erat fugatura.

33\. *Posuerunt* (clamat Dauid) *signa sua signa sicut in exitu super summum.* Psal. 73. Vbi Theodoretus, *Trophæa, quæ signa, & indicia victoriæ sunt. erexerunt hostes* inuisibiles *supra portas nostras* Hieronymus accommodatius exposuit. *Posuerunt signa sua in trophæum manifesta in introitu desuper.* In introitu quidem seu conception Ioannis summi quidem inter natos [illegible] rum, peccati ac Diaboli trophæa vol[illegible] *In exitu super summum* Nec enim [illegible]ro summo communis clades pepercit. [illegible] essit Bellona Maria, trophæáque, hostibus euictis, erecta proiecit. *Tulerunt olim Philisthiim Arcam Dei, & intulerunt eam in Templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cùmque surrexissent diluculo Azotij, ecce Dagon iacebat, pronus in terra ante Arcam Domini.* 1. Reg. 6. Quidni in Templum Dei futurum Ioannem ingressa Arca Maria Dagonem, peccatum originis deturbaret?

Maria ex Ioannis arce abstulit signa victoria, quæ peccatum tulerat: Dagonem communis. Psal. 73. Theodor. Hieron.

1\. Reg. 6.

34\. Templum Deo consecratur quod Diabolo dicatum fuerat, vnde signa peccati originalis Dæmon extulerat in exitu super summum?

Debet Mariæ Sospitatori suo Ioannes victoriam, quã Paulusque nondum natus habuit.

mum?

Gal. 6.

num? Mariæ pugnanti debetur victoria. Galatis Paulus. *De cætero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Cap. 6. De præterita apud culpam captiuitate molestiam permittam, qui seductus à Diabolo persequutus sum veritaté. At de cætero nemo mihi molestiam inferet, si me non signo peccati, sed Christi aspicit ornatum An non id Paulus Mariæ debet ministerio? Pulchrè Igoatius Mart. epist. 7. *Paulus stigmata Christi in carne sua circumtulit. Cuius cum memineritis, prorsus cognoscitis, quòd Iesus natus est ex Maria.* Num non accommodatiùs adhûc inclamâro: Cum Ioãnem videtis Christi apud vterum sanguine rubricatum, cognoscitis, quòd Iesus nondum natus est ex Maria? Ideo Mariæ quodammodo plus debetur Ioannis victoria. Debet quidem Paulus, quia Iesus natus ex Virgine quætere venit peccatores, nam relicta Matre adhærescit vxori. At eum apud vterum commoratur, potiùs quodammodo portatur, vt quærat, quàm ipse ad hostem comminuendum exiliat. Vnde Ioannes plus debet Mariæ Ducem ad se afferenti, vt adhuc in vtero gerat, quod natiuitati promissum est.

Ignat.

35\. Tropbæo ergo acquisito, Maria Iesu spolia consecrat. *Dabo tibi*, ó Nate, lactis vices gerens *poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.* Cant. 8. Malum granatum illos exprimit ex Philippo, qui hostes horribiles comminuêre. Hoc Ioannis poculum tibi meum vtique consecro, quia auxilio meo hostes superauit. *Meorum* (ait Abbas lib. 4. cap. 35. *forte ideo dicit Virgo, quia quisquis amans Christum pugnæ se addicit, ipsa illi auxilium, & curam impendere gratulatur: & quidquid ille proficis, totum proprium arbitratur.* Edisce totum proprium concionatoris, seu spiritualis parentis esse, quidquid auditor proficit aut alumnus.

Maria bene victoriam suam appellat.
Cant. 8.
Philip.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero.

Ioannis liberatio Mariæ tribuitur, quia Deus non vult vincere nisi ex Mariæ consortio.

Vnde colligo, Diuorum necessarium auxilium.

36\. SCio Christi aduētui tātiq; Ducis fortitudini deberi huiusmodi ex Damasco spolia auferre. Cur ergo Ioãnis peccato originali aufugiente cedit Mariæ victoria? Existimo, quia Iesus haud sese victoriæ vlli comparandæ accingit, nisi ex Mariæ ministerio, aptiùs (si fari liceat) dixerim adiutorio.

37\. Asserit Aimonius lib. 3. cap. 81. Clotarium Francorum Regem adhuc infantem parente fuisse orbatum. Fredegundis mater irruentem exercitum superatura Clotarium infantem in vlnis gestans iuber militibus vt siceuntem in prælium (Ducem ne, an Ductricem?) sequantur. *Placuit* (ait ille) *cunctis, quod dux rat Regina, ex consilij sententia Regem adhuc mamis sugentem vbera ferrata agmina sequũtur.* Sequitur certè Ioannes Iesum nondum Matris sugentem vbera, sed vtero clausum. An audebo profari? Vtrique cedit victoria.

Cedit victoria lesu, sed in vtero Matris commoranti.
Aimon.

38\. Celeberrimus Iosue triumphus, cum stante Sole, ac Luna, hostes comminuuntur Reges, Gabaoniti Israeli hærentes liberantur. *Sol*, inquit, *contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon.* Ios. 10. Et cur Lunæ aduocatur auxilium, si Solis radios solummodo exigeret victoria? *Steterunt Sol, & Luna.* Richardus Laurentius asserit Lunam Mariam, cuius statio ad victoriam requiritur, stante iustitiæ Sole, quia sine Maria non vult verus Iesus hominum hostes debellare.

Sol vincit verius, sed Luna Maria simul pugnantes.
Ios. 18.
Laur.

39\. Nunquam Mariam relinquit, sed postquam ex vtero egreditur, quasi in vtero adhuc moraretur, in Maria pugnat, & vincit; vt victoria & Duci & currui debeatur. Isaias, *Dominus exercituum præcepit militia venientibus de terrâ procul. A summitate cæli Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram.* cap. 13. Id est, vt Diabolum, ac peccata cuncta comminuat. Quare *a summitate cæli* agit triumphú, nisi quia sine Mariâ non vult gerere trophæum, vt pugnanti vtrique & Duci & currui victoria cedat. Chaldæus. *Venientes a terra longinquâ à finibus cæli Dominus.* Non aptè copulantur *Venientes, & Dominus.* Cur non dixit, *Veniens Dominus*? Quia nunquam solus aduentat, dum victurus apparet, sociam Matrem tam vnicè secum adducit, vt quasi vnicus Dux aduentare, pugnare, ac vincere videatur.

Nunquam a Iesu pugnaturus currum Mariam relinquit, vt pugnet in ipsa mater, & ipse in Matre decertet.
Isa. 13.
Chald.

40\. Recole eiusdem Prophetæ illud celebre vaticinium: *Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebuntur omnia simulachra.* Diabolus Iesu vincitur fortitudine, sed è nube Maria vires exerit. Sol effugat tenebras peccatorum, sed ab orbe, seu cælo suo minimè descendit. Pulchrè Anastasius Synaï. lib. 3. Exam. *Quando ex præsepe Bethlehem in Ægyptum cum sua Matre fugiente ab Herode, versatus est, statim terra Ægypti detegitur, deponit tenebras, Solis iustitiæ lumen induit. Versatus est enim cum proprio orbe, nempe Matre.* Vincit-ne, quia in Maria dimicat? Certè, qui sine Maria non vult vincere, ideo dicitur aptè vicisse, peccatique tenebras à Ioanne ablegasse, quia versatus est in proprio orbe Maria.

Sol Iesus Ægypti simulacra vincit, ab orbe suo, id est Maria non recedit.
Synai.

41\. Cadat Iesus ab orbe proprio suo, vereor, nulla erigenda trophæa, quæ ex Iesu orbem suum habitante multiplicabantur. *Mortua est* olim Sara Abrahami vxor *in Ciuitate Arbee.* Gen. 23. Vbi Rupertus lib. 6. cap. 35. *Notandum, quia Deus vlterius Abrahæ apparuisse non legitur.* Quonam mysterio qui superstite Sara Abrahamo apparuerat, sæpè post vxoris obitum non apparet? Vt respondeam, præmitto singulas Dei ad Abrahamum apparitiones

Non vult Deus solus pugnare, vnde Maria recedente, trophæum abdormit, & tropheum.
Gen. 23.
Rupert.

tiones subeundis magnis laboribus copulatas fuisse. Apparet Deus Abrahæ; [illegible] illum à patrio solo eijcit exulare. Apparet Conditor Patriarchæ; sed difficilem circumcisionis legem ei indicit. Apparet rursum, sed imperat Ismaëlem è domo eiici. Apparet adhuc; sed horribile parenti imperium immolandi vnigeniti peruulgatur. Huiusmodi ad tentationes duo præsidia muniebantur, Abraham, & Dei pugnantis secum præsentia, & Saræ adstantis societate. Iam respondeo quæstioni. Moritur Sara, & Deus potentissimus olim pugnator non apparet adhuc cum Abrahamo aduersus hostes congressurus: quia sine Maria quam ex Richard. Laurent. sententiam Sara expresserat) non vult Dominus in hominibus triumphos exercere.

42. *Manu vtraque & Iesu & Maria quæque vulnera hosti infliguntur.* Luc. 22. Laurent. Iustin.

Quæcumque igitur vulnera hosti infliguntur, manu vtraque & Iesu & Mariæ perfici contemplemur. Petrus ab hoste deturbatur, comminuitur; Iesus autem debellaturus diabolum, & peccatum deleturus: *Conuersus respexit Petrum, & egressus Petrus fleuit.* Luc. 22. Ad quæ Laurentius Iustin. lib. de Christ. agon. Cap. 8. fatur: *Respexit Petrum Dominus, non corporis, sed pietatis oculis. Eodem modo respexit Petrum, quo respexit humilitatem ancillæ suæ, sed non pari affectu.* Quasi Dominus, vt Petrum respiceret, hostéque ablegato victoria donaret, acies oculorum transire efficeret per Mariam, siue vtramque aciem copulari.

43. *Ideò pugnaturo Domino aduersus mortem Maria aduocatur.* Ioann. 11. Chrysol.

Huc reuoco vulgare illud Chrysologi ser. 64 non vulgariter meum argumentum roborans. Fiduciam accipit Martha, quod Dux cælestis mortem victricem in Lazaro omninò debellaret. Vnde mox *adiit, & vocauit Mariam sororem suam silentio.* Ioa 11. Quare Mariam aduocauit, Domino pugnaturo? An quia ad victoriæ comparationem necessaria erat Mariæ veræ concertatio. Certè qui sine matre vincere non vult, præsentiam matris requireret ad captandum triumphum. Vnde quasi ad pugnam victricem necessarium apparatum Martha sororem materni nominis baiulam adduxit. *Quia sine Maria (ait ille) nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari. Veniat Maria, veniat Materni nominis baiula.*

44. *Vide à Iesu & Maria portà, orum ... gauet.* Rom. 10. Cyril.

Iam clamet Apostolus: *Quam speciosi pedes euangelizantium pacem.* Rom. 10. Vbi Cyrillos Alex. hom. in Nest. apud to. 8 Concil. *Sunt enim admodum speciosi pedes euangelizantium pacem. Quam pacem? Dominum nostrum Iesum, quem peperit Maria, sicut ipse voluit.* Proximam particulam: *Sicut ipse voluit*, sic expendo. Voluit adeò victoriæ respectum è se, ac matre charissima fulgorare, vt euangelizantes pacem, aut victoriam à Domino reportatam, deuictis hostibus, necessariò debeant à Nato Virginis prole lam, & pugnam, & triumphum inclarare.

45. *Quodammodo iniuste Dominus sine Maria vicisse triumpharet.* Gal. 4.

Addiderim tàm adnatum hunc morem vincendi Christo ex sua propria dispositione, vt si quando sine Maria pugnaret, & vinceret consequenter hostes, quasi iniusta, & quodammodo subreptitia illa victoria videretur. Paulus rursum: *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum Factum de Muliere* Gal. 4. Ad quodnam Dei Filius ministerium immittitur, nisi ad hostes hominum debellandos? Cur addidit Apostolus: *Factum ex Muliere.* Bellè occurrit Irenæus lib. 5. ad. hæres. *Nec enim iustè victus fuisset inimicus, nisi ex Muliere esset, qui vicit eum. Per Mulierem enim homini dominatus est ab initio. Propter quod & Dominus semetipsum filium Mulieris confitetur.* Ac si diceret: Non solus egressus est Diabolus hominem victurus, sed cum muliere, vtrique cedente victoria. Igitur Iesus mortem, peccatum, ac Diabolum deleturus haud solus, sed cum muliere accedit potentissima. Nec enim (Dei more ac dispositione, pugnandi semper Maria socia vigente) iuste quodammodo victus fuisset inimicus, nisi ex muliere esset, qui vicit eum, id est, nisi vtraque ad vulnerandum hostem manus simul exercetur. Edisce etiam pro te Domino pugnaturo, opus esse Diuorum auxilium inuocari. Iren.

Observatio V.

Ad illa verba:

Exultauit infans in vtero.

Maria euertit humanæ naturæ domum, vt deperditam drachmam Ioannem inueniat.

Imuo vel circa opera eleuatissima, naturæque morem superantia nos audere ex Diuorum exemplo operæ pretium esse.

DVm Ioannem intueor coram Dei Tabernaculo exilire infantem, verbi labiis parentis proferre, antè natalium ab originis labe mundari, totúmque Præcursoris muneri addictum, cum qui needum infantilibus fasciis illigatur, cognosco Mariam adesse, cuius diligentia domum naturæ creatæ euertentis drachma recuperatur pretiosissima. 46.

Euæ incuriâ Ioannes drachma periit, Mariæ diligentia comparatur; accendit enim lucernam Christum lucem Mundi, ad domum Zachariæ, seu humanæ naturæ domicilium adfert, legésque naturæ ipsius euertédo, drachmá recuperat Conditori. Cur non prius de infantum more nascitur, quàm sanctificationé donetur? *Euertit domum* sollicita mulier, non solúm Sanctus oritur, sed & inter natos mulierum maior exurgit. Chrys. ad illud: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* ait ser. 142. *Mulier, quem virum quæris, quem tu in Paradiso perdidisti?* Euâ alloquitur, quæ hominem drachmam scilicet in Paradiso, quæ Ioánem in domo Zachariæ perdidit. Accurrit Maria, domû euertit, leges naturæ aboledo, vt domo euersâ nummus inueniatur. *Prætermitte, o Virgo, naturæ ordinem, ecco nosce ordinem Creatoris*, Ac si diceret: Quæritis, quonammodo sine viro valeas parens effici Salvatoris. Fœminam ex viri consortio parere, ordo naturæ est,

47. *Ioannes drachma deperdita ... Maria domû naturæ euertendo acquiritur.* Chrysol.

est , quem euertit Creator , te ſine viro Matrem conſtituens. Edocta ergo Maria ordinem naturæ prætermiſit , vt Ioannem ante naturæ tempus inueniret.

48. *Ordinem Creatoris circa conceptionem Mariæ, ipſa circa Ioannis ſanctificationem imitata eſt. Chryſol.*

Illa particula : *Recognoſce ordinem Creatoris,* ponderanda eſt. Vt Maria ordinem naturæ circa Ioannis ſanctificationem prætermittat, monetur vt ordinem Creatoris circa ſuiipſius ſanctificationem recognoſcat , quam ad Ioannis acquiſitionem imitetur. Deus humanæ naturæ domum euertens , Mariam inuenit ante quàm à matertera perderetur? Recognoſcens ergo Creatoris circa ipſius conceptionis gloriam , euertens Maria , ſeu prætermittens ordinem naturæ, Ioannem adeò in vtero ſanctificari curauit , vt non ſolum Sanctus , imò & cunctorum maximus naſceretur : *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne.*

49. *Videns Simeō Mariam contra naturæ leges ornatā à conceptu, gentium ex conſuetudinis euerſione, credidit futurā ſalutarem. Luc. 1.*

Mittendum Saluatorem à Patre ad oues, quæ de Iſraele perierāt reuocandas, ad drachmas Hebræorum inueniendas Simeon audierat. At Mariam aſpiciens lucernam cæleſtem geſtantem, inclamauit : *Lumen ad reuelationem gentium.* Luc. 2. Et vndenam ô ſenex prudētiſſime collegiſti Ieſum gentibus contra illud, *In viam gentium ne abieritis* , & contra Patris immiſſionem futurum ſalutarem ? Virginem video à legibus communibus omninò abſtractam, quam Conditor domum euertendo ſibi acquiſiuit ante quàm perderetur. Ea eſt proculdubio, quæ lucernam geſtās manibus euertendo domum , ſeu leges ſtabiles planè , gentes drachmas inueniet : *Lumen ad reuelationem gentium.* Timotheus Ieroſol. orat. de Simeo. *Iuſtus Simeon oculos huc illucque circumferēs vidit multas mulieres : verum ſingulas ſub ſchemate, ornatuque humanæ naturæ proprio affectas. Solam autem Virginem quodam diuino , infinitoque lumine circumfuſam animaduertit.* Vnde ex euerſione domus ſeu humanæ naturæ geſta à Deo circa Mariæ gloriam , collegit Virginem domum euerſuram vt deperditas drachmas, ſiue gentes inueniat.

Timoth. Ieroſol.

50. *Cuncta Mariæ inuentrici drachmarū gratulantur. Alcuin.*

Quàm aptè hodie Zachariæ domus euertitur , vt geſtiens è ſedibus conuulſa obuiam Virgini procedat ! Ioannes lætus occurrit, Eliſabeth exultat , ſenex præcinit , vt inuentrici drachmæ valeant congratulari. Alcuinus. *O Virgo* , (exclamat) *lampas lucidentiſſima, quantos hodie lætificāſti , quanta ſplendore gloriæ Dei illuſtrata , deſideratum illud lumen , quo inuenta eſt drachma decima ſedentibus in tenebris protuliſti !*

51. *Ioannes quo citius, quod Eliſabeth domum etiam in Maria exemplo non euertat ad ſpeciem eius partum. Chryſol.*

Sed & infantem Ioannem non eiulantem, ſed clamantem exaudio aureo ex ore Chryſoſtomi. Iniquè facis , mater , quæ tardas. Lux venit , ſolue matutinum , opus eſt ſanguine, qui Mundum emat , *oportet me Agnum oſtendere.* Et vndenam Eliſabeth iniquitatis à nato arguitur ? *Iniquè agis.* An antè tempus à naturā conſtitutum natus eſt enitendus ? Profectò vt Ioannes inueniretur tota à Maria domus euerſa eſt. Quidni & parens euerteret domū, vt antè tempus pareret inſtitutum : ſiue potiùs euerſæ iam à Maria domus oſtentaret effectus, Ioannem illicò enitendo ? Ediſco vel circa auguſtiſſima ſequendum exemplum Diuorum. Euertit Deus naturæ domum vt Maria ſine labe concipiatur. Euertit Maria domū naturæ , vt Ioannes in vtero ſanctificetur. Exigit Ioannes à matre ante tempus, domus naturæ euerſione, parturire.

OBSERVATIO VI.

Ad illa verba :

Exultauit infans in vtero.

Ioannes fæliciſſimè ſub ſtellà Mariæ exoritur futurus omnium fortunatiſſimus.

Vbi puerorum fælicitatem adnoto, qui Deiparæ mancipantur obſequio.

EXVLTAVIT , inquam , infans Ioannes *vt gigas , ad currendam viam.* O quàm felici curſu procedit ex vtero ! *A ſummo cælo egreſſio eius , & occurſus eius vſque ad ſummum.* Gigas-ne Ioannes exultauit ? Fatur Dominus, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior.* Cuncta ei fæliciſſimè obueniunt , quia ſub Mariæ patrocinium ex vtero exurgit. Omnia fauſta ei , qui à cunabulis Mariæ alumnus eius deuotioni operam impendit. 52. Pſal. 18.

Meum eſt (clamat Virgo ex ore Sapientiæ) *conſilium , & æquitas.* Pro. 8. Hebræi quidam illud : *æquitas* ſic legerunt : *Mea eſt Fortuna.* Petrus Damianus Deiparæ ſententiam accommodat , à qua eſt hominum Fortuna. Quàm fortunati , qui ſub Mariæ protectione naſcuntur , dum à rationis aurorā eius obſequio mancipantur. An non Mariæ nomen *ſtella* ? Fortunatiſſimus ſiue (vt Hiſpanè exponam) *con feliciſſima Eſtrella* Ioannes exortus, qui ex vtero Mariæ publicatur alumnus. Quid mirum cunctos præſtantiā ſuperāſſe ? Quid mirum Prophetarum parentem exurgere, Regibus ſecularibus incutere pauorem; Regi ſeculorum autem ſic adhæreſcere , vt neceſſum quodammodo alteri Ioanni præmonere: *Non erat illa lux ?* Quid mirum Ioanni licèt veritatis aſſertori (quod aſſolet inimicos irritare, & facere) cunctos , etiam extra fidem conſtitutos plaudere ? Damianus ſerm. 25. *Ioannem ſummæ felicitatis immenſitas irrorauit , inter natas mulierum haud ſurgente feliciori.* Profectò naſcens ſub Mariæ ſtellā , imò antè quàm naſceretur ſtellæ Marianæ addictus non potuit non ſummā donari fælicitate. 53. *Fortuna feliciſſima Mariæ deuotionē comitatur, Ioannem teſtor.* Pro. 8. Damian.

An non verè Sapiens ? *Inuocaui , & venit in me ſpiritus Sapientiæ , & præpoſui illam Regnis , & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. Super ſalutem , & ſpeciem dilexi illam , & propoſui pro luce habere illam.* Sap 7. Et quænam illa Sapientia , pro qua ſeſe cunctis terrenis bonis fælicitate omnimodā ſapiens ille geſtiit exuere ? Addit, *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius.* Bonum , quod inueni me fælicitate 54. *Simul cum Maria cuncta nobis obueniunt bona.* Sap. 7.

tate efficit cælesti redundare, vnde cuncta terrena despicere curo. Quodnam, quæso bonum inuenisti? Respondet Idiota sapienti, sapientissimè quidem, in Prol. ad Contemp. de Virg. *Inuentâ vere Mariâ, inuenitur omne bonum.* Illud aduerbium: *Verè*, sic replicandum: *Verè inuentâ Mariâ, verè omne bonum reperitur.* Mundialia etenim vera bona minimè, licet ex munificentissimæ huius stellæ influxu temporaria sæpè fælicitas Mariæ alumnos consequatur.

(Margin: Idiota.)

55. Nato Gad, clamauit Rachel: *Fæliciter.* Gen. 30. Si Elisabeth partus sterilis Rachelis partum sequitur, natum infantem sub stellâ Mariâ potest clamoribus celebrare: *Fæliciter, fæliciter.* At si (authore Richardo Laurent.) Rachel pulchra pariens typum gerit Deiparæ fideles enitentis, exorto infanti, qui à cunabulis seu à rationis vsu nomen dat Mariæ, verè Mater dilectionis pulchræ proclamat; *Fæliciter.* Vis obiiciam oculis tuis Mariæ alumnum fælicitate omnimodâ ornatum? *Gad*, inquit, Iacob, *accinctus prælabitur antè eum., & ipse accingetur retrorsum.* Gen. 49. Legit Pagninus, *Gad exercitum succidet, & ipse succidet calcaneũ.* Proxima hæc particula Zaram respicit historiam, cùm arrepto fratris calcaneo, illum impediuit, ne priùs nascens primogeniti seculari iure potiretur: licèt posteà sanguine Dominico rubricatus voluntatiam paupertatem sequi gauisus fratrem expediuit ad exortum. Et cur cunctis bonis abdicatis Zaram vnico rubro stamine contentus est? Quia se Iesu propinquum agnoscens ex vtero cunctarum fælicitatum vertici collocatur. Gad itaque ex vtero dicatus Mariæ Racheli, sub eius fælici omine exortus ita incedet fæliciter & spiritu, & corpore, vt nullios debeat fortunæ inuidere. Non solùm *calcaneum* tenuit, sed & *succidit*, vt impossibilis reddatur egressio, & præcursio. Nullus enim Mariæ alumnum potens anteire fœlicitate.

(Margin: *Bis fælix & corpore & spiritu, qui à cunabulis nomen dat Mariæ.* Gen. 30. Gen. 49. Pagni.)

Videri Mariam vel à sene semel, spiritûs & corporis affert fælicitatem: quid ad eius obsequium exoriri? Senex quidem Dionysius Areopagita Virginem semel aspexit. Quanam putas fælicitate? *Cum à Ioanne* (inquit Epist. ad Paulum) *ductus fui ad Deiformem præsentiam altissimæ Virginis, tantus me splendor circumfulsit exterius, & plenius radiauit interius, vt nec corpus infælix,* (attende) *nec spiritus posset tantæ fælicitatis insigne sustinere.* 56.

(Margin: *Spiritus, & corporis fælicitas est semel Mariam videre: quid semper ei seruiret* Dionys.)

SECTIO TERTIA.

Elisabeth de Virgine Encomium.

TEXTVS.

VERS. 42. 

ET exclamauit voce magnâ, & dixit: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. 43. Et vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? 44. Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. 45. Et beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. 46. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum. 47. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo,

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Elisabeth fructum, & arborem benedictionibus redundare asseruit.



1\. ET exclamauit voce magna & dixit.] An magnæ admodum Mariæ laudes possent nisi magno excitato clamore exprimi? Imitata Elisabetham postmodum altera fœmina præmisso clamore, Virginis euulgauit elogia: *Extollens vocem quadam mulier dixit: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.* Luc. 11. Vt in ore duarum mulierũm constaret Mariæ laudes magnas magnâ voce celebrandas esse.

(Margin: *Magna voce Maria commendanda.* Luc. 11.)

2\. *Voce magnâ.* Potiùs ad affectus, quàm vocis magnitudinem allicio. Vocem enim modestè arbitror eleuatam fuisse. Caietanus. Exclamauit voce magnâ. Intellige tamen modestiâ seruatâ. Repletam Spiritu sancto audio. *Et repleta est Elisabeth Spiritu sancto.* Num spiritus ille ex vocis elatione profunderetur? Doctor modestiæ Spiritus sanctus quamcumque immoderatam elationem comprimeret. Addit Cardinalis *Spiritus sanctus nullius immoderaminis author est.*

(Margin: *Magna voce modestè eleuata: vnde illa magnitude magnum ostendit affectum.* Caiet.)

3\. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.*] Iesu benedictionem absolutè; benedictionem Mariæ addito moderamine *inter mulieres* expressit è Caietan. *Vide differentiam; nam Mariam benedictam cum limitatione, Iesum verò benedictum sine vlla limitatione dixit.* Edocens encomiastes veris elogiis Diuos celebrare; nec enim extollitur vnius sanctimonia ex alterius demissione, aut elatione alienâ falsò & inaniter excogitatâ.

(Margin: *Docentur encomiastes modestè, ac verè laudare.* Caiet.)

Benedicta

Benedicta tu. An sermo imprecatiuus? Assertiuè prolatum cum eodem Caietano existimo. Non imprecatiuè, sed assertiuè dicuntur hæc verba. Reddit rationem, *Iam enim conceperat Dei Filium, & erat super omnes homines benedicta meritò.*

4. *Assertiuè dicitur Maria benedicta.*

Inter mulieres. Cur non dixit: Inter homines, vt cunctam humanam creaturam superare significaretur? Existimo laudari Virginem hic à Maternitate, quâ cunctas fœminas, Deum concipiens, sine viri consortio generans, sine grauedine portans, facilè vicit. Titus Bostren. *Benedictam inter mulieres appellat; nulla enim mulier tantam vnquam consecuta est gratiam, neque consequetur vnquam, quant in Mater Domini.* Ex eo, inquam, quo Mater ostentatur.

5. *Cur inter mulieres?*
Bostren.

Et benedictus fructus ventris tui. Hoc addit (cum Caietano loquor) *Spiritus Sanctus per Elizabeth ad verba Angeli.* An non vt exprimeret ad Angelorum chorum hominem admitti, cùm salutationis carmina celebrat.

6. *Adhibitum hoc ad Angeli verba.* Caiet.

Benedictus fructus. Vis obiiciam tanti fructûs benedictionem? Audi ex Bernardi ore, apud Tilman. *Benedictus in odore, benedictus in sapore; benedictus in specie. Huius odoriferi fructus fragrantiam sentiebat qui dicebat: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. De sapore huius fructus qui gustauerat, taliter eructabat: Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus: Et, quàm magna multitudo dulcedinis tua Domine! Et ipse fructus de se: Qui edit me, adhuc esuriet. Vtique propter saporis dulcedinem hoc dicebat, quia semel gustatus magis excitat appetitum. Audi de specie: Ex Sion species decoris eius. Et alibi, speciosus formâ præ filiis hominum.*

7. *Quamto benedicto fructu, benedictio.* Bernard.

Ventris tui. Appositè additum, vt ostendatur commune esse & Iesu & Matris encomium. Addit Abbas: *Benedictus ergo fructus ventris tui. Ex cuius benedictione benedicta etiam tu in mulieribus, quia non potest mala arbor bonum fructum facere.*

8. *Commune laus Iesu & Mariæ.* Bernard.

Fructus. Quare fructum appellat? Metaph. Orat. de vit. & dorm. Virg. *Fructum appellat admirabiliter, vt qui cum viri semine nihil habuisset commune.* Rectè quidem; sed plus arridet Caietani expositio, fantis: *Vtitur naturali vocabulo fructus, vt verè productum fructum ventris naturalibus officiis significaret.*

9. *Cur fructum appellat?* Metaph.

§. II.

De submissione Elizabethæ.

ET *vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?* Gregorius: *Matrem nominat, quia Redemptorem humani generis Christum in vtero portare intellexit.* Sed priusquàm eniteretur Christum, cur Mater appellatur? An propter partûs futuri securitatem? Theophylactus: *Alias priusquam pariant, non solemus matres vocare, propter metum abortiendi. In Virgine autem nihil tale suspicari oportebat, & idcircò prius quàm pariat Mater est.*

10. *Cur Mater appellatur ante partum?*
Gregor. Theoph.

Et vnde hoc mihi. Ego etiam Elizabetham alloquar, quærens: *Vnde hoc tibi?* Vndenam tàm profunda humilitas habet exortum? Respondebis: Vnde Virginis humilitas exorta est, nempè à Spiritu Sancto, quæ illam ad meam domum præstituram mihi obsequium vocitauit. Caietanus: *Vbique apparet Spiritus Sanctus, Spiritus humilis cordis. In Beatâ Virgine apparuit; Ecce ancilla. Et postea in submissione ad visitandam Elizabeth; & modò apparet in ipsâ Elizabeth, recognoscente se indignam, vt ad eam veniat Beata Virgo, cum ipsa debuisset præuenire.* Spiritus inhabitantis documentum sit, si inferioribus cures submitti.

11. *Spiritus Sanctus Virginem ad tantam submissionem excitauit.* Caiet.

Fructus & arboris similitudinem Elizabeth miratur: *Vnde hoc mihi, &c.* Bernardus ser. de Aquæd. *Venisse eam miratur Elizabeth; sed iam magis miretur, quòd instar Filij, & ipsa non ministrari venerit, sed ministrare.* Dominum submitti, quid mirum, si Deitatis sese potentia suppressit. Creaturam submitti, mirabile; submittitur aptè creatura, vt submissi admodum Filij Mater esse (ex potentiæ diuinæ operatione appareat) ipsa fante: *Fecit potentiam in brachio suo,* dùm scilicèt me corde humilem elegit, *qui dispersit sup rbos.*

12. *Mirum Reginam Dei Matrem venisse ministrare.* Bernard.

Quæritat Bernardus ser. de Nat. Ioann. *Quis tibi indicauit Matrem Domini mulier sancta? Vnde* (Maria ait) *me nôsti?* An quia Dominæ, Dei scilicet Matris, proprium est inferiori submitti? Ita planè. Quod quidem ex Ambrosio lib. 2. confirmo: *Vnde hoc mihi? quâ iustitiâ, quibus factis? Non vsitata hæc officia fœminarum sunt, cognosco mysterium, Mater Domini, Verbo fœta Deo plena est.* Nec alia, quæ Domina non esset cælestis, posset sic mancipio supponi.

13. *Agnouit Elizabeth Dei Matrem esse Mariam ex humili submissione.* Bernard. Ambr.

Attamen licèt adnatum clamet Dominæ Mariæ, ac Reginæ omnium submitti inferioribus, specialissimum id ab Spiritu Sancto beneficium esse minimè abnegauit. Ambrosius lib. 2. *Sentit esse Spiritûs Sancti gratiam & operationem, vt Mater Prophetæ à Matre Domini ad profectum sui pignoris salutetur; sed quasi non humana, sed diuina gratia munus esse cognoscat, ita dixit: Vnde hoc mihi? Hoc est, quantum bonum mihi accidit, vt Mater Domini mei veniat ad me, non cognosco meum.*

14. *Profitetur Elizabeth se Mariæ præsentiâ donatam specialissimo Dei munere.* Ambr.

Adhuc Elizabeth submissionem expendit Origenes hom. 7. *Vnde mihi, hoc non ignorans dixit, & maximè Spiritu Sancto plena, quasi nesciat, quòd iuxta Dei voluntatem Mater Domini venerit ad eam: sed isto sensu loquitur: Quid boni feci? Quæ opera mea tanta sunt, vt Mater Domini ad me veniat? per quam iustitiam? ex quibus bonis? de quâ fidelitate mentis hoc merui, vt Mater Domini mei venias ad me?*

15. *Summissio Elizabethæ.*

§. III.

Elizabeth exprimit infantis exultationem, fidem Deiparæ commendat.

ECce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Sententia hæc causa est præcedentis sicut particula: *Enim,* indicat. Matrem, inquit, Domini mei te appellaui; effectus enim, quòd sis Domini Mater, ostendit. Nam simul ac vox salutationis tuæ ad meas peruenit aures,

16. *Matri Ioannis indicauit Mariam Dei esse parentem.*

aures, infans qui in vtero meo commoratur, præ gaudio exultauit, Domini præsentiam, & eius aduentum præsentiens.

17. *Quid particula ecce, & in gaudio?* Particula *Ecce* miraculi indicat magnitudinem, & effectûs celeritatem. Quasi diceret: Simul ac facta est vox salutationis tuæ, infans exultauit. Quid exultare *in gaudio*? Hebraismus est, quo casui instrumenti apponitur præpositio. Latinè sensus est. Præ gaudio, seu gaudij magnitudine exultauit, quódque voce corporis non potuit efficere, quia infans, & in vtero clausus erat, id motu, corporísque exultatione significauit.

18. *Vndenam Ioannis gaudium nouit Elisabeth.* *Tolet.* Et vndenam huiusmodi filij gaudium nouit Elisabeth? Respondet Toletus. *Nouit, Spiritu sancto reuelante, motum Ioannis in vtero, fuisse præ gaudio mentis de præsentiâ Matris, ipsiusque Saluatoris concepto.* Contigit quidem aliquando, infantes in vtero causis aliis naturalibus moueri, & maximè ad vehementem aliquam matrum commotionem. At Ioannem præ gaudio illo mentis in vtero exultâsse, Elisabeth ex Spiritus sancti reuelatione cognouit, vt tradit Augustinus epist. 57. ad Dardanum. *Aug.* *Caiet.* Caietanus. *Duo dicit, quòd saliit, & quòd in exultatione. Ex quibus iunctis cum dictis ab Angelo, (quod in vtero matris replendus esset Spiritu sancto) apparet, quòd exultatio hæc exultatio Spiritus sancti fuerit causantis saltum illum corporis, ad sensibiliter modo, quo poterat testificandum matri, quanto repletus sit interno gaudio ob præsentiam Iesu gestati in vtero à Virgine.*

19. *Sententia expenditur.* *Guerric.* Guerricus apud Tilm. sic expendit, in Ioannis elogium in Mariæ commendationem, sententiam. *O inæstimabilis diuinæ virtutis potentia! Vox Mariæ dum auribus Elisabeth insonat, ad cor Ioannis penetrat, spiritum eius animat. Verè flumina de ventre Mariæ fluebant, aqua viua, & fons vitæ & gratiæ oriebatur de medio Paradisi, ad irriganda ligna paradisi. Proxima erat fonti Cedrus ista nobilis, Ioannem loquor, & Matrem Domini. Ideóque nimirum vberius irrigata in tantum excreuit, vt inter natos mulierum nihil posset illo sublimius inueniri.*

Et beata quæ credidisti.] Fidem Mariæ, quam Angelo nuncianti adhibuerat, commendat. 20. *Mariæ Fides.*
Miranda planè fides credere Angelo prænuncianti Virginem concepturam Dei Filium cõsubstantialem Patri, Spiritu sancto superueniente, & virtute Altissimi obumbrante.

Quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt à Domino.] Mox cur beatam prædicârit, causam exponit. 21. *Cur beata prædicatur?* Quia (inquit) quæ tibi dicta sunt à Domino, complebuntur. Multa Deus per Angelum Virgini annunciauit, quorum nonnulla erant tunc completa; Filium enim Spiritu sancto superueniente conceperat. Quædam alia implenda supererant. Nam nondum pepererat, nondum Filius Iesus vocatus, nondum in domo Iacob regnauerat, nondum nominis salutarem significationem Mundo expenderat redimendo. Hæc implenda procul dubio.

Et ait Maria, &c. Virgo igitur Dei beneficia & propria, & communia commemorat, 22. *Mariæ responsio.* sua scilicet, & populi: tam ea, quæ ante aduentum Christi facta sunt, quàm quæ in ipso aduentu. Quo quidem se ad Dei ipsius excitat laudem; ac audientis Elisabeth animum ad eiusdem Dei magnitudinem, & bonitatem contemplandam euehit. In primâ ergo parte Cantici à propriis beneficiis acceptis exordiens, ait: *Magnificat, &c.* Cuius Commentarium lib. 2. dedimus.

IN MARIÆ VISITATIONEM
PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS
Circa literam.

Ex Elisabetha Virginem commendante.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Benedicta inter mulieres.

Maria à Conditore est ante cunctos electa.

Vbi ostenditur veram benedictionem, Destinationem esse ad gloriam, non temporariorum incrementa.

23. PLVRA de Deiparæ benedictionibus in Salutat. Angelica cum scripserim, nonnulla attexam, vt in præsenti illam particulam: *Inter mulieres* expẽdam. Idiota in Contemp. Virg. τὸ *Mulieres* de cunctis rationalibus creaturis exponit, vt constet Virginem ante omnes prædestinatos electam. *Idiot.* *O benedicta, præ benedictâ!* Benedictio præstantissima tua est, antè omnes fuisse à Conditore benedictam, seu throno gloriæ eleuatissimo assignatam.

Patres huic subscribunt expositioni. Bernardus serm. de Mar. 24. *Patrum subscriptio.* *Bernard.* *Maria à natura est reuerenter conseruata; & à lege diligenter venerata, & à gratiâ clementer est prælecta. Prælecta* planè, seu ante cunctos electa. Damascenus *Damasc.* orat. 1. de Dorm. *Pater prædestinauit, Spiritus prærigauit, & Filius in ea demum commoratus est.* Prærigatio Spiritus ea fuit, quæ & Patris filiam & Filij Matrem deceret. Damianus *Damian.* serm. de Nat. Virg. *Hæc eadem beatissima Virgo antè constitutionem Mundi in consilio æternæ sapientiæ electa, & prælecta.* Et Ambrosius ad illud: *Ecce ancilla. Nec mirum, ait, si Dominus*

nus redempturus Mundum, operationem suam inchoauit a Matre: vt per quam salus omnibus parabitur, eadem prima fructum sumeret ex pignore. Hæc Marianæ benedictionis præstantia: *Benedicta inter mulieres.* Id est, *ante* cunctos.

25. Fatur ipsa, *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antè quam quidquam ageret à principio.* Prouerb. 8. LXX. *Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua.* Tò Initiarum Dei consilia, & decreta licet accipere, vt sit sensus, Dominus in serie suorum decretorum, quibus Diuos ad gratiæ ac gloriæ benedictionem destinat, mihi primatum dedit, ac per me fecit opera sua refici, & instaurari.

Initio decretorum Dei Maria huic benedictioni addicta.
Prou. 8.

26. Id quod ex particulâ: *Inter mulieres* probo memor Mariæ sororis Mosis post æquoris transfretationem. *Sumpsit ergo Maria soror Moysi tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino.* Exod. 15. An non cuncti *in nube & in mari baptizati sunt?* 1. Corint. 10. Præit Maria, præcedit ad salutis æternæ littus inter omnes ad portum properantes; vt & ipsa præcedat, & ductrici ipsi saluris communis cedat operatio: *Initium viarum ad opera sua.* Chrysol. serm. 146. *Et vt semper Maria humanæ prouida sit salutis, populum, quem vnda regeneratrix emisit in lucem, ipsa iure præce*[dit].

Cunctas mulieres seu rationales creaturas præcedit Maria ex aquis prosiliens.
Exod. 15
1. Cor. 10.
Chrysolog.

27. Hinc Dauid, *Adducentur Regi virgines post eam, adducentur in lætitiâ, & exultatione, adducentur in Templum Regis.* Psalm. 44. Hieronymus Tò *adducentur* singulariter legit, *adducetur Regi.* Mox pergit, *Virgines post eam in lætitia, & exultatione, adducentur in Templum Regis.* Præcedit Virgo ductrix, reliqui benedicti post eam cælestem patriam ingrediuntur. Bernardus serm. 2. de Annunc. *Nouum canticum illud, quod solis dabitur in Regno Dei cantare virginibus* (hominibus, Angelis,) *ipsam Virginem Reginam cum cæteris, imò primam inter cæteras esse cantaturam, nemo est, qui ambigat.* Inter cæteras cantura prima, quia *inter mulieres*, seu omnes rationales creaturas benedicta.

Post Virginem cuncta fit a Regi præsentantur.
Ps. 44.
Bernard.

28. Applaudens huic expositioni Sponsus clamat, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Canticorum 2. Filiæ electi spiritus appellantur: qui quidem Virgini comparati, filiæ sunt, spinæ sunt; Maria enim *inter filias, inter mulieres* seu prædestinatos cunctos caput extollit. Cussanus Cardinal. Sicut lilium inter spinas. *Præliberatorem Virgo habuit, cæteri liberatorem, imò postliberatorem. Christus ergo sic omnium liberator est, quod & Virginis liberator, & præliberator: cæterorum liberator, & postliberator.* Consonat Venetus in Harmon. Canticorum 1. ton. 3. *Virginem primiceriam Redemptionis Christi appellans.*

Antè cunctas filias Deiuera Regina cælorum.
Cant. 2.
Cussa.

29. *Surge* (rursum clamat Dauid) *Domine, in requiem tuam, tu, & Arca sanctificationis tuæ.* Psalm. 131. Vbi Hieronymus, *Cum tu* (ait) *inde surrexeris, sigillabis Arcam sanctificationis tuæ. Túneque sirta eum*, id est Dominum. *Arca cum omnibus exurget.* Duo affirmat: primum, Virginem Domino hærescere, quia Christus primus prædestinatus, secunda Maria; alterum, Virginem Arcam esse sigillatam, vbi cuncti prædestinati continentur, velut in Arcâ Noëmiticâ.

Hæret proxima Christo gradestinatos complens.
Ps. 131.
Hier.

Quàm verè Deiparens proclamat! *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.* Eccli. 24. Et cur *ante omnem creaturam*, siue *inter* cunctos rationales, primogenita vocitatur an quia *propter sapientiam* (cum R. Ankel. loquor) *creauit Deus cælum, & terram. Propter sapientiam, hoc est, amore intemeratæ Virginis, quæ est sapientia, creauit Deus Mundum; & amore Filij sui Messiæ, cui in diuinis sapientia tribuitur?* Aptiùs cum Bernardino Senen. tom. 2. serm. 51. art. 2. c. 4. respondeo. *Tu antè omnem creaturam in mente Dei præordinata fuisti, vt omnium castissima Deum ipsum Dominum procreares, & post Filium Regina cælorum effecta, gloriosa regnares.* 30.

Antè omnem creaturam in mente Dei.
Eccli. 24.
R. Ankel.
Bernardin.

Ideo frequenter in Canticis Mariam sponsi *proximam* arbitror appellatam iuxta LXX. translationem. Ildephonsus serm. 1. de Assumption. *Maria vna est de numero prudentum, prima omnium inter primos, quæ vadis post Agnum proximior, quocumque ierit.* Collige ex præfatis benedictionem veram *de rore cæli* petendam. Nec enim *terræ pinguedo* verè hominem benedictum efficit, si æternæ prædestinationis haud fruitur beneficio. Ideo ratus sum Elisabetham ideo benedictam appellare Mariam, quia cælesti hoc munere donatam cognouit. 31.

Ideo proxima sponsi vocitatur.

Observatio II.

Ad illa verba:

Et benedictus fructus ventris tui.

E Iesu Fructu præcelso Mariæ sublimis Arbor agnoscitur.

Vbi innuitur, parentes ex probis filiis commendari.

BENEDICTIONIBVS hic Fructus redundat. Bernardus hom. 3. sup *Missus* *Benedictus in odore, benedictus in sapore, benedictus in specie, hoc est, in pulchritudine.* Non vides? non gustas? Ex odore tibi cæco, Isaaci instar, datur fructus præstantiã dignoscere. *In odorem vnguentorum tuorum curremus.* Cant. 1. Bern. audiens fructus tã efficacem exhalari fragrantiam, colligens saporis plenitudinem, (nam *gratia plenus*) fatur *Bonus fructus, qui animam esurientem, & sitientem institiam & esca, & potus est.* Quemadmodum Isaac ex fragrantia dignouit ex agri plenitudine processisse: *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* 32.

De Fructu Iesu benedictione.
Bernard.
Cant. 1.

Porrò fructus tam sublimis è terrâ Marianâ processisse necessariò dignoscitur. *Et terra nostra dedit fructum suum.* Psal. 84. Benedictus 33.

Tam sublimis fructus

ex terrâ Mariâ necessariò quodammodo germinatur.

fructus, ex terrâ equidem benedictâ germinatur. Haud cum Adamo clamandum: Mulier dedit mihi de ligno, & comedi. Potiùs fructu donati benedicto profiteamur cum Abbate ser. de Nat. Mar. *Ne dixeris, verò, ô Adam, mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno vetito. Dic potiùs: Mulier quam dedisti mihi, benedicta, me cibauit fructu benedicto.* Nulla terra talem profert.

Vnico fructu producto terra suam ostentat virtutem. Gen. 49.

Si fructus hic agri pleni gloriam præsen-
34. tat, quare non dixit Elizabetha: *Benedicti fructus ventris tui*? Vt parentis perfectionem indicaret, quæ vnico partu totam pertulit plenitudinem. De Iuda Iacob fatur: *Catulus leonis Iuda, ad prædam, fili mi, ascendisti.* Gen. 49. Iudas hic leo de Tribu Iuda, Dominus est è leæna Virgine exortus (Laurentino Richardo authore) Quorsum hæc? Leæna Maria totam in Iesu fortitudinem, quâ mors, peccatum, & infernus comminuitur, vnico partu de more leænæ enixa est. Epiphanius lib. 3. cont. hæres. *Profectò etiam genitricem ipsius leænam dixerim. Vnde enim gignitur omninò leo, si non leæna Mater eius vocatur? Leænæ autem non contingit secundus partus. Non ergo ampliùs partum nouit Maria.* Quia partu vnico Mater Sion totam suam innumeram prolem parturiuit.

Epiphan.

Vnus Ioannes fructus vtique sublimis, parentum miram virtutem commendauit.

Luc. 1. Chrysol.

De parentibus Ioannis sic Lucas: *Et non erat*
35. *illis Filius.* Cap. 1. Quare non aptiùs dixit: *Non erant eis filij*, sicut vulgariter: *Fulano no tiene hijos*? Existimo, vt & Ioannis & parentum gloriâ exprimeretur. Tàm sublimis filius, vt pro filiorum sufficiat examine; tàm fœcundi parentes, vt vnico fœtu totam agri plenitudinem germinarent. Chrysologus ser. 91. *Non dixit: Non erant illis filij, sed, non erat illis filius, quia singularis futurus erat, qui erat de talibus nasciturus.* Oriturus de Zacharia & Elizabeth, sanctissimis vtique parentibus Ioannes? Singulari erit filius, pro filiorum sufficiens examine: *Non surrexit maior Ioanne.* At tantus filius singulariter ex parentibus exortus indicat ipsorum miram sanctitudinem: *Erant iusti ambo apud Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini, sine querelâ.* Ibid. Lucas: *Singularis futurus erat, qui erat de talibus nasciturus.* Quantam itaque vnicus Filius Mariæ solius apud terram, & solius Dei apud Superos, qui natus ex Virgine sanctus Filius Dei appellandus est, in Matre arguit perfectionem. Collige ex præfatis, filiorum præstantiâ, non multiplicatione, parentum virtutem commendari.

Observatio III.

Ad illa verba:

Benedicta inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui:

Maria vt granum siue Verbum accipiens satiandis hominibus multiplicârit.

Innuitur Communionis die nos debere impendere operam cælestis panis multiplicationi.



VR ô Elizabeth, agrum commendas, dùm sufficit granum, seu fructû cõmendare? illa terra laudanda, quæ vnicum granum accipiens, manipulum germinat; & (vt vulgariter exponam) *Da ciento por vno.* Maria quidem vnum granum accepit, vnicum reddidit. Verum igitur agri fœcunditatem commendat. Quid si Virgo vnicum vtero Verbi granum excipiens multiplicatum mirificè expromit? An non id admirandæ virgineæ fœcunditatis documentum? 36.

Prius, quàm Maria terra esset ipsi [illegible] Ast [illegible] cibum, iam & hominibus aliis [illegible] exhibetur Augustin.

Scio granû vnici Dei Verbû: *Semen est Verbum.* Scio peregrinum omninò semen solummodo Angelorum eeden in cibum, ab hominibus minimè degustatum. At postquam fuit in terrâ virginea satum, hominibus etiam satiandis sufficit alimentum à Deo multiplicatum, vt vniuersa hoc cibo reficiatur Ecclesia. Augustinus ad Psal. 33. Conc. 1. *In principio erat Verbum. Ecce cibus sempiternus. Sed manducant Angeli, manducant sempiterna Virtutes, manducant & saginantur. Quis autem homo posset ad illum peruenire?* Panem iam Angelorum saginatur homo, qui antequàm in Maria granum sereretur, haud poterat degustare, quia solis Spiritibus cælestibus parabatur. Igitur ex Maria eam accepit multiplicationem, quæ posset terrenæ ac cælesti familiæ afferre satietatem. 17.

Maria vnicum granum excipiens, manipulum reddidit spicarum. Epiph.

Granum vidi à manu Dei seminatoris excidens: Verbum *caro factum est.* Spicarum manipulû è Virginis terrâ germinatum intueor. Ergo quæ granum accipiens, manipulum reddidit, mirificam fœcunditatem obiicit. Audi Epiphanium de laud. Virg. *Maria est ager minimè cultus, quæ Deum velut granum frumenti suscipiens, manipulum generauit.* Vt scilicet granum, quod [illegible] Angelis parabatur factum manipulus, cunctis & hominibus satiandis sufficeret: *Panem Angelorum manducauit homo cibaria misit eis* (ex Virginis agro) *in abundantia.* 38.

Mariæ terra fœcundior est Crux feracissima. Ioann.

Saluator panis Mundo præparatus profatus Discipulis: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* 102. Vbi communiter Patres Christum asserunt granum in Cruce moriturum, vt exurgens Orbem Eucharistico pane reficiat. Chrysostomus hinc miram Crucis fœcunditatem laudat, quæ vnicum granum Christum excipiens, tàm multiplicatum reddidit. At Epiphanius huiusmodi multiplicationem ex Mariana Cruce affirmat accepisse. *Dico enim* (ait) *illam esse cælum simul & Crucem; extendens enim sanctas vlnas Dominum portauit.* Ex Mariâ granum adeò multiplicatû est, vt è grano crescat in manipulum. Hæc Crux sola granum Verbi accepit; illa autem iam à Mariâ germinatum manipulum accipit, vt manipulum reddat. 39.

Epiph.

Simeon olim *expectabat consolationem Israel.* 40.

Simeon vidit manipulum à Maria productam, non solùm Israelis, sed mundi totius sperat, seu aspicit panem satietatem. Luc. 2.

Israel. Luc. 2. Granum enim, quod apud Patris sinum contemplabatur, cogitabat ille ab ipso Patre in terram virgineam immittendum iuxta Isaiæ vaticinium: *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium*, vt ex frumenti modicâ multiplicatione consolationi solummodo Israelis sufficeret. At cùm manipulum apud vlnas Virginis tot spicis contextum aspexit, inclamauit: *Quod parasti ante faciem omnium populorum.* O mirabilem frumenti grani multiplicationem! Panis hic totius Orbis sufficit refectioni, mensa omnibus populis præparata. Catenæ Græcæ Auctor. *Ante quam dignus videretur Mariæ visione & Iesu prastolabatur solatium Israel. Vt autem vidit, exclamauit, se vidisse salutem omnium populorum.* Quis crederet ex Virgine tantam enitendam fœcunditatem?

Græcus.

41. Cùm huiusmodi multiplicationem aspicio, nescio quonam digno nomine Marianam benedictam terram appellâro. Promissionis terra est lacte & melle emanans; Sacerdotale fundum, vitalis arboris Paradisus. Paruum omne elogium, dum illam quodammodo ad Deitatis fastigium non euexeris: Deifica terra Maria est, si tantum manipulum, ex quo tanta multiplicatio accepto vnico grano parturiuit. Christus apud desertum quinque panes acceptos adeò multiplicatos reddidit vt exsatiandis tot hominum millibus exhibuerint annonam. Videntes id turbæ illum meritò Messiam credidere. Athanasius de Incarnatione Verbi. *Cùm paucis panibus tanta vis populi alitur, & ex inopiâ copia repullulat, quis aliud credet, quàm Authorem earum rerum Deum esse?* Manus quinque accipiens, & quinque millia reddens Deifica terra prorsus est. Mariana terra vnicum granum Verbi accipit, manipulum reddit toti Orbi exsatiando sufficientem. Quis aliud credat, quàm terram hanc quodammodo fulgere Deitate? Curent communicantes quotidie, Mariam imitari, dum non grano, sed totius *anni benignitatis Domini* acceptâ copiâ frumenti, student virtutum germina parturire, ne maneant sola semina, sed vitam valeant operari.

Tam ferax terra an non Deitatis exhibet documentum?

Ioan. 6.

Athan.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Et vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?

Quia Mater Domini, ac Domina Maria, ideo pergit obsequium præstare cognatæ.

Adnata enim Imperio, imò & ipsi humilitas Deitati.



Vnde hoc tibi? quibus meritis? Vndenam tanta Mariæ humilitas exortum habuerit facilè indicabo. Regina est, Domina est, Mater est Domini. Inde tanta humilitas germinatur; Decet enim fastigium Regium interioribus obsequium exhibere. Dionysius Carthusian. *Cum Maria Mater Domini esset effecta, properauit ad suam cognatam, visitauit eam, ministrauitque illi.* Cùm esset Mater Domini, id est. Quia Mater Domini erat, ministrare properauit ex adnata Dominatui submissione, & humilitate. *Non ergo dedignentur* (adiicit) *prælati vt: ad inferiores.* 42.

Carth.

Christus Dei Filius cunctorum Dominus non venit *ministrari, sed ministrare.* Dominatus eum impulit ad obsequium. Domini cùm esset Mater Maria cognatæ ministrauit. Quàm similis & Deo & Matri Domini humilis dominator exurget! Basilius in Exhort. ad filium spirit. *Vir humilis Deo est similis, & (instar parentis Mariæ) in Templo pectoris sui gestat eum.* Ergo cùm Maria Dei Mater esset, debuit quodammodo ex necessariâ dominatui submissione subdi cognatæ. *Cum Mater Domini esset effecta, properauit ad suam cognatam.* Properauit planè, vt adnatam dominationi submissionem exprimeret. 43.

Humilis Dominans Mariam imitatur Deiparam, ad obsequium properantem.

Basil.

Agar Saræ mancipium fœcunditate à Deo donata *despexit Dominam suam.* Genes. 26. Quid mancipio cum elatione. Potiùs dixeris: quid cum humilitate mancipio? Ideo dominæ præponi curat, quia de mancipij conditione extollitur. Domina esset, Princeps esset; non dominæ solum, sed & mancipiis subderetur. Lipomanus aiebat. *Meliorem se putat domina sua. Non fert fortunæ suæ fortem nisi seruiliter.* Potiùs non *seruiliter* fortunam fert, quæ se eximens à seruitute Dominam despicit. Certè illud ipsum à seruitute eximi, nihil aliud est, quàm fœlicitatem fœcunditatis *seruiliter* ferre; nam sicut seruire domino adnatum est, sic excutere seruitutem nil aliud est quam seruituti addici. 44.

Agar præponitur Dominæ, quia mancipium erat. Gen. 26.

Lipom.

Quæstioni datur, num Chananæa inter nobilitate conspicuas fœminas computanda: an seruili conditioni hæresceret? Certè Chananæi apud Hebræos non modò mancipiorum, sed & canum appellationem sortiebantur. Quod fortè ipsa Chananæa respiciens ait: *Nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensâ dominorum suorum.* Mat. 15. Huius fœminæ humilitatem Dominus commendat. *Non inueni tantam fidem, &c.* Ad quæ Ambrosius, *Humilitatem eius Dominus laudauit, quia micas quasdam, quæ de mensâ dominorum suorum caderent, sibi colligendas dixit.* Si domino subiecta in morem non iam mancipij, sed canis, cur à Domino eius humilitas celebratur? Imò ideo digna quæ ex humilitate celebretur, quia etiam canis sit vel Domino subminatur. Si Regali ex stirpe orta fuisset, si nobilitate conspicua, non mirum Domino submitti, quia adnata humilitas nobilitati. At mancipium, cui humilitas peregrina, subditū domino, sibi excitat panegyrim: Humilitatem eius Dominus laudauit. 45.

Laudat illa Chananæa, quod cum esset seruilis conditionis, sese humiliauerat. Matth. 15. Ambros.

46. Miror hinc Fulgentium hæc de Proba scripsisse Epist. ad Gallam: *Proba, cum sit auis, atauisque nata Consulibus, tanta est illi humilitas dono gratiæ cælestis infusa, vt amore subiectionis, & vsu seruiendi, Dominam se aliquando fuisse iam nesciat, cum omnes dominos habere delectione sanctæ seruitutis affectat.* Cur ô Doctor egregie, auis, atauisque Consulibus laudas exortam, si potiùs commendanda esset quòm ex seruili conditione seruitutis iniuria, sese seruiendi studio dicaret: Fateor ex addita ante illa particula: *Dominam se aliquando fuisse iam nesciat*, omninò esse laudabilem. Nam quæ oblita est dominatûs, se natam sub seruitute putat. At fœminam seruiture vilem cunctis subiici, tanto affectu seruire contra seruitutis conditionem, egregia prorsus est commendatio.

Laudabilis hinc non Dominam, qui submittitur, sed seruus. Fulgent.

47. Apud Chana postulanti Matri aquæ in vinum mutationem Dominus ait: *Quid mihi, & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.* Ioan. 2. Vbi Cyrillus Alexandr. Pulchrè. *Quid mihi & tibi est, mulier, vt homo dicebat; & aquam in vinum, vt Deus conuertebat.* Huiusmodi-ne formalitates: *Vt homo, Vt Deus callusti?* Cùm dicit; *Quid mihi, & tibi est, mulier?* se hominis filium profitetur qui *non venit ministrari, sed ministrare*, cunctis vtique subiiciendus At cum addit: *Nondum venit hora mea*, exprimit Deitatis imperium minimè addictum seruituti. Nec enim Christus vt Dei Matri subiiciebatur. Hinc difficilis redditur Doctoris sententja. Aptiùs enim dixisset: Vt homo est (obediendo vtique Matri) operatus aquæ in vinum mutationem, quam vt Deus in horam à se constitutam differebat. Quàm aptè Cyrillus. *Vt homo: Quid mihi & tibi est, mulier? dicebat*, quasi se eximeos à Matris subiectione; quia seruitus humana illum quodammodo ab humilitate obedientiæ absterrebat. *At vt Deus aquam in vinum conuertebat*, sese vtique ex vi dominationis Deificæ submittens fœminæ imperanti.

Dominus. Vt Deus obedit imperanti, an vt homo?
Ioan. 2.
Cyril.

48. Profectò illud ipsum fœminæ obedire, nil aliud est, quàm Deitatis imperium exercere. Nyssenus Orat. in illud Pauli: *Tunc & ipse Filius subiicietur ei*, fatur, *Quid mihi, & tibi est, mulier? Vis me ante tempus imperare? Nondum venit hora mea, quæ præbet ætati, vt imperet, & sit sui iuris.* Potiùs ô Domine à te exigit Parens, vt obsequium maternitati præstes. An Mariæ imperanti obedire, imperare est? Certè aquam in vinum ex Mariæ præscripto conuertere, poculum iouitatis ministrare, dominationis potiùs est documentum, quam nota seruitutis, ob adnatam imperio humilem obedientiam.

Obedirè Mariæ, quid aliud, quam Deitatis imperium exercere?
Nys.

Observatio V.

Ad illa verba:

Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis exultauit infans.

Priùs Mariæ beneficia hodie quàm Saluatoris declarantur.

Innuitur Mariæ deuotionem operibus egregiis necessariò quodammodo præmittendam.

Particula: *Ecce* sanctificationis Ioãnis festinationem exprimit: *Ecce vt facta est.* Vix salutationis verba à Virginis ore peruolarunt, cùm infans in vtero præ gaudio libertatis exiliuit. Requiro, cur non dixit Elisabeth. Vt cognoui, aut præsensi Saluatoris vtero tuo inclusi præsentiam: sed, *vt facta est vox salutationis tuæ, &c.* Respondeo, quia priùs Mariæ quam Iesu aduentum experta est. Pulchrè Strabus. *Citò beneficia aduentus Mariæ, & mox Dominica præsentia declarantur, dum subditur: Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth., &c.* 49.

Citò beneficia Mariæ, mox Saluatoris, declarantur.
Strab.

An velocior Iesu Maria? *Mulier illa amicta Sole, cui sub pedibus Luna* Deipara est gestans vtero Saluatorem. Lunam sub pedibus gestat, quia *abiit in montana cum festinatione.* At simul clausus Sol in vtero graditur. Pariter incedunt Filius & Mater. At citò aduentûs Mariæ beneficia declarantur, mox Dominicæ præsentiæ. Quia videlicet Christus & Maria quasi argumentum diuinæ misericordiæ efformant. *Christus & Maria* (doctus dixit Interpres) *misericordiæ diuinæ argumentum.* Præmissæ-ne & Conclusio pariter incedunt? Priùs vis Pręmissarũ declaratur, mox Conclusionis veritas aperitur. Maria quidem præmissarum argumenti huius vices exerit, Conclusionis Iesus obtinet locum. Priùs igitur Mariæ præsentię experimenta, quàm Iesu capiuntur. *Citò beneficia aduentus Mariæ, & mox Dominica præsentia declarantur.* 50.

Maria est quasi Præmissa, quam sequitur Iesus instar Conclusionis.
Strab.

Redeo ad Chanæ Nuptias. *Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & erat Mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus ad Nuptias.* Ioan. 2. Maria præcurrit citiùs Saluatore, Quare? Immittitur Maria velut Præmissæ quas Conclusio insequeretur, quasi ex cõsequentiæ necessitate. Ingeniosè Caietanus, *Ideo præmisit Matrem, vt intelligamus, quòd ratione Matris vocatus est Iesus.* Maria præcedit, *præmissa* quidem, vt Præmissarum morem gerens, *ratione* alliciat consequentiam: Præmissa Mater? Ergo Iesus vocari debuit, vt vi consequentiæ Matrem sequeretur. 51.

Præmittitur ad Nuptias Maria, eam Iesus sequitur vt consequentia.
Ioan. 2.
Caiet.

Vinum (inquit Maria) *non habent.* Cui Dominus: *Nondum venit hora mea.* Ioan. 2. Vbi Cardinalis, *Non est hora congrua operi meo miraculoso, quia adhuc non defecit vinum. Mater autem non expectauit, vt vino carerent; sed deficiente vino, præuenit.* Præmissæ etenim Conclusionem debent præuenire. An Maria præueniens Iesum vincit pietate? Minimè Creator potest à creaturâ superari. Præcedit Iesum, quia necessario Præmissæ Conclusionem præcedunt, Maria autem semper à Domino præmittitur, quoties hominibus misereri statuit. 52.

Vt Iesu non ostenditur, donec præmissarum, id est, Maria vim exeratur, intercessionis munere.
Ioan. 2.
Caiet.

An opus Christi, vbi Maria præmissa non fuerit? 53.

fuerit? Post admirandam aquæ in vinum conuersionem, addit Euangelista: *Hoc initium signorum, quæ fecit Iesus.* Ioan. 2. Quærit Hugo Vict. *Quomodo hoc initium signorum esse dicitur, cum & ante, cùm esset annorum duodecim, sederet in Templo, & quæreret, & responderet?* An quia non vult Dominus inter mirabilia opera computari illud, quod præmissa Matre nô gestû est? Ita planè. Non præmittitur ad Templum Maria, potiùs consequitur Saluatorem querula. Consequentia est Iesu, non Præmissæ; ideò Christus non curat inter opera mirabilia quodammodo adnumerari illud, ad cuius perfectionem Maria præmissa non est. Admonet Christus Deiparæ alumnos nunquam moliri gesta, ad quæ Deiparens non præmittatur, in ipsorum quidem fælicissimum exitum, nam præmissa Maria, necessariò fælix exitus consequens adnectitur.

53. *Quasi opus Iesu non est illud quod non præmissa Matre perficitur.* Ioan. 2. Hugo Vict.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Et beata quæ credidisti, &c.

Deiparæ ex Fide beatissimæ gloria commendatur.

Vbi Fidei effectus vitales innuuntur, Numine affecto.

54. Canis.

LAudat Elizabeth meritò Deiparę fidem. cùm Angelo credidit annuncianti: *Beata quæ credidisti.* Canisius lib. 4. cap. 1. *Credidisti utique fide non fictâ, non dubiâ, vel inani, sed sincerâ, sed constanti, sed inconcussâ, perfectâ, & solidâ, fructuum optimorum feraci, quæ malum omni ex parte vincebat, & bonum omne per dilectionem incredibiliter operabatur.* Nunciauit Angelus Deum immortalem hominem mortalem fieri, Deum de fœminâ nasciturum, Virginem sine viro concepturam, & parituram virginitate illæsa, pauperis Matris filium Orbi dominaturum, Regem sempiternum. Hæc nos ab incunabulis cùm didicerimus, & audiemus, ab aliis explicata, seu diligenter à nobis animaduersa, nouum semper nobis ingerunt stuporem. Porrò Maria cùm primùm ab Angelo isthæc exposita percepisset, nihil aut dubitat, aut sciscitatur; sed è vestigio se totam, suúmque Deo subiicit intellectum.

55. *Maria vicit Zachariam fide sine vllius dubitationis nauo.* Luc. 1. August.

Fidelissimus Zacharias Angelo promittenti fatur: *Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.* Luc. 1 Maria autem Virgo conceptura, & paritura, Deum, minimè stupendam promissionem reuocauit in dubium. August. lib. 6. de Ciuit. Cap. 24. *Zacharias illud: Vnde sciam? Desperàndo dixit, non inquirendo. Maria autem cùm interrogat? Quomodo fiet istud? inquirens,* dixit, non desperando. Iustè vel ab iniustis Fidei hostibus Fides Virginis collaudatur. Ioannes

Ant. de Escobar & Mend. Tom. III.

Agrico.

enim Agricola Lutheri discipulus sic Luc. 1. scripsit: *Colloquium Angeli cum Virgine præ aliis locis hunc habuit insigniorem, quod potuerit verbis Angeli tanta & tam sublimia nunciantis consentire Virgo, vt Angeli persuasione inducta omninò conceperit eam fiduciam, vt se Matrem Domini futuram crederet.*

56. *Vicit & filium parentem Abrahamum.* Gen. 13. Ambros.

An Abraham Fide sublimis credentium meritò parens à Virgine victus? Cùm terram ille Chanaam sibi suisque posteris tradendam audisset quæsiuit. *Domine Deus, vnde scire possum, quòd eam terram sum possessurus?* Gen. 13. De re tam facili excitas quæstionem? Virgo de negotio difficultatibus redundanti quærat: *Quomodo fiet?* Ambrosius Mariam Abrahæ iudicat præponendam ideò, quia cùm *id quod natura esset non suppeteret, quia non solet parere Virgo, quæ viro non fuerit copulata, quærit quomodo præter instituta naturæ posset generare.* At Abrahæ facta de populo futuro promissio, tanta-nè naturæ repugnantia perficienda.

57. *Patrum elogia de Marianâ fide.* August. Irenæ. Ambros. Beda. Canis.

Beata quæ credidisti. Quàm beata? An æquè beata credendo, quàm concipiendo Saluatorem? Augustin. lib. de Sanct. Virg. cap. 3. *Maria percipiendo fidem Christi, quàm concipiendo carnem Christi beatior.* Hinc Patrum profluunt elogia. Irenæus lib. 5. cont. Valent. cap. 33. *Quod alligauit virgo Eua per incredulitatem, hoc Maria Virgo soluit per fidem.* Ambrosius: *Verè beata, quæ Zacharià Sacerdote præstantior. Imo* (vt ait Beda hic) *cùm Sacerdos negasset, Virgo correxit errorem.* Canisius citat. *Summam illam potentiam, summam sapientiam, summam bonitatem tu præ cæteris cognoscis, agnoscendo credis, credendo experiris; & experiendo omni gratiâ cumularis. Beata prorsus, in quâ semper heroica fides ad mysteria diuina mirabiliter contemplanda & percipienda preluxit.*

58. *Cor Spiritus Sancti vt in fidelissima Virgine confisus?* Prou. 38. Rupert.

Sapiens de Spiritus Sãcti fidelissimâ Sponsa fatur: *Confidit in eâ cor viri sui.* Prou. 31. Cuius perspicua expositio Rupertum habet anthorem, lib. 3. glor. Trin. Cap. 6. *Vbinam* (ait) *hoc inuenies? In animâ Mariæ. Ibi fides experta est, quod de semetipsa hic audiuit. Confidit in eâ cor viri sui. Etenim ibi vir suus ei cor suum aperuit, apertione planè magnâ & ineffabili, vt faceret in ea cor viri huius illud, quod prædixerat per os David: Eructauit cor meum verbum bonum, &c. Ita cor suum aperuit, vt ipsam substantiam Verbi æterni in carne suo conciperet, de corde suo ante sæcula geniti mitteret in mentem atque vterum Virginis valde fidelis, quæ tanta diuina mysteria, Angelo narrante, concepit. Non solùm confidit in ea vir suus, verùm spoliis non indigebit; quibus vel qualibus spoliis, nisi eloquiis Domini?* Angelo enim nuncianti mox fidem adhibuit; Abrahamo Dominus loquutus, Mariæ Angelus. An ille spoliis indigeret? Vincitur Mariâ Angelo promittenti fidem exhibens.

59. *Fides Angelo data describitur, & commendatur.* Cant. 1. Guilhel.

Osculetur me (inquit Dei parens) *osculo oris sui.* Cant. 1. Virginis credentis Angeli promissis, consensus exprimitur. Guilhelmus Paruus eleganter Virginis fidem describit, cuius sententiæ nec ista adimenda. *Spiritus Sanctus eam intùs vrgebat: Angelus autem reuelabat, per fidem cooperata. & incarnanti se Verbo carnis substantiam de sua carne credendo*

dendo dedit. Credidit, vt opponeretur mortifera fidei primæ mulieris salutifera fides secundæ. Siquidem fides Euæ venenum, fides Mariæ antidotum fuit. Denique per fidem Euæ, quæ mentienti Diabolo credidit, mors intrauit in Mundum. Per fidem ergo Mariæ, quæ Angelo euangelizanti assensit, vita mortem occisura intrauit in Mundum. Tantùm valuit ad malum fides Euæ, vt cunctis hominibus mortem propinaret. Et tantùm valuit ad bonum fides Mariæ, vt electis omnibus mortem mortis generaret. Quod si peccatrici mulieri dictum est: Fides tua te saluam fecit; & fœcunda Virgini dici potest: Fides tua te grauidam fecit. Notando verò, & distinguenda in his causa duæ, operans, & cooperans. In emundatione illius peccatricis emundantis Domini pietas causa fuit operans; fides verò eiusdem mulieris causa fuit cooperans. In conceptu virginali, quod Deus concipiebatur; concipiendi virtus Altissimi obumbrans causa fuit operans, fides verò virginalis causa cooperans. Sic ille.

Per fidem Mariæ vita ad mundum rediit.



LIBER NONVS.

MARIÆ EXPECTATIO.

Paraphrases, ac Commentarios Literales in Caput primum Lucæ ex libro septimo perquire.

PANEGYRICI MORALES CIRCA Literam in Deiparæ Expectationem.

PROLVSIO.



RBIS vterque fœlicissimum Virginis partum expectabat, Christum Deum & hominem excepturus. Bernardus serm. 2. *in Missus est*, fatur: *Virgo Regia gemmis ornata virtutum, specie sua, & pulchritudine suâ in cælestibus cognita cæli ciuium in se prouocauit aspectus.* Ciuium vtique tam Angelorum, qui Dei aspectu potiebantur, quàm hominum, qui ex Virginis pariturae prole cælestem expectabant hæreditatem. Prouocauit itaque Virgo virtutum pulchritudine cunctorum cælestium ciuium aspectus, quia virtutes Mariæ illud vnum firmabant, nempe ex tam sancta Virgine Deum nasciturum. Addit Abbas: *Nominat Euangelista Virginem, sponsum, amborum genus, Ciuitatem, Regionem*, pluresque & plenitudinis, & turbationis, & prudentiæ, & consensûs Mariæ circunstantias adnotat, vt cælestium Ciuium firmet expectationem; cuncta etenim prædicant, huiusmodi ex Virgine Deum Mundo nasciturum.

Maria Vitalis Arboris. FRVCTVS NONVS.

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Maria omnium ſpes.

TEXTVS.

VERS. 26. MIssvs eſt Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. 27. Ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen Virginis Maria.

IN MARIÆ EXPECTATIONEM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS

Circa literam

Ex Virgine omnium ſpe.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba.

Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo.

Optatiſſimus nobis Mariæ Partus.

Vbi adnoto, neceſſariam ad ſalutaria quæque conſequenda, imo ad ea quæ prædeſtinata ſunt, precum multiplicationem.

1. *Mariæ expectantis affectus.* QVis credat, eo tempore, quo Menſis ferè nonus à ſacro ageretur conceptu, otioſam fuiſſe Virginem, nullámque vel exiguam babuiſſe rationem hebdomadum, ac dierum, quos grauidæ mulieres ad ſuum vſque partum diligenter obſeruant? En igitur tibi alteram ſapientem Sunamitidem, quæ ſummo Prophetæ, aut potius Prophetarum Domino menſam, candelabrum, lectulúmque ſtudioſè parauit. En ſollicitam, ac officioſam planè Martham, quæ cum in maxima tanti partus, nouique hoſpitis expectatione foret, non potuit faſcias, lintea, & id genus alia, quæ inſtanti puerperio deſeruirent, non ſuis conficere manibus, & ob ſingularem Filij reuerentiam apparare, ingenioſo ſemper amore, ſollicito erga filios affectu materno. Nil illi magis erat in votis, præter quàm vt antea cùm Filius conciperetur, ſic etiam cùm idem naſceretur, fidam, ac ſedulam ancillam ſeſe per omnia Domino exhiberet. Meminerat certè quantas opes, ac dotes ex primo illo conceptu, ac velut ingreſſu Filij iam ante percepiſſet, tot cæleſtibus illuſtrata ſplendoribus, cumulata muneribus, & repleta gaudiis, vt ſeipſam vix capere poſſe videretur. Ac tanto maiorem in ſpem veniebat fore, vt qui Princeps omnia innouaturus accederet, nouam quoque Matri ſuæ lucem, atque conſolationẽ ſingularem adferret. Cur ergo non percuperet fœliciſſimum illum diem exoriri, quo lumen in tenebris appareret æternum, nec ſibi modo, ſed & Orbi gratiæ incredibilem ſplendorem adferret?

2. *Cur Deus diſtulit Filij Incarnationem.* Diſtulerat quidem Deus Filij incarnationẽ, *vt promiſſum beneficium* (loquor cum Bonauentura in Breuil. p. 4.) *expectaretur, expectatum diſferretur, dilatum amplius deſideraretur, diu deſideratum feruentius amaretur, gratioſius ſuſciperetur, atque ſollicitius ſeruaretur.* Præterea (vti D. Leo ſer. 3. de Nat. adnotauit) *vt Natiuitas, quæ omnia miracula, omnémque intelligentiarũ erat exceſſura menſuram, tanto conſtantiorem in nobis gigneret fidem, quanto prædicatio eius & antiquior præceſſiſſet, & crebrior.* Bonau. Leo.

3. *Iobi clamores expectantis.* Quid non iuſti poſt tam longam, diuturnámque Medici expectationem afflictione afficerentur ſaucij quidem? Omnium ex mente Iob clamitabat. *Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat.* cap. 9. Exponit Gregorius lib. 9. cap. 5. *Ante Redemptoris aduentum pœnam ſuam electi omnes habuerunt, quia æſtuante deſiderio incarnationis, eius myſterium videre cupierunt.* Iob. 9. Gregor.

4. *Dauidis expectantis preces.* Huc tendebat Dauid: *Vſquequo Domine, obliuiſceris me in finem? vſquequo auertis faciem tuam à me?* Pſalm. 12. Chriſtus & facies vocatur, iuxta illud. *Virtus enim Chriſti eſt ad ſalutem omni credenti.* Rom. 10. & facies, ſecundum illud; *Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum.* Ioan. 14. Quia ſcilicet ego facies Dei ſum. Hunc locum ſic expendit Incognitus: *Vſquequo, Domine, obliuiſceris humanam naturam, mittere differens Filium tuum, qui eſt finis legis, &* Pſal. 12. Rom. 10. Ioan. 14. Incogn.

Prophetarum, qui est facies Dei. Respice igitur, & exaudi me Domine. Respice oculis illam expectatissimæ faciei tuæ.

Isaiæ expectantis oratio. *Isa.62.*

5. Nec aliud indicat Isaias profatus : *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor Iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur.* cap. 62. Non tacebo, semper clamabo, donec ex Virginis vtero Christus reparandæ cælesti Ierosolymæ exoriatur. Hieronymus, *Diebus, ac noctibus ora non claudam, nec mea vnquam reticebit oratio, sed tandem clamabo, & precibus iungam preces, donec veniat qui promissus est, & splendore suo totum orbem illuminet.*

Hieron.

Deiparæ expectantis affectus. *Cant.1.* *Canis.*

6. Quid Deipara? Totius orbis scilicet Ecclesiæ militantis personam gerens clamabat: *Osculetur me osculo oris sui.* Cant.1. Quod de mysterio Incarnationis, partusque virginei Patres exponunt. Canisius lib.4. de Deip. cap.8. *Ex priscis quidem Patribus complures viam Domino prepararunt, & ad futurum eius aduentum vnà cum Abraham, Simeone, & iustis aliis in spiritu exultarunt, summoque videndi Messiæ desiderio sanctè flagrarunt. Verum eos omnes Maria præcelluit, nullus ad Christi natalem venit paratior, nullus ardentiores preces, & lacrymas obtulit, nullus fide magis viuida complexus est promissiones, quæ apud Prophetas de nascituro Domino amplissimè proponuntur.*

Dilatus Iesu aduentus, vt preces instantium multiplicarentur. *Psal.79.*

7. Ex præfatis edisco dilatum etiam Christi aduentum fuisse, vt feruentiores cuncti excitaremur in preces, queis singularia beneficia sunt impetranda. Dauid vociferabatur, *Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Ioseph; qui sedes super Cherubim, manifestare.* Psalm.79. Titulus Psalmi huius: *In finem pro iis, qui commutabuntur.* Hebraicè, *Asaph Præfecto cantorum super liliis.* Annon spei lilium imago? Chori Magistro hic traditur Psalmus ab iis proferendus, qui aduentum æterni Regis expectantes, profusis precibus faciunt festinare. *Qui sedes super Cherubim, manifestare. Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. Deus, conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Domine Deus virtutum, quo vsque irasceris super orationem serui tui?*

Prædestinatus, ac promissus Messiæ aduentus ex precibus multiplicandis. *Gen.25.*

8. Annon Deus Messiam ex Abrahamo oriturum promiserat? *In Isaac vocabitur tibi semen.* Cur ergo precibus Sanctorum instātibus erat nasciturus? Profectò, quia promissa, ac prædestinata erat Messiæ natiuitas ex precum multiplicatione. Isaac olim *deprecatus est Dominum pro vxore sua, eò quòd esset sterilis, qui exaudiuit eum, deditque conceptum Rebeccæ.* Gen.25. Si iam promissi Isaaco filij Iacob & Esau, vt Christus ex eadem stirpe processurus filius Iacob vocitaretur; quid necessum fuit profusis precibus impetrari? Certè quia promissa, ac prædestinata filiorum natiuitas ex precum profusione. Gregorius lib.1. Dial. *Notandum, quòd obtinere nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt; sed ea, quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineantur. Abrahæ promiserat Deus: In Isaac vocabitur tibi semen; & tamen scriptum est quòd Isaac deprecatus est Dominum. Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Isaac prædestinata fuit; cur sterilem accepit, nisi quia prædestinatio precibus impletur?* Moribus sic Magnus Præsul

Gregor.

accommodat: *Ipsa quoque cælestis Regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, vt ad hanc electi ex labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante secula donare disposuerat.* Quàm necessaria, ad salutaria quæque consequenda, precum multiplicatio!

OBSERVATIO II.

Ad illa verba

Missus est Angelus Gabriel ad Virginem, &c.

Maria Iris est, siue, O, spei nostræ, ex quo Deum hominem in vtero claudit.

Vbi protegentis spei magnalia recenseo.



9. VAM appositè Virgo ab Ecclesia *Spes nostra* appellatur, si immissus à Deo Angelus, vt salutis nostræ gereret negotium, tot expositis rationibus, tot argumentis discussis, tot precibus multiplicatis, tot cælestibus profusis promissionibus, vnicum Mariæ consensum requirebat. Spes vnica hominum Regina Maria cui salus humana committitur Orbi profundenda.

10. Fatur Ioannes, *Ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens, & qui sedebat similis erat aspectui lapidis Iaspidis, & Sardinis &, Iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ. Et in circuitu sedis sedilia viginti & quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circum amicti vestimentis albis, &c.* Apoc.4. Ex Ansberti sententia sedens in throno Christus est, similitudinem quidem iaspidis gemmæ virentis referens ob Diuinæ naturæ virentem gloriā immarcescibilem: speciem autem Sardij rubenti obiiciens ob humanitatis sanguine rubram stolam. Porro Iris in circuitu throni Christum Deum ac hominem continens Deipara Ambrosio in exort. ad Virg. & Hieronymo ad cap.19 Isai. est. Nonne, quemadmodū Arcus ille cælestis diuini fœderis pignus tunc apparet, cùm radiis Solis vmbriferæ fuerint nubes illustratæ: ita cùm Verbum diuinum, quod candor est lucis æternæ, ac Sol iustitiæ Christus Virginem irradiauit, ipsa Deipara facta est velut fœderis pignus, in vtero Christum Deum & hominem Mundi reconciliationem factum gestans, fante Isaia: *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem*; cui conuenit illud Eccli. *Vide Arcum, & benedic eum, qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo.* cap. 43. Quid plura? Certè Iris speciem perfecti circuli Christi sedentis thronum circuentis referebat: *Et Iris in circuitu throni*; quia Iris Maria Christum gemmâ duplici expressum in vtero gestabat iuxta Prophetam *Fœmina circundabit*

Maria Iris est Deum tinens, O, spei nostræ. *Apoc.4.* *Ansbert.* *Ambros.* *Hieron.* *Eccli.43.*

euadabit virum. Præterea Virgo Iris *ſimilis viſioni* viridis *Smaragdinæ* apte dicitur; quia Maria hominum ſpes, ex cuius vtero Chriſtus clauſus Orbi exponitur. Seniores equidem, ſiue omnes iuiti, Mariam perfecto illo circulo, ſiue litterâ O figuratam aſpicientes O. O. O. ſæpè conclamant. Vnde non ſolùm Toletanæ Eccleſiæ celeberrimæ, ſed & vniuerſæ mos dieb. aduẽtum ſeu Natalitium Domini præcedentibus antiphonis à litterâ O. incipientibus vei, quia tota expectatio noſtra in Mariâ Deum vtero geſtante collocatur. Bernardinus apud Suri. to. 7. *Captus ſum amore Matris beatiſſimæ Dei Mariæ, quam ſemper amaui, in qua poſt Deum omnes meæ ſpes collocatæ ſunt; illam vnicè dilige, illam inquire, illam concupiſco; hæc eſt ſpes mea piiſſima Virgo. O. O. O. Maria.*

Bernardin.

11\. Patribus olim illuxit Incarnationis ſpes. Data in ſymbolum Aaronis germinans Virga. At virga Moyſi in terram excidens conuerſa in ſerpentem viridem Incarnationis ſpem veraciùs obiiciebat; ſi (authore Ambroſio & Origene) ſerpens ex virgâ Chriſtus ex Virgine ſignabatur. En baculum humanæ ſpei futura Domini Incarnatio, quo quidem difficilis itineris euincuntur obſtacula. Ex Ægypto populus fidelis victor egreditur, hoſtes perſequuntur, pelagus occludit euaſionis viam, populo ad ſeruitutem reducendo. Quid tunc miſeris? Spei baculus ex Verbi Incarnatione obfirmat errantes. Maris fugam huc illuc arripiant. Viâ placidâ obiectâ Populo tranſeunte. Pharao inſtat, currus & equites, ac innumerabile vulgus, ſeſe maris alueo committit. Quid tunc comprehendendis procul-dubio Hebræis? Baculus de more in gladium conuertitur, fauent nubes, vndæ voluntur diſtractæ, ac Hebræis ad ripam commeantibus, Ægyptij æquoris profunda tenuere. Pergit populus, ſiti apud deſerta premitur, mors inſtat miſero, Iſmaëlis clade innouatâ. Quid ergo perituris? Baculus, qui petram percutiat, profluant aquæ largiſſimæ, minimè deficientes. Hoſtes conantur Hebræis progreſſum interſecare, exercitu potentiſſimo opponuntur, mortes minitantur. Quidnam peregrinanti cœtui? Baculus lanceæ in morem hoſtes comminuit, miraculis excitatis. Iordanis vndæ tranſitum populi præpedire conantur. At ille rubri æquoris fugientis memor, Baculum oſtentat, & Iacobi in morem Iordanem tranſiuit; Baculo iam in venerabili Arcâ collocato. Iam verò Hieronymus quærit, vbinam Baculus hic Hebræorum ſpes, quia Ieſu vmbraculum obfirmatur. An in manu Moyſi, vel in Arcâ, eum ſuo gremio excipiente? Et reſpondet haud firmatum ſpei Baculum in manu Moyſis ante populi ingreſſum ad promiſſam patriam obeuntis: ſed *in Arca Maria.* Hæc firmiſſima hominum ſpes, è cuius vtero, qui *Veneris ſub Arca clauſus eſt* Baculus, inſtar virgæ Aaronis, mox veraciùs germinabit.

Spei noſtræ Baculus, ſcilicet Chriſtus naſcitur, in Arca Mariana, ſiue in vtero obfirmatur virginae.

Hieron.

12\. En Baculi officia, vitam, incolumitatem, & patriã cõferẽtis populo ſub Mariæ gremio certiſſimè expectantur. Vnde clamare iubeat: *Vita, dulcedo, & ſpes noſtra, ſalue, ad te clamamus exules filij Eua, &c.* Per te vita ex Baculo tuo Filio promiſſa, dulcedo virtutum, ac ſpes æternitatis iucundiſſimæ hominibus obfirmatur. Bernardus hic: *Vita, dulcedo, & ſpes noſtra, ordo pulcherrimus. Dulcedinem vita precedit, ſpes ſequitur. Non enim ſapis, niſi videas, nec ſperabis niſi viuas, & ſapias. Ipſam Reginam miſericordia, vitam & dulcedinem noſtram dicimus, quia per ipſam ſperamus nos poſſe conſequi quidquid totius bonitatis factor (Baculus vtique) dignatus nobis fuerit impertiri.* Spei hinc prædica magnalia.

Officia Baculi ex Maria gremio expectamus. Bernard.

Observatio III.

Ad illa verba:

Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Virginem.

Maria verè ſpes noſtra eſt, quia vitam ac dulcedinem exhibet.

Vbi innuitur, ſpem veracem cum vitâ ſpiritus, ac ſpirituali dulcedine copulari.

LLVSTRO Bernardi proximâ ſententiam: *Ipſam Reginam miſericordia, Vitam, & Dulcedinem noſtram dicimus, quia per ipſam ſperamus, nos poſſe conſequi, quidquid totius bonitatis factor dignatus fuerit nobis impertiri.* Ac ſi diceret: Quia per ipſam ſperamus factorem, id eſt, Dominum carne indutum, Vitam, ac Dulcedinem noſtram Mariam veraciter vocitamus. Virgo igitur & Vita noſtra, & Dulcedo eſt, ex quo per ipſam, ex ipſaque Deum hominem expectamus. 13.

Bernard.

Vita hominum Maria, quia *noſtra ſpes.* Homines ergo, ne diuinæ indignationis fulmine pereant, ad Virginem Iridem ſpectant. *Arcum,* inquit Deus, *meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & terram. Cùmque ſtupeſcentibus cœlum apparebit Arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei vobiſcum.* Gen. 9. Exiſtimo antè incarnatum Verbum, Deum Mariæ memorem, ſæpè Orbi pepercisse. At poſt quàm Dei Mater effecta eſt, vita eſt hominum, quia ipſorum vnica ſpes. Vnde *ego,* inquit, *Mater ſanctæ ſpei: In me omnis ſpes vita.* Ac ſi diceret. Quia Mater ſum, quia Deum vtero claudo, hominum ſum vita & ſpes, ſiue ſpem ingero vitæ impertandæ. Richardus Laurent. lib 6. *Maria eſt Mater ſpei, quia vitam gignendo mortis ſententiam reuocauit. Ipſa eſt ſpes vita, quia per ipſam ſperamus habere vitam. In me Matre, ait, omnis ſpes vita habenda & continuanda. In ipſa eſt ſpes noſtra, ſpes ſcilicet vitæ, quia ipſa eſt Arcus in nubibus, in ſignum iuſtificationis.* 14.

Quia Maria Deum in vtero claudit, eſt vita noſtra ſpes. Gen. 9. Eccli. 24. Richard.

Imò Deus ipſe ex vtero Mariæ Iris eſt, ſpem firmans Eccleſiæ. Vnde Angelus, ſiue Eccleſia Iridẽ capite geſtabat; Chriſtum ſcilicèt ſpem 15.

Iris ſpes virtutis. Maria Chriſtum Iridem

hominum

vitali parit. hominum obfirmaos, ex quo ventris angustiis continetur. Iris enim Maria qoid oisi Iridem generaret? *Psalm.75.* *Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.* Psal. 75. Hebr. In Salen. Vt Rex Salen Christus siue pacificus exoriatur. Iam peccator minimè moriturus, si ex aspectu Mariæ Iridis ad Iridis Christi referetur aspectum. *Ansel.* Anselmus inuoc. Virg. *Fugiat reus iusti Dei ad piam Matrem misericordis Dei. Refugiátque reus offensæ Matris ad pium Filium benigna Matris. Ingerat se reus vtrosque inter vtrumque. Insitiat se inter pium Filium, & Matrem. Pie Domine, parce seruo Matris tua. Pia Domina, parce seruo Filij tui. Qui me insiero inter duas immensas pietates, non incidam inter duas tam potentes seueritates. Dic Mundi Iudex, cui parcis? Dic Mundi reconciliatrix, quem reconciliabis? Si tu Domine, damnas, & tu Domina, auertis homunculum, bona vestra cum amore, mala sua cum mœrore confitentem?* Eo Arcum spem nostram vitâ homines donantem; quia Christum in Iridem vitalem conuertit, ex Iudice quidem paritura mediatorem.

16. *Ex flore spei nostra Maria fructum vitalis germinatur. Cant.2. Rupert.*

Igitur *iam hyems transiit, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostrâ* Cant. 2. Vbi Rupertus, *Imber diuina indignationis ab hominibus discessit; quia in terrâ Mariâ flores spei apparuerunt.* Aonon flos fructûs promissio? Flores itaque smaragdinæ Iridi colorem referentes innuunt Christum sublimis terræ fructum mox in Mundi vtilitatem proferendum. *Eccli.24. Richard.* Rursum Deiparens in vtero habens Saluatorem: *In me omnis spes vita.* Eccli. 24. Richardus Laur. citat. *Hæc verba potuit dicere Maria, postquam concepit Saluatorem. Ac si diceret: In me est ille per carnis assumptionem, à quo est omnis spes vitæ triplicis, natura, gratia, & gloria.*

17. *Dulcedinem spiritualium gaudiorum ex Maria spe nostra accipimus. Bernard.*

Deinde Maria. *Dulcedo* nostra, quia *spes nostra est. Infert Maria dulcedinem spiritualium gaudiorum & spem æternorum.* Sic Bernardus vbis. *Iris est Maria in circuitu throni.* An possumus thronum gloriæ adire, Virgine aditû occludente: Profectò si Christus in Iride siue in Virgine inclusus potuit ad nos egredi circulo clauso: nos facilem ad Deum aditum inueniemus. *Cant.8. Halgri.* Vnde Sponsus, *si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.* Cant. 8. Ad quæ Halgrinus Card. *Beata Virgo ostium est in Ecclesia, quæ malignis obsistit spiritibus, ne ad deuotos suos intrent.* (ideo appositè O, seu circuli clausi speciem refert) *Et per quam Deus ad homines egrediatur, & homines ad Deum ingrediantur.* *August.* Augustinus ser. 2. de Nat. *Porta facta sum cæli, (inquit, Maria) ianua facta sum Filij Dei; illi facta sum ianua clausa.* Ergo clausa ianoa cæli, per quam Deus ingressus est ad homines, homines ad superos aditum obtinebunt.

18. *Spes nostra Maria Iris siue aer nobis placida, ac dulcia nobis præbens officia.*

Scio Iridem nil aliod esse quàm aërem à Sole repercussum, si transcendente nubes arcû vidi terram duplici cornu conringentem. Spes Mariana *dulcedinem spiritualium gaudiorum* inferens in aere conuenienter exprimitur. Exterius ille refrigerat? Nil aptiùs ad libidinem extinguendam, quæ spirituali dulcedini aduersatur, quam clamare: O Iris, *vita dulcedo, & spes nostra!* *Bonau.* Bonauentura in Psalt. *Cingulo castitatis pracinge renes meos, & extingue ardorem membrorum meorum. Illuminationem Spiritus sancti per te suscipiam, & refrigerium contra cupiditatis æstum.* Placidum-ne medium præbet ad motum? Qui Maria Dulcedine nostrâ, duce, viam honestatis excurrunt, nil offanduot, quod iter possit placidum retardare. *Bernard.* Bernard. ser. 1. de Annun. *Ipsâ duce, non retardatis.* Aër respirationi est opportuoor? Per Mariam homines respiramus. *Idiota.* Idiota lib. Conr. Virg. cap. 5. *Sic etiam tibi ò Virgo, dicere possumus: Lucerna Domini, id est Maria (quæ illuminatrix interpretatur) spiraculum hominis; quia peccator per te respirat in spe gratia.* *Bonau.* Et Bonauentura in Psalt. *Respirent per te ad indulgentiam humiles pœnitentes, sana contritiones cordis eorum.* Succurrit aer spirantibus? Mariam sic affari solemus: *Tu nos ab hoste protege, & horâ mortis suscipe.* Quod confirmans Bonauentura, *In die mortis mea,* ioquit, *ò Domina, conforta animam meam, deduc me ad portam salutis, & spiritum meum redde factori suo. Ne proiicias nos in tempore mortis nostra, gratiosus vultus tuus mihi appareat in extremis, formositas faciei tuæ lætificet spiritum meum egredientem.* Hinc collige spem veram cum vitâ ac dulcedine copulari.

Observatio IV.

Ad illa verba.

Missus est Angelus Gabriel ad Virginem.

Ex Mariâ prægnante totum Deum totum hominem expectamus.

Edocentur sacri ministri, non sibi sapientiam acceptam retinere solùm, sed proximorum saluti profundere.



19. Quidnam de Virgine Mariâ Angelus personam totius rationalis creaturæ gerens expectet? Profectò totum, Iesum Orbi promissum, pariet hominibus, Filiû nobis acceptum nobis fidelissima restituet, Deum nobis amicum quidem, non Iudicem exhibebit, ac simul nostræ præstabit medicamina infirmitati. Cuncta confirmo. In primis autem ostendam tam ingentem Mariæ erga peccatores misericordiam, vt Saluatorem accipiens, nullam quodammodo ex eo particulam sibi retineat, sed totum hominum vtilitati exponat.

20. *Maria quasi non concipit Filium sibi, nec parit suum, quia totum nobis impendit. Luc. 1.*

Quæsiturus immissus à Deo Angelus fœminam, quæ concipiens Messiam, Matérque Dei effecta totum Filium Orbi exhiberet, adit Mariam, cui profatus: *Ecce concipies, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum.* Luc. 1. Adnoto non dixisse: Ecce concipies tibi, & paries filium tuum: sed *concipies, & paries.* Annô Christus concipitur & paritur Mariæ? Ita planè,

ne quia Filius eius est. *Exultauit*, ait, *spiritus meus in Deo salutari* (seu Iesu) *meo*. Ibid. Si ergo Christus Mariæ nascitur, & Filius Mariæ est, quare non dixit: Concipies tibi, & paries tuum? Quia fidelissima Maria totum nobis Saluatorem (quasi suus non esset, nec sibi nasceretur) impendit. Bellè Chrysologus ser. 142. *Non dixit: Concipies tibi, nec, paries tuum. Quare? quia sanctum vocabitur Filius Dei*. Rectè quidem, sed conuenientiùs argumento inferiùs respondet. *In tuo, ô Virgo, germine est genitor tuus, in tua carne est Deus tuus, & ipse lucem mundi per te cepit, qui lucem mundo dedit. Monita ergo per Angelum Virgo, ne præsumas hunc vocare Filium tuum, sed mox vt genueris, nuncu. Saluatorem.* Expende consequens: *Monita ergo*. Ac si inferret: Tuus totus est Filius in tuo germine, in tua carne, ergo non præsumas vocare Filium, sed Saluatorem omnium. Potiùs inferre deberet: Tuus totus est? Ergo retine tibi tuum. Profectò ea est Mariæ in nos charitas, vt eo ipso, quòd sibi conceperit, suúmque pepererit, nullam sui Filij sibi quodammodo particulam (nec sui appellationem nati) reseruet, sed totum mundo exponat Saluatorem.

Chrysol.

21\. David præfatus: *In Sole posuit Tabernaculum suum, & ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo*. Psal. 18. Vbi Lyranus Solem Deiparam exponit, cuius in vtero Sol iustitiæ, qui in morem exultantis Solis à summo cælo egreditur & ad summum occurrit calore suo terram complens, Tabernaculum collocauit. Si igitur Christus, vti Sol, Virginis vterum, Sol de Sole, seu lumen de lumine egressurus intrauit, quare non egreditur Sol, sed Sponsus: *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*? Augustinus ser. 7. de Nat. *Intrat Artifex Mundi angustiae ventris, efficitur Mater grauida, & ecce tanquam sponsus de thalamo, Maria Christus procedit ex vtero*. Sedulius autem pulchriùs attigit difficultatem, lib. 2. Pasch. *Christus ab aluo processit splendore nouo*, scilicèt vti Sol, *velut ipse decoro sponsus ouans thalamo*. Si Sol habitat, quonammodo sicut Sol non egreditur, sed sicut sponsus? Recurre ad illud Geneseos. *Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna*, Cap. 2. Sponsi equidem lex est, vt adhæreat vxori, patrem ac matrem relinquere omninò, siue à paterno aut materno gremio separari. Secùs Sol è cælis ortus, suos radios Orbi communicat, sed simul intrà cælestes paternos sinus manet. Haud verè sponsus, qui à parentibus non separatur, vt adhæreat vxori. Christus ergo Sol iustitiæ, Solis Mariæ Filius, vti Sol Tabernaculum vteri ingreditur; sed non sicuti Sol, sed tanquam sponsus de thalamo egreditur, quia Virginis filius cùm sit, totus è Virgine procedit generi humano, charissimæ quidem sponsæ adhæsurus, Matre relictâ.

Ex Sole Maria Sol Filius nascitur, non sicut Sol, sed sicut Sponsus relinquens Patrem & Matrem vt vni adhæreat vxori.
Psal. 18.
August.
Sedul.
Gen. 2.

22\. Ansam egregiæ excogitationi Lyranus exhibuit, fatus: *In Sole posuit Tabernaculum suum, id est, in Virgine, quæ illuminat Ecclesiam, sicut Sol mundum*. Maria igitur non est cælum, sed Sol Solis ostenditur. Quare? Quia cælum cùm Solem mundo ostentat, non illum Orbi dat, sed aspiciendum exponit. At Solis gerens imaginem, Solem immissuti, iam quodammodo non eum tenaciter, & auarè illigat; sed emissa ipsâ sicut Sol è cælo liberiùs processurum immittit, quasi à paterna cælesti lege solutum, vt instar sponsi totus hominibus adhærescat. Hinc bellè Cassianus idem asserit in Sole Verbum, siue in Maria posuisse, esse, ac *in manifesto*. Quia conceptum fuisse à Maria, idem est ac in manifesto collocandum, vt omnium Saluator verè vocitari valeat.

Apud Mariam commorari Christum idem est ac in manifesto exponi, vt omnibus prostaret.
Lyran.
Cassian.

23\. Ad hæc Isaias: *Paruulus natus est nobis, & Filius datus est nobis*. Cap. 9. Vbi Eusebius Emiss. hom. 5. *Natus, qui sentiret occasum, datus, qui nesciret exordium*. Ac si diceret: Christus natus est sicut Sol, perpetuò Orbem illuminaturus. At Sol cùm existeret, Solis exuit proprietates; potiùs enim nobis datus, quàm natus est. Ita quidem *nobis est datus*, vt quodammodo exordium nesciret, Matrem abnegaret, vt in morem sponsi adhæreret Sponsæ. In morem igitur Solis natus, non apud maternum cælum retinetur, sed verè sponsus, quasi abnegata parente, Orbi colligatur.

Christus totus nobis datus, quia Filius Mariæ.
Euseb. Emiss.

24\. Pulchram expendo Zenonis Veron. ser. 4. de Nat. sententiam: *Nascitur sine Patre Filius, non totus Matris*. Et quonammodo Filius Dei nasci potest omninò à Patre abstractus, & non totus Matris? Sponsus quidem est, à Patre & Matre omninò separatur, vt soli hæreat vxori. Addit: *Sibi debens, quòd conceptus est, Matri donans, quòd natus*. Deo conceptio Iesu tribuitur, Mariæ autem partus. Cur ita? Quia conceptum Filium sibi Mater in vtero retinebat, non mox Orbi præstabat. At natum exhibebat hominum medicamini. Vnde Virgini munus ineffabilius fuit quodammodo eum posse eniti, quàm potuisse concipere, Matri donans, quòd natus.

Totus Iesus, instar Sponsi, à parentibus recedit. Id quod Mariæ debemus.
Zeno.

25\. Aiebat Bernardus de Iesu: *Totus mihi datus, & totus in meos vsus expositus*. Cur totus datus? Quia non *totus Matris*, sed totus hominibus à Matre expositus. Memor virginum prudentum fatur Hugo Victor. de Incarnat. Col. 3. *Prudens, Maria, fuisti, vt tibi prouideres; nec dixisti: Ne fortè non sufficiat mihi & vobis; sed sciens quod sufficeret tibi & nobis, sufficienter retinuisti, & sufficienter præbuisti*. Profectò ô virginum Regina, augustiora tuæ charitatis exhibes documenta, si totus tuus cùm sit Filius, non totum reseruas propriis commodis, sed totum indiuisibiliter hominibus tradis: *Totus mihi datus*. Vnde Iesus *oleum effusum* aptè vocitatur, quia nec guttula (sic fari liceat) propria in lampade retinetur. Haud vult diuidi infantem, sed totum nobis ipsum gladio Passionis diuisuris impendit. Ediscat doctus Ecclesiæ minister non sibi soli acceptam retinere sapientiam, sed proximis quibus iuuandis accepit, communicare.

Prudenter prudentibus virginibus Maria, oleum Iesu totum nobis impendit.
Bernard.
Hugo.

Observatio V.

Ad illa verba:

Missus est Angelus ad Virginem.

Filium

Filium apud Mariam depositum nobis, ab ipsa reddendum fideliter, expectamus.

Vnde edocemur gratis proximis reddere, quod gratis à Domino acipimus.

26. *Spiritus Societatis Iesu, gratis reddere, quid gratis accipit.*

DEINDE ex fidelissimâ Maria cæleste depositum accipere expectamus. A Deo Angelus immissus Dei Filiũ Virgini tradidit custodiendum, vt in commodum Mundi salutis communis pretium impenderetur. Reddit Maria depositum diuinum, nec sibi, vel Euæ, curat retinere.

27. *Christum apud Mariã deponi, idem fuit, quod nobis exhiberi.* Psal. 18. Lyran.

Rursum premo Dauidicum carmen: *In Sole posuit tabernaculum suum.* Psalm. 18. Vbi Lyranus asserit Deiparam Solem, apud quam Deus habitationem suam, siue commorationẽ in morem tabernaculi collocauit. Cùm enim loco alicui tabernaculum herescit, seu tentorium, illico instante die, aut exercitus migratione in alium locum transfertur; de essentiâ etenim tabernaculi est, transferri, & transportari: Apud Virginis vterum receptus Dominus, illico migrauit in Mundum; illum enim ipsum apud Mariam deponi, idem fuit ac proculdubio ad homines transferri Solem iustitiæ cunctos homines illuminaturum. Damascenus Orat. 1. de Nat. Mar. *Hodie ex terrenâ naturâ cælum in terra ille condidit, qui olim firmamentum ex aquis finxerat, atque in altum extulerat. In illo Solem effecerat, ex hoc iustitia Sol ortus est.* Vt comparatio appareret dicere debuisset: In illo firmamento Sol factus, in hoc, siue in Mariâ Verbum (iustitiæ Sol) caro factum est. Cur ergo non asseruit Solem iustitiæ in Maria firmamento conceptum, aut receptum, sicut affirmauit in materiali firmamento effectum mundiale luminare? Existimo, quia illud ipsum Verbũ caro factum esse apud Mariam, illud ipsum à Maria exceptum fuisse idem est, ac oriri in hominum salutem; Maria enim tam fidelis depositi custos, vt non tam recipere, quàm reddere videatur.

Damasc.

28. *Maria Crux est fidelis in reddendo deposito.*

Viuificum Crucis lignum fidele ab Ecclesia vocitatur. *Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis, Nulla sylua talem profert, fronde, flore, germine.* Et cur Crux Dominica fidelis appellatur? Puto, quia traditum depositum, seu Corpus Dominicum non sibi retinuit, sed extensis brachiis hominibus exposuit. *Flecte ramos, arbor alta, &c.* Nobis enim, non tibi cœleste depositum recepisti. Quid si Deipara Christum à Patre accipiens fidelissima in morem Crucis depositum reddat? Epiphanius de Laud Virg. Mariam contemplatur Templum ingressam, Dominóque ac hominibus Christum redditu ram. *Dico*, ait, *Mariam esse Crucem; extendens enim sanctas vlnas Dominum portauit.* Portauit inquam, vt offerret Patri, vt hominum vtilitati exponeret.

Epiph.

29. *A gratia accepit, & ideo gratis reddidit.*

Quid mirum, si quod à gratia accipitur, potiùs depositum alij reddendum traditur, quàm in proprios vsus insumendum addicitur. Maria Filium plus à gratia, quam à natura accepit; vnde & Patri, & hominibus reddendum gremio contulit. *Ecce* (aiebat Angelus) *concipies in vtero, & paries Filium.* Luc. 1. Vbi Chrysologus ser. 142. *Non dixit: Concipies tibi, & paries tuum.* Ac si diceret: Deponitur alij dandus Filius, non Virgini datur. *Quare? Quia sanctum vocabitur Filius Dei.* Iam Filius hic *sanctum* est, siue res Deo deputata, oblatio pro mundi vitâ offerenda. Et cur non datur Virgini, sed in ipsâ deponitur? Respondet acutè. *Virgo te gratia præstitit Matrem, non natura.* Quod gratis à Domino accipitur, alij exhibẽdum depositum commendatur, non traditur insumendum. Annæ Samuelis matri non plenitudo gratiæ dedit filium [illegible] admodum matri; sed gratiæ gutta eam matrem ex sterili fecit: & tamen filius *sanctum Domini* exortus. 1. Reg. 1. Quod enim gratis accipitur, depositum est, aliis gratis exhibendum. Quid Maria, quam non natura, sed plenitudo gratiæ matrem effecit? Depositum totum Orbi sacrauit vtilitati. Accepti quippe fit restitutio. Edisce, gratis reddere proximo, quod à Domino gratis accepisti; vel ab Ignatio Parente nostro Societatis Iesu alumni edocemur.

Luc. 1. Chrysol. 1. Reg. 1.

OBSERVATIO VI.

Ad illa verba:

Missus est Angelus Gabriel ad Virginem.

Maria piissima Christum Iudicem excipiens, ita emollire curauit, vt amicum nobis efficeretur.

Vbi edi scimus, filium plerumque mores matris ebibere.

PROFECTO non solùm pro deposito nobis seruando exegit Deipara vsuram; quin potiùs auctum quodammodo hominibus reddidit. Accipiens enim seuerum Iudicem Dominum, nobis pariter amicum, in spei nostræ firmitatem. 30.

31. *Excipit Maria Iudicem germinat aduocatum.* Chrysol.

Deponitur quidem apud Virginem Verbũ Iudex ira accensus. *Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.* Luc. 1 Iudex quidem concipitur, sed Filius paritur, Iesus ex vtero totus saluatis egreditur. Chrysologus ser. 140. *Venerat Angelus blandus in specie, ferus in bello: mitis in habitu, in sermone terribilis, humana proferens, diuina repromittens. Quid plura? Mox sensit in se supremum suscipi Iudicem.* An Domine, mundum iudicaturus aduentas? secundi aduentus id munus iniungendum tibi, qui in primo mitis omninò, ac exorabilis appares, Cælicolis concinentibus: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Cùr vel Iudex ad Virginis vterum descendis? Addit Chrysologus, *suscipi Iudicem, vbi ante iam cælestem mundum contemplata est metatorem.* Vidit Angelum metatoris gerentem munus, terram disponentem, vt semen cæleste acciperet.

ret. Seminatur ergo Verbum Iudex iratus; sed terræ lacte & melle manante beneficio ex semine Iudice lilium nascitur, botrus exoritur, amicus hominibus redditur. Vidi exitialis Africæ fructus semina terræ Hispanicæ addicta, dulcissima poma, salutaria quidem beneficio telluris parturire.

32. Tres Angeli, siue Personæ Trinitatis Abrahæ Tabernaculum ineuntes, mysteriũ Incarnationis innuerunt, Filio carnem assumente; Patrem obumbrante virtute, Spiritu superueniente, ac Virgine stante, *Et qui creauit me requieuit in Tabernaculo meo.* Eccli. 24. Iam quæris, sub quonam habitu Conditor & Abrahæ Tabernaculum, & Virginis vterum fuerit ingressus? Pulchrè Clemens Roman. lib. 5. Constit. Cap. 21. *Dei Filium Abraham accepimus hospitio Iudicem confessus est.* Iudicis formam gerens Verbum, Virginis Tabernaculum ingressum profitemur. Ingressus Iudex, egressus-ne est, eandem formam referens? Grauium Doctorum sententia ex tribus Angelis apud Abrahæ Tabernaculum exceptis duos solummodò exiuisse, Patrem, & Spiritum Sāctum; vnde Loth duos tātùm Angelos adorauit. Verbum enim in Tabernaculo commoratum est, Saram fœcundaturũ, mysteriumque Incarnationis documenta exhibens. Dic mihi, o Dei Fili, Iudex integerrime, cur Patrem, & Spiritum Sanctum comitatus non es? Quia ad euertendas Sodomæ Vrbes festinarunt. Imò ideò Iudex deberes eiusmodi cautam instituere, vt sententiam proferres exitialem. Absit. Etsi enim Iudex apud Tabernaculum Abrahæ, siue Virginis vterum exceptus sum, non possum egredi, quin hominum amicos ad Sodomam mediator accedam. Filius enim Mariæ exui Iudicis iram, indui hominum mediatorem. Vnde si Patrem, & Spiritum Sanctum comitarer, Sodomitæ immundissimi proculdubio veniā donarentur. Reliquis ergo Personis iudicium committatur.

Cùm Dominus Iudex Mariæ Tabernaculum ingressus esset, amicus redditus, noluit Sodomitas condemnare; sed Patri, & Spiritui Sancto commisit iudicium. Gen. 18. Eccli. 24. Clemens Roman.

33. Quàm sese Niniuitis Ionas Iudicem præstitit! Nec illorum impœnitudinem prædicationis imbre emollire curabat. Mari ac ventri ceti Dominicæ sepulturæ imagini addicitur, quem vteri materni nouam formam referre Chrysologus asseruit: *En vteri noua forma.* Quid plura? Ex vtero Mariano mysticus Ionas, id est, Christus enititur, non quidem iam Niniuitarum Iudex, sed amicus, aduocatus, eos ineffabili charitate ad bonam frugem allicere procurans.

Christus Ionas ex vtero Niniuitarũ amicus egreditur. Ioan. 1. Chrys.

34. Iam igitur Virgo certa nostra expectatio es, optatissimum ad portum festina, è Iudice hominum parietur amicus. Guarric ser. 2. *Secura igitur, ô Virgo intemerata, o porta sanctuarij perenniter clausa, secura aperi.* Princeps egrediatur; nec timoris suspicio, si ex vtero Mariæ exoriatur. Virgo Rinocerotem reddet mansuetudine affectuo, fructus amaros indulcorabit, Iudicem emollescet, potentissimum illigabit, iratum, militem exarmabit, arcum laxabit, sagittam expoliabit calamo, & ære, fulmen extinguet, totus è Maria Christus dulcis, totus desiderabilis exorietur.

Certa ex Virgine nostra est expectatio. Guarric.

35. Isaias præfatur: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Cap. 11. Christum florem è virgá Mariâ exortum Pro-

Ex virga Iudex non virga.

pheta prædixit, authore Hieronymo. An non ad Virginem Dei Filius virgæ dominaturæ, ac iudicaturæ speciem referens immittitur? *Virgam*, ait Dauid, *virtutis suæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorũ tuorum.* Si ergo virga iudicatura vterum init, quonam modo flos egreditur? Quia ad virgam seu Virginem piissimam veniens, ab ipsa medica quidem virga accepit, quo flos medicus egrederetur. Hugo Victor. in Miscell. lib. 4. tit. 26.

Iudex, sed medicus flos germinatur Dominus. Isa. 11. Hugo.

Virgo Dei genitrix virga est, flos Filius eius. Quàm benè, quàm rectè dicitur flos (qui virga erat ferrea) *quia ex virgá Virgine producitur. In flore mellificatio, ex flore fructificatio, & in flore medicamenta. Ex hâc medicinâ sanitas æterna incorruptibilitatis.* Edisce filios pleromque matris nouem mensibus illos gestantis mores ebibere.

Filius matris mores ebibit.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Missus est Angelus ad Virginem.

Profusis vocibus O. O. O. Mariam prægnantem optatissimum excitamus ad partum.

Vbi innuitur orationis vis, ad salutares effectus maturandos.



Nimmerò ad Panegyrici perfectionem pondero Iridem Mariam (quam in circuitu throni, seu circundantem virum Dominum vidimus, haud arcus cælestis habitum obijcere; sed O. literæ speciem imitari. Dixi Mariam expectationis nostræ, O. existere suspiriorum, & inclamationum nostrarum materiam. Gemituum enim clamores necessarij quidem, vt expectationis fructum excipiamus. Postquàm Ioannes thronum, sedentem, Iridem descripsit; postquàm vigintiquatuor seniores expressit, adijcit: *Et de throno procedebant fulgura, voces, & tonitrua.* Apoc. 4 Existimo huiusmodi voces expectantium Mariæ partum adnotare affectum: O. O.O. Maria, si Mundus expectatissimo partu potiatur! Necessarij gemitus, queis Virginem parituram excitemus. O si optatissimus Princeps adueniret! O si tenebras Sol ableget noctis! O si hostibus Dux incutiat formidinem! O si Adam secundus primi leuet exilium! O si cælestis ignis hominum præcordia succendat! Huiusmodi itaque affectu & desiderio Virginem parientem adiuuamus. 36.

Festi expectationis, siue Nostra Domina de lo O, mysterium. Apo. 4.

Luna est Maria? Ethnicorum in morem fidelissimi quidem profusis vocibus O O O. parturienti Lucinæ, morem gerentes feramus auxilium, noster donec regnet Apollo. *Cerua est matutina?* Vocibus & tonitruis festinabit ad partum. Fœmina illa Sole amicta Maria est. Bernard. *Habens in vtero* (addit Textus) *cruciabatur vt pareret.* Apoc. 12. Quonammodo discruciatur Virgo paritura, quæ à partus doloribus immunis prædicatur? Profectò Ma- 37.

Pariens Virgo clamoribus hominum adiuuatur. Apoc. 12. Bernard.

ria sine propdo dolore pariens nostro cruciatu quodammodo afficitur; profusis enim clamoribus Lucina Ecclesia pedibus Virginis parientis addicta fauet, vt optatissimo fœtu potiamur.

38. *Gemitibus Dominus ab vtero extrahendus dilectissimo habitaculo. Psal. 138. Ambros.*

An Virgo eget gemituum excitatione, vt pariat, si ab ipso primo conceptionis instanti maturus fructus ostentatur? Fatur Christus ex ore Dauidico: *Tu es qui suscepisti me*, aliter (*qui extraxisti me*) ex vtero. Psal. 138. Cur necessaria vis ad ortum Saluatoris? Num quia virgineũ ei amabile habitaculum adeò, vt vi adiectâ indigeret, vt relinqueret? Ambrosius serm. 28. *Sinus Christi erat in Deo Patre Diuinitas, in Maria Matre virginitas. Cuius sic tenebatur pulchritudine, sic irretiebatur amore, vt nisi sibi inferret vim, ab illa exire nequiret.* Infert autem vim sibi, dum sponsæ Ecclesiæ gemitus excitat: *Osculetur me osculo oris sui.* Cant. 1. *Cant. 1.* Patris sinum sine vi adhibitâ reliquit. Iden *saliens in montibus, transiliens colles* in morem *capræ & hinnuli ceruorum* exprimitur. Vt autem ab vtero sinuvè Matris egrediatur, sibi vim infert. An amabilior Verbo sinus Matris, virginitas Mariæ, quam sinus Paternus, seu Diuinitas? O ineffabilis hospitij dignitas!

39. *Quam violentia necessaria, vt Christus ex Maria vtero educeretur. Exod. 12.*

Pondero particulam illam: *Vt nisi sibi inferret vim.* Haud gemitus, voces, & tonitrua certæ parienti sufficerent, nisi ipse sibi Filius nasciturus vim inferret. Tantæ-ne vires Infantis? Offerendus olim Agnus *masculus* requirebatur. Exod 12 Et cur non agnicula purissima aptiùs sacrificio, seu mysticis epulis deputaretur? Agnus Christũ figurabat Infantẽ, qui quidem masculus est, vt sibi possit vim inferre, vt charissimum Matris tabernaculum relinquat. Nazianzenus Orat. 2. in Pasch audiendus. *Nazian.* *Percebatur masculus, quia nihil muliebre, nihil molle, & effeminatum circunferat. Verum ex virgineis, & maternis vinculis pro potestate, & violenter erupit.* Vteri Mariani angustiæ ita Iesu placidum hospitium, vt vincula sint orituro. Mascula igitur vi sibi illatâ, valenter egreditur: imo ab amicis vociferantibus O. O. O. extrat auxilium. Potentiam hinc precum edoceamur. Horum mascula fortitudo Infanti addicitur egressum.

SECTIO SECVNDA.

Nostra Expectatio ex Salutatione Angelica.

TEXTVS.

VERS. 28. ET ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratiâ plena, Dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus. 29. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. 30. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. 31. Ecce concipies in vtero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum. 32. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus sedem Dauid Patris eius. 33. & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis.

IN MARIÆ EXPECTATIONEM
PANEGYRIC. MORALIS SECVNDVS
Circa literam.

Ex Nostra Expectatione ob Salutationem Angelicam.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Et ingressus Angelus ad eam, dixit:

Ex Mariâ absconditâ Dei Filium expectamus; quia Dei Matrem decet reclusio pudica.

Edocentur nuptæ, reclusionem prolis esse parentem.

AN hominum fallitur spes? Minimè planè; multas enim in Mariâ circunstantias cõtemplari licet, quæ asserunt ex prægnãte Virgine proculdubio Deũ nasciturũ. Id quod vno, & altero Panegyrico cõfirmandum assumo. Ac primùm affirmo ex 4. Mariæ reclusione certissimum expectatissimi partûs nos capere documentum. Nec enim vagans per plateas & vicos, velut sponsa Ecclesia olim, ab Angelo inuenitur, sed apud cubiculum addicta clausuræ. Ex fœminâ-

fœminâ igitur apud domum, apud cubiculi adyta commorante Deus oriturus.

2. *Cum Angeli gaudium ex nato Ieſu euangelizant, Maria domus habitatrix eum paritura diuidit ſpolia.* Pſal. 67. Caiet.

Fatur Dauid: *Dominus dabit Verbum euangelizantibus: & ſpeciei domus diuidere ſpolia.* Pſal. 67. Ex mente Caietani, Verbum diuinum carne indutum ex Virgine natum Angelis euangelizantibus traditur à Deo, cum illi proclamant Domino exorto: *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus eſt &c.* Loco autem illius particulæ: *Et ſpeciei domus diuidere ſpolia*, legit, & explicat: *Et habitatrix domus diuidit ſpolia.* Ac ſi diceret, gloria hæc Chriſti hominibus donandi à Domino fundatur ex eo, quòd Virgo pulcherrima, cuius ſpecie Conditor capitur, domus habitatrix inuenitur: *Et ingreſſus Angelus ad eam.* Domus habitatrix eſt? Diuidet proculdubio hominibus ſpolia, certiſſima eſt Orbis expectatio.

3. *Sara in Deiparentem aſſumitur, quia abſconditæ Virginis poſitionem referebat.* Gen. 18. Ambroſ. Iſai. 11.

Eſſentiali planè defectu Sara & ſenex & ſterilis laborabat ad prolem. A Deo tamen illa in Iſaac, ſiue potius in Ieſu parentem eligitur. Quæritant peregrini: *Vbi eſt Sara vxor tua?* Vbinam ô Viri, ô Proceres fœmina virtutibus ornata futura? *Ecce in tabernaculo eſt.* Gen. 18. Abſcondita-ne Sara? Ecce in Iſaac, ſiue Dei matrem aſſumitur, ætatis, ſterilitatiſque defectum clauſura compenſat, abſconditæque Virginis futuræ Dei Matris morem gerit. Ambroſius lib. 1. de Abra. cap. 5. *Prouectior ætate iam Sara iuuenilem cuſtodit verecundiam.* Aſſumendæ Saræ in Deiparentem fit periculum. Vbi eſt? An abſcondita? An in tabernaculo? an in clauſtris? ſi in adytis manet, fœcundabitur planè. Iuuenculam enim abſconditam referet Mariam. *Ecce Virgo concipiet.* Iſai. 11. Aliter, *Ecce abſcondita.* En Saram non iam ſenem, non iam ſterilem, ſed clauſuræ addictam iam iuuenculam, iam Mariam.

4. *Ideo Abimelech velamen ei largiri curat, vt abſcondita Mariam referat.* Gen. 20.

Abimelech Rex Geraris Abrahamo *Oues, boues, ſeruos, & ancillas* largitus eſt. Num Sara dilectiſſima, ô Princeps, aliquo præſtanti munere donabitur receſſura? Munificentia exhibeat tantæ dilectionis documenta; nec enim debet coniux, caſta comitate fraudari, quam virgo putata recepit. *Ecce*, inquit Rex, *mille argenteos dedi fratri tuo, hoc ſit tibi in velamen oculorum.* 20. Interpres doctus ad illa verba: *Apparuit Deus Abimelech per ſomnium*, aſſerit factam fuiſſe Regi fortaſſe de poſteritate ſacra reuelationem. Virũ habet, è quo Chriſti parente verus Iſaac exoriturus. *Ecce*, (dixit appoſitè) *mille argenteos dedi fratri tuo in velamen oculorum.* Deiparentẽ futuram decet Virginis habitus. *Ecce Virgo* (Ecce abſcondita) *concipiet, & pariet Filium*, velamina oculis adiiciantur, abſcondatur pulchritudo, Mariæ abſcondendæ morem gere, vti Dei aſſumaris in parentem. Edoceantur virgines pudicæ recluſionem, nuptæque adnotent fœminam ſterilem donatam eſſe prole, quia iuuenilem cuſtodiit verecundiam; præmium enim pudicitiæ aſſolet eſſe natorum abundantia.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Aue gratiâ plena.

A Maria Euæ correctione Deum oriturum expectamus.

Vbi edocentur iuuenes, iuuenculæ vè oculorum, linguæque adulantis vitare pericula.

Ppoſitè Ghiſlandus, *Maria melior Eua, veraciter Deum concipies, ac paries.* Viuentium mater Eua ineptè vocatur poſt tranſgreſſionem, quæ Deiparam veram viuentium parentem, ſi quidem Chriſtum Adamum meliorem paritura erat, minimè referre poſſet. Vnde Angelus dignoſcens ineptam Euam, à qua viuentium Pater oritetur, Mariam Euæ correctionẽ, ſiue (vt vulgariter exponã) *Eua al reues*, vocitauit: *Aue gratia plena*, à qua Eua meliore Deum viuentium Patrem oriturum planè expectamus. 5. Ghiſl.

Vis oſtendam, quam Euæ cõtraria Deiparẽs? Credula in primis illa ſerpentis promiſſioni, non adiit maritum, vt de tam graui negotio conſilium iniret. At Maria *turbata eſt in ſermone eius.* Cur turbatione afficitur? An quia adoleſcentis formam aſpexit? An quia cæleſtia repromiſit Angelus? Exiſtimo turbatam Virginem, quia maritum non adeſſe contemplata eſt. Antipater Ora. de Nat. Ioan. *Non adeſt Ioſeph, voci non aſſentior. Cum ſola prima parente locutus eſt ille, qui fuit primus author malorum.* Sola periit Adami vxor, non adeſt Ioſeph ſpõſus, quo cum poſſim de tanta agere promiſſione: haud reſpondere audebo. 6. *Maria non audet ſponſo abſente reſpondere.* Luc. 1. Antipa.

Sampſonis matri, Mariæ quidem imagini (de quo Auguſtinus) Angelus Ducis Iſrael ortum nunciaturus apparet. *Apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es, & abſque liberis; ſed concipies, & paries filium.* Mox prudẽs fœmina totam marito cauſam detulit. *Quæ cum veniſſet ad maritum ſuum, dixit ei: Vir Dei venit ad me, &c.* Iud. 13. ſi Angelus cęleſtia munera expoſuit, cur turbatione affecta marito arcanũ reuelauit? An de fœminarũ more? Certè Mariæ agens illa ſimulacrum, ſimul prætulit Euæ correctionẽ. Ambroſius Epiſt. 60. *Inſinuauit marito, viſum ſibi hominem Dei præclarâ ſpecie, futuræ ſobolis ferentem oracula. Nec paſſa ſine viro ſcire vel diuinitatis ſecretum.* Prudentiſſimæ quæque periculum ſeductionis incurrent, ſi de cæleſtibus audeant proprium explere iudicium. 7. *In cuius typum Sampſonis mater cauſam reuelationis Angelicæ marito refert.* Iudi. 13. Ambroſ.

An iuuenci vni iugo illigati poſſent ſocij cooperationem effugere? Mulier viro lege illigata valebit eius vitare conſortium? *Quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro, alligata eſt lege.* Rom. 7. Legit Tertullianus lib. de monogam. c. 13. *Mulier viuenti viro alligata eſt lege.* Mulier viro alligata quonammodo operatura viri oculos aufugiet? Tam illigata vxor Adamo, 8. *A viro Deipara ei legè illigata non recedit.* Rom. Tertul.

mo, vt ipse clamaret: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea*. Gen. 2. At quæ natura, & lege alligata erat viro, ab ipso recessit viuentium matris gloriam amittens. Lipomanus, *Tacere debuerat mulier, & indicare protinus marito. Periculosum est, confabulari veteratoribus. Discant hinc insolentiores fœminæ*. Quàm altera Maria, turbata quidem, quia sponsus aberat, cui posset consilium captura, nuncium aperire.

Gen. 2.
Lipom.

9. Mater quidem Eua in gratiæ culmine constituta putauit fore, vt nullatenus seduci posset à Diabolo. At Maria virginum magistra voto astricta puritatis non se in conspectu maternitatis securam arbitrata est. Ideo obiicit Angelo: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Gabriel dixerat: *Gratiâ plena, Dominus tecum*. An plena gratiâ Deóque illigata times? Proh Virginis prudentia! Dauid fatus, *Astitit Regina à Dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta varietate*. Psam. 44. En Mariam gratiâ plenam, apud Deitatis dexteram collocatur. An timebit excidere? Ita planè; ideo enim à patre accipit perseuerantiæ documenta: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui*. Num periculi tentatur instantiâ, quæ in perfectionis vertice constituitur? Respondet Paschasius, *statuitur in Dextris, vbi beatorum est locus, & monetur; quoniam adhuc bellandi est tempus*.

Eua casum non veretur in gratia vertice obstituta; secus Maria.
Psal. 44.
Pasch.

10. Adamas quidem puritate Maria, quæ *tota* (vti ait Guarricus) *lapidea* maternitatem non admitteret, nisi virginitate illæsâ. Attamẽ adamas timore afficitur, qui non semel voluptatũ illecebris assolet emolliri. Amos Deus manu adamantem gestans obiicitur. *In manu eius* trulla cementarij. cap. 7. LXX. *In manu eius adamas*. Quid adamante apud Dei dexteram validius? Hieronymus lib. 3. cap. 8. *Habet Deus in manu adamantem, qui in tantum robustus est, vt dicatur ad eum: si transieris per ignem, flamma te non comburet: quantoque magis tentationibus caditur, tanto fortior fit: & pro nomine Saluatoris inter flagella lætatur*. An vis vlla adamantis huiusce potentiam poterit debellare? *Cumque* (adiicit Doctor) *à nullo superari queat, solo mortifera libidinis calore dissoluitur. Hæc enim sanguinis hircorum dicitur esse natura, vt sit ad libidinem calidissimus: & quod ignis domare non queat; solus illius dissoluat cruor*. Tam augusta potentia apud Dei dexteram collocata fragilis impudicitiæ cedit tentamento. Haud te virgo securam præoices, dum tentaminis complicatis instantiâ.

Adamas in manu Dei casui est obnoxius.
Amos 7.
Hieron.

11. Pondero particulam: *Audi filia*. Cum filia Dei quid periculo libidinis? Porrò vel Dei filij euicti ab impudicitia lacrymantur. *Videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores*. Gen. 6. Fœminæ-ne aspectus potuit Dei filios, siue Seth natos virtutibus insignes ad impuritatis barathrum deturbare? Basilius de verâ virgin. *Sufficit vel modicè nudata pulchritudo Dei quoque filios ad voluptatem emollire, & quasi homines &c.* Ideo præcauens Maria Dei filia admonita à Dauide, obiicit: *Quomodo fiet istud?* ideo ab Angelo adolescentis formas gerente semouet aspectum; (*Turbata est*) quod non Eua.

Vel Dei filij euicti ab impudicitia.
Gen. 6.
Basil.

Aiebat Iob: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de Virgine*. cap. 31. Quid necessum, fœdus inire, si tua insuperabilis firmitas, circa puritatem sectãdam, ipsum fœdus est? Haud cognosciris quàm horribilis hostis pulchritudo. Chrysostomus de cont. Ioseph. *Quis non admiretur, videns virum hunc cum Diabolo viriliter certare, & omnes maligni machinas vincere, virginis autem faciem fugere, & à formosæ puellæ aspectu oculos subducere? Diabolum accedentem non fugit, sed mansit sicut leo viribus fidens: virgine autem visâ, non stetit, neque moratus in contuendâ pulchritudine, sed statim secessit. Censebat nimirum contrà dæmones virili, & audaci animo opus: in continentia autem præparatione victoriam concedi non ex virginis consuetudine, sed secessu*. 12.

Necessum fortissimo cuique, fœdus cum oculis inire, ne de virgine cogitet.
Iob. 31.
Chrysol.

Fortissima fœmina Maria, de qua Salomon: *Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum*. Prou. 31. Existimo huiusmodi lumborum illigationem fugam indicere, ne laqueis libidinis præcingatur. Ait Dominus: *sint lumbi vestri præcincti*. Luc. 12. Præcinguntur lumbi ad fugam, ad victoriam. Fulgentius: *Omnis Christianus præcinctos lumbos habeat, vt fugiat libidinem*. Tunc etenim brachia fulminia præferent hostis debellatura Iouis victoria: *Et lucernæ ardentes in manibus vestris*. En Maria brachium suum roborauit, cùm ad fugam præparata est: *Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum*. 13.

Maria fortissima roborata apparet, cum fugam constituit.
Prou. 31.
Luc. 12.
Fulgent.

Eua denique verba diaboli audire non veretur, cuius libidinem Textor lib. de pœni. taxat. *Quia quòd non sustinuit sola circumuenta, sed apud Adam nondum maritum impatiens, etiam tacendi est?* Audiuit diabolum, & Adamum nõ maritum conuenit, vt colloqueretur, adulationibus diaboli delinitur, blando sermone superatur. At Maria auditis Angeli dulcibus verbis: *Aue, gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*, illicò *turbata est in sermone eius*, quasi terribili telo tentaretur. Ideo Chrysolog. *Apparuit Angelus in sermone terribilis*. Terribilia quidem iacula mollia verba. 14.

Eua audiuit adulatoria verba, Maria obsurdescente.
Textor.
Chrysol.

Cùm Bethuliæ Duces horribilis hostis potentiâ obiecta exterret pulchra fragilis fœmina, difficilem consequi intendit victoriam. Funereis vidua indumentis ablegatis nuptialem resumit apparatum profata Domino: *Percuties eum ex labiis charitatis meæ*. Iudith 9. Labiis tantus hostis percutiendus? Annon tutiùs gladio vti ad vulnus lethale infligendum? Loquar dulcis, alliciam adulatrix, casta labiis seducam. Apollo carmina condidit, quibus Stheropes, Arethusas, Narpissas, atque Zeuxippes emolliit. Quas Vatis victorias describẽs Clemens Alex. in adhortat. concludit. *Effugit sola Daphne & Vatem, & vitium*. Quæ potuit aures obturare, ne Vatis adulatoria verba exaudiret, potuit virium effugere, in laurum conuersa, quo puritas coronâ stiparetur. Audiens Sterope cessit; percipiens Arethusa fons æternùm lacrymatur effecta; Narpissa superatur; Zeuxippes afficitur confusione; dum surda sola agit Daphne triumphum. 15.

Iudith loquẽs euicit Tyrannum.
Iudith. 9.
Clemens Alex.

Magdalena Saluatoris cadauer requirẽs nec Angelos exaudire curat. Ioan. 20. Cur ita? Respondet Orige. *Nolo Angelos videre. Si cœperint mihi* 16.

Magdalena nec Angelos vult exaudire.

Ioan. 10. Orig.

mihi multa narrare, & si voluero illis ad omnia respondere, timeo, ne amorem meum magis impediant, quàm expediant. Si Angelorum eloqoium diuinum possunt amorem impedire, quid vana adolescentularum viro, aut fœminę adolescentum lenocinia? Profectò fortissimi quique huiusmodi impugnatione turbantur.

17. *Petrus fœminæ locuta emollitur.* Matt. 27. August.

Petra Simon fragili mulierculæ verbo emollitur. *Tu ex illis es.* Matt. 27. Ad quæ Augustinus ser. 115. de Temp. *Petrus labia puellæ non sustulit; sed vbi locuta est, ille turbatur. Processu sermo puellæ, & immobilis columna concussa est.* Locuto igitur Angelo, turbatur Maria. Tacet tamen, non inutilia verba admiscet, ne respondente Angelo, sermo cresceret. O Mariæ silentium! Verbi obmutescentis præparans incarnationem, à quo silentium profundissimum edocemur! Fatur Guarricus ser. 3. de Annunc. *In vtero Verbum æternum sub silentio se premit. Vobis tamen fratribus illud silentium loquitur, vobis clamat. Vobis vtique disciplinam silentij commendat: sicut namque Puer ille conceptus in vtero ad maturitatem partûs sub alto & diuturno profecit silentio: sic spiritum hominis disciplina silentij nutrit, format, & roborat.* Illa expende: *In vtero Verbum sub silentio se premit.* Quasi Mariæ silentium consequens Verbi sequeretur incarnatio, vt edoctos à Matre Puer nobis vtilissimum silentium edoceret.

Verbum quodammodo silentium à Matre edoctum nos edocet tacere. Guarri.

Observatio III.

Ad illa verba:

Gratiâ plena.

Ex Mariâ humanâ ac diuinâ quodammodo Christum Deum & hominem expectamus.

Vnde colligo plerumque natos parentibus similes exoriri.

18. NON Angelus Mariam, sed gratiâ plenam Virginem appellauit: *Aue gratiâ plena.* Fœmina etenim diuina quodammodo Maria diuino erat nomine compellanda. Iam hominum certa expectatio; ex fœminâ quippe diuinâ diuinum ac humanum fœtum proculdubio excipiemus.

19. *Aduertatur Mariam viro desponsatam, vt constet humanam esse.* Luc. 1.

Audiens Archangelus fœminam futuram Christi Dei ac hominis parentem, mox sibi obiecit Virginem, quæ & humanitatis & Diuinitatis quodámodo fulgore niteret. Ideò *ad Virginem desponsatã viro* properauit. Luc. 1. Cur Lucas adnotat Mariã viro esse matrimonio illigatam? Credo. Vt ostenderet eam fœminam, quæ tot tantisque diuinis fulgoribus oppleretur, verè humanitatis premi pondere, siquidem viro vxor addicebatur; nec enim spiritui datum matrimonio homini colligari, quia in cælo *non nubunt, neque nubentur; sed erunt sicut Angeli Dei.* Athanasius Epist. ad

Athan.

Epitec. *Angelus ad eam legatur Virginem desponsatam viro, vt sponso ostenderetur, Mariam verè hominem esse.* Verè homo illa, quam ex splendoribus sanctis verè diuinam arbitraris; nuncia Verbum: concipiens Deum hominémque Christum emittetur.

20. *An non corpore & spiritu diuina Maria?* Dionys.

Quàm diuina Deiparens, & corpore, & spiritu! Dionysius Epist. ad Paulum, sic corporis Mariani diuinitatem exprimit: *Nisi tua diuina doctrina me docuisset, o Deus; hanc verum Deum credidissem. Quoniam nulla videri poterat maior gloria Beatorum, quam felicitas illa, quam ego felicissimus tunc degustaui.* Quid si Theologi intellectus animę Deiparę gloriam penetraret tot plenæ diuinis incrementis? Quia *fecit illi magna qui potens est, & sanctum nomen eius, & misericordia eius à progenie in progenies.*

21. *Ideò Maria est gloria radix, id est, ipsa quodammodo Diuinitas.* Epiph.

Epiphanius expressit conuenientiùs: *Aue gratiâ plena, splendidum cælum, quia incomprehensum continet Deum. Aue gratiâ plena, quæ Cherubicum Thronum Diuinitatis fulgore superas.* Et addit: *Quid dicam, & quid proloquar? Quo pacto prædicabo gloriæ radicem?* Quare ergo Virginem gloriæ radicem vocitauit? Parum fuit Doctori Mariam cælum superare, Cherubicum Thronum diuinitatis gloria excedere; ideò ipsam gloriæ radicem appellauit. Quid gloriæ radix? An species impressa? Negatiuè affirmo, impossibilem huiusmodi speciem iudicans. Deus enim intimè præsens intellectui Beatorum adest, proportionatus maximè: nec potest intimè præsens, aut proportionatus non esse. Vnde species impressa ad supplendam præsentiam ac proportionem huiusmodi excogitata, nec necessaria, nec possibilis est. Igitur gloriæ radix, ipsa etit Diuinitas per se intellectui beato reserata. O Maria gloriæ radix quodammodo es! ipsa es post Deum intellectum Angelicum & humanum explens beatitudine. Mulier diuina quodammodo prægnans es? Hominem Deum è tumenti vtero expectamus. Nec enim potest è rubo botrus vuarum exoriri. Edisce plerumque filios parentibus similes emitti.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Aue gratiâ plena, Dominus tecum.

Maria mare redundans non potuit apud se Christum retinere, vnde Mundus expectat à munificentissima Saluatorem.

Edocemur proximorum vtilitati curam impendendam à Christiferis.

22. EA Virginis plenitudo prædicatur à Patribus, quæ non sibi gratiarum vim retineat, sed hominib. redundãte hoc mari impendat. Hinc Dominum apud Marianum vterum commorantem nobis orriturum expectamus. Quomodo enim omnia (ex

more diuino) tribuens hominibus Maria sibi bonorum fontem retineret?

23\. Vix Maria fluuium vtero cælestem acceperat, cùm *abiit in montana cum festinatione.* Luc. 1. Quò tendis Dei Mater. Annon conuenientius tanti custos thesauri apud cubiculi claustra manebis? Deo plena Maria homines quærit, quibus dispositis valeat tanti boni participes efficere. Non adest Ioseph, pergit ad montana, vt Elisabeth, Ioannes, Zachariásque gratiæ imbribus replerentur. Redeunte ad Nazareth Maria dubitat de tumore vteri Ioseph. *Inuénta est in vtero habens. Ioseph autem cùm esset iustus & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.* Mat. 1. Quare imprægnationis signa à Iosepho vsque ad occasionem partûs non subtrahuntur? An vt iustus probetur? An vt Mariæ puritas, ac dignitas valeat reserati? Profectò, vt Deo plena coniugem tanti thesauri gloria repleret. Nec enim sibi retinet bonum, quod acceptum à Maria munificentissima necessum erat cunctis hominibus communicari. Damascenus Orat. 1. de Nati. *Vitam habebis naturà præstantiorem ô Virgo, non tibi soli. Nec enim tui ipsius causâ progenita es. Quocirca Deum habebis, ob quem in vitam produsti, vt Orbis vniuersi saluti administram te praberes.* Omnibus nata Maria ex vtero addicta est omnium vtilitati, communique commodo curam impendere.

Ex vtero Maria addicta est omnium vtilitati, curam impendere. Vnde mox communicat bonum caleste acceptum.
Luc. 1.
Mat. 1.
Damasc.

24\. Arnoldus Carnot. contemplatur apud Crucem Deiparam Christum rursum in vtero habuisse, vt cum dolore pareret. An tunc sibi retinuit Saluatorem? Porro & Latroni desperato, & simul toti hominum communitati impendit. Ex Maria enim prægnante necessariò cuncti Deum expectamus. Augustinus. *Absit, non soli latroni hoc præstitum esse deprehendimus. Nam dum tantum reum benignè relaxat, humano generi subscripsit securitatem; vt consolatio, atque spes totius populi absolutio vnius desperati esset.* Quàm pulchrè Drogo contemplatur Virginis intercessione Latronis conuersionem profectam fuisse; vt pariente rursum Deiparâ & latro & cuncti homines Deum exciperent.

Apud Crucē ex prægnante Deipara cūcti Deum accepimus.
Arnol.
Luc. 23.
August.
Drogo.

25\. In spiritu habentes Saluatorem, Mariæ imitatores, proximis communicare curemus. Concepit Samaritana, cui mox Dominus: *Vade, voca virū tuum* Ioan. 4. Annō Maria prægnans abiit in montana cum festinatione, vt Elisabethæ cognatæ Deo concepto oppleret? Vade igitur, vt virum, Samaritanósque plurimos Saluatore concepto repleas. Chrysostomus, Virum illa vocare præcipitur, *ne spiritualium bonorum sola donorum gratiam accipiat.*

Samaritana, concepto Christo, alios replere curat.
Ioan. 4.
Chrys.

26\. Redeo ad Mariæ mare Deo plenum & ideo redundans. De Patre Euangelista: *Sic Deus dilexit Mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* Et quænam vberior Dei charitas erga mundum excogitari posset? Bernardus sup. Missus. *Nescies virum, & gignes Filium. Qualem Filium? Filius paternæ charitatis erit corona tuæ castitatis.* Quare Christus apud Mariæ vterum Filius paternæ charitatis vocitatur? Quia charitas illa Dei ineffabilis, quâ diligens mundum Filium suum exhibet vnigenitum, tunc solùm ostensa est, quando Maria in vtero habuit Saluatorem. *Pontifex summus* (ait Origenes hom. 35. in Mat.) *in fronte Dei nomen auro sculptum gestabat.* In Christi scilicet venturi documentum. Attamen hominibus datus ille non est, donec relictâ aurea lorica, apud Marianum vterum commoratus est. Imitatores igitur Deiparæ conceptum spiritu Dominum proximis impendamus.

Charitas Dei erga mundum ei dans Vnigenitum apud vterum Mariæ ostēditur.
Bernard.
Origen.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba.

Aue gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

Expectamus ex Mariæ liberalissimæ nimium ingenio, diuitiis Regis cælestis proculdubio ditari.

Vbi innuitur, liberalitatem elogiorum esse parentem.

Benedicta in mulieribus prædicatur Maria, quia munificentissima haud poterat accepta bona retinere, omnia cunctis elargita est. Quàm pulchrè Plinius munificentiam *elogiorum parentem* appellauit! A Maria igitur tam munifica, vt à cunctis debeat munere affectis cōmendari, Deum eius in vtero existentem mundus expectat, vt clamitet: *Benedicta tu.* 27.

Plin.

Adeo munificentiâ Maria pollet, vt cuncta dona à Patre luminum descendentia nesciat sibi retinere, sed canalis in morem hominibus impendat. *Confidit certè in ea cor viri sui*, cuncta apud illam sua munera collocauit, thesauri cælestis ei claues impendit. An custos fidelis extitit? *Oleum effusum nomen tuum*; ideo adolescentulæ dilexerunt te. Can. 1. Nomen sanctissimum Iesu diuinæ misericordiæ diuitiæ comittitur in Virginem quidem custodem effusæ. Vnde ipsa: *Fecit mihi magna* (ait) *qui potens est, & sanctum nomen eius: & misericordia eius à progenie in progeniem* Nominis ergo Iesu diuitias Virgo in hominum vtilitatem sic expendit, vt quodammodo eius sisteret affluentia. Ambrosius legit, *Oleum euacuatum nomen tuum.* Aliter, *Oleum exinanitum.* Immensitas-ne misericordiæ ac pietatis nominis Iesu potuit euacuari? Profectò Mariæ tam immensa liberalitas & munificentia, vt diuitias infinitas sponsi quodammodo euacuarit. Vbinam, ô sponsa tanta vis olei? Exinanita est. Quonam fructu? *Ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis.* Nimia, fateor, insumptio, sed ad nimium hominum amorem conciliandum. 29.

Tanta coniugis Dei Maria munificentia vt tradiri sibi nominis Iesu immensas diuitias euacuerit quodāmodo.
Cant. 1.
Ambros.

Quid mirum Mariam immensam Iesu nomen insumpsisse, si personam infinitam Domini quodammodo insumpsit? *Sicut aqua*, ait ipse, *effusus sum.* Psalm. Vix ex immenso diuinitatis ac humanitatis pelago vnda remansit, 30.

Insumendus Dominus ab Maria munificentissima maxime fruitus est.
Psal.

remansit, omninò liquor euacuatus est. *Sicut aqua effusus sum.* In vterum Virginis descendi in aquæ morem iuxta illud: *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia, &c.* In vterum Marianum Deus velut aqua descendit? Non solùm igitur oleum nominis, sed personæ pelagus adeo imminutum, vt vix guttula remaneret, cunctis ex plenitudine accipientibus. Bernardus serm. 15. in Cant. Mariæ nominis oleum, pelagúsque personæ traditum? *Quid mirum si sponsi effusum sit nomen, cum ipse quoque effusus sit? Denique ait: Sicut aqua effusus sum. Effusa est plenitudo Deitatis, vt de illa plenitudine* (profundente Mariâ) *omnes reciperemus.* Insumendus ô Domine, in Mundum aduentâsti? Manum aptissimam sortitus es, te sponsa Maria protinus faciet effundi, exinaniri.

Bernard.

30\. Paulum audite. *Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis.* 1. Cor. 8. Vndenam quæso, infinitè diues Dominus inops efficitur? Epulis ne nimiis indulget? Absit. Pretiosis vtitur indumentis? Spiritus haud eget mortalitatis subsidiis. Ludit? Solummodo *in Orbe terrarum.* Vndenam ergo tam infinitæ diuitiæ disparuere? *Egenus factus est.* Profectò sponsæ liberalitate diuitiæ sacræ (sic fari liceat) periere. Sola ergo Maria insumendo, vt proximis succurreret miseris, ditissimum depauperauit sponsum. Bellè Bernardus serm. 3. de Annunc. *In te sola, ô Virgo Rex ille diues exinanitus est.* Addit appositè. *Sed quo fructu? Nempe vt eius paupertate omnes locupletemur.*

Diues Dominus in sola Maria inops redditur, vt locupletemur omnes.

1\. Cor. 8.

Bernard.

31\. Num, ô Domine, non potuisti Mariam sponsam à sumptu tanto verbis efficacibus deterrere? Iam curaui munificentissimæ eius liberalitati leges quodammodo præscribere. An profecerit admonitio? Apud Nuptias Canæ deficiente mero Filio Maria dulcissimo sibi suggessit sponso: *Vinum non habent.* Ioan. 2. Quid tunc Maria consequi à Domino curabat? Respondet Rupertus Matrem petiisse non solùm aquæ in vinum, sed & meri in Christi sanguinem conuersionem. Concilium Tridentinum asserit Dominum nos Eucharistiâ donando suæ charitatis diuitias *velut effudisse.* Mariæ igitur huiusmodi diuitiarum profusionem postulanti Dominus: *Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea.* An curas mox me omninò inopem, & vacuum reddere? Siste parumper, paulatim diuitiæ insumantur, nondum hora aduentauit illa, de qua Ioannes: *Sciens Iesus, quia venit hora eius.* Monita-ne Maria à petitione cecidit? Immò insistens, & quasi petito & non obtento munere indixit: *Quæcumque dixerit vobis facite.* Quid plura? Hydriæ aquâ implentur, in merum dulcissimum vnda mutatur, vbi (authore Maximo) *Eucharistia prælibatum est Sacramentum.* Nescit enim Mariæ munificentia moras, impatienter curat à Domino antè horam quodammodo diuitias profundi; vt reclamet Abbas: *In te sola Rex ille diues exinanitus est.* Datus diues Dominus Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Dauidi, qui cum Bernardo eodem clamitant: *Totus mihi datus.* At *in sola* Maria erga peccatores munificentissima *exinanitus est.* Edi s-

Curans Dominus Mariam à tanta munificentia retrahere, quodammodo non profecit.

Ioan. 2.

Trident.

ce (audiens fœminarum clamorem: *Benedicta tu in mulieribus*; videns adolescentularum charitatem: *Ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis*,) verè asseruisse, qui scripsit munificentiam elogiorum parentem existere. Tunc obeuntes commendantur à cunctis, cùm subleuandis pauperibus diuitiæ legantur.

OBSERVATIO VI.

Ad illa verba:

Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius.

Expectamus Deum nasciturum Virgine elogiis turbatâ.

Turbari enim fœminam, dum eius elogia proferuntur, dum sub viri specie Angelus loquitur, signum est domui salutare.

TVRBATIONE ex verbis Archangeli profantis Virgo afficitur? tuboris notatur pulchritudine? Salua res prorsus, ex prægnante Maria Christum oriturum mox expectamus. 32.

Osee ex ore Deus promiserat. *Dabo eis vallem Achor, ad aperiendam spem.* Cap. 2. Achor, fideles valle donabo in firmissimę eorum spei documentum. Certè Achor nec proprium nomen, nec cognomen esse censeo, sed vocabulum quoddam turbationem significans: *Dabo eis turbationem vallis, ad aperiendam spem.* An non vallis Maria plenus amœnitate? Non profectò lacrymarum vallis, sed ager ille plenus (vti Richardus Laurent.) vbi flos campi vernat, vbi puritatis lilia colliguntur. Datur ergo fidelibus vallis Achor, siue Mariæ turbatio in documentum expectationis partus. Nam si Virgo concipiet, & pariet filium iuxta Isaiæ vaticinium: quæ ad Adolescentis speciem turbatur, signum perspicuum exhibet, se illam Virginem, plenam puritate proculdubio Dominum parituram. 33.

Maria turbata est nobis vallis fœcundissimus, ad expectationē aperiendam.

Osc. 2.

Fatur Maria. *Dilectus meus misit manum suã per foramen, & venter meus intremuit.* Cant. 5. LXX. *Et venter meus conturbatus est super ipsum.* Audiui Verbi apud meum vterum incarnationem, & mente voluens castitatis votum, turbata sum. Sic Guillelmus Paruus. *Ad manus huius suauissima vocis cõtactum memoria Virginis obstupuit, & expauit pro cautela voti.* En Mariæ turbationem nostræ spei scaturiginem. Simachus loco illius verbi: *Ad aperiendam spem* transfert. *Ad ostium spei.* Spei fidelium ostium erit Mariæ turbatio. Turbata Virgo exurgit: *Surrexit vt aperirem.* Honorius acutè, *Sic sacra Virgo ostium fuit, per quod Christus in Mundum introiuit.* Turbari Mariam idem est, ac surrexisse ad aperiendum, ostium est, ostio clauso, & Dominus egredietur, & ostium spei nostræ reserabitur. 34.

Turbata Virgo nobis ostium spei, quo Princeps ingreditur in orbem, exiit.

Cant. 5.

Guillel.

Osc. 2.

Sima.

Cant. 5.

Honor.

35\. Quandam huiusce veritatis & similitudinem & disparitatem apud Probaticam Piscinam contemplatus fuerim. Illa turbata ab Angelo vni ægrotanti valetudinem largiebatur Maria turbata cunctis præparat medicinam. Damascenus Orat. 1. de Nat. Virg. *Fausta tibi sint omnia, ô Probatica, patrium Regina domicilium, feminum Ioachim vetus fanum; nunc autem ouilis ratione præditi! Ecclesia cælum imitans, atque olim semel quotannis Angelum Dei excipiens aquam turbantem, & vnum valetudini restituentem!* Porrò Petrus Damianus non solùm domum Ioachim, sed ipsam mariam Probaticam esse asseruit; cælum vtique cunctos excipiens pietatis sinu, non vni solummodò, sed omnibus exhibens valetudinem. Turbatur piscina maria? Iam turbationis vallis, ouili ratione præditi, spei germina producit.

Maria probatica in morem turbata valetudinem cunctis exhibet ægrotis. Damasc. Damia.

36\. Nisi adnata Virgini turbatio, quonammodo Orbis Christo fructetur? Porrò apud virginei vteri thalamum tàm dulci Saluator post Angelorum tumultum somno afficitur, vt non facilè valeat ad egressum ex vtero excitari. Petrus Damianus ser. de Annunc. *Cùm fecerit Deus omnia sua opera valdè bona, hoc melius fecit, nempè Mariam, consecrans in eâ reclinatorium aureum, in quo post tumultus Angelorum & hominum se inclinaret, & requiem inueniret.* An facilè dormiens Dominus, potens crapulatus à vino excitabitur? Vociferabatur Dauid, vt à somno abstraheret: *Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos.* Psal. 76. Haud sopore correpta potentia Patrum clamoribus excitatur. Quanam vi absterrebitur à somno? Cùm quis adeò somno addictus, vt vocibus non valeat excitari, additur lecti ipsius commotio, cuius tremore soporatus territus exsurgit. Si (authore Laurentino Richardo) maria lectus Salomonis dormientis, conturbetur thalamus, vt dormiens Dominus possit excitari *Et venter meus conturbatus est super ipsum.* Collige ex præfatis turbari virginem ad adolescentis sermonem blandum, idem esse ac domum ex ipsius fœcunditate gloriam expectare. Non turbatur Virgo innupta, aut coniux coram loquente turpiter viro? Exhibet documentum domûs se futuram exitium.

Turbata Virgine lectulo Salomonis Rex dormiens egressurus excitatur. Damia. Psal. 76.

Observatio VII.

Ad illa verba.

Ne timeas Maria, inuenisti, &c.

Deipara Regina, aut Domina? Christum conceptum non sibi retinebit, sed ad communem salutem exponit.

Ostendo Principatum toti esse communitati salutarem.



AC si diceret Angelus: *Ne timeas Domina, Regina.* Maria enim idem ac Domina. Regina ac Domina Virgo est? Proculdubio ex vtero Saluatorem conceptum expectamus: nec enim sibi dominatio assolet cælestia munera vsurpare, sed communitati exponit. Aptè Damascenus Orat. 1. de Nat. Mar. *Vnam habebis, ô Domina, naturâ præstantiorem.* Nam Regina præstantior cunctis exsurgit. *Inde quidnam? Non tibi soli Deum habebis, vt Orbis vniuersi salutis administrante præbeas.* Isaias præfatus Virginem Dominam Saluantem pariturum. *Ecce (ait) Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Cap. 11. *Emanuel* quidem, id est, *Nobiscum Deus.* Virgo enim Regina ac Domina est. Vnde necessum fuit eius côceptum fuisse Orbi salutarem: Virgo enim Domina non sibi soli Deum habebit, 37.

Damasc. Isa. 11.

Ioseph olim carceri addictus, Deo iudice, in Ægypti Proregem assumitur. An Deo digna sententia mancipium dominari? Virgo est, necessariò ei corona præparatur. Cyprianus: *Qui in domo minor cum periculo fuerat, Regia omnis sine periculo Dominus effectus est, generositati suæ debitum fructum pudicitiæ, Deo iudice, a quo meruerat, accepit.* Castissimus adolescens Pincerox ait: *Suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, quia furtim sublatus sum, & hîc innocens in lacum missus sum.* Gen. 40. Narra igitur mihi impositi tibi falsi criminis grauitatem, historiæ seriem iodica, impudicæ fœminæ apertimpugnationem; tuámq; è cælesti munere euasionem expone, vt Rex frontem mancipij coronâ faciat ornari, eúmq; Ægypto præficiat Saluatorem. Tacet Ioseph, ne videatur ambire immeritum, quod sibi iure virginitatis, & consequenter dominij debetur. Isidorus Pelus. lib. 4. Epist. 79. *Erubuit Ioseph ea commemorare, quæ sibi acciderunt, ne coronam castitati debitam sibi ipsi imponere videretur.* Mihi, Deo iudice, virgini debetur corona, Ægyptique saluationi incumbere Regni iure debebo. Mihi igitur Virgini Regnum debetur: Rex autem debeo subditorum saluti incumbere. 38.

Ioseph virgini Regnum debebatur, ac simul Regni saluti debebat incumbere. Cypria. Gen. 40. Pelus.

Milites Saül Amalechitas deleturos immittit: *Præcepit populo, & recensuit eos quasi agnos.* 1. Reg 15. *Amalech* quidem idem est ac *Turpitudo.* Quare non eos contra turpitudinem pugnaturos ad Israëlis salutem curandam, tanquã lenones recenset; sed *sicut agnos.* Certè eos agnos dignoscere idem fuit, ac Reges coronâ redimitos asserere ac consequenter communitati salutares; virgines enim esse & Reges idẽ Gregorio fuit. *Quasi agni sunt, quia per gloriam perfectæ pudicitiæ* (mysticè locus exponitur) *iam illis virginibus cum Christo in Regno gaudentibus similantur.* Profectò si Regno merito puritatis potiuntur, consequenter, hostibus debellatis, Israëli salutares existent. 39.

Virgines regnant, & consequenter salutaris populo viuunt. 1. Reg. 15. Gregor.

De Mariâ Dauid cecinit: *Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato.* Ps. 44. Vndenã Mariæ Reginæ nomen? An quia Dei Mater eligitur? Certè hoc ex capite & Angelis & hominib. præfecta celebratur. At crediderim hîc vocari Reginã ob virginitatis gloriã. Ambrosio fante lib. 5. de virginit. *Aduerte, ô Virgo, quãtũ tibi Spiritus Sanctus detulerit Regnum,* 40.

Maria Virgo Regina toti populo salutaris. Psal. 44. Ambros.

vel

vel quia sponsa es Regis æterni ; vel quia inuictum animum gerens , ab illecebris voluptatum non captiua haberis , sed Regina dominaris. Non ergo tibi soli prægnans *Deum habebis , sed inuictum animum gerens* , hostibus extinctis, Orbis vniuersi saluti administram te præ-
41. bebis. Princeps Moses clamat : *Aut dimitte eis hanc noxam , aut dele me de libro tuo.* Cur non solus saluabitur ? Quia Princeps adeò subdito hærescit, vt sibi necessum videatur communi fœlicitate frui , aut fortunâ tentari. Bernard. serm. 12. in Cant. *Nec Moyses vult solus introduci in gaudium Domini sui. Quidni ? gentè sua firmâ charitate cohærens illam saluauit secum.* Regina Maria haud sola salutari fœtu donari patietor. *Non tibi soli Deum habebis.* Ediscant Principes, Domini, Reges dominatûs lege debere subditis reddi salutares.

Princeps sicut Moyses non vult solus saluto donari.

SECTIO TERTIA.

Expectatio ex Mariæ Consensu.

TEXTVS.

VERS. 34. DIXIT autem Maria ad Angelum : Quomodo fiet istud , quoniam virum non cognosco ? 35. Et respondens Angelus dixit ei : Spiritus sanctus superueniet in te , & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideóque & quod nascetur ex te Sanctum , vocabitur Filius Dei. 36. Et ecce Elisabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua : & hic mensis sextus est illi , quæ vocatur sterilis : 37. quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. 38. Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini , fiat mihi secundùm verbum tuum.

IN MARIÆ EXPECTATIONEM
PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS
Circa literam.

Ex Virginis Consensu.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba :

Quomodo fiet istud , quoniam virum non cognosco?

Ex optante Maria eligi in Dei Matrem ob hominum salutem , fœlicissimum partum expectamus.

Innuo , posse quem dignitates cupere, si affectu puro in solam proximorum vtilitatem deferatur.



1. Ambr. MBROSIVS lib. 2. asserit verba hæc dubitantis minimè esse Virginis , sed affectum optantis mysterij perfectionem. *Quomodo fiet ?* Vtinam sine viro iam Virgo fœcundetur , vt hominibus salutaris existat. Cupit Maria Dei fieri Mater, in humani generis commodum singulare? Quid igitur ex prægnante non expectemus partū fœlicissimum ? Nostris desideriis aderit propitia cupiens ipsa hominum saluti operam incumbi ex Filij incarnatione.

2. Euthymius opinatur Mariæ verba illa: *Fiat mihi secundùm verbum tuum*, optantis esse Verbi incarnationem. *Iam non solum credidit , sed etiam optabat , vt sibi contingeret sicut dixerat Angelus.* An humilitati id aduersarium desiderium ? Minimè, sed humani commodi affectuosa voluntas adnotatur. Electus olim Moses in Pharaonis Deum , renuit fatus : *Mitte, quem missurus es.* Exod. 3 Quid cum homuncione omnium Conditori ? Absit , ô Domine, Saluator immittendus aduentet , tantóque muneri præficiatur , me omnino impare ministerio. Non abnego humilitatis hunc laudabilem affectum. Porrò Isaias ad ministerium huiuscemodi non electus ambiens electionem inclamat: *Ecce ego, mitte me.* Cap. 1. Medicusne requiritor ? Populo ægrotanti adhibebo medicamina. Num humilitatis aduersaria expositio ? Imò laudabilis omninò affectus , in proximorum commodum commendabile desiderium haud inferius Moysi humilitati. Nazianzenus. *Bonum est Dei imperium aliquantisper detrectare , vt Moyses ille ; & rursus ad vocantem*

Humillima Maria cupit Dei Mater effici in hominum salutem. Euthym. Exod. Isa. 1. Nazian.

tem promptè, atque impigrè accurrere, quemadmodum Isaias. Vtrumque æquè commendauit affectum. At Scholiastes eius Nicetas apertè pro Isaiæ ambitu sententiam protulit, licèt humilitatem Mosis commendauit. *Moyses,* inquit, *impari meinens muneri, sibi, suæque fragilitati prospiciebat refugiendo. Isaias autem cum, remissis sibi peccatis, audiuisset, quis proficisceretur ad populum hunc? atque existimaret eam ob causam nuncium quæri, vt pari beneficio fruerentur illi ad quos mitteretur, præ animi lætitiâ seipsum offert, vt illis quoque peccata dimitterentur. Quare non sine ratione cupidè ambiebat prouinciā.* O Virgo ineffabili humilitate superans Moysem, commendabilior adhuc ex Isaiæ ambientis affectu! Cupis Mater Dei constitui, *vt pari beneficio*, scilicet fratres, *fruerentur illi*, ad quorum salutem Dei es parens electa.

Nicet.

3\. Nicetæ pondero particulam: *Hic cupidè ambiebas.* De Maria Propheta: *Fœmina circundabit virum.* Ierem. 31. Aliter, *Fœmina ambibit virum.* Maria scilicet anxiè curabit in Dei Matrem eligi, Christo filio, simul & charissimo sponso colligari. Num Virginis immodestia à viro non ambiri? Decenter-ne ipsa ambibit Saluatorem? Decentissimè prorsus ob nimium hominum commodi desiderium. Si igitur, vacuo vtero, tanto Virgo incarnationis ad salutem Mūdi laborabat affectu: pleno iam vtero, fœtu maturo, quam enixè cupiet, vt Mundo Deus, ac simul salus pariatur. Desiderium itaque Mariæ optatissimi nos partus reddit certiores. Edisce munera augusta cupere, vt proximorum saluti incumbas, posse (difficilè planè, purissimum id affectum requirente) cum humilitatis præscripto copulari.

Decentissimè virum, seu dignitatem hanc Virgo ambiuit, vt proximus adesset saluator.

Ier. 31.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco?

Christus in vtero Virginis adhuc clausus, quasi nostro commodo natus ostenditur; quia spes ex Mariā possessio est.

Vbi innuimus, puritatis cultores Deo potiri socio in proximorum vtilitatem.

4\. PONSIONE voti Deo obligata Virgo profatur: *Quomodo fiet istud?* Augustinus lib. de sanctā Virginit. Cap. 41. *Priùs quàm Dominus conciperetur, iam Deo dicatam, de qua nasceretur, elegit. Hoc indicant verba, quæ sibi fœtum annuncianti Angelo Maria reddidit: Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod profectò non diceret, nisi Deo virginem se ante vouisset.* An saluo virginitatis voto Dei Mater efficiar? *Ecce igitur ancilla Domini, fiat mihi:* Fiet planè incarnatio, imò fœtus ad partum festinus accurret, quia Matri virgini traditus est Agnus pro hominibus immolandus.

Aug.

Ad Nazareth floribus vernantem Ciuitatem Angelus Dei Matrem quæsiturus accessit. *Missus est Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Nazareth.* Luc. 1. Agnus quidem expetit inter flores nasci, vt floribus pastus pro hominibus immoletur vitulus saginatus. Bernardus serm. 3. de Annunc. *Amat florigeram patriam flos de radice Iesse, & libenter inter lilia pascitur flos campi, & lilium conuallium.* Floridi Agni patria florigera? Ergo ex floridissima Maria expectandus. Ortum iam reputa, dum Agnum apud virgineum floridum vterum contemplaris. 5.

Amat flos Christus patriam florigeram. Luc. 1. Bern.

Tres Hebræi adolescentes fornaci Babylonicæ addicti socij quidem Domini inter flammas nascentis conspiciuntur. *Et species quarti similis Filio Dei.* Dan. 3. En Agnum, de quo sponsa: *Qui pascitur inter lilia*, ex vtero nascitur, & hominibus tradendus inter virginem commoratur: Apponius. *Tres pueri Hebræi castitatis dilectione missi sunt inter Babylonicas flammas. In eis medius ardentis fornace quasi inter lilia ortus Dominus pascitur. Eo quod semper requiescat in cordibus diligentibus castitatem.* Illud pende: *Quasi inter lilia ortus Dominus pascitur.* Dum Dominus apud lilia virginea degit, quasi natus hominibus ostentatur Virginis purissimæ commoratur in vtero? Natus iam nobis Agnus ostenditur, certa hominum expectatio. Illud enim ipsum apud virginea viscera commorari, idem est ac hominibus exortum apparere, vt mundo Salutaris existat. 6.

Apud puritatis cultores Deus natus ostenditur. Dan. 3. Appon.

Canebat Dauid: *Surge Domine, in requiem tuam, tu & Arca sanctificationis tuæ.* Psal. 131. Incarnationis mysterio à Thaumaturgo Orat. de Annunc. aptatur. Verè Arca est sanctissima Virgo intrinsecùs, & extrinsecùs deaurata, quæ vniuersum sanctificationis *thesaurum suscepit.* En Virginem in vtero habentem. Addit pulchrè. *Surge, Domine, in requiem tuam. Surge de sinu Patris, vt collapsum primi parentis genus erigas, tu & Arca.* An non aptiùs dixisset. Surge ex Arca Maria, egredere è thalamo Orbem è Tartaro erepturus? An non ortus ex Arca virginea hominibus magis salutaris ostenditur, quàm apud prægnantem inclusus in vtero? Certè ea est Maria, vt in vtero habens Christum, quasi iam natum nobis exhibeat; virginitas enim verè potitur Deo in omnium cō nodum. *Tu & Arca.* Num ad Ioānis sanctificationē Christus sine Arcâ sanctificationis properauit? Absit. In vtero inclusus veluti iam natus Baptistæ sanctificationi operam impendit, *Abiit in montana, &c.* Luc. 1. Ergo prægnante Deiparâ certissimâ fouemur expectatione. Apud Virginem adest? Toti Orbi salutaris existet: ante natalitium velut natus ostenditur. 7.

Etiam dum Christus in vtero prægnantis Mariæ degit, quasi natus Orbi saluando ostentatur. Spes enim ex Maria possessio est. Luc. 1.

Edisce, alumnum puritatis Dei thalamum fieri in Orbis quidem commodum. Bernardus citat. *Te florem reputat Deus, & bene ei complacet in te, si tibi nec honesta conuersationis decor,* 8.

Puritatis cultor Dei thalamus is

nec

nec bona opinionis fragrantia desit. Ac si diceret: Deus florigeram amans patriam, te floridam Nazareth eligit Incarnationis Ciuitatem. Iam Mariam Virginem imitatus, vales Orbi salutaris exurgere.

Observatio III.

Ad illa verba:

Quoniam virum non cognosco?

E Mariâ nuptâ, & tamen Virgine Deum oritutum expectamus.

Vbi asseritur, coniuges puritatis cultores posse in virgines Dei parentes eligi, & ipsum parere.

Nyssen. NYSSENE ex ore Deiparæ: *Et si sis Angelus, tamen, quòd virum non cognoscā, ex impossibilibus cernitur. Qualiter igitur Mater ero carens coniuge?* Illud pondera: *Quod virum non cognoscam, ex impossibilibus cernitur.* Impossibile enim est, communem omnium Dominum communicati quidem sobleuandæ operam daturum ex purissimis thalamis non prodire. Vnde Chrysostomus apud D. Thom. *Dicit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quin imò eo ipso continget, quòd es coniugis inexperta. Nam si virum experta fuisses, non digna censereris hoc mysterio. Non quia prophanum sit coniugium; sed quia virginitas potior. Decebat enim communem omnium Dominum & in natiuitate nobiscum participare, & ab eâ discrepare.* Ex matrimonij igitur puritate Deum communitas expectat nasciturum. (Chrysost.)

10\. David præcinerat: *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Psalm 15. Tam abstracta hæc natiuitas à viri opere, vt ipse natus Infans huius thalami virginei quasi sponsus simul & Filius ex vtero exsurgat. Audi Cyrillum Ierosolym. Cat. 12. *Decebat sanè purissimum puritatis doctorem ex puris prodire thalamis. Si enim qui apud Ies. in ocne fungitur Sacerdotio, abstinet à muliere, ipse Iesus quomodo ex viro & muliere proditurus esset?* Illam particulam expende: *Ex puris prodire thalamis.* Non ex thalamo vnico, vbi Maria & Ioseph Sponsus commorentur, *sed ex puris thalamis,* Sponso scilicet ab sponsâ recedente ex virginitatis voto. Ea enim fœmina Dei in Matrem eligitur, quæ sponsa cum sit, minimè indulget voluptati. Ambrosius ad illud Lucæ: *Ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.* Cap. 1. requirit: Cur Maria virgo cum esset æternùm futura desponsata describitur? Et respondet lib. 2. *Ea, ut summum electa est, vt pareret Christum, quæ erat desponsata viro.* Vt scilicet ex eâ fortissimâ puritate, quæ in viri conspectu tam egregia extollitur, Doctor puritatis exoriatur. Coniuges exaudite. Haud repugnat vos Christi fieri parentes, virginitatis flore emarcescente, si puritas adsit coniugalis.

Christus prodit ex sponsa qua commorante thalamo laudabiliter assurgit. — Psal. 15. — Cyril. — Luc. 1. — Ambr.

11\. Abraham Eliazer famulo, *Pone,* inquit, *manum tuam subter fœmur meum: vt adiurem te per Dominum.* Genes. 24. Dominus-ne apud coniugis (licet mortua Sara iam esset) fœmur. Num Messias inibi decenter commoretur? Imò & pater ille coniux Saræ Christi constituitur, vt appareat Saluatorem ex casto connubio sæpè quotidie exoriri. Chrysostomus ad c. 5. Gen. *Abraham non-ne habuit vxorem? Et tamen Pater factus est Ecclesiæ.* An nõ Christus & Ecclesia ex virgineo thalamo prodituri est? Certè coniuges ex amore puritatis inuicem recedentes decore virgineo Dei & Ecclesiæ parentes à Deo constituuntur.

Abraham maritus castus, qui Christi virginum constituitur patrem. — Gen. 24. — Chrys.

12\. Apud Patriarcharum Testamentum Bibl. vet. Patr. legi Rachelem Liæ sorori ius coniugij cessisse, seséque à licitis thalami voluptatibus abstraxisse: ideóque dignam effectam, quæ Iosephi Christum referentis Mundi Saluatorem Mater efficeretur. *Tunc* (ait author illius Tract.) *apparuit Iacob Angelus, & dixit: Quoniam Rachel Iosephum pariet, quia respuit coitum viri, & elegit continentiam.* Ex coniugio, quod quidem non solùm alieno thalamo insidias non collocat, verùm & scit à proprio ex continentiæ affectu abstinere, saluator exoritur in Orbis ornamentum, & Salutem. Ediscant coniuges præcipuè solemnitatibus instantibus parumper ab amplexibus seiungi ex consensu.

Rachel à thalamo abstracta Dei eligitur in parentem. — Testam. Patriarch.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Ecce ancilla Domini.

A Maria obuelante Dominatum, præsentante seruitutem, procul dubio expectamus natalitium illius, qui in vtero operiens gloriam, miseriam humanitatis cunctis est reseraturus.

Edocemur, gloriosa quæque operire; miseriam præsentare.

13\. POTVISSET verè inclamare Maria: *Ecce Domina,* Ecce Regina, Ecce Dei parens futura. Quod gloriosum inerat, silentio pressit; quod vile, expressit sermone: *Ecce ancilla.* En Messiæ Mater, en Saluatorem paritura. Oriturus enim Dominus è radice Iesse, ex Matris humilitate. *Egredietur* (ait Isaias) *Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Cap. 11. Maria excipiendo flori Christo non exponit virgæ fastigium, seu dominatum; sed radicem communis seruitutis: *Ecce ancilla.* Ex huiusmodi ergo humilitate Dominus flos oriturus est: Et flos de

Christus flos ex radice humilitatis Mariæ egreditur, non ex summitate dominationis. — Isa. 11.

radice eius ascendet. Certa prorsus hominum expectatio.

14. *Christus in domo Iacob regnaturus orietur, vt humanitatis miserias ostentet.* Luc. 1. Gen. 32.

Aiebat Archangelus: *Et regnabit in domo Iacob.* Luc. 1. Cur non dixit: Et regnabit in domo Abraham, aut Isaac? Fortissimum dùm Iacob militem apud vterum egisset, vir effectus adeò fortitudinis gloriam curauit obuelare, vt coram iam olim à se deuicto fratre proclamârit ad Dominum: *Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo.* Gen. 32. Ipsumque Esau *adorauit pronus in terram septies.* Eligit ergo Dominus, qui ex radice seruitutis ministrare venturus exorietur, domum illius, qui in vtero constitutus vires exerit, nullius oculis reserandas, humilémque seruitutem fratri in omnium conspectu exponit. Apud vterum Mariæ diabolum euicit, Ioanne sanctificato? Ioannis pedibus postmodùm prouoluendus est iuxta Iordanem. Nascetor proculdubio infallibilis hominum expectatio.

15. *Christus apud vterô eleuatus nascetur, vt coram omnibus appareat deformatus.* Isa. 6.

Isaias profatur: *Vidi Dominum super solium excelsum & eleuatum.* Cap. 6. Marię eleuatissimus Deitatis thronus vterus virginalis est. Richard. Laurent. Quisnam apud vterum Dominum vidit? cuinam singulariter mysterium hoc manifestatum est, nisi Archangelo finti: *Aue gratiâ plena, Dominus tecum.* Profectò Dominus, cuius gloria ex vtero, seu in vtero vni Archangelo reuelatur, exoriturus est tot laboribus subeundis, vt clamet Propheta: *Vidimus eum, & non erat aspectus.* Cap. 53. (Isa. 53.) Qui gloriam Conceptionis immaculatæ operit, aperiet proculdubio humanitatis miserias, vt cunctis appareant. Bernardus ser. 5. in locum Isaiæ: (Bernard.) *Communis visio verbo pluralis numeri designatur; hæc autem tàm singularis est, quàm sublimis. Ibi tanquam vnus è multis. Vidimus, ait: hic tanquam solus & solitarius leuans se suprà se. Vidi, inquit, Dominum sedentem.* Vt igitur laborum ærumnæ cunctis pateant, exurget ex vtero, è throno Mariæ (sic fari liceat) deturbabitur.

16. *Christus in vtero Matris altare aureū positurus est, vt altare holocausti in conspectu cunctorum ostentetur.* Exo. 40. Cyrill.

Pones (ait Deus) *altare aureum, in quo adoleatur incensum coram Arcâ testimonij. Tentorium introitus Tabernaculi pones, & ante illud altare holocausti.* Exo. 40. Cyrillus lib. 4. in Ioann. Cap. 18. asserit Christum apud Mariæ vterum altare aureum miraculis coruscum sibi soli apparere velaminibus silentij Matris addictum. *Maria enim conseruabat omnia verba hæc.* At labores & ærumnas cunctis oportet reserari: *Et antè illud altare holocausti. Celebratur primum altare* (ait Pater) *quia occultata atque recondita est gloria Christi. Alterum autem vulgò patebat, quia mors eius omnibus patet.* Vt ergo mortis huius ærumnas, lachrymas scilicet, eiulatus, dolores, labores ostendat cunctis hominibus, ex vtero profecturus est. Matris quidem verè Filius, quæ velatâ gloriosi dominatûs potentiâ, seruitutem exponit. Vtinam affectum huiusmodi imitemur tàm addicti gloriæ ostentationi, vt simulata gloriosa quæque facilè ostentari curemus, suppresso communis miseriæ vituperio.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba:

Fiat mihi secundùm verbum tuum.

Dùm ex voluntate Mariæ pendet nostra ex Christi natalitio salus, parta hominum expectatio.

Ediscimus, haud expectandum preceptum, vt proximorum saluti incumbamus, sed voluntariè accurrendum.

17. Bernardus hom. 4. sup. Miss. *Iucundare filia Sion, & exulta satis filia Ierusalem. Et quoniam auditui meo datum est gaudium & lætitia, audiamus & nos à te responsum lætitiæ, quod desideramus, vt iam exultent ossa humiliata.* Et vndenam futuram lætitiæ, & non potiùs mœroris Mariæ responsionem autumas? An non posset Maria respondere: *Vero astricta sum, minimè fiat*? O Mariæ pietas ineffabilis! Si potest ipsa, si eius voluntati exposita Mundi vita, Orbis redemptio, proculdubio clamabit: *Fiat mihi.*

18. *Maria voluntati addicta hominum vita.* Gen. 2.

Absque Mariæ consensu haud Verbum voluit carnem ex ipsa sumere. Formaturus Dominus Euam ex Adamo, eius consensum minimè exquirit; sed ex dormiente viro virago assumitur: *Immisit Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, &c.* Gen. 2. Veræ viuentium Matris dignitas aperitur, dùm vel ipse Dominus carnem ipsa non dante minimè dignatur assumere. Guilelmus Paruus Cant. 4. apud Delrium. (Guilel.) *Nolebat Omnipotens carnem sumere ex ipsa, non dante ipsa, sicut sumpsit ex dormiente Adam, vnde formauit Euam. Ad futura Matris excellentiam non tantùm carnem sumere ex ipsa, sed etiam ab ipsa volebat.* Tuæ voluntati addicta vita hominum est? Quàm facilè conceptum fructu proferes!

19. *Melior Paradisus Maria, sine precepto lignum vitale profert.* Theodor.

Paradisum aspice, cunctis fructibus ornatum, quem mirificè Virgo Deipara imitatur. Theodotus Orat. ad Conc. Ephes. clamat: *O Virgo, quæ ipsum vicisti deliciarum Paradisum!* In quo, quæso, à Maria, Paradisus euictus: *Ille sine semine omne plantationis genus protulit. Hæc autem Virgo illâ terrâ melior est, non enim pomorum protulit arborem, sed virgam Iesse fructum salutarem hominibus afferentem.* Adiicit argumento: *Et illa terra virgo erat, & ista Virgo: sed illius quidem arborem nasci præcepit Deus; huius minimè.* Cùm enim Dominus proclamâsset: *Germinet terra, &c.* Ex Dei precepto cunctis arboribus productis, Mariam virginem quidem terram exorat, vt velit vitæ arborem parturire. *Ecce* (ait Bernardus

nard. citat *Offertur tibi pretium salutis nostræ, statim liberabimur, si consentis.*

20. Ingens gloria Mariæ, Verbum dante ipsa carnem, Orbem redemptionem accepisse. Curans Deus ad populum Prophetam immittere, ab Isaia quæritat immittendo: *Quem mittam?* Cap. 8. An non adest Propheta promptè obsequuturus præcipienti? Cur ergo eius expectas voluntatem? Respondet Ambr. ad Psal. 128. ser. 14. *Vtique seruulo suo poterat imperare, quem dignum qui mitteretur inuenerat; sed maluit eum spontanea oblationis non fraudari mercede, qui vt ipse se offerret prestolatus est.* Vt populus sese gratum Isaiæ volenti exhiberet, eius voluntatem præstolatur. Virgini debes Incarnationem, dùm eius voluntatis consensus expectatur, eius *fiat* exquiritur.

...gine debe... ...uidetò Incarnationem.
Isa. 3.
Ambros.

21. Nùn, ais, egregia Virginis laus, ministram voluntariam fuisse communis salutis? Ita planè. Moyses à Domino populum è captiuitate erepturus immittitur. *Veni*, inquit, *mittã te ad Pharaonem.* Exo. 3. Vbi quærit Basilius, cur Deus, qui voluntati Isaiæ addixit communis salutis ministerium, Moysi præcepto adhibito indixit profectionem? Respondet: *Quia illic mittebatur Moyses pro bono & beneficio in populũ conferendo. Hic autem ministerium proponitur ad nunciandum res parùm amœnas* Admitto tecum parùm amœnarum annunciationem Dei imperium requisiisse; sed non possum non Mosis ingenium taxare, quí ad populi subleuationi incũbendum, Domini præceptum expectaret. Profectò res laboribus redundans est, proximorum vtilitati vacare. O Maria, quot quantisque exanthlatis laboribus Mundi saluti incumbes! Itineribus, exiliis acta, persecutionibus exagitata horribilibus hominum incumbes vtilitati. Attamen haud eges præcepto, vt mitissimus Moses, sed voluntariè oblatum suscipis ministeriũ Quæ vtero excipis Mundi Redemptorem, te dante indumẽtum carnis, promptè thesaurum communitati expones. Iam partum optatissimum à te expectamus. Edisce haud expectare præceptum, dùm proximorum saluti est incumbendum; sed promptè in commune commodum accurrere.

Quàm egregiam Virgini voluntariam fuisse nostræ salutis ministram.
Exo 3.
Basil.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Fiat mihi secundùm verbum tuum.

Maria prægnans nos ineffabili lætitiâ replet, quid cùm enitatur Saluatorem?

Innuimus solummodo è cælestibus vero nos gaudio oppleri.

22. D. Ioannes Damascenus Orat. 1. de Nat. Virg. *Deum*, inquit, *habebis, ô Virgo, vt Orbis vniuersi saluti administram te prabeas.* Matrem enim existere te Dei idem est, ac hominum vtilitati incumbere.

Damasc.

23. Prolatis quidem à Virgine verbis: *Fiat mihi secundùm verbum tuum.* Maria Dei Mater efficitur. Mox exurgens ad Ioannis properat sanctificationem. Fiat mihi secundùm verbum tuum. *Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana.* Luc. 1. Et quænam profectionis ac festinationis causa, nisi Matrem Dei consensu exhibito effectam fuisse? Matris enim Dei munus hominum saluti operam impendere. Gregorius lib. 9. Epist. 61. *Cùm hunc verum Deum sancta Virgo conceptura esset, ait: Ecce ancilla Domini, fiat mihi sicut dicis. Quem cùm eum concepisset, & ad Elizabeth cognatam pergeret.* Ac si diceret, concepisse Deum causa fuit in Ioannis commodum profectionis.

Nihil prius Maria Dei Mater effecta gerit, quàm hominum incumbere saluti.
Luc. 1.
Gregor.

24. Eos sequor, qui asserunt Virginem communi vtilitati comparandæ preces profundere, cùm ab Archangelo inuisitur. Tunc Gabriel: *Aue gratiâ plena, Dominus tecum.* Luc. 1. Illâ particulâ, *Dominus tecum*, signari Incarnationem perfectam aliqui opinantur Authores, Ego autem probabilius existimans, peractam Christi conceptionem post prolatum Virginis consensum, arbitror Archangelum ex Marianæ plenitudinis diffusione, sibi visum iam perfectum mysterium, & ideò affirmâsse: *Gratiâ plena, Dominus tecum.* Tàm plena es gratiâ, tàm redundans in homines ostentaris, ô Virgo, vt cogar asserere apud vterum tuum Dominũ iam morari; tanta enim erga homines pietas decet Dei parentem. Laurentius Iustin. me ad huiusmodi cogitationem adduxit, ser. de Annunc. fatus: *Gratiæ plenitudinem, quæ in Maria erat, præsensit cælestis nuncius, cognouit, manifestauit, dicens: Aue gratiâ plena, Dominus tecum.* Illam pende particulam: *Præsensit.* Pratum animus Virginis graminibus ornatum, quæ quidem fontis vicini redundantiâ imbuuntur. Colligis ex humore, quem præsentis, fontis vbertatem. Præsentit Angelus Mariæ plenitudinem, dùm exorantem pro communi salute conuenit. Tunc asseruit: Vicinus fons Regius, Mater Dei Maria. Dominus apud vterum videtur commorari; si antè Incarnationem Virgo tàm munifica erga hominum genus; quid post Maternitatem? An fontis veri humorem subtrahet prægnans, quæ proprium sic liquorem profundit?

Videns Angelus Mariã pro communitate exorare præsensit Incarnationem, priusquàm gereretur.
Laurent. Iustin.

25. Quærens Eliazer Isaaco sponsam periculum fecit, nùm fons illa communicabilis, vt Iacobi parentem decebat? Haud aliter Angelus *præsensit* gratiæ Marianæ plenitudinem profusam, & mox colligit iam parentem electam Saluatoris. Bernardus ser. 1. de partu. *Quærit Angelus puellam, quam parauit Dominus Filio Domini sui. Bibit ipse de hydria tua, ô Virgo, cognatà sibi virtute delectatur: sed nunquid & iumentis potum tribues? Bibit Angelus, quòd virum non agnoscis; bibant iumenta, quòd de humilitate singulariter gloriaris.* Addit ad argumentum: *Sed fortè-ne in his duabus metretis plena est hydria tua? Capax est etiam tertia, vt non modò Angelus, & iumenta, sed ipse iam bibat Architriclinus. Patrem voco, qui Trinitatis principiũ Architriclinus iure vocatur.* Quænam hæc tertia metreta, quâ Pater potatur? *Ait sanè Angelus fœcunditatem Mariæ commendans, quæ est tertia metreta. Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.* En Mariã, ex quâ Dei Mater & Angelos &

Maria Dei Mater effecta Angelos, homines, Deum ipsum gratia compotat plenitudine.
Bernard.

& iumenta, imò ipsum Deum gratiæ plenitudine potauisse. Dei Mater haud sibi potest subtrahere plenitudinem communitati præparatam.

26. *Cuncti prægnantis Mariæ præsentiamus plenitudinem.* Isa.6. Richard.

An homines huiusmodi ex maternitate Virginis prægnantis plenitudinem sicut præsensit Angelus præsentiamus? Isaias respondet, *Vidi Dominum super solium excelsum, & eleuatum, & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum.* cap. 6. Maria thronus Deificus dom in vtero habet Saluatorem, Richardo Laurent. authore. Ea igitur, *quæ sub ipso erant, replebant templum.* Bonis adhuc apud vteri arcam reclusis Ecclesia repletur Ea est enim Maria Dei Mater vt etiam antè partum homines Deo opplere videatur. Quàm munificè profundet liquorem instante partûs occasione.

27. *Expectationis solum prægnantis Mariæ pane saginamur.* Mar.7. Victor.

Viuifici panis mensam, Deiparam esse affirmauit Honorius. Huius mensæ micas excipere cupiens Chananæa, clamat. *Nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Mar. 7. Ad quæ Victor Antiochen. *Minima virtutis illius particula (hoc enim mica nomine significabatur) præstandam filiæ sanitatem arbitrata est.* An comedit ex pane? an micas excepit? Fide quidem sumpsit, comedit desiderio, filia sanitati restituta. Vnde Dominus. *Magna est fides tua, fiat sicut vis.* Colligo panem apud Marianam mensam collocatum, in vtero appositum, desiderio exceptum, priùs quàm partu fælicissimo fruamur, Mundum donare sanitate. Quid cum nobis nato Filio paruulo perfruamur?

28. *Magi ex prægnantis Maria simulacro magno gaudio valde repleti sunt.* Mat.2.

Magi natum Regem è fœminâ requirentes in commune commodum, ducentem stellam amissam recuperantes, *gauisi sunt gaudio magno valdè.* Matth. 2. Et cur tanti gaudij tractatio non potiùs euolgatur cum *inuenientes puerum, procidentes adorauerunt eum*? Sunt qui asserant biennio ante Saluatoris natalitium Magis fæminam prægnantem apparuisse, cuius speciei imago ducente stella exprimebatur. *Videntes igitur stellam, gauisi sunt gaudio magno valde*, quia vel prægnans Maria sufficit nos ineffabili gaudio opplere. Quid cum natum nobis adoratoribus exhibeat Infantem? Chrysostomus. *Per mysterium stella intelligebant, quoniam dignitas nati Regis excedebat mensuram omnium mundialium Regum.* An non, iuxta prædictam nonnullorum sententiam, stellæ mysterium prægnante fœmina exponebatur? Ergo ex fœminâ prægnante iam nati Regis mensuram intelligebant immensam esse. Prægnantem videntes, natum intelligunt Infantem? Tam fidelis Maria custos thesauri, vt prægnante ipsa, quasi iam natus nobis esse videatur. Chrysost.

29. *Priusquam è monte excidat lapis mellea dulcedine afficimur.* Ps.25. Richard. Victor. Richard. Laurent.

Præcinit Dauid, *Cibauit eos ex adipe frumenti, de petra melle saturauit eos.* Psalm. 25. Vbi Richardus Victor serm. de Spir. sanct. *Nescit omnino nescit, quam sit vera, & plena refectio, quam non satiat supercælestis illa, & plusquam mellea dulcedo.* Illud: *De petra melle saturauit eos*, respicit petram Mariam, de qua sine manibus lapis erat abscissus Richardo Laurent. authore. Priùs igitur quàm ex vtero lapis in lacrymarum vallem deferatur, adhuc apud prægnantem saxum mellea dulcedine valet homines afficere. Quid cum enixa puerpera Regem, *vera & plena refectione* donemur?

30. *Tantum ex prægnante Maria gaudium diminutiuum est, si cum partus exultatione comparatur.* Cant.3. Richard. Victor. Richard. Laur.

Id expendam. *En lectulus Salomonis, sexaginta fortes ambiunt ex fortibus Israel.* Cant. 3. Richardus Vict. par. 2. cap. 10. illam premens particulam *Lectulus*, ait: *Quia minimum est, quod de illa quiete cognoscere possum, per diminutiuum exprimitur, nec tam lectus, quam lectulus nominatur.* At Richardus Laurent. asserit Lectulum Virginem, cùm Verbum vtero excipiens fœcondatur. Prægnans Maria non *lectus*, sed *lectulus*, quia licèt partus expectatione exultat Ecclesia, dulcissimis hymnis personantibus, per diminutiuum exprimitur exultatio, si cum pleno gaudio ex virgineo partu componenda sit. Quanta lætitiâ opplebit Ecclesiam Mater gestans Filium in vlnis, quæ vtero portans tam ineffabili nos gaudio cumulauit? Edisce verum gaudium ex cælestibus solum modo capi voluptatibus; mundiales enim confictâ nos replent lætitiâ tunc prorsus inanes.

LIBER



LIBER DECIMVS.

MARIÆ PVRIFICATIO.

Paraphrases, Commentariique Literales in Caput secundum Lucæ.

PANEGYRICI MORALES CIRCA Literam in Virginis Purificationem.

PROLVSIO.

PVRITAS purganda accedit, impuritatem nostram Agno immaculato, quem libat Domino purgatura, Redemptor redimitur. Iustus è viuido Iustitiæ fonte bibens canit, vt instar oloris occumbat. E Mariano igne lampades accenduntur, non vt Simeonis funus occidentis, sed vt orientis Solis radios celebri pompâ prosequatur. Quid cum lauacro puritati? Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, seu te pulcherrimam, abi, & egredere, vt purificationis legi subiaceas. Attamen Virgo non tibi, sed nobis instituis profectionem. Chaldaicus Paraph. *Egredere, ô pulcherrima fœminarum, & abi, & educ filios tuos Jesum Agnum, & hædos peccatores, vt appareant in conspectu Domini.* Nec te scrupulus suspitionis amoueat de impuritatis specie: hodie enim vel Conceptionis immaculatæ puritas Gentibus reuelatur. Nam lampades accendens, vt Phebruæ reliquias abstergas, agnosceris purissima in immundi cultus abstersionem electa. Rupertus: *Nunc pulchra es, sed nondum apparuit, quòd tota pulchra sis, & quòd macula non sit in te, hoc prædicabitur Gentibus.* Qui te in impuritatis medicamen adhibitam videntes, cognoscent omninò immaculatam.

Mariana vitalis Arboris FRVCTVS DECIMVS.

Chald.

Rupert.

LVCAS CAP. III.

ER S.22. ET postquàm impleti sunt dies purgationis eius, secundùm legem Moysis, tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino.

PARAPHRASIS.

22.  *Vm adesset dies à partu quadragesimus, quo, iubente lege, masculinus primogenitus fœtus erat Domino exhibendus, & pro puerpera purificatione, ac nati pueri, offerendum munus: Virgo non aufugit vulgarium puerperarum speciem, cum in hoc partu nihil non esset cælesti puritate plenum. Vnde Maria & Ioseph, qui*

Iesu pater credebatur, Infantem Ierosolymam adduxerunt, vt in conspectu Domini, cui consecratus iam erat, exhiberetur.

23. Sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam Sanctum Domino vocabitur.

23. Lex quippe Mosis præscripserat, vt omne masculinum, simul ac vuluá matris adapertá, prodiret in lucem, haberetur Domino sanctum, siue ex hominibus, siue ex brutis animantibus natũ esset; vt hinc primitiæ cederent Sacerdotibus: sic tamen, vt hominis primogenitum à Sacerdotibus redimeretur, nisi puer esset Leuitica Tribus. Lex polam hanc sacram puerperã ab illa obligatione liberabat, dum ait: Mulier si suscepto semine, &c.

24. Et vt darenr hostiam secundùm quod dictum est in lege Domini, par turrurum, aut duos pullos columbarum.

24. Lex simul præscripserat, vt parẽtes primogenitum masculũ agno anniculo redimerent dato in holocaustum. Quod si rei familiaris angustia nõ patiebatur, dari agnũ, turtur, aut pullus colũba vice agni gerebat. Redẽptus igitur est exiguo pretio, qui suo sãguine Mũdũ vniuersũ redẽpturus erat.

25. Et ecce homo erar in Ierusalem, cui nomen Simeon: & homo iste iustus, & rimorarus, expectans consolarionem Israel, & Spirirus sanctus erar in eo.

25. Aduentantẽ Iesũ Ioannes exultans, Magi hospites occurrentes, pastores prædicantes exceperãt. Nũc ne non ab omni sexu, omni ætate, omnique professione ferretur testimonium: erat id tẽporis Ierosolymæ vir nomine Simeon, senectâ iam frigidâ, sed spiritu feruens, quem nulla voluptas in hâc vitâ remorabatur, nisi vt videret eum, quem in hoc Prophetarum oracula venturum promiserant, vt Israëliticum populum consolaretur. Is verè pius, ac religiosus Spiritu sancto plenus erat.

26. Et responsum accepir à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini.

26. Quem cùm votis ardentissimis rogásset, vt tot seculis expectatum Messiam vel semel oculis corporalibus intueri liceret, in adyto pij pectoris responsum accepit ab Spiritu, minimè migraturum è vitá, nisi corporeis oculis vidisset, quem iam pridem fidei luminibus aspexerat; vt testari posset venisse, quem venturum non dubitabat.

27. Et venit in spiriru in Tplum. Et cùm inducerenr puerum Iesum parentes eius, vr facerenr secundum consuetudinem legis pro eò.

27. Stat Spiritus promissis, dũ senex cælesti submonitus afflatu sub ipsum tempus venit in templum, cum Parentes Iesum sacrum ducerent in Delubrum; vt peragerẽt, qua ad purificationis ritum pertinebant. Acceptum Puerum Sacerdos amplexus est, eique benedixit.

28. Er ipse accepir eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixir.

28. Nec se continuit pietas senilis, quin ipse quoque desideratum complecteretur infantulum, mox defecturá in laudem Dei voce, velut cygneâ cantione, erumpente.

29. Nunc dimittis seruum ruum Domine, secundùm verbum tuum in pace.

29. Votis meis (fateor) Domine, satisfactum. Nunc lætus, ac lubens moriar, quia seruum tuum dimittis animo placido, nihil præterea in hoc seculo desiderantem, sed cupidum ex hoc senili corpore ad piorum hominum fælix consortium demigrandi.

30. Quia viderunr oculi mei salurare ruum.

30. Quid morabor? cui corporeis oculis videre contigit, quem solis fidei tot parentes expectantes apud Abraham sinum aspexerunt?

31. Quod parasti anre faciem omnium populorum.

31. Cui datum est vlnis senilibus amplecti Filium tuum vnigenitum, per quem tibi visum, veram salutem conferre non solum Israëlitico populo, verum etiam vniuersis Mundi Nationibus?

32. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam Plebis tuæ Israël.

32. Agnosco lucem Mundi Prophetarũ promissam oraculis, Solẽ, quem exoriri voluisti, vt omnium gentium dispelleres tenebras, & populus verè tuus Israel haberet, de quo meritò possit gloriari.

SECTIO PRIMA.

Purificationis Lex.

TEXTUS.

VERS. 22. Et postquam impleti sunt dies purgationis eius *Mariæ* secundùm legem Moysi, tulerunt illum *Iesum* in Ierusalem, vt sisterent eum Domino. 23. Sicut scriptum est in Lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam Sanctum Domino vocabitur.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Lex purgationis expenditur.

1. *Quid Dominus circa puerperarum purgationem?* Leu. 12. Et *postquam impleti sunt dies purgationis.*] Recognoscenda, quæ lib. 2. circa Purificationis historiã scripsimus. Lex sic: *Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ, & die octauo circumcidetur infantulus: ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine Purificationis suæ, omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ. Sin autem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxûs menstrui, & sexaginta diebus manebit in sanguine purificationis suæ.* Leu. 12.

2. *expenditur locus.* Igitur dies purgationis, quando infans erat masculus, præscribebantur 40. si vero fœmina, octoginta. Porrò ex quadraginta diebus purificationis ex masculo septem primis mulier erat immunda ea immunditiâ, quam contrahebat fœmina menstrua pariens; de quâ Leuit. 15. scriptùm: *Mulier, quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur: omnis, qui tetigerit eam, immundus erit vsque ad vesperam, &c.* Eandem immunditiam fœmina pariens masculum septem primis diebus contrahebat à partu: reliquis verò triginta tribus diebus immunda erat, vt omne sanctum non tangeret, nec sanctuarium ingrederetur; sed non tanta immunditia notabatur. At fœminam enitens, duplicabantur dies immunditiæ minoris; loco enim triginta trium sexaginta tres numerabantur. (Leu. 15.)

3. *Non probatur Ildephonsi op. nio. Ambr. & alij.* Hinc improbo Ildephonsi sententiam asserentis serm. 1. de Purif. quadraginta sex dies fuisse purgationis in masculo, apertè repugnante Textu, quem defendit Ambrosius lib. 2. de Abra. cap. 8. Augustinus qq in Leu. q. 40. Cyrillus lib. 15. de Adora. & alij. Exhibet Augustinus rationem: quia vt in plurimum quadraginta diebus fœtus efformatur in masculo.

4. Cur hæc lex condita? Cùm ob significationẽ, tum ob ipsam rei naturam. De significatione disserere haud huius loci? Circa rẽ ipsam autem notandum, post partum sanguinem illum, quo fœtus in vtero alebatur, ipso fœtui iam emissu, cum solitus esset in vterum caussa alendi fœtus defluere, etiam post partum multis diebus permanere, pluribus autem in fœminarum partu, vt refert Aristoteles lib 7. cap. 9 Ideo Deus parturientem multis iussit diebus quiescere, donec iam fluxus ille consummaretur, & purgaretur. Septem autem primis arctius fuit præceptum, tum propter vberiorem fluxum; tum propter matris requiem, ne viri ad vxores accederent nondum labore, qui parientes consequitur, curato, vt ait Euthimius. *Cur condita hæc lex?* Arist.

§. II.

Num illa particula: Eius, sit ad Virginem referenda.

Dies purgationis eius.] Τὸ *eius* variè apud Græcorum exẽplaria apponitur. Quædam habent αὐτῶν, *Eorum*; quædam αὐτοῦ, *Eius*, masculini generis, vt ad Christum referatur; quædam αὐτῆς, *Eius* fœminini, vt referatur ad Virginem. Orig. & Chrysost. *Postquam impleti essent dies purificationis eorum.* Origenes quidem Mariæ & Ioseph, Chrysost. autem Mariæ & Iesu. Euthym. quidem Iesu, Mariæ, & Ioseph. August. & alij: *Postquam impleti sunt dies purgationis Iesu.* Titus Bostr. Beda, & alij: *Postquam completi sunt dies purgationis Mariæ.* At apud vulgatum τὸ *Eius* ambiguum est, vt possit & ad Iesum, & ad Mariam referri. Vnde Glossa Interlinealis disiunctiuè Christi, vel Matris interpretatur. 5. *Tres Patrum opiniones ex Græca lectione exorta.* Orig. Chrysost. Aug. Titus. Beda.

Sequor sensum Ecclesiæ in eam sententiam inclinantis, vt ad Virginem referatur. *Cùm impleti sunt, ait, dies purgationis Mariæ.* Confirmo lectionis veritatem. Nam purgatio *secundùm legem Moysi* non pueri, aut viri, sed vxoris, seu matris erat, vti patet ex Textu: *Immunda erit. Manebit in sanguine purificationis suæ, omne sanctum non tanget, nec ingredietur Sanctuarium. Sacerdos orabit pro eâ, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui.* Legendũ ergo. *Postquam impleti sunt dies purgationes eius Mariæ,* de 6. *Authoris sententia τὸ eius ad Virginem referent.*

quâ paulo antè dixerat : *Maria conseruabat omnia verba hæc. Postquam autem impleti sunt dies purgationis eius*, id est, quæ verba conseruabat. Cum ergo Virgo pepererat masculum, dies purgationis eius per legem quadraginta erant à partu.

7. *Virgo purificatione non indiguit, & à lege exempta.* Bern. Titus.

Ergo indiguit Virgo purificatione. Profectò ea minimè indiguisse Deiparam, imò ab ipsa lege exemptam lib. 2. ostendimus Bernardus serm. 3. *Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, &c.* Et Titus Bostr. *Rectè ab Euangelista subiungitur, secundum legem Moysi. Nam secundum rem, & veritatem sacrosancta Virgo Mater nullâ prorsus egebat purificatione. Nam quæ non ex viri semine, sed ex Spiritus sancti virtute concepisset, neque secundum legem, neque secundum arcanam legis significationem immunda erat.*

8. *Cur legi parere voluit.* Thom.

Cur ergo legem purificationis subiit? Infrà respondeo vbertim, interim accipe Angelicum Doctorê 3. p. q. 37. a. 4 fantem: *Decuit, vt Mater humilitati Filij* (qui circumcisionis legi parere dignatus) *conformaretur.* Impletis ergo diebus purgationis Virginis secundum præceptum legis, quadragesimo scilicet à Iesu natalitio, *tulerunt, &c.*

---

§. III.

De Jesu ad Templum adlato.

9. *Sistitur Iesus Domino.*

T*Vlerunt illum in Ierusalem.*) Quidnam post dies quadraginta purgationis factum sit, narrat Euangelista. Ab Vrbe Bethlehemiticâ, vbi diebus purgationis commorati erãt Iesus, Maria, & Ioseph. Christum Ierosol. parêtes attulerunt. Oportebat enim eum in Templum præsentari, & sacrificia pro purgatione offerri, quæ necessariò in Templo peragi debebant.

10. *Quare?* Thom.

Vt sisterent eum Domino.] Cur Christus Domino sistitur? D. Th. cit. a. 4. respôdet, *Aliud præceptum erat speciale in lege de primogenitis tã in hominibus, quam in iumentis, quos Deus sibi deputauerat pro eo, quòd ad liberationem populi Israel percusserat primogenita Ægypti ab homine vsque ad pecus, primogenitis filiorum Israel reseruatis. Exod. 13. Id quidem obseruatum Euangelista ostendit dicens : Tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino.*

11. *Duo præcepta legis hodie implentur & purgationis, & primogeniti.*

Sicut scriptum est in lege, quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur.] Cum igitur duo distincta legis extarent præcepta, primum purgationis iuxta numerum dierum quadraginta ; alterum de offerendo primogenito in Templo, quod post purgationis tempus implendum erat; vtriusque causa Virgo cum Infante, (Iosepho comite) in Ierosolymam aduenerat.

12. *Cur legem Domini appellat, quam Moysis vocauit?* Tolet. Chrys.

Sicut scriptum est in lege Domini.] Legem Domini appellat, quam proximè legem Moysi vocauerat. Quare? Toletus. *Vt vnum, & eundem esse authorem indicet qui & Moysi locutus est, & per eum cæteris præcepta promulgauit.* Alteram causam Chrysostomus hom. de occur. reddidit : *Quia illud magis ad vmbram, & figuram pertinebat : hoc verò ad sanctitatem.*

13. *Sanctum Domino vocabitur.*] Caietanus. *Hoc est, consecratum, sou dicatum Domino vocabitur omne masculinum vuluam adaperiens.* Ergo Christus Domino sistitur, iuxta legis præscriptum. Insurgit hinc grauis quæstio.

Quid, sanctum Domini? Caiet.

14. *An Christus præcepto præsentationis primogenitorum fuerit comprehensus?* Exod. 13. Hieron. & alij.

An Christus primogenitorum fuerit lege comprehensus? Aliqui Doctores in eam abiere sententiam, vt assererent Iesum præcepto præsentationis, de quo Exod. 13. *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam de filiis Israel*, fuisse illigatum. Cui sententiæ adeò firmiter hærent, vt asserant, propter Iesum solum hoc generale præceptum fuisse institutum. Hieronymus, Nyssenus, Isidorus, Damascen. Theophylactus, Euthym. Origenem sequuti. Hac nituntur ratione. Deus omne primogenitum aperiens vuluam Deo iubet offerri. At nemo aperuit vuluam Matris nisi solus Christus : nam cæteri primogeniti apertam inueniunt ex præcedenti cum viro commixtione. Ergo solus Christus absque operâ viri cõceptus vuluam Matris aperiens ex præscripto legis Domino sistitur. Quid vuluam aperire? Non quidem eius integritatem quoquo modo violare ; sed ad exeundum nullum impedimẽtum inuenire absque vlla quidẽ prorsus apertione. *Video* (ait Stephanus) *cælos apertos.* Act. 7. Quia Christum in cælo existentem sine impedimento videbat, non quòd cæli verè aperti obiiciebantur. Vnum dabo Amphilochium huiusce sententiæ sectatorem, hom. de Purific. *Quod Scriptura dicit : Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur, ad solum Dominum Iesum refertur. Talis enim est vniuscuiusque virginis natura, vt primum viri congressu aperiatur vulua ipsa, deinde pariat. Sed in Saluatoris nostri ortu non ita factum est. Nam nulla præeunte viri cognitione in Virgine Matre, ipse sine virginitatis illius corruptione ortus est. Itaque dictum illud verè, ac propriè ad Dominum referebatur.*

Act. 7. Amphil.

15. *Authoris sententia negatiuè respondentis.* Cyr. & alij. Caiet.

Affirmo tamen nullatenus Christum lege comprehensum, sequutus Cyrillum Ierosolym. Haymonem, Ambrosium, & ex Neotericis Toletum Maldonatum, & alios. Fuit quidem Christus in Templo Domino præsentatus, *quia debitus* (vt ait Caietanus) *a legis tamen præcepto exemptus erat, quia lex non comprehendit nisi masculinum, quod aperit vuluam, hoc est matricem. Iesus autem sicut natus est clauso genitali membro Matris, ita etiam clausâ vulua est.*

16. *Christus propriè vuluam non aperuit.* Ezech. 44.

Moueor igitur, quia Christus propriè vuluam non aperuit, Ezechiele præfante. *Porta hæc clausa erit ipsi Princip.* c. 44. Est autem de fide semper clausam extitisse. Acceptio autem illa aperiendi, (de quâ alterius sententiæ Patres) metaphorica est, non propria huiusce vocabuli significatio. Erat enim lex generalis pro cunctis primogenitis, qui propriè & verè vuluam aperiunt, indicta : hoc est pro primogenitis, qui consueto more nascuntur, viam natiuitatis suæ perfectè aperiendo. Addo, quia verbo *aperiendi* hæretici abutuntur, vt Mariæ abnegent virginitatem ; quod quidem (licèt alia non subessent fundamina) me ab illa sententia remoueret. Sicut igitur Maria exclusa est per illam legis particulam : *Mulier si suscepto semine pepererit* ; quia ex Spiritu sancto sine virili opera concepit : ita Iesus à lege exemptus

exemptus est per hanc particulam : *Aperiens vuluam* ; quia haud aperiendo propriè vuluam est egressus.

17. *Roboratur ex sententia Patrum.* Cyril.

Audi Cyrillum Ierosol. de occursu Dom. *Samuel, & Isaac, & simul etiam Iacob, & Ioseph, & alij multi, qui praeter spem nati sunt ex sterilibus, & aperuerunt infertiles vuluas matrum, sancti Domino vocati sunt. Christus autem solus ex toto vnigenitus cùm virginales portas non aperuisset, non est sanctus Domino*; (id est obligatus, ad comparendum ex praescripto huius legis,) *sed Sanctus sanctorum, & dominorum Dominus, & Deus deorum, & Primogenitus primogenitorum, & vocabitur, & credetur, & nunc à Simeone in Templo predicabitur.* Ambrosius autem *sine humano*, ait, *concubitu Virgo concepit, ac per hoc nec masculus ex eanatus vuluam aperuit. Sed hoc iuxta legis narrationem clausit impiis sacramentum Incarnationis, Matrémque* (ac Filium) *legem obseruantem introducit.* De Iesu Caietanus, *Non erat subiectus illi legi, quam tamen voluit obseruare, qui non venerat soluere legem, sed adimplere.* Itaque aperire vuluam proprium est primogeniti omnis, quod primum egressus viam iam (ex ipsius partus parturitione) fratribus linquit reseratam. Vnde primus partus planè difficilior. Ambros.

IN MARIÆ PVRIFICATIONEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
Circa literam.

Ex Purificationis Lege.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Postquam impleti sunt dies purgationis eius.

Vt nobis purgetur Deipara; vt nobis purificarionis dies impleantur?

Vbi dies pœnitentiæ plenos, dies delictorum vacuos ostendo; innuens Euangelicos Ministros posse in se proximi maculas diluere.

18. Bernard.

QVONAM modo, obsecro, dies purgandæ Virgini implentur, quæ quidem quid purificare, seu abluere posset, non habebat Respondet pulchrè Bernardus ser. 7. ex par. *Nobis illa purificatur, præbens exemplum pœnitentibus, vt à commissis per pœnitentiam purificemur.* Quàm aptè dies purgationis plenos, completos appellaro, dierum vtique delinquendi implentes vacuitatem! Edocet nos Maria illorum dierum vacuitatem implere, dum edocet stolam purificari pœnitentiæ lauacro.

19. *Mariam hominum delinquentium vacuitas est Spiritu sancto impleta.* Prou. 8. Hugo.

Delectabar (inquit Maria) per singulos dies, ludens coram *eo omni tempore*, (Hugo, id est *ludere faciens homines*,) *ludens in Orbe terrarum : & deliciæ meæ, esse cum filiis hominum.* Prou. 8. Vbi idem Cardinalis homines pilam quandam ad ludum esse asseruit, vacuam quidem quàdiu Spiritus sanctus qui super aquas ferebatur, haud terras replebat. Maria ergo aspiciens hominis delinquentis vacuitatem, (dies enim vacui peccata sequuntur) id intendit hodie in conspectu Domini constituta, ea cogitatione delectatur, vt Deus filios hominum repleat. *Et deliciæ meæ* (cum Hugone loquor) *esse cum filiis hominum. Id cogito, id cupio, Deum esse per inhabitantem gratiam cum filiis hominum: Quia ipse desiderat in amore nostro quiescere.* Hæc Deipara. Pilæ igitur vacuitate impleta, homo hùc illùc minimè agitabitur, stabili Deo tabernaculo exædificato.

20. *Dies pleni in peccatore inueniuntur, postquam Maria eius replenit vacuitatem.* Iob. 7. Gal. 4.

Præuidens Dauid Dominici aduentûs dies, ait: *Dies pleni inuenientur in eis.* Psalm. 72 siue ij inueniêtur pleni munere cælesti, vt non iam cum Iobo conquerantur : *Sicut mercenarius præstolatur finem operis sui, & ego habui menses vacuos.* cap. 7. Nec mirum, si agens peccatoris personam, suam vacuitatem profiteatur. Quã donam plena hominum vita? Paulus *Quando venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex Muliere, factum sub lege.* Gal. 4. Tunc dies pleni apparuere, cum Maria tradidit nobis Dei Filiom *factum sub lege*, siue legi redemptionis primogeniti dignatum obedire, vt redimeret vniuersum Orbem. Tẽplo offertur à Matre, oblatione redimitur, vt pœnitentes Deipara purificationis patens legi, edoceat pœnitudinem.

21. *Christus è Deipara fonte hodie profluens ad hominum crimina diluenda.* Guar.

Celebrat Guarricus serm. 1. de Purif. Mariæ exemplum, dum eam asserit fõtem, è quo Christus diluens nostra crimina, vt dies hominum impleantur, emanauit. *Modo fons patens in ablutionem peccatorum, & menstruata. Christus enim aqua diluens. Væ nobis, si dies impleantur, & purgatio minime impletur : & post ea necesse sit impleri, & illo nos igne purgari, quo nihil acrius in hac vita potest excogitari.*

22. *Nobis Maria purificatur, nobis Templum ingreditur.* Ericus.

Fatur Ericus, *Dei genitricem summis votis obsecremus, vt sui potentii intercessione nobis apud Filium suum purgationem impetret criminum quæ purgationem temporalem suscepit sine sordibus peccatorum. Quæ hac die cum Filio Templum ingreditur [illegible], superna Ciuitatis*

tiæ nobis obtinet ingressum. Ergo oobis purificatur, oobis Templum ingreditur.

23. Hoc planè Deificum in Maria. Christus in se oostrorum valet maculas delictorũ abluere? Ita planè. Prorsus singularis Mariæ excellentia Filio adeò assimilari posse, vt non sibi, sed hominibus purgetur, abluatur. *Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur Puer.* Luc. 2. Cur Christus subit vulnus circumcisionis? Num vt peccatum originale abradatur? Nullâ peccati fœditate aut contractâ, aut commissâ fuit inquinatus. Ergo nobis circuocidítur; caput enim Christus sua membra ctitoine dissoluta in se compaginare dignatur. Maria hac gratiâ capitis quodãmodo donata, dum non sibi, sed filiis immondis purificatur. Ad quem seorsum allicio Bernardum serm. 7. ex parv. *Tam non indiguit Maria purificatione, quam neque Iesus circumcisione. Nobis ergo & hic circumciditur, & illa purificatur.* Num te Virgo, redemptricem Mundi vocitabo, quæ nostras haud portare tenuis iniquitates?

An Deificum in Maria nostras instar Filij, portare iniquitates abluendas? Luc. 1. Bernard.

24. Nihil in Iesu circunciso reperitur, quod proprij quidpiam inquinamenti sapiat: nihil equidem in Maria. Hæc purgatur, ille circumciditur; quia apud vtrumque alieni multum inquinamenti, quod sit abluendum. Vulgariter circumfertur seotentia illa Bernardi ser. 2. de Assump. quæ specialissimè meum confirmat argumentum. Ad illa enim Lucæ: *Intrauit Iesus in quoddam Castellum, &c.* cap. 10. fatur, *Cur in præsenti lectione nulla Lazari mentio fiat? Virginalem domum intelligi volens Spiritus, siluit non incongruè pœnitentiam, quæ malum vsque comitatur. Absit enim, vt proprij quidquam inquinamenti domus hæc aliquando habuisse dicatur; vt in ea proinde scopa Lazari quæreretur.* Illud peculiariter pendo: *Vt proprij aliquid inquinamenti domus hæc habuisse dicatur.* An aliquid habuit inquinamenti alieni? An, instar Filij, nostras Maria diluendas, purgandas iniquitates portat? Ao hominum sordes Lazari scopâ versandas, apud Templum osteotat?

Apud Mariã inquinamentum reperitur alienum, vt diluat. Bernard.

25. Pergit Abbas, *Ad Martham spectat ornatus, impletio ad Mariam. Sed mundationem cui possumus attribuere. Esset enim, si hoc inuenerimus, domus, in qua Saluator suscipiatur, & ornata, & non vacans, & munda. Veniat enim Lazaro. Dico Lazarum, quem iam fœtentem in mortuis excitat vox virentis, vt videatur satis congruè formam gerere pœnitentis.* Nonne, ô Doctor, à Mariæ domo Lazari scopam temoueri asserebas, qoia *proprij inquinamenti* oihil in ea muodandum reperitur? Cur ergo apud hanc domum iam requiris scopas? Non equidem Mariæ, sed peccatori Lazaro in ipsa mundando. Maria eoim curam gerens implerionis qoomodo peccatorem vacuum impleret, nisi eius maculis purgandis impeoderet operam? Dies hinc peccatoris, esse vacuos edisce, ministrumque Euangelij io se posse (exemplo nempe) proximorum masculas abstergere.

Apud Mariæ domum scopa, ad peccatorũ conscientiam mundandam; vt sius vacuitas repleatur.

Observatio II.

Ad illa verba:

Postquam impleti sunt dies purgationis eius.

Adhuc completis vitalis curriculi diebus, Mariæ intercessione non semel peccatoribus purgationis locus exhibetur.

Vbi peccatorem admoneo preces ac pia opera non deserere, dum flagitiis illigatur.



LLAM premo particulam: *Postquam impleti sunt dies.* Quid si dies vitæ nostræ compleantur, animi ob crimina perseuerante vacuitate, pœnitentiæ purgatione minimè impleta? Profectò expectauit Maria donec omnes purgationis dies complerentur, vt mysticè edoceat eum, qui ad nouissimi temporis articulum (spreta purificationis crebrâ occasione dum octoginta vitalis curriculi dies numerantur) purgationem conscientiæ protraxit, sæpe Mariæ intercessione sese ad frugem recipit meliorem. Haud id tibi securitatem suggerat, sed ad tantæ parentis obsequium impellat. 26.

27. Fatur bellè Eusebius Emiss. hom. de Purif. *Toties vnum fœminam parit, quoties inquinantem operatur.* Quænam parientis fœmioam lex? quot dies purgationis assignantur? *Dantur ei sexaginta sex dies* (octoginta quidem exhiberi parienti fœminam vidimus) *ad purificationem, per quos omnes dies seculi vsque ad consummationem, vel dies vitæ humanæ intelligere possumus. Nulla erit excusatio si in his sexaginta & sex diebus peccatores fœminam parientes purificati non fuerint.* Quid si transeant dies, & peccator ad nouissimum articulum quando iam quodammodo ob ægritudinis molestias *operari non licet*? Adest sæpe Virginis misericordia. *Quamuis* (adiicit) *purgationis dies ad beatam Mariam Virginem non pertinerent, expectauit tamen ipsa, donec omnes complerentur dies purgationis.* Vt pergens purificanda post tempus purgationis spem nobis parientibus fœminam immittat, posse nos, comite Maria, Domino sisti, ac conscientiæ purgationi operam dare.

Expectauit Virgo donec implerentur purificationis dies, vt ostendat ipsa inmeto, post purgationis tempus, posse aliquando purificari. Emiss.

28. Lucas appositè: *Et nomen Virginis Maria.* cap. 1. Quod quidem nomen *Mare* sonat *amarum.* Num peccator in amaritudinis pelago constitutus iam absorbendus Mariam inuocabit, si mare amarum est? Si portus esset, conuenienter inuocaretur naufragum exceptura. Profectò Mariæ nomen appositè Mare amarum insonat, vt peccator ex pelagi, quo iactatur, amaritudine, *Maris amari*, siue *Mariæ* nominis recordetur: quod amarum Mare simul est portus. D. Ephren de Laud. Virg.

Nomen Mariæ Mare simul & portus quia eius inuocatio in mari desperatis præsentissimum præstat auxiliũ. Luc. 1. Ephr.

Virg. *Tibi, ô Maria,* (siue Mare amarum) *deditus sum miserabilis. Tu enim & meus portus, præsens auxiliatrix.* Cum Maria Mari præsente auxiliatrice pulchrè *portum coniunxit.* Hic alibi periculum fluctuum, portus alibi securitas. Ibi aliter. Sed vbi periculum, vbi desperatio vrget, ibi portus Maria, quia Mare, & portus. Petrus Damian. de Nat. Mar. flagitiosum Theophylum, qui dies purgationis liquit præterire, maris amaritudinem subeuntem iam iam absorbendum obiicit, sed à Mariano portu benignissimè exceptum. *Quid tibi negabitur, Maria, cui negatum non est Theophylum de ipsis perditionis faucibus reuocare? Nihil tibi impossibile, cui possibile est, desperatos in spem beatitudinis releuare.*

Dam.

29. E Bethaniâ Dominus Ierosolymam pergens esuriit: *Et videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eam; & nihil inuenit in ea nisi folia tantum.* Et fatur, *Nunquam ex te fructus nascantur in sempiternum; & arefacta est ficulnea.* Mat. 21. Quid mirum arefactam esse ficulneam (peccatorem inquam ex sententiâ Chrysostomi) si post consummatum fructuũ pœnitentiæ, seu purgationis tempus vacua reperitur? An alicui ficulneæ tam iustè damnandæ aliquod, rebus desperatis, subest medicamen! Ita planè, si adsit Deiparæ intercessio. Refer ad memoriam aliam similiter vacuam fructu ficulneam, maledictionis gladio succidendam, nisi curam illius gerens inclamasset: *Domine, dimitte illam, &c.* Luc. 13. Quare vacua hæc ficulnea asseruatur post tẽpus, vt fructibus (datâ nouâ temporis occasione) impleretur, illa succiditur igni committenda? Quia adfuit Deiparæ mysticæ intercessio? Sic Ephren citat. *Ex vlnis equidem maternis tibi, Domina mea, deditus sum, & cliens tuus vocatus sum, ne maleuolus satanas me ad infernas portas adducat. Crebris lacrymis ô celeberrima Mater, imploro, ne Filius tuus & vita omnium dator, ob multa quæ patraui scelera* (tempore scilicet vitæ mihi ad pœnitentiæ purgationẽ dato prætereunte) *tollat me de medio, & vt sterilem ficum infœlicem me excidat.* Admonuerim huiusmodi superabundanti à Deipara munere donari peccatorem illum, qui possit inclamare: *Ex vlnis maternis tibi ô Domina, deditus sum. &c.*

Asseruatur vacua fructibus post tempus ficulnea, Maria intercedente. Mat. 21.

Luc 13.

Ephr.

30. Quàm vacui miseri Sodomitæ, quos Dei spiritus fugiebat? Quid Hebræis cupientibus ex saturari inanius? Quid Mundo, à quo Spiritus recesserat magis vacuum? Cur, quæso, Abrahæ, aut Loth precibus à flammis Sodoma non eripitur; Moysi ac Aaronis instantiâ Israel non liberatur ab excidio, Noe meritis Mundus à diluuio non asseruatur? Profectò post purgationis temporis consummationem, instante iam nouissimâ calamitate Diuorum prece rarò assolent vacui peccatores liberari. Id Deiparæ intercessionis facinus est facillimè Deum emollientis. Non adfuit Sodomitis, Hebræis, ac Mundo obruendo Deipara? Humana vacuitas Tartareo igne repletur Iam adest Maria: an rursum Mundus obruendus? Minimè Iride Maria obiectâ Conditori, etiam transacto pene tempore purgationis. Cusanus in Promer. lib 13. p. 2. c. 2. *Quare parcit nunc Mundo Deus, qui olim etiam his multo minora peccata acrius puniuit? Sodomitas submersit, Mundum diluuio deleuit, pro esu, & concupiscentia carnium in deserto filios Israel occidit. Quomodo credi potest, quòd nunc acerbiùs mundum non flagellaret, & non exterminaret, cum videamus multo pro nunc abundare grauiora delicta? Totum hoc facit propter beatam Virginem.* Infælix, quorum vita omnino est ab obsequio in Mariam aliena: producenda frequenter (si ad Mariam ob specialem deuotionem peccator spectaret) donec purgatio adhiberetur. Hæc sæpe contingunt, non fortasse semper; nec nimium nobis confidendum est, si frequẽtius mortis fælicitas vitæ merita sequatur. Edisce ex præfatis quam necessariò Deiparæ peccatorum prælibandum obsequium tunc præcipuè, cum criminibus illigantur. Nec enim preces ob vitæ iniquitatem obticere debent, sed fortiori clamore exaudiri.

Deus ob Mariæ intercessionem nunc mũdo vacuo ... it, qui ob Diuorum orationem non pepercit.

Nicolaus. Cusa.

Observatio III.

Ad illa verba:

Dies purgationis eius secundum legem Moysi.

Maria purissima adhuc purificationi operam impendit.

Edocens puritatis cultores, peccatoresque ampliùs, & ampliùs ablui.



QVONAM iure mundari teneretur omnimoda puritas Si ergo Maria omnino immaculata fuit, cur purificationi operam expendit? Parere ne Christus legi circuncisionis erat obligatus? Minimè. Ergo nec Maria legi purificationis. Quam idem Christus & Maria! quam singulari trutina pensandi! Triplici puncto expendam. 31.

Caput I.

Maria, omnimoda quidem puritas, purificationis lege minimè tenebatur.

Tò *secundum legem* expende cum Tito Bostr. prosatore: *Eleganter Euangelista protulit, quòd completi sunt dies purificationis eius secundum legem. Nam re verâ non incumbebat necessitas Virgini, vt dies purgationis eius expectaretur.* Quia scilicet omnimodâ nitebat puritate. Sanctum non tangeret? Eusebius Emis. *Non de ea dictum fuerat: sanctum non tanget, quæ ipsum Sanctum sanctorum in gremio tenebat, in sinu fouebat, & virgineo lacte nutriebat.* Iudicatur immunda? Eligius. *Nequaquam iudicatur immunda, quæ sancto Spiritu obumbrante, totus* 32.

Puritas Deiparæ à Patribus asseritur.

Titus.

Euseb.

Eligi.

tius munditiæ & sanctitatis authorem genuisse probatur. In Virgine sordes? Augustinus addit: *Vnde sordes in Virgine Matre, vbi non est concubitus cum homine patre? Vnde sordes in eâ, quæ nec concipiendo libidinem, nec pariendo est perpessa dolorem? Vnde sordes in domo, ad quam nullus hospes accesserit?* (August.)

Igitur omnimodâ puritate nullatenùs purificatione indiguisse, quis abneget? Huiusmodi puritatis ampliùs gloriam obiicio. Albertus Magnus sup Miss. Cap. 178. Vt intendat Virginem purissimam extitisse, duplici vtitur argumento. Sic primum efformat: *Ad dationem doni supremi sequitur collatio omnium inferiorum, iuxta illud Apostoli: Qui proprio Filio suo non pepercit, quomodo cum ipso omnia nobis non donabit? sed Dominus Beata Virgini summum donauit, quo capax fuit pura creatura, scilicet Dei Maternitatem. Ergo & summam puritatem donauit.*

33\. *Maria summo Maternitatis dono affecta est, & summâ donata est puritate.* Albert.

Alterum argumentum desumitur ex Virginis pulchritudine. An non Maria pulcherrima fuit, in Rebecca, in Esther, in Iudith, in Rachel, pulchris admodùm fœminis figurata; imò ab sponso *pulcherrima mulierum* vocitatur. Cant. 1. Ergo donata pulchritudine, puritate in summo donata est. *Pulchritudo* (ait ille) *est pars puritatis. At pars proportionabilis minor dicitur esse suo toto. Ergo vbi pulchritudo in toto summa, ibi & puritas est in summo.* Tunc sic. *Beatissima Virgo pulchra fuit in summo. De Rebecca enim, quæ figurabat ipsam, dicitur, quòd erat puella decora nimis, virgoque pulcherrima. De Esther, quòd erat formosa valdè, & incredibili pulchritudine. Patet idem de Iudith, & Rachel. Ergo Deipara pura fuit in summo.*

34\. *Maria summè pulchra, summè pura fuit.* Albert.

Imò, quia tota pura in summo hodie purificatur, vt scilicet immundos Gentilium ritus aboleat. An non Purificationis solemnia ab Ecclesiâ annuâ obseruatione instaurantur, vt Phebruæ reliquiæ aboleretur? Ergo patet, quòd Virgo pura est in summo. Nec enim in impuritatis gentilicæ abolitionem assumeretur nisi redundans puritate. *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.* Cantic. 6. Alanus: *Tota pulchra animâ & corpore, & macula non est in te, quia nullum credimus in Virgine ante & post conceptum fuisse peccatum*: sed accommodatiùs argumento Rupertus suprà sub alio prætextu datus: *Nunc quidem pulchra es; sed nondum apparuit, quòd tota pulchra sis, & quòd macula non sit in te. Hoc prædicabitur Gentibus* Quia videlicèt adnotantes ipsi tuam Purificationem ab Ecclesiâ adhiberi in rituum immundorum medicamen, cognoscent apertè nihil in te, quod purgationis illius lauacro indiguisset.

35\. *Quia nihil in Maria Purificatio mundauit, adhibetur hoc festum ad purificandam Ecclesiam à reliquiis Gentium immunditiis.* Cant. 6. Alan. Rupert.

Capvt II

Deipara Purificationis die, Filij puritatem æmulatur, quia vbi Deus, nihil adest immundi.

36\. PRo, *Purgationis eius*, vidimus Origenem legisse, *Purgationem eorum. Propter purgationem*, inquit, *eorum. Quorum eorum? Si scriptum esset: Propter purgationem eius, id est, Mariæ, quæ pepererat, audacter diceremus, Mariam, quæ homo erat, purgatione indiguisse post partum. Nunc verò in eo, quod ait: Dies purgationis eorum non videtur vnum significare, sed alterum siue plures. Ergo Iesus purgatione indiguit, & immundus fuit, aut aliquâ sorde pollutus.* Ac si diceret: Vt appareat omnimoda Virginis puritas, eam Euangelista cum Filij puritate copulauit. Indiguit Iesus purificatione: Absit. Ergo nec Maria. Nam si Mariæ arguit aliquid immundum purgationis eius dies aduenrâsse, & Iesu aliquam argueret impuritatem, quia impleti sunt dies *purgationis eorum*. Aduentantibus purificationis diebus, Iesus legi subiicitur, & Maria, vltroneè quidem Christus (ait Beda) *vt nos a legis vinculo solueremur.* Et addit: *Sicut Christus, ita & Beata Maria legi est sponte subiecta.*

Tanta est Virginis puritas, vt communem Iesu vnde purificationis causam indicari. Orige. Beda.

Maria hominis filia potuit purgatione indigere. Cur ergo eius nomine, ô Iesu, totius fons puritatis; copulatis circa purificationis causam, dùm apud indoctos possit subesse dubitatio, nùm communis sit Filij ac Matris excidendi in labem facultas? Profectò huiusmodi nominum copulatio haud lædere potest Iesu immunitatem. Filius enim Dei sibi non addixisset corruptionem. Zeno Veron. ser. 3 de Annunc. *Non Filius Matris, aut suus est vllis sordibus dilutus. Neque enim re verà aliquid circa se habere potuit immundum, qui humani generis peccata, sordes & maculas venerat mundaturus.* Et Nazianzenus Orat. 40. *nihil est spurcum, vbi Deus est.* Igitur qui sub vna particula circa causam purificationis *eorum*, scilicèt voluit Filium & Matrem copulari, asserit nihil immundum in Maria, communéque purificationis esse negotium *Purgationis eorum.*

37\. *Si Maria in puritate aliqua laboraret, non dixisset Lucas Purgationis eorum ne t n puritas diretur.* Zeno. Nazian.

Paulus; *Misit Deus Filiū suum factū ex muliere, factum sub lege.* Gal. 4. Cur ex muliere factum? Caietanus: *Quod ex muliere virili semine formatur, non propriè factum, sed natum dicitur. Filius autem Dei factus ex muliere dicitur, ad significandum quòd ex muliere solâ factus est.* Quid, *sub lege factum*, Idem Cardinalis: *Sicut Christus factus secundum carnem, ita factus est subditus legi.* Non-nè factus ex muliere dicitur, quia ex solâ muliere? Ergo factus subditus legi, quia ex lege solâ sine vllâ indigentiâ subditus legi factus est. *Vnde* (adiicit ingeniosè) *præsentatus in Templo quadragesimo die.*

38\. *Ex sola muliere Iesus factus, & ex sola lege, sine indigentia Filius & Mater purificantur.* Gal. 4. Caiet.

An, ô Domine, ex eo quòd de muliere solâ factus es, aliqualem impuritatis notam contraxisti? Nullam. Quia vbi Deus, nihil sordidum. Nicetas in Luc. *Misit Deus Filium suum, factum ex muliere ineffabili modo, quia suprà naturæ captum, citrà vllas sordes. Vbi enim Deus, nihil sordidum & impurum est.* Vnde fons & fluuius Filius & Mater, *ex solâ lege*, non ex immundiciei exigentiâ, legi hodie subdi dignantur.

39\. *Vbi Deus, nihil immundum.* Nicet.

Capvt III.

An tam non indiguit Virgo purificatione, quam Filius circuncisione?

Vbi de exempli efficaciâ.

40. *Nec Iesus circuncisioni, neque Maria purificationi indigentes subiiciuntur. Bernard.*

EXcito ad illud: *Purgationis eorum* cum Bernardo serm. 7. ex paru. quæstionem, *Quid est autem, quod dicimus beatam Mariam purificari?* Eleganter ipse respondet, *Quid vero quòd ipsum Iesum dicimus circuncidi? Enim verò* (adiicit) *tam non indiguit illâ purificatione, quam neque ille circuncisione.* Iesus & Maria lege charitatis & circuncisioni, & purificationi paruerunt.

41. *Mariam adduxit ad obediendum purificationi Circuncisionis Filij scientia. Cant. 7. Viegas.*

Inquit sponsus, *Caput tuum sicut Carmelus.* Cant 7. Vbi Rab. Abenezra vult Carmelum hîc non tam signare montem illum in sacris celeberrimum, quam coccineum colorem ab Hebraico *Carmel*. Vnde Carmelus *scientia circumcisionis* interpretatur, quia ex vulnere sanguis effluxit. Noster Blasius de Viegas legens, *Caput tuum super te sicut Carmelus*, indicari ait caput Virginis non fuisse super humeros depressum, sed supra humeros eminens; quia non contenta fuit Virgo feruens charitate, operibus ad quæ lege tenebatur, sed ad opera pererogationis exurrexit. Vnde cùm ad opus pererogatorium purificationis caput submittit, siue potiùs attollit, illud circuncisionis Dominicæ purpura illustrat. Eam enim ad parendum legi purificationis adduxit *circumcisionis scientia. Quid est, quod dicimus, Mariam purificari? Quid est, quod dicimus, Iesum circumcidi?*

42. *Affectus Virginis Filij affectui sanguinem profundentis conformatur.*

Affectus Virginis designatur in comâ sponsa clamante, *Coma capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus.* Cant. 7. LXX. *Cæsaries capitis tui sicut purpura: Rex ligatus.* Affectus Deiparæ sanguini Filij Regis conformantur. Rex ligatus vltroneè circumcisionis præcepto purpuratur? Quid ni Mater sponte purificationis legi religaretur? Nec erubuit Virgo inter immundas fœminas apparere, vulneri Filij conformata. *Sicut fragmen mali punici, gena tua.* Cant. 4. Ad quæ Beda, *Malum punicum quia rosei coloris est passionis Dominicæ mysterium adumbrat.* Purpuram vulnerati Filij Virgo in facie gestans non erubescit cum immundis fœminis dum legi purgationis paret, computari, Filium aspiciens circuncisionis vulnere affectum. Ex præfatis edisce Iustum mundum ampliùs abluendum, vti Dauid. *Amplius laua me.* Et illud: *Qui iustus est, iustificetur adhuc.*

Cant. 7. Beda.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Dies purgationis eius.

Deipara legi Purificationis parens.

Nos edocet obedientiam.

43. *Prima Purificationis causa.* Ambros.

CVR ergo mundissima cum Deipara sit, purificationis legi subiicitur? Respondet Ambrosius, *Nec mirum, si Mater obseruet legem, quam eius Filius non venerat soluere, sed adimplere. Sciebat enim, quo ordine conceperat, quo vsu pepererat, & quis esset, quem genuerat. Sed legem communem obseruans expectauit purgationis diem.* Obedientissima parens sese Filij obedientissimi dedit sectatricem.

44. *Sola Virgo obediuit legi, quia sola inter mulieres, immundis minime obedientibus quodammodo.* Cant. 7. Prou. 21. Gregor.

Sola circa purificationis legem Virginis obedientia cum omnimoda puritate copulatur, purissima legi subiicitur. *Collum tuum* (inquit sponsus) *sicut turris eburnea.* Cant. 7. siue obedientia tua turris in morem, fortissima ad hostes arcendos, debellandos. *Vir enim obediens loquetur victorias.* Prou. 21. *Quia dum alienæ voci* (ait Gregorius lib 34. Mor.) *humiliter subdimur, nosmet ipsos in corde superamus.* Eburnea est item obedientia tua propter eximiam puritatem. Id singulare in Virginis obedientiâ quòd purissima cum sit purificationis legi pareat. Imò ex obedientia huiusmodi adeò excellens Virgo ostenditur inter fœminas, vt ipsa sola obediisse videatur. Amici Iob obtulerunt *ouem vnam, & inaurem vnam.* Iob vl. cap. vlt. Et cur cum inaure ouis copulatur? Gregorius per ouem innocentiam, per inaurem obedientiam accipit. *Quare* (quærit) *Iob nemo inaurem sine oue obtulit?* Respondet, *Quia Redemptori suo non obedit, qui innocens non est.* Sola innocens, sola hodie immaculata Virgo legi quodammodo obediisse videtur.

45. *Esse Dei Matrem, quod eam à purificatione eximebat, id ipsum impulit.* Psal. 44.

Ambrosij emphatica illa verba: *Nec mirum si Mater obseruet legem. Sciebat enim quis esset, quem genuerat.* Imo quia se Dei Matrem agnoscebat, poterat retardari, ne purgationis legi subderetur. O Virginis obedientia ineffabilis! Id ipsum, quo eximenda à lege videbatur, ad obseruationem impellebat. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum.* Psalm. 44. si ad obedientiam vocas dum inquis: *Audi, filia*, cur ad videndum excitas? *Et vide.* Potius Mariam lumine orbari cupere deberes, ne se aspiciens Dei Matrem, Regis filiam, legi minimè subiici velit. Certè ea est Mariæ obedientia, vt ex cognitione Maternitatis ad submissionem promptiorem excitetur.

46. *Sciens se Dei Matrem, prōmptior obediit.* Psal. 118. August.

Sciebat, quis esset quem genuerat. Annon Mariæ Dominus? Audite Dauidem Dei Filium loquutum sic indocentem: *Tuus sum ego, saluum me fac* Psal. 118. Quid magni momenti ô Domine allegas, vt saluus fias? Nonne omnes Dei sumus? Augustinus pulchre, *Meus esse volui, (quod est inobedientiæ proximum, & maximum malum) & perditum me feci. Tuus sum. O quam pauci verè Deo possunt dicere: Tuus sum ego!* Magnum ne, hominem sese Dei esse profiteri? Maximum planè, Mariam, quæ potest inclamare: *Meus es tu*, ô Domine, & ideo tua esse cupio legi submissa purificationis.

nis. Dùm ergo videt ſe Dei Matrem, Deum verè ſuum, ſe Dei eſſe profitetur, exaudiens: *Audi & vide.*

47\. Quid ſi tunc Maria ſeſe Dei Matrem oſtendat, cùm paret legi? Fatur Lucas: *Cùm inducerent puerum Ieſum parentes eius.* Cap. 2. Cur, ô Domine, non diſſimulas Mariam tuam eſſe parentem, cùm purificanda nobis obiicitur? Quia tunc caro virginea ſpecialiſſimè Chriſti caro oſtenditur, cùm ad obedientiam feſtinat. E coſtâ Adami Eua exædificata, fatur omnium pater: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne meâ.* Gen. 2. Anaſtaſius Syna. dat quæſtioni. Quonammodo caro Adami & os appellatur ab ipſo abſtracta, quæ antequàm abſtraherentur, veraciùs potuit os & caro Adami appellari? *Hoc nunc. Nunc* (loquit ex ore Adami) *non eſt ampliùs os meum, neque caro mea, ſed diuiſa eſt, ablata, exciſa, abalienata ab oſſibus meis, & à carne mea.* Reſpondet acutè: Quia Eua acceſſit, vt præceptis Adami ſubeſſet, eius obediret imperio, ſibi viſū nū veraciùs os, & carnē eius eſſe, quā cùm corpori coſta copularetur. *Quando ſumpta eſt, & nata, ad ipſum eſt adducta, & tunc ideò dicit; Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne meâ.* Iam inde à conceptu meo Mater & ego (ait Dominus) caro vna: ſed *nunc*, quando diuinæ ſubmiſſa voluntati, lubens ſiſtitur coram Domino, mea ſpeciali iure Mater oſtentatur.

Imò ſeſe Dei ſpecialiſſimè Matrē oſtendit, cùm legi paret.
Gen. 2.
Anaſt.

48\. Obiicias oculis, queſo, Agnum ſine maculâ è Virginis hodie collo pendentem. Quid? An Chriſti obedientia Marianæ ſubmiſſionis ornamentum exiſtat? *Collum tuum ſicut monilia.* Cant. 1. Vbi Origenes hom. 2. in monilibus Chriſti obedientiam contemplatur. Vt ſit ſenſus: Tàm pulcbra Virginis obedientia, vt nullis valeat ornamentis fulciri, nullis venuſtatis creſcere condimentis, niſi ipſa Chriſti obedientia, ſiue obediens ipſe Ieſus, ex eius collo pendeat. *Ceruicem diximus, ſubiectionem, & obedientiam, eo quod quaſi iugum Chriſti ſuſcipiat. Ornamentum ergo ceruicis eius, quæ eſt obedientia, Chriſtus eſt: ipſe enim factus eſt obediens.* Sola obedientia Chriſti tantæ Mariæ obedientiæ potuit addere pulchritudinem, adiicere ornamentum.

Chriſti obedientia ſola poteſt tantæ obedientiæ Marianæ pulchritudini addere ornatum.
Cant. 1.
Orige.

49\. Si tàm conueniens noſtro erat exemplo Virginem legi ſubiici purgationis, cur eam Legiſlator exemit, fatus: *Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit.* Aptiùs ſine limitatione legem tuliſſet: *Mulier ſi pepererit maſculum, immunda erit.* Equidem non opus fuit lege ligari, quæ quaſi adnatam non didicit, ſed accepit obedientiam. Non-nè cùm in lumbis eſſet Dauid, parens clamabat: *Audi filia?* Meam mentem exponam. Duplex imperium (ſic liceat vocitare) Chriſtus è Cruce pendens impoſuit. Virgini primùm: *Ecce filius tuus.* Volo vt tanquam filium Ioannem accipias. Alterum Ioanni: *Ecce mater tua.* Virginem tanquam parentem venereris. Concludit Euangeliſta: *Et ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſuam.* Ioann. 19. In ſuum ſimul eum Matre excipiente. Et quare non expreſsè Virgini obiicitur obedientia, quemadmodum obedientia Diſcipuli obiecta eſt? Ioannes ab vtero cum Adamo didicit præcepta tranſgredi: vnde opus fuit exprimi eius ſubmiſſionem. *Accepit eam Diſcipulus in ſuam* Matrem. At Virgo ab vtero didicit diuinæ voluntati ſubmitti, ab Adamo ac Eua recedere, dùm præceptum tranſgrediuntur. Vnde non opus eius exprimi ſubmiſſionem. Proculdubio in ſuum Ioannem accepit. Cur Legiſlator addidiſſet præceptum Virgini, quæ ex vtero tàm addicta obedientiæ, vt non ligata lege nihil priùs geret, quàm lubens obedire.

Quaſi adnata Deiparæ obedientia.
Ioa. 19.

Observatio V.

Ad illa verba:

Dies purgationis eius.

Deipara legi purificationis ſubiicitur.

Magiſtra humilitatis.

Secundam Purificationis cauſam Beda reddit: *Sicut Dominus, qui Diuinitate legem dedit, apparens in homine, fieri voluit ſub lege, ita etiam Dei genitrix, quæ ſingulari priuilegio ſupra legem fuit, prò oſtendendo tamen humilitatis exemplo legalibus ſubdi non refugit inſtitutis.* Quid ſublimius Dei matre? Quid purgatione, quæ maculas arguit abluendas, abiectius? Quàm ſeſe hodie humilitatis fulgore Deipara præſtat conſpicuam! 50.

Secunda Purificationis cauſa.
Beda.

Pulchri planè Luciæ, Agnetis, Ceciliæ greſſus ad fontem properantium, commendabili humilitate. At mirum in modum Mariæ pulchriores eo die, quo ſpecie immunda, cum reliquis fœminis pergit ad lauacrum. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis.* Cant. 7. Vbi Guilhelmus apud Delrium: *Non ſimpliciter pulchri, ſed quam pulchri cum admiratione! Quo excellens & ſingularis greſſuum eius pulchritudo ſignatur. Multæ enim ſunt filiæ Principis per gratiam adoptionis, & omnes pulchrè gradimur. Verùm illa eſt excellenter filia Principis, quæ eſt etiam Mater. Idcircò non dicuntur ſimpliciter pulchri greſſus eius, vt cæterarum filiarum Principis: ſed quàm pulchri!* Et vndenam tàm pulchri greſſus? Addit Doctor, *Quia erat in eundo calceata.* Origenes ad cap. 3. Exod. aſſerit calceamenta eſſe *mortalitatis*, ſeu iniquitatis *indicia.* Dùm Virgo hodie pergit ad lauacrum, indicat ſe immundam. Pulchrè gradiuntur illæ filiæ, quæ humilitatis prætextu ampliùs abluendæ pergunt ad fontem. At humillimæ Virginis quæ nunquam ſordes contraxit, greſſus *quam pulchri* meritò vocitantur! 51.

Quàm pulchri ſunt Virginis greſſus ex humilitate.
Cant. 7.
Guilh.
Orige.

Profectò tanta humilitas Dei matri, vt quaſi ſeſe obligatam legi cognouiſſet. Lex ait: *Mulier, ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, erit immunda.* Duæ præcepti particulæ, *Mulier, &c. ſi ſuſcepto ſemine*, ex conceptionis puritate, ſe liberam agnouit, quia ex ſuſceptione ſeminis minimè, ex mulieris naturâ ſe humillima obligatam voluit agnoſcere. Peccata non video, ſordes non aſpicio. Vndenam 52.

Maria ſe omninò ſanctam agnoſcens ex gratiâ, ſe ligatam legi ex natura exiſtimat.

eergam

pergam ad lauacrum? Mulier sum, puluis, cinis, sufficit, vt paream imperio. Ao, ô Virgo, hoc à parente Abrahamo didiceris? *Loquar, ait, ad Dominum, cum sim puluis, & cinis.* Gen. 18. Cur se puluerem ac cinerem nominauit? Chrysostom. hom. 23. in poster. ad Corin. *Quoniam non habebat peccata, quæ diceret: sed vndique bonis operibus fulgebat, circumcursans, & nihil contra se inueniens, ad naturam ipsam confugit; & quoniam terra nomen videtur quodammodo honestum esse, cineris, addidit.* Cùm Abrahæ filia circumcursaret humilitatis studiosa, vt inueniret, vndenam legi parturitionis maneret illigata, & nihil contra se inuenirет: ad muliebrem confugit naturam: mulier sum. Quid huiusmodi humilitate præstantius?

55. Quòd si ratione muliebris naturæ nihil Dei parenti (quacum vel ab ipsa conceptione diaboli inimicitiæ) inerat suspicionis: nec poterat vllâ ratione præscindere naturam, à puritate diuidendo; tamen inter immundas non dedignatur accedere, vt videatur minùs plena, quæ inter vacuas gratiæ currit ad fontem. vt ampliùs purganda videatur, quæ inter purgandas ad ignem purgatorium accedit. Spiritus Sanctus ignis sanans, ignis lauans est. *Laua quod est sordidum, sana quod est saucium.* Apud Cœnaculum *manebant Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Mathæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perseuerantes in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Iesu.* Act. 1. Vbi vulgariter adnotatur, humillimæ Mariæ locum nouissimum contigisse; ita nouissima prima ostenderetur ex humilitatis eleuatione. Ego autem cum Guarrico lib. 1. de Sacro. Regn. Mar. Cap. 15. commendo Deiparam inter Apostolos adhuc purgatorio Spiritus Sancti igne purgandos, Magdalenámque, quæ fuerat in Ciuitate peccatrix, ac si Spiritu Sancto plena & superplena non esset, Spiritum recepturam sedere minimè dedignatam.

Etiam ex natura haud purgationi obnoxia inter immundas comparere non dedignatur, igne Spiritus abluenda amplius. Act. 1.

Guarr.

54. Profectò Spiritus ipse disposuit tantâ hodie humilitate fulgere Deiparam, vt Diabolo mysterium Incarnationis celaretur. Cassianus in Stell. p. 1. *Decebat, vt ad purificationis legem accederet propter confusionem Diaboli. Pro eo quod sic Christi diuinitas, & Mariæ virginitas celabatur Diabolo, ne humana redemptio impediretur ab ipso.* Illam preme particulam: *Propter confusionem Diaboli.* Et quidem tanta Virginis hodie humilitas, vt superbiæ author, qui sedere in Deitatis throno concupiuit, coram purificationis legi submissâ Deiparâ confundatur.

Spiritus superbus Virginis humilitate victus. Cassi.

55. Nicolaus Cussan. lib. 3. de Pur. *Hodie ipsam Matrem in Templo, Sanctis collætantibus, voluit publicari.* Quonammodo Simeone & Anna gestientibus præ gaudio, Maria potuit Dei Mater manifestari absque arcani illius reseratione, quod abscondi Diabolo oportebat: An humilitatis cuncta sunt operculo salua? Simeon adorat, futura prædicit. Anna futuras Infantis glorias euulgat. Adhuc secretum remanet inuulgatum. *Nec enim* (ait Diabolus) Dei Mater est, quæ nouissimum inter immundas locum requirit. *Quia* (vti Ambrosius apud Cussan.) *hoc solum de Maria prædicare, quòd Dei Mater est, excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici, vel cogitari potest.* At superborum parens non scit cum tam celsâ dignitate tam profundam humilitatem componere. Edisce humilem mentem quæritare sollicitè, vndenam submitti possit: sicut superba vndenam extollatur studiosè requirit. Ambros.

Tanta humilitas Mariam Dei esse Matrem operiebat euulgantibus multis. Cussa.

Observatio VI.

Ad illa verba.

Dies purgationis eius.

Maria legem Purificationis obseruat.

Vt edoceat nos amouendo scandalo operam expendere.

Cvr Deipara Purificationis dies expectauit? Quare (dic, quæso) Iesus tributum Cæsari rependit? *Vt autem*, inquit, *non scandalizemus eos, &c.* Quare circuncisionis legi paruit? Nonne vt hominibus haud esset scandalo? *O beata Virgo!* (Bernardus exclamat) *vere tu non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed nunquid Filio tuo opus erat circuncisione? Esto tamen inter mulieres tanquam vna earum, nam & Filius tuus sic extitit in medio puerorum.* Ne scilicet scandali vulnere afficerentur paruuli. 56.

Tertia Purificationis causa.

Bern.

Prouidè Virgo sese ad scandala vitanda accinxit. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex eâ.* Cant. 4. Rupertus turrim explicat Mariæ humilitatem designatam in collo per similitudinem ad humilitatem Dauid: turris quidem nomine expressam, quia per eam Dauid coram Deo fortis, contra homines inexpugnabilis extitit. Quænam propugnacula, clypeique pendentes? *Scientiam* Pater interpretatur. Iam Nysseni serm. 7. mens aperitur hic sermoné fieri de turri illâ, quam, expulso Iebusæo, Ierosolymis ad hostium aduentum præuidendum pro defensione oppidi Rex Dauid scientiá rei militaris pollens in Sion extruxerat. Ex hâc planè rei militaris scientiâ ortum clypeis pendulis turrim circundari. Venio ad Virginem, cuius humilitas, ex Ruperto, turris; cuius scientia hostes venturos præuidens, humilitatis hodiernæ præsidio sese præmuniuit. Si purificationis legi non pareret, ignorantes scandalizarentur, eam legis violatricem putantes. Ideo humilis Deipara legi purgationis submittitur; vt ex humilitatis turri sapientissima Virgo muniatur. 57.

Virgo turrim humilitatis aduersus scandalum exædificauit legi purgationis obediens.

Cant. 4. Rupert. Nysse.

Fatus Dominus. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te.* Math. 5. Annon sufficit eruisse? Cur proiiciendus? Vt iaculi gerens vices ex humilitatis turri scandalum irruens confodiat. Virginis quinam oculi? 58.

Virgo oculum puritatis tamen quasi è turri proiicit.

vt scandalũ confodiat, at simul cor Sponsi configat. Matt. 5. Cant. 1. Hugo.

Oculi tui columbarum. Cantic. 1. Vbi Hugo Card. *Oculi omnium gratiarum. Omnium quippe gratiarum in effecta es particeps, ex quo me castis visceribus suscepisti.* Oculi Virginis puritas vniuersa. Equidem se Deipara luminibus orbauit huiusmodi tantæ puritatis, inter immundas fœminas legem purificationis custodiens apparet, vt scandalum à pusillis excitatum confoderet. Quid si proiiciens lumen à se humilitatis turri, scandalo corruente, simul Sponsi præcordia configerit? Ipse dulciter conqueritur: *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum.* Cant. 4. Cùm scilicèt eruisti quodammodo, & à te proiecisti in scandali ruinam. Remanens indemne puritatis luminare me abripit vehementer: at oculus erutus eiusdem puritatis & proiectus, ne scandalo sis paruulis me excordatum reliquit. Edocere, quàm Deo cora scandali vitandi placeat.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Dies purgationis eius.

Legi paret Deipara, quia omnium creaturarum Dominatrix.

Edocens, Principes singulariter decere humilitatem, & submissionem.



59. Egi sese non maculata subiicit Virgo. Ericus: *Dei genitricem summis votis obsecremus, vt suâ potenti intercessione nobis apud Filium suum purgationem impetret criminum, quæ purgationem temporalem suscepit sine sordibus peccatorum.* Si sordes non adsunt, quid Virgini cum lauacro? Bernardus: *O Beata Domina, este inter mulieres tanquam vna earum.* Dominatricem quippe singulariter decet humilitas.

Eric. — *Bern.*

60. Rectoribus Sapiens: *Rectorem te posuerunt, este in illis quasi vnus ex ipsis.* Eccle. 32. Huc respiciens Bernardus: *Domina*, inquit, creaturarum constituta es, à lege purgationis prorsus immunis: *Sed esto, ô Domina, inter mulieres, tanquam vna illarum. Nam & Filius tuus Dominus, sic extitit in medio puerorum.* O quanti ponderis Principes legibus subiici, vt subditos ad earumdem alliciant obseruationem. Isidorus lib. 2. Cap. 52. *Iustum est Principem, legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet Præsul, quando & ipse illis reuerentiam præbet.*

Principes decet legum obseruatio. Eccl. 32. Bern. — Isid.

61. Huiusce obseruationis insigne Domina præse fert, quâ die legi puerperij paret. Obtulit quippe Turtures. Porrò Turtur ad sacrificium adductu, *retortos ad pennulas capite*, ex Leu. 1. obseruaui. Quid ad pennulas caput retorqueri. Gregor. ad Cap. 1. Eze. *Caput ad pennulas retorqueri præcipitur, vt ea quæ dicis facias, & ea ad opera coniungas.* Haud aliter purissima Virgo sese, Guillelmo authore, turturem obtulit *retorto ad pennulas capite*, voci Dominatus ancillatus operibus respondente. *Vox turturis audita est hodie in terra nostra.* Vox inquam volucris eius, cuius caput pennulis, sic vox operibus copulatur. Nec, retorto capite, excidet corona.

Maria offerens Turtures obiicit suam ad legem subiectionem, vti decet Reginam. Luc. 1. Gregor. — Guilhel.

62. Vates hinc, *Astitit Regina à Dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Psal. 44. Chaldaicè sic, *Stabit liber legis in latere dextero tuo, & exarabitur in exemplari splendor tuus.* Quo quæso, libro legis cum Reginâ Mariâ, vt idem sit adstare dexteræ Conditoris Mariam, ac librum legis? Num quia Princeps idem ac legislatio? Ita planè. Attamen illa verba pendenda: *Exarabitur in exemplari.* Domina namque Maria exẽplar est latæ legis, imo ipsa obseruata lex, dum puerperij obseruat instantiam. Regina ergo pulchrè lex est, & pulchrius eiusdem obseruatrix.

Idem Regina Maria, ac obseruatio legis, sine lex ipsa. Psal. 44. Chald.

63. Num ad tuas aures peruenere mulieris illius cito soluendæ partu voces? *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona Stellarum. Et in vtero habens, cruciabatur, vt pareret.* Apoc. 12. Haud dubium, quin hac parienti fœminâ Deipara signetur in vtero Christum Solem gerens (vti Bernardus) & ideo Regina creaturarum Stellarum diademate redimita. Voco iam ad quæstionem, cur sine dolore pariens inter fœminas angustias parturientis constituta depingitur? *Cruciabatur, vt pareret.* Nonne à communi miseriâ fœminarum ille partus immunis? Quid igitur magis dissonum partui virgineo, quàm parturitionis cruciatus, & sordes? Porrò nullis huiusmodi miseriis obnoxia Virgo in partu fuit. At quia coronatur Stellis, quia omnium Regina constituitur quasi affectauit communem circa parturitionem miseriam; vt legi puerperij, ac purgationis subderetur, Reginaque nostra *esset inter mulieres tanquam vna ex eis*, Regum quidem magistra.

Quia Regina, quasi affectat communem partum, vt se legi purgationis subiectam esse ostenderet. Apoc. 12. Bernard.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Dies purgationis eius.

Maria legi paret antiquæ, vt in exordio legis nouæ haud contumaci ingenio prædita videretur.

Moneo, magnam adhibendam curam circa legis recenter datæ obseruationem; contra desides nouæ Religionis alumnos.



64. Imoo de Cassia lib. 2. cap. 21. quintam reddit causam, cur Virgo purificationis legi paruerit. *Cũ Filio ascẽdit in Templum seruãs legem, quæ legi non*

Quinta Purificationis causa. Simon. de Cas.

non subiacebat, vt hanc consuetudinem obseruaret. Ne in primordio Christi nascentis per legem vt contumax haberetur. Christus *per legem* nascitur, id est, vt nouæ legis præscripta ferat, quorum primos fulgor die Purificationis effulsit. Ecclesia enim in gentilium rituum abolitionem solemnia Virgineæ Purificationis instituta erat. Obseruet igitur Maria accuratè diem purificationis, vt ostendat in legis exordiis maximum ad obseruationem feruorem adhibendum. Lex enim corruet omninò temporis decurrentis incuriâ, si recèns nata deside obseruatione custoditur. Nouarum Religionum alumni, hinc aures arrigite. Si in exordio nascentis instituti, parui penditis Ordinis imperia, citò regularis obseruantia corruat necessum est.

65. *Moyses confregit tabulas ad radices montis, ne populus in exordio legis contemneret.* Exod. 32. Abul.

E monte descendens Moses legis præscripta gestans, vitulo libantis populi voces exaudiuit. Tunc ira affectus iusta *proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis.* Exod. 32. Quæris, cur populi Dux & Legislator ad montis radices tabulas comminuit? Respondet Abulensis q. 30. *Quia tunc Moyses tabulas confregit, quando vidit vitulum, & choros audiuit. Quia in præsentiâ tanti sceleris tabulæ conscriptæ à Deo apparere non debeant. Sed apud radicem montis accedens, vidit vitulum, & choros. Ergo apud radicem montis frangere debuit eas.* Rectè quidé. Sed argumento accommodatius sic soluo quæstionem.

Exod. 19. Abul.

Constat ex cap. 19. Exod. populum eâ ipsa die, quâ Deus præcepta tabulis exarata protulit ad montis radicem accessisse, vti idem Abulensis adnotauit, *Populus in die, quo Deus de monte clamans, in voce tubæ protulit ista præcepta, accessit vsque ad radices montis.* Postea Moses ad montis radices accedens vitulum & choros aspexit, audiuit. Iustè ergo tabulas ad montis radicem confregit. *Quia non decuit,* (adiicit ille) *quòd tabulæ, quarum fœdus nefarius populus ille confregerat, vltra locum, in quo illud susceperant, procederent.* Populus ad radicem montis, vitulo libans, choros ducens, non benè coluit memoriam primi diei, quo inibi fuerat lege donatus. Qui legem suo vulnerat in exordio, proculdubio contemnet. Tabulæ comminuantur, lex scribatur rursum, quam venerantes Israelitæ natalitio die, accuratè postea custodiant.

66. *Vt Deipara legem nascentem obseruaueris?* Cant. 1. Ansel.

Iam Deipara clamat. *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.* Cant. 1. Anselmus *osculum Incarnationem* interpretatur; *vbera verò duo Testamenta, geminamque dilectionem* Dei scilicet, & proximi, cunctæ legis recapitulatio. *Delectet me,* inquit, *præsentia Filij sui, qui dicitur os Patris. Quia meliora sunt vbera tua vino. Hic iam loquitur præsens cum Christo, conuertens se ad ipsum præ nimiâ affectione; quia doctrina Euangelica melior est vino, id est, intellectu carnali veteris Testamenti. Possumus etiam per vbera accipere geminam dilectionem.* Postquam ergo lex Deiparæ præsentatur, inclamat, *Trahe me, post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Ibid. Vix concipitur (quantumuis paritur) Christus per legem, siue vt legem geminæ dilectionis Euangelicæ proferat, cùm Deiparens sese ad obseruationis cursum accingit. *Curremus,* id est, *Tu-*

lerunt illum in Ierusalem &c.

67. *Alex conceptο Saluatore properat ad geminæ charitatis præceptorum obseruationem, in legis natali.* Luc. 1. Hugo.

Mariæ Profectio ad Elisabetham inuisendũ existimo typum huiusmodi obseruationis extitisse. *Ecce,* inquit, *ancilla Domini, fiat mihi.* Quod tantuudem (authore Ruperto) fuit, ac *osculetur me osculo oris sui.* Discessit Angelus ab eâ, Maria autem in diebus illis (siue *in die, quo conceperat Iesum* vti Hugo Card. ait) *abiit in montana cum festinatione.* Luc. 1. Cur recèns fœcundata tam festinanter ad cognatam currit? Num quia de obsequio anili ætati impendendo (id quod ad præceptum geminæ charitatis pertinet) cogitare debebat? Bernardus quæritans, cur tam citò Deiparens sese itineri accinxerit, ait: Ratio est, *vt audiens cognatam vetulam grauidam, iuuencula cogitet de obsequio ei impendendo.* An teneretur? Minimè. Sed neque ad legem puerperij. At in exordio legis nascentis nouæ, geminæ charitatis præceptorum se debuit accuratissimè ostendere obseruatricem, ad ipsius proferendæ legis vberiorem stabilitatem.

Bernard.

Observatio IX.

Ad illa verba:

Tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino.

Ex præuiso insidiarum Herodis periculo Virgo pergit in Templum legem obseruatura.

Innuitur, nihil timendum nobis, dum legis studemus obseruationi.

68. August.


Xcitat quæstionem Augustinus lib. 2. de Cons. cap. 11 *Cum iam sollicitus esset Herodes perculsus Magorum nũcio, quod natus esset Rex Iudæorum: quomodo potuerunt, completis purgationis diebus, tutò, cum Iesu ascendere in Templum, vt fierent circa eum secundùm legem Domini?* Respondet Eucherius hom. de Innocent. *Adhuc omnia quieta erant, adhuc Herodes Magos expectans, nondum sui cordis malitiam reuelabat. Vnde & securè vadunt in Ierusalem.* Augustinus autem ipse soluit. *Quis non videat etiam illum vnum diem Regem multis occupatum latere potuisse?* Existimo tamen Mariam, (cui nihil latebat eorum, quæ ad Filij gubernationem attinebant) ex præuiso periculo in Templum fuisse progressam, fauente Anselmo Mat. 2. *Quamuis timerent Herodem, tamen non sunt ausi transgredi legem, quin ad Templum puerum deferrent.* At quid de periculo solliciti essent, qui ad legis obseruationem tendentes, ab ipsâ proculdubio protegendi erant?

Euche.

69 *Quo tempore Templum init, vt legi pareret, hostis nec desideret impugnare.*

Audi Legislatorem. *Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel.* Hostium insidiis circundor, Herodes iam tanquam Leo rugiens Agnum sine maculâ quærit.

Ne timore corripiatis. *Nullus insidiabitur, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui.* Exod. 14. Hostis iam obsidet Ciuitates. Desertás-ne eius delendas impugnatione deseremus? Abulensis: *Dato, quòd esset inceptum bellum inter Hebraos & hostes suos, & obsedissent hostes Ciuitates Iudaeorum, & ipsi eas solas desererent euntes in locum sanctuary: hostes nullo modo intrare possent in eas ad possidendum, vel prædandum; imo nec desiderarent introire: Fiebat autem hoc, quia Deus immittebat quendam terrorem in corda hostium, ita vt non auderent inuadere in terram Iudaeorum.* Dùm legi pares, nihil timeas; haud hostis irrumpet, haud desiderabit introire.

Exo. 34. Abul.

70. At expletæ obseruationis legis occasione, tibi, ac rebus tuis prospicere procora, irruet hostis, Pugnant Matthæus & Lucas: *Qui cùm recessissent* (Magi scilicèt) *ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Matt. 2. *Et vt perfecerunt omnia secundùm legem Domini, reuersi sunt in Galilaeam.* Luc. 2. Matthæus post Magorum reditum in Regionem suam Angelum asserit de Herodiano periculo imminēte Iosephum monuisse. At Lucas Christi parentes pacificè post purgationis ceremoniam assumat in Galilæam reuersos tunc scilicèt, cùm ex Matthæi authoritate in Ægyptum proficiscerentur. Concordat Eucherius *Mihi videtur sic dicendum: Qui cum recessissent* (Magi videlicèt) *aliquanto post tempore euoluto, & omnibus, quæ secundùm legem debebantur, expletis. Ecce Angelus Domini apparuit Ioseph, dicens: Fuge in Ægyptum.* Ioseph itaque admonitus ab Angelo fuit, vti Herodis insidias fugeret, *vt perfecerunt omnia secundùm legem.* Iam quidem à Magorum reditu instabat periculum, iam necessaria fuga erat; At eo tempore, quo parētes Iesu in Templum proficiscuntur, vt legi pareant, tàm erant ab insidiante Herode immunes, ac si fugissent. Vnde quod ad securitatem attinet, proculdubio fugiebant. Certè expletis *cunctis secundùm legem*, iam rursum instante periculo, fuga eis verè fuit arripienda, ne Agnus à lupo, eius sitiente sanguinem, deuoraretur. Nullum, mihi credite, instat periculum circa temporaria commoda, dùm spiritualibus, instante lege, incumbis.

Parentibus Iesu Tēplum adire, vt legem obseruarent, idem erat ac Herodem fugere. Posteà eis verè fugiendum.

Matt. 2. Luc. 2.

Observatio X.

Ad illa verba:

Tulerunt illum in Jerusalem, vt sisterent eum Domino.

Dei Filius quodammodo in solâ Mariâ, Patris relicto sinu, degebat, vnde potuit ipsa eum Domino sistere.

Hominis præcordia commendo, quæ totum Deum possunt excipere.

Aliam Athanasius quæstionem excitat; *Tulerunt illum in Ierusalem, vt Domino sisterent; sed quando à Paternis amplexibus latuit Dominus? aut quis locus excipitur ab eius imperio, vt ibi semotus à Patre sit, nisi afferatur Ierosolymam, & introducatur in Templum?* Soluit sic: *Sed fortè causâ nostri hæc scripta sunt; sicut enim non causâ sui homo factus circuncisus in carne, sed vt nos per gratiam faceret Deos, & vt spiritualiter circuncidamur; sic propter nos sistitur Domino, vt discamus Deo præsentare nos ipsos.* Rectè planè. Sed aliter quæstioni satisfaciam, illam premens particulam: *Quis locus est, vbi semotus Dominus à Patre sit?* Proculdubio Deipara, cuius sic Christus dilexit habitaculum, vt quodammodo Paternum liquerit sinum, vt totus in solâ Mariâ clauderetur. 71.

Athan.

Archangelus à Deo immissus ad Virginem profatur: *Dominus tecum, Spiritus Sanctus superueniet in te.* Luc. 1. *& virtus Altissimi obumbrabit tibi*, Luc. 1. Sunt qui affirmant, τὸ *Dominus tecum*, signare iam Verbum carne indutum. Ego autem expono non quidem adesse carne indutum, sed vt post Virginis proximum consensum indueretur. Asserit ergo Gabriel Verbum iam adesse, *Dominus tecum.* Cur autem & Patrem & Spiritum Sanctum venturos affirmauit: *Superueniet, obumbrabit.* An Verbum potest à Patre, & Spiritu separari? Certè iam Virgo circundans virum sic claudit, vt quodammodo à Patre & Spiritu Sancto semoueri posse videatur. An non Maria Verbi Sponsa? Quid mirum si Verbum *propter hanc relinquat Patrem, & adhæreat vxori suæ?* Gen. 2. 72.

Vt ad Mariā Verbum accederet, quasi à Patre & Spiritu Sancto discessit. Luc. 1.

Gen. 2.

Christo in Tartara descendente, ascendenteque ad Superos, ipsius triumphum comitantes Angeli conclamârunt: *Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ, Quis est iste Rex, &c.* Ps. 23. Vbi Chrysolopolitanus Episcopus: *Postquam ostendit Dauid Christum de iure esse Dominum totius Orbis, tam in cælo quàm in inferno, apostrophat ad Principes inferni, vt aperiant portas Christo. Mox prædicit ingressum Christi in cælum, ad suscipiendam iurisdictionem cælestis Patriæ; ideò Dauid apostrophat ad naturam Angelicam, vt aperiant cælum, & recipiant Dominum.* Iam quæstio Angelorum ac dæmonum accurrit exprimenda: *Quis est iste Rex gloriæ?* Aiebat Dauid: *Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero in infernum, ades.* Immensum Verbum est, nullum non occupat locum. Cur igitur quasi immensus non esset, quasi peregrinus discessisset, quisnam sit ignoratis? An postquàm ad Mariam è Patris sinu descendit, ita (in morem Prophetæ super puerum) suam quodammodo immensitatem contraxit, vt nihil extrà Virginem commoraretur? Quem affectum (non planè effectum) creaturæ prosequuntur in Virginis elogium. Adest cælicolis in sinu 73.

Tàm abstractus Dominus à cælo, cunctisque creaturis, dum cum Maria degit, vt quodammodo ab Angelis ignoraretur, tanquam peregrinus. Psal. 23. Valent.

sinu Patris, adest & infernis. At si fieri posset adeò immensum contrahi: vt à cælo, ab inferno, à cunctis creatis, imo à Patris sinu amoueretur, solus quodammodo in solâ Virgine habitaret.

74 Obstitit immensitas? Post Adæ peccatum Iudex humanâ specie indutus, Paradisum ingreditur, hominem aduocat ad tribunal. *Cúmque audisset vocem Domini deambulantis in paradiso ad auram post meridiem.* Gen. 3. Vbi D. Thomas quærit, cur sub formâ viri deambulantis appareret? Responderque frequenter Patribus sub formâ, qua Mundum redempturus erat, apparuisse, victoriam promittens Matris fœminæ diaboli caput vulneratoræ. Ac si diceret: Me Virginis viscera continebût. Profectò appositè tunc sub deambulantis apparet specie. Qui deambulationem gerit, loca iam acquisita linquit, dum alia acquirere satagit. Dei immensitati omnia replentis repugnat inambulatio, quia nec relinquere potest locum à se occupatum, nec nouum acquirere, vbi anteà non extiterit. Quomodo igitur immensus ambulationes conficiebat? Vt suû erga Matrem affectum ostentaret. Dum humanitatis assumendæ (ac si diceret) speciem obiicio, edisco me exui immensitate dum inambulo; quia filius Mariæ effectus ita ipsi sum addicendus soli, vt Patrem quodammodo relinquam, méque ab immensitatis iure soluam.

Cum primùm se sub humana forma Adamo ostēdit, quasi edisceret se exuere ab immensitate, vt in Maria eam degere posset, quodammodo à Patre abstractus.

Gen. 3.

Thom.

75 Duo quidem extrema Dominus deambulans relinquere discit: Cælum, vt Angeli interrogent: *Quis est iste?* infernum, vt Tartarei clament: *Quis est iste?* Ipséque interim in medio terræ, hoc est in Deiparâ solâ commorando salutem operetur. *Operatus est salutē in medio terræ.* Psalm. Id est, Incognito authore, *in Maria.* O Mariæ immensa capacitas immensum circundans! Quàm iustè Bonau. in spec. inclamat! *Immensa est Maria capacitas.* Do Petrum Damian. serm. de Annunc. *Hîc exinaniuit se se immensus, mensuram bonam & confertam, & coagitatam mittens in sinum nostrum. Consecrans in Maria reclinatorium aureum, in quâ solâ* (attende) *se post tumultum Angelorum, & hominum reclinaret, & requiem inueniret.* In solâ Mariâ requiescit ab vtroque Angelorum exercitu abstractus? Imo quodammodo segregatus à Parente.

In sola Maria degit, extrema linquens, imò Patris dexteram.

Bonau.

Damian.

76. Vis, obiiciam, quàm à Patre abstractus in solâ Maria Verbum commoraretur? Pater ad se Filium reuocare quodammodo intendit natiuitatis die. Vnde Filius ore clamat Dauidico: *Tu es, qui extraxisti me ab vtero Matris meæ* Psalm. 21. Vt scilicet quasi à te abstractum, vt solum degentem in Maria, iterum ad tuum sinum aduocares. Elegans Tertulliani lib. de car. Chri. cap. 20. paraphrasis. *Accipe Christum, & audi Dominum æterno Patri colloquentem. Quia tu es qui auulsisti me ex vtero Matris meæ. Quid auellitur, nisi quod inhæret; quod infixum, innexúmque est ei, à quo, vt auferatur, auellitur?* Vt radices in Virgine ageret, quodammodo à Patris sinu eradicatus est. Auulsus ne à Patre, totus in solâ Matre radicauit; Auellatur à Matre purificationis die vt soli Patri sisti possit. Certè nec vt sisteretur Patri Matrem reliquit. Simul enim apud Mariam totus degit, ibi iudicat peccatorem, vt parcat, ibi nos pascit, ibi suffert, ibi vocat, ibi suscipit. O quàm facilis salus, quæ à Maria peccatoribus propinatur! Hinc hominum Christum in Eucharistiâ totum excipientium propè immensam mirare, ac commenda capacitatem.

Verbum à sinu quodammodo abstractum Pater curat rursū ad sinum reducere, ex Maria vt ero, Psal. 21.

Tertul.

SECTIO SECVNDA.

Oblatio Deiparæ.

TEXTVS.

VERS. 24. T vt darent hostiam secundùm quod dictum est in lege Domini, par Turturum, aut duos pullos Columbarum.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De animantibus offerri solitis à puerperâ.

1. ET *vt darent hostiam.*] Pro vberiori intelligentiâ præmitto nonnulla circa animantia solita offerri eorumque redéptionem. In primis requiro. An primogenita brutorum redimerentur? Respondeo cum Lyrano. *Primogenita animalium mundorum bouis ouis, capræ & huiusmodi non redimebantur; sed immolabantur Domino. At primogenita animaliū immundorum, vel interficiebantur, sicut canis primogenitum: vel redimebantur, sicut asini; non autem pecunia, sed eorum loco ouis offerebatur.*

Num primogenita brutorum redimerentur.

Lyran.

2. Deinde quæris, quænam in sacrificiis animantia offerrentur? D. Thomas 3. part. q. 102. art. 3. *De tribus generibus animalium quadrupedum de genere scilicet ouium, boum,* &

Quanam animantia in sacrificiis offerri solita.

Thom.

& caprarum. De ambus turtur, & Columba, & etiam passer in emundatione leprosi. Cur non alia iis nobiliora? *Quia hæc animalia maximè sunt per quæ sustentatur humana vita, & ideo mundissima sunt.* Quare nunquam immolati pisces? *Quia ex aqua extracti statim moriuntur.* Nec quidquam emortuum in Templo decebat offerri.

3. *Quare columbæ pullus, & non turtures offertur? Rab Mos.*

Venio iam ad turtures, & columbas, & rogo: Quare potiùs offerri solitæ Turtures quàm eorum pulli: de columbis autem potiùs pulli quam ipsæ? Rab. Moses respondet, Omne, quod est optimum, *Deo est attribuendum. At Turtures maiores meliores sunt, quam pulli: in Columbis autem est è conuerso.* D. Bernardi approbo expositionem serm. 59. in Cant. Licèt per Columbam Spiritus sanctus designari soleat: tamen quia libidinosa auis est, non decuit offerri, nisi in ea ætate, quæ libidinem nescit. Turtures autem, non pullos turturum dixit, quod turtur casta auis quacumque sit ætate. His præmissis:

4. *Lex oblationis pro puerpera. Leu. 12.*

Secundum quod dictum est in lege Domini.] Circà puerperæ oblationem sic Leuit. 12. *Cùm expleti sunt dies purgationis suæ pro filio siue pro filiâ, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturis pro peccato ad ostium Tabernaculi testimonij, & tradet Sacerdoti, qui offeret illa coram Domino, & orabit pro eâ; & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum, aut fœminam. Quòd si non inuenit manus eius, nec poterit offerre agnum, sumet duos turtures, aut duos pullos columbarum; vnum in holocaustum, & alterum pro peccato; orabitque pro ea Sacerdos, & sic mundabitur.* Hoc quidem præceptum diuersum erat à priori, de quo sect. 1. circa primogenitorum oblationem. Illud enim particulare erat pro masculis primogenitis: hoc verò omnibus masculis & fœminis primogenitis, & non primogenitis; erat enim ad immunditiei purgationem.

§. II.

Maria turturum, aut pullorum columbarum sacrificium offert.

5. *Parentes Iesu ad Templum profecti.*

ET vt darent hostiam secundùm quod dictum est in lege &c.] Venerunt igitur parentes eum Iesu in Ierosolymam post purgationis tempus, tùm vt sisterent, & præsentarent Domino iuxta legis præscriptum, tum vt offerrent par Turturum, aut duos pullos Columbarum iuxta alterum legis præceptum. Quod

6. *Agnum non offerunt maternalem, sed turtures, aut pullos columbæ.*

impleruit, cùm essent pauperes, non agnum anniculum, sed Turturem, aut pullum Columbæ in holocaustum obtulerunt; & alterum in hostiam pro peccato. Id circo arbitror Euangelistam hanc legis particulam retulisse, omissâ illâ de agno anniculo offerendo. Magnam certè veràmque Christi, ac parentum eius adnoto paupertatem, quæ tanta erat, vt agnum ipsi Deo offerre non potuerint.

Tolet.

Imo verba legis (loquor cum Toleto) *in eis sint verificata: nempe, si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum.*

Par Turturum &c.] Grauis hinc oboritur 7.
quæstio: Pro quo Turturum hodie, aut pullorum fieret sacrificium? An pro Iesu, aut infante, qui præsentabatur: vel pro Mariâ, seu qualiber puerperâ? Origenes, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Leo, Euthymius, Beda, & Ildephonsus pro Christo, seu infante ipso, qui præsentabatur, factum censent. Fundamentum huius sententiæ potissimum sunt proxima Lucæ verba inferiùs explicanda: *Cùm inducerent parentes eius Iesum, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.* Ergo pro infante, non pro matre sacrificium offerebatur.

An oblati pullus aut turtur pro Iesu, pro Iosepho, vel pro Maria? Origen. & alij.

At tantorum Patrũ veniâ existimo vix hanc 8
sententiam posse Scripturæ verbis accõmodari. *Deferet* (ait lex) *agnum anniculum in holocaustũ, & pullũ Columbæ pro peccato; & tradet Sacerdoti, & orabit pro eá, & sic mundabitur à profluuio sanguinis.* Annõ defert mulier quæ peperit, tradit ipsa Sacerdoti, Sacerdos orat pro ea, mũdatur ea à sanguinis profluuio? Nihil planè de filio, nihil de viro, omnia præcepti verba sunt de fœminâ singularia. Fundamentum autem ex sect. 3. facile corruet.

Authoris sententia offerentis pro Matre offert sola.

Distincta equidem præcepta sunt & offe- 9.
rẽdi puerũ, seu sistẽdi, & libãdi Turtures aut pullos, aut agnum. Nã illud erat de primogenitis, hoc autem, de parturientibus quemcumque, masculũ, aut fœminam. Vnde si ante quadragesimum diem moriebatur infans, hoc sacrificiũ fiebat pro fœminæ purgatione. Imo si non erat etiam primogenitus superstes, non sistebatur Domino, nec portabatur in Tẽplum, & tamen præceptũ matris purgandæ seruabatur. Si mulier etiam mortua erat, vir non tenebatur hæc præstare, mulier autem, etiá mortuo viro ante tempus purgationis hoc præcepto tenebatur. Igitur manifestè probatur hoc sacrificium non pro nato, nec pro marito, sed pro sola fœminâ ex profluuio sanguinis immunda offerri.

Confirmo manifesto argumento.

Cautè ergo Euangelista nõ vt pro sola Vir- 10.
gine oblatũ pullorũ aut turturũ omnibus ostenderet, nũ dixit, quãdo huius meminit oblationis, *par Turturum, aut duos pullos Columbarũ pro eo*, ne oblatio pro puero facienda putaretur. Imò diuisit à præcepto præcedenti de puero, nẽpe *Vt sisterent eum Domino*; hoc enim est pro puero. *Et vt darent hostiam*, hoc est pro parentibus; non quòd vterque indigeret, seu pro vtroque fieret; sed pro matre.

Par Turturum, aut duos pullos Columbarum:] 11.
Vnus quidẽ Turtur aut pullus in holocaustũ offerẽdus, alter in hostiã pro peccato mulieris purgandæ. Rogas, quodnam fuerit peccatum, pro quo victima offerebatur? An peccatum originale? sic Augustinus. Non placet, quia iam in circuncisione ablutum. Num culpa, quæ frequenter committitur in coniugali commistione, dum non sit debitis cunctis circunstantiis? Sic recentiores quidam. Reiicio, qui etiam si debite omnino fieret, hostia tamen offerri præcipiebatur. Alij aliter. Existimo quoddã genus sacrificij esse, quod dicebatur *peccatũ*, quia pro peccato offerri solitũ. Sic Christus dicitur *peccatum*, quia sacrificium pro peccato factus est. Hoc autẽ nõ solùm pro peccatis offerebatur, sed etiã pro malis, ac pœnis, quæ plerumque ob crimina inferuntur. Vnde Leu. 15. leprosus sanatus

Quodnam peccatum, pro quo hæc victima à puerperis offerebatur? August. & alij.

sanatus offert sacrificium pro peccato. Sic etiã parturiens offert sacrificium pro peccato, id est, pro profluuio, quod pœna peccati originalis est in parturiente, vti tradit Isichius Leu. 12.

IN MARIÆ PVRIFICATIONEM
PANEGYRIC. MORALIS SECVNDVS
Circa literam,

Ex Deipara oblatione.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba.

Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in Lege.

Deipara communis puerperæ obtulit sacrificium ob mysticam vuluæ reserationem, quâ enixa est Ecclesiam.

Vbi innuo, iustos masculæ esse fortitudinis; peccatores autem femineæ infirmitatis.

12. *Num Deipara obtulerit Turtures, an Columbarum pullos? Columba pullos ob fœcunditatem.* Ambr. Orig. Ambr. Chrysost. Orig. Ambr. Chrysost. Basil. Ambr. *Fœcundissima peperit Ecclesiam.*

QVID obtulit Deipara? An Turtures, & Columbarum pullos? Ambrosius & Origenes affirmatiuè respondent. Non autem credo Mariam plus minúsve quàm lex præcipiebat obtulisse. Turtures-ne, an pullos? obtulit authore Landulpho, cui hæresçam, Columbarum pullos faciliores inuentu, significatione præstantiores. Certè Turtur *alte habitat* vtl ait Ambrosius, *Castus, & solitarius* est, vt adnotat Origenes. *Fidei typus, viduitatis decus, amoris casti norma*, vt idem Ambrosius restatur. *Gemit, pullos prouocat*, Chrysostomo commendatore. At Columba *familiaris, mansueta* ex Origene; *simplex, alacris, mitis* ex Ambrosio; *gregalis, sapiens, para, grata, fœcunda, domestica* ex Chrysostomo, *beneolentem secuta* ex Basilio, *gratiam spiritualem significans* ex eodẽ Ambrosio Turturis significationem facilè vincit. Pullum itaque Columbæ fœcundissima pro peccato obtulit, id est, pro partu mystico, quasi communis esset, quasi sanguinis profluuio laborâsset. Etsi enim Deipara clauso puritatis signaculo concepit, haud vuluâ peperit reseratâ Saluatorem, mysticè aperitur magnæ Matris vulua, vt Ecclesia nasceretur.

13. *Maria fœcundissimo partus vuluâ aperiens Ecclesia nascitura.*

Fatur Ildephonsus serm. 2. de Purif. *Clauso vtero Christus ad nos venit, sicut ianuis clausis ingressus est ad Discipulos. Ergo in quâ claustrum pudoris integrum permansit, nulla d scriptio interuenit, nulla vexatio carnis, nulla fœditas dira conditionis, ei, in qua virtutum vexilla micârunt; nullum peccatum primæ originis, vt cruciaretur, viguit.* Quid ergo cum Virgine legi illi: *Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur*; Et illi: *Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege, par Turturum, aut duos pullos Columbarum?* Si peccati originalis labem non incurrit, si vulua non est reserata, vndenam sanguis quod quia pœna peccati peccatum vocitatur, vt pro eo offerat pullos? Certè, ait Pater, *in eo figurabatur Virginis partus alius verè sanctus, qui aperuit vuluam Ecclesiæ*, vt ex Mariâ progrederetur. Illdeph. τὸ Ecclesiæ ex mente Doctoris, ex contextuque non in genitiuo, sed Datiuo appositum. Ecclesiæ igitur exorienti vulua Mariæ mysticè reseratur. Ideo mulier illa in vtero habens *cruciabatur vt pareret.* Hic partus verè sanctus, verè puritate redundans, Virginem tamen ex mysticâ vuluę reseratione cogit pullos offerre.

14. *Omnes Diui masculi quidem è Maria exorti.*

Cuncti Diui è Mariæ vtero prodiêrę. *Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur.* Ad examen voco sententiam illorum, qui propter Christum solum hanc legẽ scriptam esse affirmant. Si ob Iesum solum, quomodo *omne masculinum sanctũ Domino vocabitur.* Profectò nato vno Iesu ex Mariâ omne simul masculinum sanctum exoritur. Nyssenus Apud D. Thom. in Cat. *Solus hic partus masculinus spiritualiter esse conspicitur, qui nihil de fœmineitate culpæ portauit. Vnde et verâ sanctus vocatus est. Et in cæteris alius Maria primogenitis, vt eo sanctificarentur reliqua omnia, & essent primogenita. Sanctos illos vocari Euangelica solertia statuit.* Thom.

15. *Omne sanctũ ex Maria.* Luc. 1.

Cunctorum ergo primogenitorum, Diuorum scilicet Maria parens. Cur Gabriel dixit: *Et quod ex te nascetur sanctum vocabitur Filius Dei.* Luc. 1. & non potiùs, *Qui nascetur ex te sanctus?* Nónne quia multitudo fidelium sanctorum prædicitur, qui filij Dei appellandi sunt? Quàm steriles vuluæ ad sanctitatem enitendum vsque ad Deiparam! Audi Amphylochium de Purif. *Nunquid Cain sanctus fuit, quoniam omnium primus ex materno vtero editus est? Num Esau vir bellicosus sanctus dicetur, quia prior egressus est, quam Iacob? An Rubem sanctus, quia primus ex vtero matris natus? Nemo istorum sanctus fuit, omnes rei exiterunt. Ex his igitur manifestum est Scriptura dictum illud: Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur propriè & verè ad solum partum Mariæ spectasse. Idque confirmatur Gabrielis testimonio: Et quod nascetur ex te sanctum.* Maria enim *vuluam*, nato Domino, *aperuit Ecclesia* nascituræ; *vt vno Iesu sanctificarentur* (lo- Amphyl.

 quot

quot cum Ildephonso) *reliqua omnia, & essent primogenita.* Edisce virtutis exercitamenta sãctitudinemque masculæ fortitudinis homines afficere, peccatoribus plane fœmineâ infirmitate laborantibus.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Vt darent hostiam, par Turturum, aut duos pullos Columbarum.

Maria dona paupertatis offert pauper ipsa, Deumque quodammodo inopem reddens.

Vbi matres familias monentur diuitias, quas & coniugis, & liberorum licitè possint, egenis impendere.

15. Beda. BEDA ad hæc. *Hostia hæc pauperum erat; ergo Dominus cùm diues esset, pauper fieri dignatus est.* Num descendens ad lacrymarum vallem apud Patris sinum diuitiarũ thesaurum dimisit? Profectò Dei Filius apud nos, ex eo filio prodigenti assimilatur, quod substantiam, *quæ illi contigit* (si fari liceat) secum attulit, diuitias Deitatis adduxit ad terram. Quonammodo igitur qui diues aduenit, *pauper fieri dignatus est?* An quia Mater munificentissima omnibus peccatoribus impendit non solum diuitias, sed naturam?

16. *Diuitias largitas mox egenis distribuit Deipara.* Ea certè est Mariæ liberalitas, vt diuitiis affluentibus cor minimè apponat, sed manus in morem Sponsi tornatiles, quæ semper plenæ, semper hominibus dona largiantur. Haymo, *Tanta paupertatis fuerunt parentes Domini Ioseph & Maria, vt in oblatione Domini non haberent agnum, quem offerrent.* Mirum, tantâ paupertie constringi Virginem, quæ tantam auri vim, thuris, ac myrrhæ copiam paucis ante diebus à Magis acceperat. Qui *apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Mat. 2. Thesauri enim vocabulum, magnam diuitiarum vim innuit. Quonammodo ergo tam breui temporis interstitio tot copiæ periere? Cum Bonauentura Vit. Chri. c. 9 respondeo Virginem munificentissimâ thesauros illos à Regibus acceptos mox in pauperum vsum conuertisse. Diuitias, quæcumque illæ sint, vis in tornatili Virginis manu diu persistere: Ipsa pauperes quærit, ipsa inuitat egenos, imò vim infert, vt accipiant.

Haym.

Mat. 2.

Bonau.

17. *Cælestes diuitias expendit: liberaliter effundit. Verbi donat. Ps. 44.* Despiciebat, ais, temporarias diuitias. Fateor, sed vt pauperis sublenetur inopia, haud illæ despiciendæ. Attamen vberiori profluxu spiritualia munera à Virgine accipimus. De Verbi diuitiis Vates, *Diffusa est gratia in labiis tuis.* Psalm. 44. Vbi Eugubinus, *Circumfusum est gratia os tuum. Sicut fons sese largiter effundit, sic effudit sese vbertim gratia in ore tuo.* Iam clamat Deiparens, *Osculetur me osculo oris sui.* Cant. 1. Cur potiùs Verbi oscula expetit, quàm amplexus? Certè vt copiam illam gratiæ Verbi in humanitatẽ Christi quasi in labia profluentis. Hausit Deipara gratiarum pelagus non vt *plena* sibi reseruaret, sed vt peccatoribus ac iustis propinare posset. Cant. 1.

18. *Totam plenitudinem, tod lassum nobis propinat. Cant. 4. Bern.* Ipse indicat Sponsus, *Fauus distillans labia tua.* Cant. 4. Ex labiis meis totam gratiam hauriens, propinasti, accepisti, vt profunderes sitientibus. Si posset fieri totam exhauriri Diuinitatem, nescio an diuinos redderet peccatores? Bernardus serm. de Nat. Mar. *Sanè ipsa sese plenitudo exinaniuit, vt fieret nobis iustitia, sanctificatio, redemptio. Deriuatus est fons vsque ad nos, descendit per aquaductum vena illa cælestis. Aduertistis iam (ni fallor) quem velim dicere aquaductum, qui plenitudinem fontis ipsius excipiens nobis edidit illam.* Aquæductus nihil sibi reseruat aquarum, Mariæ plenitudinem cælestium diuitiarum accipiens, totam nobis impendit. Te ne prodigam tui ô Diuinitas, dicerem, si extra maternam domum substantiam expendisses, sicut ille, qui à domo paterna recessit?

19. *Fontem ipsã plenitudinis Verbi, hoc est, Patrem cum Maria exhaurit, & homines diuinitate replet.* Angelus Mariæ sic plenitudinem expressit: *Aue gratia plena: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Luc. 1. asserit Gabriel Verbum in Virginem ingressurum, Spiritumque apud ipsam hospitio excipiendum. Non autem venturum Altissimum nempe Patrem, sed è superis obombraturum solummodo affirmauit. Accipit Deipara Verbi plenitudinem, Spiritus sancti diuitias recipit; contemplata autem Verbum è viuidissimo Patris æterni fonte tantam plenitudinem accepisse, ad superos conatur ascendere instar Iacobi scalæ, vt ipsum fontem totius plenitudinis possit quodammodo, hominibus implendis Deitate, exhaurire. Pulchrè Bernardus citat. *Aquæductus, instar scalæ illius, quam vidit Iacob, cælos tangit, imo & transcendit, vt viuidissimum illi m aquarum, quæ super cælos sunt, posset attingere fontem.* Vti scilicet hominibus propinaret. Quid nõ egenus factus esset Rex potentissimus, si cunctas diuitias in munificentissimæ Virginis manibus collocauit? Imò in labiis apposuit, vt non solùm operando, sed & loquendo dare posset. Quam quidem munificentiam debent matres familias imitari, dum quas licitè possint & coniugis, & filiorum diuitias impendunt egenis.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

Par Turturum, aut duos pullos Columbarum.

Paruum munus Deo Maria offert, ingentem affectum.

Vbi

Vbi aduoto, exigua munera pauperi-pus data ex affectu largitoris accrescere.

29. Cassia. SIMON de Cassia lib. 2. cap. 21. fatur, *Defert Mater eum velut oblationẽ nouã pro omnibus Mũdi criminibus ex piandis. Et pro ipso piè obtulit munera paupertatis. Insinuans præsentibus, ac futuris, quod Mundi diuitias non habebat, & quod nec in magnis muneribus omnium rerum Conditor; sed in affectibus magnis, quibus Virgo fulgebat.* Ea affectu exigua crescit eleemosynæ impensio.

21. Se Virgo obtulit Turturem. *To munera paupertatis premo.* Et quidem Deipara non solùm ingenti obtulit affectu, sed & munus ingens, quod studiosa offerendi, Paupertatis munus exiguum reputauit. Quid obtulit? *Par Turturum, aut duos pullos Columbarum.* Non-ne castissimus Turtur Maria? Ait Sponsus, *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut Turturis,* Cant. 1. Vbi Gregorius, *Turtur, postquam parem suum perdiderit semel, nunquam alteri se iungit; semper solitariè habitans, in gemitu perseuerat.* Quid ergo viduitati cum virginitate ac coniugio Mariæ? Illa certè laudabilis virginitas, illud coniugium commendabile, quod viduitatis sequitur conditiones semper solitariè habitans, numquam non preces cum gemitu profundens. Virgo nupta Maria Angelo sub viri formâ sibi obiecto ait: *Quoniam virum non cognosco.* Nupta Iosepho, solo ab sponso cælesti visi, illi soli placendi curam impendo. Tunc quidem *vox turturis audita in terra nostra.* Guilelmus, *Turtur nostra Maria verè vidua, vidua incorrupta; vidua, sed alma; nupta, sed nulli cognita nisi ab Spiritu sancto. Prima sustulit signum castitatis. Audita est vox, quando cecinit: Quoniam virum non cognosco.*

22. Se Columbã libauit. Cant. 4. Rupert. Venio ad Columbam. Maria planè Columba est Sponso profante, *Oculi tui Columbarum,* Cant. 4. Et cur oculi Virginis Columbæ comparantur? An quia sine felle Columba? Rupertus lib. 4. *Maria nihil habuit inuidia, nihil odij.* An quia auis illa viuo haud pascitur animante? *Maria longè fuit ab his, de quibus dictum est, quod deuorant plebem sicut escam panis.* An quia grana eligit candidiora? *Creditum sibi secretum Dei, & testimonia Scripturarum conferent in corde suo conseruauit.* An quia in petris nidificat? *Illa in solitudine fidei permanens, serpentis antiqui venena euasit.* An quia pro cantu gemitu vtitur? *Præ cunctis mortalibus Virgo amore Dei vulnerata, gemere non cessauit.* Aptè quidem omnia excogitata ab Abbate. Sed, eodem authore, aptiùs ideo dixerim Columbæ comparatam, quia *pullos nutrit alienos.* Aquila ab alienis pullis nutriendis abstinet, degeneres è nido deturbat. Sæpè Aquila illa, *quæ prouocat ad volandum pullos suos* Christus scilicet pullos degeneres è nido abiicit, quos nostra Columba excipit, fouet, & nutrit; vt ad regiam filiorum Dei generositatem componẽs vero reddat parenti. *Nos* (ait Rupertus) *qui alieni eramus, meritis eius viuimus.* Do Bedam cum grano salis accipiendum. *Quem iam Deus damnationis æternæ adiudicat* (seu deturbat è nido) *Mariæ adhuc gratia,* siue pietas, *ipsum liberat, & conseruat.* Fouet expulsum. Nec enim Deus pullum perire volebat, quem piissimæ Columbæ tradi disposuit. En regium admodum Mariæ munus sese Turturem, ac Columbam Deo libantis, & præ munificentiæ præstantiâ adhuc paupertatis munera putantis obtulisse.

Maria pullos nutris alienos, seu peccatores à Deo deturbatos, vt vedidas Conslusioni.

23. Spiritum sanctum ipsum Patri offert pro hominibus conciliandis. Parum tantæ munificentiæ vel seipsam muneris loco offerre pro hominibus Numini sua intercessione conciliandis, nisi etiam cum Iesu Dei Filio Spiritum sanctum Patri obtulisset. Suppono ex Suario 3. p. q. 36. a. 4. de fide certũ aues illas à Virgine oblatas *fuisse veras, quales ab aliis offerri solebant.* Toletus item, *Volucres, ait; non ipso communes, quales pro aliis offerri consueuerant, videtur figmentum nulla authoritate, aut ratione fundatum. Qui enim legem impleri voluit, ea, quæ secundum legem erant, offerri decreuit.* Iam Origenis hom. 14. in Luc. licpat mihi sententiam haud vt veram vsurpandam, sed vt Virginis offerentis munificentiam exprimentem in medium adducere. *Sicut noua fuit generatio Saluatoris ex sola tantùm Virgine: sic & par Turturum, & duo pulli Columbarum non fuerunt tales, quales carnis oculis aspicimus: Sed qualis Spiritus sanctus in specie Columbæ descendit, & venit super Saluatorem, tale fuit par Turturum, & pulli Columbarum.* Te ô Virgo, adeo munificam contemplatus est ille, vt nihil potueris pro conciliandis Deo hominibus, Numinéque pacando offerre, quod non sit Deitate redundans. Edisce qualia Deo munera præsentanda. Quod si pauperie premaris, ei libas, qui pro magno munere oblatis Columbarum pullis, ingentem excipit affectum.

Suar. Tolet. Orig.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba.

Par Turturum, aut pullos, &c.

Maria aues gementes offert.

Vt edoceat homines pœnitentiæ vim ad animi purificationem.

24. Maria edocet innocentiam Deo offerre. AVIVM huiusmodi gemitu, ac innocẽtiâ insigolum oblatione nos edocet Deipara pœnitudinem. Ildephonsus de Purif. *Non vacat à mysterio, quòd hæ volucres maximè in sacrificio Domini offerri iubebantur. Nam per has quisquis mundandus esset, in lege expiari præcipiebatur, Columba enim simplicissimum est animal, Turtur verò castitate præeminet. Quòd Dominus has aues sibi in sacrificio præcipiebat offerri, significabat se sanctorum castissimi simplicitate quasi gratissimo delectari sacrificio.* Me miserum manibus virgineis Deo minimè offerẽdum multis criminibus maculatum, serpentem planè, non Turturem, non Columbam. Adhuc poteris Deiparæ manibus gestari ad sacrificium. Immundus es? geme, plora, suspiria emitte. Turtur enim & Columba

Ildeph.

Si innocentiã nõ offerimus, pœnitudinem Maria magistra offeramus.

tanquam

quam ſunt ſanctitatis typus, tàm ſunt pœnitudinis ſimulachrum Adiicit Toletanus Antiſtes: *Vtraque hac auis gemitum pro cantu edere ſolet, ſignificans in hoc ſæculo plorationem, quâ pro ſuis reatibus deſtent peccatores.* Ediſcis igitur à Virgine offerente aut ſanctitatis normam, aut pœnitentiæ effectus.

Ildeph.

25. Quærit Albertus Magn. ſup. *Miſſas*, Cap. 69. Nùm Beata Virgo pœnitentiæ ſacramentum acceperit? Et reſpondet affirmatiuè, hoc nitens fundamento: *Beata Virgo fecit confeſſionem operis, ſeruando purificationem, & offerendo oblationem ſtatutam purificandis. Ergo potuit & debuit facere confeſſionem oris. Potuit ſanè, quia licèt nullum habuit peccatum, quod confeſſione mundaretur; nec etiam habuit maculam, qua purificatione poſſet aboleri. Debuit quidem, quia confeſſio præcepta in lege noua fuit.* Sententiæ veritatem haud huius loci diſcutere. Illud ſcio ex eo capite, quo pœnitentia virtus eſt, non eſſe in Virgine abnegandam. Fatetur Albertus: *Pœnitentia eſt virtus; ſed Virgo habuit omnem virtutem, ergo & pœnitentiam.* Quidnam, quæſo, obſtat Marianæ cōfeſſioni? Nùm innocentia? Gregorius apud Albert. *Bonarum mentium eſt, culpam cognoſcere, vbi culpa non eſt.* An tàm profundæ humilitatis fulgore Virgo claruit, vt ſeſe reputarit immundam? Certè Virgo eâ operis confeſſione, ſiue myſticâ auium expiatione nos docere, quonammodo purificari debeamus.

Quemadmodo Maria opere pœnitentiam docuerit. Albert.

Greg.

Vox igitur *Turturis*, ſimul & columbæ, *audita eſt in terrâ noſtrâ, tempus putationis aduenit.*
26. Cant. 4. Aliter, *tempus plorationis*: putatæ enim vites plorate illicò, quaſi è vulnere incipiunt. Virgo Turturis inſtar, & Columbæ, gemit opere aues offerendo, vt tu voce gemitus edas confeſſionem agens delictorum. Quàm aptè Guarricus ſer. 4. *O filij hominum, tempus purgationis aduenit, quando Mater ſummæ puritatis, de cuius purgatione dies feſtus eſt, nobis pariter & formam edidit, & exemplum dedit nobis, quo debeamus purgari.* Hæc Abbas.

Quando Mariæ purificatur, tempus nobis ex gemitu Turturis purgationis aduenit.
Cant. 4.
Guarri.

Observatio V.

Ad illa verba:

Par Turturum, aut duos pullos Columbarum.

Maria Turtures aut Columbas offerens, vtrumque Religioſorum commendat ſtatum.

Vbi adnoto viam contemplationis, viam mixtam Religioſorum, valdè commendabilem, contra perfectionum Ordinum cenſores.

ò, *aut*, me ad huiuſmodi quæſtionem excitauit. Cùm Lucas à Virgine Magiſtrorum magiſtra diſcere potuiſſet, Turturesne an Columbas
27. obtuliſſet, ſicut plura didicit myſteria, ad Ieſu infantiam attinentia, cur nos incertos circa hoc voluit relinquere, ſub diſiunctione aſſerens: *Par Turturum, aut duos pullos Columbarum.* Exiſtimo hinc vtrumque Religioſorum ſtatum, tàm eorum qui contemplationi vacant, quàm eorum qui proximorum vtilitati & ſpirituali & corporali incumbunt, commendari. Si Virgo Turtures potiùs elegiſſe diceretur, conſtaret omnibus ſolitariam contemplationis vitam eſſe præferendam. Si verò Columbas ad Templum attuliſſe aſſereretur; quis proximorum ſalutem procuraret? Pulchrè Beda: *Columba, quæ aggregale animal eſt, Turtur verò ſolitariam vitam, ſolitudinis & communitatis*, ſiue cum proximis commorationis, *denotant? Et quia vtraque Conditori accepta eſt hoſtia, conſultò Lucas, vtrum Turtures, aut pullos Columbarum ſunt oblati, non dixit. Ne vnum alteri viuendi ordinem præferret; ſed vtrumque ſequendum, vtrumque diuinis cultibus decerni offerendum.* Non diſputo, nùm mixtæ ac ſimul proximorum vacare ſaluti perfectius ſit, quàm propriæ ſolùm vtilitati incumbere, quod compertum habeo. Id in præſenti aſſero, Mariam nullam in partem harum præcipitaſſe ſententiam, ſed vtrumque inſtitutum commendauiſſe.

Religioſorum & Mariæ, &c.

Marthæ incumbentium ſtatus in Turture & Columba exprimitur.

Beda.

Duæ illæ ſorores Chriſtum hoſpitio excipientes, duplices huiuſce inſtituti extitere patronæ. Maria orabat, Martha ſatagebat: Maria ſoli ſibi, Martha ſibi, & proximis vacare videtur. Lis coram Chriſti Tribunali ſiſtitur, quodnam melius ſit inſtitutum, nùm ſibi ſoli proſpicere, an ſibi & proximis prouidere? Reſpondet Magiſter: *Maria optimam partem elegit.* Luc. 10. Ergo potiùs eligendum Mariæ, quæ propriæ ſtudet vtilitati, inſtitutum, quàm Marthæ circa proximum ſimul ſatagentis. *Optimam* plane *ſibi partem elegit Maria.* Sed quænam Maria? An peccatrix? an Lazari ſoror? Minimè: ſed Maria, cuius nomen à Mariâ Magdalenâ, teſtante Chryſologo, baiulabatur. Adeſt Maria, adeſt *Materni nominis baiula.* Maria igitur Mater Ieſu elegit optimum, quia nulli inſtituto potiùs hæſit, nec ſententiam præcipitauit, offerens potiùs Turturem, quàm Columbam, vt manifeſtaret, quinam ſtatus perfectione maiori decoraretur. Bernardus ſer. 4. de Aſſumpt. *Vnum ergo arbitror de duobus, vt aut de electione Maria laudetur, quod pars ipſa* contemplationis *ſit omnibus eligenda. Aut certè neutrum dicatur deſuiſſe, nec in partem quamlibet præcipitaſſe ſententiam, ſed ad obedientiam Præceptoris in vtrumlibet ſit parata.* Id quod potiori iure de Maria Deipara vtramque hodie commendante viam affirmare tenemur. Nec Turtures me elegiſſe reſtor, nec Columbas. Cuidam noxia Columbarum ſollicitudo, cuidam ſolitudo Turturum exitialis. Vtrumque bonum inſtitutum, dante Deo. Conſilium optimum, neque omnibus ſolitudinis quietem prædicare, nec omnes ad proximorum ſimul vocare miniſteria. Ideò Maria vtramque commendans viam, te ad alteram earum, ad quam, Deo excitante, dirigeris, inuitat.

28.
Maria Virgo Mariæ & Marthæ instituta commendauit, pro nulla ſpectante ferens ſententiam.
Luc. 10.

Bernard.

SECTIO

SECTIO TERTIA.

Simeonis Occursus.

TEXTVS.

VERS. 25. ET ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. 27. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini. 27. Et venit in spiritu in Templum. Et cum inducerent Puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundùm consuetudinem legis pro eo, &c.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Simeonis sanctitudine.

Vbi de illustris Testis proprietatibus.

1. *Describuntur testis illustris in Simeone proprietates.* Ambr. Tolet.

ET *ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon.*] Vbi Ambrosius, *Non solùm ab Angelis, & Prophetis, & à Pastoribus, sed etiam à senioribus, & iustis generatio Domini accepit testimonium.*] Porrò eum Lucas *multis signis* (loquor cum Toleto) *& virtutibus describit, vt eius testimonium, quod de Christo exhibiturus erat, commendet, & dignum fide ostendat.* O quàm ab improbo incredibilis testificatio!

2. *Cur particula ecce apponatur?*

Et ecce] Cur hanc præmisit particulam? An vt rem ante oculos proponat? Certè non solum rem ipsam præsentem indicat, ac si dictum: Eodem tempore, quo parentes Puerum in Ierosolymam attulere, homo hîc aderat; sed etiam hominis excellentiam, & mysterij indicat magnitudinem.

3. *Cur Ierosolymæ commorari dicitur?* Lyran.

Homo erat in Ierusalem.] lib. 2. plura de Simeone. Nonnulla iis attexenda accipite. Quid Ierosolymæ habitaculo cũ testificatione? Lyranus, *Ierusalem erat locus solemnis, & sacer, & erat ibi cultus diuinus, & studium legis, & Prophetarum. Et hoc ad ostendendum conditionem viri. Ac si diceret, quod erat deuotus Dei cultor.*

4. *Num Sacerdos Simeon?*

An Sacerdos? Negant Theophylactus, & Euthymius; quia si esset Sacerdos id dicere Lucas non prætermisisset, plures alias eius describens proprietates. Sequuntur recentiores. Ast ego Patres grauissimos legens eum Sacerdotem asserentes anceps hæreo. Athanasius lib. de com. Patr. Fil. & Spir. essentia. *Simeonis certè & Sacerdotis, & Senis oraculum redditum est ab Spiritu.* Epiphanius lib. de vit. Prophet. *Simeon Sacerdos e Tribu Aaron eminens. Hic quippe est, qui oraculum accepit à Spiritu sancto.* Cyrillus Ierosol. hom. de Occur. *Audi Israel, audite omnes gentes, quem ego Sacerdos vester Simeon vlnis gesto, magnaque voce in hoc Templo prædico, & testimonio palam commendo, hic Deus, & Dominus est.* Augustinus serm. 9. de Nat. Simeonem appellat senem probatum, & *coronatum.* Annon hæc corona Sacerdotalis mitra?

Athan.

Epiph.

Cyril.

Aug.

5. *Ex Euangelista confirmo.*

Ex Euangelio confirmo. Accepit Christum à parentibus. Cur accepisset, nisi quia Sacerdoti puer offerebatur, qui Dei nomine accipiebat, vt redemptum parentibus redderet? Benedixit parentibus. Annon sacerdotale indicamentum? Cùm inducerertur Iesus, accepit eum Simeon. Num talia Lucas, nisi fuisset Sacerdos? Minimè. Diceret enim: Postquam fecerunt secundùm legis consuetudinem pro eo, accepit eum Simeon. Caietanus, *Simeon Sacerdos accepit eum in vlnas.* Caiet.

6. *Corruit contrariæ sententiæ fundamentum.*

Fundamentum autem contrariæ sententiæ facilè corruit. Quia Lucas non fatur expressè illum esse Sacerdotem, quia ex his quæ narrabantur, id deducitur. Quemadmodum omnes fuisse senem fatentur, & ætate prouectum, quod expressè non affirmat Euangelista, sed verbis tacitè insinuauit. *Erat vir in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, & timens Deum.* Iob. 1. Sacerdotem fuisse Iobum testatur Hieronymus Epis. 126. ex multorum Patrum Græcorum sententiâ. An quia Textus id non expressit, est abnegandum? Colligo ex præfatis probabiliorem hanc sententiam. Quidam recentiores affirmant Simeonem fuisse Gamalielis Magistrum, vnumque ex authoribus magnæ Congregationis, qui in Thalmudicis Libris Simeon iustus appellatur. Iob. 1.

7. *Cur proprio nomine signatur?* Lyran.

Cui nomen Simeon.] Cur proprio nomine signatur? Respondet Lyranus, *Ad denotandum eius famam, quæ clara erat, & ab omnibus bonis noscebatur.* Infamis homuntio quid nisi infamare didicerit?

8. *Iustus & timoratus cur dicitur?* Ambr.

Et homo iste iustus, & timoratus.] Ambrosius, *Iustus* quidem, *quia non suam, sed populi gratiam requirebat.* Qui circa proximi commoditatem affectus est, piè feret de veritate testimonium;

testimonium; qui autem sibi glóriam aucupatur vt promoueat, sæpè mendacij erit assertor. Timoratum autem esse ait Lyra, *quia recte se habebat quoad Deum*. Iustus itaque ille quoad homines, quia erga proximos mandata seruauerat: timoratus autem quoad Deum, quia studio religiosis incubuerat. Timor quippe in Sacris pro religione aliquando accipitur. Contrarius Simeon illi, *qui nec Deum timebat, nec homines reuerebatur*. Luc. 18. Similis illi de quo Textus. *Erat simplex, & rectus, & timens Deum*. Iob. 1. Cur ais simul iustus & timoratus dicitur? Beda, *Quia difficulter iustitia sine timore custoditur*.

Lyra. Luc. 18. Iob. 1. Beda.

9\. *Expectans consolationem Israel.*] Vbi Lyranus quintam probi testis proprietatem adnotat. *In hoc ostendit eius fides rectitudinem*. Siue quàm rectus, quàm fidelis ad testificationem, qui popularis consolationis desiderio flagrabat. Quamnam autem consolationem populi expectabat? Nysseus, *Non vtique mundanam felicitatem, sed verum translationem ad veritatis decorem, per separationem a legis vmbrâ*. Titus Bostr. consolationem expectatam à Simeone interpretatur liberationē à Romanorum dominatu, Herodisque alienigenæ tyrannide: de quâ liberatione dictum apud Lucam à Discipulis recedentibus: *Nos sperabamus, quòd ipse esset redempturus Israel*. Cap. 24. Euthymius verò intelligit ab erroris seruitute liberationē. Ast ego non aliam video Simeonem consolationem expectâsse, quam eam, quæ erat in Prophetis promissa; hæc autem spiritualis est, nempe à peccatorum seruitute liberatio, à Dæmonis potestate ereptio, gratiæ collatio, cum Deo reconciliatio, hæreditatis æternæ promissio, cæterorúmque bonorum, quæ per Christum nobis obueoerunt, collatio. Quæ tantam hominibus iustis consolationem impartiuntur, vt eis dulcedine redundantes temporariæ tribulationes videantur, fante Apostolo, *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra*. 2. Cor. 1.

Expectare consolationē Israelis quid? Lyra. Nyssen. Titus. Luc. 24. Euthym. Authoris placitum. 2. Cor. 1.

10\. *Et Spiritus sanctus erat in eo.*] De quolibet iusto verè dicitur, Spiritus sanctus est in illo. Ast *erat specialiter* (ait Lyra.) *in eo quantum ad gratiam plenitudinem; quia non solùm habuit gratiam iustificantem prout communiter habetur a iustis: sed etiam quantum ad illuminationes, & consolationes diuinas spirituales*. Ego de Spiritu prophetiæ interpretor, vt innuat Lucas, quonam spiritu postmodum futura de Puero ac Parente prædixerit. Sic Toletus, *erat in eo Spiritus sanctus per donum prophetiæ. Reuelatione enim de Christo à Spiritu sancto acceperat, & multa de eo, postquam eum vidit prædixit*. Adiicit inferiùs prophetiæ donum, gloriamque videndi Iesum meritis obtinuisse. *Simeon primò dicitur iustus, postea timoratus, & expectans consolationem Israel, & propheta. His enim gradibus processit, vt tantum denum assequeretur, quòd promissionem videndi Christum, & ipsum videre obtinuit.*

Quonammodo in Simeone Spiritus sanctus? Lyra. Tolet.

§. II.

De Promissione ab Spiritu Simeoni factâ.

11\. *E T responsum acceperat ab Spiritu sancto.* Si Spiritus sanctus respondit, certum quidem, Simeonem interrogâsse. Quid igitur Sacerdos requisiuit? Nicephorus asserit legentem Simeonem illud Isaiæ: *Ecce Virgo concipiet, & pariet*, quæsiuisse à Deo quonammodo posset Virgo concipere? tuncque Angelum stetisse, qui ex Spiritu sancto clamaret, *non prius moriturum, quam Emanuelem illum suis vidisset oculis*. Hanc existimo ex vulgo (vt sæpè) opinionem aucupatum esse.

Vnde natum hoc responsum? Niceph.

12\. Arbitror equidem virum orationis exercitamento assiduum, cōsolationis Israelis anxium, continuò à Deo flagitâsse, vt immitteret, quē missurus erat. Cui inspirationi aut reuelatio Spiritus respōdit, non moriturum donec videret optati illius executionem. Mecum sentit Lyranus, *Accepit responsum in deuota oratione*. Scio tamen τὸ *responsum acceperat*, non significare necessariò, quòd Simeon antè peteret, aut requireret; sed tantùm, quòd id Deus ei reuelauit. *Et responso accepto, ne redirent ad Herodem*. Mat. 2. Quando autem id fuerit Simeoni reuelatum? Nil certum apud Doctores inueni, nec Toletum, qui ait: *Quando id fuerit reuelatum, & quomodo nescitur*.

Authoris sententia. Lyran. Mat. 2. Tolet.

13\. *Non visurum se mortem.*] Phrasis Hebræa est, pro experiri mortem, aut mori, sicut Beda adnotauit. *Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem?* Psalm. 88. Dicitur etiam *gustare mortem sicut videre. Mortem non gustabit in æternum*. Ioan. 8. *Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem*. Mat. 16.

Quid mortem vid. Beda. Ioan. 8. Mat. 16.

14\. *Nisi videret Christum Domini.*] Appellatur Messias Christus Domini non propter similitudinem ad Patrem, vt adnotat Euthymius; sed quia Filius est Patris, & Patris Diuinitate inunctus. Reges enim Christi Domini dicebantur, quia iussu Domini vncti. At Christus vnctus est Spiritu sancto. Act. 10.

Cur Iesus Christus Domini. Euthym.

15\. Hinc assero cum Augustino serm. 9. de Nat. Vitam Simeoni ad moltū senium fuisse propagatam, vt Christum posset intueri. *Differebatur*, inquit, *exire de seculo, vt videret natum, per quem factum est seculum.*

Senio exactus Simeon. Aug.

16\. *Nisi videret Christum.*] Vidisse quidem oraculo excitato scribit Celsus in Præf. ad Vigil. quæ inter opera Cypriani apponitur. Num cùm Simeon corporis cæcitate laborasset, tunc visum recepit, quum Christum accepit in vlnis. *Simeon quoque iustus* (ait ille) *qui in cæcitate constitutus diuino monito audierat, se non antè moriturum, quam vidisset Christum. Cum in Templo, omni populo præsente, Infantem secum inferret Mater, & in Spiritu natum esse Christum sensisset, accepto in manibus Puerum vidit, & benedicens Deum in conspectu, & auditu omnium, dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod cæcus Simeon audierat*

An Simeon cæcus hodie viderit. Celsus.

rat, euidenti veritate perfectum est: & veritatem, quam accepto lumine viderat, benedicendo palam, Deum populo prædicabat. Ad hoc enim vixerat, vt referret, & relatione sua, quod Christus natus fuisset, ostenderet. Apud nullum authorem alium me legisse recordor. Refert quidem Toletus; sed nec approbat, nec improbat. Porrò hæc sententia ratione nulla, exigua authoritate fulcitur; ideóque duxi reiiciendam.

§. III.

Simeon in Templum aduentat, Jesus à Parentibus inducitur, Simeon excipit benedicens.

17. *Quando in Spiritu in Templum aduenerit?* ET *venit in Spiritu in Templum.* Nùm Spiritu, & non corpore Templo adfuit Sacerdos? Corpore quidem & Spiritu ad Templum accessit. Dicitur autem Spiritu venisse, quia ab Spiritu Sancto venit excitatus: *Theoph.* Theophylactus: *Venit impulsus ab Spiritu Sancto.* *Iuuenc.* Iuuencus: *Reuelante Spiritu Sancto.* *Lyran.* Lyranus: *Venit per reuelationem Spiritus Sancti, vt videret Christum, sicut ei fuerat promissum.* *Caiet.* Et Caietanus: *Venit actus à Spiritu Sancto, non vocatus, nec excitatus ab homine.*

18. *Ioseph appellatus Iesu parens.* *Et cum inducerent Iesum parentes eius.* Christi parens Ioseph appellatur, iuxtà temporis & hominum opinionem; *Thom.* fante D. Thoma 3. p. q. 38. art. 1. *Ioseph appellabatur pater Christi, non quod verè ei pater fuerit, sed quod ad famam semper Virginis conseruandam sit ab hominibus æstimatus pater.* Loquitur enim sæpè Scriptura iuxtà hominum opinionem. Cùm igitur parentes inducerent Puerum in Templum, vt sisterent eum Domino, iuxtà legis præscriptum, tunc Simeon, qui à Spiritu Sancto ductus in Templum venerat, eum suas excepit in vlnas.

Vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo. Vidimus suprà τὸ *pro eo*, occasionem multis Doctoribus exhibuisse existimandi hostiam illam Turturum, aut pullorum, pro Christo fuisse oblatam. Sententiam autem expendens respondeo ad fundamentum. Duo erant facienda ex legis consuetudine. Vnum quidem pro Virgine, nempè offerre par Turturum, aut pullorum Columbæ in Purificationem. Alterum pro Christo, nempè sistere, & præsentare eum Domino, & posteà quinque Siclorum eum pretio redimere. Certè volens Lucas significare, quo tempore, & quâ occasione factum est, quod de Simeone narrat, adiicit τὸ *pro eo*, nimirum quando parentes aggressi sunt agere, quod lex præcipiebat de sistendo Puero; tunc Simeon illum accepit. Fauet Caietanus expositioni. *Pro eo. Certè significantur actiones ceremoniales consuetæ seruari in huiusmodi oblatione primogeniti.* Nempè sistere, & redimere. 19. *Illa particula pro eo, expenditur, & remouetur fundamentum sententiæ 1. & 2. nata.*

Aliter scio alios respondere, scilicèt negando in Græcis exemplaribus illud *pro eo* reperiri. Quod probandum minimè; nam communis Doctorum consensus eam recipit lectionem; Euthymius Græcus legit, Vulgatus interpres ab Ecclesia receptus habet. 20. *Aliter alii non aptè respondent.*

Secundum consuetudinem legis. Id appositum censeo, vt non sola præsentatio, & exhibitio Pueri, sed etiam redemptio significetur. Primogeniti enim omniū Tribuum, præter Leui, Deo primùm præsentabātur, & posteà quinq; redimebantur Siclis, vt Num. 18. habetur. Eo autem tempore, quo Deo dedicabantur, redimi soliti erant post oblationem, & non post mensem, vt quidam existimant. Quod enim dicitur Num. 18. vt post mensem fiat redemptio, intelligitur à natalitio, seu potiùs circumcisione, nempè quando matrum purgatio fiebat. Induxit ergo Puerum Virgo, vt sisteret Domino, quem paulò pòst quinque Siclis argēteis redemit; quo antè tēpore sistebat eū, Simeon Sacerdos, tāquā Deo oblatum accepit. 21. *Redemptio Infantis continuatur.* *Num. 18.*

IN MARIÆ PVRIFICATIONEM
PANEGYRIC. MORALIS TERTIVS
Circa literam.

Ex Simeonis Occursu.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Et cum inducerent Puerum Iesum Parentes.

Virgo Deum vlnis gestat, vt iustis & peccatoribus tradat,

Nec enim Deus iumentis peccatoribus abnegandus.

Ant. de Escobar & Mend. Tom. III.



22. AN solus Simeon iustus Deum est à Virgine excepturus? Respondet Bernardus: *In medio Templi misericordia est, non in angulo, aut diuersorio. In communi posita est, offertur omnibus.* Lege, obsecro, Euangelium. Quinam Puerum accepere? Accepit Simeon, Anna prophetissa accepit, dante Virgine, adstante Iosepho. Vbinam peccator? *Agnoscit* (adiicit Abbas) *iustus, quem expectabat; Anna quoque vidua confitetur. Nullum ibi locum peccator habuit, omnes iusti, omnes Sancti, omnes fuere perfecti.* Profectò eadem misericordiæ parens, à qua accipit iustus Iesum, eodem donatura peccatores adstat. Puerum inducit à iustis & à peccatoribus accipiendum. *Non soli Simeoni & Annæ, sed & turba peccatorum Virgo Iesum offert.* *Bernard.*

23. Rursum memini Iesum in Ierosolymam

Virgo Iesum ex vlnis suis tradit asello peccatori.

inductum non vlnis Virgineis gestatus, sed humeris portatus aselli. Quis te ô Domine, à brachiis Mariæ in brutos humeros deturbauit? Profectò à Deiparâ iumentum peccator Redemptorem accepit, à quâ iustus & propheti ssa exceperant. Quid moror Bernardum serm. de Purif. *Nunquid hos* (Simeonem & Annam) *saluabis Domine? Homines, & iumenta saluabis. In secunda iam processione praeeunt turba, turbæ sequuntur, Virgo portat, sed asellus.* Nam vt peccator accipiat, ipsa sese dulci pondere eximit. *Neminem itaque dedignatur, neque ipsos, qui computruerunt tanquam iumenta in stercore suo.*

Bernard.

23. *Virgo Iesum præsepio reponit, vt à peccatoribus excipiatur.*

Cùm Dei Filium in stabulo contemplor, non possum non vehementer admirari. Dic mihi, ô Ioseph, Bethlehemi incola, ex Regiâ Dauidis stirpe haud ignota propago, tam difficilè tibi à conciuibus, à propinquis Virgini parituræ locum obtinere? Profectò semper in illa opinione fui Deiparam huiusmodi hospitium elegisse, vt non solùm pauperculis pastoribus, sed & iumentis mysticis Iesum offerret. *Peperit* (ait Lucas) *Filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio.* Cap. 2. In præsepio ô Virgo collocas Saluatorem, quem virgineis posses vlnis retinere? mox deturbas, quem plorantem deberes dulcissimo lacte potare? Quid causæ Deiparam tam citò Puerum in præsepium reclinâsse? Aderant iumenta mystici peccatores? Incunctanter Maria ex vlnis, ex vberibus in præsepe deturbabit. Athanasius in illud: *Profectò in pagum, ait, fortassè ob istum pullum hominem Iesus in præsepe reclinatus fuit à Maria. Alioqui verisimile non est, Iosephum virum nobilem, & è Regia stirpe oriundum; qui filius Dauidis appellatus est, locum in diuersorio, aut alibi mansionem obtinere non potuisse.* Pulchrè planè.

Luc. 2.

Athan.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, &c.

Deipara nobis tradit Iesum pauperculum excipiendum, vt in pace moriamur.

Vbi ostendo, eleemosynam ad obitum in pace conferre.

24. 

ESTAT Iesum Maria viris ac fœminis tradendũ. Excipit pauperculum Simeon, vt eleemosynę beneficio in pace moriatur, iuxta illud: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.* Quonammodo excipiendus Dominus à nobis vti in pace obeamus? Pauperibus munera largiamur, Iesum excipimus, in pace morimur. Ansbertus. *Dimittis in pace, quia video pacem. Hoc & omnes electi dicunt, qui Christum suscipiunt. Quid enim est Christum in vlnas suscipere, nisi piis hunc operibus in membris suis amplecti, cùm in alio esurientem Iesum satiant, in alio sitientem potant, in alio nudum operiunt?*

Ansbert.

Sollicitam admodum sese præstat Maria, vt excitet nos ad subueniendum puerulo pauperculo famescenti, sitienti, ac nudo, vt pacificâ morte donemur. *Indica, ait, quem diligit anima mea, vbi pascas?* Cant. 1. Rupert. accommodat illis tribus diebus, quando Iesus apud Ierosolymam mansit. Queisnam, inquit, tunc cibis te Pater famescentem refecit? Et quare ô Virgo id satagis ediscere? Si te Pater famescentem, ac sitientem non excipit vt pasceret, & potaret, id meis alumnis indicabo, vti tibi egeno succurrant. Rupert. *Indicari sibi flagitabat, vt aliis indicare sciret.* Quonâ fructu? In meridie cubat cum electis post vallis exilium. Si te pascant electi, cubantem inuenient, vt pace perfruantur. 25.

Cupit Deipara cognoscere, vbi nam Filius esuriens maneat, vt indicet nobis refectûris illum ad requiem. Cant. 1.

Rupert.

Tam anxiè cupit Deipara, nos Iesu pauperculo succurrere, peregrinum excipere, vt ipsa quodammodo ostium illi claudit, vt nos aperiamus clamanti. Aiebat Dominus. *Aperi mihi sponsa mea, quia caput meum plenum est rore.* Cui Maria, *spoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Cant 5. Vbi Rupertus, *Dilectus meus foris est, quasi sub diu est, tectum non habet, domum non habet, vbi caput suum reclinet, stans foris, & pulsans, rogat intus suscipi.* Quare igitur ô sponsa non reseras ostium? quare non excipis? Sciens repellis? Euigilans, & consultò non aperis? An tuæ charitatis apud plateam clamanti non obuiam procederet? Nõ excipit Deipara, sed clamoribus fideles excitat alumnos, vt excipiamus. Id intendebat Sponsus pulsans. Pulchrè adiicit Abbas, *Aperi igitur os tuum, vt in quibuscumque locum habeam, vbi reclinem caput meum.* Ideo surgens Deipara per vicos & plateas clamitat: *Num quem diligit anima mea vidistis?* Succurrite Iesu egeno, vt aperientes clamãti pacifico obitu donemini; surgẽs enim, vt aperirem pulsanti Domino, *manus meæ distillauerunt myrrham, & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima.* Id quod ad iustorum vitalem obitum Patres accommodant. 26.

Ostium Mater Filio claudit, vt nos ei aperiamus, pauperem excipientes, probatissima mors adducenti.
Cant 5.
Rupert.

Excepit Simeon Puerum egenum in vlnas, & clamat illicò: *Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace.* Tò *Nũc* preme. Post longum senium nondum tempus obeundi in pace, quia nondum pauperculum in vlnis exceperam. *Nunc* autem post exceptũ pauperem haud mora, fælicia funera præparẽtur. Ansbertus. *Hic proculdubio* pascendi, potandi, induendi Iesum in paupere *piis actionibus tanquam brachiis ipsum puerum amplectimur. Atque mox, vt ad pacem Dei redeamus, rectè & ipse Simeon exclamauit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, in pace. Ideo nos à peccati scandalo absolutis (iam reconciliatos) in pace, quia fiduc oculis salutare tuum Dominum Iesum in membris eius intueri, eúmque piis operationibus amplecti meruimus.* 27.

Simeon; in pace moriturus expectat, donec inopem excipiens moriatur in pace.
Ansbert.

OBSERVATIO

Observatio III.

Ad illa verba:

Et homo iste iustus & timoratus, sperans consolationem Israel.

Simeon visâ, inuentâ Deiparâ, se Deum vidisse, inuenisse putauit.

Vbi innuitur Dominum ampliùs, ampliúsque requirendum à iustis.

28. *Præsens vbique Deus in sola Maria reperiendus.* Timoth. Ierosol.



Qvid Sacerdos venerande spetas? Deum meum carne indutum aspicere. Ad Mariam accurre, tibi Filium non modò *post hoc exiliũ*, sed in ipsa lachrymarum valle constituto proculdubio ostender. Quæris Iesum? In Deiparæ thalamo commoratur. Spiritus Sanctus sic ad Simeonem, authore Timotheo Ierosol. Orat. 10. inter 17. Decla. Pat. *Surge senex, quid dormis? Tempus, quo oraculum explere debes, iam adest. Matura citò, presto enim est, qui te absoluet. Venit Emanuel, celeriter ad Templum transcurre. Simeon itaque quasi ætate innouatus, animique desiderio, perinde ac aliis quibusdam vehementer concitatus, celerrimè accurrit, Iosephumque & Mariam, qui rectâ ad Templum contendebant, antenertit: at verò Puerum, qui deportabatur, non antenertit. Quomodo enim eum antenerteret, qui nusquam non præsens adest?* Si præsens vbique Dominus, quonammodo Simeon tàm desiderato aspectu non fruebatur? An quia præsens vbique solâ in Mariâ est accipiendus, & inueniendus? Ità planè. Addit Pater: *Cùm autem cogitabundus consisteret, oculos huc illuc circumferens, vidit multas mulieres; verùm singulas schemate, ornatúque humana naturæ affectas. Solam autem Virginem quodam diuino, infinitoque lumine circumfusam animaduertit. Currens itaque segregauit cæteras matres, clamans, & dicens: Date mihi locum, quo eum amplectar, quem desideraui.* Illa particula: *Date mihi locum, quo eum amplectar*, premenda est. An Dominus vbique non adest? Omnia occupat locorum spatia. *Ideò Puerum, qui portabatur, non antenertit, quia nusquam non præsens adest.* Cur ergo Simeon petit sibi locum dari, vbi aspiciat & inueniat? Aspiciat in cunctis matribus, aspiciat qualibet in creatura eum qui adest vbique. Profectò Deus cùm præsens sit omnibus, solà in Mariâ inuenitur, quasi illum solummodò locum occuparet.

29. *Ignorans Virgo vbi Iesus esset, seipsam ignorat, quia secum ille semper commoratur.* Cant. 1.

A Dilecto Virgo efflagitabat: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie? Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Cant. 1. Me-nè, ô dilectissima, quæris? *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, abi & egredere post vestigia gregum, & pasce hædos tuos.* Non se, ô Pastor bone, sed te quærit Maria. Ideò respondendum tibi: *Si ignoras me.* Nam si te quærit, te ignorare manifestat. Attamen aptissimè Sponsus: O pulcherrima Maria, si ignoras me, signum euidens, quia te ignoras; nam si te scires, me tecum commorantem agnosceres; qui quidem vbique præsens specialiter in te curo cognosci, in peccatorum commodum singulare. Dùm me non inuenis in te, documentum exhibes te ipsam quodammodo amisisse. Egredere post vestigia tua, te ipsam sequens, vt me tui in Tabernaculo quiescentem possis inuenire. Rupertus: *O benedicta inter mulieres, cuius pulchritudo ipse benedictus fructus ventris tui est, talis causa tua est, vt si te ipsam non ignoras, statim scias istud, quod quæris.* Quia si pulchritudo tua est Christus, quæ semper inter mulieres pulcherrima es, nunquam poteris à Filio separari. Ruper.

30. *Recedentem Iesum sciebat Iosephus necessariò apud Matrem reperiendum.* Luc. 2.

Discesserat aliquando Iesus à Iosephi parentis societate, cùm & ipse Ioseph à dulcissima discessit Sponsa. Nam è Templo Ierosolymitano recedentes non eadem viâ fœminæ quâ viri gradiebantur. Si ergo Iesus cum Iosepho non pergit, quonammodo nutritius curâ non afficitur, vbinam Iesus commoraretur? Adest-nè cùm Mariâ? Iesus puer quidem, sed vir dolorum quomodo cum fœminis graditur? Attamen tàm inseparabiliter Dominus apud Mariam commoratur, vt possit Ioseph profari: Licèt Iesus consuetudinis obseruator à Mariâ recesserit, licèt alibi manserit, hoc scio, quòd nunquam non in Matre inuenietur. Quid plura? Cognoscentes Iesu discessum regredientes Parentes, eum apud Templum inuenêre. *Fili*, ait Maria, *quid fecisti nobis sic? Nam & pater tuus, & ego, dolentes quærebamus te.* At Iesus quasi affectus admiratione respondit: *Et quid est, quod me quærebatis?* Luc. 2. Miror, ô Mater, me à te requisitum. Cur te non quærerem Natum dilectissimum, dimidium animæ, siue potiùs totam animam meam? Si tecum, ô Mater, semper habito, etiam cùm visibili specie recedo, inutiliter me quæsiuisti. Quid est, quòd me quærebas, tecum commorantem?

31. *Maria in corde suo cum Iesu semper inibi commorante conferebat.* Luc. 2. Rupert.

Adiicit Lucas; *Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.* Luc. 2. Quocum in corde suo hæc conferebat? Certè cum Iesu, qui in præcordiis Mariæ semper morabatur. Rupertus lib. 2. in Cant. *Quid est, quòd dicit? Quærebamus dolentes te: & Euangelista continuo intulit: Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Ecce duo quasi repugnantia. Si non nesciebat*, quia in corde habebat, quomodo quærens dolebat, *Dolens quærebat? Si autem nesciebat, quocum in corde suo conferebat?* Non quærebas, ô dilecta, tibi quem in corde gestabas, quocum conferebas omnia verba hæc; sed nobis verè à Iesu per crimina recedentibus proculdubio quærere curabas. Edisce iustum nunquam non sollicitum circa Iesum ampliùs & ampliùs requirendum, vt securiùs possideatur, iuxtà illud: *Quærite faciem eius semper.*

Observatio III.

Ad illa verba:

Responsum acceperat à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum.

Simeon in pace moriturus, aptè adit Mariam.

Vbi de specialißimo Deiparæ alumnis obeuntibus dato patrocinio.

32. Evs bone Simeon, venerande senex, copiens in pace obire diem tuum, ad Mariam discessurus accurre, ipsa Dei Templum, vbi tibi discessuro pax præparatur. Origenes. *Tu si vis dignus fieri exire de carcere*, omni labore nitere, vt venias ad Templum Dei, si veneris spiritu ad Templum Mariæ, inuenies Iesum, & dices: *Nunc dimittis seruum tuum in pace.* Attende, quòd solutioni pax addita sit. Quis est, qui moritur in pace, nisi qui habet pacem Dei, quæ pax *custodit cor possessoris sui.* Ac si diceret. Quis est qui moritur in pace nisi qui adit Mariam in quà *condidit cor Dilecti sui.*

33. *In hora mortis protectio Mariæ. Emis.* Ideo clamat Ecclesia: *Ora pro nobis peccatoribus nūc, & in hora mortis nostræ.* Pacifica enim mors fidelium precibus Deiparæ comparanda est. Euseb. Emiss. serm. de Deip. *Vere beata mors quæ Maria adimitis præsentia sancitur.* Longitudo enim pietatis Marianæ minimè vsque ad mortis articulum terminatur.

34. *Maria vitas sine termino pietatis transcendit.* Fontem illum Paradisi, siue fluuii contemplare, *flumius egrediebatur de loco voluptatis, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phison, ipse est, qui circuit omnē terrā Heuilath. Nomen secundi Geon, ipse est, qui circuit omnē terrā Æthiopiæ. Nomē tertij Tygris, ipse vadit contra Assyrios. Fluuius autem quartus ipse est Euphrates.* Genes. 2. Vbi Rupert. Deiparā fluuiū huncce seu fontē magnū interpretatur, Beda de Hebræis. Signif. *Phison os pupilla, Geon pectus, Tigris velocitas, Euphrates pulucrulentū significat.* Mirum est, de tribus primis fluminibus adnotari, quā irrigent regionem, quo termino eorum decursus circumscribatur: de Euphratis autem commeatione nihil scribi. Quid causæ? Profectò quatuor hæc flumina è Mariano fonte procedentia misericordiæ Virgineæ latitudinem, sublimitatem, profunditatem, & longitudinē exprimunt. *Phison est os pupilla* Oculi Deiparæ, instar oris, clamantes, vti Deus peccatoribus ignoscat. Hæc est latitudo misericordiæ eius, quæ non solum terram Heuilath, sed Mondum circuit vniuersum. Geon *pectus* Mariæ charitate feruens Æthiopiam irrigat nigram, ardorem. Nam profunditas misericordiæ Virginis Purgatorij flammas extinguit, infernarum sediū, vbi Patres morabantur, tenebras fugat, dum ventris sacri fructus Tartareos Principes debellauit. Tygris *velocitas* Mariæ ad cælos ascendit, *sublimitasque* pietatis eius ad Assyrios *fœlices, beatos*, cælesti Ierosolymæ restaurationē iouueniens, eleuatur. Iā haud terminabilis Euphrates *puluerulentus* adest. Quid Mariæ cum puluere? Profectò Deiparæ misericordia specialissima circa moribundos ad natiuum puluerem decurrentes innuitur. Hinc fluuius hic nullo termino circumscribitur, quia longitudo pietatis Marianæ vsque ad diē nouissimū non terminatur. Nec tā nimius nominum obseruator hærerem, nisi Bernardi testimoniū nactus essem in excogitationis cōfirmationem. *Quæ misericordiæ tuæ* inquit ser. 4. de Assump. *ô Virgo, longitudinem, latitudinem, sublimitatē, & profundū queat inuestigare? Nā longitudo eius replet Orbē terrarum.* Ecce Phison circuens terrā. *Sublimitas eius Ciuitatis supernæ inuenit restaurationem.* En Tygris vadens cōtra Assyrios. *Profundum eius sedentibus in tenebris, & in vmbra mortis obtinuit redēptionē.* Vides Geonē irrigantē Æthiopiā. *Longitudo eius* (attēde) *vsque in diem nouissimum inuocantibus eam subuenit vniuersis.* Euphratē ecce interminabilē.

Gen. 2. Rupert. Beda.

Bernard.

35. Quàm dulcis in conspectu Mariæ mors! Post horribilis sententiæ illius inflictionem: *Dulcis, & Puluis es, & in puluerem reuerteris*: mox *Adam vitalis in vocauit nomen vxoris suæ Euam, eo quod esset conspectu mater cunctorum viuentium.* Gen. 3. Taxat eum *Mariæ mors.* Rupertus. *Quid insanius, quam in illo talis causa indecie illam nuncupare Euam, id est, vitam, quæ vitam in se non habebat; eamque dicere matrem cunctorum viuentium, quæ potius est mater cunctorum morientium.* Obseruauit Sfreucus primarium communis matris numeō non fuisse Euam, sed Viraginem. Hinc Adami stultitia (si standum esset historiæ cortici, & non significationi) increscit, dum tam ineptum nomē imponit vxori. Virago aptè appellata est, quæ de viro sumitur, at non aptè Eua viuentium mater, quę morituros erat paritura. Profectò Epiphanius Adami consilium commeodauit Orat. de Deip. laud. *Beata Mater Dei Maria per Euam significatur, quæ in ænigma accepit, vt mater viuentium vocetur.* Iam quæso, adnotes, quonam tempore vitalis Mariæ influxus ænigmaticè effulgeat? Tunc equidem, cùm hominibus sententia mortis inflicta est. Quasi mortæ calamitatis solatij loco morituris adhiberetur, Mariæ vitali influxo esse subleuandos.

Gen. 3. Rupert. Epiph.

36. Hilarij sententia illa hyperbolica tibi fortasse videbitur: *Quantumcumque* (ait supra Mar. ad calcem Comm. Lyran. in Psalm.) *peccato obnoxius fuerit homo, nunquam in æternum peribit, si tamen Mariæ deuotus fuerit.* Non id quidem infallibile, sed plerumque accidit, hominem non perire, si quantumcumque *fuerit peccato obnoxius, tantum Mariæ deuotus fuerit*, id est, si toto eo tempore, quo peccatis obnoxius est, à Virginis obsequio non recedit.

Non perit peccator qui non deserit Mariæ obsequium. Hilar.

37. Olim *Arca Dei capta est, duo quoque filij Heli mortui sunt Ophni, & Phinees.* 1. Reg. 4. Excitat quæstionem Abulensis. *An rationabiliter dici possit, quòd isti filij Heli æternaliter perierint, vel salui facti sint?* Proculdubio-ne periere pessimi viri circa ceremonias delinquentes, totū Israel facientes delicto maculari, propter quos maledictio super domum Heli in sempiternum inducta est? Anrictes probabiliter opinatur æternam salutem consecutos. *Quia videntur mortui in actu virtuoso, scilicet in custodia Arcæ.* Si improbis filiis Heli salutis spes, quia in typicæ Arcæ protectione è vita rapiuntur: quid illi quos vera Arca protegit, si vsque ad obitum in Mariæ perstitunt obsequio? Consequuti igitur (adiicit Abulensis) illi salutem, *quia non fugerunt, relinquentes Arcam.* Ea est Deiparæ pietas erga illos, qui non recedunt, non fugiunt ab obsequio eius, sed ad

Peccator saluatur quam si demittens adhæsit Mariæ moritur. Vt filij Heli Arca protectores ab ipsa salui. 1. Reg. 4. Abul.

ad obitum vsque Arcam arcanorum cælestiũ veoecantur, vt impetrans à Deo pœnitentiæ occasionem, eos ab æterno eripiat exitio.

38. Peccatoris personam gerens Dominus, moriturus ad Virginis accurrit protectionem. Dixerat iam iã animam oblaturus: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Et ne videretur Patrem inuocans, à materno nomine aliquid detrahere, hæc cum dixisset, *inclinato capite, tradidit spiritum.* Ioan. 19. Vbi piè Hugo Cardin. *Inclinato capite ex parte Matris suæ. Quasi diceret: Per ipsam veniam petite, ipsa est oraculum misericordiæ.* O Mater oraculum miserationis, tibi spiritum personam agens peccatoris commendo, nec aliter audebo Patri spiritum commendare, ab ipso quidem excipiendum si faues morituro.

Iesus peccatoris gerens personã Mariæ commendatur moriturus.
Ioan. 19.

Observatio V.

Ad illa verba:

Et cùm inducerent Puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.

Maria secundùm consuetudinem operatur, singularitatem fugiens.

Vbi edocetur Religiosus communitatis iura seruans, singularitatis osor esse.

39. Licet Virgo post partum singularis haberi deberet, sicut ab Ecclesia *Virgo singularis* appellatur, singulariter enim Maria erat à lege excepta. Attamen communi paret consuetudini, odio semper singularitatem prosecuta. Ansbertus in homil. Alcui. *Sciebat Maria, quo ordine conceperat, quo vsu pepererat, & quis esset, quem genuerat. Sed legem communem obseruans celauit Filij Maiestatem.* Communis obseruationis amans, longè à singularitate recedit.

Ansb.

40. Inter Doctores commorantem Iesum Mater singularis inueniens, prufatur: *Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Luc. 2. Quare Virgo, quæ se singulariter Christi Matrem appellarat dum ait: *Fili,* sese postmodum à singularitate Maternitatis eximens, addidit: *Pater tuus, & ego?* Respondet Ansbertus, *Seruans purgationis usũ, celauit Filij maiestatem. Hinc est, quòd eum in Templo duodecim annorum inter Doctores legis inueniens, filium Ioseph vocat.* Preme particulam, *Hinc est.* Ac si diceret, Eodem affectu Iesum apud Doctores filium Ioseph vocauit, quo legem purificationis obseruare voluit. Legem quidem seruauit, ne singularis virgo appareret? Iesum Ioseph filium nominat, ne haberetur inter fœminas singularis Virgo Iliaz, quæ

Maria noe circa Iesu Maternitatẽ vult singularis apparere.
Luc. 2.
Ansb.

sine viro paritura erat. Tam inuisa Virgini singularitas vel Maternitatis, vt communem Iosepho exposuerit: *Pater tuus, & ego.*

41. In cuius documentũ Virgo socium sibi præcipuè hodie Iosephum asciuit: *Parentes eius.* Mystica autem lucernarum processio nullum sine compare admittit. Maria & Ioseph præcedunt, Simeon & Anna sequuntur. Id quòd appositè adnotat Bernardus serm. 2. de Purificat. *Meritò sanè bini, & bini procedimus. Turbat processionem, si quis solitarius incedere curat; nec sibi soli nocet, sed etiam cæteris est molestus.* O quàm turbat communitatem singularitas! quam à Mariæ societate repellitur, qui singularitatis voto addicitur!

Hodie nullus incedit singularis, sed bini & bini omnes.
Bernard.

42. Nec aliud pullorũ oblationẽ significare reor. Pullos columbarum, non turtures Beda asserit à Virgine adlatos, *quia hoc inter turtures & columba significantiam distat, quòd columba gregatim conuersari, volare & gemere consueuit. Turtur verò singularitate gaudet.* Quàm iustè à Virgine oblatura excluditur ex hoc capite turtur, eligitur columba.

In cuius Typum Maria pullos, non turtures offert.
Beda.

43. Quid si ex aliquorum sententia Turtures simul & columbas obtulerit? Adhuc idem fugiendæ singularitatis studium adnotatur. Obtulit enim geminos turtures, totidem columbarum pullos. Reuoca in memoriam Abrahæ sacrificium, cùm quidem turturem, ac columbam obtulit singularem. Longè præstantius Virginis singularitatem fugientis sacrificium. Richardus Vict. de differ. sacrif. Mar. & Abr. *Audiuimus de magno Patriarchâ Abraham, quod obtulerit sacrificium Domino Turturem, & Columbam. Virginis verò sacrificium fuit par Turturum, & duo pulli Columbarum. Multùm omnino videtur differre sacrificium Abrahæ à sacrificio Mariæ. Quid horum maius? quid horum melius? Sed quis audeat aliquem Sanctorum, nisi solum Sanctum sanctorum beatæ Mariæ anteferre, vel æquiparare?* Pluribus deinde probat Deiparæ sacrificium melius, *quia maior*, quia non singularem Turturem, aut Columbam sed geminas vtrasque volucres communitatis typum, quam Maria semper secuta est obtulit. Edisce ex Virgine osorem esse singularitatis, qui communitatis Religiosæ iura seruas.

Etsi turtures, & pullos, non singulares, sed binos.
Richard.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Et cum inducerent Puerum Iesum Parentes eius, vt facerent, &c.

Tantilla munera in manibus Deiparæ ingentia sunt.

Admonemur oblaturi Diui potentissimi manus adire, quibus exiguum munus Domino præsentetur.

44. Dvo munera Deo Virgo affert gratissima, Iesum, & pullos columbarũ. Gratissimũ planè Iesus munus licèt Mariæ manibus non

non offerretur. Gratum-nè donum Columbæ? Exiguum tantillum; sed prorsus magnum, sublime omninò est, dum Deiparæ manibus libatur. Bernard. ser. 2. de Purif. *Hodie sistitur Creatori terra fructus sublimis* (Iesus scilicet) *hodiéque placabilis & Deo placens hostia* (pulli videlicet Columbarum) *Virgineis manibus offertur in Templo.*

Bernard.

45. Mirum mihi, sponsum pulchritudinis Mariæ commendatorem, caput, comas, labia, oculos, nasum; genas, dentes; linguam, collum, vbera, gressus, vestimenta tàm peculiariter laudibus efferre, manum autem, quæ in re pulchritudinis tantum munus obeunt, nullam gerere memoriam. Cant. 4. Crescit admiratio, dùm lego Theodoretum asserentem sponsam eisdem pulchritudinis expressionibus sponsum commendâsse, ac ipse illam sponsus. Nùm Maria membra singula Christi laudibus efferens, manus inuoluit obliuione? *Manus*, inquit, *eius tornatiles, aureæ, plenæ hiacinthis.* Vbi Hugo liberalissimam Iesu munificentiam exprimi affirmat. Cur ergo, ô Iesu, non totidem verbis Mariæ sponsæ munificentiam ostendis, manuum eius recensens pulchritudinem! Apprimè Cardinalis dubitationi huic facit satis, dùm pendit illa verba: *Statura tua assimilata est palmæ.* Cant. 7. Cur palmæ comparatur? *Quia tota* (ait ille) *in cælum erigitur.* Vis aliquid à te expositum ad cælum eleuari! Brachiis inonustis palmæ offer, illa illicò eleuabit ad superos. Sponsus igitur nullam manuum Virginis recolit memoriam, specialiter, quia tota Virgo manus, cuncta membra manuum munus explent. Oculi Virginis, genæ, labia, collum, manus sunt, queis dona exigua nostra ad cælum eleuantur. Vt munere exiguo Numen placari possit, ipsis manibus palmæ in morem victoriam reportantibus. Bernardus tantilla nostra munera in manibus Virgineis nos admonet collocare, vt magni ponderis esse videantur, Quia palmæ adnatum, tunc solummodò eleuari ad cælum, cum magno aliquo pondere premitur. Ergo si tota Maria semper, quocumque dono nostro accepto, in cælum eleuatur, signum est tantilla peccatorum sacrificia è Mariæ manibus pondus acquisiisse.

Tota Maria manus est, quia munera nostra exigua magna redduntur, vt ad Superos eleuentur.

Cant. 4.
Theod.
Cant. 7.
Hugo.

46. Abel & Caïn Deo munera libant, Abelis munus acceptum, Caïni reprobata libatio? Quare? Cælestis manus adhibita à Deo fuit, vt holocaustum Abelis deportaret ad Superos: Caïne intereà curante propriis è manibus sacrificium ascendere. Quærit Alcuin. *Vnde coniiceretis Dominum ad munera Caïn non respexisse, ad munera Abel respexisse?* Et respondet: *Igne misso de cælis hostiam Abel suscepit. Cain verò ipse sacrificium suum consumere debebat.* Igneis alis, non manibus propriis ad Dei conspectum Abel hostiam immisit. Profectò Deipara alas igneas expandit, non solùm innocentibus, sed & peccatoribus. *Lampades eius*, aliter, *alæ eius*: Lampades, seu alæ, *ignis atque flammarum.* Cant. 7. Si huiusmodi alis curas tuum volare sacrificium, acceptabile prorsus, si propriis è manibus ascendat, potiùs descender. Ideò fortassè aries immolandus Abrahæ *inter vepres*, seu rubo hæresens apparuit Ac si Patriarchæ diceretur: Vis arietem pro filio recipi, vt tantundem sit arietem offerre, quàm vnigenitum libare: hæreat hostia rubo ardenti sine læsione, ei scilicet arbori, de quâ canit Ecclesia: *Rubum quem viderat Moyses.*

Abelis munus acceptū, quia igneis manibus è cælo deuectū.
Gen. 4.
Alcuin.

Maria manus alæ igneæ ad Abelis & Caïn, siue iusti & peccatoris munera deferenda.
Cant. 7.

Quid, obsecro, hodie Dei Filio ponderosius? quæ volucribus leuior oblatio? Copulat Maria exigua munera maximæ illi oblationi. Vt tantilla dona Christi Dei Filio associata Patri acceptabilia omninò reddantur. Simon de Cass. ponderauit. *Aliud quidem atque secretum, quod cum oblatione, quæ protinus est æterna, atque incorruptibilis, tempo alia & corruptibilia offeruntur, scilicet par Turturum, seu pullus geminus Columbarum, sed hoc est quod typicus sensus habet. Vt cum ipso bona nostra sociata fiant, factaque valeant, & nihil reprobationi subiaceat, quod cum Christo venit.* Hinc semper nostra munera quæcumque illa sint in Mariæ manibus magna & acceptabilia, quia eum maximo munere semper acceptabili, Filio scilicet, associari curat. Ediscat peccator inops manus potentissimi Diui addere, vt tantilla Deo munera præsentet. 47.

Maria munera nostra exigua Iesu associat, vt sint magna & acceptabilia.
Cassia.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Et cum inducerent Puerum Iesum Parentes eius.

Solis Simeoni, & Annæ Virgo Iesum ostendit hodie, ne salus hominum impediretur.

Edocet nos, non externæ lætitiæ indulgere, sed salutis negotium procurare.



Væ anxiè cunctis lætificandis peperit verum Isaac domus risū, & voluptatē, solis hodie Simeoni, & Annæ aspiciendum ostentat. Quare nō omnibus manifestatum, qui pro omnibus aduenturat? Vt Filij maiestas Diabolo celaretur, ne redēptioni obstaculū accideret. *Scirbat* (inquit Ansbertus) *quis esset, quē genuerat, sed celauit Filij maiestatem &c.* Nam præter quam quod Diabolus salutem conaretur impedire, si homines reprobi Dei Filij maiestatem cognouissent, quonammodo ille ab eis Cruci suffigeretur? Hinc Mariæ erga peccatores charitas elucet, maiestatem Filij celantis, vt salutis negotio prouideret. 48.

Ansber.

Apud Templum amissum iam inde à tertia die Puerum inueniens, ait: *Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego, dolentes quærebamus te.* Luc. 2. Cur Maria, quæ mysterium Incarnationis cognouit, seseque singularem Virginem Matrem sciebat, Iosephum Christi parentem nominauit? *Pater tuus, & ego.* Sed & quæstionem & solutionem do ex ore Ansberti sic: *Quem procul dubio sciebat se sine concubitu Ioseph concepisse, sine corruptione virginali edidisse: sed cur abscondit conceptionis & natiuitatis illius sacramentum? Vt Spiritu prophetiæ repleta redemptionem Mundi impiis non aperiat,* quando Puer ipse doctrinâ egregius sese ostendebat Redemptorem. *Sciebat* 49.

Curas Doctoribus abscōdit mysterium Incarnationis, quod ipse doctus Puer proferebat, ne salus communis impediretur.
Luc. 2.
Ansb.

enim

enim tunc iam gratia plena Spiritu Diuinitatis afflata, quia si hunc Mundi Principes cognouissent, nunquam pro salute nostrâ crucifixissent. Sic accommodat argumento. *Offer ergo in Templo, beatissima Virgo, quem edidisti, vt non omnibus, sed paucis reueletur, quem genuisti.* Ne cunctis reuelatus, cunctis incommodum pariatur.

50. *Marianus mons sine manibus ideo Portam imminet sic, sine externo sine potentia salvatorem. Dan. 12.*

En mysterium lapilli è Mariano monte *sine manibus excidentis.* Dan. 12. sine manibus certè, quia sine viri opera; sic ferè cunctis Doctoribus exponentibus. Ego autem in præsenti τὸ *sine manibus* ipsi lapidi scisso accommodo. Ita vti abscissus coram mundiali fastu sine manibus, sine viribus scilicet, sine potentiâ, quasi clàm apparuisset, emittente sic Mariano monte, ne à Potestatibus Mundi agnosceretur. Quid aliud innuit Virgo fasciis illigatum Infantem homini iusto, fœminæ prophetissæ in Templo offerens? Celat Filij manus, maiestatem, potentiam dissimulat. Pulchrè idem Ansbertus, *Offer ergò Virgo, tanquam legem obseruans in Templo quem edidisti. Appareat interim lapis humilis abscissus de monte sine manibus. Vt reprobetur ab ædificantibus, vsque quo statuam in pedibus percutiens, crescat in montem magnum, impleátque vniuersum Orbem terrarum.* Ansb.

51. Sed, ô Mater piissima, te nè potuisti continere, quominus cunctorum hominum turbæ tantum bonum communicares? Adnotanda occurrit Deiparæ prudentissima charitas: Poteron' ne (inquit) Mundi morari salutem? At si in publicum profero lucem, hominum redemptio frustrabitur, quippe cùm mundiales Principes lucem agnoscentes, minimè extinguent Redéptorem. Quonammodo igitur hominum saluti consulens, omnibus potero mysterium reuelare? Iam modum ingeniosa Mariæ charitas adinuenit. Tradit Puerum Iesum hominum vni, vni mysterium reseratur, sed in vno omnibus aperitur. Quare? Quia hic vnus homo Propheta est, & Sacerdos in se quodammodo continens vniuersos homines; Prophetæ enim, Sacerdotisque omnes alij membra sunt. Eleganter confirmat Ansbertus, *Et ipse, ait, accepit eum in vlnas suas. Hinc vnius, hinc omnium adimpletur expectatio iustorum. Ecce accurrit prædicanda Virginis prudentia, quæ Filium oblatura veniens, Prophetæ tradidit manibus. Offert Prophetarum Dominum Prophetæ, offert vnicum vni; imò omnibus in vno, quæ omnibus peperit Saluatorem.* Edocet nos Deipara euitans lætitiam communem supprimi, ne salus hominum possit impediri, soli salutis negotio hominum curam impendendam, licet à lætis quæisque sit abstinendum. Ansb.

Sed ostendit vni, vt omnibus in illo Dominus ostenderetur. Sacerdotes enim cuncti sunt membra.

SECTIO QVARTA.

Simeonis Cantus.

TEXTVS.

VERS. 28. ET ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & di-
xit. 29. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundùm ver-
bum tuum in pace. 30. Quia viderunt oculi mei salutare
tuum. 31. Quod parasti ante faciem omnium Populorum. 32. Lumen ad reue-
lationem gentium, & gloriam Plebis tuæ Israel.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Puerum Simeon accipit, & quo iure?

1 *Particula & sine etiam refertur ad Virginem.*

ET *ipse accepit eum in vlnas suas.*] Illam particulam: *Et* quidam asserunt ornatûs causa positam, alij loco tunc, alij pro *Etiam*, quorum sententiam probo. *Etiã ipse accepit eum in vlnas.* Dubium autem excitatur, num τὸ *Etiam* ad Simeonem, an ad Virginem referendum sit? Quidam sic interpretantur: Etiam Simeon accepit, sicut Sacerdotes acceperant. At ego ad Virginem referendam particulam affirmo. Accepit etiam Simeon Puerum in vlnas, sicut Maria ipsum in vlnis gestabat, è cuius manibus senex accepit. Imitor Ireneum lib. 3. cap. 18. fantem: *Simeon ille, qui responsum accepit a Spiritu sancto, Iesum ex manibus accipiens Virginis, benedixit Deum.* Irenæ.

2. Quonam iure accepit Infantem? Confirmant hæc Simeonis Sacerdotium, (de quo sect. proximâ) qui Puerum Iesum Domino oblatum de manibus Matris sistentis accepit, vt de munere Sacerdotis Domino offerret. Toletus. *Ausus non esset id facere, nisi Sacerdos esset, qui infantes Deo oblatos accipere solitus erat.* Addo Athanasium lib. de com. essen. Patris &c. *Illum adhuc infantulum gestat Mater, & offert Simeoni Sacerdoti; ille in vlnâ capiens Saluatorem, ad eum ita loquitur, & dicit: Nunc dimittis.* Tolet. Athan.

Iure Sacerdotali infantem accepit, vt Deo offerret.

3. *Accepit eum in vlnas.*] Munera Simeoni sublimia à Deo immensa expendenda accur-

Dona à Simeone accepta. Tolet.

rum. Toletus. *Perpende, ait, Dei largitatem, plus dedit, quam promisit. Promissum est enim Simeoni videre: datum autem ei fuit videre, & in vlnis portare.* Origenes autem hom. 15. *Fimbriam vestimenti Iesu mulier tetigit, & sanata est. Si illa ad extremam partem vestimenti tantum emolumenti habuit, quid putandum est de Simeone, qui in suas vlnas accepit Infantem, & brachiis tenens lætabatur, atque gaudebat: videns paruulum, a se gestari, qui ad vinctos venerat resoluendos, seque ipsum nodis corporis liberandum, sciens neminem posse de claustro corporis quempiam emittere cum spe futuræ vitæ, nisi eum, quem in brachiis continebat.*

4. *Alia à Cantico suo benedictio.*

Benedixit Deum, & dixit:] Si Euangelista dixisset: *Benedixit dicens: Nunc dimittis, &c.* ad benedictionem pertinere Canticum significasset. Dum autem ait benedixisse, & dixisse: *Nunc dimittis*, indicat aliam fuisse benedictionem, quæ Canticum sequens præcessit.

5. *Quonammodo Deum benedixit?*

Quomodo Deum benedixit? Gratias Deo agimus, quando in beneficij accepti recognitionem aliqua verba pronunciamus. Benedicimus verò, quando ei bona imprecamur. Profectò Deo nihil boni imprecari possumus, quod ad ipsius perfectionem sit necessarium, cum vndequaque sit in se perfectus, & infinitus. Quæ autem extra Deum sunt imprecari possumus, & desiderare, vt quod ab omnibus cognoscatur, &c. Simeon igitur Deum benedixit tum propter Incarnationis opus, quia Filium suum immisit; tum propter eximium beneficium sibi concessum, vt Dei Filium incarnatum & videret, & in vlnis gestaret. Id planè præstitit senex optando, & precando, vt tam singulare opus omnes recognoscerent, summis laudibus attollerent, & omni cultu (quod ipse præstabat) venerarentur. Irenæus citatus, *Ipse erat Christus, quem portans Simeon, benedixit Altissimum.* Probo Altissimum benedixisse de Christi incarnatione magis quàm ipsum Christum incarnatum, quod Euthymius asserit: *Simeon benedixit Deum incarnatum.*

Iren.

Euthy.

---

§. II.

Canticum expono Simeonis.

6. *Dimissio hic est à corpore solutio, per temporalem mortem.* Ambros.

NVnc dimittis seruum tuum, Domine.] Ambrosius, & Athanasius legunt *Dimitte*, verbum optantis esse affirmantes. Græca autem exemplaria *Dimittis* habent præsentis indicantis vti legit Euthymius. Quænam hæc dimissio? Solutio planè à corpore per mortem temporalem, quam sibi iam ex Oraculo acceperat imminere. Ambrosius lib. de bono mor. optimè explicat *dimittendi* significationem. *Quasi necessitate quadam tenebatur in hac vita, non voluntate; ita dimitti poscit, quasi a vinculis quibusdam ad libertatem festinaret. Sunt enim veluti vincula quædam huius corporis, & quod est grauius, vincula tentationum, quæ nos alligant, & ad iniuriam captiuitatis astringunt, quadam lege peccati. Denique in exitu ipso videmus, quemadmodum anima decedentis paulatim se soluat vinculis carnis, & ore missa euolet tanquam carcereo corporis huius exuta ergastulo. Nunc igitur seruum tuum dimittis in pace quietum desiderio meo completo &c.*

7. *Ad quamnam Personam Trinitatis dirigatur oratio.* Euth. Theoph. Athan.

Domine.] Ad quemnam hæc particula referenda est? Euthymius & Theophylactus ad Christum referunt, ac si Simeon ad ipsum exceptum in vlnis loqueretur. Alij ad Patrem. Athanasius autem ad Spiritum sanctum à quo oraculum acceperat. Cui sententiæ subscribo illi particulæ hærens: *Secundum verbum tuum.* Re ipsa ad Deum ipsum, qui Pater & Filius, & Spiritus sanctus est, oratio dirigitur, cùm sit consubstantialis Trinitas. Tamen Spiritus sancti persona exprimitur, à quo *acceperat responsum, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini.*

8. *De quonam pace sermo.* Euthy.

In pace.] Quid pax? Euthymius multipliciter interpretatur. Primò, in pace cogitationum. *Antequam enim impletum esset Oraculum, variæ cogitationes mentem Simeonis agitabant; eo autem impleto eius animus tranquillatus est.* Secundo, in pace trepiditatis. *Timebat enim mori propter profundam senectutem; at viso iam Christo, securus erat, se non moriturum Christo non viso.* Tertio in pace gaudij. *Quasi diceret: Deinceps non contristabor propter libertatem Israelis, quia vidi iam liberatorem.* Cyprianus lib. de mortal. pacem interpretatur securitatem quæ est à Mundi huiusce periculis. *Probans, atque contestans, tunc esse seruis Dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, quando de istis turbinibus Mundi extracti, sedis, & securitatis æternæ portum petimus. quando expuncta hâc morte, ad immortalitatem venimus.* Origenes pacem cum Deo exponit, in quâ iustus moritur. Alias expositiones mittens.

Cypria.

9. *Authoris expositio de desiderij complemento.*

Ego quidem pacem existimo desiderij complementum, quando homo moritur nihil habens, ob quod hîc in seculo cupiat persistere. Priusquam Simeon Iesum vidisset, viuere cupiebat, pugnâ inter mortem & desiderium excitatâ. At viso eo, propter quem vitæ erat desiderium, nec habens iam quod eum detineret, se in pace dimitti profitetur. Sic viso Ioseph, quem mortuum diu existimabat, *Lætus* (inquit Iacob) *moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo.* Gen. 46. Et Tobias, *Domine, nunc secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum.* cap. 3. Scio tamen aliud altius Simeonem insinuasse, nempe Christum pacem Dei cum hominibus efficere venisse, cuius pacis tempore ipse, ab hoc seculo dimittebatur. Irenæus, *Simeon confessus, Christum pacem esse eorum, qui in dormitione sunt.*

Gen. 46. Tob. 3.

Irenæ.

10. *Quid salutare.* Euthy. Basil.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.] Vbi Euthymius *salutare* Incarnationem explicat, *quia in salutem hominum facta est.* Basilius hom. in Psalm. 61. ad illud: *Quoniam ab ipso salutare meum*, Christum intelligit, qui ab effectu salutis, hominum dicitur *Salutare*. Quidam recentiores vertunt, *salutem tuam.* Dicitur enim Christus salus, quia salutis causa. Aptiùs tamen dicitur *Salutare*. In pace ergo dimittis Domine seruum tuum, quia oculi mei Iesum *salutare*, quia salutis authorem; *tuum*, quia de Spiritu sancto conceptum aspexere. Hoc nomine Christus sæpè in veteri Testamento appellatus.

Gen.49. Psalm.118. Psal.84. appellatus. *Salutare tuum expectabo Domine.* Gen.49. *Defecit in Salutare tuum anima mea.* Psalm.118. Salutare tuum da nobis. Psalm. 84.

11. *De pleonasmo, & antithesi horum verborum.* Tolet. *Viderunt oculi mei.*] Est Pleonasmus; quæ tamen habet emphasim; sicut dicimus: *Hisce oculis vidi.* Est etiam, adnotante Toleto, antithesis quædam, *Oculi mei, salutare tuum*, exprimens singulare quoddam beneficium, *vt oculi senis hominis obtinuerint videre Salutare Dei, & Deum ipsum in carne.*

12. *Quid verbo Parasti significatur?* Isa.25. *Quod parasti ante faciem omnium populorum.*] Verbum *parâsti* quid significat? Procopius ad Isa.25. ad æternam Dei prædestinationem refert. Disposuit enim Deus ab æterno in salutem omnium Filium hominem factũ immittere. Alij aptiùs effectum ipsum temporalẽ interpretantur. Nempe quia in tempore misit Deus Filium suum pro nobis omnibus incarnatum. Illud autem: *parâsti* significat opus Dei in Salutari hoc conficiendo. *Parâsti*, inquit, Salutare, quia Filium tuum carne induisti, & hominem fecisti. Hoc est Saluatorem seu salutare præparare.

13. *Quid, Ante faciem populorum?* *Ante faciem populorum.*] Significat non solùm manifestationem, vt omnes Saluatorem cognoscere valeant; sed etiam libertatem eorum. Vt, si velint, salutem paratam queant adipisci. An superfluat particula: *Omnium.* Minimè, tam enim Iudæos, quàm Gentes complectitur, pro quibus saluandis Christus aduenerat.

Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.] Per appositionem, *Hoc*, inquit, *salutare tuum parasti ante faciem omnium populorum, vt lumen esset Gentibus reuelandum, populo vero tuo Israel magnam allaturum gloriã.* Sic exponit Maldonatus. Cur autem dicitur lumen ad Gentium reuelationem? Athanasius, *Quia Gentes ante Christi aduentum in vltimis tenebris erant constituta, cognitione diuina priuata. Christus autem adueniens factus est lux tenebrosis, & erraticis.* Quare ergò non etiam addidit, *ad reuelationem Israel? Quia Israel* (Pater inquit) *licèt tenuiter, lege illuminabatur. Qui autem fuit lumen ad Gentium reuelationem, Israel fuit gloria; quia secundum carnem ab eis processit. Quare* (authore Nysseno) Christi plebem Simeon vocat Israel. 14. *Expenditur sententia* Maldon. Athan.

Plebis tuæ Israel.] *Illa* (inquit Toletus) *apostrophe habet quandam energiam, quasi exhortantis Israel ad gloriandum in Christo præsenti, & excitantis affectum Iudæorum, ad eum amplectendum, & suscipiendum.* 15. *De apostrophe ad Israel.*

IN MARIÆ PVRIFICATIONEM
PANEGYRIC. MORALIS QVARTVS
Circa literam.

Ex Simeonis Cantu.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Nunc dimittis seruum tuum, Domine.

Innouandus Orbis senio confectus à Maria Iesum excipit Infantem.

Vbi innuitur, vitæ corporeæ productionem expectandam à nobis solummodò ob morum correctionem.

16. *Hoc agit personam senis mundi innouandi.* ANCTISSIME senex, quid ais? Venit-ne Christus, vt homines è vitâ deturbaret, an vt senes reduceret ad iuuentam? Potiùs clamare debuisses: Nunc reuocas ad pueritiæ annos senem tuum Domine, quia viderunt oculi mei Salutare tuum. Simeon proculdubio Mundi hodie gerit personam, non ipse moritur, sed senectus abit, vt iuuenta recurrat. Pulchrè Beda, *Accepit senior Infantem, vt insinuet seculum senio iam defessum, ad infantiam, & innocentiam Christianæ conuersationis rediturum.* Quam verè per te ô Virgo, Mundus dierum malorum inueteratus, resumptà innocentiâ, renouatus exultat! Beda. 17. *Adam ob Mariam innouatus, Noe ob eandem seniũ exuit, mundum significans renouatum.*

Noe Conditor arcam præcepit exædificari, vt acta prorsus Mundi ætas ad iuuentæ florem reduceretur. Nonne, Deus immortalis delendum omnino Mundum inclamâsti? *Delebo hominem.* Gen.6. Cur igitur quasi minarum obliuisceris, Mundique obruentis consulis renouationi? Pulchra prorsus semper visa est mihi D. Bernardini Seneñ. sententia affirmantis ser.61. de Deip. Virginem sicut in lumbis Adæ (per seminalem rationem, potentiámque generandæ puellæ in primis parentibus) impressa erat: in lumbis etiam Noe siue Sem filij eius potentialiter residere. Vnde propter Virginem materialiter Mundus (siue homines) ad summam senectutem redactus innouatur, qui propter eandem spiritualiter renouandus erat. *Ergo propter istam* (inquit) *nobilem Creaturam Deus saluauit Parentes primos de sua prima transgressione, & Noe de diluuio inundante.* Mariæ ô mundialis machina, ô filij hominum plus quam Noe arcam ædificandi innouatione vestram debetis! Gen.6. Bernard.

Futurum quidem *cælum nouum, & terram nouam* Deus inclamat. Quare cælum & terra sunt innouandi? An senio confecti? Porrò 18. *Cælum &*

cælum

cælum, vbi Angeli creati, summam ob Angelorum crimen attigit senectutem; terra autem viribus infirmis effecta est ob hominum præuaricationem. Cur ergo non omninò abolentur, & ad obitum tuente cælo & terrá, simul sepeliuntur? Existimo ob Deiparam totius Mundi machinam non fuisse deletam.

Fulgent.

Fulgentius 4. mytol. *Cælum & terra iam dudum corruissent, si non Maria precibus sustentasset.* Preces ergo, quibus tenentur, ne corruant, ad iuuentam sæpè senes adferunt. Nec enim curat Virgo Mundi materialem progressum, nisi vt spirituali innouationi prouideatur, edocens nos solummodò ob morum correctionem vitæ corporeæ productionem expetere.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba.

Secundùm verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti.

Simeon, cunctique fideles per Mariam verâ pace donamur.

Vbi innuitur, iustos ex virtutum exercitamento hîc quodammodo gloriâ potiri.

19. *In Maria Deus nobis veram pacem præparauit.* Haym.



Aymo ad hæc excitat quæstionem. *Quare dixit in pace?* Et respondet: *Quia Sancti Dei, quandiu in præsenti seculo consistunt, semper in prælio sunt contra astutias Diaboli, & contra oblectamenta carnis. Non habent hîc perfectam quietem, ideò dicunt cum Simeone: Nunc dimittis seruum tuum, vt quiescam in pace, qui hactenus fui in bello. Quia viderunt oculi mentis, & oculi corporis, salutare tuum Filium tuum, quod salutare parasti.* Vbinam paratum salutare hoc, nisi in Virginis vtero? A Mariâ hoc salutare, hanc pacem accipimus. Vnde ipsa clamat: *In omnibus requiem quæsiui*, siue omnibus requiem procuraui. Quinam hi omnes, nisi omnes populi, quibus per Virginem pax vera donata, in eiúsque vtero parata est? *Quod parasti ante faciem omnium populorum.*

20. *Maria cunctis facta est coram Domino pacem reperiens.* Cant. 8.

Cui sensui apprimè illud accommodatur: *Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens, vinea fuit pacifico in eo, qui habet populos.* Cant. 8 Sensus est: Ex quo me Deus gratiæ seu pacis inuentricem præparauit; in me, cui populi omnes committuntur custodiendi, instar vineæ fructibus plenæ, fideles cuncti Iesu Salomoni pacifico adhærent, verâ pace donati. Dionysius Carth. *Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens, gratiosissimè à Deo præuenta, & in eo maximè tranquillata, vinea fuit pacifico in ea, qua habet populos. Fœcundissima vitis fuit præstantissima Virgo, consecrata vero pacifico Christo. Et vinea ista omnes populos, instar vites, habet sibi commissos.* Iam subdit Sponsus: *Mille tui pacifici. Id est, quos tu Virgo benignissima (ad hæc Carthusianus) Deo pacificasti; sunt mille, id est, multi valde, ac penè innumeri.*

Carth.

21. *Simeon possessionis pace fruitur per Mariam.* Cassia.

Ad illa verba: *Nunc dimittis in pace*, quæstionem excitat Simon de Cassia. *Nonne & cæteri Sancti Patres mortui sunt in pace? Quid iste tantum senex adscribebat. Nunc ad pacem?* Respondet: *Alij longâ expectatione viderunt; iste vero de tempore certus vitam finiuit in pace.* Ac si diceret: Patres in spei (certissimæ planè) pace occubuisse, Simeonem autem in pace possessionis migrasse.

22. *Iesus, Maria & Ioseph Trinitatis obtinent personas, vt Simeon hîc gloriâ potiatur.* Cassia.

Quænam possessio? An non possidet, qui glorioso Trinitatis potitur aspectu? Ita planè. Quonammodo igitur Simeon in possessionis pace migrauit, si apud Abrahæ sinum Redemptoris opem erat expectaturus? Quia Iesum, Mariam, & Iosephum aspiciens in Templo, gloriosa quodámmodo in terris Trinitatis visione fruitus est. Adiicit Cassia. *Ecce iustus obuiat iustificatori, & portitoribus eius, & in Templo conueniunt Infans in carne Verbum, & gestantes in carne Deum, & iustus hunc obuiat Trinitati. Quid Maria nisi fides? quid Ioseph nisi spes? quid Christus delicatus nisi charitas? Procedit à fide & spe vera charitas, velut à Patre & Filio Spiritus Sanctus.* Quid mirum, Simeonem in possessionis pace occubuisse, si Trinitatis virtutum visione seu possessione fruitur? Vita enim virtutum condecorata fulgore, apud vallem lachrymarum, æternâ quodammodo cælesti fruitur fælicitate. *Quis senex iste iustus* (concludit Simon) *nisi omnis chorus iustorum?* Iustus ex fide, spe & charitate viuit. Vt autem Iesus, Maria & Ioseph insinuerent iustitiæ vel in exilio hoc fælicitatem, trium virtutum, fidei, spei & charitatis personam gerentes iusto virtutibus eisdem condecorato obiiciunt cælestis beatitudinis, quâ hîc fruebatur, imaginem.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

Quod parasti ante faciem omnium populorum.

Totius Orbis salutem in Virgine præparatam Simeon præcinit.

Vbi de vi prædicationis Euangelicæ, quâ vnus Xauerius tot Regna Gentium ad Fidem adduxit.



Aticula illa: *Omnium populorum*, Ansberti quæstionem excitauit: *Nisi a toto, ait, pars intelligenda sit populorum, quæ Saluatorem in carne viderit, iuxtà literam ratio non stabit. Quia cum nec carnis,* 23. Ansb.

nec

nec fidei oculis omnes populi conspexerunt. Ante faciem ergo omnium populorum quomodo hoc Salutare dicitur praparatum? Certè salua hæc iam præparata est, iam in promptu exposita cunctis, vt omnes videant. Si non omnes aspexerint, propriæ desidiæ vertendum. Vbinam huiusmodi præparatio fit nisi in Deipara? Omnibus ergo non solùm præparatur salutare, sed & ex omnibus populis multi homines Mariæ precibus ad fidem adducentur.

24 *Maria tradit Iesum vni Prophetæ, vt illo cunctis prædicare valeat.*

Rursum ad examen assero, cur præcipuè Simeoni Virgo Filium vlnis gestandum commiserit? Num vt Spiritus sancti impleretur promissio, perficiente Mariâ: vt verè cor sponsi in ipsâ confidat, dum eius explet promissiones? Profectò Prophetæ vni dans, omnibus Populis se dedisse videtur; quia Propheta Sacerdos Euangelij minister cunctis Populis sufficit adducendis ad fidem. Ausbertus, *Occurrit prædicanda Virginis prudentia non humanâ industria fulta, sed Spiritu Diuinitatis afflata, quæ Filium oblatura veniens, Prophetæ tradit manibus offerendum. Offert Prophetarum Dominum Prophetæ; offert vnum vni, imo omnibus in vno. Non enim desinit nunc vsque offerre quem genuit.* Excogitauit Virgo quonammodo tradens Iesum vni, omnibus traderetur: & vni Prophetæ tradidit, vt ipse omnibus populis prædicare posset. Id quod gestum in typū eorum quæ nunc Virginis ope geruntur. *Non enim desinit Deipara nunc vsque offerre Prophetæ quem genuit.* Obtulit certè nunc vni Francisco Xauier Iaponiorum Apostolo, Prophetiæ dono admodum eximio, vt vnus hic Iesum cunctis Gentilium populis videndum obijceret, Mariæ quidem immittentis nomine.

Ausbert.

Xauerio, alumno suo Maria Iesum tradidit gentibus dispergendum.

25. *Patres ob Mariā olim fuere liberati à periculis.*

Id quod per Mariæ pietatem præparatum fuisse non dubito, qui non solum Salutare cunctorum hominum post Mariæ aduentum, sed & ante eius conceptionem in ipsâ præparatam à Domino semper proclamaui. Cur existimas à Deo primos delinquentes generis humani parentes non omninò fuisse deletos? Cur Abraham de Vr Chaldæorum fuit liberatus? Isaac de Ismaelis exitialibus ludis ereptus? Quisnam Esau aduersùs Iacobum impetum infrænauit? Quisnam Israeliticum populum ab hostibus, à periculis amouit? A quonam Dauid de gigantis impugnatione; deque Saulis insidiis fuit vindicatus? Opinor hisce cunctis salutem iam inde in Virgine præparatam. Bernardinus Senen. ser. 61. de Virg. fatur. *Hæc benedicta puella in lumbis erat Adæ. Indulsit ergo miseris Deus primis parentibus, neque eos annihilauit. Ergo propter istam nobilem creaturam Deus saluauit parentes primos de primâ eorum transgressione, Abraham de Vr Chaldæorum; Isaac de Ismaele; Iacob de Esau; Iudaicum populum de impia Pharaonis manu, de mari rubro, de manibus diuersorum Regum; Dauidem de leone, de gigante, de Saule, infestissimo eius hoste. Et vt breui sermone cuncta complectar, omnes liberationes, & indulgentias factas in veteri Testamento non ambigo Deum fecisse solum propter huius benedictæ Puellæ reuerentiam, & amorem.* Si ergo Salutare Dei paratum in Virgine nondum natæ cunctis Israelitarum filiis: quantò efficacior legis nouæ fidelium Mater existens Salutare Dei cunctis populis procurabit.

Bernard.

Olim, ais, Maria in lumbis liberatorum existens parentes suos protexit, Sed & nunc filios protegit. An charitas erga parentes vincit Matris circa filios pietatem? Haud dedignata Virgo peccatores, suos filios, appellare. Ergo cunctis ab ipsa salutare præparabitur. Pulchrè Ansbertus, *Quamobrem, obsecro, ut beatissima Virgo, offer nobis Christum per suffragia, quæ nescis inuidere filiis. Sed nec attendas filiorum* gentilium, peccatorum, *iniurias à quibus non honoraris. Tolerat enim pia Mater irreuerentiam filiorum, quia amore vincitur generationis.* Adnoto prædicationis Euangelicæ vim, dum vnus Propheta, seu minister sufficit ad tot populorum reductionem. 26.

Filij eius non per Mariam salutari deuenerunt

Ansbet.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba:

Lumen ad reuelationem Gentium.

Iesu lumen propter Mariam Gentiles illustrat.

Vbi adnoto, Euangelij ministros Virginis imitatores esse, dum veram lucem Gentibus inferunt.



VBARIUS proximum argumentum illustrabo, Ansberto adijciente: *Hoc itaque lumine de tenebris reuelata, hoc inuenta, hoc illustrata sunt Gentes. Sicut scriptum est, Gentium populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnā.* Si lucerna mirum spargens lumen hodie Christus, quidni Deipara candelabrum, quo magnum luminare statuitur, cui Gentes debent eius fuisse ministerio illustratas. 27.

Xauerio accommoda.

Ansbet.

Quid Zacharias? *Ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud.* cap. 4. Lampadem & lucernas Christum interpretor Gentilium tenebras effugantem. Ergo Deipara aureum est Candelabrum, quo lux populis infidelibus præparatur. Epiphanius de Laud. Virg. *Sancta Virgo, & Mater Dei, quæ splendidam lucernam relucentem in cælo, & in terra Christum gestauit, ad quam Propheta Zacharias: Ecce Candelabrum aureum, & facula super ipsum. O Candelabrum Virgineum, quod illustrauit tenebris inuolutos! O Candelabrum Virgineum repellens tenebras! O lucem splendentem, & Candelabrum Virgineum, quod ignem, & oleum inseparabile ad illuminandum intulit! O Candelabrum Virgineum, quod ab altissimo throno accepit perlucidum ignem vnum inextinguibilem, ac supersubstantialem, & ad illustrandam terram resplenduit!* 28.

Candelabrū virgineum Maria Iesum lucem verā Gentilibus intulit.

Zach. 4.

Epiph.

Pende verba illa: *Ad illuminandum intulit.* Ambulat enim Candelabrum hoc, instar illius magni Candelabri, quod *in medio septem candelabrorum aureorum* ambulabat. Apoc. 1. Nec 29.

Candelabrū ambulans Maria

enim

enim Episcopi, qui candelabris aureis adsignificabantur, vnquam requiescunt, sed populos pergunt illuminare. Maria Stella maris, seu Gentium illuminatrix, authore Hieronymo. Vidisti Iesum vlnis Deiparæ gestatum in Ægyptum proficisci? Matt. 2. Eo candelabrum Virgineum inambulans, vt Gentibus inferat luminare. Hugo Cardin. *Vide quis portauit Iesum in Ægyptum? Certè Maria tulit illum in Ierusalem, & Ægyptum, id est, Stella maris.* In Ierusalem tulit magnam lucernam, Candelabrum Virgineum. At idem portans hodie in Ierosolymam, portauit postmodùm in Ægyptum *lumen ad reuelationem Gentium.* Quàm Deiparæ debitrix Ecclesia, quæ ex Gentibus! Hinc Euangelici ministri tanto muneri exultantes insudent; sunt etenim Deiparæ imitatores, dùm candelabri Virginei in morem veram lucem Gentibus inferunt. Xauerio accommoda.

Apoc. 1. Hieron. Matt. 2. Hugo.

Observatio V.

Ad illa verba:

Et gloriam plebis tuæ Israël,

Israëli gloriam tempore nouissimo Maria est consequutura.

Vbi assero Prælatos teneri subditorum prouidere saluti.

30. Haymo.



VR primò posuit Gentium reuelationem, quàm Israëlis gloriam? Respondeo cum Hieronymo. *Primùm posuit Simeon: Ad reuelationem Gentium; ac deinum subintulit: Et gloriam plebis tuæ Israel. Quia preuidit mente, quod anteà credituri essent Gentiles, & deinde Iudæi in fine Mundi, secundùm quod Paulus dicit: Cùm plenitudo Gentium introierit, tunc omnis Israël saluus fiet. Ideò primùm posuit illuminationem Gentium, & deinde gloriam Israël.* Quâ quidem gloriâ Israëlem donandum circa Mundi exitum, Deiparæ precibus confirmabo.

31. Fatur Sponsa: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Cant. 1. Explicat apposìtè Carthusianus: *Ad gloriosam tuam præsentiam me digneris transferre citò.* Cui Dominus: *Si ignoras te, ò pulcherrima mulierum, abi & egredere post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos, iuxta tabernacula pastorum.* Ibid. Ad quæ Doctor ille: *Quoniam scis te omni pura creatura prælatam, egredere & abi post vestigia gregum, incredulos & auersos Iudæos piè considera, & eorum pericula patienter attende. Et pasce hœdos tuos, id est, carnales & vitiosos Iudæos, tuis refoue orationibus, vt saluos facias.* Ac si ex mente Dionysij, Deiparæ postulanti sibi reuelari Mundi finem, quo à curâ sibi commendatarum ouium, hœdorúmque quiesceret, Sponsus responderet, priùs precibus eiusdem Iudæos esse ad meliorem frugem recipiendos. *Quoniam scit se esse prælatam* cunctis, cunctorum inuigilat liberationi.

Quia Maria Regina Iudæorũ, priusquàm ab intercedendi munere supersedeat, debet suis precibus Iudæos auersos adducere ad Christum, Cant. 1. Carthus.

32. Aiebat Esther Reginæ Mardochæus: *Ne putes, quod animam tuam tantùm liberes, quia in domo Regis es præ cunctis Iudæis.* Cap 4. Vocabulus? *Ne existimes te seruatam cunctis Iudæis pereuntibus.* Ita afficitur Deipara Regina circa Iudæorum subditorum salutem, ac si propriæ vitæ liberatio ex eorum penderet reductione. Deficiente apud Canæ nuptias vino, Maria Saluatori: *Vinum non habent.* Cui Dominus: *Quid mihi & tibi est, Mulier? nondum venit hora mea,* Ioa. 2. Vbi Rupertus petiisse ait Deiparam cæcorum Iudæorum incorruptionem, ne omninò semen deperiret. *Quia defecerat per peccatum vinum verum, incorruptio animarum, & immortalitas.* O Fili, omnibus Iudæis tuæ hærentibus mensæ hoc incorruptionis merum exhibe: *quid mihi & tibi est Mulier?* Iam enixè id postulas, ac si tu simul cum eis corruptibilitate affecta fuisses, pereundúmque tibi fuisset excidio Iudæorum. Tibi & mihi haud imminet calamitas. Petis Iudæos conuerti? *Nondum venit hora. Hora scilicet* (ex Ruperto) *propinandi hoc vinum*, sub Mundi termino hora hæc, te intercedente, appropinquabit.

Esther Maria præ cæteris electa subditis impetrat, tum vonit nouissima hora salutis incorruptibil. Esth. 4. Ioa. 2. Rupert.

33. Iam inde à Iesu nato Maria Iudæorum saluti studebat. Mos Iudæis post partum, fœminam septem primis diebus iuxtà ritum menstruatæ separari. *Mulier, quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur.* Leu. 15. Vbi aliquis asserit fœminam septem diebus à partu primis ab omnium communicatione separandam. Ego autem id intelligens de separatione à viro, illam expositionem admittens, solummodò vt ansam præbeat excogitationi, contemplor Deiparam vix enixam Saluatorem, cùm pastores admittit accedentes: Quæ dies purgationis quadraginta obseruas, cur septem dierum primorum curriculo, non omninò separaris ab hominum collocutione? Certè vt Iudæis hæc gloria minimè differretur. O quàm sollicitam se circa nouissimam Iudæorum reductionem ostendet! Edisce Principes, cósque qui subditis præficiuntur, debere impensè eorum saluti inuigilare.

Maria nunquam separatur à Iudæorum curanda reductione. Leu. 15.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Lumen ad reuelationem Gentium.

Luminaria Purificationis die accensa commendo.

Vbi spiritualis lætitia, puritas, misericordiæ opera, ceremoniæ sacræ, piique sumptus laudantur.

IN

34. *Maria Iesu luminari accenso ad Mundi redemptionem cerarum ministrauit.* Cyrill. Guarric.

IN luminis illius reuelationem Gentium operantis memoriam hodie gestantur luminaria. Cyrillus Ierosol. *Lati hodie lampades ornemus, tanquam filij lucis. Christo offeramus cereos vera lucis, quoniam lumen in reuelationem Gentium Mundo apparuit.* Vt autem id nos Deiparæ debere appareat, do Guarrici ser. 2. de Purific. testimonium: *Gratulor & gratificor tibi, gratiâ plena, qua misericordiam genuisti, quam suscepi. Tu ceram ministrâsti suscepto lumine, dum incorrupta Mater incorruptibile Verbum incorruptâ carne vestiisti. Eia fratres mei, ecce ardet cereus in manu Simeonis, accendite, & vos vestros lucernas deco, quas Dominus iubet esse in manibus vestris.*

35. *Prima causa institutionis cereorum imitari Purificationem, Simeoni exhilarari.* Luc. 12. Guarri.

Prima igitur huiusce institutionis causa est, vt Mariæ Purificationem, Sacerdotisque lætitiam imitari studeamus. Huc respicit Dominicum illud: *Sint lumbi vestri pracincti, & lucerna ardentes in manibus vestris.* Luc. 12. Id quod instituto accommodat idem Abbas Ignatiensis. *Sint lumbi vestri pracincti, vt purificationem Maria emulemur, sicut lucerna ardentes in manibus, vt gaudium Simeonis lumen in manibus portantis etiam visibili signo in nobis repræsentemus. Simus videlicet casti corpore, & mundi corde, & purificationem Maria expressimus; simus ardentes deuotione, & lucentes opere, & cum Simeone Christum portantes in manibus. Maria enim non tàm purificata fuit, quam mysterium purificationis commendauit.* Sic ille.

36. *Secunda, affectus Simeonis ad Gentium salutem fieri participes.* Ruper.

Secunda, vt efficiamur affectus Simeonis Gentium salutem cupientis, & orantis participes. Rupertus lib. 3. de diu. offic. Cap. Vlt. *In Purificatione Maria ideò candelas portamus, vt felici gaudio iusti Simeonis aliquatenus participemus, qui Christum Infantem gestans in vlnis agnouit, & confessus est, paratum ante faciem omnium Populorum, lumen ad reuelationem Gentium. Hoc enim signo communiti exterius, ipsum verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum, in mente fidei vlnis arctius astringimus.*

37. *Tertia, vt opera misericordia exerceamus.*

Tertia, vt iam purificatione mundi opera misericordiæ geramus. Innocentius III. ser. de Purif. *Vt qui per Christi gratiam* sunt purificati hac ceremonia moneantur, prudentes illas virgines imitari, quæ non sine lampadibus accensis ad Christi Sponsi nuptias ingrediuntur. Oleum enim quæsituræ ad vendentes, siue ad pauperes eleemosynam recepturos, authore Chrys. fatuæ à prudentib. immittuntur.

38. *Quarta, vt ceremonia Ecclesiastica commendentur.* Ioa. 9. Ioa. 20. Mar. 7.

Quarta, vt ostendat Ecclesia, ceremonias suas admodum venerabiles esse. Cæcum illuminaturus Dominus: *Liniuit lutum super oculos, & dixit: Vade in natatoria Siloe.* Ioa. 9. At Discipulos Spiritu Sancto impleturus insufflans ait: *Accipite Spiritum Sanctum.* Ioa. 20. Surdum autem sanaturus, *misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius,* & suspiciens in cælum ingemuit. Mar. 7. An non potuit absque huiusmodi actionibus illorum mederi infirmitatibus? Potuit. At sic Ecclesiæ sacras ceremonias commendauit.

39. *Quinta, vt sumptus piè admodum*

Audiendus Hieronymus adu. Vigilant. *Causabantur quondam & Apostoli, quid periret vnguentum, sed Domini voce correpti sunt, neque enim Christus indigebat vnguento. Nec Marty-*

res lumine cereorum. Et tamen illa mulier in honorem Christi hoc fecit, deuotioque mentis eius recipitur. Et quicumque accendunt cereos secundum fidem suam, habent mercedem, quam colentibus illum Dominus promisit. Laudo sumptum cereorum, ingens pondus commendo, multitudinem effero laudibus, si adsit solummodò obsequij in Virginem affectus. *laudabiles esse constat.*

OBSERVATIO VII.

Ad illa verba:

Lumen ad reuelationem Gentium.

Hodierna lucernarum accensio Gentilicas extirpat ceremonias.

Vbi Deiparæ circa Purgatorij vinctos protectio laudatur, imò & damnatis proficua ostenditur.



CVm lumen hodiernum Gentes illustrat, omninò Gentilitatis errores necessum fuit aboleri. Innocentius de Purif. *Quid est, quòd in hoc Festo cereos portamus accensos? Vt mos Ethnicus cum Christiano ritu commutetur. Et quod stultis idolorum cultoribus ad honorem Proserpina agebatur, id prudenter à piis ad honorem laudémque Virginis Maria conuertatur.* 40. Innoc.

Porrò à Romanis Ethnicis quoddam luminarium festum solitum celebrari Februarij mense in honorem Februi (alij Februæ) siue Plutonis ac Proserpinæ, vt ipsos ad miserationem excitarent sacrificuli, vti mitiùs defunctorum animas punirent. Vnde *Februare* pro *purgare* antiqui accepere. Iam huiusce festiuitatis cereorum dignoscis originem. *Agitur ergo* (verbis vtor Guarrici ser. 3.) *ista Festiuitas incipiente mense Februario, qui à Februo, seu Plutone, qui purgationum pater à Gentilibus credebatur, ita vocatus est; sed hanc lustrandi, siue purgandi consuetudinem benè mutauit Christiana Religio, cùm hac ipsa die festiuitatis Beata Maria plebs & Clerus, Sacerdotésque cum cereis & hymnis Ecclesiarum loca circumeant, non vtique ob recordationem pagana superstitionis, sed in perennem Regni calestis memoriam, quando omnes electi cum lampadibus Sponso & Sponsa* (Christo & Mariæ) *sunt occursuri, atque ad thalamum superna claritatis intraturi.* Quàm aptè antiquæ confictæ purgationes, purgationis seu Purificationis Mariæ festiuitate abolentur! Ipsa namque purgationis Mater Februa, cuius potentissimo patrocinio mitiùs apud inferos temporaliter purgantur, & in æternum peccatores puniuntur. 41. *Festum luminarium Februi Purificationis solemni abolitur.* Guarr.

Quàm munificam sese ostendit Februa nostra animabus purgatorio igne purificandis! Cancellarius Parisien. Gerson animas omnes, quæ apud Purgatorium claudebantur ad Patriam aduolasse die Assumptionis, ac coronationis Deiparæ affirmat: *Non est quidem, ait, incredibile Christum fuisse ibi, cuius currus erat decem millibus mul-* 42. *Die Assumptionis Deipara Purgatorij vincti soluti fuere.* Gerson.

tiplex per Angelos ducens secum ex Purgatorio captiuitatem ob honorem coronationis ipsius, quæ Regina misericordiæ, & Domina gratiæ, sub cuius imperio sunt omnia iura Regnorum, vt in suo nomine flectatur omne genu cælestium, terrestrium, & infernorum.

43. *Nomine Mariæ audito, animæ in Purgatorio leuantur.* Brigit.

Illa pende: *Vt in suo nomine flectatur omne genu infernorum.* Si tunc Mariæ nomine exaudito, Purgatorij carcere reserato, fideles animæ solutæ, haud dubium quin semper inuocatione, huius potentissimi nominis à vinculis liberentur. B. Brigittæ id ipsa misericordiæ Regina aperuit fata, *Audi, quantùm Filius meus nomen meum honorauit. Nomen meum dum audiunt, qui in Purgatorio sunt, gaudent, quemadmodum æger iacens in lectu, cum audit vocem solatij.* Quonammodo autem leuari possunt illæ à nobis Mariæ nomine inuocato, aut ab ipsis meditationi addicto? An non quia Virgo excitat, vt satisfactioni pro defunctis illis curam impendat? Ita planè.

44. *Tanta erga Purgatorij animas leuandas Virginis affectus vt quodammodo eorum carcer Purgatorius efficiatur, vt mitior sit vinctis.* Psal. Pro. 8. Bernar.

Profectò Cancellarius pulchrè Mariam circa Purgatorij vinctos *misericordiæ Matrem* appellauit inseparabilem quidem sociam carceris, imò in vberius eorum leuamen carcerem ipsum effectam quodammodo. *Operatus est* (*ait Dauid*) *salutem in medio terræ.* Psal. Vbi Doctores Virginem medium terræ asserunt vocitari. Ipsam audiamus, *Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines Orbis terræ.* Pro. 8. Hebraicè pro cardinibus est *Rosch*, id est *Centrum*, quod Mariæ ex accommodatitio sensu Ecclesiæ aptatur. Bernardus ser. de trib. Ordin. *Centrum hominum* Mariam appellauit. Quare? An quia centrum arcana quadam vi rerum est quies, dum extra centrum cuncta inquietudine disturbentur? Certè extra Mariam frustra homo à laboribus expetit requiem. Aliter tamen mentem Abbatis interpretor. Maria centrū sese vocitauit, quia apud centrum purgatorio igne fidelium spiritus distorquentur, queis tam inseparabilis comes ad solatium curat esse Maria, vt parum sit illi Iosephi in morem præpositam esse carceris, & carcerem ipsum quodammodo esse dignetur, & mitissima vincula animæ experiantur, & facillimus sit eis aperto carcere egressus, ad Superósque volatus.

45. *Ignis Purgatorius Christi sanguine & aqua extinctus.* Ioan. 19. Ruper.

E vulnerato Iesu latere *continuò exiuit sanguis & aqua.* Ioa. 19. Quare? Rupertus contemplatur Christum apud inferos miserum animabus in Purgatorio constitutis, vnde prouidit sanguinis & aquæ profluuium in ignis extinctionem. *Porro ignis ille, qui ante Christi Passionem insuperabilis erat, extinctus est sanguine & aquâ quæ de corpore eius fluxit: non quod substantiam eius ille ignis extinxerit, sed quia iis, qui in eum crediderunt hanc virtutem contulit, vt eis ille non posset nocere.* Non solùm sanguinis & aquæ rigatu flammæ illæ imminuūtur, sed aliquibus penitus extinctæ sunt.

46. *Latro in Paradisum ingressus, sine ignis læsione, fauente Maria.* Drogo. Rupert.

Queisnam obsecro? Iis, qui sub Virginis protectiuue occumbunt, quibus aut flamma extinguitur, aut mitissimè exurit. Drogo asserit Latronem sese ad Virginis protectionem recepisse. Quo fructu? Non solùm pœnas æternas euasit, sed & Purgatorij flammis affectus non est. Scio flammeum illum gladium qui Paradisi ostium custodit, ignem purgatorium esse, quo ingressuræ animæ purificantur ex Ruperti sententiâ. Latroni Dominus ait, *Hodie mecum eris in Paradiso.* Luc. 24. At cum Maria Latronis ageret protectricem ex profluuio sanguinis & aquæ Dominicæ, vim magnā flammeo gladio immisit, vt extincto igne Latro incolumis in Paradisum remearet. Pulchrè Rupertus. Ij qui in eum credidit (fato *Memento mei Domine &c.*) *hanc virtutem contulit, vt ei non posset nocere. Vnde Latro ingressus est sine læsione.* Quid mirum si sub Virginis præsidium confugerat?

47. *Damnati citra condignum puniūtur precibus Mariæ.* Iacob. 2. Rutil.

Quid si & damnatorum animæ ob Februæ nostræ intercessionem non tam acriter Tartareo igne discrucientur: E D. Thoma 1. p. q. 21. a. 4. accepit Theologorum Schola etiam in reproborum damnatione Dei misericordiā rutilare haud totaliter relaxantem, sed aliqualiter alleuiantem tormenta, dum punit citrà condignum Vnde Iacobus, *Superexaltat misericordia iudicium.* cap. 2. Alij legunt, *Triumphat de iudicio, seu de iustitia misericordia.* Profectò huiusmodi pœnarum relaxationem precibus potentissimæ Virginis eis impendi affirmo cum Rutilio Benzonio Episc. Lauret. ad Psal. 86. cap. 32. *Quantitas* (inquit) *pœna damnatorum ex Dei misericordiâ, & intercessionibus beatæ Mariæ Virginis citrà condignum taxatur.*

48. *Maria, instar Rachelis, in terra vallis Iosaphat Damnatis misericordiā.* Gen. 48. Lyran. Brocard.

Fatur Iacob Iosepho. Mihi quando veniebam de Mesopotamia mortua est Rachel in terra Chanaam in ipso itinere, eratque vernū tempus, & ingrediebar Ephratam, & sepeliui eam *iuxta viam.* Gen. 48. Quare non est sepulta in Hebron: Lyranus, *se non excusat propter difficultatem portandi corpus, quia mortua in terrâ Chanaam, vbi Hebron, & erat tempus vernum, quod aptum ad itinerandum. Quid igitur? Voluntas Dei, & eius ordinatio. Dicunt enim Hebrai quòd Iacob sciuit ex reuelatione diuinâ Nabuzardam populum ducturum captiuum in Babylonem, & quòd transirent iuxta sepulchrum Rachel, quod est super viam illam, & transitu illorum ipsa Rachel de sepulchro miraculosè clamaret ad Deum, quærens misericordiam eius super populum captiuum iuxta illud Ierem. 31. Vox in excelso audita est &c.* Asserit Brocardus Virginem in valle Iosaphat sepultam. An vt super captiuus Babylonicæ fornacis igne discruciādos de sepulchro, instar Rachelis, misericordiam quæreret? O Domina, quamnam misericordiam quærere potes illis, qui æterno sunt igne torquendi? Profectò vt citra condignū puniantur. En *quantitas pœna damnatorum ex Dei misericordia, & intercessionibus Mariæ citra condignum taxatur.* Quam veracior Februa Maria circa pœnarum inferni imminutionem!

LIBER



LIBER VNDECIMVS.

MARIÆ DEDICATIO AD NIVES.

Paraphrases, ac Commentarios Literales ad Caput vndecimum Lucæ à Libro sexto perquire.

PANEGYRICI MORALES CIRCA Literam in Virginis ad Niues dedicationem.

PROLVSIO.



DATA est Mariæ *Libani gloria*, vt *Carmeli* & *Saron* decore donatetur. *Mons Libani* (cum Bernardo sup. *Salue*, loquor) *dicitur candidatio*, *& significat, ô Virgo, innocentiam*, seu puritatem *tuam*. Carmelus autem & Saron fructuum copiâ ornati, non incongruè Deiparæ fœcunditatem expressere. Quàm pulchrè niuea Libani puritas præmittitur, vt vterus ac vbera Virginis dignum Deo habitaculum possent præparare! Nix partem collis Exquilini contexit, vbi Delubrum sacratissimum Mariæ dedicatur. Exornatur equidem Matianus mons puritatis niue, vt eius vterus Christo exurgat in Templum. Anastasius Syna. lib. 4. Exam. *Antè Deus ornauit terram, quàm cælum. Siquidem terra antè cælum ditata fuit Christi mysterio.* Niuea puritas Mariam exornet, priusquàm Christi mysterio ditetur, vt pia laudans fœmina ex vtero ac vberibus Virginem, edoceatur à Domino plùs illam ante partum ex niueâ puritate commendabilem.

Mariana Arboris vitalis FRVCTVS VNDECIMVS.

Bern.

Sina.

SECTIO PRIMA.

Mariæ laudes

TEXTVS.

VERS. 27.  Xtollens vocem Mulier quædam de turba, dixit.

IN MARIÆ AD NIVES DEDICATIONEM PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS

Circa literam.

Ex Virgineis Laudibus.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Extollens vocem quedam Mulier.

Gratissimam sese Domino Mulier illa exhibuit, Mariæ laudes efferendo.

Vbi adnoto, infrenandam linguam, ne Diuos pretextu vllo corrodere audeat.

1. *In laudibus Mariæ Dei operum officina Deus laudatur.*

Ratissimam Christo matris Laudem à fœminâ piâ prolatam innuit Beda extitisse. Nam sicut cæli gloriam Dei enarrant, dum lucidissimi conspiciuntur, quomodo non Dominus extollitur tanto eius commendato opificio? Opificium dixi? Aptiùs dixeris *immensorum bonorum* (vt cum Damasceno, Orat. de Dorm. loquar) *atque omnem mentis captum superantium, & cogitationis, officinam.* Vt igitur Christum, Beda ait, Pharisæorum liberet à calumniâ, vt Christi Filij Dei gloriam posset exprimere, Filium etiã Mariæ vocitauit, gratissimum ex Maternis laudibus ei libans obsequium. *Damasc.*

2. *Munus Deo gratissimum laudare Mariam.* *Bernardi.* *Bonau.*

Apud Templum Deiparam tam continuò orationis, ac meditationis exercitamento vacâsse asserit D. Bernard. Sen. vt nec sõno correpta ab ipso recesserit. Materiã autẽ huiusmodi precũ si requiras, existimo fuisse, quidnã Deo gratissimũ exequi valeret totis cordis ac animi viribus impensis. Affirmat Bonauent. tom. 2. Opusc. cap. 3. de Medit vitæ Chri. sic Puellam loquentem inducens: *Cum pater meus, & mater mea me dimiserunt in Templo, statui in corde meo habere Deum in Patrem, & frequenter cogitabam, quid possem facere Deo gratum.* Quidnam igitur excogitauit Deo tam gratum, vt meritò tam assiduæ orationi materiam exhiberet? Addit pulchrè. *Petebam, vt faceret me videre tempus, in quo esset nata illa beatissima Virgo, quæ debebat Filium Dei parere, & vt conseruaret linguam meam, vt possem eam laudare.* Tota mex interminabilis orationis materies, vt gratissimum Deo munus offerrem, fuit, conseruari à Domino linguam meam, vt possem Dei laudatæ genitricem.

3. *Iniuria maxima Ma-*

Certè nihil ingratius Domino, quàm Deiparam verbis vulnerare. Cruci illigatus passionis gladio vulnerato corpore occisus est; at nusquam animus eius, vulnere affectus; *quia anima non assolet interfici* (ait Beda) *sed corpus.* Profectò erit quando & Iesu & Mariæ animus vulnere saucius ostentetur; *simul* (adiicit Nyssenus) *Filio & Matre periclitantibus.* Quando? Cum linguis impiis Matris gloria fœdata fuerit. Fatur Simeon: *Tuam ipsius animam gladius pertransibit.* Quam animam? *Tuam animam ipsius,* id est vtramque animam amoris vinculo colligatam. Et vndenam gladius nouit occiso corpore ad animum vsque penetrare? Addit: *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Luc. 2. Multarũ mentiũ impiarũ noxiæ cogitationes reuelabũtur linguæ ministerio, mater Domini taxabitur seu de non asseruatâ virginitate post partũ, vel de nõ in partu indẽni flore, &c. En gladium vtramque & Filij & matris animã transuerberantem Origenes egregiè apud D. Thom. in Cat. *Cùm non anima, sed corpus ferro soleat interfici, restat intelligi gladium illum, de quo dicitur: Et gladius in labiis eorũ.* Annon Deus grauiori iniuria afficietur, animo vulnerato, quam corpore? Ergo si Christi animus vulnus sustinet, dum Maria verbis sauciatur, vide, an horribilius sit facinus Christum occidisse, vel Deiparam verbis obscurare? *trem corpore verbis, Beda. Nyssen. Luc. 2. Origen.*

4. *Augusto premio Deus cumulat eum, qui Virginem non vituperat ore.* *Mat. 2.* *Hieron.* *Mat.*

Quòd si tàm grata Domino Mariæ laudatio, tàm ingrata vituperatio eiusdẽ, non mirũ Mariæ laudatores egregiis præmiis donari, obscuratores verò affici suppliciis. Vtrũq; confirmo. Discessuris post inuentum Iesum Magis Dei mens reuelatur, ne reditum pararent ad Herodem: *Et responso accepto, ne redirent.* Matt. 2, Vbi Hier. *Qui munera obtulerunt Domino consequenter responsa accipiunt. Responsum non per Angelum fieri dicitur, vt meritorum Ioseph priuilegium demonstraretur.* Ad cuius expositionem recurre ad Cap 1. Vbi Euangelista: *Ecce Angelus Domini apparuit Ioseph, dicens.* En meritorum Iosephi priuilegium demonstratur, dùm Iosepho, Angelo nuncio, Dei mens reuelatur. Magis autem immediatè à Domino immittitur; solitum enim (authore Alcasare) Regibus, cùm alium Regẽ potentissimũ alloqui curant, non simplici epistolâ, sed immisso nũcio iubere salutari, in quo Regum ostẽtatur qualitas. Quid augustius Iosepho, quã immisso à Domino nũcio (quẽadmodũ & Mariæ immissus) salutari? Age, vndenã Iosepho tãta gloria? Assero loco præmij à Deo viro sãctissimo exhibitã, quia curã exhibuit, ne Mariæ linguã vulneraretur. *Hæc autem (ait Textus) eo cogitante Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicẽs: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam.* Inibi. Suspicatus fuerat maritus non benè de Mariæ coniugis pudore. At minimè quidquam est illi locutus, haud conceptã suspitionem aperuit: *Cum nollet eam traducere.*

ducere, &c. Igitur Angelus Iosepho vti Regi appareat, quodammodo æquali, vt afficiatur tanto honore, quia cum posset iure (noo edoctus) de Maria noo solum suspicari iniqua, sed & ore proferre, vocem cōpressit, quæ non deberet in marianas laudes profundi. Ad meam allicio mentem D. Chrysostomū hom. 4. fantem, *Ecce Angelus Domini apparuit Ioseph, quia nulli narrauit suam suspitionem.* Si mariā non vituperare tanti muneris occasio: quid elatis vocibus efferre?

Chrys.

5\. Venio ad suppliciū. Angelus aperit Zachariæ Ioannē è sterili Elisabetha nasciturū. Cui renuens Zacharias obiicit: *Vnde hoc sciam?* Replicat Aogelus: *Ecce eris tacens, & non poteris loqui.* Luc. 1. Legit Origeoes, *Eris absque sermone.* Et cur Propheta vocis priuatione punitur? & ob quodnā commissum loquelā mutilatur? Sine culpa ille voce Virginis obscutabat purissimā fœconditatem. Nam cùm eidem Angelo postmodum obiecisset: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Angelus, vt præstrueret fœcundissimam puritatem, imprægnationem Elisabeth adduxit in exemplum: *Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua.* Ibid. Aonon ille (voce tenus fateor) abnegabat mariæ purissimam fœcunditatem dubitans de ipsius coofirmatione? Ergo sermonis vsu meritò priuatur: *Eris absque sermone.* Si punitur innocentia ob materiariam cootra Virginem dubitationem: quid non Nestoriana audacia seuerissimè punjatur? Si nec cogitare *quidem de Virgine* piaculum oculis: quid malè de tanta loqui puritate? Edisce linguam infrænare, cum circa Sanctorum specialia præconia sermo procedat.

Grauissime afficit supplicio illos, qui eru maculant Mariæ puritatem.
Luc. 1.

Observatio II.
Ad illa verba:

Extollens vocem quadam mulier.

Deficit vel elata fœminæ vox, solus Christus beata fruens visione potest vteri Mariani beatitudinem dignè proferre.

Edoceris, ineptam concionatorum eloquentiam ad commendandos Diuos, nisi ex Spiritu eleuato profluat eloquium.

6\. Congruè mulier Virginem laudatora vocē extollit, & quantúuis efferat, & cōtendat, prius vox deficiet, quam marianæ laudis particulā attingat; quia *maior omni laude.* Ideo Dominus adiicit: *Quin imo, beati qui audiūt verbū Dei, & custodiūt illud.* Ac si diceret, Vulgares prorsus laudes hominū lingoa quātúuis elatā voce euulgauit mariæ, si cū animi eiusdē sāctitate comparentur. Sola cælestis lingua eius qui Dei essentiam aspicit potest tantæ creaturę exprimere magnalia. Epiph lib. 3. hær. 79. *Immensitatem gratia & gloria, & fælicitatis tua, ò Virgo, considerare cupienti sensus deficit, lingua fatiscit.* Ad beatitudinem enim mariani vteri ac vberū proferendam sensus beatus qui non deficiat, beata lingua, quæ non fatiscat necessaria est beatissima Christi lingua matris encomia prędicantis: *Quin imo, beati qui audiunt verbum*

Elata vox mulieris fatiscit, Christus beatus dignè loquitur.

Epiph.

Dei, & custodiunt illud.

7\. Vt transfiguratioois gloriam oculati testes promulgarent, *Assumpsit Iesus Petrū, & Iacobū & Ioannem, & duxit eos in montem* excelsum, & transfiguratus *est ante eos.* Mat. 17. Cur potiùs hosce selegerit, quęstio est apud Doctores. Placet in præsenti D. Ambros. sententia fantis: *Petrus ascendat, qui claues Regni cælestis accepit; Iacobus, qui primus solium Sacerdotale conscendat; Ioannes, cui committitur Mater.* Ac si diceret: Vt Petrus Ecclesiæ dignus exurgeret Antistes debuit Christi Diuinitatis gloriam profusā aspicere. Iacobus antē quonammodo sacerdotale munus dignè gereret, si apud Verbi incarnati parens tūc speculum officij difficultatem, culminis excellentiam non agnosceret. Quid Ioānnes? Gloriæ illius testis, & particeps, quia *ei cōmittitur Mater.* Ad quodnam munus obeundū commissa Ioanoi Deipara? Postquam Dominus Cruci illigatus Ioānem Virginis alligauit obsequio, Textus addit: *Ex illā hora accepit eā Discipulus in sua,* Ioan. 19 Vbi August. apud Cat. D. Tho. *suscepit eam in sua non prædia, qua nulla propria possidebat: sed officia, quæ propria dispensatione exequenda curabat.* Certè præcipuū Ioannis erga Virginem officium fuit, eius ex Verbi incarnatiooe euulgare præconia: *Et Verbum caro factum est.* Ioan. 1. *Signum magnum apparuit in cælo Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in vtero habens &c.* Apoc. 12. Si ergo Ioanni committenda Mater, vt eius præconia effusā voce celebraret, appositè ad Trāsfigurationis gloriam admittitur, vt sensus acuatur, linguàque beatitudinis differtiono donetur; ne sensus deficiat, ne lingua fatiscat.

Ioannes ad gloriam Transfigurationis eleuatur, quia ei, loquendū de Maria, cura erat imponenda.
Mat. 17.
Ambros.
Ioan. 19.
August.
Ioan. 1.
Apoc. 12.

8\. Olim Deus *immisit soporem in Adam, cùmque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro eā.* Gen. 2. Loco illius particulæ: *Soporem,* græcè legitur, *Extasim.* D. Thom. 1. p. q. 94. a. 1. haud putat improbabile aliquorū sententiam asserentium Adamum tuoc claram Dei essentiam esse intuitum. Et quare ille temporarix visionis gloriā donatur? Existimo, vt dignè Euæ laudes profunderet. Illico enim clamitat: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur Virago, quia de viro assumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Ibid Num primæ Euæ morientiū patentis tantas Adamus euolgat laudes? Richard. Laur. asserit de secūdā Euā locutū. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* (quia vna Christi & Mariæ caro) *Vnde dicit ei Filius Iob 10. Pelle & carnibus vestisti me, ossibus, & neruis compegisti me; quod fuit propriè quando ipsa consensit, quod Filius Dei caro fieret in ea, & ex ea &c.* Vt igitur Adamus digoè de Mariæ Maternitate loqueretur, diuina prius ad tempus fruitur visione, quia solus beatus de ventris ac vberum Mariæ beatitudine dignè loquitur. Imo Adamus Christum Filium loquutum expressit. Nec enim laudare matrem sufficiet nisi qui Deitati vnitus diuini abyssus penetrauit arcana.

Adamus de Eua secunda Maria verba prolaturus, diuina fruitur essentia, ob vteri beatitudinem euulgandam.
Gen. 2.
Thom.
Richard.

9\. Eorum sententiam laudarim qui putant D. Iosephum nihil impurum de Virgioe suspicatum, sed recessum fuisse molitum, quia ea quæ de Incarnatione Verbi (fortasse) cogitabat haud valebat exprimere in Virginis præconium, voce quidem deficiente. Vnde An-

Adami in morem Iosephus laudaturus Vxoris vterum Deo plenum ad beatificā visionem eleuatur.

Mat. 1. Moral. gelus dormienti: *Ioseph fili Dauid &c.* Mat. 1. Morales lib. 1. Tract. 1. n. 14. censet Iosephum aliquando illustratum Dei visione clarâ in terris fuisse, vt dignè de Maria ageret. *Hoc autem eo cogitante apparet Angelus*, vt à fugâ meditatâ absterreat. Ac si diceret, Recedere curas, quia te indignum reputas, qui incarnationis Verbi, vterique virginei gloriam possis proferre? Extasi, Adami in morem, immisso; potitus clarâ Dei visione es, vt sensus ac lingua non deficiat, non fatiscat, cum de Virgine agere, seu differere tulerit occasio.

10\. *Imo ipsa Maria vt beatitudinem sui vteri, ex quo beata nuncupatur, proferret ore, beatifica prius visione cognouit.* Antoni. Bernard. Bernardi. Luc. 1. Canis.

Probabilius omninò æstimo Virginem Verbum concepturam Deum clarè vidisse. Antonin. 4. p. tit. 15. c. 17. §. 1. *Fortè in ipso conceptu illi datum est ad horam vt videret mysterium huiusmodi, vt in Patriâ.* Id quod Bernardus serm. de Ascen. Bernardinus, & alij profitentur. Quid opus Mariâ mysteriũ Incarnationis perspicuè videre? Certe vt corã Elisabethâ dignè posset voce proferre: *Quia fecit mihi magna qui potens est.* Luc. 1. & gratiæ magnitudinem, quæ ipsâ ex maternitate accepit, linguâ valeret euulgare. Noster Canisius lib. 13. cap. 3. sententiam pulchram Dionysij Richelij transcripsit. *Eo, quòd Maria veri, omnipotentisque Dei Mater vera facta sit, tantam gratiæ plenitudinem continet, quantamne ipsa quidem Virgo, nisi Dei contempletur essentiam, perspicere possit.* Si necessarium Virgini ad Maternitatis huiusce gloriam euulgandam Dei essentiâ frui, quid mirum quantumuis elata vox humana deficiat, vt solus Christus qui nunquam non beatificâ potitur visione dignè exprimat: *Quin imo beati, qui audiunt &c.* Edoceor ineptam concionatorum eloquentiam ad Diuorum præconium, ni ex spiritu Dei contemplationi addicto profluat eloquium.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba;

Extollens vocem quædam mulier.

Maternitatis Mariæ priuilegium vix elata vox poterit commendare.

Innuo, Deo gratissimas vocales Diuorum laudes.

11\.  CECINIT aliquando Dauid: *Te decet hymnus Deus in Siõ.* Aliter, *Tibi silentium laus, Deus.* Si Dei magnalia celebranda canentem solum modo sine vocis expressione requirunt affectum, quomodo non prouidit sic hodie Matris suæ gloriam celebrari, sed non solùm voce exprimi curauit, sed omninò producta: *Extollens vocem quædam mulier?* Profectò is est Dei in Matrem affectus, eique Mariani vteri, ac vberum niuea puritas, vt quilpropias curat laudes venerari affectus affusione sine sono, excitat hominum & affectum & vocem, vt simul Marianis laudibus exprimendis curam adhibeant.

Pergo ad præsepium, vbi recèns natum Puerum inuenio, tanquam sponsum quidem ex vtero procedentem, hærentem vberibus, vt niueum liquorem exugat. Annon ad efferendum simul & Filium & Matrem excitaris? Certè & Iesus & vterus vberàque beatificari necesse. At Iesum affectus sine voce efferat, vox autem & affectus Mariam laudet. Curat enim Iesus vni Mariæ vtero ac vberibus commendandis vocem reseruari, ne ex sui ipsius laude lassetur. Pulchram do Laurentij Iustinia. serm. de Nat. sententiam. *Ad præsipe pergo vbi Matrem cum Filio, & Filium Genitricis vbera sugentem inuenies, Vtrumque postulabis, Mariam voce, Infantem solo affectu.* Vox Dominum simul collaudet, affectum comitetur. Deus ipse nos obmutescere facit, vt soli Mariæ vox reseruetur. *Te ore tacentem vociferantem corde Puerulus exaudiet.* Serua ergo vocem commendandæ Matri, ne lassetur, & in morem Zachariæ, *Sis tacens*, siue vt aliter *sine voce*, aut *sine ratione.* Luc. 1. vt vox, imo ratio reseruari valeat laudandæ Mariæ exercitamento, cùm pertexeris post tumentem vterum ad montana. 12. *Cum videt Christum ex vtero egressum, vbera sugentem esse affectu, Matrem voce collaude.* Iustinia.

Vni itaque huic muneri tota vox asseruetur. Quare tota? Quià gloria vteri Mariani non potest non clamoribus celebrari; vnde necessum est vocem de queiscumque reliquis laudibus conticescat; neque enim vox apta clamoribus post laborem loquendi. Zachariam audite. *Et educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius.* cap. 4. E Mariano monte Dominicus sine manibus lapis excidetur. Galatinus lib. 5. arcan. cap. 2. Rab. Hachad. asserit scripsisse. *Maria est petra primaria, ex quâ Messias futurus est.* Iam pergit Propheta: *Et exæquabit gratiam gratiæ eius.* Aliter, *Adduces lapidem primarium cum clamoribus.* Annon Maria primaria petra, ex quâ Christus petra angularis? Adduci potest hæc sine clamoribus externis, solo affectu vociferante; at primarius Marianus lapis cùm celebrandus adducitur, necessariò (sic Domino curante) & affectus & vocis clamoribus commendari debet; *Educet lapidem primarium cum clamoribus.* 13. *Necessario vocibus Maternitatis gloria celebranda est, non sufficit affectus.* Zach. 4. Galat.

An sufficiet ad cantandas Mariæ, ex Maternitate, laudes, humani nostri & affectus & vocis harmonia? minimè, nisi tympanistria ipsa maria non Moysi soror, sed Dei Parens sua præconia celebranda assumat elatâ quidem voce. Eusebius Emissen. hom. 1. de Natiu. *Exulta* (inquit) *Mater salutis humanæ; ecce Domini mei vniuerso Mundo promissum prima suscipere meruisti aduentum.* Apud alium codicem legi: *Exalta Mater salutis.* Id quod aliquibus in exemplaribus constanter inueni. Quod si lapsus scriptoris aut typographi fuerit, argumento meo aptissima extitit cogitatio. O Mater salutis Maria, cum te Deum peperisse contẽplaris, exalta. Quid? Vocem vtique: *Quasi tuba exalta vocem tuam.* Cur Maria tam productam vocem exaltat? Quia vt sese Matrem salutis, 14. *Vt dignè tanta gloria possit celebrari ipsius Mariæ vox necessaria est, imo et ara.* Emissen.

ſalotis, quæ prima Meſſiæ ſuſcepit aduentum poſſit commendare, clatiſſima vox neceſſaria eſt.

15. Vidit Ioannes Mariam Domini parentem ſub imagine illius fœminæ, qoæ *in vtero habens cruciabatur, vt pareret.* Apoc. Eam equidem *magnum ſignum appellat.* Nam vt appoſitè Epiphanius, *ſtupendum miraculum in calo mulieris filius, qui ipſius, & ſeculorum Pater eſt.* Gloria hæc Mariæ minimè celebrari poteſt niſi ipſa ſeſe cōmendans, vocem extollat. Quàm appoſitè Ioannes! *Et in vtero habens cruciabatur, vt pareret.* Qoare Maria quæ ſine dolore peperit, inducitur ſub imagine fœminæ parturientis? Ao vt annoteteur clamores profundere validiſſimos io morem parturientis? Ita planè. At habens in vtero Saluatorem, ſimul vociferatur, vt ſeſe Dei Parentem dignè valeat commendare; neceſſum enim vel ipſius Deiparæ vocem extolli, ad eiuſdem Maternitatem celebrandam. *Extollens vocem quadam mulier.*

Clamat Maria in morem fœmina parturientis, non dolore, ſed alta voce Maternitatē celebrans. Apoc. 12. Epiph.

16. Mente-ne coocepiſti quid illa particola: *Venter, qui te portauit*, gloriæ manifeſtat: Exiſtimas parum tantæ creaturæ, quæ Creatorem paritura erat, Omnipotentem operi inſudaſſe? Damaſcenus Orat. 1. de Dorm. *Pater prædeſtinauit, Spiritus prarigauit, Filius tu ea demum commoratus eſt.* Demom inquam, id eſt, poſt æternam Patris prædeſtinationem, poſt diuturoum à Spiritu ſancto plenitudiois gratiæ rigatum. Matris-ne priuilegia (ne licentiam appellem) contemplatus es? *Exercitus Angelorum*, (ait Epiphanius) *qui ſunt ſcabellum pedum Chriſti procidentes nec videre poſſunt, nec contingere, Maria verò labra labris coniungens, incomprehenſum ſalutabat.* Proh prodigiom Maternitatis nunquam vel elatiſſimâ voce commendandum! Hinc colligo gratas Numini Diuorum laudes, quæ non ſolùm affectu, ſed & voce pia exprimuntur.

Tam altum Maternitatis munus tam alta voce celendum. Damaſc. Epiph.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba,

Extollens vocem quadam mulier.

Pia fœmina Mariam laudat Dominum laudatura; quia ipſam Matrem eſſe Dei, ipſius Dei eſt Panegyris.

Innuo ex filiorum iuſtitiâ parentes apprimè commendari.

17. VIDIMVS lib. 6. à pia fœminâ elatam vocem non ſolum vt Mariam laudaret, ſed vt Chriſtum præconiis efferret. Ideo enim beatus venter, & fœlicia vbera Virginis, quia portauit Chriſtum, quia pauere Saluatorem. Vnde pia illa molier Mariæ gloriam vociferando proferens canit quidem, ſed Maria Panegyris eſt Dei, quo fœmina vtitur, ad Chriſtum collaudandum. Bellè Chryſoſtomus hom. de Nat. *Maria vnitarum inter ſe naturarum officina. Hac ſalutaris reconciliationis eſt Panegyris.* Ex quo enim capite Maria officina eſt vnitatum inter ſe naturarum, hoc eſt, Dei Mater, ipſius Dei, qui ſalutarem recouciliationem operatur, Panegyris eſt, quo vſa fœmioa vocem extollens; *Beatus venter qui te portauit.* Beatitudo enim ſeu gloria vteri Mariani redūdat in Chriſtum. Chryſoſt.

Vis præſtantiſſimam Dei laudem exponam? 18.
Tu ô Domine, apud Mariæ vterum, & ex ipſo iodutus es humaoitate? Deiparæ Archangelus: *Ideóque & quod ex te naſcetur Sanctum vocabitur Filius Dei.* Luc. 1. Ac ſi diceret: quia ex vtero Mariæ prodiiſti, ideo Filius Dei vocaberis. Imò quia ex fœminâ prodiit Dominus Filius Dei, hominis filios communi legi ſicut reliqui ſubditi, obnoxius videtur appellandus, ſante Paulo: *Factum ex muliere, factum ſub lege.* Profectò ex eo quòd ex Maria ortus eſt Dominus, *ideo* noo ſolùm hominis filius, ſed Dei Filius eſt vocitandus; quia ex tantâ Virgine, ex tam purâ fœcunditate natiuitas Deū ſolum decebat. Caietaous: *Non vocabitur tantùm quod naſcetur ex te, filius hominis, ſed Filius Dei. Et ad hoc directè refertur cōiūctio.* Ideo. *Singulari enim modo, congruentiſſimâ ratione ſubſequuta eſt appellatio Filij Dei. Talis enim, & non alia natiuitas*, (id eſt, ex Virgine Maria, è quâ naſcitur Sanctum) *congruit Filio Dei.*

Filius Dei vocatur Chriſtus, quia ex Maria vtero prodiit. Luc. 1. Caiet.

Dauid clamat: *Myrrha, & gutta, & caſſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis.* Pſalm. 44. Vbi Theodoretus aſſerit Chriſtum myrrhæ, guttæ, ac caſſiæ aromatibus ſignificari ob ineffabilem famæ natiuitatis gloriam, quâ Dei Filius à paſtoribus, à Magis, à Simeone, à Propheriſſa prædicatur: vterum autem Marianum domorum eburnearum appellatione ſignati. Igitur nati Chriſti diuinus odor vndenam prouenit? Vodenam diuinitatis fragrantiam emittens obiicitur? Profectò *à domibus eburneis*, ab vtero Genitricis Mariæ. Ex eo itaque quod ex vtero Mariæ procedit, ineffabili Filij Dei nomine inſignitur: *Quod ex te naſcetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Cyrillus Alex. bellè: *Quia ortum ex Maria Chriſtus ſortitus eſt, fit, vt iure, meritòque Nomen, quod eſt ſuper omne nomen, accepiſſe perhibeatur.* Certè Nomen quod ſuper omoe Nomen, nomen eſt Deitatis: *Vocabitur Filius Dei.* 19.

Ab eburnea Mariana domo Chriſtus Diuinitatis fragrantiam emittit. Pſ. 44. Cyril.

Reſpicit quidem Cyrillus Pauli, ac Lucæ teſtimonia. Hic profatur: *Vt in Nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Phil. 2. Ille autem: *Peperit Filium ſuum primogenitum, Mox Angelus Domini ſtetit iuxta* paſtores. *Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militia cæleſtis.* Cap. 2. Vndenam nato Puerulo tantum Angelorum hominumque obſequium? Exiſtimo, quia ex vtero Mariano proceſſit; vterus enim Mariæ nato Domino extitit Panegyris. Maria Ieſum concepit, & peperit? Dignus obiicitur, qoi ab omnibus adoretur. Cyrillus cita. *Quia ortum ex Maria ſortitus eſt, fit, vt iure omne genu cæleſtium, terreſtrium, & infernorum ipſi incuruetur: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noſter Ieſus in gloria eſt Dei Patris.* 20.

A Maria enititur? Dignus, qui ab omnibus adoretur obiicitur ſtatim. Phil. 2. Cyril.

21. *Iure tanta gloria afficitur ex eo, quod ex Maria fuerit natus.* Cyril.

Non miror, à cunctis Dominum creaturis adorari *factum sub lege*; id enim iure tantæ debetur humilitati. At me in admirationẽ abripit ex eo quòd ex muliere nascatur, *iure meritóque* huiusmodi honorem sortitus fuerit. *Quia per inde ac vnus è nobis* (ait Cyrillus) *ortum ex Muliere sortitus est.* Parum esset, tunc cùm ortum ex Maria sortitur creaturis, à Filius Dei prædicari, si ipse Pater æternus idem ingenuè non profiteretur. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Psalm. 2. Sunt qui de temporali etiam generatione Christi hunc locum exponant. Quid igitur Patrẽ excitauit vt Christum ex Muliere natum aut conceptum tam magnificè suum Filium peruulgaret? An Christus vt homo Primogenitus, seu Vnigenitus Patris? Annon Natura diuina, Esau in morem primogenituræ gloriâ stipatur? Quonammodo ergo vel humana Natura Verbo vnita ad tantum honorem euehitur, vt Pater inclamet non subdubitans ad Iacob: *Tu es filius meus Esau?* Sed asseuerantet proclamet: *Filius meus es tu.* Profectò *Maria*, authore Alcuino serm. de Nat. Mar. *Rebecca est, quæ futurorum præscia magnificandi Filij hominus studi manibus suis hædorum pelliculas circũdedit, & colli nuda pretexit. Mulier enim est circundans virum.* Vnde Pater Christum à Mariâ indutũ comperiens, ex pelliculis quidem à Mariâ acceptis eum Deum Filium à Patre genitũ profitetur, Maioratúsque iure, ac meritò gloriâ sublimari procurat: *Det tibi Deus de rore cæli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini.* Et adiicit.

Ps. 2.

Alcuin.

22. *Hærens Dominus Mariano throno fratrum dominator esse dicitur.* Gen. 32. Guarric.

Esto Dominus fratrum tuorum. Quid mirum, si regali amictu eum vidit Throno Mariano hærentem, illum fratrum cunctorum Dominum proclamet? Guarricus serm. 1. de Annunc. *Maria singularem præ omnibus electis inuenit gratiam apud Deum, videlicet vt Dei conciperet Filium, atque ex ebore corporis eius thronum sibi virtus Altissimi excinderet gloriosum. Gloriosus prorsus ille thronus, & mirabilis, de quo Scriptura: Non est factum tale opus in vniuersis Regnis.* Hærens itaque Mariano throno Christus Rex supremus apparet *in diademate* quidem, *quo coronauit eum Mater eius.*

23. *Quodammodo Verbum maius apud Mariã, quam apud Patris sinum.* Aug.

Quid si Verbum maius appareat à Maria carne indutum quàm apud sinum Patris? Ad huiusmodi me ausum excitauit D. Augustin. lib. 1. de Symb. ad Catech. fatus: *Natiuitas Christi fuit humilis & excelsa. Vnde humilis? Quia homo natus ex hominibus. Vnde excelsa? Quia ex Maria.* Paulus aiebat: *Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus.* Phil. 2. Ideo Pater eum ex Mariæ vtero prodire fecit, vt cælites Dominum profiteantur, nomenque super omne nomen accipiat. Annon adorant Cælites sine requie aut intermissione Sanctum sanctorum appellantes? Quonammodo igitur illa particula: *Propter quod Deus exaltauit illum*, qui humiliatus est, intelligenda? Si non accepit vberiorem exaltationis gloriam, quomodo ex humilitate exaltatur? Igitur *propter hoc*, quod ex Maria natus est, excelsus ille excelsior quonammodo apparet: *Vnde excelsa Natiuitas? Quia ex Maria.*

Phil. 2.

24. Salomon admirans ait: *Tria mihi difficilia: viam aquilæ in cælo; viam viri in adolescentia.* Alij *in Adolescentula.* Prou. 30. Vbi Ambrosius descensum Verbi ad Marianum vterum contemplatur. *Quis cognoscere potest, quemadmodum Verbum in Virginem venerit, vt tam felicem fœtum partus Virginalis effunderet? Id est, quod ait: Vestigia aquilæ volantis, id est, Christi Domini aduenientis.* Idem Ambrosius volatum Christi ad Superos Ascensionis die meritò aquilæ comparauit, quia volucrum regina alta petit, cælos penetrat, arduóque volatu nidum collocat supra Solem. At non videtur appositè descensum Domini aquilino volatui aptari. Quid aquilæ cum descensu? Certè Verbum è sinu Patris auolans supremo quidem cælorum fastigio aquilæ pẽnis arduam arripit viam; Maria enim, ad cuius vterum descendit cælis eleuatior est. Annon quodammodo & ipso Diuinitatis fastigio eleuatior ostenditur, si Verbum ad eum properãs dicitur aquilæ, quæ semper ad superiora ascendit, comparari? Bernardus *Maria eleuatior cælis*; quia qui è cælis, imò ex Diuinissimo Patris sinu peruolat aquilæ volatu, sistit in Maria.

Veniens è sinu Patris ad vterum Virginis, ascendens vel elenatus in morem aquilæ pingitur. Pro. 30. Ambr.

Bernard.

25. *Cum egressus fuisset à summo Diuinitatis cælo, quasi ad superiorẽ verticem eleuatur in Mariã sistens.* Psal. 32.

Cecinit Vates: *Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius.* Psalm. 32. Si descendens ad vterum Virginis (de quo Patres locum exponunt) à summo cælo sinus Paterni egreditur, quonammodo occursus eius ad summum illius summi cæli vsque contingit? An suprà summum Deitatis cælum alia augustior, aut eleuatior summitas? Profectò sic Deus Matrem suam eleuari curauit, vt quando è paterno sinu ad ipsam descendit dicatur quodammodo ad præcelsiorem summitatem eleuari. Proh Virginis gloria ineffabilis! Magnum, stupendum quidem est, ab animo Mariæ Dominum magnificari: Magnificat anima mea Dominum: sed magnificari, siue eleuatiorem fieri ex Mariæ corpore, omninò ineffabile obiicitur.

26. *Apud Mariã non solus Dei Filius, sed Saluator appellatur; quasi additio has per Mariam.* Chrysol.

Quàm magnus in Mariâ? Petrus Chrysologus serm. 142. *Concipies*, ait Angelus, *& paries Filium. Ne præsumas hunc vocare Filium tuum, sed mox vt genueris, inuoca Saluatorem.* Cur non præsumet Mater Filium suum vocare Dominum, si Euangelista fatur: *Peperit Filium suum primogenitum.* Certè nomen Saluatoris augmentum est, quod æterni Patris munere Verbo addicitur, fante Apostolo: *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi Nomen, quod est super omne nomen.* Phil. 2. Verbum homo factum vocatus Dei Filius: *Et quod ex te nascetur Sanctum vocabitur Filius Dei.* Luc. 1. Maria igitur non aduocet Dei Filium, suum Filium solum, sed aduocet etiam Saluatorem; vt innuatur ex Mariæ vtero accepisse non solum nasci Deum & hominem, sed & Saluatoris nomine insigniri, quod additum quodammodo diximus Deitati: *Inuoca Saluatorem.* Adiicit: *Integritas Mariæ Filium suum gestat Dominum non alumnum.* Tam magnus apud vterum marianum Dominus ostentatur, vt nomen alumni, aut Filij haud suam exprimat maiestatem, quare sit Dominus vocitandus.

Luc. 1.

27. *Rorans Diuinitatis ca-*

Isaias vociferatur: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant Iustum.* Isa. 42. Nubes iustum profundentes Deipara iuxta illud eiusdem Prophetæ:

Eiusdem & Nobec Maria è sursum incipit ascendentem. Isa.42. pheta: *Ecce ascendet Dominus super Nubem leuem.* Quomodo ascendet super nubem Mariam, si cæli rorantes nobi immittunt liquorem Saluatoris? *Rorate* ait *de super.* Alij. *Super.* Sursum ascendit nos, & ideo ascendit Dominus super Nubem, quia Maria supra cælos Diuinitatis quodammodo à Deo constituitur, vt Dei Filium suscipiat ascendentem, & quasi crescentem ex eo quòd ad Deiparæ vterum deferatur. Pulchram do D. Ildephonsi sententiam serm. 8. de Assump. *Ildeph.* *Denique Maria tantum se ad cæli fastigium sublimauit, vt Verbum in principio apud Deum, id est, Dei Filium de summâ arce susciperet.*

28. *Deitati Maria coronam addidit.* Annon diadema addit capiti pulchritudinem, gloriam? Quis dubitet? Porrò illud ipsum Deum in vtero Mariæ gestari, idem est, ac eidem coronam addidisse. *Venite, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater eius.* Cant. 3. *Cant. 3.* A Matre Christus diademate stipatur quando ipsum circundans, induit humanitate. *Gilleb.* Gillebertus serm. 21. in Cant. *Fæmina circundabit virum, quemodo circundat corona caput. Caput Ecclesiæ Christus gloriosus planè in illo splendore gloriæ, & Paternæ substantiæ figura, sed* (attende) *superaddito nostro quedam velut fuco naturæ.* Quid Virgini gloriosius, quàm Deitati aliquid quodammodo addidisse? *Superaddito, &c.* En Maria Domini *Panegyris.* Edocemur ex præfatis, opus perfectum opificis peritiam commendare. Tãta maria Conditorem magnificat. Filij sapientes, ac iusti parentibus adiiciunt ornamenta.

Observatio V.

Ad illa verba.

Extollens vocem quædam mulier.

Laudans fæmina Mariam quasi Christum inducit Matrem Panegyricis efferentem.

Doceo filios ex honore parentibus exhibito commendari.

29.  I vox extollitur ad commendãdum Saluatorem dum Virgo laudatur; quia maria Dei Panegyris est: consequenter asseto vocem fœminæ claram ad laudandam Mariam commendato Saluatore; Christus Matris est *Panegyris.*

30. *Sola Dauid digna, quæ à Dei filio ambiatur eo quod ob vterum Virginis ad eum pertineat.* Angelus Deiparenti fatur: *Et dabit ei Dominus sedem Dauid patris eius.* Luc. 1. *Luc. 1.* Exiguum munus reputauit Bernardus à Patre Dominũ accepisse; *Bernard.* dum ei thronus Dauidis promissus est. *Quid magnum promittitur ei, qui sedet super Cherubim, quem Propheta vidit sedentem super thronum excelsum, & eleuatum; sedere in throno Dauid?* Profectò quodcunque munus à Patre acceptum ex intuitu humanitatis apud Deiparæ vterum sibi assumptæ, egregium munus in Dei conspectu apparet. Tanquam Mariæ Filio ei iure Dauid sedes præparatur; quia Virgo hæres Dauid. At tantæ apud Dei Filium æstimationis è Maria ortum esse, vt vel promissam sibi Dauid sedem ambire videatur: *Da,* inquiens, *imperium tuum puero tuo,* filio quidem *ancillæ tuæ.*

Pater Angelos inuitat, vt Regem Christum diademate stipatum adorent. *Egredimini, filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater eius in die desponsationis, & lætitiæ.* Cant. 3. Homines aptius inuitentur, vt videant Deum humilitatis documenta perhibentem. Angelos aduoco, vt lætentur, non vt compungantur: *In die lætitiæ,* materna linguâ exponã: *Esta para visto.* Quodnam itaque illud nouum ornamentum, quod Cælitibus possit specialissimæ gloriæ fulgorẽ ministrare? Diademate apparet cinctus, quod accepit à matre. Gillelmus. *Diadema, quo coronauit eum Mater, nempe Regiam nobilitatem assumptæ humanitatis, qua eum coronauit.* Quis non crederet à matre Dominum obscuratum, dum accipiens humanitatem *formam serui* accepit? Certè tam fulgens Patris cõspectui hæc serui forma, vt Regiam dignitatem præseferre videatur, dignissimam, quæ à Cælitibus aspectetur: *Et videte Regem.* 31. *Tam fulgens Dominum in Matris diademate, vt Pater Angelos ad aspectum inuitet. Cant. 3. Gillel.*

Quid si Christus Patris æterni Filius cùm sit, tanti æstimet matrem, vt expetat nos ab ipso mariæ nomine dona efflagitare? Cæcum in lamantem audire: *Iesu fili Dauid, miserere mei.* A te ô Dauidis nate, peto, vt me lumine dones Sol iustitiæ. Heus bone, non-ne aptiùs dixisses? *Iesu Fili Dei summi, miserere.* Haud opus Filij hominis, sed Dei Filij visum cæco nato conferre. Quid igitur cæcus ille nomine Filij Dauid significare curârit, vestigare oportet. Tertullianus lib. 4. con. marc. asserit idem fuisse ac si diceret: *Iesu Fili Mariæ, miserere mei.* Iam calleo cæci acumen, imò Christi mentem me consecutum arbitror. Tanti apud Christum momenti marianus respectus vt qui in Nuptiis Chanæ visus fuit matris imperium Patris dispositioni meritò præposuisse fatus: *Quid mihi & tibi est mulier?* in præsenti respectum matris vel Patris omnipotentiæ præponere videatur. Vnde implorato Virginis auxilio, mox iam ad miraculi excitationem accingatur, qui etiam tũc respectu matris gessit vini ex aquâ profluentiam, ante quàm operandi miraculi instantia exigeret. *Qui vult* (adiicit Doctor) *videre, Iesum Dauid Filium credat per Virginis censum.* Ac si diceret: Qui vult donari visu, efflagitet à Iesu matris inuocatæ intercessione. *Quid per censum Mariæ?* Certè Christum è Virgine natum esse, idem est, ac censum accepisse, quo ad redditus iure adstrictus esse videatur, omnia vtique conferendo eis, qui matris nomine curant efflagitare. 32. *Experit Christus nos à se beneficia Matris nomine efflagitare, quæ illico confert. Tertul.*

Obiicies tot encomiis mariam à Christo celebrari post matrem effectam. Scio ineffabilem esse mariæ gratiæ plenitudinem priuilegio maternitatis fante Abbate Cellense lib. de Pan. cap. 12. *Quia simul collecta gratiæ plenitudo nullatenus creatura humana capacitate potest apprehendi, in quatuor capita dicitur diuidi,* id est, in cunctas rationales creaturas. *Priuilegio tamen filij sui suprà totius creaturæ meritum Mater Dei* 33. *Prius quam Maria Mater Dei esset, eam Verbum veneratum est. Cellens.*

asspersione

aspersione Spiritus Sancti tota Deitatis gratia est superfusa. Si hoc Filij priuilegio Deiparæ damus, haud tàm resonans Panegyris. Profectò Deus ostendit quàm esset Virgo à Sanctis efferenda, priusquàm Mater Dei efficeretur. Ingressurum enim Verbum Mariæ thalamum, eum tàm præcelsum aspexit, vt ineffabili reuerentiâ afficeret. Pulchrè D. Hilarius ser. de Ascens. *Verbum diuinum sinum Virginis inuiolabiliter pertransiit, sicut reuerenter intrauit.* Parum iam Moysem reuerentiæ prætextu calceamenta soluere ad rubum accessurus, typum Incarnationis, si ignis ipse haud rubum læsurus, rubum adeò pulchrum aspexit, vt ante mysterij perfectionem reuereretur. Ex præfatis filij parentum honori curam impendentes commendantur. (Hilar.)

SECTIO SECVNDA.

Maria vterus.

TEXTVS.

VERS. 27. B Eatus venter qui te portauit.

IN MARIÆ AD NIVES DEDICATIONEM.

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS Circa literam.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Beatus venter qui te portauit.

Tanta Mariani vteri beatitudo, vt Deo ipsi locum constituat deliciarum, cælestémque irriget gloria Paradisum.

Innuimus animum immaculatum deliciarum Deo locum præparare.

1. Deò Mariæ venter beatus, vt Deum Verbum in sinu Patris æternâ immersum beatitudine ad eum descendat, quasi ad deliciarum locum, vbi ineffabili beatitudine potitur, ac si soli Deo beando hic beatissimus vterus exædificaretur.

2. *Vadam* (inquit Dominus) *ad montem myrrha, & ad collem thuris.* Cant. 4. Legunt LXX. *Vadam mihi.* Rogas, quinam mons, ad quem sibi properat Conditor, qui ad alios montes non sibi, sed hominibus properauit? Ad cælum ipsum non sibi, sed hominibus ascendit, iuxta illud: *Vado vobis parare locum.* Sibi autem solummodò ad vterum Virginis descendit. D. Zeno Veron. lib. 3. ser. 6. *Ab æternâ sede profectus Dei Filius in prædestinata Virginis Templo sibimet castrametatur.* Certè *cælum cæli iam Domino*; terram autem filiis hominum largitus fuerat. Vt autem homines meliori loco donaret, ipseque meliori in arce castrametaretur, hominibus in cælo parat locum, sibique in Mariæ vtero præparat Tabernaculum.

(*Sibi Deus venit ad vterũ Mariæ, qui hominibus properauit ad cælum.* Cant. 4. — Zeno.)

3. At cur Dominus è sinu Patris ad Virginis vterum sibi consulens properauit? Profectò quia ineffabilibus apud ipsum deliciis fruebatur. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum Paradisum.* Gen. 2. An locus voluptatis distinctus à Paradiso est? Ita planè, si è loco voluptatis fluuius profluit ad paradisi irrigationem. Admitto in præsenti expositionem; existimo enim Paradisum locum voluptatis esse à cuius superiori parte tanquam fôs apud hortum fluuius profluebat ad ipsius Paradisi reliqui irrigationem. Paradisus igitur tibi sit cælum vbi Dominus habitabat; locus autem voluptatis Deipara. Quæ quidem impetu fluminis lætificantis cælum, siue paradisum cælestem irrigauit: si quidem vel cælum ipsum videtur Deo locus voluptatis non extitisse. Vnde gloria cælestis Dei ad vterum Virginis descendit, vt è loco voluptatis ac beatitudinis cælestis paradisus valeat irrigari. Petrus Dam. serm. de Annunc. *Locum* voluptatis *vterum Mariæ intelligo, in quo cumulauit* sibi *omnes delicias deliciarum Dominus. De cuius deliciis Spiritus sanctus admiratorio sermone sic eructat: Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens?* Admiratur Spiritus? Annon ex nouitate oritur admiratio? Nùm nouæ Conditori deliciæ Marianæ? Proh vteri Virginis beatitudo!

(*Ideò ad vterum Mariæ Dominus descendit, quia ineffabilibus deliciis ibidem fruitus est, in cælo quodammodo non potitus.* Gen. 2. — Damia.)

Pondero

4\. Pondero testimonium hoc: *Quæ est ista, quæ ascẽdit deliciis affluens?* Cant. 4. Ascendit quidem Maria, vt eius vterus voluptatis irriget Domino Paradisum, eúmque ineffabili beatitudine perfundat, vt iam quodammodo per Mariæ vterum beatitudine perfruatur. Appositè citatus Damianus: *Nunquid in Angelis voluptatẽ habet Altissimus, in quibus ipse reperit prauitatem? Nunquid in constellatione vel scintillatione stellarum, quarum aliæ conuertuntur in sanguinem, aliæ cadunt de cælo, aliæ in tenebras obscurantur? Non est locus voluptatis nisi Vterus Virginis.* A quo quidem fluuius ipsam Dei Ciuitatem lætificans profluit.

Ascendit Maria, vt eius vtero locus voluptatis cælestis Paradisi irrigaretur, deliciis profluentibus. Cant. 4. Damian.

5\. Apud vterum itaque Virginis quodammodo à Patre procedens Spiritum sanctum cum Patre spitans cum Patre & Spiritu sancto cælesti beatitudine potitur tantâ quidem, vt certo modo audacter quidẽ possim asserere nullibi sic Dominum fuisse fruitum beatitudine. Audi Mariam profantem. *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Cant. 1. Vbi particulam illam: *Dum*, expendo; idem est enim quod *Postquam.* Ac si diceret: Postquam apud vterum meum Dominus cõmoratur, beatitudinis fragrantiâ simul cum Patre ac Spiritu sancto fruitur. Audi Alanum Card. *Postquam* gloriosa Virgo ventre concepit, factus est in ea spiritualis Christi *recubitus*, seu Paradisus. *Vbi enim specialiter cœnauit cum Patre, & Spiritu sancto, vbi specialem fecit mansionem, vbi specialiter & plenè recubuit nisi in Virgine, in cuius ventre secundùm humanam naturam perfectè recubuit?* Quasi non alibi sic specialiter & plenè cum Patre ac Paraclito recubuisset, cœnasset. Ideò properante Verbo ad vterum Mariæ, Pater adest, Spiritus superuenit: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Luc. 1. Vt simul cum Verbo nardi Mariani deliciis perfruantur. *Ergo dum esset Rex in accubitu suo, id est, in me, seu in meo ventre, nardus mea dedit odorem.* Vis deliciarum præstantiam exprimam? Gillelmus, *Toto tempore, quo Rex erat in accubitu suo, in meo vtero in magnis degebat deliciis deuotionis mea, & cõsitebatur ingiter cogitatio mea, & reliquiæ cogitationis mea diem festum agebant illi.* Si ex reliquiis cogitationum Mariæ tanta solemnitas, quid ex virtutum Mariani Paradisi aromatum affluentia?

Quodammodo Verbum in vtero Virginis singulariter cum Patre ac Spiritu sancto potitur beatitudine. Cant. 1. Alan. Luc. 1. Gillel.

6\. Pondera illud: *In magnis degebat deliciis.* Quarum quidem memor discessurus Dominus de hoc Mundo ad Patrem; assumendus in gloriam, præmium tot operum, tot virtutum, tot laborum requiem recepturus, expetit quodammodo rursum vterum Marianum inire, quasi apud Mariam tota gloria contineretur. Amplius expendo præfatum Canticorum locum: *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Cap. 4. Ex Oliueti vertice ad gloriam assumat. Ad quamnam autem, si ad Mariæ Montana non ascenderet? Guarricus serm. 1. de Ass. Ibo ad montem myrrhæ. *Videtur sermo iste esse huius diei prophetia per Salomonem olim prædicta, per Iesum hodie impleta. Hodie namque venit in illum montem altissimum montium, montem non solum thuris & myrrhæ, sed omnium aromatum: dico autem Virginem omnium plenam gratiarum.* Assumptionis hic dies non Ascensionis, Virgo volat ad Filium, non Filius descendit ad Matrem. Quonammodo ergo Dominus se volaturum ad Virginem affirmauit? *Hodie venit in illum montem.* Quia apud cælum cæli constitutus, ad dexteram Patris residens post Ascensionem, adhuc memor deliciarum vteri Mariæ, expetebat à beatitudine Patriæ in superiorem quodammodo sibi beatitudinem auolare. *Vadam mihi* (ait Abbas) *ad montem myrrhæ.* Collige animi immaculati pulchritudinem Deo adeò charam, vt inibi sibi præparet deliciarum locum.

Discessurus Dominus de hoc mundo in gloriam expetit rursum vterum Marianum inire. Cant. 4. Guar.

Observatio II.

Ad illa verba:

Beatus venter qui te portauit.

Vterus Mariæ inclamatur beatus, quia apud ipsum niuium thesauri in Diaboli debellationem præparati.

Innuo filios mores parentum sapere.

Beatus meritò vterus Mariæ vocitatur, sicut Iudith, post partum ex hostibus hominum triumphum. Etenim Mariani ventris ope cuncti humani generis hostes sunt debellati. *Imbi niuis thesauri, quos Dominus in diem pugnæ & belli præparauit*; ab vtero enim Mariæ Christus durus bellator surgit. 7.

Sapiens fatur: *Omnipotens sermo tuus, Domine, à Regalibus sedibus durus debellator in mediam terram prosiliuit.* Cap. 18. Quandonam Verbum Dei potentissimum in mediam terrã venit, nisi quum in *medio terræ* nempe in vtero Mariæ Mundi est *salutem operatus*? Tunc quidem aereas hostium comminuit Potestates. Hugo Caten. sic: *Exiliens de cælo, id est, saliens ex sinu Patris in vterum Virginis durus debellator; quia durè & fortiter aereas Potestates debellauit.* An vterus Marianus qui fuit Verbo Paradisus ad voluptatem, simul stadium extitit ad aduersariorum potentiam debellandam? Ita planè. 8.

Verbum in vtero Mariæ durus bellator aduersus Diabolum. Sap. 18. Hugo.

Id quod præuidens Isaias Regi inclamat: *Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter quod dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet.* Cap. 7. Sic expendit Cyprianus: *Non pusillum vobis certamen cum hominibus,* (sed quidem magnum cum Principibus tenebrarum) *quod Deus præstat agonem.* Id est, in agonem horribilem præparatur. *Propter quod dabit Deus ipse vobis signum: Ecce Virgo in vtero accipiet.* Signum-ne pugnæ, quam cum Principibus tenebrarum Deus curabit instituere, est Virginem in vtero accipere, seu concipere Saluatorem? Ita sanè. Ex quo enim vterum Marianum Deus iniuit, ab ipsâ Matre & pietatis & timoris excitatus paratur ad prælium, humani generis hostes extincturus. 9.

Vterus Mariæ signum est Dei contra Dæmones pugnæ. Isa. 7. Cyprian.

Profectò

Priusquàm Verbum vterum iniret Mariæ, ex eius respectu hostes nostros iam debellabat. Isa. 9.

Cyrill.

10. Profectò vterus Marianus tàm addictus hominom filiorum incolumitati, vt non solùm postquàm Verbum in aluo excipitur, sed cùm ambit vt excipiatur, ex oardi fragrantiâ, ex ardore charitatis Virgineæ prosiliente, iam pugnax Dominus hostibus ostentatur. Isaias ad hæc: *Iugum oneris eius & virgam humori eius, & Sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.* Cap. 9. Vbi Cyrillus iugum, virgam ac Sceptrum exactoris, & à peccaro & à Diabolo angustias iotroductas in Mundum exponit. Has Dominus *sicut in die Madian*, commiouit. Cur Domini victoria Madianitarum excidio comparatur? Profectò Dux Gedeon, qui Madianitas detriumphauit, idem est, ac *Circumiens vterum*, vt innuatur illius Ducis victoria, qui io vtero Virginis peccatum ac Dæmonem debellauit. Obiicis Christum apud Marianum vterum habitantem potiùs ab ipsa circumiri, iuxtà illud: *Fœmina circundabit virum*, quàm *vterum circumire.* Certè priosquàm Deus ad aluum Virgineum diuerteret, tunc cùm circumibat, ex amore ad ingressuon, ex respectu ad habitaculom iucundum, iam hostibus terribilis apparebat.

Dùm venientem ad vterum suum contemplatur Maria, iam eum videt pugnacem, serpentes comminuentem. Cant. 2.

Ambr.

11. Nondùm Spoosus ad vterum aduentâtat, cùm clamabat Sponsa: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est Dilectus meus capræ, hinnuloque ceruorum.* Cant. 2. Et cur cùm ad iogressum præparatur, priusquàm in vtero excipiatur Virginis, ceruorum hinnulo comparatur? An quia exitialis ipse serpentibus? Ita quidem. Quare nunc poterat Diabolus illa socij verba vsurpare. *Venisti ante tempus torquere nos.* Quid ante vteri ingressum nos ad pugnam arripis? debellas? comminuis? sine tempus humanitatis tuæ adueniat apud Virginis vterum, & hominis, & mansuetissimi erga homines ornatus indumento. Ambros. in Psal. 116. ser. 6. *Meritò*, cùm venit, cùm salit, cùm ad ingrediendum Mariæ vterum præparatur, *sicut hinnulus ceruorum. Hinnulus quasi filius, cui paternæ inoleuerit vis naturæ, vt eum serpentes fugiant. Denique eductus de latibulis serpens, qui educebatur ex homine, dicebat: Quid venisti ante tempus torquere nos? Expectamus ergo salientem hunc hinnulum, vt non possimus timere serpentem.* Quàm aduersus hominom hostes terribilis Deus post vteri ingressum, post egressum ex vtero, si ambiens, circumiens illum tàm exitialis Dæmoni, tàm salutaris homini ostentator!

Nos ad eundem vterum confugientes cerui enascimur Diabolo horribiles. Damasc.

12. Christus igitur ante ingressû vteri ceruus effectus exitialis Diabolo, post ingressom, horribilior hostibus efficitur, vt homines alliciat ad aluum Marianum, apud quem à Deiparâ filij equidem oascentur ceruorum inferni serpenti exitiales, inuisi. Id quod Damascenus Orat. 1. de Nat. Mar. adseruit, fatus: *Mariæ vterus Piscina, quæ non ministrum Angelum accepit, sed illum magni Consilij Angelum, tamque bona pluma in vellus absque vllo strepitu descendit, atque omnem naturam morbo laborantem in salutem & vitam restituit, ob quem Paralyticus ille qui in te erat tanquam ceruus exiliit.* Tanquam ceruus quidem, vt Christi in morem filius Mariæ adoptiuus serpentem Diabolum superaret. Edisce filios vterum sapere, siue pareotum mores ebibere.

Observatio III.

Ad illa verba:

Beatus venter qui te portauit.

Memor Mariani vteri Dominus, quodammodo cuncta pro nihilo reputat.

Vbi de honore à filiis parentibus exhibendo.



I fœmina illa Christum Dei Filium esse crediderit, vt pluribus placet Doctoribus, cur non opera manoum Domini excitantium miracula, Diabolum abigentium commendauit? Cur non Angelos ac homines laudauit obsequentes? *Beati viri, & beati serui.* 3. Reg. 10. *Beati omnes qui diligunt te.* Tob. 13. *Beata gens, cuius est Dominus.* Ps. 32. Cur non opera mirabilia oeum benedicentia exaltat? *Benedicite omnia opera Domini Domino*, Dan. 3. Sola-ne Maria ex vtero, qui Deum portauit, digna laode, cùm curaoit pia fœmina Christi Filij magnalia recenseos, gloriam sublimare? Certè ea est Christi Mater, vt qui illius laudibus affectum efferre quit, debeat quodammodo reliqua Dei opera, reliquos homines prætetire. *Vna* est enim Christo Mater, hæc sufficit, cætera cuncta quasi pro oihilo reputantur. 13.

Pro vna Matre margarita Orbis, cunctas Deus dimendaret creaturas. Matt. 13. Cyrill.

D. Cyrillus Alex. Orat. coot. Nest. *Tu, ô Maria, es margarita Orbis terrarum.* Et quare Deipara Orbis margarita vocitatur? Recurre ad oegotiatoris parabolam: *Simile est Regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, & inuenta vna pretiosa margarita, vadit, & vendit omnia quæ habet, & emit illam.* Matt. 13. Ea est huius pretiosæ margaritæ apud negotiatorem pretium agnoscentis æstimatio illius, vt meritò pro vnâ cuncta diuendat. Profectò Mater Christi, cuius in vtero Dominus requieuit, tàm pretiosa margarita est, vt posset iure Dominus pro vnâ reliquas omoes creaturas derelinquere. 14

Ideò tantæ æstimationis, quia apud vterum eius est thesaurus absconditus. Matt. 13. Rich.

Ratiooem subiiciam ex parabolâ thesauri: *Simile est Regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum.* Matt. eodem cap. Vbi Richardus Laur. agrum Deiparam exponit; thesaurum autem Dei Filium, qui absconditus in Mariæ vtero ipsi cælesti Verbo reuelatur. Cûcta igitur vendit, quasi pili æstimaret, vt agrum Marianum ex cælesti thesauro prædiuitem sibi acquireret. Maria enim Dei Mater vel ex vteri gloriâ tanti in Dei conspectu valoris est, vt posset præ se vnâ facere omoes facilè derelinqui. 15.

Vendidit-ne cuncta, quæ possidebat ad 16.

vnius

Sanguinis diuitias Matris emendo agro Deus impendit.

vnius Mariani agri, cuius in vteto cœlestis thesaurus, acquisitionem? Diuitiæ hominis Dei sui sanguinis pretium. Vnde profuso pro hominibus sanguine Christi, vniuersa, quæ homo hic habet, proculdubio venduntur. Porrò vnam sic Marianam margaritam æstimauit, sic agrum: vt videretur totum sui sanguinis pretium pro solâ Mariâ comparanda impendisse. Augustiora proferam. Totum sanguinis pretium profudit, vt Mariam suam esse Matrem ostenderet, vterique eius gloriam exponeret. Bellè Ildephonsus serm. 8. de Assump. *Vt se veram Matrem ostenderet, verum se hominem, tormenta patiendo monstrauit.* Ildeph.

17. Laudo illius Authoris ingenium, qui asseruit, in Ioannis Euangelistæ commendationem, illum à Domino hæredem vniuersorum constitutum. Recolens enim diuitias, quæ Discipulo legatæ fuere, inuenio solam Mariam à Domino accepisse. *Cùm vidisset ergo Iesus Matrem, & Discipulum stantem, dixit: Mulier ecce Filius tuus. Deinde ad Discipulum: Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam Discipulus in sua.* Ambros. *In suam.* Ioan. 19. Iam Dominus quodammodo omnia abdicat bona, vnam Ioanni Matrem tradens. Vnde mox inclamat: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Mat. 27. Quid Christum derelinqui, nisi omnibus vacuum remanere? Dereliquisti me solum. Cur ô Domine Rex cæli & terræ cunctis abundans creaturis te solum derelinqui proclamas? Quia vnicam Matrem testamento legans ei, qui *ex illa hora* priusquàm Spiritum mittam *in suam* accepit, videor cunctis bonis orbari, quia cuncta respectu Mariæ quasi nihil.

Legans Iesus Matrem Ioanni, eum omnium bonorum hæredem constituit.

Ioan. 19. Ambr. Mat. 27.

18. Expressit Dominus huiusmodi in Matrem affectum, fatus: *Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt.* Cant. 6. Ambrosius legit pro auolare, *eleuari.* Dominum Cruci suffixum contemplemur tam addictum Matris saluti, & commoditati, vt quodammodo omnium hominum obliuiscatur. Vnde audiens Ambrosius lib. de Inst. ad Virg. cap. 7. Christum fantem Ioanni: *Ecce Mater tua,* ait: *Paulisper publicam salutem differt, ne Matrem inhonoram relinquat.* Quasi eleuatus è Matris respectu, cunctos fideles saluandos obliuioni committeret. Auerte igitur ô mater, à me oculos, ne adeo eleuer, vt reliquorum fidelium, quorum gratia ad tuum vterum descendi, saluti operam non impendam. Pulchram do Ambrosij eiusdem lib. de Isaac cap. 7. sententiam. *Auerte oculos tuos à me. Etsi tu perfecta es, alia mihi adhuc retinenda sunt anima, alia fulcienda. Eleuas enim me videndo; ego autem ideo descendi, vt omnes eleuem. Vult ergo auertere illam oculos, ne eam considerans, eleuetur, & cæteras animas derelinquat.* Quasi ex huiusmodi eleuatione cuncta alia obliuioni committens solius Mariæ saluti curam impenderet. Hinc edisce quàm à filio probo vteri memore parens debeat honorari.

Vna aspecta Maria, sic eleuatur Dominus, vt quodammodo reliquorum salutem non curet.

Cant. 6. Ambr.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba:

Beatus venter, qui te portauit.

Vteri Mariani Diuinitas fulgurat.

Adnoto, ex filio augusto egregiam gloriam in parentes exundare.



VR non proclamauit: *Beata Mater tua?* Quia Maria ineffabilibus laudibus effertur, cùm vteri eius, qui Dominum portauit gloria commendatur. Cunctæ enim marianæ laudes ex vtero profluunt. Profectò mariæ gloriam non agnoscebamus, donec ex vtero eius Christum procedentem aspeximus. 19.

20. Sponsus Ioseph *non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum Primogenitum.* Mat. 2. miror virum castissimum Virginis coniugem, qui monitu Angeli mysterium calluit, qui sponsæ omnia nouerat, haud mariã cognouisse, donec peperit. Profectò licet ante partum, antè vteri respectũ ineffabilibus priuilegiis maria redundans à Iosepho cognosceretur, quasi nihil cognouit de illa, donec ex eius vtero sponsum tanquam è thalamo procedentem vidit. An post partum cognouit? Ita planè. Audi Epiphaniũ hær. 38. *Non nouerat, quòd talis gloriâ honorandus esset aliquis in terra, maximè Mulier. Non igitur cognouit ipsã, donec peperit, donec vidit miraculum ipsius, donec vidit genitum ex ipsa.* Nouit quidem mulierem suam coniugem Dei Filium parituram, Angeli ex monitu: *Paries Filium, &c.* At huius miraculi præstantiam ex vteri Deum profundentis gloriâ calluit perfectissimè. Vnde quodammodo antè partum non cognouisse, asseratur.

Vel ipsius Maternitatis Mariæ mysterium, & gloriam non cognouit Ioseph, donec ex vtero Dominum profundente calluit.

Mat. 2. Epiph.

21. Certè dignouerat ille sponsæ pudicitiã, patientiã fuerat admiratus, cõtemplationẽ, apud Delubrum sacrum abstractioẽ, ineffabile ad sacrarũ literarũ cognitionem ingeniũ, verborũ parsimoniam, oculorũ modestiam, charitatem flammeam, interminabile ieiunium fuerat contemplatus. Attamen cùm ex vtero Deum procedentem vidit, ad tantam elogiorum spõsæ eleuatus est cognitionem, vt quasi in tenebris habitâsse se crediderit. Author Imperf. hom. in cap. 1. ait: *Verè non cognouit eam antè, cuius fuerat dignitatis, quæ Vnigeniti Dei facta fuerat Mater. Sed postquam peperit, tunc cognouit, quòd speciosior, & dignior facta fuerat quem totus Mundus non capere poterat, nec merebatur accipere, quasi in angustum cubiculum vteri sui sola suscepit.* Prodigium eam gratiæ præsumpsit spõsus, sed nõdũ perfectè calluit donec post partũ, post emissionẽ eius, qui magous, qui Filius Dei. (*Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur.* Luc. 1.) ex immẽso Filio exoriẽte dignouit immẽsi vteri, immẽsioris animi

Ex immenso Filio vteri, ac totius Mariæ nouit immensitatẽ.

Imperf.

mi vacuitatem. Vnde clamauit ille Virginis cultor: *Capacior cælo, amplior elementis.*

22. *Ex comparatione creaturarum non dignosces quanta Maria ex vteri mysterio.* Hier.

Attamen vulgaris prorsus quælibet comparatio Mariã cum creaturis quantumuis præcelsis cõponens. Quid igitur? Illa Mariç gloriã post vteri mysteriũ cognitioni nostræ præsentabit comparatio, quæ illam proximã statuerit Deitati. Vnde D. Hieron. ser. de Assump. *Celsior sublimibus fastigiis, gloriosior prærogatiuis meritorum, ita vt nullis iam visibus ipsa eadémque mancipanda, nisi diuinis.* Tã præcelsa Maria, vt solus Deus solummodo illã possit intueri. Nec vllus Angelorum aut hominum aspiciet, nisi illa è fastigio rursum ad nostrũ captũ submittatur, clamantibus cunctis: *Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Et vndenam ad tam eleuatum fastigium Deitatis euecta est, nisi vt eius vterus Deum posset excipere? D. Gregor. ad cap. 1. lib. 1. Reg *Maria, vt ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum Choros, vsque ad solium Deitatis erexit.* (Greg.)

23. *Vterus Mariæ quasi superbi semper, vt soliũ Deitatis attingat, imò superbus emicat mox soliũ Deitatis effectus.* Zenon. Ps. 73.

Pulchram Zenonis Vero. ser. 3. de Nat. Mat. sentẽtiam expẽdo. *Superbus emicat venter Verbo.* In cuius expositionem in primis præmitto de superbia sancta, quæ *emicat*, fieri sermonẽ. Improba enim (authore Ausonio) *tenebris Tartareis sũper addicta est.* Vnde Lucifer stellas extinxit tenebris vtique emancipandis. Deinde superbiæ motem exprimo nunquam non ascendentem iuxta Dauidicum: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Psal. 73. Finitum illa creaturarum terminum facilè pertransit, & non habens quò ascendat ad ipsum Deitatis solium expetit auolare, quia *semper ascendit.* Vnde superborum parens: *In monte Testamenti collocabo solium meum, similis ero Altissimo.* His prçmissis, dum D. Zeno vterum Mariæ contẽplatur Deum continẽtem, eum ita aspicit eleuari, vt Dei sedes effectus, & in monte testamenti, & Altissimo similis esse videatur, meritò ad illum verticem adductus, quem superbia Luciferi cupiebat. *Ascendit semper* sanctissimus Mariæ vterus superbia quidem emicanti.) Deũ continet vterus? Homines cũctos transcendit, Patriarchas, Apostolos, martyres, &c. Angelos, Cherubinos, Seraphinos, &c. superat, spaciorúmque imaginatiorum immensitate victa, ad ipsum Deitatis solium accedit; quia ipse soliũ Deitatis: *Superbus emicat venter Verbo.* Quid plura? Imò non ascendit superbiens, sed mox Verbi fit sedes Altissimo quodãmodo similis.

24. *Vterus Mariæ immensiũ Verbo sinum offert, vt quodammodo emansisse ũ Patris deserat.* Zeno.

E sinu Patris Verbum ad Marianum demittitur Vterum, quem Patris sinum quodãmodo esse deprehendit. Zeno citat. *Requiescit libens florentissimo in domicilio castitatis.* Quonam modo ô Domine, nouem mensium spatio, sinum arctissimum Vteri occupas, qui totam sinus Paterni imples immensitatem? Quia Mariæ vterus Dei immensitati immensum quodammodo offert domicilium. Vnde exaggerationem fas mihi sit excogitare. Tam immensum vterus Mariæ Deitati offert spacium, vt quodammodo Deus omnino à sinu Patris auellatur immenso, quia apud vteri Mariani sinum illam ipsam paterni sinus quodammodo inuenit immensitatem. Bellè Dionysius Areop. de Diui. Nomin. cap. 4. *Audebimus & id pro veritate loqui, quod ipse Autor omnium pro amatoria bonitatis magnitudine extra se sit.* Extra se *pro veritate*, id est, verè, verbum immensum adest, hoc est extra suæ Diuinitatis immensitatem, seu extra sinum Patris existit? Vbinam est? Apud Mariæ immensum vterum commoratur. Addit pulchrè Dionysius. *In visceribus Virginis comparat sibi corpus, seu domum suo iudicio nasciturus.* (Areop.)

25. *Totam Curiã cælestem vterus Virginis penè immensus excepit.* Chrysol.

Quid suo iudicio nasciturũ Dominum Mariæ vtero contineri? Aiebat Chrysolog. Mariam Verbum vti iudicem vtero accepisse. *Mox sensit in se supremum suscipi Iudicem.* Et cur tanquam Iudex ingreditur? An vt *suo iudicio* nascatur? Ita plane. Tam amabile Verbo vteri hospitium, tam ab angustiis liber inibi habitans, vt non legibus naturæ, quæ nouem mensibus euolutis fœtum enititur, subiectus esse velit, sed suo iudicio nasci gestiat. Vt innuat, quam apud Mariæ vterum gaudeat commorari, qui si oporteret, naturæ leges *suo iudicio* obliteraret. Prçterea (argumẽto solutio accõmodatior) vti Iudex ad vterum descendit, ne videatur subreptitia descensio, & vt maternâ exponã linguâ, *que venia de renozo*, vt ad tugurium prolaberetur; sed toto iudicaturi satellitio descendit. *Nudase la Corte al vientre de Maria.* An capax vterus? *Mox sensit in se supremum suscipi Iudicem.*

26. *An vterus Virginis corã Sole iustitiæ emicans sit Sol?*

An emicans vterus tanti Luminaris, Verbi scilicet, aduentu obscuratur? Zeno. *Emicat venter Verbo* Ergo vterus Virginis non minùs, sed maius luminare etiam diei præses. *Signum magnum apparuit in cælo Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum.* Quænam hæc fœmina quæ Luna cùm sit, ac maris Stella, in conspectu Solis iustitiæ non obscuratur quemadmodum in Solis mundialis præsentiâ reliqua diffugiunt luminaria? Sanctitatis fulgorem in conspectu Solis emittit Maria? *Et in vtero habens.* Apoc. 12. Habet in vtero Solem & adhuc stellæ effulgent, Luna micat, imò ipse vterus emicat Verbo, sanctitas Vteri in conspectu fontis sãctitatis non obscuratur, fante Chrysostomo. in Cat. D. Th. Luc. 1. *Quibusdam enorme videtur, Deum habitare corpus. Nonne Sol, cuius est corpus sensibile quocunque radios emittit non læditur in propriã puritate? Multo ergo magis iustitiæ Sol vtero virginali mundissimum corpus assumens, non tantum contaminatus non est, imò etiam ipsam Matrem sanctiorem ostendit.* Hæc proxima verba argumentum complent. Proh vteri sanctitas, quæ in Solis Verbi conspectu non obscuratur! *Emicat venter Verbo. Pulchra Maria, vt Luna, sed vt Sol electa.* (Apoc. 12. Chrysost.)

27. *Quodammodo Maria Domina corã Domino ex vteri gloria vocitanda est.* Luc. 1. Hugo.

An Maria Sol? Num Deus Maria? Dominatrix Virgo cum Deo, an ancilla vocitanda ex Vteri gloriâ? *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Lucæ 1. Vbi Hugo Victor. lib. 4. Elucid. cap. 1. *Nec tacitè prætereundum est, quòd cùm Dominum nominaret, nihil addidit; cùm verò Saluatorem diceret, non simpliciter Saluatorem, sed suum Saluatorem nominauit.* Cur suum vocitat Saluatorem? Quia in Maria sola sic tota vis, & potentia Saluatoris contineri videtur, ac si aliæ animæ deficerent; vt ex sola illa sufficienter nosceretur, quantus sit Saluator. Non abnego. Attamen

cur

cut non etiam Dominum suum appellauit, dicens: *Magnificat anima mea Dominum meum?* An quia quæ in vtero habebat Saluatorem, emicantem Solem haud propriè sanctitatis fulgorem obruentem. Siquidem fides rutilat: *Beata quæ credidisti*, gratiæ lumina exardescunt: *Aue gratiâ plena*, quodammodo suum Dominum iam inouit esse æqualem.

28. *Verbum ad vterum descendens, quodammodo ac si egenum esset, noua hæreditate immensa ditatur.* Gen. 37. Dion. Alex.

Angustiùs alloquar. Dùm Verbum in sinu Patris Primogenituræ potiretur hæreditate, quasi egenú esset à Patre quodammodo omnium bonorum gloriâ donatur, decernens id ad Marianum vterum descendere. Iacobo Isaac: *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam.* Gen. 37. Verbum Pater omnibus bonis cumulauit, vtero Mariæ donans. Dionysius Alex. Epis. adu. Paul. Samos. q. 10. *Maria est, quam Isaac prauidens dicebat Iacobo: Det tibi Deus benedictionem terra habentis omnia. Qui enim de cælo descendit Vnigenitus Dei Verbum gestatum est in vtero Virginali, & genitum ex Paradise virginali habente omnia.* Aiebat Paulus Dei Filium, *diues cùm esset*, pro nobis egenum factum. Iam proclamare fas; Diues cùm esset, quasi pauper Patri postulans præsentatur, vt vteri Mariani diuitiis cumularetur.

29. *Ad vterum descendere fuit quodammodo vsura Dei.* Concil. Chalced.

Iam calleo, cur Concilium Chalcedon. defin. 2. dixit: *Maria est vsura, & negotiatio Dei.* Cùm scilicet ad vterum Mariæ Verbum descendit,, ipsa est vsura Dei, negotiatio Dei. Cur non potiùs Incarnationem Verbi Mariæ vsuram, & negotiationem vocitauit? Nam si vsura est, pro re traditâ lucrum accipere, sese Maria Domino offerendo, ipsum Dominum accipit ineffabiliter rem traditam superantem. Profectò appositè Dei ipsius vsura vocitatur, quia se Mariæ vtero dans, ab ipso accipit omnia quodammodo. *Verbum enim gestatum est in vtero Virginali habente omnia.* Ex Filio Deo tàm ineffabilis gloria in vterum Marianum diffunditur? Colligo ex probis filiis in parentes honorem exundare.

Observatio V.

Ad illa verba:

Beatus venter, qui te portauit.

Vteri Mariani illæsio manifestè Dei præsentiam specialissimam suadet.

Vbi doceo, Castitatem Dei præsentiâ conseruari debere.

30. ET quomodo non vocitetur beatus vterus, qui à lanienâ, à corruptionéque communi ideò eximitur, quia Deum meruit continere, ac portare? Partus ille beatus, è quo communis quælibet exulauit iniuria, reliquas fœminas reddens infælices. Certè ex Dei præsentiâ puritas acuitur, dolor ablegatur.

Hinc equidem ô Mariane vtere, dignosco Deum esse, quem gestasti, quia partus nullius fuit particeps læsionis. Arguit sic Theodotus hom. 2. de Nat. apud Synod. Ephes. *Cernis, quomodo quod natum est, Matris integritatem illæsam conseruauit? Apud rectè ratiocinantes Deus esse vtique cognosceretur.* Barbarus prorsus, qui videns vterum illæsum fœtus profusione non diceret: Deus enititur.

31. *Deus esse cognoscitur, quia nascitur vtero illæso.* Theodot.

Imò nullus non barbarus sibi persuaderet Deum nasci, si videret vteri corruptionem. *Qui pascitur inter lilia.* Cant. 3. Mos Agno cælesti inter lilia pasci? Quonammodo ergo inter lilia pasceretur, si vterus vallatus liliis non persisteret? An cælestis Agnus, siue Deus crederetur, lilia ipse depascens, fœdans, & non inter illa à Virgine educatus? Testor Mariam, de quâ Zeno ser. 4. de Nat. *Quæ principaliter stupet talem se Filium genuisse, qui ex se natus non crederetur, nisi quia sicut fuit Virgo incorrupta post conceptum, permaneret etiam talis post partum.*

32. *Si vterum læderet, non agnosceretur aut crederetur Deus esse.* Cant. 3. Zeno.

Profectò vnum illud, nempè illæso vtero prodiisse, firmat diuinam apud marianum vterum præsentiam. Plura Deus aut Angelorum, aut Diuorum ministerio miracula edidit, aut ipso latenter operante. At vt vterus mariæ illæsus persisteret, ipse immediatè & visibiliter operatus est. Audi Chrysostomum apud metaph. *Naturæ errores, Domine, corrigere, membrorum nebulam dissoluere, membra retorta ad vitalem vim reuocare, naturæ præcipere vt gignat, à certis membris sterilitatem remouere, senescentem stipulam ad viridem formam reducere, terram infœcundam statim efficere manipulorum matrem, solitum* (id est, commune, vulgare) *est tuæ virtutis opus. Virginem verò parere præsentiam tuam in vtero denunciat, vt quem cæli terráque non capiunt, vterus Virginis comprehendat.* Ac si diceret: Vterus absque læsione post partum? Ergo infallibiliter Deum immensum immensus ipse voluit continere. Collige donum specialissimum Dei præsentiæ reseruatum, esse puritatis seu castitatis gloriam, illæsam conseruari.

33. *Vteri puritas firmat specialem Dei præsentiam.* Chrys.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Beatus venter, qui te portauit.

Christus ab vtero Mariæ fulgorem-ne sanctitatis accepit?

Innuitur, prolem vterum sapere; siue mores filiorum parentum moribus assimilari.

34. SAnctum fœmina illa Christum acclamare curans vteri sanctitudinem peruulgauit; quasi à sanctitate Matris Iesus sanctitatis fulgorem accepisset.

35. *Quodammodo Deus sanctissimus...*

Archangelus Dei futuræ parenti fatur: *Et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* An non verius dixisset: *Et Sanctus, qui nascetur ex te, aut sanctum, quod nasce-*

Plus sanctus ex Maria vtero egreditur. Luc. 1.

tur ex te? Num ex Maria sanctus Dominus? Num ex Maria sanctum nasceretur? Profectò si dixisset Gabriel: *Et sanctum qui nascetur ex te*, videretur asserere, iam omnino sanctum à Patris sinu demissum fuisse, id est, nullatenus potuisse ex Matris vtero aliquam sanctitatem accipere. Plus Cælicola Mariano vtero dedit: *Quod ex te nascetur Sanctum*. Proh Virginei vteri sanctitas ineffabilis! Verbum suos facilè totius sanctitudinis sanctum ex vtero procedit, ac si omnimodæ perfectioni Deificæ aliquid sanctitatis posset adiici.

Quasi noua Deus induitur pulchritudine ex Vtero. Alcuin.

36. Alcuinus de Nat. Mariam alloquitur. *Vterum tuum, ô Domina, velut sacratissimum Dei Templum totus Mundus veneratur. Quia in eo salus Mundi initiata est. Ibi decorem indutus est Dei Filius, ac praelecta sponsa Ecclesia formosus in stola candida exultanter occurrit.* Illa particula expendatur: *Ibi decorem indutus est* Dei Filius, quæ respicit Dauidicum carmen: *Dominus regnauit, decorem indutus est*. Psal. 92. Quanam Deus quasi nouâ induitur pulchritudine, quâ stipatus de cælo non dilabitur? Profectò licet Deus prodigij in morem aduentâsset, nuditatem præferēs induendā, ex vtero Virginis candidam acciperet stolā, quâ & fortissimus, & Omnipotēs Deus haberetur. Indutus est decorem, & fortitudinem. *Indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se*. Ibid. Vnde sponsæ Ecclesiæ non antè Incarnationem, sed post commorationem in vtero, *in stola candida exultanter occurrit*.

Ps. 29.

Christus benedicitur, quia ex Maria vtero prodiit. Luc. 1.

37. Mariæ ait Elisabeth: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*. Luc. 1. An nō aptiùs dixisset: tu ob fructū ventris tui benedicta, & benedictus fructus vētris tui ex Patris generātis benedictione? Profectò verè asseruit vxor Zachariæ cælesti afflata Spiritu piam nostram fœminam Marcellam imitata, Christum à cunctis benedictum, quia ex vtero Mariæ prodiit: *Et benedictus fructus ventris tui*. Nū non veritas ex infantili ore profunditur? *Ex ore infantium, &c.* Audi infantium voces Dominum collaudantes: *O Sanna Filio Dauid, benedictus qui venit*. Mat. 21. Cur non clamitant: *O Sanna Filio Dei*? Existimo, vt Matris (inspirante Numine) gloriam proferrent, ex quâ sāctitas, potentiaque, è qua Christus acclamatus est, quodāmodo procedebat. E Cyrillo Alex. hom. in Nest. confirmabo *Salue Mater, & Virgo per quam is benedictus in Euangeliis nominatur, qui venit in nomine Domini. Benedictus fructus ventris tui*. Veniens enim in nomine Domini, non à Domino, sed à Matre benedictus vocitatur, quia gloria hæc Mariano vtero seruabatur. Et quare à cunctis benedicitur? An ex pietate? ex sapientiâ? ex miraculorum excitatione? ex beneficentiâ? Ausus asserere tam diuitem plenitudinem bonorum, dante Patre, à Mariæ vtero traxisse.

Mat. 21.

Cyril.

Melior & sanctior natiuitas Iesu, quā Adam, quia licet vtrius que Conditor Deus Iesus autē ex terra meliori ortus.

38. Componit Rupert. l. 1. de oper. Spir. c. 11. Adami secundi ortū (Domini scilicet) cū primi natalitio: Vterque prodiit è terrâ, Maria enim terra vocitatur: *Benedixisti, Domine, terram tuam*. Ps. 84. Addit sanctius Christi natalitium, quā Protoplasti; hic enim è terrâ alienâ & maledictâ, ille autē è terra sua benedicta ortus est. *Benedixisti terram tuam*. Quæsieris; an huiusmodi natalitij Christi sāctitas immediatè Spiritui sancto tribuenda? Respondet negatiuè Abbas, quia Spiritus sanctus superuenit non immediatè in Christum, sed in Mariā iuxta illud: *Spiritus sanctus superueniet in te*. Luc. 1. Nō igitur maior illa sanctitas Spiritui sancto immediatè tribuenda *Non ergo, ait, melior Artifex Spiritus sanctus quàm Pater.* Ac si diceret: Hæc differentia haud ducitur, quia Pater primū formauit Adamū, Spiritus sanctus secundum. *Sed melior terra, melior; & diuinæ rationi vicinior materia à Spiritu sancto assumpta est.* Igitur sanctitas Natalis Dominici sanctitatem natalitij Adamici superauit, quia Artifex Spiritus sanctus meliorem, ac sanctiorem sortitus est materiam, suam, benedictā: Tribuenda itaque tanta fœtûs gloria, tanta Natiuitatis Iesu sanctitas non solum Patri, aut Spiritui sancto, sed & vteri Mariani sanctitati? Proh benedicti vteri gloria! *Beatus venter*. Ediscant parentes quàm specialem vterus in prolem ministret influxum, vt filios curent cælestes emittere, vteri specialissimè (castimoniæ studentes, puritatis gloriâ effulgeant.

Rupert. Ps. 84.

OBSERVATIO VII.

Ad illa verba:

Beatus venter qui te portauit.

Mariæ Vterus influens hominibus pœnitentiam, Mundum reformauit.

Vbi videmus, hominis ex pœnitudine reformationem.



39. HAVD mirum fœminam piam eunctorum, qui Dominicis muneribus obærati erant, personā gerētem, benefactoris gloriam peruulgare ex Vtero Mariæ; quia communitas hominum per Deiparæ Vterum omnibus bonis affecta est. Clamet igitur *quædam mulier de turba*, vt humanæ turbæ seu communitatis edoctæ, sanatæ, ditandæ à Domino ex vteri ministerio gerens personam in actionem gratiarum deferatur.

40. In primis ergo Mariæ vterus Mundū innouauit. Ædificata olim muliere, *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*. Genes. 2. Vniuersa-ne creatura valde bona post fœminæ formationē. Annon potiùs valdè mala ex mulieris iniquitate: *Quando solus factus est Adam*, (loquor cum Ambrosio) *non dictum est bonum esse factum Adam. Quando autem mulier facta est, dictum est: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Cur ita? Quia licèt mūdus inueterauit Euæ iniquitate, ipsa erat filiam paritura, quæ mundū innouaret. *Etsi mulier prior peccatura erat, tamen redemptionem sibi paritura.* Scilicet ex pariente. Anselmus de Excel. Virg. cap. 10: *Cuncta, quæ Deus bona & vtiliter fecit, in eo statu, quo condita sunt, esse desiterunt: & per vterum Virginis in statum pristinum*

Mundum vterus Mariæ innouauit. Gen. 2. Ambr.

Ansel.

pristinum reuocata sunt, & restituta.

41. Renouatas-ne, an de nouo facta? De nouo condita per vterum Virginis esse videntur. Si cuncta è nihilo à Domino educũtur, per peccatum ad nihilum rediere. *Sine ipso factum est nihil quod factum est.* Ioan. 1. Nec rursum Mundus è nihilo recreandus processit, donec Maria apparuit ex vtero emittens Redemptorem. Immissus famulus Eliæ, vt videret, nũ aliqua nubes ex Occidentali, aut Orientali, ex Meridionali aut Septẽtrionali plagâ ascẽderet, respondit: *Non est quidquã* 3. Reg. 18. Nec cælos, nec ęthera, nec terram, nec aquam, nec luminaria aspicio, cuncta ex hominum iniquitate interitui sunt addicta. Quare *quidquam* non est nisi quia Maria non apparet? Ioannes Ierosol. de Inst. monac. cap. 32. *Cum ascendisset puer, & speculatus esset, ait: Non est quidquam. Quia nubecula illa, scilicet Maria non fuit à puero visa in illa ætate primâ Mundi. Ideo puer dicit: Non est quidquam.* Quid plura? Vidit demum Mariæ exortum? *Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendit.* Ibid. Nascitur Maria, vterus tunc Christo vacuus Deo plenus obiicitur hominis quidem vestigium, quia repletum esse gratiâ seu puritate vterũ Mariæ, vestigium, seu signum Filij hominis aduentaturi erat; Mundus è nouo educitur, non solũ *quidquam*, sed omnia iugiter præsentantur. Sergius Ierap. *Maria nascitur* (ait serm. de Nat. Virg.) *& vna cum ipsa Mundus renascitur. Et Ecclesia suo ipsius decore circundatur, atque ornatur.*

Ind de nouo factus est per vterum Marianum orbis. Ioan. 1. 3. Reg. 18. Serg.

42. Et quonam modo Mundum nouâ donauit natiuitate? Homines, quorũ transgressione mũdus in nihilũ properarat, ad pœnitudinem ex vteri fructu. Ignatius Mart. præfatur: *Maria nostra noua religionis, & pœnitentia est magistra.* Post delicta Dauid pœnituit. Quisnam eum ad pœnitudinem excitauit nisi Natham ex parabolâ ouis Mariam quidem, è cuius vtero Deus erat nasciturus, referens. D. Patianus Paræn. de pœnit. pulchrè. *Dauid iacuit in cinere sordente, sacco insuper horrente deformis. Cui maria, cui sylua, cui flumina seruiebant, madidus lacrymis consumpsit oculos illos, quibus gloriam Dei viderat, & infœlicem, miserúmque se confessus est Pater Maria Dei Matris.* Collige hominem in nihilum redactum ex culpâ: ex pœnitentiâ reformari.

Vterus Mariæ influens nobis pœnitẽtiam mundũ reformat. Ignat. Patian. *Homo ex pœnitentia reformatur.*

OBSERVATIO VIII.

Ad illa verba.

Beatus venter, qui te portauit.

Mariæ Vterus hominum hostes inuisibiles debellauit.

Innuo, homines Deo plenos, siue Dei præsentiâ fruentes horribiles obiici Dæmonibus.

NOS præterea Vterus Marianus qui Deum *portauit*, donat aduersùs Diabolum fortitudinẽ, vt victoriâ donemur, & æternâ fœlicitate fruamur. Vnde pia fœmina videns Diabolum à corpore hominũ recedentem Christi potentiâ, hominémque requie potiri, clamat, Vterum, qui Dominum portauerat, commendatura: *Beatus venter.* 43.

Certè Vterus Mariæ hominum teterrimũ hostem comminuit. Vidisti rubum conflagrãtem sine læsione apud desertum? *Vidit, quod rubus arderet, & non combureretur.* Exod. 3. Vbi Rupert. Virginis vterum sine puritatis læsione fœcundum veneratur, & canit Ecclesia: *Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conseruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem.* Laudabilis prorsus vteri virginitas; ideo mulier inclamat: *Beatus venter.* Et vndenam agnoscit Abbas Virginis vterum in rubo signari? An quia (Authore Hist. Schol. adnotante) arboribus propinquis fuit beneficus dum non solùm ipse, sed & illæ minimè flagrantes consumerentur? Quàm beneficus propinquis Vterus Marianus! Arbor illa, de quâ Dominus: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne*, vlmus facilè syluæ, à vicinio vteri Mariani ehibit incrementa. Guarricus ser. de Nat. Ioan. *Flumina prorsus de ventre Mariæ fluebant aquæ viuæ, & fons vitæ oriebatur de medio Paradisi. Proxima erat fonti cedrus ista nobilis, (Ioannem loquor:) ideóque vberius irrigata, in tantum excreuit, vt inter natos mulierum nihil illa sublimius possit inueniri.* Vera hæc. 44.

Rubus Mariæ vteri typus quia arbori Ioanni salutarius. Exod. 3. Rupert. Guar.

Attamen aliter quæstioni satisfaciam. Ideo in rubo pariẽs Virgo figuratur, quia mox virga mittitur in Ægyptum homines liberatura, serpentium spiritualium, Dæmonum vtique extinctione. Alcmena Herculis parens in vtero habens aspicientibus terrorem incutiebat. Maria verò hominibus quidem mysterium rubi contemplantibus lætitiam, Dæmonibus autem diffundit ex vtero horrorem. *Pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies.* Cant. 4. Sol & Luna hominibus Dei parens Maria, Diabolo acies castrorum ostentatur. Gillelmus apud Del-Rium. *Et quidem ex quo Dei Filium peperit terribilis Dæmonibus fuit. Cùm enim viderent eam integritate simul & prole gaudentem, vehemẽs illis suspicio incidit, ne forte illa genuisset tot propheticis vocibus olim prænunciatum Messiã, per quẽ eorũ imperiũ rueret. Itaque virgineo Ventre illius nil sit terribilius.* 45.

Et quia bestiarum nos bellum excitauit. Cant. 4. Gillel.

Fatur Archangelus: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Luc. 1. Quare simul vterus Verbum excipit, & Maria Altissimi virtute stipatur? Quia postquam vterus impletus est Verbo, pugnax Virgo aduersùs inuisibiles hostes exsurgit. Athanasius. *Vt in Apostolos virtus ista ideo descendit, vt cõtra omnem aduersariam potestatem vigerent: ideo quoque virtus Altissimi in Virginem descendit.* Et exclamat: *O Venter, in quo arma aduersùs mortem fabre facta sunt!* 46.

Virtute Altissimi Vterus donatur, vt valeat aduersùs Diabolũ pugnare. Luc. 1. Athan.

Cùm Virgo profata est: *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.* Verbum ipsa Vtero concepit. Vnde mox submissione illâ collum Marianum *sicut Turris verè Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis; mille* 47.

Illud ipsum concepit inuitato Solutore idem fuit, vt redde turrim contra Diabolum.

clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Cant. 5. Cantic. 5. Illud enim ipsum vterum impleri fuit Mariam in horribilem Dæmonibus turrem conuerti. Alcuinus, *Quid eam non horruerunt Principes tenebrarum, quando viderunt præter morem omni armatura fortium instructam contra se procedere fœminam?* Alcuin.

48. *Ipsi Angeli quodammodo pauescunt coram Maria pregnante.* An pijssima Mater Bellonę horiorem præseferet? Profectò prægnans Maria instructa acie, tam horribilis ostentatur, vt exercitui cælesti quodammodo formidanda existat. Menti obiicias Michaelem exercitûs superni Ducem, Virtutum, Thronorum, Principatuum, Potestatum, Dominationum manus instruentem: Obiiciatur armata Maria, num formidine afficientur cuncti? Audi Epiphanium. Epiph. *Obstupuerunt omnes Angeli, & vniuersus Angelorum exercitus tremore grandi detentus, quia cernebant illum, qui habitat in cælis, per vterum eius versari in terra, & exhorrebant Virginem.* Si prægnantem Angeli cælestes trementes aspectant, quid Tartareæ legiones?

49. *Instructa acies hæc, antè mundi molitionem.* Eccl. 24. Athan. Acies hæc aduersum Diaboli insidias antè mundi molitionem ordinata, seu instructa. *Ab æterno ordinata sum.* Eccli. 24. Simul ac fui ab æterno in Dei Matrem electa, acies instructa aduersum Diabolum extiti. Athanasius serm. 3. cont. Arri. *Gratia illa antè præparata, designataque fuit, quam nos efficeremur, quin potius antè constructionem mundi. Vt quamuis à serpente decepti excideremus, non tamen penitus extincti maneremus, sed iterum resurgentes immortales perseueraremus.* Ex Mariano enim vtero *Filius Dei pro nobis initium viarum creatus est*, siue natus, *vt qui Primogenitus est Filius primogenitum se nostrum fratrem reddidisset.* Si ex vtero Deo pleno tam horribilis Diabolo fœmina obiicitur, documentum exhibet homines Deo plenos horribiles inuisibilibus hostibus obiiciendos.

Observatio IX.

Ad illa verba:

Beatus venter, qui te portauit.

Virgineam Deiparæ fœcunditatem illustro.

In Virginitatis fœcundæ præconium.

50. ENIQVE meritò Deiparæ vterus beatissimus debet prædicari, quia & fœcunditate donatur Christum gestans, & virginitatis simul fulgore decoratur. Chrys. Verè beata, quia Mater & Virgo. Chrysostomus hom. de Baptista. *Beata Maria Mater & Virgo, virgo antè partum, virgo post partum.* Beatus itaque venter ex fœcunditate, sociâque virginitate vocitatur. Hanc vteri gloriam confirmo.

51. *Verbum descendit & exprimitur sine velleris Mariani læsione.* Ps. 71. Adrian. Cecinit Dauid: *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Ps. 71. Quo testimonio Adrianus Fitm. lib. 2. flagel. c. 12 ad fœcunditatem ac virginitatem Mariæ confirmandam vtitur. Sicut in vellus Gedeonis aridú ros de cælo placidè absq; vllo nocumento, profluxit siue cum ros descendit, siue cum ex illo fuit expressus: ita Verbum absque puritatis læsione in Mariã illapsum siue in conceptu descenderet, siue in partu exprimeretur. Et sicut stillicidia imbrium leniter in terram dilabuntur, eamque fœcundant: ita Verbum in vterum leniter descendit, tribuens ei fœcunditatem cum ineffabili puritate coniunctam. Ab Hieronymo accepi. Hieron. *Sicut in vellus Gedeonis pluuia descendit, ita hic illapsus est in vterum virginalem. Et sicut stillicidia, &c.* Et Ambrosius. Ambr. *Rectè Maria velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum, ut toto eum hauriret corpore, nec discissuram pateretur.*

52. *Ex vtero solo Iesus gignitur.* Ps. 19. Tertul. *Ex vtero*, concinit, *ante luciferum genui te.* Ps. 109. Vbi Tertul. l. 5. cont. Marc. c. 9 *Ex vtero*, inquit Deus, *genui te. Ex solo vtero sine viri semine.* Ad illud autem: *Ex fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Ps. 131. l. 3. c. 20. fatur: *Fructum ventris tantum nominauit, quasi solius ventris, non etiam viri. Et ipsum ventre ad Dauid redegit, ad familiæ patrem; nam quia viro deputare non poterat, Virginis eum ventrem patri deputauit.* Hebr. *Ex vtero aurora ros natiuitatis tuæ.* R. Moy. R. Moyses in c. 25. Gen. *Redemptor, quem suscitabo vobis absque patre erit, sicut ait Dauid: De matrice tibi ros natiuitatis tuæ.* Procop. Quinam ros? Procopius ad illud Isaiæ. 26. *Ros lucis ros tuus. Ros*, inquit, *tuus, est Vnigenitus tuus.* Quęnam autem Aurora? Rupertus ad Cant. 6. Rupert. *Quasi Aurora consurgens*, Virginem asseruit Auroram.

53. *Ob virginitatis fœcunditati haud agnoscitur via Viri in Adolescentula.* Prou. 30. Hieron. Isa. 53. Contestatur Salomon. *Tria mihi difficilia, & quartum penitus ignoro: viam viri in adolescentia.* Prou. 30. Simachus, *Viam viri in adolescentula.* Hieron. *Adolescentula non solùm Virgo, sed cum epithasi Virgo abscondita, & quæ nunquam virorum patuit aspectibus.* Ignoratur via Viri Iesu ingredientis ad Virginem, & egredientis ex vtero; quia fœcunda virginitas. Vnde Isaias, *Generationem eius quis enarrabit?* Cap. 53. *Generationem Christi*, ait Hieronymus, *ex Virgine nemo potest capere, quanto minus enarrare.* Vnde Salomon *penitus ignorat.*

54. *Sine manibus lapis.* Dan. 2. Hieron. Iren. Daniel Regi: *Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam*, &c. c. 2. Vbi Hieron. *Abscissus est Saluator sine manibus, hoc est, absque humano semine de vtero virginali, & contritis omnibus Regnis, factus est mons magnus.* Irenæus l. 3. c. 18. *Sine manibus significabat, quòd non operantibus humanis manibus virorum illorum, qui solent lapides cædere, in hunc Mundum eius aduentus erat, id est, non operante Ioseph, sed sola Maria cooperante.*

55. *Porta Principi semper clausa.* Ezech. 44. Hieron. Ambr. Ezechiel autem: *Porta hæc clausa erit, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa Principi.* c. 44. Ad quæ Hieron. Christum Principẽ, Mariam portam interpretatur, clausam quidẽ, quia virginitate fœcundâ. Ambros. lib. de Inst. Virg. c. 6. *Quæ est porta nisi Maria, ideo clausa, quia virgo: Porta igitur Maria, per quam Christus intrauit in Mundũ, quãdo virginali fusus est partu, & virginitatis claustra nõ soluit, mãsit intemeratum septum pudoris, & inuiolata integritatis durarunt signacula, cùm exiret ex Virgine.*

56. Et Ieremias: *Creauit Dominus nouum super terram:*

Fœmina virum circumdabit. Ierem.31. Bernard.

terram: Fœmina circundabit virum. c.31. Nouus ad vterum ingressus, nouus ex vtero egressus Viri Saluatoris. Bernardus serm. 30. de Purif. *Quaris, quod nouum? Mulier, inquit, circundauit virum. Non ab altero viro virum suscipiet, non humanâ lege concipiet hominem, sed intra viscera intacta, & integra virum claudet ita sanè, vt intrante, & exeunte Domino Porta Orientalis clausa iugiter persisteret.*

57. *Ideo inenarrabilis Christi generatio.* Isa.53. Nyssen.

Concinens Isaias: *Generationem eius*, inquit *quis enarrabit?* cap. 53. Et vndenam ineffabilis, nisi ex fœcundâ virginitate? Nyssenus sic Orat. de Nat. & Maximus hom. 1. 2. & 3. de Nat. fatur. *Si narrari generatio eius non potest, credi potest: si lingua deficit, fides proficit. Quid hoc est miraculi? secreto quodam, & incomprehenso conceptu procedit de mortali fœminâ diuina progenies. Hodie noua fœminei sexus gloria peperit Virgo, & quod vniuersa adhuc cum creatura miratur, natus est homo, non per hominem procreatus. Nascitur Christus ex Maria, vt & sexus fœmineus hominem daret, & Deum proderet integritas virginalis.*

58. *De terra sitiente Dominica radix.* Isa.53. Euseb. Cæsar.

Alibi Propheta: *Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiente.* cap 53. Theodotion vertit: *Ascendet sicut quod lacte alitur coram eo, & sicut radix de terra sitienti.* Exponit Eusebius Cæsar. lib. 3. Demonst. Euang. cap. 2. *Puerulus ille, qui lacte nutritur, planè ortum Christi declarat. Terra verò inuia, & sitiens Virginem quæ illum enixa est; quam scilicet nullus vir adiit. De qua quamuis intacta laudata illa radix prodiit, id est Puerulus, qui lacte nutriretur.*

59. *Nubes leuis pura fœcunditas.* Isa.19. Ambros.

Adhuc Vates: *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem.* cap. 19. Explicat Ambrosius in Exhort. ad Virg. *Significat, quod in Ægyptum seu afflictionem Mundi veniret per Virginem. Nubem itaque Mariam dixit, quia carnem gerebat; leuem, quia Virgo erat nullis oneribus grauata coniugij.* Et adiicit, *Estote nubes, sed leues. Eritis profectò, si alleuet virginitas humanæ onera conditionis.*

60. *Puritatis fœcunda miraculum.* Isa.7. Tertul.

Dabit (inquit) *Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* cap. 7. Miraculum hoc, Virginem fœcunditate absque puritatis læsione donatam. Tertullianus lib. adu. Iud. cap. 9. *Signum à Deo nisi nouitas aliqua monstruosa fuisset, signum non videretur. Hinc reuincimini, quòd nihil signi videri possit res quotidiana, iuuencula scilicet pregnatus, & partus. In signum ergo nobis posita Virgo Mater creditur.*

61. *Maria fœcunda M, clausa.* Isa.9. Galat.

Eandem fœcundæ Virginitatis excellentiã prædicat illud: *Multiplicabitur eius imperium.* Isa. 9. Hebr. *Ad multiplicandum imperium.* In quibus hebraicis dictionibus nomen Virginis includitur, *Miriam sarah*, hoc est, *Maria Domina*, adnotante Galat. lib. 7. arc. cap. 13. *Multiplicabitur eius imperium.* Prænunciat Propheta illum filium, *qui nobis datus*, & paruulum, *qui nobis natus*, cuiúsque imperium toto orbe propagandum dicitur ex Mariâ Domina nasciturum! Duplex equidem *M* apud Hebræos, vna aperta, quæ tantùm deseruit initio, aut medio dictionum: altera omnino clausa, quæ solum in fine dictionum adhibetur. Obseruant Hebræi præter vsum & consuetudinem clausam litteram *M* magno quodam mysterio in medio illius apponi dictionis, quâ quidem littera *Maria* repræsentatur. Vt pateat Virginem parituram omnino clausam, nullaque læsione in partu aperiendam; sic R. Hachados apud citat. Galatinum.

Denique prædicit: *Egredietur Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* cap. 11. Quemadmodum virga in florem erumpens, tantùm abest, vt aliquid venustatis, & pulchritudinis amittat, vt potiùs speciosior, ac pulchrior euadat: ita Virgo tantum absfuit, vt per conceptum, & partum Christi aliquid de suâ amiserit integritate, vt tunc potius eius virginitas sanctior, pulchriorque fuerit. Huc tendit Eusebius Emis. hom. 2. de Nat. *Quid primum mirer, quidve postremum? Quod sine conceptu est collata fœcunditas, an quod per partum magis est glorificata virginitas?* 62.

Pulchrior ex fœcunditate virginitatis flos. Isa.11.

Euseb. Emis.

Vidit Moyses, *quod rubus arderet, & non combureretur.* Exod. 3. De Carbunculo asserit Isidorus lib. 16. Orig. cap. 13. ignem fouere, vt luceat, liber vtique à combustione. Accepit ex Plinio. *Ardens Carbunculus ignibus non inuritur.* Ignis aut conceptus aut partus in Maria non consumpsit virginitatis florem, potiùs ipsam miro splendore decorauit. 63.

Carbunculus lucens sine combustione. Exod.3. Isido. Plini.

Celebrat Sponsus virgineam Mariæ fœcunditatem: *Quam pulchra & quàm decora charissima in delicijs.* Cant. 7. Mariæ delicias Ghillelmus describit. *Materna deliciæ erant Matris super prole gaudentis, dum corporatum Deum in vtero gestaret, dum nouo partum æternum lumen funderet.* Nulla hîc miseriæ communis vsura. Pulchra igitur, & decora ex fœcunditate virgineâ vocitatur. *Pulchra*, adiicit ille, *in virginitate fœcunda, & decora in fœcunditate virgineâ.* 64.

Pulchra, & decora Virgo fœcunda. Cant.7. Ghillel.

Alibi, *Meliora sunt vbera tua vino.* Cant. 4. Vbi Rupertus, Vbera Virginis dicuntur vino pulchriora, quia genuit cum virginitate, cùm aliæ genuerint cum *libidine*; quæ vino, *in quo est luxuria*, exprimitur. Eph. 5. Quod si vino, virgines germinante, puritas exprimatur Zach. 9. virginis vbera ipsi meliora puritati, quia præter morem virgineo lacte tumerent: vnde Ghillelmus, *Vbera habere virginea cum multis illi virginibus est commune. Sed singulare illi, virginea vbera lacte virgineo post partum tumentia habere.* Superiùs, *Vinum germinans virgines potest intelligi. Quid virginali puritate meracius? Hoc vino vbera Maria priusquàm Mater esset, plena erant; sed vbi salua virginitate mater facta est, non plena tantùm vino sed pulchriora etiam vino eius vbera facta fuerunt. Quia non tantùm virginea, sed etiam lacte virgineo tumida extiterunt.* 65.

Vino meliora Vbera Maria, ob virgineam fœcunditatem. Cant.4.

Ghillel.

Pergit sponsus: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Cant. 2. An vt campus flores parturiat, arari, aut semina accipere consueuit? Alcuinus, *Campus non aratur, non proscinditur, non vllo vomere prosulcatur. Et ideo hoc de Verbo ex Virgine nato intelligendũ est. Ideo se non ruris, sed campi florem vocat; quia virginea carnis fructus est.* 66.

Virginitas Maria florens sicut campus prosulse. Cant.2. Alcui.

Venter tuus, ait, *sicut acervus tritici vallatus liliis.* Cant. 7. Exponit Chrysologus ser. 146. *Quod Virgo conceperit, honor est spiritus, non onus ventris.* Quia qui antè florueras liliis venter, 67.

Post partum pulchrior. Can.7. Chrisol.

Hieron. post conceptum liliis vallatus non solùm integrior, sed multò euaserit honoratior. Hieronymus autem serm. de Assumption. Sic: *Ante hoc vterus Virginis licèt mundus, tamen adhuc vilitate humilitatis induitur, lanâ quidem candidissimâ, sed suo colore dealbata: Ad quam cùm accessisset Spiritus sanctus, vt lana infecta conchilio vertitur in purpuram, versa est & ipsa in MatremDei, vt non sit tam quod erat.* Maternitatis igitur fulgor virginitatem mirum in modum exornauit.

68. *Partus Virginis auxlanti odori* *Ego* (ipsa profatur) *quasi vitis fructificaui suauitatem odoris.* Eccl. 24. Et cur fructus vteri virginei odoris suauitati comparatur? Respondet Guarricus. *Ac si apertè dicat Maria: Partus meus non habet exemplum in sexu mulierum; sed habet similitudinem in natura rerum. Quæris, quomodo virginitas genuit Saluatorem? Sicut flos vitis odorem. Si corruptum inuenis florem, pro eo, quod dedit odorem, violatum crede pudorem, quia Saluatorem edidit*, Quid plura? Ex Phenice, & apibus sine semine generatis, Cyprianus; ex vulture sine semine concipiente, Ambrosins: ex lapidibus, confictione, poëtarum in homines conuersis, Cyrillus rillus fœcundam Virginis asserunt puritatem. *comparatur. Eccli. 24. Guar.*

SECTIO TERTIA.

Mariæ vbera.

TEXTVS.

VERS. 27. ET Vbera, quæ suxisti.

IN MARIÆ AD NIVES DEDICATIONEM

PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS

Circa literam.

Ex Virgineis vberibus.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Et vbera, quæ suxisti.

Simul commendari necesse est, & vbera Mariæ Christum alentia, & eadem nobis lac pietatis propinantia.

Moneo, ab vberibus Mariæ ablegari, qui & puritatis, & famæ vitæ non student.

1. 

Idens fœmina illa ex Iesu pietate, homines fulciri, ex misericordia à Diabolo vexatos liberari, ex doctrinâ informari, vbera Mariæ commendat. Et vndenam vberum Mariæ incidit in memoriam, nisi quia, Numine sufflante, cognouit Mariam verè hominum Matrem, è cuius vberibus huiusmodi pietatis officia in homines profluere assolcor?

Clamabat sponsa: *Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Cant. 1. Exprimuntur hic Christi erga homines pietatis officia, dum sequentes se & doctrinæ, & valetudinis, & vitæ, & incolumitatis, & liberationis à tyrannide munere donabat. Vndenam in nos tanta dona profunduntur?? *Exultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorum.* Ibid. Id est, cùm tot bonis nos cumulatos viderimus, in te exultabimus, te efferemus, tuam gloriam extollendam curabimus *memores vberum tuorum*, eorum scilicet vberum, *quæ suxisti.* Quid autem nostræ vtilitati cum Mariæ vberibus? Profectò ex quo Mater Iesu ei vbera porrexit, fratribus Saluatoris simul exhibet, vt in vitam, in fælicitatem, ac incolumitatem nutriantur. 2. *Cum opera erga nos Domini contemplamur, necessariò Mariæ recordamur vberum, ex quibus pietas profluxit. Cant. 1.*

Hæc certè Mariæ pietas, vt non possit Iesu vbera exhibere, nisi simul nobis misericordiæ impendat officia; quia Iesu lac Marianum curauit è labiis suis ad fratres diffundi, vt vberum Mariæ liquor purissimus ipsum oleum nominis diffusum imitetur. Ideo laudans fœmina vberum Mariæ Christum nutrientis 3. *Haud possit vbera Maria Iesu exhibere, quin simul nobis misericordiæ impendat offi-*

entis pietatem, simul eam cunctorum hominum Matrem concelebrat. *Pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata.* Cant. 4. Et cur commendatis vberibus Mariæ, mox ad vestimentorum commendationem pergitur? Affirmat Rupertus lib. 3. hisce vnguentis, seu aromatibus indumentorum Mariæ misericordiæ erga egenos opera designari. *Quæ ergo vnguenta tua soror mea sponsa? Eleemosyna tua, quas expendisti. Hæc sunt aromata vnguenta pretiosa esurienti cuilibet aut inimicis meis* (seu peccatoribus vt conuertantur) *cibum dare, potum præbere, peregrinantem colligere, nudum vestire, infirmum visitare, & si in carcere est, ad eum venire.* Commendatis igitur Mariæ vberibus, quæ suxit Dominus necessariò pietatis Marianæ erga peccatores incidit in memoriam; quia ex quo aluit Iesum, didicit maternum munus erga homines Iesu fratres exhibere, eósque misericordiæ actionibus donare.

4\. *Laudans fœmina vbera Christum lactantia, eadem materna pietati exhibita commendat.*

Dum ergo fœmina inclamauit: *Beata vbera, quæ suxisti,* asseruit vnum Iesum apud Mariæ vbera lactari, sed consequenter ad alendos eius deum fratres simul accingi misericordiæ Matrem. Pulchrè Ghullelmus ad cap. 4. Cant. *Vnus Christus Iesus corporalibus pia Matris vberibus pascebatur. Ideò dictum est ei: Beata Vbera, quæ suxisti. Porrò eo ipso, quod sibi Verbum incarnatum corporaliter genuit, & aluit, vniuersa eius membra in vtroque sexu spiritualiter adoptauit.*

5\. *Duobus hinnulis Iesu ac hominibus Mariæ vbera exhibentur.* Cant. 4. Guilhel.

An ideo gemina ab sponso Mariæ vbera commendantur: *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.* Cant. 7. Hinnulis duobus duo vbera Virginis comparantur, seu potius dixerim, adaptantur; quia duobus hinnulis lac & corporale & spirituale exhibet. Christo quidem corporale, vnde spirituale hominibus exhibere non desinit. Egregiam accipe Gbillelmi sententiam. *Hinnulus vnus mediator Dei & hominum Christus, qui corporalibus Matris vberibus pascebatur. At per hoc quod facta est incarnati Verbi Mater corporalis, facta est membrorum eius Mater spiritualis, & lacte pietatis alenda suscepit. Habet ergo vnicum, quem pro tempore lacte corporeo nutriuit: habet & gemellos, id est, ex vtroque sexu adoptatos, quos lacte pietatis nutrire non desinit. Illi corporalia Matris vbera erant fons proprius, cui communicare non poterat alienus: his duo spiritualia eiusdem Matris vbera erunt iisdem fons proprius, cui non communicat alienus.*

6\. *Duo vbera dat Iesu, nobis autem innumera.* Cant. 4. Ghillel.

Quid si Iesu duo corporalia solummodò vbera, præbuit nobis autem innumera spiritualia exhibet vbera? Profectò Maria Multimammia verius est illa celebris gentilitatis; tot enim vbera præfert, quot ad lac peccatores hinnuli capreæ accurrunt. Bellè adiicit Paruus: *Duo vbera tua.* Cuinam alendo duo? Prorsus Domino. *Nobis autem quot vbera porrigit? Quot hinnuli, totidem vbera. Plenum est vberibus maternum illud pectus intus & foris. Foris quidem habes duo vbera quibus Mater aluit pro tempore Filium Dei. Intus plura vbera habes ad alenda membra eius.*

7\. *Haud fruemur vberibus*

Profectò vt vberibus Mariæ fruamur, munditia vitæ, & famæ candor procurandus nobis est. Ideo adiicitur: *Capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.* Cant. 4. Nec enim Mariæ dulcissimis donantur vberibus, nisi priùs in liliis pascere comperiantur. Rursum Guilhelmus. *Planè qui pascuntur vberibus piæ Matris, pascuntur etiam in liliis, per quorum candorem munditia conuersationis, per odorem verò suaue olentia significabatur famæ. Qui contentus munditia vitæ suæ, negligit famam suam, candorem habet sine odore. Qui appetens famæ, non curat de munditiâ vitæ, odorem habet sine candore. Neuter de liliis, quare nec de vberibus Mariæ pascitur. Multominùs qui & operibus fœdi, & opinione fœtidè inueniuntur.*

Maria, nisi & vita & fama studeas puritati. Cant. 4. Guilhel.

Observatio II.

Ad illa verba:

Et vbera quæ suxisti.

Maria pariens, & lactans Christum nos simul parit, & lactat ad Patris audienda & custodienda verba.

Parentes temporarios moneo, filios salutaribus præceptis imbutos lactare ad salutem.



Appositè quidem totius humani generis personam gerens fœmina illa Virginis, quæ Iesus suxerat, vbera collaudauit. Ex quo enim Filium Dei lactauit, vbera Mariæ lacte in peccatores pietatis maternæ intumuerunt. Vnde solicitæ parentis affectu tota hominibus subleuandis impenditur. Vbera illa, quæ temporaliter Christum aluerunt, iam, illo perfecto munere, tota in nostram cedunt vtilitatem. 8.

Vbera Mariæ tota nobis alendis impenduntur. Cant. 4.

Rursum expendo Canticorum illud testimonium: *Duo vbera tua sicut duo gemelli capreæ.* Cap. 4. Duos contemplatus sum hinnulo, Christum scilicet & homines vberibus Mariæ hærentes. At iam libet vnicum hinnulum, id est, cunctos homines ad vbera Mariana accurrere: imò ipsa vbera Dei genitricis: quæ iam lactando Filio Dei non admouentur, assimilari hinnulis capratum, vt ad homines & alendos, & subleuandos velociter accurrant. Hailgrinus Cardin. *Duo hæc vbera Mariæ affectus est pietatis, & affectus maternæ misericordiæ: quæ velut acuto capreæ lumine considerant, qui, & quanta quisque ope indigeat, & per talem considerationem discurrunt, & per promptam subuentionem accurrunt velociter vt hinnulus.* 9. Hailgr.

Ex quo Christus suxit vbera Mariæ, geminò simul populo lac exhibens.

Illam particulam: *Quæ suxisti* pondero. Ex quo Dominus vterum Mariæ occupauit, & suxit vbera, sese hominum Matrem constituit. Dictum olim Rebeccæ: *Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi.* Gen. 25. Non solus erat Iacob, sed Esau apud maternum vterum commorabatur. Ex quo enim Rebecca Maria (sic 10.

cam

eam Richardus Laurent. appellat) Christum Iacobum genuit, & populi Iudaici & Gentilis mater efficitur. At ex quo vberibus Christum admouet, totam sese & populo gemino lactando impendit.

11. *Emissiones tuæ* (Sponsus clamat) *Paradisus malorum punicorum.* Cant. 4. maternitas mariæ signatur natum suum emittens. *Peperit* enim *Filium suum primogenitum.* Et cur *emissiones*, & non potiùs *emissio* Iesu natiuitas vocitatur? Quia nascente Iacobo Iesu simul geminus populus nascitur. Guilhelmus: *Emissiones fructus sunt ex Maria emissi. Vnicus enim fructus est, qui ab efficaci salute Iesus dictus est; sed in vno illo fructu multiplex est fructus. In vno Saluatore omnium Iesu plurimos Maria peperit ad salutem.* Sicut igitur vno nascente Iesu, cuncti fideles nascimur; vno Iesu lactato, cuncti mariæ vberibus fruimur maternis. *Eoipso, quòd Mater est & nutrix Capitis, multorum membrorum Mater & nutrix est. Vnde ab omnibus Mater appellatur, & ab omnibus cultu debito vt Mater appellatur. Beatus venter, beata vbera.*

Emittit Maria Iesum, ac simul cunctos fideles parit alitq; eos. Cant. 4. Guilhel.

12. Vterus mariæ tritici aceruo comparatur: *Venter tuus sicut aceruus tritici.* Cant. 7. Et cur triticeus aceruus, nisi quia Dominum clausit? Richard. Laurent. lib. 4. *Per hoc, quod dicitur aceruus tritici, innuitur, quod plenus Filio Dei, qui se appellat granum frumenti.* Fatur ipse apud Ioannem: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.* Cap. 12. Cecidit in terram Mariæ; sed non inibi mortuum est; sed apud Caluariæ montem. Cur igitur Mariæ vterus non grano, sed triticeo aceruo comparatur? Certè quia eo ipso, quòd vterus Marianus granum illud vnicum exceperit, facta est totius messis mater. Adiicit pulchrè Richardus: *Granum illud tritici potentialiter erat aceruus tritici, de quo grano tanta spiritualis seges multiplicata est.* Quemadmodum igitur occupante vnico Filio Deo vterum Mariæ cunctis fidelibus patet domicilium, fugente Iesu vbera Genitricis, cuncti fugamus necesse est,

Eo ipso, quòd Mariæ vterus granum vnicum Christū excipit, omnes fideles concipit, parit, & alit, ideò aceruus tritici. Cant. 7. Laurent.

13. Audi Sponsum id asserentem: *Vna est columba mea, vna est Matri suæ, electa Genitrici suæ.* Cant. 6. Quid mariam esse vnicam suæ genitrici. Vnicam esse humanæ progeniei parentem, quæ illam pietatis vberibus enixam lactaret Et quonammodo huiusmodi ministerio vnica vocitatur, si Saluatorem lacte purissimo etiam donauit? Profectò quia eo ipso quòd Iesum lactat, cunctis simul fidelibus liquorem ministrat. Acutè Guilhelmus: *Est Maria vnicè electa genitrici suæ*, id est, generi humano, *singulariter electa ad ministerium redemptionis & regenerationis. Quomodo singulariter, si generauit, si lactauit Iesum, ad quod ministerium vnicè electa est? Insigne quippe & singulare ministerium genitrici suæ, siue nobis, exhibuit in eo, quòd ipsum Redemptorem nobis genuit, nobisque pio lacte aluit.*

Electa Maria vnicè lactando Deo simul ad lactandos fideles eligitur. Cant. 6. Guilhel.

14. Age, quonam fructu vberibus mariæ hæreseimus? Dei voluntatem implendo, eiúsque verba custodiendo dignos nos tantæ matris filios exhibemus. Vnde clamante muliere: *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.* Dominus adiicit: *Quin imò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Ac si diceret; Haud solùm commendabilia hominibus obiecta mariæ viscera, quia illos excipiunt, sed quia eos documentis salutaribus imbuens pia mater ad Paternæ voluntatis perducit executionem. Parere enim & nutrire homines inobedientes, humanæ communis naturæ est, solius autem mariæ eniti & alere obedientem. Appositè Andreas Cretensis hom. 2. de Dorm. *O diuinas permutationes! Produxit natura liberum arbitrium spinis obseptum. Maria contrà produxit eum, qui impleret Paternam voluntatem. Peperit natura ex inobedientia mortem voluntariam, Maria contra peperit eum, qui mortem sustulit per obedientiam: sola enim præter naturam fuit electa ad naturam renouandam.*

Nos Deiparæ paris, & lactat ad auditum & custodienda Dei verba. Luc. 11. Creten.

15. Ex eo enim Maria hominum mater, quòd nos generat, & alit ad Paternæ voluntatis executionem. Aiebat Apostolus: *Si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* 1. Cor. 4. Se verum fidelium patrem profatur Paulus, quia eos per Euangelium ad Patris æterni voluntatis executionem adducendos genuerat. An non strictiori lege maria mater, quæ Verbum enitens & alens, verba Dei audire & custodire homines docuit? Guarricus ser. 1. de Assumpt. *Si fermoni Christi filios suos iterùm atque iterum parturit curâ, atque desiderio pietatis, donec formetur in eis Christus: quantò magis ipsa Mater Christi? Et Paulus quidem genuit eos verbo veritatis; Maria autem longè diuinius, atque sanctius, Verbum ipsum generando. Laudo quidem in Paulo prædicationis ministerium, sed plus miror, ac veneror in Mariâ generationis mysterium.* Generans enim, alénsque Verbum, generandis alendisque fidelibus verè mater adicitur. Maternitatem Virginis & temporarij, & spirituales parentes curent imitari; verus enim paternus ac maternus affectus est, natos Christo generare, salutarium documentorum lacte nutrire.

Si Apostolus ex hoc fidelium Pater, quòd Maria Verbum pariens, vt filii adoptiui Dei verbo custodiant. 1. Cor. 4. Guarr.

Observatio III.

Ad illa verba.

Et vbera quæ suxisti.

Mariæ Maternitas nobis exponitur tota misericordia, tota pietas.

Edoceo parentum affectum in filios tunc dulciùs ostendi, cum eos curant ad pœnitentiam peccatorum allicere.

16. Apta quidem fœmina mariæ maternitatem non solùm ex vtero, sed & ex vberibus collandauit, quia frustrà peccatoribus vterus matris nostræ excipiendis pateret, si vbera renatis piissimæ misericordiæ non exhiberentur. Sugente Domino vbera mariana, ipsa humani eporanere pietatem, vt hominibus ebibenda exhiberentur. Hugo Victor. part. 2. in Cant. Cap. 23. *In te, inquit, ô Virgo,*

Hugo.

ô Virgo, concreuit lac diuinæ misericordiæ, & ex te nobis profluxit. Quidni Mariæ erga nos maternitas tota misericordia, tota pietas exponeretur?

17. *Maria Rachel tota amabilis, nescit irasci.* Eccli. 24.

Ipsam audite: *Ego Mater pulchræ dilectionis, & agnitionis.* Eccli. 24. Iis, qui se agnoscunt, vt pœnitentiam agant, seseque verbum Dei audientes ad meliorem frugem recipiunt, me dilectionis Matrem ostendo. *Mater pulchræ dilectionis.* An non fœdi amoris matres? Quæ filiis vultum præsentant iratum, haud pulchræ dilectionis matres ostenduntur, sed difformis. Nunquam Mariæ facies coram filiis apparet deformata. Somniante Iosepho se à parentibus & fratribus sub Solis, Lunæ ac stellarum imagine adorandum. *Increpauit pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti? num ego, & mater tua, & fratres tui, adorabimus te super terram?* Gen. 37. Quin & fratres accensi irâ eum morti tradere, ac demùm mancipium suum Regem facere moliuntur. Inibi aderat Rachel Iosephi mater, si (Lyrano authore) mors Rachelis per anticipationem scripta fuerat: vel saltem Bala, aut Zelpha, quæ materno nomine insignitæ somnij seriem possent implere. Profectò admittens nunc Lyrani sententiam, video parentem Iacobum in natum insurgere iratum, fratres excitare tragœdias; solius autem Rachelis querelas non exaudio. Cur ita? Mater erat Rachel. Aptiùs dixeris: Mater erat pulchræ dilectionis, quia typum Mariæ suauissimæ gerebat, quæ non solùm in filios non irascitur, sed & parentis irati querelas extinguit. Richardus Laurent. lib. 4. *Commendatur Rachel ab amabilitate, sed Maria amabilior, in qua consummatus est ille amor, per quem reuocata sunt antiqua odia.* Irâ accenditur Christus pater, Diui fratres corripiunt, verbis acribus pungunt. At Maria dilectionis ac amabilitatis Mater nescit fundi in querelas.

Gen 37.

Richard.

18. *Nunquam Maria querelas audiuimus, Christo irato, Diuis indignatis.* Mat. 20.

Ad Iesum Ioannes & Iacobus accedūt cum Matre profante: *Dic vt duo filij mei sedeant, vnus ad dexteram, & alius ad sinistram in Regno tuo.* Matt. 20. Sit tibi huiusmodi ad Regni inter fratres augustiorem sedem ambitus Iosephi somnium. Pater si non Iacob Iacobi filius indignator. *Nescitis quid petatis*; fratres irâ accenduntur. *Decem indignati sunt* Apostoli. Aderat (authore Cassia.) tunc Maria Mater (aut in Maria Salome figurabatur) Audisti-ne querelas Mariæ? Minimè planè. Quia Mater pulchræ dilectionis cùm sit, haud nouit vultùs prætendere deformitatem. D. Bernardus ser. 1 de Nat. Mar. *Reuolue, inquit, diligentiùs Euangelicæ historiæ seriem vniuersam; & si quid fortè increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Mariâ, de cætera suspectam habeas, & accedere verearis.*

Bern.

19. *Maria tota misericordiæ Mater.*

Ideo existimo Mariam misericordiæ Matrem ab Ecclesiâ vocari: *Aue Regina Mater misericordiæ, vita, dulcedo.* Christus quidem misericordiæ parens, & iustitiæ, iuxta Dauidicum: *Duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia.* Imo Patrem solummodo iustitiæ iustum hominum Iudicem li ceat contemplari, quia portionem (siue dimidium Regni) ad iustitiam pertinentem Estheri Mariæ non impendit, sed partem misericordiæ. Vnde nihil austerum in Maria. Gerson tract. 4. sup. Magnif. *Maria Regina principatum habet dimidij Regni Dei sub typo Esther & Assueri. Regnum quippe Dei consistit in misericordia & iustitiâ: quia potestas Dei est, & tibi Domine, misericordia. Potestate Domino remanente, cessit quodammodo misericordia pars Matri regnanti. Hinc ab Ecclesia, tota Regina misericordiæ salutatur. Tota quidem* misericordiæ Mater Maria, nullam iudicij particulam confouere videtur. Vnde clamat Ecclesia: *Illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte; & Iesum nobis post hoc exilium ostende.* Te nunc ô Regina, Filium autem tuum post hoc exilium videamus Tu enim hîc tota misericors, Iesus autem hîc peccatoribus horribilis ostentatur.

Gers.

20. *Sedes Regni hominibus à Maria preparantur misericordiæ Matre.* Gen. 21. Mat 20.

Profectò cessisse Dominum Assuerum Estheri Mariæ misericordiæ portionem ostēdit Isaac & Rebeccæ dissidium. Vnica sedes vnico filio præparatur, Cupit Isaac Esau sedere, expetit Rebecca Iacobum hæredem constitui. Cuinam debetur primogenitura? Si spectetur ius, primogenito Esau: sed spectatâ matris pietate, Iacob sede donatur En Christi cum Mariâ causam, Vult ille, *omnes homines saluos fieri*, atque adeo vult generali voluntate Petrum vnius sedis cælestis hæredem constitui, quæ à Maria Antonio (sic liceat fari) præparata est. Ita à Virgine cibus Domino paratur, sic peccator induitur, vt voluntas illa generalis saluandi Petri, efficaciter in Antonio impleatur. Ad Mariæ etenim Regnum portio attinet misericordiæ. Vnde postulantibus sedes potest iam Dominus inclamare: *sedere ad dexteram meum non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Matre mea.* Quia *potestate Domino* (loquor cum Concellario Paris.) *remanente, cessit quodammodo misericordiæ pars Matri regnanti.*

21. *Ideò inuocata Maria, promptior est salus.* Ansel.

Hinc facilis solutio sententiæ illius difficilis Anselmi de Laud. Virg. *Quare promptior salus in recordatione*, aut inuocatione Mariæ, *quam in recordatione Filij percipitur?* Respondet: *Filius eius Iudex est omnium, discernens merita singulorum. Dum igitur ipse à quouis suo nomine inuocatus non statim exaudit, iustè profectò facit.* Quia iustitiæ solius sibi reseruauit portionem. *Inuocato autem nomine Matris, & si merita inuocantis non merentur, merita Matris intercedunt, vt exaudiatur.* Coram Iudicis tribunali merita discutiuntur, quia iustus totus; in conspectu autem Mariæ non discutiuntur merita, quia totum fit iudicium misericordiæ; *cessit enim quodammodo misericordiæ pars Matri regnanti.*

22. *Maria lilium nil habet quod pungentibus se lædat.* Cant. 2. Rupert.

Aliquando vidisti Mariam linguis inimicorum vulneratam; sed ipsam nunquam vulnera infligentem aspexisti. Sponsus profatur: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias* Cant. 2 Ad quæ Rupertus asserit Mariam fuisse lilium inter spinas, quia *quæcumque spinæ Filium, eæde Matrem confixerunt, (tolerauit enim impiorum blasphemias) & lacerarunt; & sicut Filius spinas pertulit, sic de Matre dicitur.* Nil Maria quod lædat, quia lilium inter spinas est. Cecinit Sedulius lib. 1. Pasch.

Ac veluti spinis mollis rosa surgit acutis,

Nil

Nil quod lædat habens, matremq; obscurat honore,
Sic Eua de stirpe sacra veniens Maria.

23. Nil quod lædat, Maria habet, tota diffluit dulcedine; nec enim muliebris naturæ sapit amaritudinem. Nubecula illa Eliæ famulo obiecta e mari exorta amarissimo nihil amaritudinis contraxit, tota dulcis euolauit. 3. Reg. 18 Quid Maria? Ioannes Ierosol. de Inst. Monach. *Licet nubecula illa esset originaliter eiusdem naturæ cum mari, alterius tamen fuit qualitatis; mare quippe amarum & ponderosum, sed Maria leuis & dulcis.*

Tota Maria dulcis, nil ex muliebri amaritudine ebibit.

3. Reg. 18.

24. An semper nobis dulcis nobis existet? Certè nunquam non Maria Mater. Ante Incarnationem Mater nostra fuit hominibus impetrans Saluatorem, apud Superos semper Mater erit. Cùm Saluator è viuis excessit, dissolutâ per mortem Filij maternitatis relatione, adhuc Mater nostra persistit. Vnde Ioanni (vices, authore Bernardo, generis humani gerenti) Dominus: *Ecce Mater tua*: Ioan. 19. Quia scilicet nunquam non Maria Mater misericordiæ. Ad illa verba: *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph.* Mat. 1. Chrysologus serm. 146. fatur: *sufficerat dixisse: Cùm desponsata esset Maria. Quid sibi vult sponsa Mater? si Mater, non sponsa: si sponsa, non adhuc Mater. Quomodo*, inquit, *non ante conceptum Mater, quæ post partum Virgo Mater Maria* ante conceptum *Mater vocatur; & quando non Maria Mater?* A primo conceptionis instanti iam Maria hominum Mater exoritur piissima.

Nunquam non dulcis Mater Maria.

Ioa. 19.

Matt. 1.
Chrysol.

25. Enim verò quò tendit tanta Matris nostræ misericordia? Postquàm se Matrem *pulchræ dilectionis* asseruit, adiecit: *Et agnitionis.* Curat enim dilectionis pulchritudine peccatores Mariæ filios allici ad agnitionem, & pœnitudinem criminum, vt piæ Maternitatis effectibus potiantur. De Iesu nomine: *Oleum effusum nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te.* Cant. 1. Accommodat Matri Mariæ Richardus Laur. lib. 4. *Oleum effusum nomē Maria, quod nomen effusum si quis voluerit colligere, vulneribus suis medicinam poterit inuenire.* Ac si diceret: Maria tota oleum est, mater suauitatis, sed huiusmodi suauitas curandis hominum vulneribus adhibenda; ne pietati nimiùm fidentes, misere pereamus.

Tanta pietate curat Maria nos in criminum agnitionem venire.

Cant. 1.

Richard.

26. Porrò oleo pietatis marianæ lux nutritur, conscientiæ nostræ latebræ ablegandæ, in criminum expiationem. *Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris.* Prou. 20. Ad quem locum Richardus citat. *Dicamus & nos: Lucerna Domina, quæ est Maria, illuminatrix, spiraculum hominis; quia per eam peccator respirat in spe veniæ. Quæ inuestigat, seu inuestigare facit omnia secreta ventris, id est, abscondita cordis.* Suauitas ergo olei misericordiæ Mariæ eò tendit, vt pascens lucernam agnitionis cor humanum tantâ suauitate emolliatur. *Oleum* (adiicit) *penetratiuum est nomen Mariæ. Mirabiliter enim virtus huius nominis emollit & penetrat cor humanum.*

Oleum pietatis Mariæ lumen facit agnitioni ad mundandam conscientiam nostram.

Prou. 20.
Richard.

27. Id quidem suauitate maternâ experit Maria, suos vtique alumnos ablui, vt cælestis Parentis affectu perfruantur. Apud Canæ nuptias cùm deficiente vino misericordiæ mater postulat aquam in merum conuerti: quid aliud curabat Maria nisi ex peccatorum filiorum conuersione hominum præcordia diuis beneficiis expleri? Asserit Rupertus Virginem incorruptionem hominibus ex Sacramentorum vsu postulasse. *Optabat enim Beata Genitrix conuiuantibus fieri ianua cælestis beneficij.* Hæc matris misericordiæ vnica cura, filios ex suauitate & pietate ad conuersionem allici. *Si igitur criminum* (ait Bernardus hom. 2. sup. *Missus*) *immanitate turbaris, conscientiæ fœditate confusus, cogita Mariam* pulchræ dilectionis matrem, cuius pietas ad tuam solummodo conuersionem tendit.

Mater piissima cupit nobis ex conscientia mundiore fieri beneficiorum ianuam

SECTIO QVARTA.

Niuea Mariæ Basilica.

TEXTVS.

VERS. 28. AT ille dixit: Quin imò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

IN MARIÆ AD NIVES DEDICATIONEM PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS

Circa literam.

Ex Niueâ eius Basilicâ.

OBSER-

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Quin imò beati qui audiunt verbum Dei.

Niuea Virginis puritas, quâ Deum mente enixa est, Deo niueam Basilicam præparauit.

Innuo laudabilem minimè corpoream virginitatem, quæ ex niueâ animi incorruptione non exoritur.

1. Idimus lib. 6. Dominum Templi Virginei puritatem expressisse illis verbis: *Quin imò, &c.* Commendato etenim à piâ fœminâ vtero, Christi Tabernaculo, animi Mariani Dominus puritatem niueam, quæ quidem ampliùs & perfectiùs Tabernaculum Domino consecrauit, expressit. Hanc planè Basilica Deiparæ exædificata ex fundamine niueo à cælo emisso, vt nix materialis domus situi eligendo deseruiens niueam spiritualis Templi Mariani puritatem celebraret.

2. *Cùm Dominus curat Discipulis æternæ lucis indumenta ostentare, se niueâ Virginis puritate indutum ostendit.* Matt. 16. Bernard. Rupert.

Cùm Dominus Transfigurationis solemni Discipulis voluit ineffabilis puritatis gloriam ostentare, niueis se induit vestimentis: *Et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix.* Matt. 17. D. Bernardus asserit Mariam Christi extitisse vestimentum. Induisti quidem Deum meritò (ait Rupertus) *quia nuditatem libidinis non incurristi.* Cùm igitur Dominus curat æternæ lucis candorem Discipulis ostentare, se niueâ Virginis puritate indutum obiecit. *Dominus regnauit* (ait Dauid) *decorem indutus est.* Cùm regnat, siue cùm se Regem esse confirmat æternitatis, se indutum pulcherrimo obiicit indumento, quod quidem non aliud quàm illud quo indutus apparuit, cùm ex Virgineo vtero prodiit, authore Richardo Laurentino.

3. *Vestis niuea Mariani animi vestitu commendatur quàm corporis.* Psal. 44. Carthu.

Describit Vates indumenti huiusce puritatem: *Omnis gloria filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis.* Psal. 44. Contemplatus es vteri & vberum Mariæ candorem? Vincit certè externam puritatem, niueus animi fulgor, qui gloriosum Domino exhibuit vestimentum: *Ab intus.* Carthusianus lib. 5. Exerc. affirmat gratiam illam, quæ Mariam in vtero sanctificauit, primo conceptionis instanti, *Illi simul fuisse quasi ignem illuminantem, & exornantem,* & in morem candoris lucis æternæ, *penitùs non admittentem fomitem concupiscentiæ.* Illa particula: *Ab intus*, aliter, *in intimis visceribus.* Vt non iam solùm viscera externa niuea appareant, vt offerant Christo homini Tabernaculum, sed & intima & interna viscera, puriſſima quidem contemplamur, quæ Deo Basilicam niueam dedicarunt.

Pergit Dauid: *In fimbriis aureis, circumamicta varietate.* Ad quæ Gregorius lib. 6. in 1. Reg. 15. *In vestitu aureo virginitas prædicatur, sed omnis gloria intus & in fimbriis aureis, & varietate circumamicta asseritur, vt innumeris virtutibus adiuncta integritas vsque in finem deduci sentiatur.* Nec enim solummodò Dominus ventris puriſſimi beatitudinem prædicari curat, sed vberiori præconio animi Mariani puritatem niueam commendari. 4.

Virtutum varietas Mariani vestimenti ornatio. Gregor.

An ventris puritas commendabilis, spiritu deformato? Euæ exuto niueâ stolâ animo, corpus virgineum niueum perstitit. Adamus suscipit deformatam, Christus autem & vteri candore pulchram, & animi niue gloriosam Mariam suscipit sibi vestimentum. Ambros. lib. de Isaac. Cap. 5. *Suscipe Iesu Euam, iam non ficulnea foliis adornatam, sed Sancto indutam Spiritu, & nouâ gratiâ gloriosam. Quia iam non tanquam nudata absconditur, sed tanquam circundata vestimenti splendore fulgentius occurrit, quia vestis eam gratia.* 5.

Maria Virgo animo & corpore niuea. Ambros.

Igitur *omnis gloria*, siue laus Virginis, *ab intus in fimbriis aureis*: Non commendetur ex ventris beatitudine, siue ex Maternitatis elogio solùm, quæ ex niueâ virtutum egregiarum puritate plus commendabilis obiicitur. Virtutibus enim crescentibus priùs quodammodo effecta fuit Dei Mater animo, priusquàm corpore efficeretur. Angelus Virgini: *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Luc 1. Vt Deum carne induas, tota est præparanda Spiritûs Sancti aduentu. Hieronymus, *Vterus Virginis licèt mundus, tamen adhuc vilitate humilitatis induitur, lanâ quidem candidissimâ, sed suo colore dealbatâ, ad quam cùm accessisset Spiritus Sanctus, vt lana infecta conchilio vertitur in purpuram, versa est & ipsa in Matrem Dei.* Vteri Mariani priusquam fœcundaretur, describit ornatum, asserens versam esse Spiritûs Sancti ingressu speciali in Matrem Dei, priusquàm Mater vtero tumente efficeretur. Ergo *priùs illa* (authore D. Leone) *concepit mente, quàm ventre.* Priùs augustam niueam Deo præparauit Basilicam animo, quàm vtero Tabernaculum exædificaret. 6.

Priùs niueo animo Deum peperit, quàm vtero suscepit, hic Dei Mater. Luc. 1. Hieron. Leo.

Priùs quidem Sole Diuinitatis induitur, quàm niueam Domino exhiberet stolam. Hæc illa miraculo excitata fœmina, de qua Ioannes: *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole.* Apoc. 12. Tanto fulgore virtutum induitur, vt Solem induat, vt Soli Tabernaculum Sol ipsa præparet; quòd eam non iam fœminam, non Spiritum Angelicum, sed omninò Diuinitate conspicuam quodammodo liceat contemplari. Bernardus: *Non mulieris potestas est, vt sustineat. Solis amictus; sed neque Angelica quidem. Sublimior quædam necessaria est.* Induitur itaque Maria Diuinitatis quodammodo Sole, vt Solem ipsa niueâ gloria æterni scilicet candoris apud Thaboris verticem posset induere. Ediscant hinc Virgines haud augustæ laudis puritatem corporis, quæ ex niueo animi candore non exoritur. 7.

Quasi Sole Diuinitatis induitur Maria, vt Solem posset niueâ induere stolâ.

Observatio II.

Ad illa verba.

Quin imò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Niueâ puritate Deiparæ designatur locus Templo Dei exædificando.

Innuo Deum minimè commorari vbi fœditas animi.

8. PERFECIT Dominus Mariæ laudē à muliere decantatam. Extulit illa vterum, qui Deum portauerat, Christus autem hinc niueam Virginis consequenter effert puritatem; quia ideo venter portauit Saluatorem. Nec enim domo exciperetur, quæ eburnea non existeret. *Quin imo, beati &c. Te portauit* venter? Eburneus, ac niueus ille puritate; quia domum luteam author niueæ puritatis non occuparet. D. Zeno serm. 2. de Nat. *Neque enim re verâ aliquid circa se habere posset immunditia, qui humani generis peccata, sordes, & maculas venerat mundaturus.*

Zeno.

9. Antequàm Basilica Deiparæ dedicaretur, locum, vbi fundamina iaciuntur, nix occupat ædificij metator quodammodo! Dedicanda erat Deiparæ Basilica, augustissimum Saluatori Delubrum, priùs metator Deus puritatis niueæ largitor aduenit, vt postmodum, viuorum & mortuorum throno exciperetur niue designato. Chrysologus ponderat Lucæ testimonium: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*, cap 1. Præmittitur Spiritus sanctus, ac Altissimi virtus, acturi quidem personam metatoris qui fulgore puritatis niueæ locum operiat, vbi Templum Trinitati exædificandum. *Mox sensit in se supremum suscepi Iudicem, quem ante iam contemplata est metatorem.* Sic ser. 142. Vti Iudex excipitur, vt discernat, num niuea puritas præmissa dignum Deo præsignet habitaculum.

Antequam Templum Mariæ ædificetur, niuea numinis puritas præmittitur à Deo metatore, vt designet ædificij locum. Luc. 1. Chrys.

10. Ex Maria igitur niueâ niueus Christus exoritur. *Quod nascetur ex te sanctum.* Ex niue niueus, ex eburnea domo eburneus, sicut lumen de lumine procedit. Niueus oritur Christus? Ergo ex niueo procedit tabernaculo; quia vbi Deus est, nil non niueum reperiri potest. Nazianzenus Orat 40. *Deus plane sine vllâ spurcitiâ ex Virgine progressus est; nihil enim spurcum, vbi Deus est.*

Christus niueus cōnotat niueam Deiparam esse. Nazian.

11. Asserit Ioannes Mariam Sole amictam clamare. *In vtero habens cruciabatur vt pareret*, Apoc. 12. Cur quæ sine parturitione, ac dolore peperit, affecta cruciatu obiicitur paritura? Apposité Interpres ingeniosus excogitauit cruciatum illum ortum ducere ex Deiparæ dubitatione: num dignum Deo vterus Téplū præpararet. *Fuge, dilecte mi*, vterum non satis niueum immēsæ puritati, *assimilare capreæ, hinnulique ceruorum*, non vt ad Mundum venias solummodo, sed vt à domo non satis eburneâ possis recedere. Hęc humilitatis affectu Maria. At Dominus adeò vteri puritate allicitur, vt quodammodo post nouem mensium curriculum à Patris potentiâ exire compellatur. *Suscepisti me*, inquit, *ex vtero Matris meæ*. Psalm. 18. Aliter, *extraxisti me ex vtero.* Tam addictus Dominus Matris vtero sibi niueo tabernaculo exædificato, vt quodammodo necessarium esset à Patre extrahi, ac auelli, vt charissimum sibi relinqueret habitaculum. Edisce, niuem puritatis præmittendam Communioni. Præparetur locus, vbi Deo erigendum Delubrum, vbi Iudici ingressuro tabernaculum construendum est.

Adhuc Mariæ de vberiori niuea puritate est solicita. Apoc. 12. Psalm. 18.

Observatio III.

Ad illa verba:

Quin imo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Mariæ niuea puritas, niuis thesaurus hostes inuisibiles comminuit, Deum ipsum aduersùs homines iratum pacauit.

Edocemur, puritatem castitatis valida aduersùs hostes arma ministrare.

CVstodiunt quidem Diui verba Dei executioni mandata id est virtutes tāquā thesaurū in diem scilicet pugnæ & belli. Verba Dei Dominus apud delectum aduersùs Diabolum custodiæ addicta è thesauro eduxit, vt hostem debellaret. Haud aliter iusti è niueo virtutum thesauro in diabolum, in viria insurgere curantes, tela educunt dæmonem vulnerātia. Maria igitur longè beatior, quia verba Dei audiens custodiuit; virtutum thesaurum aduersùs Ecclesiæ hostes præparauit. Et quidem huiusmodi virtutum, ac puritatis Mariæ niueum thesaurum nix montis Exquilini apprimè celebrauit. 12.

Præmitto Iobi testimonium. *Numquid ingressus es thesauros niuis, quos præparaui in diem pugnæ & belli?* cap. 38. Vbi Olimpiodorus apud Comitol. *Niuem, & grandinem Deus aduersùs hostes solitus est adhibere.* D. Augustinus Paulum grandinem esse affirmauit aduersùs hostes Ecclesiæ præparatum à Domino. Niuē equidem authore Richardo Laur. Virginem purissimam vocitarim, thesaurum quidem à Deo aduersùs cunctos tenebrarum Principes repositum *I. tempus belli.* 13.

Maria puritas thesaurus niuis in diem belli. Iob. 38. Olimp. Richard.

Ante Deiparæ natalitium gēs Hebræa horribilium tyrannorum impugnationem tolerauit, Babyloniis, Persis, Medis, atque Assyriis fortiter aduersùs illos dimicantibus. Certè tunc belli tempus fuisse crediderim. Sic Rupertus. *Tempus belli tunc erat.* Videlicet cùm Hebræi à Babyloniis, Persis, Medis, Assyriisque oppugnabantur. Quidnam Diabolus ex huiusmodi hostium bello procurabat? Hebraicum populum omnino extinguere, ne Maria nasceretur. Abbas pulchrè. *Tempus belli tunc erat, vt defensaretur radix Iesse,* 14.

Vt Diabolus debellaretur, ne radix Iesse, ex qua Maria ortum ductura erat, periret, ipsa Maria puritas dimicabat. Rupert. ad cap. 10. Isa.

vt defensaretur genus Abraha, donec tu Virgo nasceretis lectulus vere Salomonis pacifici: laborabat Diabolus per satellites suos, & ministros Reges Babylonios, Reges Persas, Reges Medos, Reges Ægyptios. Laborabat, inquam, Diabolus, ne esset vnde nasceretur hæc *Beata Virgo.* Si illud tempus belli, quænam oix in illud præparata? Profectò ipsa Mariæ puritas à Deo præuisa quasi in thesauro reponitur in

Eccli. 24. diem belli: *Ab æterno* (ait ipsa) *ordinata sum.* Eccli. 24. Præparata scilicet à Deo instar niuium thesauri, vt ex respectu tantæ puritatis Dominus Hebræos tueretur, radicem Iesse à tot hostium impugnatione liberet: *Donec tu Virgo nascereris lectulus veri Salomonis,* Pacificus ille hominibus tuo in thalamo vincens ostentatur. Ideò te mundum niueæ puritatis armis pacificante, nascituro Domino pax deseruiit. *Et in terra pax.*

15. *E niueo Mariæ monte dolabitur hostes debellans.* Dan. 2. Prou. 31. Guarric.

Christus ex niueo puritatis Marianæ thesauro niueus exoriens, hostes cunctos comminuit. En lapis è monte puritatis Mariæ (sic eam vocitauit Guarricus) excidens sine manibus, quia ipsa Maria manus est immittens, iuxta illud: *Manum suam misit ad fortia,* aliter, ad *fortes.* Prou. 31. Statuam denique, siue Regna, siue Diabolum egregiè comminuit.

16. *Virga furoris Dei virga Iesse opponitur pacatura.* Isa. 10.

Parum tantæ puritatis potentiæ fuisset visibiles & inuisibiles hostes delere, si non ipsum Deum contra peccatores terribiliter insurgentem pacatum redderet. Defensabat enim, vt aiebat Rupertus, *radix Iesse,* vt ex ea exoriens Maria virga gratiâ plena irati Numinis ferreæ virgæ opponeretur. Minax Dominus: *Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse in manu eorum indignatio mea.* Isa. 10. An aduersùs virgam furoris Domini apud Thesauros niuis præualens armatura? Profectò radix Iesse virgam Mariam eduxit contra virgam furoris Domini pugnaturam: *Egredietur virga de radice Iesse.* Pulchrè Rupertus *Quàm pulchra,* ait, *appositio! suprà ostendebatur ille spiritualis*

Rupert. *Assur virga furoris Domini. Ecce autem virga gratiæ, virga requiei Domini Maria.* Requieuit quidem, quia irâ accensus Dominus, obiectâ sibi Mariæ puritate, illicò requiescit, nec belli exercitamento insudat aduersùs peccatores.

17. *Rubo acceptus Domini irati ignis ea Mariæ puritate afficitur.*

Quàm horribilis, quàm minax Deus descendit ad rubum Hebræos accensurus igne indignationis, quòd Ægyptiorum impietatem ebiberant. At non à belli curâ requieuit, postquàm apud puritatis niueæ Mariæ rubum obtinuit habitaculum; Virgo enim seu arbor illa *requiei Domini.* Vnde non aduersùs Israëlitas Moysem, sed aduersùs eorum hostes pugnaturum immittit. Vndenam pacatus? *Vidit Moses, quia rubus arderet, & non comburetur.* Exo. 3. Obiicitur Numini virginitatis niueæ marianæ mysterium, & omninò irâ depositâ in Hebræorum protectionem, hostiumque extinctionem Legislator Moyses creatus est. Damascenus Orat. 2. de Assumpt. *Per simulachrum quoddam, & vmbram Mariæ tantus Legislator & Princeps à Deo creatus est.* Vt scilicet Hebraïcum populum à captiuitate diâ liberaret.

Vt non aduersus Hebræos hostem, sed liberatorem immittat. Exo. 23.

Damasc.

18. *Iudex exceptus niuea Mariæ vtero iniquitate damnat, homine liberato.* Luc. 2. Zeno.

Postquàm Maria in niueo purissimi vteri agro cælestem thesaurum custodiuit, *abiit in montana cum festinatione, & salutauit Elizabeth.* Luc. 1. Coram supremo Iudice præco clamat, sancte Zenone. *Illa præconem portat, hæc Iudicem.* Nam cùm Maria consensum exhibuit operando mysterio, *vtique in se* (vt aiebat Chrysologus) *præconem suscepit Iudicem.* Præco adest & Iudex? Proculdubio humanum genus supplicio capitis addicitur. Certè liberato homine, culpa cruci illiganda est. Vnde adücit Zeno, *Iniquitate iam culpâ deletâ veteri.* Præco clamat iniquitatis supplicium, homine quidem Iudicis gratiæ restituto.

19. *Lac niueum Mariæ misericordiam Dei fecit quodammodo augmentum sumere.*

Id exprimit pia fœmina hodie profata: *Beata vbera, quæ suxisti.* Vbera certè Virginis niueo lacte è thesauro puritatis educto iratum Numen lactauere. Contemplor quidem Dei misericordiam (aliàs infinitam) ad Mundum post peccatum descendentem puellulam. Maria nutrix accepit, curæ addixit, ei vbera exhibuit. Quid plura? Adeò creuit Dei pietas, adulta adeo sese ostentauit misericordia, vt infinita vel exercitio quodammodo ostendatur. Elegantem do Hugonis Victor. sententiam. p. 2. in Cant. cap. 23. *Christus in te, ô Deiparens, vbera suxit, vt per te nobis spiritualia fluerent. Et cùm misericordia Dei sit ab æterno, amplior cœpit esse ex tempore. Et cùm ex te cœpit initium, eius quoque largitas per te sumpsit augmentum. In te ergo concreuit lac diuina misericordia, & ex te nobis profluxit. Ipsa priùs repleta es, & ex te nobis descendit hæc abundantia.* Misericordiæ igitur lac Mariæ vberibus lactandũ addicitur, lacte Mariæ infinitæ misericordiæ lac adeò *sumpsit augmentum,* adeò *concreuit,* vt Deus ex leone vertatur in Agnum, Maria throno *veri Salomonis* pacifici effecta. E præfatis edocemur puritatem, seu castitatem niueam cordi perpetuo addictam velut thesaurum, contra hostes Tartareos arma valida tempore belli (id est, vitæ totius instantiâ) ministrare.

Hugo Victor.



LIBER DVODECIMVS.

MARIÆ ASSVMPTIO.

Paraphrases, ac Commentarij Literales in Caput decimum Lucæ.

PANEGYRICI MORALES CIRCA Literam in Deiparæ Assumptionem.

PROLVSIO.



Osephvs de IesuNaue scripsit *Sanctum Tabernaculum in Vrbe Silunte fixit, quod hic locus propter pulchritudinem visus sit idoneus, in quo tantisper maneret, donec maior commoditas ædificandi Templum se præberet.* Christum Tabernaculum quidem Dei cum hominibus Dux Ecclesiæ Spiritus sanctus Mariano in monte Silunte fixit, donec sublimius Templum ipsi collocando ædificatum est. Donec scilicet eadem Maria tot virtutum, ex contemplariuæ actiuæque vitæ gestis, ornata incrementis, eidem Domino æternum apud Superos præparat habitaculum iuxta illud: *Veni, electa mea, & ponam in te thronum meum.* Vt quæ pugnanti Christo Castellum dedisset, triumphanti gloriosum thronum exhiberet.

Mariana vitalis Arboris Frvctvs Dvodecimvs.

LVCAS CAP. X.

Vers. 38. Intravit Iesus in quoddam Castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illũ in domũ suã.

39. Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secùs pedes Domini, audiebat verbum illius.

40. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me

Paraphrasis.

39. *Cum Iesus, comitantibus Discipulis, à reliquis rebus abstractus incederet, oppidum quoddam ingressus est. Ibi mulier nomine Martha, eum hospitio excepit.*

39. *Huic erat soror nomine Maria par vtriusque in Dominum pietas, dispar ministerium, diuersa functio pietatis. Nam Maria feriata à negotiis domesticis, pedibus Domini addicebatur, illius sermones auditura, quibus adeò abripiebatur, vt reliquorum oblita vix posset auelli.*

40. *Martha autem de conuiuij apparatu sollicita, sursum, ac deorsum cursitabat, satagens, ne quid omnium deesset, quæ ad excipiendum haud indignè Dominum, ac eius Discipulos pertinebant: eadem quidem*

solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet.

dem pietate duas sorores in diligendo Iesu concordes ad diuersa agente ministeria. Martha ergo vix obeundis sufficiens, videns sororem feriatam, Domine, inquit, non est tibi curæ, quòd soror mea patitur me solam ministrare? Iube igitur, vt me adiuuet. Scio enim à te minimè, nisi iusseris, auellendam. Tanta sermonum tuorum dulcedo, sed à qua ob obsequium tui debeat auelli.

41\. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima.

41\. *At Dominus vtriusque fœminæ delectatus affectu, nec Marthæ sedulitatem improbat, nec ob murmurantem obiurgat sororem: sed Mariam subleuat, fatus: Tu quidem, Martha, sollicitudine apparandi conuiuij distorqueris, tumultuaris, distraherisque circa multa.*

42\. Porrò, vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

42\. *Cæterùm vnum est præcipuè necessarium, quod, si liceret, semper quidem gerendum. Maria delegit partem longè potiorem, dum eorum oblita, quæ sunt corporis, tota est iis, quæ sunt animi, addicta. Grata mihi tua pietas, quæ mihi, ac meis pro tempore conuiuium apparat; sed suauius ab hac, quæ sermones meos in viscera traiicit, reficior. Huius felicitas non eripietur; tuum autem ministerium absoluetur, cùm necessitates, apparente immortalitate, cessabunt.*

SECTIO PRIMA.

Vtriusque Sororis Ministeria.

TEXTVS.

VERS. 38. INTRAVIT *Iesus* in quoddam Castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. 39. Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. 40. Martha autem satagebat circa frequens ministerium.

COMMENTARIVS LITERALIS.

---

§. I.

De Domini in Marthæ ac Mariæ domum ingressione.

1\. *Quonam tempore ingressio fuit*

INtrauit Iesus in quoddam Castellum. Certum arbitror ingressionem Domini in oppidum (vbi domus Lazari) gestam post historiam de Legisperito. Probabile autem iune, aut paulò post accidisse. Nec dubito euenisse eo tempore, quo Discipulorum in Iudæam immissio, & reuersio facta est, quando Christus per Iudæam proficiscebatur. Prosequitur itaque Lucas ea narrare, quæ Christus in hoc gessit itinere.

2\. *Professus Iesus in oppidū illum in transitu.*

Intrauit in quoddam Castellum. Cùm iter prosequeretur cum Discipulis, factum est vt diuerteret in quoddam Castellum, seu in vicum, aut pagum Iudææ. Haud dictum: *Factum est vt intraret in Castellum.* Sed: *Dùm irent, intrauit in Castellum.* Vt significaret Euangelista Christum non esse profectum in id Castellum, vt ibi maneret, sed in transitu, dùm aliò proficiscebatur, vt solent ij, qui aliquò euntes ad loca intermedia diuertunt.

3\. *Non sine Discipulis intrarit in Oppidum.*

Intrauit Iesus. An sine Discipulis se ad Oppidum recepit? Solum intrasse Lucas videtur asseruisse. Ait enim: *Dum irent*, nempè Christus, & Discipuli, *intrauit Iesus in Castellum.* Quasi solus ipse, non autem reliqui socij ingrederentur. Assero tamen simul intrasse, qui simul ibant. Neque Dominus sine Discipulis, qui simul ex itinere defatigatis solus

solus sumeret refectionem, aut recreationem illam, quam aptiùs credo ob Discipulos reficiendos accepisse Fauet Euthymius affirmans Discipulos conuiuio interfuisse.

4. *Locum expono.* Tolet.

Sed vndenam Euangelista post memoratos ad profectionem communem Discipulos, de solius Domini prof... ingressione? Respondet Toletus, *Existimo id significatum esse, omnibus euntibus, solum Christum cogitasse, & voluisse diuertere in Castellum, Discipulis non opinantibus, aut existimantibus eum diuersurum.* Dicitur ergo ipse intrasse, non quòd illi non intrarent; sed quòd ipse solus in eum locum diuertere voluit: aut quia Castellum non erat in viâ rectâ, quam peragebant, aut quia nondum erat tunc tempus diuertendi; vnde Discipuli de tali introitu non cogitabant. Facilius tamen dixerim; solum Christum ingressum dici, quia ipse dux ingressionis, penes quem solum erat locum eligere, aut tempus, quo à labore feriarentur.

5. *Castellum Bethania.* Caiet.

In quoddam Castellum.] Cuius nomen Euangelista tacet, ex narratis tamen deducimus Bethaniam Castellum quidem Marthæ & Mariæ fuisse. Caietanus, *Ex Euangelio Ioannis clarè patet Martham & Mariam sorores fuisse Lazari, propter quod Castellum hoc videtur esse Bethania, quam etiam Ioannes vocat Castellum.* De Castello hoc mysticè Bernardus serm. 5. de Assum. *Quod est autem hoc Castellum nisi cor humanum?* Mox ipsum ante Christi ingressum describit, denique nouæ exædificationis Domino præparatæ gloriam exponit.

Bernard.

---

§. II.

De Martha ac Maria.

6. *Martha & Maria apud Castellum.*

E*T mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam.*] In eo castello erat mulier Martha nomine quæ domicilio eodem, quo habitabat, Dominum excepit hospitio. Habebat autem Martha sororem nomine Mariam.

7. *Cur Martha Dominum excepisse dicitur.* Bernard.

Cur non hanc, sed illam Dominum excepisse dicitur? An quia Domus ad solius Marthæ partem pertinebat? sic Toletus, & alij. Ego autem existimo, quia Martha natu maior erat. At si Lazari ab Euangelista facta fuisset memoria, hunc virum vtique, Dominum excepisse in domum suam affirmaretur. Communem itaque trium fratrum domum illam esse arbitror. Quam laudabiliter Dominũ illa excepit hospitio apud Iudæos, à quibus Iesus odio prosequebatur?

8. *Quare Lazari nulla mentio?* Bernard.

Excepit illum in domum suam.] Et cur nulla Lazari fratris memoria? Bernardus innuit adfuisse Lazarum, sed alia de causa haud nomeo expressum. *Intrat domum Saluator quam Lazarus mundat, ornat Martha, & Maria replet interna dedita contemplationi, sed fortè curiosius requirat, cur in præsenti Euangelica lectione nulla prorsus Lazari mentio fiat. Arbitror sanè, ne id quidem à proposita similitudine dissidere. Virginalem enim Domum intelligi volens spiritus, silust non incongruè pœnitentiam, quæ tantum vtique contristatur. Absit enim vt proprii quidquam inquinamenti domus hæc aliquando habuisse dicatur, vt in ea proinde scopa Lazari quæreretur.* Magis tamen hæc spiritualiter quam literaliter adnotata. Vnde assero tunc Lazarum non adfuisse quando Christus diuertit in Castellum. Adfuit? miraret non id ab Euangelista adnotatum, non ei aliquod circa Saluatoris hospitium assignatum ministerium, Marthámque solam in ministerio relictam doluisse, aut non simul de Lazaro se querulam ostentare.

---

§. III.

De vtriusque sororis ministerio.

Q*Væ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.*] Illa particula, 9.
Etiam premenda est. An Martha simul cum Maria sedebat, vt verbis Domini reficeretur? Ita planè. Nec enim verosimile arbitror, Iesu intranti domum, ac sedenti, docentique, Martham nec ad minimum temporis consedisse, vt sermonis aliquod acciperet verbum. Annõ id vitæ actiuæ contrarium? Minimè planè. Licèt enim magis operi, quàm contemplationi studeat, non tamen omni contemplatione, ac meditatione vacua est; ne scilicet ipsum exterioris opus imperfectionibus laboraret. Ab oratione enim ac meditatione discimus, quonammodo rerum externarum curæ studium impendamus.

Etiam Martha iuxta Domini pedes sedebat.

Quonammodo ergo satagebat circa externa ministeria? Martham censeo frequenter à pedibus Domini diuelli, vt attenderet conuiuio parando, dum Maria assidua & permanens iurenta doctrinæ maneret. Roboro expositionem. Quia cùm nulla fiat mẽtio aliorum, nisi vtriusque sororis, oportet, cum dicitur, Mariam etiam sedisse, referre particulam ad Martham, vt etiam ipsa, non tamen assidua, consideret. 10.

Quomodo ergo satagebat circa ministerium conuiuij?

Audiebat verbum illius.] Maria itaque Domino prædicanti, ac docenti assidebat, ad pedes eius sedens, & auido cordis, ac corporis excipiens auditu, quæ ille profabatur. Hinc apertè colligitur, Dominum simul ac intrauit, doctrinæ suæ verbum effudisse. *Perpende* (ait Toletus) *assiduam, & indesinentem Domini verbi sui prædicationem; nam hospitio exceptus, dum quæ ad cibum corporis necessaria erant parabantur, docere non destitit.* Edoceantur Euangelici ministri spirituali cibo se excipientes hospitio replere, dum corporeo ipsi reficiendi sint, vt hospitij gratiam reddere possint. 11.

Assidua Domino prædicanti, quam missi ad officia debent imitari. Tolet.

Martha autem satagebat circa frequens ministerium.] Cum Dominum Martha natu maior excepisset hospitio, cura, ac sollicitudo parandi conuiuij magis ei incumbebat. Vnde satagebat circa ministerium frequens, scilicet, dum frequenter distrahi, ac diuerti ab audiendo verbo, vt ministerio incumberet, cogebatur. 12.

Martha sollicitudo.

Frequens ministerium.] Græcè πολλὴν διακονίαν id est, multum ministerium. Ad conuiuium enim tanti hospitis, ac discipulorum eius multa necessum præparare Cui respondet Domini verbum: *Turbaris erga plurima*, seu *multa*, 13.

Quid frequens ministerium.

vt Græcè legitur. Interpres aptè frequens ministerium vertit, quia quæ *multo ministerio* debebat incumbere, frequenter seu assiduè oportebat eam iis interesse, quæ parabantur, & ab audiendo Christi sermone disturbari.

§. IV.

Quid mysticè Patres circa Marthæ ac Mariæ ministeria?

14. *Actionis ac contemplationis typum gerunt. Basil.*

DVas sorores typum actionis ac contemplationis gessisse communiter Doctores asseruere. Basilius Const. Monast. Cap. 1. *Per duas mulieres duo mihi vitæ genera introduci animaduertito; vnum quidem inferioris notæ, nempè quod in crassioribus se obeundis vitæ huius muneribus occupârit. Alterum nobilius, & cum Spiritu magis coniunctum, nimirùm quod sese ad arcanas res contemplandas altiùs extulerit.* Gregor. lib. 6. mor. Cap. 28. *Quid per Mariam, quæ verba Domini residens audiebat, nisi contemplatiua vita exprimitur? Quid per Martham exterioribus obsequiis occupatam, nisi actiua vita designatur?* Bernardus ser. 5. de Assumpt. *Duæ sorores Martha & Maria, id est, operatio & intellectus excipiunt Iesum. Excipiunt, dixerim, an excipiuntur? sed siue hoc, siue illud dicatur, vtrumque prodest illis, non Iesu.*

Gregor.

15. *Cur vita actiua Marthæ seniori tribuatur? Gregor.*

Cur autem actiua vita seniori sorori tribuatur, Gregorius adnotauit: *Quia contemplatiua vita, minor quidem tempore; licèt merito maior est, quàm actiua.* Ideò actiua senior marthæ seniori: contemplatiua minor minori sorori à Domino exprimenda ac figuranda exhibetur.

Augustinus lib. 2. qq. Euang. Cap. 20. 16.
Duplici fœmina duplicem aliam vitam assignari asserit, temporalem scilicet & æternam. *Quòd Martha excepit illum in domum suam, significat Ecclesiam, quæ nunc est, excipientem Dominum in cor suum. Maria soror eius, quæ sedebat ad pedes Domini, & audiebat verbum eius, significat eandem Ecclesiam, sed in futuro seculo, vbi cessans ab opere, ministerióque indigentiæ, sola sapientia perfruetur.*

Ecclesia hic & apud Superos designatur vtraque sorore.

Quid de ministerij vtriusque qualitate? An meliora contemplationis quàm actionis exercitamenta? Idem Augustinus ser. 26. de verb. Dom. *Martha turbatur, Maria epulatur. Illa multa disponebat, ista vnum aspiciebat. Vtrumque officium bonum: sed tamen quod sit melius, quid nos dicamus? habemus quem interrogemus, patienter audiamus. Bona sunt hæc; melius est tamen quod elegit Maria. Illud enim ministerium habet ex necessitate occupationem; istud ex charitate suauitatem. Vult homo occurrere, quando ministrat, & aliquando non potest. Quæritur quod deest, paratur quod adest. Distenditur animus: nam si Martha illa sufficeret, adiutorium sororis nunquam posceret. Multa sunt, diuersa sunt, quia carnalia, quia temporalia sunt: & si bona sunt, transitoria sunt. Maria autem optimam partem elegit, non tu malam, sed illa meliorem. Audi, vnde meliorem: A te auferetur aliquando onus necessitatis; æterna est dulcedo veritatis.* Gregor. citat. *Magna sunt actiuæ vitæ merita, sed contemplatiuæ potiora. Vnde nec auferri Mariæ vnquam pars dicitur; quia actiuæ vitæ opera cum corpore transeunt, contemplatiuæ autem gaudia meliùs in fine conualescunt.* Plura mitto.

17. *Melior-ne Contemplatio, an Actio? August.*

IN MARIÆ ASSVMPTIONEM

PANEGYRIC. MORALIS PRIMVS

Circa literam.

Ex vtriusque sororis ministerio.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Maria sollicita actionis operibus, ob quæ properanter adeò ad Regnum auolauit munitissimum.

Admoneo peccatores vacuitate laborantes, ociosos, minimè ad Regnum volaturos iudicij die.

BErnardinus Senen. ser. 51. to. 2. Castellum, quo hodie Domino præparatur hospitium, Deiparam esse Assumptionis die asseruit: *Ad Castelli,* inquit, *custodiam primò requiritur propugnator, vt operetur. Proinde in Castello Maria Martha operatur, & laborat, ne capiatur per negligentiam. Martha satagebat circa frequens ministerium.* Et *Virginum fuit similis ministratrix.* 18.

Primò Castelli Custodia sollicita expenditur. Bernard.

Ministerium Virginis satagentis quidem circa beneficia hominum Nuptiæ Canæ exprimunt: *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat Mater Iesu ibi: vocatus est autem & Iesus & Discipuli eius ad Nuptias.* Ioa. 2. Et cur Maria inibi commorari dicitur, cùm Iesus ac Discipuli erant aduocandi? Existimo, vt Martha adesset, quæ Christum ac Discipulos dignè hospitio exciperet. Virgo tunc *satagebat circa frequens ministerium,* adeò vt præcognoscens meri defectum, priusquàm absumeretur, non 19.

Quòd circa ministeria Virgo satagens? Ioa. 2.

querula de Mariâ, sed de hominum inopia Dominum adit: *Vinum non habent.* Cui Iesus, *Nondum venit hora mea.* Quare ô Virgo, Dei curas properare potentiam ad miraculi ante tempus patrationem? Satagebat Maria, sollicita erat, vt ministerio eius non iam Eucharistiâ, quam miræ aquæ in vinum conuersio figurabat; sed cuncta Sacramenta mox cuperet hominibus exhiberi. Rupertus sollicitudinem satagentis Mariæ adnotans, ait: *Optabat Dei genitrix communantibus fieri sanua cælestium beneficiorum.*

Rupert.

20\. Quòd si Marthæ exercitamenta respiciunt misericordiæ opera, egregia admodum ministratrix Maria fuit. *Nam alij* (ait Bernardinus) *induunt pauperem de lana ouis; ipsa verò Maria induit suum diuitē de purissimis sanguinibus, & de corpore suo. Alij pascunt pauperem pane extrinseco; ipsa verò pauit Deum humanatum de lacte proprio. Alij suscipiunt pauperem hominem in tugurio; ipsa verò suscepit immensum Deum in corde & corpore suo: eius in terris peregrinanti facta est hospitium. Alij propter Deum administrant infirmo; sed Maria ipsi Iesu Deo in pauperculo corpore infirmato officiosissimè ministrauit. Alij incarceratos, & vulneratos homines visitāt, & eis compatiuntur, dum viuunt: & mortuos sepeliunt; Maria verò Iesu pro nobis capto, ac durâ carceratione ligno Crucis affixo, & vulneribus dilaniato compassa est, & mortuum sepulturæ addici curauit.*

Circa illum cuncta misericordiæ opera nostra Marthæ Maria exercuit. Bernard.

21\. En hodiernæ solemnitatis ex Marthæ operibus mysteria. Ad cælos non ideò præcisè, quia Deiparens, eleuatur; sed ob opera misericordiæ egregia præmio afficitur. Cunctis Diuis Dominus *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum; esuriui enim & dedistis mihi manducare, &c.* Matth. 25. Piis operibus Regnum curâstis acquirere, dum mihi in paupere ministrâstis. Quàm apertiùs ipse immediate ministratus Dominus à Maria, & in tot pauperibus honoratus proclamabit Bernardini ex ore? *Veni benedicta Patris mei, possid te paratum tibi Regnum, Nudus eram, & cooperuisti me, &c.*

Operibus egregiis Regnum Maria acquisiuit. Matth. 25. Bernardin.

22\. Quia Dominus Matrem tam sollicitam, & satagentem vidit circa frequens pauperum ministerium, tam festinanter illam ad Regnū aduocauit. *Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis.* Cant. 4. Et cur tam properanter iterato aduocationis vocabulo *veni, veni, veni* excitatur ad Regnum? Existimo, quia sollicitam Dominus Matrem Marthā circa frequens pauperum ministerium vidisset. Vt festinans resurrectio & volatus tantæ sollicitudini responderet. Vnde postquā eam aduocauit ad superos, exhibens festinationis causam adiicit: *Odor vestimentorum tuorum super omnia aromata.* Ibid. Vbi Rupertus. *Hæc sunt aromata vera, esurienti cuilibet cibum dare; sitienti potum præbere, hospitem colligere; nudum vestire; infirmum visitare, &c. Super omnia aromata est odor vestimentorum tuorum, id est, suauitas eleemosynæ vitæ tuæ. Quia non vt cæteri in membris meis solùm; sed in memetipso tu mihi munificentissima extitisti. Ideo veni, veni, veni, incunctanter, resumpto corpore, volatum præpara, vt in cælo Regina sis Sanctorum, quorum egregia opera egregiùs superasti.* Si Deiparæ Regnum cæleste sine operum horum exercitamento non præparatur: ociosi-ne peccatores ad fælicitatis participationem aduocabimur?

Maria volatus festinat quia ad opera misericordiæ festinauit Martha satagens. Cant. 4. Rupert.

OBSERVATIO II.

Ad illa verba:

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Mariæ Castellum speculatore Contemplationis (quâ acquisiuit thronum) custoditur.

Vbi adhuc innuitur, ex operibus Regnum comparandum esse.

PERGIT Bernardinus. *Ad Castelli custodiam secundo requiritur speculator, vt contempletur. Proinde in Castello Mariæ Virginis Maria Magdalena contemplatur, de qua subinfertur: Quæ secus pedes Domini, audiebat.* 23.

Adhuc Castelli vigiliæ in [illegible] describuntur. B. nat.

Fatur Maria sponsa: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5. Vbi Nyssenus. *Somnus hic sponsæ insolens est, ac alienus a consueto more naturæ. Nam vsitato in somno neque dormiens vigilat, neque vigilans dormit. Verùm hic noua quædam, atque inaudita rerum sibi aduersantium mixtura, & concursus in ea conspicitur.* Si vel dormiens Deipara tam vigilans ostenditur: quid cùm in morem Magdalenæ vocem Domini exaudire intentis sensibus curabat? Totam Mariæ vitam extaticam extitisse suprà ostendimus; continuò enim & filij vitæ ac morti, & cælestium contemplationi addicta suprà seipsam auolabat. 24.

Dormiens Maria nunquam non contemplatur. Cant. 5. Nyss.

Nata equidem in hoc, vt nunquam à contemplatione diuelleretur. Dum mulier prima esset ædificanda, *immisit Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & ædificauit Deus costam in mulierem* Gen. 2. Vbi Augustinus lib. 9. de Genes. ad lit. asserit illum somnium fuisse vitæ ac mortis Dominicæ contemplationem. *Vt mens Adæ particeps Angelicæ Curiæ, & intrans Sanctuarium Dei nouissima eius intelligeret.* Sicut ad Euæ formationem Christi nouissima Adamus contemplatur. Existimârim, vt secunda verax viuentium mater Maria in hoc nasceretur, vt nunquam non à contemplatione vitæ ac mortis Dominicæ posset auelli. 25

In hoc nata, vt sine intermissione vel dormiens Christi [illegible] contempletur. Gen. 2. Aug.

Apud lacrymarum vallem commorabatur Maria, ac simul in Altissimis thronum ex contemplationis exercitamento collocabat. *Ego,* ait, *in Altissimis habitaui, & thronus meus in columna.* 24. Degens in terra, eiuis cæli fuit Contemplationi interminabili addicta, vt Christi nouissima præuideret. *Et thronus meus in columna.* Hieronymus ad Psal. 95 *Est Crux Christi humani generis colūna.* Hæc Mariæ thronus. Vt constet ex Contemplationis mortis, ac 25.

Contemplationis huius exercitio thronum sibe strauit. Eccli. 24. Hieron.

ac vitæ Domini exercitamentis sibi Deiparam thronum, æternámque fælicitatem præparâsse. Plura inferiùs, vberrimo redituro sermone.

Observatio III.

Ad illa verba:

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Cùm sit quodammodo Castellum immensum Maria, quod transferri non potest, cum ad cælos auolat, apud nos permanere cogitur.

Hinc fidelium fælicitatem rimor, qui Deum in Eucharistia capiunt.

26. *Bernard.* BERNARDVS Castellum etiam Deiparam esse affirmauit apud quem Dominus commoratus est. Num immensum Castellum, quod Immenso potuit habitaculum exhibere? Certè quodammodo Maria domus immensa est. Hinc lacrymæ hominum hodie infrænandæ. Non enim à nobis recedit Maria cùm discedit; quia immensum haud valet auolare. Apud nos terricolas manet, cùm ad superos proficisci visa est.

27. *Maria cælo capacior, Deum immensum capiens. Psal. Theod.* Canebat Dauid: *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum.* Psalm. Vbi Theodotus quærit. *Magis-ne decebat vt Deus cælum incoleret, quam Mariam?* Annon Immensus cæli aptiùs magnæ capacitati addiceretur, quã mulieris? Imò quia cælum capere Deum non poterat, in Mariâ habitaculum præparauit penè immensum. Est enim *cælum cæli*, seu Orbis cælestis mirum in modum cælorum superans capacitatem *Anima* (respondet Pater) *Mariæ excellentiam*, seu capacitatem *consideres.* Vnde quem cæli capere non poterant, suo contulit vtero: quid non mente conferret?

28. *Quodammodo est Deo ... sior ... Deum ... dans. ...* Proh fœminæ capacitatem immensam! Fœmina potuit Deum immensum complecti? *Fœmina* (ait Propheta) *circundabit virum.* An Deo immensior? Rursum Aociræ Præsul. *Iam dic, obsecro, vter præstantior est, seruus-ne, an Dominus?* Mater-ne, an Filius, Creatura quæ circundat Deum, an Deus circundatus à creaturâ?

19. *Altissimus ... vt à Maria capiatur non deprimitur. Luc. 1.* Includitur, ais, in Mariano Castello Dominus, quemadmodum gigas contractus, & instar Eliæ super puerum, abbreuiatus speluncâ continetur. Profectò Deus apud Castellum hoc non contractus, non demissus, sed augustissimâ præ se ferens Maiestatem ostentatur. Cecinit Maria, *Magnificat anima mea Dominum.* Luc 1. Quonãmodo Virgo Deum magnificaret? Vti domus præ excelsa Dominum magnificare assolet. Obricitur à longè Palatiũ augustâ maiestate conscendens. Ais, domus illa magno Principi præparatur; sicut tugurium, exiguum arguit habitatorem. Nec solus Filius apud domum Mariæ. *Spiritus sanctus superueniet in te* (Angelus ait) quemadmodum Spiritus Diuorum intrat in gaudium Domini suinam immensitate cælestis domus quasi absorbetur. Spiritus sanctus sic quodãmodo in Mariam tabernaculum capacissimum venit. *Imò & virtus Altissimi obũbrabit tibi.* Tã immensa etenim habitatio, vt non totam (sic fari liceat) Altissimus repleat, sed locus sit, vnde possit domus obumbrari ad Solis introitum. *Altissimus* inibi commoratur Deus, non quidem vt capiatur, deprimitur.

Olim *plantauerat Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem.* Gen. 2. Vt homo incola paradisi esset, quanta loci capacitas? Ephrem apud nos. Barcepha terram Paradisi *penè immensam* vocitauit. Augustinus ad Oros. *Paradisus pertingens vsque ad lunarem circulum.* Annon caperet hominem, si tam immensam capacitatem non obiiceret? Sibi Rex quàm capax Castellum ædificauit? *Domum suam ædificauit Salomon tredecim annis. Domum quoque filia Pharaonis, quam vxorem duxerat, tali opere, qualia & hanc porticum.* 3. Reg. 7. Vxori dilectissimæ domus capacissima quidem, quia altissimæ Reginæ præparata. Sed exigua planè si cum domo, quam sibi Salomon erexit, comparetur Si ergo homini tam capacem domum Deus extruxit: quid cum sibi *Altissimo* Castellum præparauit? 30. *Penè immensa hominis primi domus: Quid Dei Palatiũ Mariæ? Gen. 2. Barcep. Aug. 3. Reg. 7.*

Iam Isaias potest huius Palatij conceptam ideam euulgare. *Oculi tui videbunt Ierusalem Ciuitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri potest. Quia solum ibi magnificus est Dominus.* Cap. 33. Illud expende: *Tabernaculum, quod nequaquam transferri potest.* Richardus Laurent. Virginem Dei Tabernaculum, quod transferri non potest, contemplatur; quia quodammodo est immensum, nec potest de nouo acquirere locum, vbi de immensi conditione, non adsit: nec deserere quem tenebat. Tam immensa Maria, vt in eâ solummodò magnificus est Dominus; nam immensus cum sit non deprimitur, non, instar Eliæ contrahitur, sed (si fari liceat) à Mariano Castello magnificus esse ostentatur. Theodorus Stud. serm. in Ioan. *Qui est super omnia, & in sinu Patris manet, nescientibus ministris, tanquam aliud cælum ingressus in vtero semper Virginis Mariæ se patefecit.* An apud sinum immensum Patris ministri non agnoscebant, dum apud Mariæ vterum eis se patefecit? quia solùm ibi, id est, in Castello Mariæ magnificus est Dominus? O Mariæ immensitatẽ! 31. *Maria Tabernaculum est quod non potest transferri quia quodammodo immensa. Isa. 33. Studit.*

Hinc qui lugemus Mariæ recessum, seu eius apud Superos commorationem liberamur à mœrore. Mariæ enim minimè datum posse transferri, quia Tabernaculum penè immensum quod transferri non potest: apud terricolas permanet, cùm ad superos videtur auolare. Canitur hodie. *Veni electa mea, & ponam in te Thronum meum.* Thronus Iesu Maria Altissimi, Dum terras inuisit, vt in cælis sit eiusdẽ thronus aduocatur. Cum Maria quodammodo immensa sit Deus creatũ Thronum occupaturus, non potest non Mariam eligere, quia vbique de immensitatis conditione commoratur. Hilarius hom. 1. de Ascens. *In illo die Virginalis* 32. *Hinc homines solatio afficiuntur; Virgo enim à terra abscedere non potest, cum assumitur. Hilar.*

lis Templi, in hoc cælestis Regni secreta patefecit. Quonammodo Christus ex vtero egrediens Templi Virginalis secreta reseruauit, & cælum scandens Regni cælestis arcana patefecit? Ostendit semel & iterùm Mariæ immensitatem arcanam. Tàm capax Thronus ille, vt potuerit Deum in terris continere. Tàm augustus & sublimis, vt apud cælorum Regnum ille idem Thronus ad immensi, ad Altissimi habitationem æternam quasi necessariò assumatur. Magnum peccatorum solatium à Dominâ non deseri, dùm eleuatur.

33. Audisti Ciuitatem Ierosolymæ cælestis ad terras descendisse? *Vidi* (ait Ioannes) Ciuitatem sanctam *Ierusalem descendentem de cælo.* Apoc. 21. Vbi Patres totius Curiæ cælestis Proceres contemplantur. An illud Dei cum hominibus Tabernaculum transferri potest? Ita planè, quia tota Beatorum capacitas cùm immensa non sit, potest hùc illùc transferri, & diuagari; *Tabernaculum Dei cum hominibus* vocitatur, quia cælum quodammodo deseruisse videtur. At Maria Dei æternum Tabernaculum non potest transferri, quia quodammodo immensum est. Agnosce, ô fidelis gloriam tuî, cui datum Deum apud præcordia hospitio excipere. Intrat Deus cordis tugurium, cura capacissimum in Castellum commutari, hic simul & in Superis degere.

Cuncti Diui Tabernaculum est, quod transfertur, non Maria.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba:

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Iesus non inuitatus in Castellum intrat, quia post Mariæ Assumptionem gloria vltrò ad homines descendit.

Vbi de obitu filiorum innocentum lætitiâ prosequendo.

34. Diximus incidenter Dominum & quasi ex itineris occasione apud Marthæ Castellum exceptum hospitio. Neque enim legimus aduocatum. Lazarus ægritudine afficitur, vocatus autem Dominus differt profectionem, & tandem post amici obitum, accedit querula soror. *Domine, si fuisses hîc, frater meus non esset mortuus.* Quare ergo præter morem Dominus Castellum sororum non vocatus ingreditur? Audisti hâc historiâ Deiparæ Assumptionem celebrari? Igitur non vocatus, nec fortè expectatus, Castellum ingressus est Dominus, vt innuatur Assumptionis die cælum ad terricolas haud aduocatum aduentare, & vt vulgariter exponam: *En la Assumpcion de Maria sin nos entra el cielo por las puertas.*

35. Christum, ac Discipulos excipis, ô Martha, ô Ecclesia, laboribus exagitata (vti Augustinus) Signum est euidens Mariam iam apud Superos commorari. *Vidi* ait Ioannes rursum) *Ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo nouam.* Apoc. 21. Noua proculdubio visio, nouus hospes ad terræ tugurium descendit. An non præmitteretur nuncius ad terram hospitio Curiam cælestem excepturam, quemadmodum Archangelus mittitur ad Mariam? Cur inexpectata tanta Ecclesiam fælicitas ornat? An non decens id fletibus impetrare, lachrymis profusis promereri? precibus sæpè efflagitare? Certè inopinatus Curiæ cælestis ad nos aduentus Assumptionem Mariæ habet authorem: *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius.* Apoc. 12. Bernardus Mariam apud Superos iam commoratam contemplatur. Si Virgo Curiæ cælesti addicitur, quid mirum cælestem Curiam non aduocatam, non expectatam ad homines descendere: *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Assumpta enim Maria Curiam ad terras transferri curauit.

Ciuitas Ierosolyma cælesti, recentè apud terras apparet, quia Virgo apparet in cælo. Apoc. 21.

Apoc. 12.

Ezechiel ad hæc: *Aquila grandis magnarum alarum plena plumis, venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri, & transplantauit eam in Chanaam, in Vrbe negotiatorum posuit illam.* Cap. 17. Vbi Richardus Laurent. Aquilam Virginem interpretatur, quæ ad Libanum seu cælum auolat Assumptionis die, tollit Cedri medullam, gloriam scilicet Beatorum, quam immisit ad terras Vrbem negotiatorum, locum meriti, & demeriti: *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Tanta-ne inexpectata fælicitas? Ex Mariæ Assumptione cælestis Patria non vocata Castellum terricolarum intrat: *Intrauit Iesus.* Quàm quæstuosa hominibus Mariæ discessio! Edisce haud filios diu flere, quos scis immaturos ad cælos abripi. Ipsi ad te cælestis Curiæ immittent influxus. Quoties haud expectata fælicitas tua limina tangit, ob filij infantis ad Superos volatum! 36.

... gloriam ad terras immisit. Ezech. 17. Laurent.

OBSERVATIO V.

Ad illa verba.

Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.

Maria, instar Auroræ, ascendit, simul sua opera referens ad terricolas, vnde egressa est.

Qui ad verticem dignitatum assumuntur, hinc miseris conciuibus succurrere ediscant.

Scio Deiparam apud nos commorantem Martham sollicitam extitisse circa frequens hominum ministerium, totam euertisse sæpè domum, vt deperditum nummum seu peccatores inueniret. 37.

uenire. Vereor ne eleuata ad Superos, Throno addicta cælesti eorum obliuiscatur, quos in carcere mundiali dereliquit. Profectò oos Mariæ pietas ineffabilis ab huiosmodi liberat metu, dùm Ecclesia experitur Mariæ vitam gloriosam, adhuc curis ac sollicitudinibus Marthæ implicari, nuoquam non circa plurima Virgine hominum commoda curam impendente.

38. *Aurora Maria ascendit, ac simul opera, ua ad terras refert.* Cant. 6. Virgil.

Ascendit in Auroræ morem Deipara ad Thronum. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens?* Cant. 6. An sine hominum fructu à terrâ eleuatur Aurora? An terram, è quâ assumitur, desertam relinquit? De Aurora sic Poëta cecioit, Æneid. 11.

Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atque labores.

Quasi è terrâ lux elata fuisset, sed non vt mortalibus adimeretur. Nam cùm lux extollitur, vtiliùs è cælorum vertice mortalibus obiicitur. *Refert illa opera atque labores*, dum homines lux excitat ad laborandum. An alia Maria? Aurora è terrâ ad Superos aduolat, vt vtiliori lumine donet peccatores. Opera, atque labores refert, quia iustos ad cælum assumptos opera ac labores sequuntur: *Opera enim illorum* (ait Ioannes) *sequuntur illos*. Siue in peccatorum solatium maximum, refert Virgo assompta ad terram opera sua, labores suos, dum Martha nostra non omninò non deserit, sed illud ipsum assumi, idem est, ac Marthæ officium, ac munus terricolis referre:

Referens opera, atque labores.

39. *In morem nubis assumitur, vt terras vtilius possit irrigare.* Iob. 38.

Vidisti è terra oubeculam ascendétem, quæ copioso rigatu terras implet? An assumitur ad cælos è mundiali plagâ nubes, vt deserat patriam? Absit, sed vt vtilius terræ è qua ascendit, operam suam impendat. Iob, *Numquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?* Cap. 38. Nubes Maria è terrâ vtique ad cælos eleuata. An vt deserat terram? Certè vt vtilius irriget aridam. Nam orante Ecclesia: *Succurre miseris*, gratiarum stillicidiis germina fœcuodantur. Bernardinus

Bernardin.

Ser. 11. tom. 3. Nubem auolantem Virgioem contemplatus ad Superos assumptam, quam vox Ecclesiæ laborantis sequitur. *Vox in nebula eleuata, est gratia per orationem è Virgine impetrata, ad quam sequitur impetus aquarũ. Quia per ipsam* (assumptam videlicet) *impetratur affluentia gratiarum, atque remissio peccatorum.*

40. *Dum Maria assumpta assumitur, signũ est vestras preces esse* [illegible]. Gen. 32. Richard.

Pugnanti cum Domino Iacobo, sic Dux fortissimus exercitus superni. *Dimitte me, iam enim ascendit Aurora.* Gen. 32. Ex sententiâ Richardi Laurent. & aliorum Auroræ ascensu Virginis Assumptio figurabatur. Et cur Iacobo Assumptio Mariæ iodicitur, vt à pugnâ recedat? Profectò illa pugna orationis erat, vti Oseas affirmat. Iubetur Iacob ab orationis studio lacessere, dum Maria ad Superos eleuatur, quia ipsa sollicitior iam Martha precibus incumbit, circa frequens ministerium operam impendit, in hominum terricolarum commodum: *Dimitte me.*

41. *Dum Maria assumitur, tempus est operandi ad ipsius imitationem.* Gen. 32. Interlin.

Interlinealis expositio ansam præbet egregiæ cogitationi. Iam tibi tempus est, ab inuisibilibus & diuinis ad corporalia, & humana *negotia tractanda descen'ere*. Rectè quidem ad operationem ex Auroræ eleuatione Iacob excitatur; quia auolat illa *referens opera, atque labores.* Illud pondero Auroram Mariam dum ad superos eleuata conspicitur, Iacobo indicere ab oratione, & contemplatione abstractionem, vt externis operibus curam impendat. Nullus profectò tam adnatus Assumptiooi Deiparæ influxus. Ea est Maria assumpta, vt ab eleuatione gloriæ cælestis quodammodo abstrahi cnret, vt suam operationem, ac sollicitudinem hominibus referat. Vnde Iacobo assumpta dum aspicitur eandem præscribit proprietatem. Seu malis, tempus est hominibus operandi, quia ex Mariæ assumptione ei auxilium vberius ad rectam operationem ministratur.

42. *Maria à nullo excitata sollicitè ad hominum opem defertur.* Eccli. 24.

Et quisnam, si sileat oratio Iacob, siue hominum preces, Mariam ad auxilium homini impendendum excitabit? Haud certè excitatione indiget, quæ potius Mariam ad obsequium eundem excitare contendit. *Ne suscitetis dilectam, donec ipsa velit.* Nunquam enim non volet miseris succurrere laborãtibus. *Beatus* (ait ipsa) *qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei.* Eccli. 24. An diluculò exurgemus, vt te excitemos Auroram? Minimè. *Qui obseruat ad postes ostij mei* Digito ori hærente silentio labia sunt obfirmãda. Nec enim vocibus indigeo, vt ad hominum excitari possim beneficia, dum Throno hæresco cælesti.

43. *Eo ipso, quo exurgit Martha opera exhibet laborantibus à seipsa excitata.* Luc. 1.

Discedit à Virgine Angelus, *Exurgens autem Maria abiit in montana cum festinatione.* Luc. 1. An fuerit ab Angelo ad iter excitata? An iostante cælesti præcepto, sese accinxerit profectioni? Minime. Cur ergo tam festinanter à nullo excitata perrexit? Vt respondeam, in primis requiro, cuiusnam causâ Maria iter arripuit? Certum est ex præfatis lib. 8. ad cognatæ subleuationem accurrisse, ad Ioannis sanctificationem, & vt cunctis Z. chariæ domesticis sedulum ac sollicitum impenderet ministerium. Deinde illam premo particulam: *Exurgens Maria, abiit.* Cur necessum addere τo *Exurgens*, si sufficeret, *Abiit*? Existimo adiectam, vt Mariæ exurgentis ac eleuatæ cõditio exprimeretur. Vis indicem, cur Regina cum esset ac Domina cognatæ humile impẽdit obsequium? Exurrexit. Cùm enim Maria exurgit, non potest non sollicitam sese miseris exhibere laborantibus. Iã respondeo quæstioni. A nullo Deipara ad obsequium præstãdum excitatur, quia Mariæ exurgentis, siue ad sublimia assumptæ adnatum est sollicitum officium indigentibus præstare. Ildephonsus serm. 5. de Assump. *Exurgit ipsa? Per iter deuium & abrupta montium veniens vt deferat amicis actualis vitæ laboriosum officium.* Illud enim exorrexisse ab ipsâ fuit: *Exurgit ipsa*, seipsam Mariã excitauit exurgens, vt actualis vitæ officium, seu Marthæ ministerium hominibus exhiberet. Vtinam exurgentes, seu ad verticem eleuati discant ad miserorum subleuationem demitti. Ea enim ascendentium debet esse conditio, ex incolumitate fæliciratis laborantibus misereri.

Ildeph.

Observatio VI.

Ad illa verba:

Et huic erat ſoror nomine Maria.

Virgo aſſumitur hodie *Maria*, vt ex diſcedentis Nomine terricolarum fælicitatem auſpicemur.

Vbi præclaris ſati proauis admonentur, nominibus illuſtribus debere egregia reſpondere opera.

44. N Eccleſiæ ſolatium valde cōſultum hodie dulciſſimi nominis Mariæ memoriā geri. Erat enim Maria Magdalena (vti adnotauit Chryſologus) *Materni nominis baiula.* Cùm igitur ad ſuperos aſſumitur Virgo, inſonat Mariæ vocabulum, quo obfirmatur, eam, quæ aſſumitur Maria, Eccleſiæ è ſuperis futuram ſalutarem.

Chryſol.

45. Quid canit Eccleſia? *Aſſumpta eſt Maria in cælum, gaudet Exercitus Angelorum.* Et cur in Mariæ Aſſumptione Angeli in morē exercitus deſcribuntur? Tunc Angelici Spiritus Eccleſiæ inuigilant cuſtodiæ cùm habitu militum fortiſſimorum incedentes obiiciuntur. Ideo Chriſto exorto ſub militantium aſpectu Angeli peruolabant: *Facta eſt cum Angelo multitudo cæleſtis exercitus*, ſeu militiæ cæleſtis. Luc. 2. Nam deſcendente Domino Angeli ſollicitiori curâ in hominum commodum inuigilabant. Idem affectus Angelorum obiicitur aſſumptâ Mariâ, exercitus Angelorum gaudens pergit ad pugnam. Nam ſi Ieſus deſcendens eos reddidit ſollicitos ad hominum cuſtodiam, Mariæ aſſumptio eos ad eandem curam excitauit.

Maria aſſumpta exercitus Angelorum ſpecialiter excitat ob accuratiorem Eccleſiæ cuſtodiam ſibi à Domino imperatam. Luc. 2.

46. Quàm ſollicitum Dei Nomen ſanctū circa hominum ſanctificationem! Vt Maria exponeret acceptarum à Domino gratiarum incrementa: ait: *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, & ſanctum Nomen eius.* Luc. 1. Vbi Theophylactus. *Cur propriæ celebritatis rationem, & cauſam refert Maria beneficiis acceptis non ſolum à potente, ſed ſingulariter ab habente nomen ſanctum?* An quia ſancto nomine inſigniri Deū, & non egregia admodum opera circa hominis ſanctificationem geſſiſſe impoſſibile putabatur. Virgo aſcendit, ſeu aſſumitur *Maria*? Sanctum hoc nomen valde hodie hominibus ſalutare.

Nomen ſanctum Mariæ aſſumptæ id ſtum Dei manifeſtiſſimum Nomē imitatur. Luc. 1.

47. An ſanctū Mariæ nomen? Ieſu nomen ſanctiſſimū, quia è Diuinitatis theſauro deriuatū. *Vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo.* Luc. 2. Certè Mariæ nomen ex eodem Diuinitatis theſauro gemma prodiit, fante Petro Damian. ſer. de Annunc. *De theſauro Diuinitatis Mariæ nomē euoluitur.* Si ergo Nominis Dei ſanctitas opera egregia circa Virginis ſanctificationem connotat, ſanctitas nominis Mariæ aſſumptæ præclara geſta circa frequentem hominum ſubleuationem, mehercle, connotabit. Vnde poſtquam Damianus aſſeruit *de theſauro Diuinitatis Mariæ nomen* effluxiſſe, adiicit: *Et per ipſam, & in ipſa, & de ipſâ, & cum ipſa totum hoc faciendum decernitur.* Cur totiens *ipſa*? Vt Mariæ ſollicitudo circa frequens hominum miniſterium innuatur; Nomen enim illud ipſam quaſi multiplicari cogit, vt faueat accuratius. Qui ſublimi nomine inſigniuntur, ediſcant magno nomini egregia debere opera reſpondere in proximorum commodum, ne inani appellatione glorientur.

E Diuinitatis theſauro Mariæ Nomē euoluitur. Luc. 2. Dam.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Et huic erat ſoror Nomine Maria, quæ etiam ſedens.

Maria *Martha* noſtra ex contemplatione ſollicitior redditur ad miſericordiæ opera poſt aſcenſum.

Oſtendo neceſſariò præmittendum orationis exercitium, vt externa opera feruenter exerantur.

Tiam *ſedens.* Hâc particulâ deſignari vidimus non ſolùm Mariam exercitamento contēplationis vacare, ſed & Martham, quæ externis miniſteriis debebat incumbere, priùs ſedebat, vt verba Saluatoris audiret. Nec inaniter. Ex rerū enim cæleſtium meditatione, ſeu ex contemplationis, ac orationis exercitio feruentior redditur animus ad externa miſericordiæ opera perficienda. 48.

Cuius typum Seraphini Iſaiæ geſſere. *Seraphia ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Cap. 6. Vbi Lyranus alis capitis ſignari contemplationem, pedum autem actionem aſſeruit. *Parati erant illi ſiue ad ſuperiora aſcendere, ſiue ad inferiora deſcendere.* Et vndenam præcelſi illi ad inferiora deſcendere præpeti volatu excitantur Throno hærentes beatifico? Quia ex contemplatione bonitatis, ac munificentiæ Conditoris erga homines accenduntur, vt velociſſimè ſuccurrant illis, qui à Domino tam ineffabili dilectione illigantur. Illud adnoto alas pedibus apponi, *Duabus pedes.* Patres affirmant pennas illas ad contemplationis verticem pertinere. Cur ergo pedes alis ornantur, ſi alæ contemplationis gerunt inſigne, pedes actionis: illæ ad Mariæ contemplantis, 49.

Maria Dei Throno cæleſti hærens è contemplatione feruentior ad actionem aſſurgit. Iſa. 6. Lyran.

hi

hi autem ad agentis ac operantis Marthæ spectant exercitamenta. Existimo, quia rectam operationem ac contemplationem pariter incedere necessum est, vt ex contemplatione actionis accendatur affectus. En mariam Throno beatissimo hærescentem, semper volat ad sublimia, ac simul peruolat ad terrena, feruentiùs ex Deificæ bonitatis cognitione ad hominum accurrens egestatem.

50. *Externis intentum posse simul contemplationi hærere. Exod. 3. Zeno.*

An tàm distincta valeant colligari ministeria confirmo. Moysi Iethro soceri greges pascenti *apparuit Dominus in flammâ ignis*, sante mose: *Vadam, & videbo visionem hanc magnam.* Exo. 3. Vbi D. Zeno Veron. *Transibo, & videbo visionem.* Ac si diceret, locum hunc, vbi gregem custodio, deseram, & ad tubum accedam, vti liber ab externâ curâ valeam arboris ardentis mysteria contemplari. Rursum Deus. *Ne appropies huc.* An marthæ curis actus circa gregis gubernationem, potero, simul mariæ viam terens, contemplari? Ita planè. Nec enim agentem contemplatio retardat, potiùs cum ad feruorem excitat. martha enim & maria proculdubio sorores, diuersa via in eundem terminum proficiscuntur. Veronensis Præsul in Psal. 118. *Quid est istud: Transibo? soceri sui oues pascens, in cælestem cognitionem, relictis terrenis operibus, excedit.* Non opus discedere à gregis curâ, vt excedat moyses; imò excessus conferet ad gregis perfectiorem custodiam, si ex exercitiis externis terrena quæque opera, quæ charitatem non sapiunt, relinquantur.

51. *Operans quis potest simul ruminare operis perfectionem. Psal 127. Drogo.*

Dauid cecinit: *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Ps. 127 Quonammodo manuum labores manducandi, absumendi? Drogo Ostien. lib. de Sacr. Pas. tunc] ait labores manducari, cùm quis laboriosissimus in oratione, aut contemplatione ruminat, quonammodo illi perfectè gerendi. Igitur *Labores manuum tuarum, quia manducas, quia ruminas, beatus es iam in præsenti, & bene tibi erit in futurum.*

52. *Sol an equam lucem acciperet non pergebat ad opus: lumine accepto, & lucis ejus operatur.*

Asserunt Patres Solem vacuũ quidẽ lumine primâ die coaluisse cùm *creauit Deus cælum & terram.* Gen. 1. At die quartâ luce fuisse ornatũ. Rogo, num captus lumine sese Orbis dederit beneficio. Sine luce quorsum? Stetit igitur, dum nec fuit luce ornatus, nec fulgore accensus. At post lucis infusionem perpeti volatu quotidie totum visitat Orbem lucẽs quidem, simul cunctis animantibus est vitalis, plantarum vigor, omnium creaturarum ornamentũ. Audiendus Damasc. *Primâ die creauit Deus cælum & terrã, in cælo fixit corpus solare sine luce effarme; sine motu quietum, & stabile. Verùm quartâ die acceptam lucem corpori infudit solari, & factus est Sol.* Quo fructu? *Et statim, accepta luce, sese in orbem cœpit rotare, pernicique cursu omnes mundiales plagas illuminaturus euolauit.* Quoties deseris miseris auxilium, & operam impendere, quia contemplationis igne minimè accenderis? At lumine donatus, qui corpore laborabas & luces, & simul rotatus exurgis ad miserorum subleuationem. Disce ex Martha effecta Maria, seu contemplationi vacanre illo priùs accendi igne, quam ad opera misericordiæ circa proximos profectum moliaris, in eorumdem perfectionem.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Quæ sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius; Martha autem satagebat circa frequens ministerium.

Maria assumpta ad Regnum, non tam quia Deiparens, quàm quia Marthæ & Magdalenæ opera gessit.

Vbi edocemur, solis meritis præmia præparanda.

53. *Ex operibus incomparabilibus Virgo incomprehensibile præmiũ accepit. Ildeph.*

ME Ildephonsi sententia illa ser. 2. de Assump. *Sicut est incomparabile, quod Virgo gessit, ita inæstimabile, atque incomprehensibile præmiũ, ac gloria, quam promeruit.* ad tractationem huiusmodi excitauit. An tanto maria præmio hodie affecta, quia Dei mater? minimè quia mater præcisè, sed *quia fuit incomparabile*, quod gessit. Hinc Ecclesiæ spiritum rimari licet, dum in Assumptionis solemni hanc ingressus Dominici in marthæ domum Euangelicam canit lectionem. Quid mariæ assumptæ cum Dominico ad vtriusque sororis domum ingressu? Profectò dum mariæ ac marthæ exercitamenta expediuntur ad æternitatis necessaria fælicitatem, ediscimus mariam Deiparam cælum scandisse, quia Contemplationis, & actionis sese exercitamentis apud mundiale castellum consecrauit.

54. *Assumitur volitans sicut virgula ex Maria ac Martha aromatibus fumans. Cant. 3.*

Assumptæ Virginis Cælicolæ (laudantesna, an mirantes?) pulchritudinem, conclamant. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?* Cant. 3. Vbi Nyssenus, *Myrrha corporum ad sepulturam accommodata est; thus certam quandam ob rationem diuini Numinis cultui est consecratum.* Quia ergo speciale marthæ munus cadauera piæ sepulturæ mandare, myrrha marthæ exercitia exprimit; thus autem auolans ad sublimia (de quo Dauid: *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.*) mariæ contemplationis gerit simulacrum. Assumitur Virgo ad superos tota myrrhæ ac thuris fumus effecta, quia tota in mariam ac martham efformata cælesti ineffabiliter præmio muneratur. Assumitur, quia Regina, quia mater? minimè, sed solitariam ab huiusmodi muneribus solummodò opera mariæ ac marthæ illam consequuntur. Hinc Rupertus. *Talis ascendisti per desertum, id est, animum habens valde solitarium. Quemadmodum Esther Regina cum esset, veraciter tunc dicebat: Domine mi Rex, adiuua me solitariam.* Nec enim apud tribunal tuũ proficit Regnum, si gesta nõ iuuãt. Virgo ergo instar Esther haud Dominatui

Non assumitur præcisè quia Mater. Rupert.

ex Maternitate nititur, sed operibus Marthæ, ac Mariæ: *Sicut virgula fumi ex aromatibus myrrha, & thuris.* Illud expendo:

55. *Esther in morem innitens Martha ac Maria famulis iudici præsentatur.* Esther. 15. Damian.

Quemadmodum Esther, Regina cum esset. De quâ Textus, *Die tertio circundata est Esther gloria sua, cúmque Regio fulgeret habitu, assumpsit duas famulas, & super vnam quidem innitebatur,* (Mariam.) *Altera autem famularum* (Martha) *sequebatur Dominam, defluentia in humum vestimenta sustentans.* Cap. 15. Ex Petri Damian. mente Deipara Esther tertia die resurgit gloriâ circundata, & cũ esset Regina Dei Mater, haud Regno, seu maternitatis dignitate nititur; sed assumptis Mariâ & Marthâ, plena operibus contemplationis, & actionis Dei sistitur tabernaculo. Blandè excipitur, quia mater sponsa; sed rectitudinis sceptro obiecto, ex operibus coronatur

56. *Sol hodie in signo Virginis moratur Leo quidem vt accedat ad Libram & ex operibus iudicet Matrem.* Guar.

Arca Dei à captiuitate erepta apud Bethsamen commoratur, quæ quidem *Domus Solis appellata est.* Interprete Iustino. En assumptæ Virginis stationem. Mense Augusti Sol Virginis signi tenet domicilium ad aspectum quidem Leonis & Libræ. Virgo rursum æternum Christo Iudici præparat habitaculum. An quia Mater Dei præcisè? Absit, sed quia opera misericordiæ viuens gessit. Vnde Leo Virginem respicit, Libra obiicitur, quia iustitiæ seueritas exercenda est, stante Iudice ex ore Guarrici serm. 1. de Assump. *Fuisti diuersorium peregrinationis? Eris palatium regnantis, solium triumphantis.* Ex peregrinorum exceptione sedes Domini constituitur, non ex Maternitate solum, qua eum contulit *gremio.*

57. *Sistitur hodie Maria Iudicis tribunali tanquam reliqua fragilis natura alumna, vt ex sanctitudine iudicetur.* Eccli. 24. Ambr.

Apud Iudicis tribunal Virginem omnino reputa solitariam, contemplare, non Matrem, sed fragilem quandam humanitatis filiam. *Quasi palma* (inquit Maria) *exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Ierico.* Eccli. 24. *Cades* idem quod *sanctitas*: *Ierico* autem Luna, seu mutabilitas symbolo rosæ confirmata, quæ (authore Ambrosio in Exa.) speculum est fragilitatis humanæ. Vnde vt illa exprimeretur duplici rosæ, & apertæ, & clausæ talis inscriptio:

Vna dies aperit, conficit vna dies.

Exaltata est igitur hodie Maria ex palmâ sanctitudinis, quemadmodum reliquæ humanitatis fragilissimæ alumnæ.

58. *Maria Dei appellatur dilecta ad assumptionem inuitatur amica, sed qua ob opera Mariæ, & Marthæ hoc nomen promeruit.* Cant. 2.

Iudicem, ais, audiuimus non semel Virginem amicam, seu charissimam vocitâsse? ergo ex speciali amicitiâ magis quàm ex iudicio districto ad cælum assumitur. An non clamat Sponsus? *Surge, amica mea, & veni.* Cant. 2. Profectò iam apud terricolas degens sese ex operibus Marthæ & Mariæ tam strictæ dilectionis dignam exhibuerat. Vnde qui amicam excitat ad ascensum, eam Marthæ ac Mariæ operibus plenam profitetur, quibus meruit ad Tabernaculum aduocari. *Diligebat Iesus Martham & Mariam.* Hanc quidem propter opera pietatis., illam ob contemplationis, seu spiritus eleuationis exercitia. Marthæ imitatores nunquam non Dei amicitiam sibi compararunt. Abrham ex fide: *Credidit Abraham, & amicus Dei appellatus est.* Ex ministerij humilitate Dauid: *Inueni virum iuxta cor meum.* Ex misericordia erga pauperes Nicolaus, Ecclesia concinente: *Amicus Dei constitutus est.* Ex martyrio Diui, *Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt.* Porrò Mariæ gesta imitantes Dei donantur dilectione. Ex cõtemplatione Moyses: *Cum quo loqueretur facie ad faciem, sicut solet homo ad amicum suum.* Ex affinitate Virgines: *Quem specialis prærogatiua castitatis* (ait Doctor de Ioanne) *speciali dilectione fecerat dignum.* Igitur surgit Virgo *amica*; quia hoc nomine ob gesta contemplationis & actionis promeruit. Ideo ad volatum non vocatur vt Mater, sed vt *amica*, ac charissima excitatur.

59. *In valle lacrymarum Virgo suas disposuerat ascensiones, duplici via incedens.* Ps. 83. Bernard.

Iam mortalem vitam degens Deipara huiusmodi præparat ascensum. De iusto cecinit Dauid: *Ascensiones suas disposuit in valle lacrymarum.* Psalm. 83. Haud alæ repentè Mariæ vt Dei Matri exhibentur. Ipsa disposuit, quonammodo ascenderet aligera, duplici Mariæ ac Marthæ exercitamento studens. Appositè Bernardus serm. de Natiuitat. Mar. *Ascensiones Virgo in corde suo disposuit, conuersatione pariter, & oratione ascendens.* Ascensiones quidem, quia dupli viâ Mariæ, & Marthæ incessit. Mox Abbas obiicit oculis, quonammodo Virgo disposuerat hic ascensiones, fatus: *Abiit in montana, & in ministerio Elisabeth* (Marthæ in morem) *erat quasi mensibus tribus. Vt iam tunc posset dicere Matri mater, quod tantu post filio dixit Filius: sine modo; sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Meritò autem* (Mariæ contemplationem commendat) *Cantor ille diuinus precinens aiebat: Quæ est ista, quæ ascendit* (ad sublimiorum meditationem) *sicut Aurora?* Sic Virgo disposuit in lachrymarum valle ascensiones, in *locum* fælicitatis. Fide Abraham placuit? *Beata, quæ credidisti: cunctásque hæreses tu sola interemisti in vniuerso Mundo.* Ex puritate Ioannes? *Adducentur Regi virgines post eam.* Ex humilitate Dauid? *Ecce ancilla, ais, Domini.* Ex affectu in egenos Nicolaus? *Tu es Mater misericordiæ.* Ex Martyrio Diui? *Tuam ipsius animam gladius pertransibit.* Moyses ex contemplatione *Maria conseruabat omnia verba conferens in corde suo.* Huiusmodi gestis Virgo & disposuit ascensiones, & sese ad specialissimam dilectionem Dei præparauit. *Surge amica mea, sicut virgula fumi* (ait Guillelmus) *recta per actionem, sursum erecta per mentis sinceram intentionem.*

60. *Ad coronam Virgo non vt sponsa Ma[...] sed vt de [...] one vita [...] niore ascen[...] ea, voc[...]* Cant. 4. Honor.

Rursum Sponsus, *Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Canticorum 4. Sponsa ad Coronam vocatur, sed non vt sponsa præcisè, verum vt de nimio candore vitæ ascensura. Honorius. *Veni de Libano castitatis candore, ad cæli gaudia. Veni de Libano, scilicet candore vitæ nimio exaltanda in supernorum ciuium triclinio. Veni ad spiritualia gaudia. Coronaberis de monte Amana, hoc est, recipies coronam de triumpho, quam promeruisti de Diabolo, qui est mons Amana, ipse est super omnes filios superbiæ.* Recipit ergo Maria coronam non de

Maternitate

Maternitate, non de thalamo, sed *de triumpho.* Vt autem huiusmodi triumphum ex Contemplationis ac actionis operibus Mariæ & Marthæ extitisse ostendat, illud explicat Canticorum: *Quam pulchra sunt mamma tua!* Cap. 4. *Scilicet* (ait ille) *humilitas: & puritas. Vbera* enim *Virginis fuerunt exempla actiua & contemplatiua vitæ, quibus vt lacte paruulos in fide pauit.* Et ad illud: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens?* Cap. 8. inquit: *Quæ est ista, id est, quanta laude digna, quæ virtuosa ascendit de deserto, delicijs affluens cæli?* Hailgrinus contestatur: *Ascendit Virgo*, non credens Maternitati, *sed per processus meritorum*, quia Iudicis Tribunali sisti debebat. *Ascendit super choros Angelorum assumpta.* Aiebat Virgo: *Trahe me*, ô Domine, *post te.* Canticor. 1. Honorius: *Trahe scilicet ad exercitium virtutum, ideò tracta est post Christum in cælum.*

Cant. 4. Honor. — Cant. 8. Honor. — Hailgr.

61. Periculum agentes de Deiparâ Angeli, nùm tracta ad Superos, quia Dei Mater, an quia priùs fuerit ad virtutum tracta exercitamenta. *Astitit Regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Psal. 44. Ad adstantem Virginem Angeli accurrite, Regina adest, sed non vt Regina, sed vt virtutibus cunctis ornata coronatur. Petrus Damianus ser. de Assumpt. Tota conglomeratur Angelorum frequentia, vt videat Reginam sedentem à dextris Domini virtutum in vestitu deaurato, in corpore semper immaculato, circundatam varietate, virtutum multiplicitate distinctam. Vt gesta ad duplicem Mariæ ac Marthæ viam spectantia, *distinctam multiplicitate virtutum* vocitauit.

Angeli admirantur Virginem ad Superos tractam, non vt Deiparam, sed vt virtutibus cunctis plenam. — Psal. 44. — Damia.

62. Ascensionem disponebat Virgo, & Mariam secuta, dùm ait: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5. & Martham professa: *Digiti mei pleni sunt myrrhâ probatissimâ.* Ibid. Nec aliter deceret Virginem ad Superos assumi. Audi Rupertum: *Mihi* (ait Virgo) *optimam partem elegi, relictis cunctis sollicitudinibus. O tu cælum Dei, vnica sedes Domini, cunctis mortalibus longè studiosior fuisti ad contemplandum eum, in quem desiderant Angeli prospicere. Digiti tui*, Marthæ operibus intenti, *distillauerunt myrrham. Oportebat namque dare exemplum omnis mortificationis. Quid tu cum hominibus quamuis sanctis, quamuis Apostolis? Cur non potius tanquam turtur castissima solitudinem expetisti remotior, quàm Ioannes Baptista?* Quia ex vtriusque vitæ exercitamentis Virgo erat ad Thronum assumenda. *Sic igitur, tuis completis diebus ad transferendum te in cælum æthereum non vnus tantùm currus igneus, sed totus cum Rege Filio suo venit, atque occurrit Angelorum exercitus.*

Plena operibus vtriusque viæ Maria assumitur. — Cant. 5. — Rupert.

63. Denique illam & contemplationis & actionis vicissitudinem Mariæ expressit Sponsus, dùm ait: *Ne suscitetis, neque euigilare faciatis donec ipsa velit.* Cant. 2. An non oportet dilectam eam à somno contemplationis suscitari, vt operam impendat actioni? *Non suscitetis.* Ipsa enim seipsam suscitabit, volens etiam cum Marthâ ministrare, sicut Martha etiam volebat cum Mariâ sedere: *Donec ipsa velit.* Guilhelmus: *Dormiebat, ait, pia Mater somno contemplationis, somnians iugiter Dilectum, in Diuinitatem eius intenta, contemplatiua quietis dulcedine fruebatur. Et quidem circa humanitatem eius maternâ sollicitudine pro tempore satagebat* (vt Martha, quæ etiam sedens secus pedes Domini cum Mariâ, ad operationem surgebat) Adiicit: *Et ita in se circa Filium perfectè atque excellenter implebat negotium Marthæ simul, & Mariæ otium. Negotiosa erat circa humanitatem Filij, circa Diuinitatem otiosa.* Vnde *suprà Dilectum suum innixa*, ascendens describitur. Vt qui illam agentem ac otiantem circa se expertos fuerat, triumphantem veheret ad Thronum.

Circa Dilectum Maria vtriusque viæ posset actiones, ideò supra Dilectum innixa defertur. — Cant. 2. — Guilh.

Edisce, cæleste munus non personarum dignitatem, sed meritorum qualitatem sequi.

SECTIO SECVNDA.

Marthæ querimonia.

TEXTVS.

VERS. 40. Væ stetit, & ait: Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet.

COMMENTARIVS LITERALIS,

§. I.

De statione Marthæ in Domini conspectu.

1. *Surgens à Christi pedibus stans locuta est.*



V *æ stetit, & ait.*] Illa particula: *stetit* existimo adnotari Martham à pedibus Domini surrexisse tunc, vt conuiuij præparandi curam adhiberet. Studebat quidem à cælesti Iesu colloquio non amoueri; sed illam eiusdem excipiendi conuiuio cura separabat. Vnde quasi à sollicitudine rapta, inuidens sorori, quæ immobiliter Domini pedibus hæresçebat, *ait.*

2. *Gregorij obiectioni respondet. Gregor.* Profectò Gregor. asserens nunquam Martham secùs Domini pedes sedisse, sic exposuit ad 5. Reg. 4. *Martha, quæ circa frequens ministerium satagebat, stetit, & locuta est. Quia enim stetit, ei nimirum sedere non licuit. Quia si ad audiendum sederet, imperitum fortasse ministerium, & insufficiens impendisset.* Non licuit sedere, dum staret: sed postquam Martha à sessione frequenter ad ministeriú discurrisset, stetit, & Domino locuta est. Igitur illam particulam superiùs expositam. *Erat sedens*, adnotans, & hanc, *stetit*, exaudiens, existimo fœminam à sollicitudine excitatam iniuncti ministerij à pedibus Domini surrexisse, stantémque piam querimoniam exercuisse.

3. *Doctoris ipsius sententia ex nostra expositione fulcitur.* Imò Gregorij sic aptiùs sententiam adstrui putarim. Asserit enim Doctor non posse in Martha vitam actiuam significari, nisi aliquo modo Christo astitisset; quia recta actio ex contemplatione debet ducere exortum. Vnde dum Martha hùc, illùcque discurrebat ministrando, ait Christum vidisse, & in hoc significari vitam actiuam meditationi, ac Christi assistentiæ adhærescere. *Notandum est*, inquit,

Greg. Recte vita actiua meditatione. *quòd Martha transeundo Dominum videt, non tamen transeundo, sed stando locuta est. Quo profectò exemplo instruimur, vt qui fratribus ministeria exhibemus, si per moram sedere ad Redemptoris pedes non possumus, per aliquantulam moralē Redemptori assistere debeamus. Sed benè ei assistimus, si transeundo, & seruiendo videamus. Quid est autem transeundo, Dominum cernere, nisi in omni nostro bono opere ad ipsum dirigere cordis intentionem?* An non facilius vitæ actiuæ in operibus Marthæ signatæ meditatio hæresçet, si per aliquot morulas interruptè sedisse illam, & audisse Christum asseramus?

§. II.

De Martha proloquio.

4. *Excusat ne Christum, an sororem? Aug.* DOmine, *non est tibi cura, quòd soror mea, reliquit me solam ministrare?*] An Christum Martha incusat? Minimè. Aug. ser. 26. de verb. Dom. *Interpellat Martha hospitem, ad Iudicem deponit postulationem piarum querelarum, quod eam soror deseruerit, & sic laborantem in ministerio adiuuare neglexerit.* Sororem itaque apud Iesum incusat, quòd ea solam ministrare reliquerit, ipsâ apud pedes Saluatoris sedente.

Domine, non est tibi cura.] Id est, Hebrçâ phrasi, curæ tibi est, ad te spectat, tibi incumbit de hoc prouidere, quod solã me in ministerio soror reliquerit. Similis phrasis apud Marcũ, *Magister, non ad te pertinet, quod perimus?* Cap. 4. Id est, tuæ est curæ, ad te spectat aduertere, & prouidere, quia perimus. Hæ quidem interrogationes affirmationi æquiualent. 5. *Phrasis Hebræa. Non est tibi cura. Mar 4.*

Gregorius vitam adhuc actiuam cõmendãs, adiicit: *Notandum est, quæ Martha confidenter loquitur. Quod certè perfectis quibusdam operantis sancta Ecclesia conuenit. Qui omnipotenti Deo preces tanto fiducialius offerunt, quanto laboriosius se in membris suis ministrasse meminerũt.* Id quod Euangelici ministerij militibus accommoda, qui toti proximorum saluti addicti, audent ardua quæque à Domino confidenter efflagitare. Quid non confidenter orabat Franciscus Xauier noster Iaponiorum Apostolus? quid non obtinebat? Orauit cadauera vitæ restitui, Solem sistere, seu reuerti ex occasu, dæmones effugari. Quanto laboriosius Deo in membris suis ministrasse meminerat, tanto fiducialiter omnipotenti Deo preces offerebat. 6. *De vita actiua commendatione. Confidenter petunt à Deo difficilia quæque, qui laboriose ministrasse proximis vident. Vbi de Xauerio.*

Dic ergo illi, vt me adiuuet.] Iube, vt mecum manum ministerio admoueat. Illam illationis particulam: *Ergo*, adnoto. Ac si diceret, cùm tibi curæ sit, tibique incũbat prouidere, quòd me solam reliquerit, iube ergo, vt me adiuuet. Cur autem Martha sermonem ad ipsam sororem non conuertit? Reuerenter conuertit ad Christum, sciebat enim sororem Christi sic illectam eloquio, vt nullis precibus, solo Christi posset iusso dimoueri. *Animaduertebat* (Toletus ait) *non decere eam propria voluntate a Christo auersi, nisi ipso iubente; ideò prudenter, & reuerenter non sorori, sed Christo loquitur.* Totam expositionem ex Caietano roboro. *Ad compassionem sui Martha intendit prouocare Iesum: vt adiuncta sorore, releuetur in parte à multitudine operarum, Dic ergo, ait, illi, vt me adiuuet. Ex cura erga ipsam Martham à Iesu habenda infert, vt præcipiat sorori, vt illam adiuuet. Sciebat enim sororem non nisi Dominico præcepto auelli posse ab auditione verbi.* 7. *Illatiuam ergo exponit, & cur ad sororem sermonem illa non conuertit. Tolet. Caiet.*

Bernardus querimoniam Marthæ longè à murmuratione esse alienam affirmat; pia enim actio de contemplationis abstractione, laudabiliter quidem, conqueritur. *Putas* (ait ser. 3. de Assump.) *in domo, in qua Christus suscipitur, vox murmurationis audietur. Fœlix domus, & beata cõgregatio est, vbi de Maria Martha cõqueritur. Nam Mariam Martham æmulari prorsus indignũ est.* Mox vitæ contemplatiuæ pacem describit. *Vbi legitur Mariam cantantem, quia soror mea reliquit me solam vacare? Absit, vt qui Deo vacat, ad tumultuosam aspiret fratrum officialium vitam.* Haud spiritualis viri eorum licet imperfectorum, vitam carpere. 8. *Mystica admonitiones. Bernardi.*

IN MARIÆ ASSVMPTIONEM
PANEGYRIC. MORALIS SECVNDVS
Circa literam.

Ex Marthæ querimonia.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba.

Domine, non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare?

Maria plus penetrans in cælis miserias nostras, velocius exurgit, vt laboranti Ecclesiæ succurrat.

Edocentur & docti Principes, & ij qui suorum aspiciunt miserias, festinantiùs debere surgere ad subueniendum.

9. *Mærens Ecclesia ex discessu Mariæ.* MARIA hodie ad cælos adsumitur, vt perpetuò, non secus pedes Domini, sed eius brachiis illigata assideat. Interea Ecclesia Martha querula insurgit, Dei sistitur tribunali prosata. Maria-ne soror & natet pelago cælestis voluptatis immergetur, dum ego naufragiis exacta, vix tabulam nacta sum, vt ad ripam, superatis vndis deferat vlteriorem? Illa dulcissimo sponsi sinu fouebitur & thalamus & thronus Dei effecta, dum hostium brachiis dilanianda committor? Illa ne mensæ æternæ assidebit multiplici Beniamini portione saginanda, dum Ecclesiæ sorori vix datum os pio eulici instar pulli coruorum apetire? An sine Mariâ deget Ecclesia? Iam actum de illâ. Quis pugnantem iuuabit? quis naufragam excipiet? quis famepressam reficiet? quis tandem sepeliet vita suo ctam? Hæc Ecclesia. Cui quidem Dominus, *Martha*, inquit, *Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium: Maria optimam partem elegit.* Meritò conquereris de laboribus, sed iniustè de recessu Mariæ cuius assumptio tibi laboranti, admodum necessaria fuit, vtilis valde, tibi enim optimam partem illa elegit, dum ex eius discessu tui labores imminuuntur. Id quod tota exprimet Panegyris. In primis autem illam premo particulam: *Reliquit me solam ministrare.* Haud solùm Virgo non reliquit Ecclesiam, seu desolatam, dum assumitur, quia plus contemplationi addicta, plus valet sorori succurrere laboraori.

Maria nostras apud Superos ex ineffabili visione penetrat egestates. Vnde velociùs valet nobis, precibus profusis, præstare auxilium, operam præpeti ministrare volatu. Bonauentura in Spec. Cap. 8. *Quo melius nunc videt nostras calamitates, eo indulgentius prouidet nostris calamitatibus.* Apud terricolas degens externam speciem suis oculis solummodò lustrabat, nec malitia interna ex sinceritate intentionis ei præsentabatur. Vnde Sponsus, *Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecùs latet.* Canticorum 4. Instar simplicis columbæ admoues oculos, te malitia fugit internè latitans. At visus Mariæ Deum aspicientis simul creaturarum penetrat internam egestatem. 10. *Penetrans amplius nostras miserias, indulgentius eis prouidet Maria.* Bonau. Cant. 4.

Profectò ex vberiori nostræ miseriæ cognitione, non potest non Virgo ad præstandum auxilium auolare. Diuus Epiphanius Virginem *Multoculam* instar Cherubinorum, qui Throno Dei assidebant, vocitatur. Cur existimas Cherubinos tot oculis, tot alis insignes obiici? An multoculi possunt hominum miserias penetrare apud Dei Thronum, & vt succurrant, non auolare? Si Cherub aspicit Isaiæ labia immunda esse (licèt prophetica cùm sint, reliquis hîc aspicientibus munda admodum videantur, quia absque eo quod intrinsecùs latet, aspiciunt) an non recedet à Throno, & purificationi Prophetæ, sacro admoto igne, operam dabit? Non auolat. 11. *Non potest videre, & non succurrere.* Epiph.

Certè poterit Cherubim nostras fortassè miserias multoculus intueri, & non auolare, vt succurrat; sed minimè Maria videbit, & deseret. *Duo* (ait Dilectus) *vbera tua, sicut duo hinnuli capræ.* Canticorum 4. Cognata capræ visûs acies, qua abscondita dicitur penetrare, quia ad remotissima sese valet extendere; nec non adnata ipsi velocitas. Vnde Sponsa Dilecti velocissimum aduentum cursui capræ comparauit. *Ecce iste venit saliens in montibus. Similis est Dilectus meus capræ.* Canticorum 1. Vbera igitur Virginis, seu eius pietas capræ hinnulos refert, dum videt, & currit: videt clariùs hominum miserias, & non potest non velocissimè currere, vt præstet auxilium Richardus Victor. *Duo vbera tua sicut hinnuli capræ. Adeò pietate replentur vbera tua, vt alicunt* 12. *Maria pietas instar hinnuli capræ & videntis, & currentis.* Cant. 4. Cant. 1.

Richard. Victor. cuius miseria notitiā tacta, lac fundant misericordiæ, nec possis misereas scire, & non subuenire.

Epiphanius te, ô Virgo, *Thronum Cherubicum* appellauit. Quod si ad Superos assumpta es, vt Thronum exhibeas Saluatori. *Surge*

13. Thronus Cherubicus *amica mea, & parabo in te Thronum meum.* Dùm video Cherubinos multoculos nec ad Isaiæ purificanda labia venire, auolante Seraphino; quonammodo credam te Thronum, multoculam quidem fient Cherubini à Superis amouendum, relicto Domino, vt hominibus possis succurrere? Vidisti *Ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo? Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Apoc. 21. Maria enim Thronus Cherubicus, siue Dei Tabernaculum à Superis auelletur, ipsumque sedentem Dominum afferet nostris miseriis opem laturum. Quonam modo enim Virgo poterat instar Cherubini, multocula esse, & non instar Seraphini charitate flagrantis, laborantibus hominibus succurrere, imò sedentem ipsum Regem attraherer? Edisçant ij, queis datum plus, rerum intima ex perspicaciā intellectus penetrare, deberę impensius hominum prouidere miseriis.

Thronus Cherubicus *fit, ad ferendum redicit & ipsum Deum sedentem attrahit ad hominum miserias subleuandas.* Epiph. Apoc. 21.

Observatio II.

Ad illa verba.

Non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam?

Dùm Regio Throno Maria additur, ampliùs debitrix est miseris succurrendis, quàm terricola.

Vbi edocentur Principes ex dominatu debere promptiùs succurrere laborantibus.

14. Egnat Maria me solâ ministrante. Ipsa Angelorum Domina ministratur, sola Ecclesia ministra. Profectò ad Regium Thronum eleuata miseris vberiori succurret affectu, quàm cùm seruili addicebatur habitationi. Munificentior enim Regia fortuna, quàm seruilis. Bonauentura spec. Cap. 8. *Magna fuit misericordia Mariæ adhuc exulantis in Mundo, sed maior est misericordia eiusdem iam regnantis in cælo.* Hic enim se gerebat ancillam, ibi se Reginam agnoscit. *Maior-nè misericordia eiusdem iam regnantis?*

Bonau.

15. Dauidem audite. *Astitit Regina à dextris tuis in vestimento deaurato.* Psal. 44. Dum apud terricolas Domina tuæ dexteræ hætebat ministratrix, deaurato vtebatur indumento, misericorditer de auri conditione circa hominum ministerium versata. At postquam audiens: *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui*, reliquit terram, & ad Superos assumuur: *Omnis gloria filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis.* Apud terricolas degens deaurato indumento vtitur, apud cælicolas aureo, ex eâ scilicet vestis portione, quæ solum contingit: *In fimbriis.* Certè sicut differt lignum velamine auri obtectum, ab aureo omnino; hoc differt pietas Mariæ (quoad exercitium) degentis in terris, à misericordiâ regnantis in Superis. Vnde appositè Bonauentura. *Magna fuit misericordia Mariæ adhuc exulantis in Mundo; sed maior est misericordia eiusdem iam regnantis in Cælo.*

Mariæ pietas deaurata post Assumptionem ... *aurea omnino obiicitur.* Psal. 44. Bonau.

16. Fatur Deipara: *In Ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea.* Tò *similiter* premo. Virgo ad cælum assumpta *similiter* requieuit. Nam si Christo descendenti sedes apud Patrem Regia quidem parata est, vt inde gubernet Ecclesiam, auxiliúmque præstet laborantibus (vti Maldonatus) similiter Mariæ assumptæ (si liceat fari) Regia apud Deum sedes stabilitur, vt Regio ingenio pronior esset ad miserorum subleuationem. Christus Regium in Tabernaculum ascendens vberiora Ecclesiæ exhibuit charitatis documenta? *Similiter* Maria. Quàm scilicet apud Superos potentissima, si in valle lachrymarum potens erat pro exilij conditione: Aptè Bonauentura: Quia Dominus potentissimus *tecum est* in cælis, *Ideo & tu potentissima es apud ipsum.* Et quidem ne sine hominum commodo huiusmodi vberior potentia sit tibi adiuncta. *Verè* (addit Pater) *dicere potes: In Ierusalem potestas mea.*

In Ciuitate cælesti potestas Regia effulget circa terrena commoda. Eccis. 24. Bonau.

17. Post exilium Christus: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Matt. 28. Non quia de nouo huiusmodi Iesu potestas exhiberetur insurgenti, quā à primo conceptionis instanti acceperat; sed quia post exilium de insurgenns more rām vberem erga homines saluandos potestatem ostentat, vt quasi de nouo accepta sibi esse videatur. *Euntes ergo baptizate omnes gentes.* Quis credat miserorum recordaturum, si non perpendit Principatûs obligationem? Ideò plus recordari obiicitur laborantium, quia maiorem potestatem præsefert. Haud aliter, si Mariæ assumptæ datur potestas vberior de more Filii Regis, certum est ab ipsa in hominum commodum impendendam. Petrus Damianus ser. 1. de Nat. Mat. *Data est tibi, ô Virgo, omnis potestas in cælo & in terra, & nihil tibi impossibile.* Quonam hominum fructu? *Tibi possibile desperatos in spem salutis reuocare.* Superstes, ô Domina, exurgebas, & cum festinatione proficiscebaris, vt amicis & cognatis succurreres. Ad Ægyptum properâsti peccatoribus, Christum præsentatura, vt plagæ olim inflictæ sanarentur, vti Chrysost. adnotauit. An apud non vnquā sese pietas tua ad desperatos Tartari demisit, vt aliquem educeret vinctum? Non legi. Certe Gregoriū animū Traiani è carcere æterno liberâsse apud authores non vulgares scriptum aspexi. Quid de Mariæ regnantis imperio affirmandam? Richardus Laurentinus de desperato Theophylo asserit à Mariæ pietate ad spem & salutem reuocatum. Ergo vberior Mariæ regnantis in cælo maximè pietas elucescit & emicat. *Tibi possibile desperatos in spem*

Vberius Virginis hodie data, vt vel desperan ad salutem afferamur.

spem salutis renouare ; si non omnino damnati.
18. *Virgo postulat signum de inferno, quod dubitet excitandum* Velit Virgo desperatum, imo (si fas liceat) damnatum è carcere redimi: quid nam obstaculum adiiciet? Propheta ad Achaz: *Pete tibi, ait, signum a Domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra*, Quod cum Rex dixisset, *Non petam, & non tentabo Dominum*; Isaias adiicit; *Propter quod dabit Dominus ipse vobis signum; Ecce Virgo.* cap. 11. Quænam illa? *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius.* Apoc. 12. Ecce signum iam in excelso supra obiicitur non petenti. Iam ô Virgo cæli Regina, audeo petere de profundo inferni signū ostentari. Desperati baratro immersi reuocētur ad viuos acturi pœnitentiam. Profectò huiusmodi signum facili negocio patefecet, si ipsa Virgo Domina cælorum à Domino postulet. Petrus Damian. *Pete tibi a Domino, ô Virgo, signum hoc in profundum inferni.* Quonam fructu? Anselmus, *Ipsa velit, ipsa putas, & nequaquam salui esse non poterimus.* Precibus enim nobis velle impetrabit, & perficere.

Isa. 11. Apoc. 12. Damian.

19. *Regnans Virgo vt eu misericordior exily.* Annon aspicis Dominam duodecim stipatam stellis misericordiorem ex Regni conditione, in Patria, quàm in exilij via? Booz ad Ruth. *Benedicta es a Domino filia, & priorem misericordiam posteriore superasti*, Ruth 3. In familiam tuam (ac si diceret) misericors fuisti adhuc in exilio constituta; sed thalamum Domini tui ambiens, cis ſmui æternum addicta, priorem misericordiam Domina effecta, superasti, Regum facilè parens. Nam *Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid.* Ibid. Bonauentura citatus, Maria regnans maiorem per beneficia innumerabilia misericordiam ostendit hominibus, *quam exulans.* Vera quidem Ruth plus profecit populo sponsa Booz, quam peregrinationis exilio exacta.

Ruth 3.

20. *Repugnat Mariæ apud cælos Dominatum referrem oblinisci.* Damianus ser. 1. de Nat. Virg. *Numquid, quia ita Deificata, ideo nostra humilitatis oblita es? Nequaquam, Domina?* Id est. Domina cùm sis apud Superos repugnat dominatum pronatum ad misericordiam non deferri. Ad Christum Dominum fatuæ illæ: *Domine Domine, aperi nobis.* Queis ille. *Nescio vos.* Mat. 25. O fatuitate pressæ, si ad Mariam confugissetis! Erat iam in cælesti domo recepta. Attamen debuissetis inclamitare: *Domina, Domina.* Existimo Dominam in cælo constitutā, regnantem benignius miserandis auxilium præstituram: *Nequaquam, Domina.* Discant proceres ex dominatus pensione pronius debere laborantibus succurrere.

Dam. Mat. 25.

Observatio III.

Ad illa verba:

Domine, non est tibi cura quòd soror mea reliquit me solam ministrare?

Maria assumpta quodammodo Deitate induitur, vnde necessariò plus Ecclesiæ intimè præsens ostendatur.

Vnde ostendo, Principes Deum imitari, si toti communitati prouideant.



SOLAM te quereris derelictam, Maria assumptā: Imò necessariò quodammodo est, vt tibi plus intimè præsens adsit, dum ad Deitatem vsque (si fari liceat) eleuata videatur, vt in ipsa sis, viuas, & mouearis. Me Andreas Cret. in hanc mentem adduxit. *Placa*, inquit, *Dominum pro communi figmento. Nam quandiu quidem versabaris in terris, te habuit parua terra portio: ex quo autem translata es è terrà, te vniuersus Mundus continet commune propitiatorium*; Illud expende: *Te vniuersus Mundus continet*. Quia quodammodo, Assumpta ad superos humanam exuisti naturam, quæ paruæ terræ portioni pro humanā exilitate addicebatur; & Deificatam iam te immensam quodammodo Mundus non potest non te totus excipere. 20. *Maria assumpta quasi loco vbi non illigatur, iuncta præsens creatione ratione illi laboranti.* Creten.

Consonat Petrus Damian. illo serm. 1. de Nat. Mar. *Numquid, quia ita Deificata, ideo nostra humilitatis oblita es? Nequaquam.* Et vndenam scis Deificatam Virginem miseriæ nostræ oblitam non esse? An quia natura diuina (quam illa quodammodo induit ad thronum æthereum assumpta) non potest aut non scire nostram indigentiam, aut ad creaturas non demitti subleuandas? Scis, Domina, in quo discrimine nos reliquetis, vbi iaceant, quantum deliquerint serui tui. Non conuenit tantæ misericordiæ tantam miseriam obliuisci. *Quia & si subtrahit gloria, reuocat natura nobis Deificata. Non enim (attende) ita Deificata memoraris iustitiæ Dei solum, vt misericordiam non habeas: neque ita es impassibilis, vt sis incompassibilis.* Pulchrè planè. 21. *Deificata non potest non succurrere, id diuina natura (quā quodammodo induit) exigente.* Damian.

Chrysologus, *Virgo sit quasi Dea vniuersæ creaturæ.* Quid Deam esse, nisi vniuersæ creaturæ laboribus, & egestati prouidere. Vnde τὸ *Dea*, τὸ *vniuersa creatura* connotauit. Anselmus de Laud. Virg. cap. 12. *Te Deus, ô Virgo, sic exaltauit, vt omnia tibi secum possibilia esse donarit.* An tanta potestas vacua, & otiosa? *Secum tibi omnia possibilia.* Tua gesta semper gesta Domini comitantur, quia te quodammodo assumptam eadem natura fecit ornari. 22. *Quasi Dea Maria vniuersa prouidet creaturæ.* Chrysol.

Igitur non potest Virgo Deificata Ecclesiam deserere, quia ab ipsa auelli pro immensitate minimè valet. Bernardus. *Quis longitudinem, & latitudinem, sublimitatem, & profundum huius Virginis queat inuestigare? Longitudo eius vsque in nouissimum diem; latitudo replet Orbem terrarum; sublimitas Ciuitatis supernæ restaurationem inuenit; profundum sedentibus in tenebris, & vmbra mortis obtinuit redemptionem.* En Maria omnia complet de more immensæ. Illud adnota singulas dimensiones (immensurabiles quidem) Mariæ bono creaturarum communi cohærere; si lata est, replet Orbem terrarum 23. *Pro immensitate quodammodo non potest ab Ecclesia Maria abstrahi.* Bernard.

 vt

vt hominibus egentibus succurrat. Si sublimis, Angelorum restaurationem gessit. Si profunda, sedentibus in vmbra mortis desperatis scilicet (& damnatis quodammodo) fert opē. Imo si longa, vsque ad nouissimum diem eius misericordia pergit; dum vel damnati ob eius preces sint citra condignum puniendi, de quo alibi. En Deitas Mariæ communitati prodest.

24. Quid si instar Deitatis spacia repleat imaginaria? Augustinus, *Propitiatorium Deus posuit Christum, Propitiatricem Deus constituit Mariam.* Assūpti etenim in gloria Christus & Maria ad Superos vt Propitiatorium, & Propitiatricem haberet Ecclesia. Supra Arcam Propitiatorium esse quis dubitet. Auctore Augustino Arca Ecclesiam designat, sicut Filium & Matrem Propitiatorium refert. Arcæ quidem altitudo vsque ad nubem seu cælum, Propitiatorium autem sine mensura deprehēditur. Quare? Quia cuncti Diui licèt proceræ magnitudinis creato limiti adscribuntur. At Christus & Maria cælos transgressi, spacia occupant imaginaria sua quidem misericordia. An velis ô Virgo nouos inibi Mundos excitari? familiâ copiosiori circumdatū imperium tuum in immensum produci? *Quidquid* (cum Anselmo loquor) *tu, Virgo velis, nequaquam fieri non poterit.* Creato iam Orbi prouideas.

Summon etiam spatia imaginaria Maria immensitas occupat vt benefaciat.

25. Voco ad examen vniuersam Orbis machinam. An aliqua minima creaturarum potest obiicere, se à Virgine assumptâ derelictam? Progreditur illa è terra, *quasi aurora consurgens, electa vt Sol.* Num non officium magni expleuit Luminaris? Bonauentura. Quis est, super quem Sol non eluceat? *Quis est super quem misericordia Mariæ non resplendeat?* Vel despectus homuntio, vel inimicus. Aiebat Dauid, *Numquid superest aliquis de domo Saul, vt faciam cū eo misericordiam Dei.* 2. Reg. 9. Vilem requiris homuncionem Saulis inimici reliquum? Ea est Dei misericordia, vt nec vilissimam prætereat creaturam, replens omne animalculum benedictione.

Nullus valet obiicere, se à Virgine assūpta vnquam fuisse derelictum. Bonau.

26. *Signum* (ait Ioannes) *magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole.* Apoc. 12. Si Maria ad cælos assumpta Solis, communis quidem patris, induit naturam, vt Filium imitetur: cur ore non præfert luminare. Iesu enim facies resplenduit sicut Sol? Mat. 17. Profectò Sol Iesus si illuminat, si fouet, si multiplicat, si sanat creaturas, etiam earum defectus aperit, vt puniat. At Sol Mariæ assumptæ illuminat quidem, fouet, multiplicat, sanat; ac simul de indumenti more operit defectuum nuditatem. Quemadmodum Rebecca Esau nuda colla contexit. Hinc edisce, tunc Principes Deo ampliùs assimilari, cùm hominum miseriæ communicari prouident.

Cunctos Virgo illuminas, eorum operit defectus. Apoc. 12.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Reliquit me solam ministrare.

Virgo assumpta adhuc, imo sollicitior è cælo vniuersa misericordiæ opera, *Martha* effecta, molitur.

Edocentur Reginæ, haud impedire thronum, ne pauperibus faueant.



E, ô Martha, minimè assumpta ad contemplationem, ad gloriam Mariâ solam ministrare reliquit. E cælis enim circa commune Ecclesiæ ministerium se Martham ostendit. Vnde tecum simul surgit, seu demittitur ministrare: sileant querimoniæ. Carmen illud expendo: 27.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon, reclinatorium aureum ascensum purpureum media charitate constrauit, propter filias Ierusalem. Cant. 3. Maria Ruperto authore ferculum triumphantis Salomonis, qui hodie thronum collocauit in Virgine. *Surge amica mea, & ponam in te thronum meum.* Ascensio seu assumptio huiusce currûs media vberiori charitate purpureus est. Bonauentura in spec. cap. 14. *Quis dubitare poterit omnino in charitatis affectionem transisse viscera Mariæ.* Ideo (iuxta aliorum expositionem) mediâ, id est, Mariæ viscera charitate constrauit in ascensu. Quasi non extrinsecùs adiuncta, sed intrinsecùs innata Mariæ ascendentis charitas videatur. Propter filias Ierosolymæ laboribus, ac tribulationibus, horribilibus quidem, exactas: vt illis valeat opitulari è Superis dimissa vt satagat circa frequens ministerium. 28.

Ascensus in Assumptione Mariæ ... charitatis ... propter filias. Cant. 3. Bona.

Martha reficit esurientes? Degens in terris Virgo Sareptensis Viduæ in morem multos recreauit Elias. Instar Abigail, multos Dauides à famis molestiâ liberauit, profata, *Venite, & comedite panem meum.* Prou. 9. At è cælis nobis cunctis esurientes panem Angelorum exhibuit. Guarricus de Annunc. *De rore cæli* (ad cælos assumpta) *mortalibus panem Angelorum alimoniam vitæ æternæ ministrat.* 29.

E cælis esurientes nostras ... panem Angelorum. Prou. 9. Guar.

Martha sitientes potat? Terricola, Maria Rebecca fuit Eliaceris sitim extinguens. Inuitatis ad Nuptias *antequam fuisset inuocata* (ait Bonauentura in spec.) *compassa est*, curans aquā in vinum à Domino conuerti. At in cælis nō materiali solum, sed & spirituali, vitalique nos potu iam recreat. *Qui me inuenerit*, inquit, *hauriet salutem à Domino.* Prou. 8. Damascenus, *Quicumque bonum aliquod sitierit cum fide ad me veniat, vt ex ea gratiâ, ac gloriâ, quâ plena sum, hauriat.* 30.

E cælo nos ... potu reficit. Prou. 8. Damasc.

Martha operit nudos? Maria apud nos degens induit Saluatorem, Hugo, *Ex vellere isto facta est ab Spiritu sancto vestis Filio Dei.* A viuis excessit Thabita, viduæ autem commune viduitatis suæ leuamen ad cælos conscendens lacrymis prosequebantur, *ostendentes tunicas, & vestes, quas faciebat illis.* Act. 9. *Faciebat*, inquit Textus; nec enim post obitum iam vlterius facturam sperabant. At Maria Thabita est resurgens vt & in futurum offerat ministerium. *Non timebit domus sua à frigoribus niuis;* 31.

E cælis duplici nos veste semper induet. Act. 9.

omnes

omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Prou. 31. *Non timebit*, de futuro ait; quia pietas induentis Mariæ haud cum obitu terminatur, potiùs cum resurrectione producitur. *Domestici eius vestiti sunt duplicibus.*

32. *Ad assumptam Mariam ægroti confugiunt et accurrunt.* Gen. 2. Luc. 11. Bernard.

Martha ægrotos inuisit? Maria in lachrymarum valle, homini socia addicitur ægrotanti. *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium.* Quia vbi non est *mulier, ingemiscit ager.* Fragili naturæ Deipara inuisura ægrotos prouidetur. An ad commorantem apud Superos fragilitas nostra accurrere vereatur? An thalamo Sponsi hærescens inclamabit: *Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere?* Luc. 11. Surget, surget protinùs innocata Virgo, vt fragilitati humanæ ægrotanti succurrat. Bernard. *Quid ad Mariam trepidet accedere humana fragilitas? Nihil est austerum in ea, nihil terribile, tota suauis est,* vt decet eam, quę communi xenodochio præficitur. Quoties miseri homines tot acti ægritudinibus fato concessissent, nisi Virgo surgens, & descendens è Throno opem adduceret!

33. *In cælo Maria Sol est, omnium hospitium.* Psal. 18. Idiot.

Martha suscipit peregrinos? Maria superstes fuit Rahab Hebræorum exploratores hospitio excipiens. At in cælesti degens Tabernaculo Sara est, non iam excipiens Deum, qui ipsam suum constituit Thronum, sed cunctos pietatis sinu errantes amplectitur. Menander Solem *commune* vocitauit *hospitium*. An eadem ratione, qua vulgariter dicimus. *El meson de la Luna?* Profectò Mariam non impedit cælestis eleuatissima habitatio, quominùs errantes non recipiat hospitio, quia longè dissidentes, Solis in morem, excipit. Idiota sapienter verba illa: *Non est qui se abscondat a calore eius*, Psal. 18. meo argumento accommodauit. *Longè positos illuminat radiis misericordia sua. Et non est qui se abscondat à calore eius.*

34. *Exaltata Maria ad captiuos redimendos immittitur.* Mich. 6.

Martha captiuis dat operam redimendis? Non mirum Mariá apud captiuos manentem diu de Ægyptiacâ seruitute nos liberâsse. Illud mirabile, quòd postquam exilio est liberata rursum ad captiuorum redemptionem immittatur. Deus ad populum: *Eduxi te de terrâ Ægypti, & de domo seruitutis liberaui te. Et misi ante faciem tuam Moysem & Mariam.* Mich. 6. Maria quidem cùm Moyses exoritur, apud Ægyptum commorabatur. Egressa autem ab exilij loco, cùm omninò à miserabili captiuitate immunis, rursum mittitur ad captiuos. En Mariam Virginum Ducem, quæ cum Christo non soror, sed Mater cum ipso apud Ægyptum diu esset commorata, cum eodem ad cælos libera assumitur. At è cælis sępè à Domino captiuos liberatura, ad Ægyptum immittitur, non sine socio Saluatore: *Misit Moysem & Mariam.*

35. *De cælo efficit supra cadauera aquam stillare, ad est, vt tempus sepulturæ destinatum adueniat.*

Martha cadauera sepelit? Non dubito, quin maria viuens apud mortis vrbem multis cadaueribus sepulturam prouiderit. Testor Dominicum corpus, quod curà Virginis fuit à viris nobilibus sepulchro mandatum. Illud scio ex historiarum excursione multa cadauera inhumata iacuisse, quæ sepulturas non assequebantur, quibus Virgo è cælis præstitit, vt Ecclesiastica sepultura requiescerent. In cuius typum Respha videns septem viros de domo Saülis mortuos, & insepultos, sex menses custodiuit, donec sepulchro traderentur. 2. Reg. 21. *Tollens cilicium substrauit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cælo, & non dimisit aues lacerare per diem, neque bestias per noctem.* 2. Reg. 21. Si donec stillaret de cælo aqua super cadauera, Respha perstitit custodiendi muneri, vera Respha maria non supra cilicium sedens, sed supra pennas ventorum faciliùs super cadauera, vt pij obsequij tempus adueniret, aquam efficiet de cælo stillare.

36. *Non dedecet misericordiæ corporalia opera per se ipsam Reginam exercere.* Bernard. Prou. 8.

Ediscant Reginæ marthæ operibus haud indignum incumbere. maria Regina est illa, cui Dei Filius *subditus erat.* Luc. 2. Bernardinus ser. 61. *Iste, qui Filius Dei est, volens Paterno principatui principatum æquiparare Maternum, ipse qui Deus erat, Matri famulabatur in terra. Proptereà hæc est vera propositio: Domini imperio omnia famulantur, etiam Virgo. Et iterùm hæc est vera: Imperio Virginis omnia famulantur, etiam Deus.* Parum iam ipsam Reges efficere: *Per me*, ait, *Reges regnant, per me Principes imperant.* Prou. 8. Tanta ergo Regina ad seruilia è cælis opera descendens, cupit Reginas apud exilij vallem commorantes, piæ marthæ exercitationi operam expedire. Non dedecet misericordię opera corporalia per seipsam exercere Reginam.

Observatio V.

Ad illa verba:

Soror mea reliquit me solam ministrare.

Quonam modo Maria assumpta posset laborantem sororem deserere?

Edocemur strictiori iure debere egentibus succurrere cognatis.



37. Oror te solam ministerio reliquit addictam? Iustè conquereris. Cognationis iura strictiùs requirunt obsequium. Si maria Virgo haud sorori laboranti succurreret Paruulæ vbera non habenti, apud excelsam patriam constituta, iustè à martha Ecclesia querimoniæ excitarentur. Quæ tamen *cunctas hæreses in vniuerso Mundo* interimens, Gentibus mancipiis opitulatur, fratres desereret. Ildephonsus Virginis in montana discessum ponderans, ait: *De concepto honorem deferre didicit cognatis.* Nec quidem ad montana cælestia assumpta doctrinam oblita est. Ildeph.

38. *Maria instar Solis assumpta.*

Idiota asserit Virginem assumptam Soli comparari. Quæ est ista, quæ ascendit *quasi Aurora consurgens, electa vt Sol?* An non lu-

minare




LIBER DVODECIMVS.

MARIÆ ASSVMPTIO.

Paraphrases, ac Commentarij Literales in Caput decimum Lucæ.

PANEGYRICI MORALES CIRCA Literam in Deiparæ Assumptionem.

PROLVSIO.



OSEPHVS de IesuNaue scripsit *Sanctum Tabernaculum in Vrbe Silunte fixit, quod hic locus propter pulchritudinem visus sit idoneus, in quo tantisper maneret, donec maior commoditas ædificandi Templum se preberet.* Christum Tabernaculum quidem Dei cum hominibus Dux Ecclesiæ Spiritus sanctus Mariano in monte Silunte fixit, donec sublimius Templum ipsi collocando ædificatum est. Donec scilicet eadem Maria tot virtutum, ex contemplatiuæ actiuæque vitæ gestis, ornata incrementis, eidem Domino æternum apud Superos præparat habitaculum iuxta illud: *Veni, electa mea, & ponam in te thronum meum.* Vt quæ pugnanti Christo Castellum dedisset, triumphanti gloriosum thronum exhiberet. *Mariana vitalis Actoris* FRVCTVS DVODECIMVS.

LVCAS CAP. X.	PARAPHRASIS.
VERS. 38. INTRAVIT *Iesus* in quoddam Castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illũ in domũ suã.	39. *Cum Iesus, comitantibus Discipulis, à reliquis rebus abstractus incederet, oppidum quoddam ingressus est. Ibi mulier nomine Martha, eum hospitio excepit.*
39. Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secùs pedes Domini, audiebat verbum illius.	39. *Huic erat soror nomine Maria par vtriusque in Dominum pietas, dispar ministerium, diuersa functio pietatis. Nam Maria feriata à negocijs domesticis, pedibus Domini addicebatur, illius sermones auditura, quibus adeò abripiebatur, vt reliquorum oblita vix posset auelli.*
40. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me	40. *Martha autem de conuiuij apparatu sollicita, sursum, ac deorsum cursitabat, satagens, ne quid omnium deesset, quæ ad excipiendum haud indignè Dominum, ac eius Discipulos pertinebant: eadem quidem*

solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet.

dem pietate duas sorores in diligendo Iesu concordes ad diuersa agente ministeria. Martha ergo vix obeundis sufficiens, videns sororem feriatam; Domine, inquit, non est tibi curæ, quòd soror mea patitur me solam ministrare? Iube igitur, vt me adiuuet. Scio enim à te minimè, nisi iusseris, auellendam. Tanta sermonum tuorum dulcedo, sed à qua ob obsequium tui debeat auelli.

41. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima.

41. At Dominus vtriusque fœminæ delectatus affectu, nec Marthæ sedulitatem improbat, nec ob murmurantem obiurgat sororem: sed Mariam subleuat, fatus: Tu quidem, Martha, sollicitudine apparandi conuiuij distorqueris, tumultuaris, distraherisque circa multa.

42. Porrò, vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

42. Cæterùm vnum est præcipuè necessarium, quod, si liceret, semper quidem gerendum. Maria delegit partem longè potiorem, dum eorum oblita, quæ sunt corporis, tota est iis, quæ sunt animi, addicta. Grata mihi tua pietas, quæ mihi, ac meis pro tempore conuiuium apparat; sed suauius ab hac, quæ sermones meos in viscera traiicit, reficior. Huius felicitas non eripietur; tuum autem ministerium absoluetur, cùm necessitates, apparente immortalitate, cessabunt.

SECTIO PRIMA.

Vtriusque Sororis Ministeria.

TEXTVS.

VERS. 38. INTRAVIT *Iesus* in quoddam Castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. 39. Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. 40. Martha autem satagebat circa frequens ministerium.

COMMENTARIVS LITERALIS.

---

§. I.

De Domini in Marthæ ac Mariæ domum ingressione.

1. *Quonam tempore ingressio fuerit.* INtrauit Iesus in quoddam Castellum. Certum arbitror ingressionem Domini in oppidum (vbi domus Lazari) gestam post historiam de Legisperito. Probabile autem tunc, aut paulò post accidisse. Nec dubito euenisse eo tempore, quo Discipulorum in Iudæam immissio, & reuersio facta est, quando Christus per Iudæam proficiscebatur. Prosequitur itaque Lucas ea narrare, quæ Christus in hoc gessit itinere.

2. *Profectus Iesus in oppidū illum in transitu.* *Intrauit in quoddam Castellum.* Cùm iter prosequeretur cum Discipulis, factum est vt diuerteret in quoddam Castellum, seu in vicum, aut pagum Iudææ. Haud dictum: *Factum est vt intraret in Castellum.* Sed: *Dùm irent, intrauit in Castellum.* Vt significaret Euangelista Christum non esse profectum in id Castellum, vt ibi maneret, sed in transitu, dùm aliò proficiscebatur, vt solent ij, qui aliquò euntes ad loca intermedia diuertunt.

3. *Num sine Discipulis intrarit in Oppidum.* *Intrauit Iesus.* An sine Discipulis se ad Oppidum recepit? Solum intrasse Lucas videtur asseruisse. Ait enim: *Dum irent*, nempè Christus, & Discipuli, *intrauit Iesus in Castellum.* Quasi solus ipse, non autem reliqui socij ingrederentur. Assero tamen simul intrasse, qui simul ibant. Neque Dominus sine Discipulis, qui simul ex itinere defatigatis

ſolus ſumeret refectionem, aut recreationem illam, quam aptiùs credo ob Diſcipulos reficiendos accepiſſe Fauet Euthymius affirmans Diſcipulos conuiuio interfuiſſe.

4. *Locum expono.* Tolet. Sed cur denam Euangeliſta poſt memoratos ad profectionem communem Diſcipulos, de ſolius Domini profectus ingreſſione? Reſpondet Toletus, *Exiſtimo id ſignificatum eſſe, omnibus euntibus, ſolum Chriſtum cogitaſſe, & voluiſſe diuertere in Caſtellum, Diſcipulis non opinantibus, aut exiſtimantibus eum diuerſurum.* Dicitur ergo ipſe intraſſe, non quòd illi non intrarent, ſed quòd ipſe ſolus in eum locum diuertere voluit: aut quia Caſtellum non erat in viâ rectâ, quam peragebant, aut quia nondum erat tunc tempus diuertendi; vnde Diſcipuli de tali introitu non cogitabant. Faciliùs tamen dixerim, ſolum Chriſtum ingreſſum dici, quia ipſe dux ingreſſionis, penes quem ſolum erat locum eligere, aut tempus, quo à labore feriarentur.

5. *Caſtellum Bethania.* Caiet. *In quoddam Caſtellum.*] Cuius nomen Euangeliſta tacet, ex narratis tamen deducimus Bethaniam Caſtellum quidem Marthæ & Mariæ fuiſſe. Caietanus, *Ex Euangelio Ioannis clarè patet Martham & Mariam ſorores fuiſſe Lazari, propter quod Caſtellum hoc videtur eſſe Bethania, quam etiam Ioannes vocat Caſtellum.* Bernard. De Caſtello hoc myſticè Bernardus ſerm. 5. de Aſſum. *Quod eſt autem hoc Caſtellum niſi cor humanum?* Mox ipſum ante Chriſti ingreſſum deſcribit, denique nouæ exædificationis Domino præparatæ gloriam exponit.

---

§. II.

De Martha ac Maria.

6. *Martha & Maria apud Caſtellum.* *ET mulier quadam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam.*] In eo caſtello erat mulier Martha nomine quæ domicilio eodem, quo habitabat, Dominum excepit hoſpitio. Habebat autem Martha ſororem nomine Mariam.

7. *Cur Martha Dominum excepiſſe dicitur.* Bernard. Cur non hanc, ſed illam Dominum excepiſſe dicitur? An quia Domus ad ſolius Marthæ partem pertinebat? ſic Toletus, & alij. Ego autem exiſtimo, quia Martha natu maior erat. At ſi Lazari ab Euangeliſta facta fuiſſet memoria, hunc virum vtique Dominum excepiſſe in domum ſuam affirmaretur. Communem itaque trium fratrum domum illam eſſe arbitror. Quam laudabiliter Dominũ illa excepit hoſpitio apud Iudæos, à quibus Ieſu odio proſequebatur?

8. *Quare Lazari nulla mentio.* Bernard. *Excepit illum in domum ſuam.*] Et cur nulla Lazari fratris memoria? Bernardus innuit adfuiſſe Lazarum, ſed alia de cauſa haud nomeo expreſſum. *Intrat domum Saluator quam Lazarus mundat, ornat Martha, & Maria replet interna dedita contemplationi, ſed fortè curioſus requirat, cur in præſenti Euangelica lectione nulla prorſus Lazari mentio fiat. Arbitror ſanè, ne id quidem à propoſita ſimilitudine diſſidere. Virginalem enim Domum intelligi volens ſpiritus, ſiluit non incongruè pœnitentiam, quæ malum vtique comitatur. Abſit enim vt proprie quidquam inquinamenti domus hæc aliquando habuiſſe dicatur, vt in ea proinde ſcopa Lazari quæreretur.* Magis tamen hæc ſpiritualiter quam literaliter adnotata. Vnde aſſero tunc Lazarum non adfuiſſe quando Chriſtus diuertit in Caſtellum. Adfuit? mirarer non id ab Euangeliſta adnotatum, non ei aliquod circa Saluatoris hoſpitium aſſignatum miniſterium, Marthámque ſolam in miniſterio relictam doluiſſe, aut non ſimul de Lazaro ſe querulam oſtentare.

---

§. III.

De vtriuſque ſororis miniſterio.

QVæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius.] Illa particula, 9. *Etiam Martha iuxta Domini pedes ſedebat.*
Etiam premenda eſt. An Martha ſimul cum Maria ſedebat, vt verbis Domini reficeretur? Ita planè. Nec enim veroſimile arbitror, Ieſu intranti domum, ac ſedenti, docentique, Martham nec ad minimum temporis conſediſſe, vt ſermonis aliquod acciperet verbum. Annô id vitæ actiuæ contrarium? Minimè planè. Licet enim magis operi, quàm contemplationi ſtudeat, non tamen omni contemplatione, ac meditatione vacua eſt; ne ſcilicet ipſum externum opus imperfectionibus laboraret. Ab oratione enim ac meditatione diſcimus, quonammodo rerum externarum curæ ſtudium impendamus.

Quonammodo ergo ſatagebat circa externa miniſteria? Martham cenſeo frequenter à pedibus Domini diuelli, vt attenderet conuiuio parando, dum Maria aſſidua & permanens iumenta doctrinæ maneret. Roboro expoſitionem. Quia cùm nulla fiat métio aliorum, niſi vtriuſque ſororis, oportet, cum dicitur, Mariam etiam ſediſſe, referre particulam ad Martham, vt etiam ipſa, non tamen aſſidua, conſideret. 10. *Quomodo ergo ſatagebat circa miniſterium conuiuij?*

Audiebat verbum illius. Maria itaque Domino prædicanti, ac docenti aſſidebat, ad pedes eius ſedens, & auido cordis, ac corporis excipiens auditu, quæ ille profabatur. Hinc apertè colligitur, Dominum ſimul ac intrauit, doctrinæ ſuæ verbum effudiſſe. Perpende (ait Toletus) *aſſiduam, & indeſinentem Domini verbi ſui prædicationem; nam hoſpitio exceptus, dum quæ ad cibum corporis neceſſaria erant parabantur, docere non deſiſtit.* Edoceantur Euangelici miniſtri ſpirituali cibo ſe excipientes hoſpitio replere, dum corporeo ipſi reficiendi ſunt, vt hoſpitij gratiam reddere poſſint. 11. *Aſſidua Domini prædicatio, quam miſſi ad oppida debent imitari.* Tolet.

Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium.] Cum Dominum Martha natu maior excepiſſet hoſpitio, cura, ac ſollicitudo apparandi conuiuij magis ei incumbebat. Vnde ſatagebat circa miniſterium frequens, ſcilicet, dum frequenter diſtrahi, ac diuerti ab audiendo verbo, vt miniſterio incũberet, cogebatur. 12. *Martha ſollicitudo.*

Frequens miniſterium.] Græcè πολλὴν διακονίαν id eſt, multum miniſterium. Ad conuiuium enim tanti hoſpitis, ac diſcipulorum eius multa neceſſum præparare Cui reſpondet Domini verbum: *Turbaris erga plurima, ſeu multa,* 13. *Quid frequens miniſterium.*

vt

vt Græcè legitur. Interpres aptè frequens ministerium vertit, quia quæ *multo ministerio* debebat incumbere, frequenter seu assiduè oportebat eam iis interesse, quæ parabantur, & ab audiendo Christi sermone disturbari.

---

§. IV.

Quid mysticè Patres circa Marthæ ac Mariæ ministeria?

14. DVas sorores typum actionis ac contemplationis gessisse communiter Doctores asseruere. Basilius Const. Monast. Cap. 1. *Per duas mulieres duo mihi vitæ genera introduci animaduertito; vnum quidem inferioris notæ, nempè quod in crassioribus se obeundis vitæ huius muneribus occupârit. Alterum nobilius, & cum Spiritu magis coniunctum, nimirùm quòd sese ad arcanas res contemplandas altiùs extulerit.* Gregor. lib. 6. mor. Cap. 28. *Quid per Mariam, quæ verba Domini residens audiebat, nisi contemplatiua vita exprimitur? Quid per Martham exterioribus obsequiis occupatam, nisi actiua vita designatur?* Bernardus ser. 5. de Assumpt. *Duæ sorores Martha & Maria, id est, operatio & intellectus excipiunt Iesum. Excipiunt, dixerim, an excipiuntur? sed siue hoc, siue illud dicatur, vtrumque prodest illis, non Iesu.*

Actionis ac contemplationis typum gerunt. Basil.

Gregor.

15. Cur autem actiua vita seniori sorori tribuatur, Gregorius adnotauit: *Quia contemplatiua vita, minor quidem tempore; licèt merito maior est, quàm actiua.* Ideò actiua senior marthæ seniori: contemplatiua minor minori sorori à Domino exprimenda ac figuranda exhibetur.

Cur vita actiua Marthæ seniori tribuatur? Gregor.

16. Augustinus lib. 2. qq. Euang. Cap. 20. *Duplici fœmina duplicem aliam vitam assignari* asserit, temporalem scilicet & æternam. *Quòd Martha excepit illum in domum suam, significat Ecclesiam, quæ nunc est, excipientem Dominum in cor suum. Maria soror eius, quæ sedebat ad pedes Domini, & audiebat verbum eius, significat eandem Ecclesiam, sed in futuro seculo, vbi cessans ab opere, ministeriique indigentia, sola sapientia perfruetur.*

Ecclesia hic & apud Sanctos designatur vtraque sorore.

17. Quid de ministerij vtriusque qualitate? An meliora contemplationis quàm actionis exercitamenta? Idem Augustinus ser. 26. de verb. Dom. *Martha turbatur, Maria epulatur. Illa multa disponebat, ista vnum aspiciebat. Vtrumque officium bonum: sed tamen quod sit melius, quid nos dicamus? habemus quem interrogemus, patienter audiamus. Bona sunt hæc; melius est tamen quod elegit Maria. Illud enim ministerium habet ex necessitate occupationem; istud ex charitate suauitatem. Vult homo occurrere, quando ministrat, & aliquando non potest. Quæritur quod deest, paratur quod adest. Distenditur animus: nam si Martha illa sufficeret, adiutorium sororis nunquam posceret. Multa sunt, diuersa sunt, quia carnalia, quia temporalia sunt: & si bona sunt, transitoria sunt. Maria autem optimam partem elegit, non tu malam, sed illa meliorem. Audi, vnde meliorem. A te auferetur aliquando onus necessitatis; æterna est dulcedo veritatis.* Gregor. citat. *Magna sunt actiuæ vitæ merita, sed contemplatiuæ potiora. Vnde nec auferri Mariæ vnquam pars dicitur; quia actiuæ vitæ opera cum corpore transeunt, contemplatiuæ autem gaudia meliùs in fine conualescunt.* Plura mitto.

Meliorne Contemplatio an Actio? August.

IN MARIÆ ASSVMPTIONEM
PANEGYRIC. MORALIS PRIMVS
Circa literam.

Ex vtriusque sororis ministerio.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Maria sollicita actionis operibus, ob quæ properanter adeò ad Regnum auolauit munitissimum.

Admoneo peccatores vacuitate laborantes, otiosos, minimè ad Regnum volaturos iudicij die.

BErnardinus Senen. ser. 51. to. 2. Castellum, quo hodie Domino 18.
præparatur hospitium, Deiparam esse Assumptionis die asseruit: *Ad Castelli,* inquit, *custodiam primò requiritur propugnator, vt operetur. Proindè in Castello Mariæ Martha operatur, & laborat, ne capiatur per negligentiam. Martha satagebat circa frequens ministerium.* Et *Virginum fuit similis ministratrix.*

Primò Castelli Custodia sollicita expenditur. Bernard.

19. Ministerium Virginis satagentis quidem circa beneficia hominum Nuptiæ Canæ exprimunt: *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat Mater Iesu ibi: vocatus est autem & Iesus & Discipuli eius ad Nuptias.* Ioa. 2. Et cur Maria inibi commorari dicitur, cùm Iesus ac Discipuli erant aduocandi? Existimo, vt Martha adesset, quæ Christum ac Discipulos dignè hospitio exciperet. Virgo tunc *satagebat circa frequens ministerium*, adeò vt præcognoscens meri defectum, priusquàm absumeretur, non

Quàm circa ministeria Virgo satagens? Ioa. 2.

querula de Mariâ, ſed de hominum inopia Dominum adit: *Vinum non habent.* Cui Ieſus, *Nondum venit hora mea.* Quare ô Virgo, Dei curas properare potentiam ad miraculi ante tempus patrationem? Satagebat Maria, ſollicita erat, vt miniſterio eius non iam Euchariſtiâ, quam mira aquæ in vinum conuerſio figurabat; ſed cuncta Sacramenta mox euperet hominibus exhiberi. Rupertus ſollicitudinem ſatagentis Mariæ adnotans, ait: *Optabat Dei genitrix conuiuantibus fieri ianua cœleſtium beneficiorum.*

Rupert.

20. Quòd ſi Marthæ exercitamenta reſpiriunt miſericordiæ opera, egregia admodum miniſtratrix Maria fuit. *Nam alij* (ait Bernardinus) *induunt pauperem de lana ouis; ipſa verò Maria induit ſuum acutiô de puriſſimis ſanguinibus, & de corpore ſuo. Alij paſcunt pauperem pane extrinſeco, ipſa verò paſcit Deum humanatum de lacte proprio. Alij ſuſcipiunt pauperem hominem in tugurio; ipſa verò ſuſcepit immenſum Deum in corde & corpore ſuo: cui in terris peregrinanti facta eſt hoſpitium. Alij propter Deum adminiſtrant infirmo; ſed Maria ipſi Ieſu Deo in paruenlo corpore infirmato officioſiſſimè miniſtrauit. Alij incarceratos, & vulneratos homines viſitât, & eis compatiuntur, dum viuunt: & mortuos ſepeliunt; Maria vero Ieſu pro nobis capto, ac durâ carceratione ligno Crucis affixo, & vulneribus dilaniato compaſſa eſt, & mortuum ſepulturæ addici curauit.*

Circa vilium cuncta miſericordiæ opera noſtra Martha Maria exercuit.
Bernard.

21. En hodiernæ ſolemnitatis ex Marthæ operibus myſteria. Ad cælos non ideò præcisè, quia Deiparens, eleuatur; ſed ob opera miſericordiæ egregia præmio aſficitur. Cunctis Diuus Dominus *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis Regnum; eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, &c.* Matth. 25. Piis operibus Regnum curâſtis acquirere, dum mihi in paupere miniſtrâſtis. Quàm aptiùs ipſe immediatè miniſtratus Dominus à Maria, & in tot pauperibus honoratus proclamabit Bernardini ex ore! *Veni benedicta Patris mei, poſſide paratum tibi Regnum, Nudus eram, & cooperuiſti me, &c.*

Operibus egregiis Regnum Maria acquiſiuit.
Matth. 25.
Bernardin.

22. Quia Dominus Matrem tam ſollicitam, & ſatagentem vidit circa frequens pauperum miniſterium, tam feſtinanter illam ad Regnū aduocauit. *Veni de Libano, ſponſa mea, veni de Libano, veni, coronaberis.* Cant. 4. Et cur tam properanter iterato aduocationis vocabulo *veni, veni, veni* excitatur ad Regnum? Exiſtimo, quia ſollicitam Dominus Matrem Martham circa frequens pauperum miniſterium vidiſſet. Vt feſtinans reſurrectio & volatus tantæ ſollicitudini reſponderet. Vnde poſtquā eam aduocauit ad ſuperos, exhibens feſtinationis cauſam adiicit: *Odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata.* Ibid. Vbi Rupertus. *Hæc ſunt aromata vera, eſurienti cuilibet cibum dare; ſitienti potum præbere, hoſpitem colligere; nudum veſtire; infirmum viſitare, &c. Super omnia aromata eſt odor veſtimentorum tuorum, id eſt, ſuauitas eleemoſynarum tuarum. Quia non vt cæteri in membris meis ſolum; ſed in meipſo tu mihi munificentiſſima extitiſti.* Ideo *veni, veni, veni*, incunctanter, reſumpto corpore, volatum præpara, *vt in cælis Regina ſis Sanctorum*, quorum egregia opera egregiùs ſuperaſti. Si Deiparæ Regnum cæleſte ſine operum horum exercitamento non præparatur: ocioſi-ne peccatores ad fælicitatis participationem aduocabimur?

Maria volatu feſtinat, quia ad opera miſericordiæ feſtinauit Martha ſatagens.
Cant. 4.
Rupert.

Observatio II.

Ad illa verba:

Intrauit Ieſus in quoddam Caſtellum.

Mariæ Caſtellum ſpeculatore Contemplationis (quâ acquiſiuit thronum) cuſtoditur.

Vbi adhuc innuitur, ex operibus Regnum comparandum eſſe.

23. PERGIT Bernardinus. *Ad Caſtelli cuſtodiam ſecundò requiritur ſpeculator, vt contemplentur. Proinde in Caſtello Mariæ Virginis Maria Magdalena contemplatur, de qua ſubinfertur: Quæ ſecus pedes Domini, audiebat.*

Adhuc Caſtelli vigilāſ cuſtodia deſcribitur.
Bernardin.

24. Fatur Maria ſponſa: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5. Vbi Nyſſenus. *Somnus hic ſponſæ inſolens eſt, ac alienus a conſueto more naturæ. Nam vſitato in ſomno neque dormiens vigilat, neque vigilans dormit. Verùm hîc noua quædam, atque inaudita verum ſibi aduerſantium mixtura, & concurſus in ea conſpicitur.* Si vel dormiens Deipara tam vigilans oſtenditur: quid cùm in morem Magdalenæ vocem Domini exaudire intentis ſenſibus curabat? Totam Mariæ vitam extaticam extitiſſe ſuprà oſtendimus; continuò enim & filij vitæ ac morti, & cæleſtium contemplationi addicta ſuprà ſeipſam auolabat.

Dormiens Maria nunquam non contemplatur.
Cant.
N[illegible]

25. Nata equidem in hoc, vt nunquam à contemplatione diuelleretur. Dum mulier prima eſſet ædificanda, *immiſit Deus ſoporem in Adā, cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea, & ædificauit Deus coſtam in mulierem.* Gen. 2. Vbi Auguſtinus lib. 9. de Geneſ. ad lit. aſſerit illum ſomnium fuiſſe vitæ ac mortis Dominicæ contemplationem. *Vt mens Adæ particeps Angelicæ Curiæ, & intra Sanctuarium Dei nouiſſima eius intellige*[illegible] cur ad Euæ formationem Chriſti nouiſſima Adamus contemplatur. Exiſtimārim, vt ſecunda verax viuentium mater Maria in hoc naſceretur, vt nunquam non à contemplatione vitæ ac mortis Dominicæ poſſet auelli.

[illegible] *vt ſic in [illegible] neque vel dormiens Chriſti vitā contemplatur.*
Gen.
Aug.

26. Apud lacrymarum vallem commorabatur Maria, ac ſimul in Altiſſimis thronum ex contemplationis exercitamento collocabat. *Ego,* ait, *in Altiſſimis habitaui, & thronus meus in columna.* 24. Degens in terra, ciuis cæli fuit Contemplationi interminabili addicta, vt Chriſti nouiſſima præuideret. *Et thronus meus in columna.* Hieronymus ad Pſal. 95 *Eſt Crux Chriſti humani generis colūna.* Hæc Mariæ thronus. Vt conſtet ex Contemplationis mortis, ac

Ex contemplationis huius exercitia thronum ſibi parauit.
Eccli. 24.
Hieron.

ac vitæ Domini exercitamentis sibi Deiparam thronum, æternámque fælicitatem præparasse. Plura inferiùs, vbertiori redituro sermone.

Observatio III.

Ad illa verba:

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Cùm sit quodammodo Castellum immensum Maria, quod transferri non potest, cum ad cælos auolat, apud nos permanere cogitur.

Hinc fidelium fælicitatem rimor, qui Deum in Eucharistia capiunt.

26. Bernard. BERNARDVS Castellum etiam Deiparam esse affirmauit apud quem Dominus commoratus est. Num immensum Castellum, quod Immenso potuit habitaculum exhibere? Certè quodammodo Maria domus immensa est. Hinc lacrymæ hominum hodie infrænandæ. Non enim à nobis recedit Maria cùm discedit; quia immensum haud valet auolare. Apud nos terricolas manet, cùm ad superos proficisci visa est.

27. *Maria cælo capacior, Deũ immensum capiens.* Psal. Theod. Canebat Dauid: *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum.* Psalm. Vbi Theodotus quærit. *Magis-ne decebat vt Deus cælum incoleret, quam Mariam?* Annon Immensus cæli aptiùs magnæ capacitati addiceretur, quã mulieris? Imò quia cælum capere Deum non poterat, in Mariâ habitaculum præparauit penè immensum. Est enim *cælum cæli*, seu Orbis cælestis mirum in modum cælorum superans capacitatem *Animæ* (respondet Pater) *Mariæ excellentiam*, seu capacitatem *consideres*. Vnde quem cæli capere non poterant, suo contulit vtero: quid non mente conferret?

28. *Quodammodo est Deo immensior* [...]*ia Deum* [...]*ndans.* [...]*d.* Proh fœminæ capacitatem immensam! Fœmina potuit Deum immensum complecti? *Fœmina* (ait Propheta) *circumdabit virum.* An Deo immensior? Rursum Anciræ Præsul. *Iam dic, obsecro, vter præstantior est, seruus-ne, an Dominus?* Mater-ne, an Filius, Creatura quæ circundat Deum, an Deus circundatus à creaturâ?

29. [...]*simus* [...]*m vt à Maria capiatur non deprimitur.* Luc. Includitur, ais, in Mariano Castello Dominus, quemadmodum gigas contractus, & instar Eliæ super puerum, abbreuiatus speluncâ continetur. Profectò Deus apud Castellum hoc non contractus, non demissus, sed augustissimá præ se ferens Maiestatem ostentatur. Cecinit Maria, *Magnificat anima mea Dominum.* Luc. 1. Quonãmodo Virgo Deum magnificamt? Vti domus præ excelsa Dominum magnificare assolet. Obiicitur à longè Palatiũ augustâ maiestate conscendens. Ais, domus illa magno Principi præparatur; sicut tugurium, exiguum arguit habitatorem. Nec solus Filius apud domum Mariæ. *Spiritus sanctus superueniet in te* (Angelus ait) quemadmodum Spiritus Diuorum intrat in gaudium Domini summam immensitate cælestis domus quasi absorbetur. Spiritus sanctus sic quodãmodo in Mariam tabernaculum capacissimum venit. *Imò & virtus Altissimi obũbrabit tibi.* Tã immensa etenim habitatio, vt non totam (sic fari liceat) Altissimus repleat, sed locus sit, vnde possit domus obumbrari ad Solis introitum. *Altissimus* inibi commoratur Deus, non quidem vt capiatur, deprimitur.

30. *Penè immensa hominis primi domus: Quid Dei Palatiũ Mariæ?* Gen. 2. Barcep. Aug. Olim *plantauerat Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem.* Gen. 2. Vt homo incola paradisi esset, quanta loci capacitas? Ephren apud nos. Barcepha terram Paradisi *penè immensam* vocitauit. Augustinus ad Oros. *Paradisus pertingens vsque ad lunarem circulum.* Annon caperet hominem, si tam immensam capacitatem non obiiceret? Sibi Rex quàm capax Castellum ædificauit? *Domum suam ædificauit Salomon tredecim annis. Domum quoque filiæ Pharaonis, quam vxorem duxerat, tali opere, qualia & hanc porticum.* 3. Reg 7. Vxori dilectissimæ domus capacissima quidem, quia altissimæ Reginæ præparata. 3. Reg. 7. Sed exigua planè si cum domo, quam sibi Salomon erexit, comparetur Si ergo homini tam capacem domum Deus extruxit: quid cum sibi, *Altissimo* Castellum præparauit?

31. *Maria Tabernaculum est quod non potest transferri: quia quodammodo immensa.* Isa. 33. Iam Isaias potest huius Palatij conceptam ideam euulgare. *Oculi tui videbunt Ierusalem Ciuitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri potest. Quia solùm ibi magnificus est Dominus.* Cap. 33. Illud expende: *Tabernaculum, quod nequaquam transferri potest.* Ricbardus Laurent. Virginem Dei Tabernaculum, quod transferri non potest, contemplatur; quia quodammodo est immensum, nec potest de nouo acquirere locum, vbi de immensi conditione, non adsit: nec deserere quem tenebat. Tam immensa Maria, vt in eâ solummodò magnificus est Dominus; nam immensus cum sit non deprimitur, non, instar Eliæ contrahitur, sed (si fari liceat) à Mariam Castello magnificus esse ostentatur. Theodotus Stud. serm. in Ioan. *Qui est super omnia, & in sinu Patris manet, nescientibus ministris, tanquam aliud cælum ingressus in vtero semper Virginis Mariæ se patefecit.* An apud sinum immensum Patris ministri non agnoscebant, dum apud Mariæ vterum eis se patefecit? quia solùm ibi, id est, in Castello Mariæ magnificus est Dominus? O Mariæ immensitatẽ! Studit.

32. *Hinc homines solatio afficiuntur; Virgo enim à terra abstrahi non potest, cum assumitur.* Hinc qui lugemus Mariæ recessum, seu eius apud Superos commorationem liberamur à mœrore. Mariæ enim minimè datum posse transferri, quia Tabernaculum penè immensum quod transferri non potest: apud terricolas permanet, cùm ad superos videtur auolare. Canitur hodiè. *Veni electa mea, & ponam in te Thronum meum.* Thronus Iesu Maria Altissimi, Dum terras tenuit, vt in cælis sit eiusdẽ thronus aduocatur. Cùm Maria quodammodo immensa sit Deus creatũ Thronum occupaturus, non potest non Mariam eligere, quia vbique de immensitatis conditione commoratur. Hilarius hom. 1. de Ascens. *In illo die Virginalis* Hilar.

lis Templi, in hoc cælestis Regni secreta patefecit. Quonammodo Christus ex vtero egrediens Templi Virginalis secreta reseruauit, & cælum scandens Regni cælestis arcana patefecit? Ostendit semel & iterùm Mariæ immensitatem arcanam. Tàm capax Thronus ille, vt potuerit Deum in terris continere. Tàm augustus & sublimis, vt apud cælorum Regnum ille idem Thronus ad immensi, ad Altissimi habitationem æternam quasi necessariò assumatur. Magnum peccatorum solatium à Dominà non deseri, dùm eleuatur.

33\. Audisti Ciuitatem Ierusolymæ cælestis ad terras descendisse? *Vidi* (ait Ioannes) Ciuitatem sanctam *Ierusalem descendentem de cælo.* Apoc. 1. Vbi Patres totius Curiæ cælestis Proceres contemplantur. An illud Dei cum hominibus Tabernaculum transferri potest? Ita planè, quia tota Beatorum capacitas cùm immensa non sit, potest hùc illùc transferri, & diuagari: *Tabernaculum Dei cum hominibus* vocitatur, quia cælum quondam modo deseruisse videtur. At Maria Dei æternum Tabernaculum non potest transferri, quia quodam modo immensum est. Agnosce, ô fidelis gloriam tui, cui datum Deum apud præcordia hospitio excipere. Intrat Deus cordis tugurium, cuia capacissimum in Castellum commutari, hic simul & in Superis degere.

Cuncti Dini Tabernaculum est, quod transfertur, non Maria.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Iesus non inuitatus in Castellum intrat, quia post Mariæ Assumptionem gloria vltrò ad homines descendit.

Vbi de obitu filiorum innocentum lætitiâ prosequendo.

34\. Diximus incidenter Dominum & quasi ex itineris occasione apud Marthæ Castellum exceptum hospitio. Neque enim legimus aduocatum. Lazarus ægritudine afficitur, vocatus autem Dominus differt profectionem, & tandem post amici obitum, accedit querula soror. *Domine, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus.* Quare ergo præter morem Dominus Castellum sororum non vocatus ingreditur? Audisti hâc historiâ Deiparæ Assumptionem celebrari? Igitur non vocatus, nec fortè expectatus, Castellum ingressus est Dominus, vt innuatur Assumptionis die cælum ad terricolas haud aduocatum aduentare, & vt vulgariter exponam: *En la Assumpsion de Maria sinos entra el cielo por las puertas.*

35\. Christum, ac Discipulos excipis, ô Martha, ô Ecclesia, laboribus exagitata (vti Augustinus) Signum est euidens Mariam iam apud Superos commorari. *Vidi* (ait Ioannes rursum) *Ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo nouam.* Apoc. 21. Noua proculdubio visio, nouos hospes ad terræ tugurium descendit. An non præmitteretur nuncius ad terram hospitio Curiam cælestem excepturam, quemadmodum Archangelus mittitur ad Mariam? Cur inexpectata tanta Ecclesiam fælicitas ornat? An non decens id fletibus impetrare, lachrymis profusis promereri? precibus sæpè efflagitare? Certè inopinatus Curiæ cælestis ad nos aduentus Assumptionem Mariæ habet authorem: *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius.* Apoc. 12. Bernardus Mariam apud Superos iam commoratam contemplatur. Si Virgo Curiæ cælesti addicitur, quid mirum cælestem Curiam non aduocatam, non expectatam ad homines descendere: *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Assumpta enim Maria Curiam ad terras transferri curauit.

Ciuitas Ierosolyma cæli, recens apud terras apparet, quia Virgo apparuit in cælo. Apoc. 21.

Apoc. 12.

Ezechiel ad hæc: *Aquila grandis magnarum alarum plena plumis, venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri, & transplantauit eam in Chanaam, in Vrbe negotiatorum posuit illam.* Cap. 17. Vbi Richardus Laurent. Aquilam Virginem interpretatur, quæ ad Libanum seu cælum auolat Assumptionis die, tollit Cedri medullam, gloriam scilicet Beatorum, quam immisit ad terras Vrbem negotiatorum, locum meriti, & demeriti: *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Tantà-ne inexpectata fælicitas? Ex Mariæ Assumptione cælestis Patria non vocata Castellum terricolarum intrat: *Intrauit Iesus.* Quàm quæstuosa hominibus Mariæ discessio! Edisce haud filios diu flere, quos scis immaturos ad cælos abripi. Ipsi ad te cælestis Curiæ immittent influxus. Quoties haud expectata fælicitas tua limina tangit, ob filij infantis ad Superos volatum!

A[illegible] gloriam ad terr[illegible] immittit. Ezech. 17. Laurent.

Observatio V.

Ad illa verba.

Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.

Maria, instar Auroræ, ascendit, simul sua opera referens ad terricolas, vnde egressa est.

Qui ad verticem dignitatum assumuntur, hinc miseris conciuibus succurrere ediscant.

37\. Scio Deiparam apud nos commorantem Martham sollicitam extitisse circa frequens hominum ministerium, totam euertisse sæpè domum, vt deperditum nummum seu peccatores inueniret.

uenirer. Vereor ne eleuata ad Superos, Throno addicta cælesti eorum obliuiscatur, quos in carcere mundiali dereliquit. Profectò nos Mariæ pietas ineffabilis ab huiusmodi liberat metu, dùm Ecclesia experitur Mariæ vitam gloriosam, adhuc curis ac sollicitudinibus Marthæ implicari, nunquam non circa plurima Virgine hominum commoda curam impendente.

38. *Aurora Maria ascendit, ac simul opera sua ad terras refert.* Cant. 6. Virgil.

Ascendit in Auroræ morem Deipara ad Thronum. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens?* Cant. 6. An sine hominum fructu à terrâ eleuatur Aurora? An terram, è quâ assumitur, desertam relinquit? De Aurora sic Poëta cecinit, Æneid. 11.

Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atque labores.

Quasi è terrâ lux elata fuisset, sed non vt mortalibus adimeretur. Nam cùm lux extollitur, vtiliùs è cælorum vertice mortalibus obiicitur. *Refert illa opera atque labores*, dum homines lux excitat ad laborandum. An alia Maria? Aurora è terrâ ad Superos aduolat, vt vtiliori lumine donet peccatores. Opera, atque labores refert, quia iustos ad cælum assumptos opera ac labores sequuntur: *Opera enim illorum* (ait Ioannes) *sequuntur illos.* Siue in peccatorum solatium maximum, refert Virgo assumpta ad terram opera sua, labores suos, dum Martha nostra non omninò non deserit, sed illud ipsum assumi, idem est, ac Marthæ officium, ac munus terricolis referre:

Referens opera, atque labores.

39. *In morem nubis assumitur, vt terras vtilius possit irrigare.* Iob. 38.

Vidisti è terra nubeculam ascendétem, quæ copioso rigatu terras implet? An assumitur ad cælos è mundiali plagâ nubes, vt deserat patriam? Absit, sed vt vtilius terræ è qua ascendit, operam suam impendat. Iob, *Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?* Cap. 38. Nubes Maria è terrâ vtique ad cælos eleuata. An vt deserat terram? Certè vt vtilius irriget aridam. Nam orante Ecclesia: *Succurre miseris*, gratiarum stillicidiis germina fœcundantur. Bernardinus Ser. 11. tom. 3. Nubem auolantem Virginem contemplatus ad Superos assumptam, quam vox Ecclesiæ laborantis sequitur. *Vox in nebula eleuata, est gratia per orationem è Virgine impetrata, ad quam sequitur impetus aquarũ. Quia per ipsam* (assumptam videlicet) *impetratur affluentia gratiarum, atque remissio peccatorum.* Bernardin.

40. *Dum Maria [a]ssumpta as[cendit], significatur nostras [o]pera esse [dimittenda]. Gen. 32. Interlin.*

Pugnanti cum Domino Iacobo, sic Dux fortissimus exercitus superoi. *Dimitte me, iam enim ascendit Aurora.* Gen. 32. Ex sententiâ Richardi Laurent. & aliorum Auroræ ascensu Virginis Assumptio figurabatur. Et cur Iacobo Assumptio Mariæ indicitur, vt à pugnâ recedat? Profectò illa pugna orationis erat, vti Oseas affirmat. Iubetur Iacob ab orationis studio lacescere, dum Maria ad Superos eleuatur, quia ipsa sollicitior iam Martha precibus incumbit, circa frequens ministerium operam impendit, in hominum terricolarum commodum: *Dimitte me.*

41. *Dum Maria assumitur, tempus est operandi ad ipsius imitationem.* Gen. 32. Interlin.

Interlinealis expositio ansam præbet egregiæ cogitationi. Iam tibi tempus est, ab inuisibilibus & diuinis ad corporalia & humana *negotia tractanda descendi*. Rectè quidem ad operationem ex Auroræ eleuatione Iacob excitatur; quia auolat illa *referens opera, atque labores.* Illud pondero Auroram Mariam dum ad superos eleuata conspicitur, Iacobo indicere ab oratione, & contemplatione abstractionem, vt externis operibus curam impendat. Nullus profectò tam adnatus Assumptioni Deiparæ influxus. Ea est Maria assumpta, vt ab eleuatione gloriæ cælestis quodammodo abstrahi curet, vt suam operationem, ac sollicitudinem hominibus referat. Vnde Iacobo assumpta dum aspicitur eandem præscribit proprietatem. Seu malis, tempus est hominibus operandi, quia ex Mariæ assumptione ei auxilium vberius ad rectam operationem ministratur.

42. *Maria à nullo excitata sollicitè ad hominum opem defertur.* Eccli. 24.

Et quisnam, si sileat oratio Iacob, siue hominum preces, Mariam ad auxilium homini impendendum excitabit? Haud certè excitatione indiget, quæ potius Mariam ad obsequium eundem excitare contendit. *Ne suscitetis dilectam, donec ipsa velit.* Nunquam enim non volet miseris succurrere laborãtibus. *Beatus* (ait ipsa) *qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei.* Eccli. 24. An diluculò exurgemus, vt te excitemus Auroram? Minimè. *Qui obseruat ad postes ostij mei* Digito ori hærente silentio labia sunt obfirmãda. Nec enim vocibus indigeo, vt ad hominum excitari possim beneficia, dum Throno hæresco cælesti.

43. *Eo ipso, quo exurgit Martha opera exhibet laboranti, à seipsa excitata.* Luc. 1.

Discedit à Virgine Angelus, *Exurgens autem Maria abiit in montana cum festinatione.* Luc. 1. An fuerit ab Angelo ad iter excitata? An instante cælesti præcepto, sese accinxerit profectioni? Minimè. Cur ergo tam festinanter à nullo excitata perrexit? Vt respondeam, in primis requiro, cuiusnam causâ Maria iter arripuit? Certum est ex præfatis lib. 8. ad cognatæ subleuationem accurrisse, ad Ioannis sanctificationem, & vt cunctis Zachariæ domesticis sedulum ac sollicitum impenderet ministerium. Deinde illam premo particulam: *Exurgens Maria, abiit.* Cur necessum addere τὸ *Exurgens*, si sufficeret, *Abiit*? Existimo adiectam, vt Mariæ exurgentis ac eleuatæ cõditio exprimeretur. Vis indicem, cur Regina cum esset ac Domina cognatæ humile impẽdit obsequium? Exurrexit. Cùm enim Maria exurgit, non potest non sollicitam sese miseris exhibere laborantibus. Iã respondeo quæstioni. A nullo Deipara ad obsequium præstãdum excitatur, quia Mariæ exurgentis, siue ad sublimia assumptæ adnatum est sollicitum officium indigenti præstare. Ildephonsus serm. 5. de Assump. *Exurgit ipsa? Per iter deuium & abrupta montium veniens vt deferat amicis actualis vitæ laboriosum officium.* Illud enim exurrexisse ab ipsâ fuit: *Exurgit ipsa*, seipsam Mariã excitauit exurgens, vt actualis vitæ officium, seu Marthæ ministerium hominibus exhiberet. Vtinam exurgentes, seu ad verticem eleuati ediscant ad miserorum subleuationem demitti. Ea enim ascendentium debet esse conditio, ex incolumitate fælicitatis laborantibus misereri. Ildeph.

OBSERVATIO

Observatio VI.

Ad illa verba:

Et huic erat soror nomine Maria.

Virgo assumitur hodie *Maria*, vt ex discedentis Nomine terricolarum fœlicitatem auspicemur.

Vbi præclaris sati proauis admonentur, nominibus illustribus debere egregia respondere opera.

44. IN Ecclesiæ solatium valde cõsultum hodie dulcissimi nominis Mariæ memoriá geri. Erat enim Maria Magdalena (vti adnotauit Chrysologus) *Materni nominis baiula.* Cùm igitur ad superos assumitur Virgo, insonat Mariæ vocabulum, quo obfirmatur, eam, quæ assumitur Maria, Ecclesiæ è superis futuram salutatem.

Chrysol.

45. Quid canit Ecclesia? *Assumpta est Maria in cælum, gaudet Exercitus Angelorum.* Et cur in Mariæ Assumptione Angeli in motẽ exercitus describuntur? Tunc Angelici Spiritus Ecclesiæ inuigilant custodiæ cùm habitu militum fortissimorum incedentes obiiciuntur. Ideo Christo exorto sub militantium aspectu Angeli peruolabant: *Facta est cum Angelo multitudo cælestis exercitus*, seu militiæ cælestis. Luc. 2. Nam descendente Domino Angeli sollicitiori curâ in hominum commodum inuigilabant. Idem affectus Angelorum obiicitur assumptâ Mariâ, exercitus Angelorum gaudens pergit ad pugnam. Nam si Iesus descendens eos reddidit sollicitos ad hominum custodiam, Mariæ assumptio eos ad eandem curam excitauit.

Maria assumpta exercitus Angelorum specialiter exultat ob accuratiorem Ecclesiæ custodiam sibi à Domino imperatam. Luc. 2.

46. Quàm sollicitum Dei Nomen sanctũ circa hominum sanctificationem! Vt Maria exponeret acceptarum à Domino gratiarum incrementa: ait: *Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum Nomen eius.* Luc. 1. Vbi Theophylactus. *Cur propria celebritatis rationem, & causam refert Maria beneficiis acceptis non solum à potente, sed singulariter ab habente nomen sanctum?* An quia sancto nomine insigniri Deũ, & non egregia admodum opera circa hominis sanctificationem gessisse impossibile putabatur. Virgo ascendit, seu assumitur *Maria*? Sanctum hoc nomen valde hodie hominibus salu ate.

Nomen sanctum Mariæ assumpta sanctum Dei munificentissimum Nomẽ imitatur. Luc. 1.

47. An sanctũ Mariæ nomen? Iesu nomen sanctissimũ, quia è Diuinitatis thesauro deriuatũ. *Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo.* Luc. 2. Certè Mariæ nomen ex eodem Diuinitatis thesauro gemma prodiit, fante Petro Damian. ser. de Annunc. *De thesauro Diuinitatis Mariæ nomẽ euoluitur.* Si ergo Nominis Dei sanctitas opera egregia circa Virginis sanctificationem connotat, sanctitas nominis Mariæ assumptæ præclara gesta circa frequentem hominum subleuationem, me hercle, connotabit. Vnde postquam Damianus asseruit *de thesauro Diuinitatis Mariæ nomen* effluxisse, adiicit: *Et per ipsam, & in ipsa, & de ipsâ, & cum ipsa totum hoc faciendum decernitur.* Cur totiens *ipsa*? Vt Mariæ sollicitudo circa frequens hominum ministerium innuatur; Nomen enim illud ipsam quasi multiplicari cogit, vt faueat accuratius. Qui sublimi nomine insigniuntur, ediscant magno nomini egregia debere opera respondere in proximorum commodum, ne inani appellatione glorientur.

E Diuinitatis thesauro Mariæ Nomẽ euoluitur. Luc. 2. Dam.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Et huic erat soror Nomine Maria, quæ etiam sedens.

Maria *Martha* nostra ex contemplatione sollicitior redditur ad misericordiæ opera post ascensum.

Ostendo necessariò præmittendum orationis exercitium, vt externa opera feruenter exerantur.

48. ETIAM *sedens.* Hâc particulâ designari vidimus non solùm Mariam exercitamento contẽplationis vacare, sed & Martham, quæ externis ministeriis debebat incumbere, priùs sedebat, vt verba Saluatoris audiret. Nec inaniter. Ex terũ enim cælestium meditatione, seu ex contemplationis, ac orationis exercitio feruentior redditur animus ad externa misericordiæ opera perficienda.

49. Cuius typum Seraphini Isaiæ gessere. *Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Cap. 6. Vbi Lyranus alis capitis signari contemplationem, pedum autem actionem asseruit, *Parati erant illi siue ad superiora ascendere, siue ad inferiora descendere.* Et vndenam præcelsi illi ad inferiora descendere præpeti volatu excitantur Throno hærentes beatifico? Quia ex contemplatione bonitatis, ac munificentiæ Conditoris erga homines accenduntur, vt velocissimè succurrant illis, qui à Domino tam ineffabili dilectione illigantur. Illud adnoto alas pedibus apponi, *Duabus pedes.* Patres affirmant pennas illas ad contemplationis verticem pertinere. Cur ergo pedes alis ornantur, si alæ contemplationis gerunt insigne, pedes actionis: illæ ad Mariæ contemplantis, hi

Maria Dei Throno cælesti hærens à contemplatione feruentior ad actionem assurgit. Isa. 6. Lyran.

hi autem ad agentis ac operantis Marthæ spectant exercitamenta. Existimo, quia rectam operationem ac contemplationem pariter incedere necessum est, vt ex contemplatione actionis accendatur affectus. En mariam Throno beatissimo hærescentem, semper volat ad sublimia, ac simul peruolat ad terrena, feruentiùs ex Deificæ bonitatis cognitione ad hominum accurrens egestatem.

50. *Externis intentum potest simul contemplationi hærescere. Exod. 3. Zeno.*

An tàm distincta valeant colligari ministeria confirmo. Moysi Iethro soceri greges pascenti *apparuit Dominus in flammâ ignis*, fante mose: *Vadam, & videbo visionem hanc magnam.* Exo. 3. Vbi D. Zeno Veron. *Transibo, & videbo visionem.* Ac si diceret, locum hunc, vbi gregem custodio, deseram, & ad rubum accedam, vti liber ab externâ curâ valeam arboris ardentis mysteria contemplari. Rursum Deus: *Ne appropies huc.* An marthæ curis actus circa gregis gubernationem, potero, simul mariæ viam terens, contemplari? Ita planè. Nec enim agentem contemplatio retardat, potiùs eum ad feruntem excitat. martha enim & maria proculdubio sorores, diuersa via in eundem terminum proficiscuntur. Veronensis Præsul in Psal. 118. *Quid est istud: Transibo? soceri sui oues pascens, in cælestem cognitionem, relictis terrenis operibus, excedit.* Non opus discedere à gregis curâ, vt excedat moyses; imò excessus conferet ad gregis perfectiorem custodiam, si ex exercitiis externis terrena quæque opera, quæ charitatem non sapiunt, relinquantur.

51 *Operans qui potest simul ruminare operum perfectionem. Psal. 1 Drogo.*

Dauid cecinit: *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Ps. 127. Quonammodo manuum labores manducandi, absumendi? Drogo Ostien. lib. de Sacr. Pas. tunc ait labores manducari, cùm quis laboriosissimus in oratione, aut contemplatione ruminat, quonammodo illi perfectè gerendi. Igitur *labores manuum tuarum, quia manducas, quia ruminas, beatus es iam in præsenti, & bene tibi erit in futurum.*

52. *Sol antequam lucem acciperet non pergebat ad opus: lumine accepto, & lucet & operatur.* *Damasc.*

Asserunt Patres Solem vacuũ quidẽ lumine primâ die coaluisse cùm *creauit Deus cælum & terram.* Gen. 1. At die quartâ luce fuisse ornatũ. Rogo, num captus lumine sese Orbis dederit beneficio. Sine luce quorsum? Stetit igitur, dum nec fuit luce ornatus, nec fulgore accensus. At post lucis infusionem perpeti volatu quotidie totum visitat Orbem lucẽs quidem, simul cunctis animantibus est vitalis, plantarum vigor, omnium creaturarum ornamentũ. Audiendus Damasc. *Primâ die creauit Deus cælum & terrã, in cælo fixit corpus solare sine luce efforme; sine motu quietum, & stabile. Verùm quartâ die acceptam lucem corpori infudit solari, & factus est Sol.* Quo fructu? *Et statim, accepta luce, sese in orbem cœpit rotare, pernicique cursu omnes mundiales plagas illuminaturus euolauit.* Quoties deseris miseris auxilium, & operam impendere, quia contemplationis igne minimè accenderis? At lumine donatus, qui torpore laborabas & luces, & simul rotatus exurgis ad miserorum subleuationem. Disce ex Martha effecta Maria, seu contemplationi vacante illo priùs accendi igne, quam ad opera misericordiæ circa proximos profectum moliatis, in eorumdem perfectionem.

Observatio VIII.

Ad illa verba:

Quæ sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius; Martha autem satagebat circa frequens ministerium.

Maria assumpta ad Regnum, non tam quia Deiparens, quàm quia Matthæ & Magdalenæ opera gessit.

Vbi edocemur, solis meritis præmia præparanda.

53. *Ex operibus incomparabilibus Virgo incomprehensibile præmiũ accepit. Ildeph.*

ME Ildephonsi sententia illa ser. 2. de Assump. *Sicut est incomparabile, quod Virgo gessit, ita inæstimabile, atque incomprehensibile præmiũ, ac gloria, quam promeruit.* ad tractationem huiusmodi excitauit. An tanto maria præmio hodie affecta, quia Dei mater? minimè quia mater præcisè, sed *quia fuit incomparabile*, quod gessit. Hinc Ecclesiæ spiritum rimari licet, dum in Assumptionis solemni hanc ingressus Dominici in marthæ domum Euangelicam canit lectionem. Quid mariæ assumptæ cum Dominico ad vtriusque sororis domum ingressu? Profectò dum mariæ ac marthæ exercitamenta expediuntur ad æternitatis necessaria fælicitatem, ediscimus mariam Deiparam cælum scandisse, quia Contemplatiuis, & actiuis sese exercitamentis apud mundiale castellum consecrauit.

54. *Assumitur volitans sicut virgula ex Mariæ ac Marthæ aromatibus fumans. Cant. 3.*

Assumptæ Virginis Cælicolæ (laudantesne, an mirantes?) pulchritudinem, conclamant. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?* Cant. 3. Vbi Nyssenus, *Myrrha corporum ad sepulturam accommodata est; thus certam quandam ob rationem diuini Numinis cultui est consecratum.* Quia ergo speciale marthæ munus cadauera piæ sepulturæ mandare, myrrha marthæ exercitia exprimit; thus autem auolans ad sublimia (de quo Dauid: *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.*) mariæ contemplationis gerit simulacrum. Assumitur Virgo ad superos tota myrrhæ ac thuris fumus effecta, quia tota in mariam ac martham efformata cælesti ineffabiliter præmio muneratur. Assumitur, quia Regina, quia mater? minimè, sed solitariam ab huiusmodi muneribus solummodò opera mariæ ac marthæ illam consequuntur. Hinc Rupertus. *Talis ascendisti per desertum, id est, animum habens valde solitarium. Quemadmodum Esther Regina cum esset, veraciter tunc dicebat: Domine mi Rex, adiuua me solitariam.* Nec enim apud tribunal tuũ proficit Regnum, si gesta nõ iuuãt. Virgo ergo instar Esther haud Dominatui

Non assumitur præcisè quia Mater. Rupert.

ex Maternitate nititur, ſed operibus Marthæ, ac Mariæ: *Sicut virgula fumi ex aromatibus myrrha, & thuris.* Illud expendo:

55\. *Eſther in morem innitens Martha ac Maria famulis iudici præſentatur.* Eſther. 15. Damian.

Quemadmodum Eſther, Regina cum eſſet. De quâ Textus, *Die tertio circundata eſt Eſther gloria ſua, cùmque Regio fulgeret habitu, aſſumpſit duas famulas, & ſuper vnam quidem innitebatur,* (Mariam.) *Altera autem famularum* (Martha) *ſequebatur Dominam, defluentia in humum veſtimenta ſuſtentans.* Cap. 15. Ex Petri Damian. mente Deipara Eſther tertia die reſurgit gloriâ circundata, & cũ eſſet Regina Dei Mater, haud Regno, ſeu maternitatis dignitate nititur; ſed aſſumptis Mariâ & Marthâ, plena operibus contemplationis, & actionis Dei ſiſtitur tabernaculo. Blandè excipitur, quia mater ſponſa; ſed rectitudinis ſceptro obiecto, ex operibus coronatur

56\. *Sol hodie in ſigno Virginis moratur Leo quidem vt accedat ad Libram & ex operibus iudicet Matrem.* Guar.

Arca Dei à captiuitate erepta apud Bethſameu commoratur, quæ quidem *Domus Solis appellata eſt.* Interprete Iuſtino. En aſſumptæ Virginis ſtationem. Menſe Auguſti Sol Virginis ſigni tenet domicilium ad aſpectum quidem Leonis & Libræ. Virgo rurſum æternum Chriſto Iudici præparat habitaculum. An quia Mater Dei præcisè? Abſit, ſed quia opera miſericordiæ viuens geſſit. Vnde Leo Virginem reſpicit, Libra obiicitur, quia iuſtitiæ ſeueritas exercenda eſt, fante Iudice ex ore Guarrici ſerm. 1. de Aſſump. *Fuiſti diuerſorium peregrinationis? Eris palatium regnantis, ſolium triumphantis.* Ex peregrinorum exceptione ſedes Domini conſtituitur, non ex Maternitate ſolum, qua eum contulit *gremio.*

57\. *Siſtitur hodie Maria Iudicis tribunali tanquam reliqua fragilis naturæ alũna, vt ex ſanctitudine iudicetur.* Eccli. 24. Ambr.

Apud Iudicis tribunal Virginem omnino repura ſolitariam, contemplare, non Matrem, ſed fragilem quandam humanitatis filiam. *Quaſi palma* (inquit Maria) *exaltata ſum in Cades, & quaſi plantatio roſæ in Ierico.* Eccli. 24. *Cades* idem quod *ſanctitas*: *Ierico* autem Luna, ſeu mutabilitas ſymbolo roſæ conſirmata, quæ (authore Ambroſio in Exa.) ſpeculum eſt fragilitatis humanæ. Vnde vt illa exprimeretur duplici roſæ, & apertæ, & clauſæ talis inſcriptio:

Vna ates aperit, conficit vna dies.

Exaltata eſt igitur hodie Maria ex palmâ ſanctitudinis, quemadmodum reliquæ humanitatis fragiliſſimæ alumnæ.

58\. *Maria Dei appellatur dilecta ad aſſumptionem inuitatur amica, ſed quæ ob opera Mariæ, & Marthæ hoc nomen promeruit.* Cant. 2.

Iudicem, ais, audiuimus non ſemel Virginem amicam, ſeu chariſſimam vocitâſſe? ergo ex ſpeciali amicitiâ magis quàm ex iudicio diſtricto ad cælum aſſumitur. An non clamat Sponſus? *Surge, amica mea, & veni.* Cant. 2. Profectò iam apud terricolas degens ſeſe ex operibus Marthæ & Mariæ tam ſtrictæ dilectionis dignam exhibuerat. Vnde qui amicam excitat ad aſcenſum, eam Marthæ ac Mariæ operibus plenam profitetur, quibus meruit ad Tabernaculum aduocari. *Diligebat Ieſus Martham & Mariam.* Hanc quidem propter opera pietatis, illam ob contemplationis, ſeu ſpiritus eleuationis exercitia. Marthæ imitatores nunquam non Dei amicitiam ſibi compararunt. Abrham ex fide: *Credidit Abraham, & amicus Dei appellatus eſt.* Ex miniſterij humilitate Dauid: *Inueni virum iuxta cor meum.* Ex miſericordia erga pauperes Nicolaus, Eccleſia concinente: *Amicus Dei conſtitutus eſt.* Ex martyrio Diui, *Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti ſunt.* Porrò Mariæ geſta imitantes Dei donantur dilectione. Ex cõtemplatione Moyſes: *Cum quo loqueretur facie ad faciem, ſicut ſolet homo ad amicum ſuum.* Ex affinitate Virgines: *Quem ſpecialis prærogatiua caſtitatis* (ait Doctor de Ioanne) *ſpeciali dilectione fecerat dignum.* Igitur ſurgit Virgo *amica*: quia hoc nomine ob geſta contemplationis & actionis promeruit. Ideo ad volatum non vocatur vt Mater, ſed vt *amica*, ac chariſſima excitatur.

59\. *In valle lacrymarum Virgo ſuas diſpoſuerat aſcenſiones, duplici viâ incedens.* [Pſal.] 83. Bernard.

Iam mortalem vitam degens Deipara huiuſmodi præparat aſcenſum. De iuſto cecinit Dauid: *Aſcenſiones ſuas diſpoſuit in valle lacrymarum.* Pſalm. 83. Haud alæ repentè Mariæ vt Dei Matri exhibentur. Ipſa diſpoſuit, quonammodo aſcenderet aligera, duplici Mariæ ac Marthæ exercitamento ſtudens. Appoſitè Bernardus ſerm. de Natiuitat. Mar. *Aſcenſiones Virgo in corde ſuo diſpoſuit, conuerſatione pariter, & oratione aſcendens.* Aſcenſiones quidem, quia duplici viâ Mariæ, & Marthæ inceſſit. Mox Abbas obiicit oculis, quonammodo Virgo diſpoſuerat hic aſcenſiones, fatus: *Abiit in montana, & in miniſterio Eliſabeth* (Marthæ in morem) *erat quaſi menſibus tribus. Vt iam tunc poſſet dicere Matri mater, quod tanto poſt filio dixit Filius: ſine modo; ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Meritò autem* (Mariæ contemplationem commendat) *Cantor ille diuinus præcinens aiebat: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit* (ad ſublimiorum meditationem) *ſicut Aurora?* Sic Virgo diſpoſuit in lacbrymarum valle aſcenſiones, in *locum* fælicitatis. Fide Abraham placuit? *Beata, quæ credidiſti: cunctáſque hæreſes tu ſola interemiſti in vniuerſo Mundo.* Ex puritate Ioannes? *Adducentur Regi virgines poſt eam.* Ex humilitate Dauid? *Ecce ancilla, ais, Domini.* Ex affectu in egenos Nicolaus? *Tu es Mater miſericordiæ.* Ex Martyrio Diui? *Tuam ipſius animam gladius pertranſibit.* Moyſes ex contemplatione *Maria conſeruabat omnia verba conferens in corde ſuo.* Huiuſmodi geſtis Virgo & diſpoſuit aſcenſiones, & ſeſe ad ſpecialiſſimam dilectionem Dei præparauit. *Surge amica mea, ſicut virgula fumi* (ait Guillelmus) *recta per actionem, ſurſum erecta per mentis ſinceram intentionem.*

60\. *Ad coronam Virgo non vt ſponſa Mater, ſed vt de nimio vitæ candore aſcenſura, vocatur.* Cant. 4. Honor.

Rurſum Sponſus, *Veni de Libano Sponſa mea, veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Canticorum 4. Sponſa ad Coronam vocatur, ſed non vt ſponſa præcisè, verum vt de nimio candore vitæ aſcenſura. Honorius. *Veni de Libano caſtitatis candore, ad cæli gaudia. Veni de Libano, ſcilicet candore vitæ nimio exaltanda in ſupernorum ciuium triclinio. Veni ad ſpiritualia gaudia. Coronaberis de monte Amana, hoc eſt, recipies coronam de triumpho, quam promeruiſti de Diabolo, qui eſt mons Amana, ipſe eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Recipit ergo Maria coronam non de

Maternitate

Maternitate, non de thalamo, sed *de triumpho.* Vt autem huiusmodi triumphum ex Contemplationis et actionis operibus Mariæ & Marthæ extitisse ostendat, illud explicat Canticorum: *Quàm pulchra sunt mammæ tuæ!* Cap. 4. *Scilicet* (ait ille) *humilitas: & puritas. Vbera enim Virginis fuerunt exempla actiuæ & contemplatiuæ vitæ, quibus vt lacte paruulos in fide pauit.* Et ad illud: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens?* Cap. 8. inquit: *Quæ est ista, id est, quanta laude digna, quæ virtuosa ascendit de deserto, deliciis affluens cæli?* Hailgrinus contestatur: *Ascendit Virgo, non credens Maternitati, sed per processus meritorum,* quia Iudicis Tribunali sisti debebat. *Ascendit super choros Angelorum assumpta.* Aiebat Virgo: *Trahe me, ô Domine, post te.* Canticor. 1. Honorius: *Trahe scilicet ad exercitium virtutum, ideò tracta est post Christum in cælum.*

Cant. 4. Honor.
Cant. 8. Honor.
Hailgr.

61. Periculum agentes de Deiparâ Angeli, num tracta ad Superos, quia Dei Mater, an quia priùs fuerit ad virtutum tracta exercitamenta. *Astitit Regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Psal. 44. Ad adstantem Virginem Angeli accurrere, Regina adest, sed non vt Regina, sed vt virtutibus cunctis ornata coronatur. Petrus Damianus ser. de Assumpt. Tota conglomeratur Angelorum frequentia, vt videat Reginam sedentem à dextris Domini virtutum in vestitu deaurato, in corpore semper immaculato, circundatam varietate, virtutum multiplicitate distinctam. Vt gesta ad duplicem Mariæ ac Marthæ viam spectantia, *distinctam multiplicitate virtutum* vocitauit.

Angeli admirantur Virginem ad Superos tractã, non vt Deiparam, sed vt virtutibus cunctis plenam.
Psal. 44.
Damia.

62. Ascensionem disponebat Virgo, & Mariam secuta, dùm ait: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5. & Martham professa: *Digiti mei pleni sunt myrrhâ probatissimâ.* Ibid. Nec aliter deceret Virginem ad Superos assumi. Audi Rupertum: *Mihi* (ait Virgo) *optimam partem elegi, relictis cunctis sollicitudinibus. O tu cælum Dei, vnica sedes Domini, cunctis mortalibus longè studiosior fuisti ad contemplandum eum, in quem desiderant Angeli prospicere. Digiti tui,* marthæ operibus intenti, *distillauerunt myrrham. Oportebat namque dare exemplum omnis mortificationis. Quid tu cum hominibus quamuis sanctis, quamuis Apostolis? Cur non potiùs tanquam turtur castissima solitudinem expetisti remotior, quàm Ioannes Baptista?* Quia ex vtriusque vitæ exercitamentis Virgo erat ad Thronum assumenda. *Sic igitur, tuis completis diebus ad transferendum te in cælum æthereum non vnus tantùm currus igneus, sed totus cum Rege Filio suo venit, atque occurrit Angelorum exercitus.*

Plena operibus vtriusque viæ Maria assumitur.
Cant. 5.
Rupert.

63. Denique illam & contemplationis & actionis vicissitudinem mariæ expressit Sponsus, dùm ait: *Ne suscitetis, neque euigilare faciatis donec ipsa velit.* Cant. 2. An non oportet dilectam eam à somno contemplationis suscitari, vt operam impendat actioni? *Non suscitetis.* Ipsa enim seipsam suscitabit, volens etiam cum marthâ ministrare, sicut martha etiam volebat cum mariâ sedere: *Donec ipsa velit.* Guilhelmus: *Dormiebat, ait, pia Mater somno contemplationis, somnians iugiter Dilectum, in Diuinitatem eius intenta, contemplatiua quietis dulcedine fruebatur. Et quidem circa humanitatem eius materna sollicitudine pro tempore satagebat* (vt martha, quæ etiam sedens secus pedes Domini cum mariâ, ad operationem surgebat) Adiicit: *Et ita in se circa Filium perfectè atque excellenter implebat negotium Marthæ simul, & Mariæ otium. Negotiosa erat circa humanitatem Filij, circa Diuinitatem otiosa.* Vnde *suprà Dilectum suum innixa,* ascendens describitur. Vt qui illam agentem ac otiantem circa se expertus fuerat, triumphantem veheret ad Thronum.

Circa Dilectum Maria vtriusque viæ posuit actiones, ideò supra Dilectũ innixa defertur.
Cant. 2.
Guilh.

Edisce, cæleste munus non personarum dignitatem, sed meritorum qualitatem sequi.

SECTIO SECVNDA.

Marthæ querimonia.

TEXTVS.

VERS. 40. Quæ stetit, & ait: Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De statione Marthæ in Domini conspectu.

1\. *Surgens à Christi pedibus stans locuta est.*



V *æ stetit, & ait.*] Illa particula: *stetit* existimo adnotari Martham à pedibus Domini surrexisse tunc, vt conuiuij præparandi curam adhiberet. Studebat quidem à cælesti Iesu colloquio non amoueri; sed illam eiusdem excipiendi conuiuio cura separabat. Vnde quasi à sollicitudine capta, inuidens sorori, quæ immobiliter Domini pedibus hærescebat, *ait.*

2\. *Gregorij obiectioni respondet. Gregor.*

Profectò Gregor. asserens nunquam Martham secùs Domini pedes sedisse, sic exposuit ad 5. Reg. 4. *Martha, quæ circa frequens ministerium satagebat, stetit, & locuta est. Quæ enim stetit, ei nimirum sedere non licuit. Quia si ad audiendum sederet, semper.num foras è ministerium, & in sufficiens impendisset.* Non licuit sedere, dum staret: sed postquam Martha à sessione frequenter ad ministeriù discurrisset, stetit, & Domino locuta est. Igitur illam particulam superiùs expositam. *Ei.. m sedens*, adnotans, & hanc, *stetit*, exaudiens, existimo fœminam à sollicitudine excitatam iniuncti ministerij à pedibus Domini surrexisse, stantémque piam querimoniam excitasse.

3\. *Doctoris ipsius sententia ex nostra expositione fulcitur.*

Imò Gregorij sic aptiùs sententiam adstrui putarim. Asserit enim Doctor non posse in Martha vitam actiuam significari, nisi aliquo modo Christo astitisset; quia recta actio ex contemplatione debet ducere exortum. Vnde dum Martha hùc, illûcque discurrebat ministrando, ait Christum vidisse, & in hoc significari vitam actiuam meditationi, ac Christi assistentiæ adhærescere. *Notandum est*, inquit, *quòd Martha transeundo Dominum vidit, non tamen transeundo, sed stando locuta est. Quo profectò exemplo instruimur, vt qui fratribus ministeria exhibemus, si per moram sedere ad Redemptoris pedes non possumus, per aliquantulam morulã Redemptori assistere debeamus. Sed benè ei assistimus, si transeundo, & seruiendo videamus. Quid est autem transeundo, Dominum cernere, nisi in omni nostro bono opere ad ipsum dirigere cordis intentionem?* An non facilius vitæ actiuæ in operibus Marthæ signatæ meditatio hærescet, si per aliquot morulas interruptè sedisse illam, & audisse Christum asseramus?

Greg. Ergo vita actiua meditatione.

§. II.

De Martha prologuio.

4\. *Incusat ne Christum, an sororem? Aug.*

D*Omine, non est tibi cura, quòd soror mea, reliquit me solam ministrare?*] An Christum Martha incusat? Minimè. Aug. ser. 56. de verb. Dom. *Interpellat Martha hospitem, ad Iudicem deponit postulationem piarum querelarum, quod eam soror deseruerit, & sic laborantem in ministerio adiuuare neglexerit.* Sororem itaque apud Iesum incusat, quòd ea solam ministrare reliquerit, ipsâ apud pedes Saluatoris sedente.

Domine, non est tibi cura.] Id est, Hebræâ phrasi, curæ tibi est, ad te spectat, tibi incumbit de hoc prouidere, quod solã me in ministerio soror reliquerit. Similis phrasis apud Marcũ, *Magister, non ad te pertinet, quod perimus?* Cap. 4. Id est, tuæ est curæ, ad te spectat aduertere, & prouidere, quia perimus. Hæ quidem interrogationes affirmationi æquiualent. 5.

Phrasis Hebræa. Non est tibi cura. Mar. 4.

Gregorius vitam adhuc actiuam cõmendãs, 6.
adiicit: *Notandum est, quòd Martha confidenter loquitur. Quod certè perfectis quibusdam operarijs sancta Ecclesia conuenit. Qui omnipotẽti Deo preces tantò fiducialius efferunt, quantò laboriosius in membris suis ministrasse meminerũt.* Id quod Euangelici ministerij militibus accommoda, qui toti proximorum saluti addicti, audent ardua quæque à Domino confidenter efflagitare. Quid non confidenter orabat Franciscus Xauier noster Iaponiorum Apostolus? quid non obtinebat? Orauit cadauera vitæ restitui, Solem sistere, seu reuerti ex occasu, dæmones effugari. Quanto laboriosius Deo in membris suis ministrasse meminerat, tanto fiducialiter omnipotenti Deo preces offerebat.

De vita actiua commendatione. Confidens erit à Deo difficilia quæque, qui laboriosè ministrasse proximis videt. Vbi de Xauerio.

Dic ergo illi, vt me adiuuet.] Iube, vt mecum 7.
manum ministerio admoueat. Illam illationis particulam: *Ergo*, adnoto. Ac si diceret, cùm tibi curæ sit, tibique incũbat prouidere, quòd me solam reliquerit, iube ergo, vt me adiuuet. Cur autem Martha sermonem ad ipsam sororem non conuertit? Reuerenter conuertit ad Christum, sciebat enim sororem Christi sic illectam eloquio, vt nullis precibus, solo Christi posset iussu dimoueri. *Animaduertebat* (Toletus ait) *non decere eam propria voluntate a Christo auerti, nisi ipso iubente; ideò prudenter, & reuerenter non sorori, sed Christo loquitur.* Totam expositionem ex Caietano roboro. *Ad compassionem sui Martha intendit prouocare Iesum: vt adiuncta sorore, releuetur in parte à multitudine operarum, Dic ergo, ait, illi, vt me adiuuet. Ex cura erga ipsam Martham à Iesu habenda infert, vt præcipiat sorori, vt illam adiuuet. Sciebat enim sororem non nisi Dominico præcepto auelli posse ab auditione verbi.*

Illatiua ergo exponitur, & cur ad sororem sermonem illa non conuertit. Tolet. Caiet.

Bernardus querimoniam Marthæ longè à 8.
murmuratione esse alienam affirmat; piè enim actiu de contemplationis abstractione, laudabiliter quidem, conqueritur. *Putas* (ait ser. 3. de Assump.) *in domo, in qua Christus suscipitur, vox murmurationis audietur. Fœlix domus, & beata cõgregatio est, vbi de Maria Martha cõqueritur. Nam Mariã Martham æmulari prorsus indignũ est.* Mox vitæ contemplatiuæ pacem describit. *Vbi legitur Mariam causantem, quia soror mea reliquit me solam vacare? Absit, vt qui Deo vacat, ad tumultuosam aspiret fratrum officialium vitam.* Haud spiritualis viri eorum licet imperfectorum, vitam carpere.

Mystica adnotationes. Bernardi.

IN

IN MARIÆ ASSVMPTIONEM
PANEGYRIC. MORALIS SECVNDVS
Circa literam.

Ex Marthæ querimonia.

Observatio I.

Ad illa verba.

Domine, non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare?

Maria plus penetrans in cælis miserias nostras, velocius exurgit, vt laboranti Ecclesiæ succurrat.

Edocentur & docti Principes, & ij qui suorum aspiciunt miserias, festinantiùs debere surgere ad subueniendum.

9. *Mœrens Ecclesia ex discessu Mariæ.*

Maria hodie ad cælos adsumitur, vt perpetuò, non secus pedes Domini, sed eius brachiis illigata assideat. Interea Ecclesia Martha querula insurgit, Dei sistitur tribunali profata. Maria-ne soror & mater pelago cælestis voluptatis immergetur, dum ego naufragiis exacta, vix tabulam nacta sum, vt ad ripam, superatis vndis deferar vlteriorem? Illa dulcissimo sponsi sinu fouebitur & thalamus & thronus Dei effecta, dum hostium brachiis dilanianda committor? Illa ne mensæ æternæ assidebit multiplici Beniamini portione saginanda, dum Ecclesiæ sorori vix datum os pio eulici instar pulli coruorum aperire? An sine Mariâ deget Ecclesia? Iam actum de illâ. Quis pugnantem iuuabit? quis naufragam excipiet? quis fame pressam reficiet? quis tandem sepeliet vita functam? Hæc Ecclesia. Cui quidem Dominus, *Martha*, inquit, *Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium: Maria optimam partem elegit.* Meritò conquereris de laboribus, sed iniustè de recessu Mariæ cuius assumptio tibi laboranti, admodum necessaria fuit, vtilis valde, tibi enim optimam partem illa elegit, dum ex eius discessu tui labores minuuntur. Id quod tota exprimet Panegyris. In primis autem illam premo particulam: *Reliquit me solam ministrare.* Haud solam Virgo non reliquit Ecclesiam, seu desolatam, dum assumitur, quia plus contemplationi addicta, plus valet sorori succurrere laboranti.

Penetrans amplius nostras miserias, indulgentius eis prouidet Maria. Bonau.

Maria nostras apud Superos ex ineffabili 10.
visione penetrat egestates. Vnde velociùs valet nobis, precibus profusis, præstare auxilium, operam præpeti ministrare volatu. Bonauentura in Spec. Cap. 8. *Quo melius nunc videt nostras calamitates, eo indulgentius prouidet nostris calamitatibus.* Apud terricolas degens externam speciem suis oculis solummodò lustrabat, nec malitia interna ex sinceritate intentionis ei præsentabatur. Vnde Sponsus, *Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecùs latet.* Canticorum 4. Instar simplicis columbæ admoues oculos, te malitia fugit internè latitans. At visus Mariæ Deum aspicientis simul creaturarum penetrat internam egestatem.

Non potest videre, & non succurrere. Epiph.

Profectò ex vberiori nostræ miseriæ co- 11.
gnitione, non potest non Virgo ad præstandum auxilium auolare. Diuus Epiphanius Virginem *Multoculam* instar Cherubinorum, qui Throno Dei assidebant, vocitauit. Cur existimas Cherubinos tot oculis, tot alis insignes obici? An multoculi possunt hominum miserias penetrare apud Dei Thronum, & vt succurrant, non auolare? Si Cherub aspicit Isaiæ labia immunda esse (licèt prophetica cùm sint, reliquis hic aspicientibus munda admodum videantur, quia absque eo quod intrinsecùs latet, aspiciunt) an non recedet à Throno, & purificationi Prophetæ, sacro admoto igne, operam dabit? Non auolat.

Maria pietas instar hinnuli capræ & videntis, & currentis. Cant. 4.

Certè poterit Cherubim nostras fortassè 12.
miserias multoculus intueri, & non auolare, vt succurrat; sed minimè Maria videbit, & deseret. *Duo* (ait Dilectus) *vbera tua, sicut duo hinnuli capræ.* Canticorum 4. Cognata capræ visûs acies, qua abscondita dicitur penetrare, quia ad remotissima sese valet extendere; nec non adnata ipsi velocitas. Vnde Sponsa Dilecti velocissimum aduentum cursui capræ comparauit. *Ecce iste venit saliens in montibus. Similis est Dilectus meus capræ.* Canticorum 1. Vbera igitur Cant. 1.
Virginis, seu eius pietas capræ hinnulos refert, dum videt, & currit: videt clariùs hominum miserias, & non potest non velocissimè currere, vt præstet auxilium. Richardus Victor. *Duo vbera tua sicut hinnuli capræ. Adeò pietate replentur vbera tua, vt ali-*

Richard. Victor.

cuius miseria nusquã tacta, hac fundaui misericordia, nec posis miserias scire, & non subuenire.

Epiphanius te, ô Virgo, *Thronum Cherubicum* appellauit. Quod si ad Superos assumpta es, vt Thronum exhibeas Saluatori. *Surge*
13. *amica mea, & parabo in te Thronum meum.* Dùm video Cherubinos multoculos nec ad Isaiæ purificanda labia venire, auolante Seraphino: quonammodo credam te Thronum, multoculam quidem sicut Cherubini à Superis amouendum, relicto Domino, vt hominibus possis succurrere? Vidisti *Ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo? Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Apoc. 21. Maria enim Thronus Cherubicus, siue Dei Tabernaculum à Superis auelletur, ipsumque sedentem Dominum afferet nostris miseriis opem laturum. Quonam modo enim Virgo poterat instar Cherubini, multocula esse, & non instar Seraphini charitate flagrantis, laborantibus hominibus succurrere, imò sedentem ipsum Regem attrahere? Ediscant ij, queis datum plus, rerum intima ex perspicaciã intellectus penetrare, debere impensiùs hominum prouidere miseriis.

Thronus Cherubicus cùm sit, ad sternendum redit, & ipsum Deum sedentem attrahit ad hominum miserias subleuandas.

Epiph. Apoc. 21.

Observatio II.

Ad illa verba.

Non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam?

Dùm Regio Throno Maria addicitur, ampliùs debitrix est miseris succurrendis, quàm terricola.

Vbi edocentur Principes ex dominatu debere promptiùs succurrere laboranti.

14. 
Egnat Maria me solâ ministrante. Ipsa Angelorum Domina ministrator, sola Ecclesia ministra. Profectò ad Regium Thronum eleuata miseris vberiori succurrer affectu, quàm cùm seruili addicebatur habitationi. Munificentior enim Regia fortuna, quàm seruilis. Bonauentura spec. Cap. 8. *Magna fuit misericordia Mariæ adhuc exulantis in Mundo, sed maior est misericordia eiusdem iam regnantis in cælo.* Hîc enim se gerebat ancillam, ibi se Reginam agnoscit. *Maior-nè misericordia eiusdem iam regnantis?*

Bonau.

15. Dauidem audite. *Astitit Regina à dextris tuis in vestimento deaurato.* Psal. 44. Dum apud terricolas Domina tuæ dexteræ hærebat ministratrix, deaurato vtebatur indumento, misericorditer de auri conditione circa hominum ministerium versata. At postquam audiens: *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui*, reliquit terram, & ad Superos assumitur: *Omnis gloria filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis.* Apud terricolas degens deaurato indumento vtitur, apud cælicolas aureo, ex eâ scilicet vestis portione, quæ solum contingit: *In fimbriis.* Certe sicut differt lignum velamine auri obtectum, ab aureo nummo: hoc differt pietas Mariæ (quoad exercitium) degentis in terris, a misericordiâ regnantis in Superis. Vnde appositè Bonauentura. *Magna fuit misericordia Mariæ adhuc exulantis in Mundo; sed maior est misericordia eiusdem iam regnantis in Cælo.*

His Mariæ pietas deaurata post Assumptionẽ

aurea omnino obiicitur Psal. 44.

Bonau.

Facit Deipara: *In Ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea.* 16.
Tò *similiter* premo. Virgo ad cælum assumpta *similiter* requieuit. Nam si Christo descendenti sedes apud Patrem Regia quidem parata est, vt inde gubernet Ecclesiam, auxiliúmque præstet laborantibus (vti Maldonatus) similiter Mariæ assumptæ (si liceat fari) Regia apud Deum sedes stabilitur, vt Regio ingenio pronior esset ad miserorum subleuationem. Christus Regium in Tabernaculum ascendens vberiora Ecclesiæ exhibuit charitatis documenta? *Similiter* Maria. Quàm scilicet apud Superos potentissima, si in valle lachrymarum potens erat pro exilij conditione: Aptè Bonauentura: Quia Dominus potentissimus *secum est* in cælis, *Ideo & tu potentissima es apud ipsum.* Et quidem ne sine hominum commodo huiusmodi vberior potentia sit tibi adiuncta. *Verè* (addit Pater) *dicere potes: In Ierusalem potestas mea.*

In Ciuitate cælesti potentia Regia effulget circa Ierosolyma terrena commodum.

Eccli. 24.

Bonau.

Post exilium Christus: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Matt. 28. Non quia de nouo huiusmodi Iesu potestas exhi- 17.
beretur insurgenti, quã à primo conceptionis instanti acceperat; sed quia post exilium de insurgentis more tàm vberem erga homines saluandos potestatem ostentat, vt quasi de nouo accepta sibi esse videatur. *Euntes ergo baptizate omnes gentes.* Quis credat miserorum recordaturum, si non perpendit Principatus obligationem? Ideò plus recordari obijcitur laborantium, quia maiorem potestatem præsefert. Haud aliter, si Mariæ assumptæ datur potestas vberior de more Filij Regis, certum est ab ipsa in hominum commodum impendendam. Petrus Damianus ser. 1. de Nat. Mar. *Data est tibi, ô Virgo, omnis potestas in cælo & in terra, & nihil tibi impossibile.* Quonam hominum fructu? *Tibi possibile desperatos in spem salutis reuocare.* Superstes, ô Domina, exurgebas, & cum festinatione proficiscebaris, vt amicis & cognatis succurreres. Ad Ægyptum properâsti peccatoribus, Christum præsentatura, vt plagæ olim inflictæ sanarentur, vti Chrysost. adnotauit. An apud nos vnquã sese pietas tua ad desperatos Tartari demisit, vt aliquem educeret vinctum? Non legi. Certe Gregoriũ animũ Traiani è carcere æterno liberâsse apud authores non vulgares scriptum aspexi. Quid de Mariæ regnantis imperio affirmandum? Richardus Laurentinus de desperato Theophylo asserit â Mariæ pietate ad spem & salutem reuocatum. Ergo vberior Mariæ regnantis in cælo maximè pietas elucescit & emicat. *Tibi possibile desperatos in spem*

Potestas Virgini hodie data, vt vel desperati ad salutem efficiantur

spem salutis reuocare; si non omnino damnati,

18. Velit Virgo desperatum, imo (si fari liceat) damnatum è carcere redimi: quid nam obstaculum adiiciet? Propheta ad Achaz: *Pete tibi, ait, signum a Domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra*. Quod cum Rex dixisset, *Non petam, & non tentabo Dominum*; Isaias adiicit; *Propter quod dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo.* cap. 11. Quænam illa? *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius.* Apoc. 12. Ecce signum iam in excelso supra obiicitur non petenti. Iam ô Virgo cæli Regina, audeo petere de profundo inferni signú ostentari. Desperati baratro immersi reuocentur ad viuos acturi pœnitentiam. Profectò huiusmodi signum facili negocio patescet, si ipsa Virgo Domina cælorum à Domino postulet. Petrus Damian. *Pete tibi a Domino, ô Virgo, signum hoc in profundum inferni.* Quonam fructu? Anselmus, *Ipsa velit, ipsa petat, & nequaquam salui esse non poterimus*. Precibus enim nobis velle impetrabit, & perficere.

Si Virgo postulet signum de inferno, quos dubitet eruit damnatos. Isa. 11.
Apoc. 12.
Damian.

19. Annon aspicis Dominam duodecim stipatam stellis misericordiorem ex Regni conditione, in Patria, quàm in exilij via? Booz ad Ruth. *Benedicta es a Domino filia, & priorem misericordiam posteriore superasti*. Ruth 3. In familiam tuam (ac si diceret) misericors fuisti adhuc in exilio constituta; sed thalamum Domini tui ambiens, eius sinui æternum addicta, priorem misericordiam Domina effecta, superasti, Regum facilè parens. Nam *Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, Isai genuit David.* Ibid. Bonauentura citatus, Maria regnans maiorem per beneficia innumerabilia misericordiam ostendit hominibus, *quam exulans*. Vera quidem Ruth plus proficua populo sponsa Booz, quam peregrinationis exilio exacta,

Regnans Virgo est misericordior. Ruth. 3.

20. Damianus ser. 1. de Nat. Virg. *Numquid, quia ita Deificata, ideo nostra humilitatis oblita es? Nequaquam, Domina?* Id est. Domina cùm sis apud Superos repugnat dominatum pro oriorem ad misericordiam non deferri. Ad Christum Dominum fatuæ illæ: *Domine Domine, aperi nobis.* Queis ille. *Nescio vos.* Mat. 25. O fatuitate pressæ, si ad Mariam confugissetis! Erat tam in cælesti domo recepta. Attamen debuissetis inclamitare: *Domina, Domina.* Existimo Dominam in cælo constitutá, regnantem benignius miserandis auxilium præstituram: *Nequaquam, Domina*. Edíscant proceres ex dominatus pensione pronius debere laborantibus succurrere.

Repugnat Mariæ apud cælos Dominantem miserorum oblitam. Dam. Mat. 25.

OBSERVATIO III.

Ad illa verba:

Domine, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare?

Maria assumpta quodammodo Deitate induitur, vnde necessariò plus Ecclesiæ intimè præsens ostendatur.

Vnde ostendo, Principes Deum imitari, si toti communitati prouideant.



SOLAM te quereris derelictam, Maria assumptâ? Imò necessariò quodammodo est, vt tibi plus intimè præsens adsit, dum ad Deitatem vsque (si fari liceat) eleuati videatur, vt in ipsa sis, viuas, & mouearis. Me Andreas Cret. in hanc mentem adduxit. *Placa*, inquit, *Dominum pro communi figmento. Nam quandiu quidem versabaris in terris, te habuit parua terra portio: ex quo autem translata es è terra, te vniuersus Mundus continet commune propitiatorium*. Illud expende: *Te vniuersus Mundus continet*. Quia quodammodo, Assumpta ad superos humanam extulisti naturam, quæ paruæ terræ portioni pro humanâ exilitate addicebatur; & Deificatam iam te immensam quodammodo Mundus non potest non te totus excipere. 20.

Maria assumpta quasi loco vni non alligatur, vnde præsens creaturæ rationali laboranti. Creten.

Consonat Petrus Damian. illo serm. 1. dè Nat. Mar. *Nunquid, quia ita Deificata, ideo nostra humilitatis oblita es? Nequaquam.* Et vndenam scis Deificatam Virginem miseriæ nostræ oblitam non esse? An quia natura diuina (quam illa quodammodo induit ad thronum æthereum assumpta) non potest aut non scire nostram indigentiam, aut ad creaturas non demitti subleuandas? Scis, Domina, in quo discrimine nos reliqueris, vbi iaceant, quantum deliquerint serui tui. Non conuenit tantæ misericordiæ tantam miseriam obliuisci. *Quia & si subtrahit gloria, reuocat natura nempe Deificata. Non enim* (attende) *ita Deificata memoraris iustitia Dei solius, vt misericordiam non habeas: neque ita es impassibilis, vt sis incompassibilis*. Pulchrè planè. 21.

Deificata non potest non adhuc succurrere, id diuina natura (quã induit) quodammodo exigente. Damian.

Chrysologus, *Virgo fit quasi Dea vniuersæ creaturæ*. Quid Deam esse, nisi vniuersæ creaturæ laboribus, & egestati prouidere. Vnde Tò *Dea*, *Tò vniuersæ creaturæ* connotauit. Anselmus de Laud. Virg. cap. 12. *Te Deus, ô Virgo, sic exaltauit, vt omnia tibi secum possibilia esse donarit.* An tanta potestas vacua, & otiosa? *Secum tibi omnia possibilia*. Tua gesta semper gesta Domini comitantur, quia te quodammodo assumptam eadem natura fecit ornari. 22.

Quasi Dea Maria vniuerso prouidet creaturæ. Chrysol.

Igitur non potest Virgo Deificata Ecclesiam deserere, quia ab ipsa auelli pro immensitate minimè valet. Bernardus. *Quis longitudinem, latitudinem, sublimitatem, & profundam huius Virginis queat inuestigare? Longitudo eius vsque in nouissimum diem; latitudo replet Orbem terrarum; sublimitas Ciuitatis supernæ restaurationem inuenit; profundum sedentibus in tenebris, & vmbra mortis obtinuit redemptionem.* En Maria omnia complet de more immensæ. Illud adnota singulas dimensiones (immensurabiles quidem) Mariæ bono creaturarum communi cohærere; si lata est, replet Orbem terrarum 23.

Pro immensitate quondam modo potest ab Ecclesia Maria abstrahi. Bernard.

vt hominibus egentibus ſuccurrat. Si ſublimis, Angelorum reſtaorationem geſſit. Si profunda, ſedentibus in vmbra mortis deſperatis ſcilicet (& damnatis quodammodo) fert opẽ. Imo ſi longa, vſque ad nouiſſimum diem eius miſericordia pergit; dum vel damnati ob eius preces ſint citra condignum puniendi, de quo alibi. En Deitas Mariæ communitati prodeſt.

24. *Mariam etiam ſpatia imaginaria Mariæ immenſitas occupat vt beneficiat.*

Quid ſi inſtar Deitatis ſpacia repleat imaginaria? Auguſtinus, *Propitiatorium Deus poſuit Chriſtum, Propitiatricem Deus conſtituit Mariam.* Aſſũpti etenim in gloria Chriſtus & Maria ad Superos vt Propitiatorium, & Propitiatricem haberet Eccleſia. Supra Arcam Propitiatorium eſſe quis dubitet. Auctore Auguſtino Arca Eccleſiam deſignat, ſicut Filium & Matrem Propitiatorium refert. Arcæ quidem altitudo vſque ad nubem ſeu cælum, Propitiatorium autem ſine menſura deprehẽditur. Quare? Quia cuncti Diui licèt proceræ magnitudinis creato limiti adſcribuntur. At Chriſtus & Maria cælos tranſgreſſi, ſpacia occupant imaginaria ſua quidem miſericordia. An velis ô Virgo nouos inibi Mundos excitari? familiâ copioſiori circumdati imperium tuum in immenſum produci? *Quidquid* (cum Anſelmo loquor) *tu, Virgo velis, nequaquam fieri non poterit.* Creato iam Orbi prouideas.

25. *Nullus valet obiicere, ſe à Virgine aſſũpta vnquam fuiſſe derelictum.* *Bonau.*

Voco ad examen vniuerſam Orbis machinam. An aliqua minima creaturarum poteſt obiicere, ſe à Virgine aſſumptâ derelictam? Progreditur illa è terra, *quaſi aurora conſurgens, electa vt Sol.* Num non officium magni expleuit Luminaris? Bonauentura. Quis eſt, ſuper quem Sol non eluceat? *Quis eſt ſuper quem miſericordia Mariæ non reſplendeat?* Vel deſpectus homuntio, vel inimicus. Aiebat Dauid, *Numquid ſupereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cũ eo miſericordiam Dei.* 2. Reg. 9. Vilem requiris homuncionem Saulis inimici reliquum? Ea eſt Dei miſericordia, vt nec viliſſimam prætereat creaturam, replens omne animalculum benedictione.

26. *Cunctos Virgo illuminat, ſed eorum operit defectus.* *Apoc 12.*

Signum (ait Ioannes) *magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole.* Apoc. 12. Si Maria ad cælos aſſumpta Solis, communis quidem patris, induit naturam, vt Filium imitetur: cur ore non præfert luminare. Ieſu enim facies reſplenduit ſicut Sol? Mat 17. Profectò Sol Ieſus ſi illuminat, ſi fouet, ſi multiplicat, ſi ſanat creaturas, etiam earum defectus aperit, vt puniat. At Sol Mariæ aſſumptæ illuminat quidem, fouet, multiplicat, ſanat; ac ſimul de indumenti more operit defectuum nuditatem. Quemadmodum Rebecca Eſau nuda colla contexit. Hinc ediſce, tunc Principes Deo ampliùs aſſimilari, cùm hominum miſeriæ communitati prouident.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Reliquit me ſolam miniſtrare.

Virgo aſſumpta adhuc, imo ſollicitior è cælo vniuerſa miſericordiæ opera, *Martha* effecta, molitur.

Edocentur Reginæ, haud impedire thronum, ne pauperibus faueant.



E, ô Martha, minimè aſſumpta ad contemplationem, ad gloriam Mariâ ſolam miniſtrare reliquit. E cælis enim circa commune Eccleſiæ miniſterium ſe Martham oſtendit. Vnde tecum ſimul ſurgit, ſeu demittitur miniſtrare: ſileant querimoniæ. Carmen illud expendo: 27.

Ferculum fecit ſibi Rex Salomon, reclinatorium aureum aſcenſum purpureum media charitate conſtrauit, propter filias Ieruſalem. Cant. 3. Maria Ruperto authore ferculum triomphantis Salomonis, qui hodie thronum collocauit in Virgine. *Surge amica mea, & ponam in te thronum meum.* Aſcenſio ſeu aſſumptio huiuſce currus media vberiori charitate purpureus eſt. Bonauentura in ſpec. cap. 14. *Quis dubitare poterit omnino in charitatis affectionem tranſiſſe viſcera Mariæ.* Ideo (iuxta aliorum expoſitionem) mediâ, id eſt, Mariæ viſcera charitate conſtrauit in aſcenſu. Quaſi non extrinſecùs adiuncta, ſed intrinſecùs innata Mariæ aſcendentis charitas videatur. Propter filias Ieroſolymæ laboribus, ac tribulationibus, horribilibus quidem, exactas: vt illis valeat opitulari è Superis dimiſſâ vt ſatagat circa frequens miniſterium. 28.

Aſcenſus ſeu Aſſumptio Mariæ vberiorem eius miſericordiã exhibet; propter laboriãtes Ieroſolymæ filias. *Cant 3.* *Bonau.*

Martha reficit eſurientes? Degens in terris Virgo Sareptenſis Viduæ in morem multos recreauit Elias. Inſtat Abigail, multos Dauides à famis moleſtiâ liberauit, profata, *Venite, & comedite panem meum.* Prou. 9. At è cælis nobis cunctis eſurientes panem Angelorum exhibuit. Guarricus de Annunc. *De rore cæli* (ad cælos aſſumpta) *mortalibus panem Angelorum alimoniam vitæ æternæ miniſtrat.* 29.

E cælis eſurientibus miniſtrat Virgo panem Angelorum. *Prou. 9.* *Guar.*

Martha ſitientes potat? Terricola, Maria Rebecca fuit Eliacensis ſitim extinguens. Inuitatis ad Nuptias *antequam fuiſſet inuocata* (ait Bonauentura in ſpec.) *compaſſa eſt*, curans aquã in vinum à Domino conuerti. At in cælis nõ materiali ſolum, ſed & ſpirituali, vitalique nos potu iam recreat. *Qui me inuenerit*, inquit, *hauriet ſalutem à Domino.* Prou. 8. Damaſcenus, *Quicumque bonum aliquod ſitiens cum fide ad me veniat, vt ex ea gratiâ, ac gloriâ, quâ plena ſum, hauriat.* 30.

E cælis nos ſpirituali poculo reficit. *Prou. 8.* *Damaſc.*

Martha operit nudos? Maria apud nos degens induit Saluatorem, Hugo, *Ex vellere iſto filia eſt ab Spiritu ſãcto veſtis Filio Dei.* A viuis exceſſit Thabita, viduæ autem commune viduitatis ſuæ leuamen ad cælos conſugiens lacrymis proſequebantur, *oſtendentes tunicas, & veſtes, quas faciebat illis.* Act. 9. *Faciebat*, inquit Textus; nec enim poſt obitum iam vlterius facturam ſperabant. At Maria Thabita eſt reſurgens vt & in futurum offerat miniſterium. *Non timebit domus ſua à frigoribus niuis; omnes* 31.

E cælis duplicibus veſte ſemper induet. *Act. 9.*

omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Prou. 31. *Non timebit*, de futuro ait; quia pietas induentis Mariæ haud eum obitu terminatur, potiùs cum resurrectione producitur. *Domestici eius vestiti sunt duplicibus.*

32. *Ad assumptam Mariam ægroti confugiunt et accurrunt.* Gen. 2.

Martha ægrotos inuisit? Maria in lachrymarum valle, homini socia addicitur ægrotanti: *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium.* Quia vbi non est *mulier, ingemiscit æger.* Fragili naturæ Deipara inuisura ægrotos prouidetur. An ad commorantem apud Superos fragilitas nostra accurrere vereatur? An thalamo Sponsi hærescens inclamabit: *Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere?* Luc. 11. Surget, surget protinùs inuocata Virgo, vt fragilitati humanæ ægrotanti succurrat. Bernard. *Quid ad Mariam trepidet accedere humana fragilitas? Nihil est austerum in ea, nihil terribile, tota suauis est,* vt decet eam, quę communi xenodochio præficitur. Quoties miseri homines tot acti ægritudinibus fato concessissent, nisi Virgo surgens, & descendens è Throno opem adduceret!

Luc. 11. Bernard.

33. *In cælo Maria Sol est, omnium hospitium.*

Martha suscipit peregrinos? Maria superstes fuit Rahab Hebræorum exploratores hospitio excipiens. At in cælesti degens Tabernaculo Sara est, non iam excipiens Deum, qui ipsam suum constituit Thronum, sed cunctos pietatis sinu errantes amplectitur. Menander Solem *commune* vocitauit *hospitium*. An eadem ratione, qua vulgariter dicimus: *El meson de la Luna*? Profectò Mariam non impedit cælestis eleuatissima habitatio, quominùs errantes non recipiat hospitio, quia longè dissidentes, Solis in morem, excipit. Idiota sapienter verba illa: *Non est qui se abscondat a calore eius.* Psal. 18. meo argumento accommodauit. *Longè positos illuminat radiis misericordiæ suæ. Et non est qui se abscondat à calore eius.*

Psal. 18. Idiot.

34. *E cælis Maria ad captiuos redimendos immittitur.* Mich. 6.

Martha captiuis dat operam redimendis? Non mirum Mariā apud captiuos manentem diu de Ægyptiacâ seruitute nos liberâsse. Illud mirabile, quòd postquam exilio est liberata rursum ad captiuorum redemptionem immittatur. Deus ad populum: *Eduxi te de terrâ Ægypti, & de domo seruitutis liberaui te. Et misi ante faciem tuam Moysem & Mariam.* Mich. 6. Maria quidem cùm Moyses exoritur, apud Ægyptum commorabatur. Egressa autem ab exilij loco, cùm omninò à miserabili captiuitate immunis, rursum mittitur ad captiuos. En Mariam Virginum Ducem, quæ cum Christo non soror, sed Mater cum ipso apud Ægyptum diu esset commorata, cum eodem ad cælos libera assumitur. At è cælis sępè à Domino captiuos liberatura, ad Ægyptum immittitur, non sine socio Saluatore: *Misit Moysem & Mariam.*

35. *De cælo efficit supra cadauera aquam stillare, ut ossa tempus sepulturæ destinatum aduenerit.*

Martha cadauera sepelit? Non dubito, quin Maria viuens apud mortis vrbem multis cadaueribus sepulturam prouiderit. Testor Dominicum corpus, quod curâ Virginis fuit à viris nobilibus sepulchro mandatum. Illud scio ex historiarum excursione multa cadauera inhumata iacuisse, quæ sepulturas non assequebantur, quibus Virgo è cælis præstitit, vt Ecclesiastica sepultura requiescerent. In cuius typum Respha videns septem viros de domo Saulis mortuos, & insepultos, sex menses custodiuit, donec sepulchro traderentur. *Tollens cilicium substrauit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cælo, & non dimisit aues lacerare per diem, neque bestias per noctem.* 2. Reg. 21. Si donec stillaret de cælo aqua super cadauera, Respha perstitit custodiendi muneri, vera Respha Maria non supra cilicium sedens, sed supra pennas ventorum faciliùs super cadauera, vt pij obsequij tempus adueniret, aquam efficiet de cælo stillare.

2. Reg. 21.

36. *Non dedecet misericordiæ corporalia opera per se ipsam Reginam exercere.* Bernard.

Edíscant Reginæ Marthæ operibus haud indignum incumbere. Maria Regina est illa, cui Dei Filius *subditus erat*. Luc. 2. Bernardinus ser. 61. *Iste, qui Filius Dei est, volens Paterno principatui principatum æquiparare Maternum, ipse qui Deus erat, Matri famulabatur in terra. Proptereà hæc est vera propositio: Domini imperio omnia famulantur, etiam Virgo. Et iterùm hæc est vera: Imperio Virginis omnia famulantur, etiam Deus.* Parum iam ipsam Reges efficere: *Per me*, ait, *Reges regnant, per me Principes imperant.* Prou. 8. Tanta ergo Regina ad seruilia è cælis opera descendens, cupit Reginas apud exilij vallem commorantes, piæ Marthæ exercitationi operam expedire. Non dedecet misericordię opera corporalia per seipsam exercere Reginam.

Prou. 8

Observatio V.

Ad illa verba:

Soror mea reliquit me solam ministrare.

Quonam modo Maria assumpta posset laborantem sororem deserere?

Edocemur strictiori iure debere egentibus succurrere cognatis.



Oror te solam ministerio reliquit addictam? Iustè conquereris. Cognationis iura strictius requirunt obsequium. Si Maria Virgo haud sorori laboranti succurreret paruulæ vbera non habenti, apud excelsam patriam constituta, iustè à Martha Ecclesia querimoniæ excitarentur. Quæ tamen *cunctas hæreses in vniuerso Mundo* interimens, Gentibus mancipiis opitulatur, fratres desereret. Ildephonsus Virginis in montana discessum ponderans, ait: *De contemptu honorem deferre docuit cognatis.* Nec quidem ad montana cælestia assumpta doctrinam oblita est. 37.

Ildeph.

38. *Maria instar Solis assumpta.*

Idiota asserit Virginem assumptam Soli comparari. Quæ est ista, quæ ascendit *quasi Aurora consurgens, electa vt Sol?* An non lu-

minare

minare illud longè obiecta illuminat, proximè autem accendit? Haud aliter Virgo inſtar Solis aſſumpta cunctis munifica oſtentatur fidelibus. At vberiori munere ſibi ex ſpeciali deuotione propinquiores donat. Idiota ergo profatur, *Longe poſitos illuminat radiis miſericordiæ ſuæ, ſibi autem propinquos per ſpecialem deuotionem accendit.* Tuum erit ad thronum eleuatiſſimæ Dominæ appropiare, vt accendi poſſis.

…ta propinquos accendit, longius poſitos illuminat. *Idiot.*

39. Pergens Abraham cum vxore ad Curiam Regis ingreſſurus, profatur: *Dic obſecro quod ſoror mea ſis, &c.* Gen. 22. Nos autem Eccleſiæ militantis filij, fratres quidem Mariæ, quæ aliquando Eccleſiæ eiuſdem matris ſinu fouebatur, aſpicientes Virginem ad Curiam cæleſtis Regis proficiſci, inclamamus miſeriis exacti: *Dic, obſecro, quod ſoror noſtra ſis.* An ſoror noſtra relinquet nos ſolos miniſtrare? Bonauentura in ſpec. *O chara noſtra, dic obſecro, quod ſoror noſtra ſis, ut propter te bene nobis ſit a Deo. Propter talem ſororem Angeli nobis coniunguntur.* Vt ſcilicet adiuuent laborantes. Nec ſufficit tantæ Reginæ è Tabernaculo exurgere, tria ſata farinæ commiſcere, reliquaque morem Marthæ gerentem exequi miniſteria: ſed & Angelos immittit coadiutores. Tanto ſcilicet vberiori affectu quanto cognationis, ſeu propinquitatis ſtrictiori iure aſtringitur.

Confidentius ad Mariam aſſumptam cognati accedimus. Gen. 22. *Bonau.*

40. Ad Aſſueri Thronum ſponſa Eſther profuſis precibus acceſſit, liberationi populi corã impendens. At Mardochæus ad ipſam è communitate miſerorum abſtractam, ad Regnumque aſſumptam profatus: *Quis nouit, utrùm idcirco ad Regnum veneris, vt in tali tempore parareris?* Eſt. 4. Ad ſolium cæleſte Regina noſtra aſſumitur vti fratres iuuet, vti ſorori ſuccurrat laboranti. Lex capitalis minimè Mariam à ſeruitute, à ſeculo liberam attingit: *Non propter te hæc lex conſtituta eſt.* At propter omnes fratres, propter ſororem conſtituitur. Ideo Virgo cæleſte venit ad Regnum. Bernardus ſerm. 1. de Aſſump. *Aduocatam præmiſit peregrinatio noſtra, quæ tanquam Iudicis Mater, & mater miſericordiæ (ſiue hominum ſoror chariſſima) efficaciter ſalutis noſtræ negotia pertractabit.* Efficaciter planè, quia Iudiciario tribunali ſemper hæreſcit aduocata. Ideo præmiſſa à ſorore Eccleſia: *Aduocatam præmiſit peregrinatio noſtra.* Ediſcant qui cognatorum egentium obliti curant peregrinos excipere hoſpitio, priùs proximiores eſſe confouendos.

Quis nouit, num aſſumpta fuerit Maria, vt cognatis prouideret. Eſt. 4. *Bernard.*

Observatio III.

Ad illa verba:

Soror mea reliquit me ſolam.

Maria aſſumpta adhuc ſoror eſt Eccleſiæ Marthæ & contubernalis, ad hoc aſſumpta præcipuè vt Eccleſiæ corda pace donaret.

Ediſcimus, varij inſtituti Religiones ſorores eſſe debere cordium vnitate. Pacem autem precibus profuſis comparandam eſſe.



41. ISSIDIVM planè non erat in voluntatum affectu, ſed in effectu miniſteriorum Maria contemplationi addicitur, Martha actioni, ſed tamen ſorores ſunt, diuerſæ viæ, ſed pace fraternitatis. Bernardus ſerm. 2. de Aſſump. *Non ſola inuenitur in nobis exercitatio corporalis ad modicum valens; ſed inuenitur vtilis ad omnia pietas, & exercitium ſpirituale. Sorores ſunt, & debent eſſe contubernales. Occupatur hæc circa frequens miniſterium, illa Dominicis eſt intenta ſermonibus. Ad Martham ſpectat ornatus, ſed impletio ad Mariam. Vacat enim Domino, vt non ſit domus* [illegible]. Maria igitur ad cælos aſſumpta contemplationi vacans ſoror Eccleſiæ laborantis eſt, contubernalis eſt; ideoque aſſumitur ad vacationem ſpiritus, ne domus tota Eccleſiæ vacans ſeu vacua cunctis bonis oſtendatur. Pacem planè comitatur abundantia, Maria vacat cæleſtibus exceſſibus, vt domus non ſit vacua, ſed pacis fruatur abundantia, illo ſcilicet vocabulo expreſſa: *Soror mea.* Nam ſorori hodie Mariæ (cum Bernardo loquor) *Martham omnino prorſus mitigatam, prorſus illuſtratam eſt,* dum videlicet colitur Virginis Aſſumptio. Cùm præcipua circa nos aſſumptionis ſit cauſa pacis abundantiâ Eccleſiam implere.

Pax ſororum, dum diuerſis exercitamentis addicuntur. *Bernard.*

42. Aſſumitur ad Superos Virgo, vt Eccleſia Deo ampliùs hæreſcat. Nam cum Maria & Eccleſia ſint ſorores, debent eſſe contubernales. Vnde vt cælum Eccleſiæ domus reddatur, Maria aſſumitur ad cælum, non ei tollitur Domus, ſed ampliatur Eccleſia quæ ſit Dei arctiori iure domeſtica. Igitur iam cælum & terram Caſtellum idem reputa, vbi Maria in cælo vacat Domino, vt non ſit Eccleſia vacua pacis abundantia, potiùs ſuo alligetur, pacis æternæ vinculo, Conditori. Epiphanius ſerm. de Laud. Virg. *Ipſa eſt cæli, & terræ mediatrix, quæ vnionem peregit.*

Aſſumpta Virgo, vt Eccleſia cælo vnita, Deo amplius hæreſcat. *Epiph.*

43. Chryſoſtomus Deiparam *Centrum* appellauit. Et quid Mariæ hodie cum Centro? Corpora quidem extra centrum inquieta ſunt, pugnaci impetu luctantur, & ſeſe loco trudunt reciproco diſſidio, (vt Doctus aiebat Interpres) in centro autem alternâ conſenſione tranquillantur, Maria aſcendens verè centrum eſt, quæ hominum ad ſeſe corda adnata ſuauiſſima violentiâ præripuit, vt cælum & terra pacis vinculo ligarentur, contubernalibus Marthâ & Mariâ.

Maria aſſumpta centrum eſt ad ſe abripiens fidelium diſſidentium corda vt colligari valeant. *Chryſ.*

44. E cæleſti throno clamat Deipara. *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, & iuſtitia.* Prou. 8. Pro *iuſtitia* Aquila legit, *ſubſtantia cum pace.* Pax enim ſubſtantiam ſiue abundantiam ſequitur: *Abundantia pacis.* Dum cum Deipara eſt *gloria*, ſimul adeſt pacis abundãtia. Quare? Quia contemplantis

Glorioſa hodie Maria ad ſe fidelium corda præripit vnita planè. *Prou. 8.*

templantis ac orantis Mariæ apud Superos precibus Martha dissidiis, ac bellis sollicita tribulationibus exacta pacatur. Constantinopo. Synodus epist. ad Hormisd. *Ecce intercessione sanctissimæ Virginis olim quæ fuerant membra diuisa, per Spiritus sancti gratiam ad vnitatem, & charitatem perfectam sunt reducta.* Dum scilicet Maria ipsa ad se gloriosam corda præripuit Ecclesiæ, vt sponsi placito conformaret.

Synodus. Constanti.

45. Imo hoc Virginis assumptæ gloriosum stemma, pacificasse Ecclesiam, sponso cælesti collegisse, vnicam Dei ac fidelium domum construxisse. *Vbera mea* (ait) *sicut turris, ex quo factus sum coram eo, quasi pacem reperiens.* Cant. 8. Ambrosius serm. 22. in Psal. 118. *Ego eram in oculis eius tanquam inueniens pacem.* Cùm throno cælesti sistitur Maria à Deo sponsa aspicitur non tanquam de diabolo triumphans, non tanquam virtutum exercitu ornata, non tanquam Deiparens: sed tanquam pacem inueniens. Ac si ad illud præcipuè Maria sit in cælum assumpta, vt pacatam Ecclesiam pacifico colligaret Sponso.

Quasi ad pacem huius mundi facilda solummodo assumpta. Cant. 8. Ambros.

46. Augustius quidnam excogitabo? Tota gloria Mariæ Ecclesiæ voio est. Quasi id solummodo ex assumptione Dominæ intendatur à Deo Ecclesiam vniri, & Cælicolis colligari: *Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum.* Cant. 8. *Munera tua paradisus* (Doctus interpretatus est) *malorum punicorum.* In cælestis Paradiso constituta Maria ipsum paradisum ad terras, ad sororem immittit Ecclesiam. Theodoretus apud Gbisler. *Mala punica sub vno eiusdem mali cortice multa continent grana, ita mutuo inter se conserta, vt vicissim nimimè comprimant, nec corrumpant; sed integrent, & conseruent.* En quidnam Paradisus Mariæ contineat, siue quidnam sit hodie Mariæ Paradisus, seu ad cælos assumptio? fideles vtrique pacis vinculo contineri, vt eidem Paradiso adjudicantur, nullâque ratione possit Ecclesia Martha satagens à quiescente Mariâ separari. Edificant inprimis sacræ Religionum familiæ contubernio frui, licèt voa quidem contemplationi, altera actioni curam expediat, sorores sunt eidem cælesti sponso colligatæ. Deinde eos qui spiritualium vacant cognitioni, nil priùs debere cogitare, quàm de fidelibus Christicolis pace colligandis, quæ quidem Diuorum precibus maximè assolet acquiri.

Quasi tota gloria Mariæ est Ecclesiæ vnio. Cant. 4. Theodo.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare?

Maria hodie ab omni maculâ immunis aligera ascendit Ecclesiam prouocans ad volatum, vt depositâ peccati grauitate ascendat.

Edocemur, quàm homines graues ex crimine; quàm ex innocentia aligeri!



47. N de aliquo crimine Maria fuerit incusata? Minimè verò. Nec enim vel murmurationis ream culpam aliquam commisit, dum Domino adhæresceit. Bernardus serm. 3. de Assump. *Putas in domo, in quâ Christus suscipitur, id est in Mariâ Deipara, vox murmurationis audiatur. Num Maria Martham æmulari, prorsus illicitum est.* Haud licitum accusari à sollicitâ Marthâ Mariam, quia vbi culpa non est, nec accusationi, nec murmurationi locus datur. Ideo Maria Christi pedibus indesinenter adhæresceit, quia animus culpæ vllius pondere carens facillimè se volatui committit. Certè id Marthæ fructu, quia occasione contemplationis assiduæ sororis, sese Martha Christo præsentauit: Quæ stetit & dixit. Puritas ineffabilis Virginis eam hodie fecit aligeram, vt ad Superos auolaret, secúmque sororem Martham sollicitudinibus actam à poodere cuiusuis culpæ liberam Ecclesiam adduceret.

Bernard.

48. In Commentario literali quæsiui cum Bernardo, quare Lazari hic memoria silentio obuolueretur, & cum Abbate Clareual. respondimus Lazarum typum gerere pœnitentiæ, quæ peccatum supponit; quare non solùm accusari à sollicitâ Marthâ Mariam, quia vbi accusari, cum non adest vt domus Marianæ sordes abstergat, verùm omninò à Castello recedit; quia in Mariâ pœnitentia non fuit, quæ aliquam culpam lamentaretur, quam minimè contraxit, nec commisit. *Virginalem domum intelligi volens Spiritus, siluit non incongruè pœnitentiam quæ malorum vsque comitatur: absit enim, vt proprij quidquam inquinamenti domus hæc aliquando habuisse dicatur, vt in ea proinde scopa Lazari quæreretur.* Martha & Lazarus frater & soror, sororis defectus fortè dissimulabunt. Hostes audite, an aliquis criminis Virginem incusârint? Mahometani, Iudæi, hæretici, Virginis vno ore (fateor immundo) à culpâ vllâ prædicant immunitatem. Mahometani in suo Alcor. *Maria filia Ioachim nihil malitiæ aut prauitatis, cum viueret, operatu est vnquam: sed in bonitate perseuerauit.* Et statim, *Nullus nascitur de filiis Adam, quem non tangat Satan præter Mariam, & eius Filium.* Iudæi verò, vti refert Galatinus lib. 3. de secret. cap. 2. 4. & 11. veteresque Rabini omnes sentiebant etiam ante Christi Domini aduentum eius Matrem ab omni labe peccati immunem fore. At ex hæreticis quis Pelagio impudentior? & tamen is in Virgine accusandâ adeò se præbuit verecundum, vt ne minimam quidem peccati maculam illi senserit imputandam.

Non solum Lazarus frater, at soror Martha in Virgine aliquid reprehensibile non inueniunt, sed neque inimici. Bernard. Mahomet. Galat.

49. Hinc velocissimus Mariæ volatus, tunc nullomodo posse à Domino auelli sorore prostante: *Dic ergo illi*, id est, præcipe, vt ad inferiora reuertatur. Nec enim tam velociter hodie ad Superos eleuaretur, si aliqua macula adesset retardatura. Lucas alibi *Abiit in montana cum festinatione*, cap. 1. Et vndenam tanta prægnanti fœminæ festinatio? Augustinus serm. 11. de Nat. *Cum esset grauida Maria ali-bri*

Ideò hodie Maria eleuatur, quia nullius culpæ grauitate premitur. Luc. 1. August.

Salubri leuitate plaudebat; lumen enim, quod intra se habebat, pondus habere non poterat. Tota ergo ratio quâ Augustinus probat Mariam aligeram ad montana conscendisse, est quia Christus, impeccabilis vtique, nullo pondere culpæ poterat grauari. Et non poterat actualis alicuius vel leuissimæ culpæ grauari Maria? Cur ergo noo adiicis: *Pondus habere lumen illud non poterat*, nec Maria ex specialissimâ gratiâ habebat? Quia, me interprete, id quasi certum supponit in Dei Matre, adeò quidem, vt quodammodo de Filio necessum fuerit exponi, de Virgine minimè. Huiusmodi ergo à grauedine culpæ immunitas Mariam grauidam tunc fecit velocissimam: hodie autem supra dilectum innixam fecit ad Superos auolare.

51. *Ex culpa grauis, ex sanctitate ali er animus.* Exod. 15. Origen.

Vt autem probem animum ex culpâ graué reddi ex innocentiâ autem aligerum Petrú obiicio in aquis vehementibus cum Pharaonis exercitu immersum, de quo Textus, *submersi sunt in aquis veh mentibus.* Exod. 15. Vbi Origenes hom. 6. *Anima torum ad talentum plumbi, super quo sedebat iniquitas, aggrauata erant, propter quod submersi sunt.* Imo non ex graui culpà solum, sed & ex leui Apostolus incipiebat submergi. *Modicæ fidei* (ait Dominus) *quare dubitasti?* At Petrus se expediens ab omni pondere aliger surrexit. Ioannes innocens *currit citius Petro*, sed currente Apostolo simul cum Euangelistâ. *Ascendit Petrus superiora domûs, vt oraret.* Act. 10. En orantis Mariæ innocentissimæ eleuationem. Cyrillus Alex. lib. 9. in Leuit. *Petrus quæ sursum sunt quærebat, non quæ super terram. Illuc ascendebat ad illa tecta, ad illa fastigia, de quibus Dominus: Qui in tecto est non descendat.*

Act. 10. Cyril.

50. *Ex Maria ascendente discimus ascendere, peccati pondere abiecto.*

Si qui in recto est, iubente Domino, non descendit tollere aliquid, quonam modo eleuata hodie ex innocentia Virgo, desceodet ad Ecclesiam in inferioribus lacrymantem, ex culparum ex parte grauitate depressam. Ad aspectum Mariæ ascendentis innixæ quidem *supra Dilectum suum* eiusdem Virginis precibus & leuis nubis agilitatem ex innocentia imitata, Ecclesia à criminis cuiusuis pondere libera aligera conscendit, secuta sororem. *Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum*, aiebat Isaias. Hilarius ad cap. 2. Mat. *Considera, quòd Ægyptij aliquando pecuniæ fuerint amatores, ventris imperio seruientes, sed suscipientes ignem in cælum subitò subuolarunt.* Annoo id ex Mariæ nobis velocissimæ volatu. Æmulari igitur mariam aligeram curemus. Aquilam præpeti volatu sequor delictis onustus? A delicto te expedias, subuola saltem, quemadmodum Ægyptij subuolarunt. Non pari celeritate alas admouerunt, sed sub volante Mariâ conati sunt ad eundem terminum dirigi. Chrysostomus hom. 22. ad Popu. *Si non potes Sol fieri, fias stella. Tantum ascende super terram, incipe æmulari syderibus.*

52. *Conemur sub Maria volatu saltem super terram ascendere.* Chrys.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Quòd soror mea reliquit me.

Maria assumpta sua nobis reliquit vestigia, quæ curat non obtutibus, sed beneficiis agnosci.

Vnde colligo, ex operibus hominem necessariò reserari.



EX mente D. Gregorij nullatenus martha à maria relicta, quia ipsa operibus externis intenta ab orante sorore iuuabatur, licèt minimè id callens querula clamabat: *Quod reliquit me solam.* Hinc volatum efferam ad mariam assumptam, vt ostendam haud ab ipsa Ecclesiam derelictam (licèt non sæpe oculis teferetur) quia exorans ei certissimum præstat auxilium. 53. Grego.

Caput I.

Ascendit Maria Filium imitata, dum vestigia pietatis reliquit Ecclesiæ.

54. *Præscribit Maria actiui Marthæ documenta.*

DVm aspicio mariam contemplationi omnino addictam, vereor, ne iustè martha conqueratur? *Reliquit me.* Sed cum ad marthæ exercitamentorũ profectum audio Gregoriũ asserentem mariæ eleuationé necessariá fuisse: colligo quidé mariæ nostræ assumptionem, ad cælósque subleuationem vel satagenti, ac sollicitè ambulanti Ecclesiæ fuisse necessariam, dum pedum gubernationi documenta præscribit. *Ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis ascendebat.* 3 Reg. 18. Ad Virgiois assumptionem Ioannes Ierosol. de instit. monas. cap. 33. accommodat. *Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendit. Quia Maria in hoc suo ascensu non fœminam quam imitaretur, sed hominem diuinum habuit exemplum.* Christum enim ac mariam solummodo ex resurrectione cælum excepit auolantes. Certè illa particola *Quasi vestigium hominis.* aliter expendo. Auolans hodie maria hominibus vestigia imitanda proponit? monstrat viam prosecutæ Ecclesiæ, vt eius vestigia sequamur? Ita planè. 3. Reg. 18. Ioannes Ierosol.

55. *Ægrè Maria à terra recedit, & quasi renitens vestigia reliquit efformata instar Filij.*

At altius quiddam excogitarim. Post mariæ assumptionem vestigia eiusdem misericordiæ matris apud nos relinquuntur, quia & nobiscum commoratur affectu, & effectu sollicitè ac satagens Ecclesiam adiuuat ministrántem. Adhuc premo τὸ *Hominem diuinum habuit exemplum* cùm ascenderet: & τὸ *Quasi vestigium hominis.* Deiparæ assumptio Dominicam ascensionem imitata est; 3. Reg. 18.

quia

Ioannes. Luca.

qoia & assumptio Virginis ascensio, & ascensio Christi assumptio appellatur. Canit Ecclesia. *Assumpta est Maria in cælum.* Clamat spõsus: Qnæ est ista *qua ascendit per desertum?* Canit Dauid. *Ascendens Christus in altum.* Marcus scribit, *Assumptus est in cælum.* Ergo vtraque assumptio ascensio fuit. Cur igitur assumptio vocitatur, si ex dote ægilitatis auolaucre? *Assumptus est, assumpta est.* Existimo, vt exprimeret vterque, quam ægrè (si fari liceat) à terricolis abstraheretur. Vnde quẽadmodum Dominus vestigia soa lapidi impressit, sic Maria ipsa assumpta hnminis vertitur tota in vestigium: Quasi vestigium hominis. Fante vtique Christo, licèt abstractus à seculo videar, adhuc inuisibiliter apud vos gradior: clamante Deipara. Tota ad cælum assumor, & tota Marthæ ambulanti sollicitè in vestigium cõuersa succurro, ne sola ministret.

Capvt II.

Inuisibilia quidem Virginis assumptæ vestigia crebra erga Ecclesiam beneficia manifestant.

56. *Tota Mariæ vestigium est bonæ sollicitudinis erga Ecclesiam.* Grego.

QVerebatur Martha se ministrare solam, quia Mariam sedentem, minimè videbat ambulaotẽm: cùm tameo (ex Gregorio) opem ferens laboranti currebat. Virginis vestigia non apparent? Illud ipsum assumptam fuisse in cælum misericordiæ Matrem mihi vestigium est eius erga Ecclesiam sollicitudinis. Vnde tota ascendens Maria vestigio comparatur: *Nubecula parua* ascendebat *quasi vestigium hominis.*

57. *Sicut Dei Filius ex benignitate, sic Maria ex beneficiis præsens apparet Ecclesiæ.*

An licèt IESV vestigia oculis pateant, eiusdem gressus vides, dum circa Ecclesiæ frequens negotium admouetur? Inuisibiles prorsus sunt. Curat eoim Domious, vt eius vestigia oon tam ex rope ostentante, quàm ex beoeficiis in Ecclesiam gestis agnoscantur. Haud aliter Mariæ gressus non apparent frequẽter, sed ex innumeris io nos collatis beneficiis protinus agnosci oecesse est. Igitur apparent munera, eùm gressus abscondnotur, vt sint satagentis Virginis argumentum. De Christo Apostolus, Apparuit benignitas, *& humanitas Saluatoris nostri.* Tit. 3. Non de solo natalitio Patres, sed & de Ecclesiæ gubernatione (cui præsens) exponunt. Igitur post ascensionem, quonammodo Christi benignitas, & humanitas apparuit, si inuisibilis gressus? Respondet pulchrè Ambrosius epist. 26. *Hac est Saluatoris pietas, vt interueniat salutis, ac non se prodat aspectui: sentiatur beneficiis, & non sentiatur obtutibus.* Maria itaque *hominem diuinum habens exemplum*, plus curat ex beneficiis, quam ex visibili cursitatione cognosci.

Tit. 3.

Ambros.

58. *Sol Maria obducta nube ex influxu dignoscitur.*

Christum Solem Prophetæ ac Patres appellarunt. Sol oubihus operitur. An tunc terram deserit desolatam? Certè haud patens aspectu, ex effectibus necessariò agnoscitur, si virent germina, si arhores fructibus stipantur, si dies non recedit. Assumptum in gloriam Christum præsentem ex beneficiis agnoscit Ecclesia, Sol est velaminihus obsitus tenebrarum. Maria hodie Solem induta ascendit. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens, electa vt Sol?* Assumitur à terra, in cælum conscendit. Sol est, è cælo micat. Nube obducitur, nec oculis patet; ex beneficiorum influxu est agnoscenda fulgentissimi huiusce præsentia Solis.

Cant. 4.

59. *Ioannes de Verbi lumine testimonium reddit, non de vita, quæ ex beneficiis manifestatur.* Ioan. 1. Origen.

Christus equidem est vita, & Sol lucem spargens. Præioisit Præcursorem Ioanoem, vt hominibus redderet de luce testimonium. Vt testimonium perhiberet de lumine. Ioan. 1. Si igitur Verbum lux & vita est, cur Ioannes noo simul de luce & de vita reddidit testimonium? Do suo quæstionem authori Origeni tom. 5. *Cur cum Ioannes missus à Deo venerit ad testificandum, vt testificaretur de lumine: non etiam venit, vt testificaretur* de vita? Respondet acutè, *Homo nullus qui venisset, testificari poterat de vita, etiam nunc abscondita cum Christo.* Abscondita vita, quonam modo homines dignoscent se vitalis effectus esse debitores? Quia Dei beneficia vitalia suum absconditum præsentant authorem, clamantibus cunctis: *Verè tu es Deus absconditus. Etiam nunc*, ait, *vita abscondita est*, gressus externos non obiicit visui; sed scientes homines Christum lucem esse, cognoscent, vitales effectus à Sole proculdubio expnnendns.

60. *Alter Ioãnes de Maria luce testificatur, non de vita, quæ ex beneficiis vtrisque reseratur.* Apoc. 12.

Aliter Ioannes de Virgine reddit testimonium, postquam cælo potitur: *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole.* Apoc. 12. Testimonium quidem reddit de lumine. Cur non de vitâ, eum sit illa cunctorum viuentium parens? De solo lumine testimonium exhibeatur, sit Maria instar Solis assumpta, *electa vt Sol?* Vitam autem necessariò beneficia Ecclesiæ collatą manifestabunt, satagentis quidem marthæ nostræ vestigia. Annon post assumptionem *luna sub pedibus eius?* Luna velocissima pro calceamento vtitur, vt ostendat è throno freqoenter ad terras descendere, vt laboranti (sorori an filiæ?) valeat opitnlari.

Capvt. III.

Vtiliores Ecclesiæ, Mariæ assumptæ gressus, quia non patent obtutibus.

61. *Prius nunc beneficia Mariæ experimur, quam gressus eius dũ apud nos olim degentis.* Luc. 1.

AN audax asseruero vtiliores Ecclesiæ gressus mariç ad beneficia, postquã assũpta est Domina, quàm si apud terricolas mortalis habitaret? Certè velocior assũpta maria ad succurrendũ, quàm superstes hominihus. Afficitur qnondã desiderio Ioannẽ sanctificandi, cognatam inuisendi, eidem grauidæ opitulandi, *exurgénsque abiit in montana cum festinatione.* Luc. 1. In conspectu Virginis accedentis, *factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius.* Rogo, an Ioannes prior gratiam sanctificationis experit, quàm vocem externam mariæ? Augustinus asserit priùs Ioannem beneficia præsentiæ marianæ expertum, quàm externorum gressuum directionẽ, vocis ampliùs properantis sonum. *Cito duentus Maria benefi-*

August.

cia declarantur. Vocem prior Elisabeth quam Ioannes audiuit, sed gratiam prior Ioannes sensit. En beneficia Virginis eius degentis apud nos velocitatem, festinationem vincentia, priùs quàm præsentia declarantur. Quid cum apud cælicolas in Solé, in Lunam conuertitur? Annó vt gigas ad currendam viam exultabit? Si igitur beneficia adhuc velocius currunt, si opera erga Ecclesiæ cōmodum vincūt gressuū velocitatem, ex assumpta Maria ex Sole, ex Luna properantiori cursu festinabunt.

62. *Occurrit sollicitior Martha Maria Virgo ad ægrotantibus succurrendū.* Hesichi.

Accurrunt ergo Mariæ beneficia ad Marthę laborantis, turbatæ vtique *circa plurima* auxilium. Hesichius hom. 1. Cum prima Virgo cōcluderetur molestiis ob trāsgressionē inflictis, & ab ea gemitus plurimi (quia *circa plurima* turbabatur) *prodirent: omnésque illius causa in dolore essent: secunda Virgo Maria miseriam omnem repulit, omnémque tristitiæ fontem obstruxit, & nubem desperationis dissipauit.* Dic mihi Martha Eua, genus humanum, Ecclesia circa plurima laborans, an soror Maria te solam reliquerit ministrare, laborare, turbari, tribulationibus agi?

63. *Eius oculi à colo piscinæ sunt cunctis ægrotis.*

Probaticæ Piscinæ exigua subleuatio, rarò Angelo descendente? vt piscina turbaretur, vnico ægroto ad sanitatem restituto. Annō aptè Marthæ curā omniū gerēti Dominus, *Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima.* Porrò & tibi, & cunctis ægrotis vnum est *necessarium, Maria.* En Piscina ab Angelo turbata cunctos vnico aquarum motu donans valetudine. Accedant igitur morbis pressi, nec enim conquerentur: *Hominem non habeo,* si sortiti sunt fœminam circa ægrotorum curam adeò commendatam: *Vbi non est mulier, ingemiscit æger.* Vbi non est Maria cuncti gemunt; vbi adest illa, vel ipsius aspectu cuncti sanitati restituuntur; oculi enim Mariæ *Piscina in Hesebon.* Cant. 7. Ad quæ Guilhelmus, *His Piscinis assimulantur oculi piæ Matris Nam plena erat oculis, & vbique multò plenior, quam quodlibet quatuor animalium illorum, de quibus scriptum est, quod in circuitu & intus plena sunt oculis. Plena igitur est prouidentia sine intermissione.* Preme *Te sine intermissione.* Marthæ quantā sollicitudo? Annon satagebat, sollicita à Domino vocitata? Tota illa sollicitudo gressuum cum intermissione necessariò cohærere debebat, quia vnus gressum alium succedit. At Mariæ cursus *sine intermissione,* quia prouidentiā oculorum pro gressibus vtitur.

Cant. 7. Guilh.

64. *Oculi Mariæ visione beatifica addicti simul ægrotantibus sollicitius nunc, quam in terris Virginis, medentur.* Cant. 7. Alan.

Cur, quæso, Mariæ velocitas circa Ecclesiæ curam potiùs in oculis, quàm in pedibus figuratur? Vt ostendatur totam Ecclesiæ ægrotātis valetudinem in assumptione Virginis fundari, vnde suspicabatur morbum accepturū fuisse incremētum. Oculi visioni beatificæ addicūtur, si de mentis luminibus sermo procedit. Hęc igitur ipsa lumina, quibus Deū Virgo cōtēplatur ægrotātiū hominū valetudini præparantur: *Oculi tui Piscinæ.* Alanus *In contemplatiua vita,* siue in beatifica visione, *agnoscit Maria quod agendum, Comparantur vita contemplatiua piscinis* Quare Quia ex contemplatione summi boni Virgo ad hominum miserorum salutem excitatur. Silent igitur Marthæ querimoniæ. Ediscant contemplationi addicti, huiusce exercitamenti effectum adnatum esse, mox exurgere ad proximorum ægritudines subleuandas. Tepide sese contemplationi addicit, qui dignoscens proximi miseriam segniter adhibet medicamen.

SECTIO TERTIA.

Pars Mariæ optima.

TEXTVS.

VERS. 41. T respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. 42. Porrò vnum est necessarium Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Triplici Marthæ obiectioni Christus facturus satis, primam querimoniæ causam soluit.

1. *Ad tria Dominus respondet.*

*T respondens dixit illi Dominus.*] Ad tria Dominus respōdere aggreditur. Primò ad causam, quæ induxit Marthā ad incusandam sororem, petendámque ipsius in ministrando operā ad iuuamē. Deinde ad ipsam incusationem. Demum ad petitionem. Ad primum quidem dulcem quandam reprehensionem præmittens, taxat eam nō facti, quod bonum, ac commēdabile; sed nimietatis in rebus, & superfluæ sollicitudinis. *Martha,*

2. *Martha, Martha.*] Cur geminatâ vtitur vocè? Respondet Augustinus ser. 26. de ver. Dom. *Repetitio nominis est indicium dilectionis, aut fortè mouendæ intentionis, vt audiret attentiùs.* Existimo familiaritatem, & dulcedinem quandam cum reprehensione admistam significare. Vt edoceamur reprehensionis supplicium rectè cum taxantis dilectione copulari: edíscántque Magistri, ac Præsules eá cómendabilé, ac proficuá reprehensioně, quæ sit dilectionis documentis dulcorata:

[...] non geminat, vt reprehensionem dulcedine admisceat. August.

3. *Sollicita es, & turbaris erga plurima.*] Græcè *erga multa*, vt Augustinus & alij legunt. Scio ex Doctoribus cunctis Dominum Marthá non de operâ commédabili quidem reprehendisse, sed de quadá taxabili circumstantia. Quænam autem illa? Chrysostomus hom. 43. asserit esse taxabilem Marthæ sollicitudinem, quòd temporis rationem non haberet. *Quod ad Marthā locutus est Iesus, non in operando reprehensionem dixit, sed quòd tempus considerandum sit, & distribuendum: ne audiendi verbi Dei occasio in carnalium rerum curâ consumatur. Non coarguebat Iesus hospitalitatem, absit; sed doctrinæ tēpore aliis non esse vacandum negociis admonebat.* Nescio, an sententia Doctoris possit contextui accommodari. Ná verba ipsa significant Marthá reprehensione affectam, non quod eo tēpore incūberet ministerio, cum tunc esset præparandi opportunitas. Vnde rectè adnotauit Titus Bostr. Dominum Martham non ab illo opere submonisse.

Quænam operis illius circumstantia taxetur? Chrys. Titus.

4. Sic ego sententiam expenderim, Martha, Martha, sollicita es, & in multis, plusquàm oportet, præparandis distraheris. Si pauciora, & quæ satis essent præparares, non tantâ sollicitudine distraheris; sentio cum Gregorio fante lib. 5. in Reg. cap. 4. *Quia in ipsis, qua actiua vita deseruiunt, nimietas sollicitudinis cohibenda est, Martha reprehenditur, quæ tam sollicita asseritur, vt erga plurima turbatur. Actionis quidem feruor tunc rectè disponitur, cùm sic insistimus operi, vt tranquillo corde eum, cui opera nostra consecrare nitimur, videamus.* Erga plurima illa turbabatur, quia plus necessariis præparabat. Attigit Chrysostomus citat. Veni, vt vos docerem, tu circa prandium occupatis. Iustè quidem, quia deseruiens Altari, de Altari viuit, dignos enim operarius mercede suâ. *At variis ciborum generibus me vis excipere*, dum minor sufficiat apparatus: vt doctor sobrietatis haud superfluis vtatur ad corruptibilem refectioně.

Nimiam sollicitudinem circa bonum hospitij opus Dominus taxat, multis præparandis incumbente Martha. Grego.

§. II.

De necessario vno.

5. PORrò *vnum est necessarium.*] Multiplex huius sententiæ Patrum expositio. Augustin. ser. 26. de verb. Dom. & Greg. lib 1. in Reg. c. 4. & alij ad finem vltimum qui est vnicum, & summum bonum referunt, cui nostra addicenda mens, & à quo minimè distrahenda. Euthymius verbi Dominici auscultationem hôc vnum interpretatur. Alios mitto.

Multiplex Patrum expositio. August. Greg. Euthy.

6. Faciliùs tamen sic expendo: *Porrò* (id est anchore Augustino) *quanā vnum est necess[...]*, tu erga plurim[...] ciborum con[...] distraheris. Turbatio superflua cùm ad vsum vitæ vnum aut alterum necessarium sit, nec tá multis indigeamus. Titus Bostr. sic. Idem est, ac si diceret: *Paucis natura contenta est.* Basil. in Reg. Inter. 20. *Non est opus tā multa parare, pauca sufficiunt.* Contestatur Hieronymus epist. ad Eust. Scio Basilium τὸ *vnum* pro paucis cibis oú accipere, sed pro verè vno relato ad vitæ necessitatem, vt sit sensus: *Non est, quòd tam multa prepares, vnum nempe tantum necessarium est, vt vita scilicet indigentia satis fiat. Vnde non est, cur erga multa turberis, cum sine his, vita necessitati satis fieri possit.* Ego autem conuenientiùs *vnum* ad ipsos refero cibos, vt verbo *circa plurima* respondeat: Turbaris circa plurima fercula, vno vtique solum modò necessario.

Authoris mēs de vno aut altero cibo necessario ad vitæ refectionem. Titus. Basil. Hieron.

Ant. de Escobar & Mend. [...]

§. III.

De parte eâ, à qua Maria minimè auferetur.

7. MAria *optimam partem elegit.*] Græcè, *Bonam partem.* At positiuum hoc pro cōparatiuo apponi, adnotat Euthymi. August. ser. 27. *Maria meliorem partem elegit. Non tu malā, sed illa meliorem.* Phrasis hebræa est sæpe ab Scriptura vsurpata. *Dico nuptis, & viduis, bonū est, si sic permanserint.* 1. Cor. 7. Id est, *melius est. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine.* Psal. 117. Id est, *melius, Bonum, est tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quàm duas manus, aut duos pedes habentem mitti in ignem æternum.* Mat. 18. Id est, *melius.* Respondens igitur iá Dominus querelæ Marthæ contra sororē, quòd illam reliquerit solam ministrare; Nō est, ait, quòd queraris de Mariá, quòd te solam ministerio addictá relinquá, quasi in hoc minus bene gesserit: scito eam optimam, id est meliorem partem elegisse; præstat enim. spiritualis cibus corporeo alimento. Basilius. *Variis ciborum generibus me vis excipere, alium cibum para tibi, sermonibus meis attende, sororis desiderium imitare, meliùs* quidem.

Optima pars Græcè, bona in positiuo, sed pro comparatiuo. Euty. August. 1. Cor. 7. Psal. 117. Mat. 18.

8. *Quæ non auferetur ab ea.*] A quanam parte Maria auferenda non est? Augustinus serm. 27. A Maria pars, id est, contemplatio auferenda non est, quia contemplatio in alterâ vitâ perdurat. Marthæ parte ablata, cùm nulla beati calamitate sint vexandi. Plures è Doctoribus contestantur.

Quanam illa Mariæ pars. August.

9. At contextum secutus sic sensum elicio. Respondet Dominus demum ad Marthæ preces postulantis se ex Dominico præcepto, adiuuari à sorore: Dic ergo illi, vt me adiuuet. Hæc pars (ait Christus) id est, hoc ad meos pedes sedere, ad verbum exaudiendum, ad animi refectionem comparandam, non auferetur ab ea. Nunquam enim, præcipiente me, deseret, quod facit, vt tibi ministranti occurrat. Nec debet quod melior est dimitti propter id, quod bonum. Haud cupio te, ob id, nimio labore disturbari, qui vnum, aut alterum ad meum, meorúmque victum præparari hortor.

Locus exponitur ex contextu.

10. Infertur-ne ex hoc, *A te auferetur, quod facis?* Minimè. Imò confirmat Dominus Marthæ ministerium, quum admonet, ne superfluo labore fatigetur. *Erga plurima* inquit,

Respondeo quæstiunculæ.

inquit, *turbaris, cùm vnum ſit neceſſarium*; huic vni incombe, & ſola perficies, nec erit, quòd ſororis requiras miniſterium.

11. Annotat Titus Boſtr. Dominum Diſcipulos per Orbem immittendos, hoſpitio excipiēdos à multis, cibis reficiendos, quemadmodū ſeſe gererēt, admonuiſſe proprij hoſpitij exēplo obiecto. *A verbi prædicatione* (ait Toletus) *non deſiſtant* Concionatores Apoſtolici, *quacunque datâ occaſione, cum omni cibo corporis præponere debent, & ſuperflua corporis vitare, vno cibo neceſſario contenti.*

Edocet Ieſus immittendos Diſcipulos.

IN MARIÆ ASSVMPTIONEM
PANEGYRIC. MORALIS TERTIVS
Circa literam.

Ex Parte Mariæ optima.

OBSERVATIO I.

Ad illa verba:

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ

Mariæ à Domino datum, vt ſibi eligeret gloriæ thronum, quam operibus impleret. Vnde arguitur ad Deificum quodammodo verticem fuiſſe eleuatam.

Vbi ediſcimus, ex operibus poſſe nos thronum gloriæ eligere.

12. PTIMAM Mariæ partem commendaturus, Auguſtinum præmitto lib. 1. de Trinit. cap. 10. *Gaudium, quod nunquam auferetur à nobis, ſignat in eo Dominus, quod ait: Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Cuius gaudij ſimilitudinem præſignabat Maria ſedens ad pedes Domini, & intenta in verbum eius, quieta ſcilicet ab omni actione, & intenta in veritatem ſecundum quendam modum, cuius capax eſt iſta vita, quo tamen præfiguraret illud, quod futurum eſt in æternum.* Huiuſce igitur gaudij optima portio Mariæ contigit, quæ & ſpiritu & corpore gloriæ cæleſtis pelago immergitur Plura lib. 3. cum ſcripſerim, vberior redit ſermo. Illud premo: *Optimam partem elegit ſibi Maria.* Ipſa-ne eligit ſibi gloriam ad quam cuncti electi prædicamur? *Elegit vos Deus in ſalutem.* Theſſal. 2. *Elegit nobis hæreditatem ſuam.* Pſalm. 46.

Maria contemplationi addicta hic ſimilitudinē gloriæ exhibet.
Auguſt.

Maria ſibi elegit gloriæ menſionem?

13. Reſpondeo ſibi Mariam gloriam elegiſſe, dum meritis illam comparauit. Eligens meritis operam impendere, elegit gloria eiſdem reſpondente repleri. Anno cuncti hoc modo elegiſſe nobis gloriam poſſumus prædicari? Certè Mariæ data à Deo gratia tam ineffabilis, vt poſſet quidquid vellet gloriæ eligere ſibi, meritis implere. Vnde proferri poſſet: *Maria optimam partem elegit.* Bernardi. *Quia ſtatus gloriæ beatæ Virgini honorabilior datus eſt, ideo ante ei collatum copioſiſſimum gratiæ donum, vnde hunc ſublimem ſtatum mereri poſſet ac ſibi eligere, ſicut vellet. Proinde volens Dominus exprimere talem dignitatem etiam ex merito ſuo potiùs inquit: Elegit ſibi Maria.* A Deo itaque fuit tota Virginis prædeſtinatio. At eâ ſuppoſitâ, vberrimo gratiæ munere ei collatū, poſſe eligere ſibi gloriæ pondus quod quidē egregiis admodū facinoribus cōpleret.

Maria à Deo datum vt eligeret ſibi quidquid gloriæ vellet, quod operibus conſummaret.
Bernard.

14. Annon ſibi (datâ optione) præſtantiſſimam ſupra cunctos Diuos gloriam elegiſſet? Sufficeret-ne Mariæ eligenti eadem gloriæ menſurâ expleri, qua Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorūmque Proceres? Certè nouam ſibi menſuram aſſignauit. Salomon ad hæc, *Mulier gratioſa inuenit gloriam.* Prou. 12. An quæ amiſſa fuerat à Protoplaſto Maria gratiam inuenit? Profectò ſibi inuenit gratiam, dum non communem alij aſſignatam Diuo, ſed ſpecialiſſimè inuentam, aut cogitatam mentis inuentione (ſi fari liceat) nouā planè ſibi aſſignauit. Bernardinus *Mulier gratioſa, id eſt, beata Virgo verè gratioſa inuenit gloriam, ſcilicet nouam in Paradiſo, quæ amiſſam gratiam inuenit in terrâ.* Singulariſſimam ſuper omnes gratiam in terra, nouam quidem inuenit Maria, vnde poſſet gloriæ nouæ magnitudinem implere.

Elegit gloriā ſupra cunctos Diuos quaſi de nouo inuentam, & gratia nouum pondus inuenit.
Prou. 12.
Bernardin.

15. Sibi ne eligeret gloriam totam, quæ cunctis Angelis & hominibus impenditur? Ita planè. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* Gen. 2. Richardo Laur. authore Virgo Paradiſus eſt in gloriam ipſam conuerſa. Mariæ gloria totum continet cæleſtis voluptatis fluuium, qui eſt creaturis communicandus. *Qui inde diuiditur.* Gloria illa è Mariano Paradiſo egreſſa diuiditur planè, quia nullus tam capax, qui totum fluuium, quem Maria continebat, hauriret. Diuiditur in plura capita, quia de gloriæ Marianæ plenitudine cuncti & accipiunt, & opplentur.

Elegit gloriā totam, quæ cunctis Angelis, & hominibus impenditur.
Gen. 2.

16. Simile quiddam de gratiæ Virginis plenitudine, quâ tam ineffabilem à ſe electam gloriam impleuit, affirmarim. Tota Deitatis gratia, quæ communicanda erat creaturis, vna in Maria continetur, vt autem in plura capita deriuatur. Audi Petrum Cellenſ. lib. de Pani. cap. 12. *Quia ſimul collecta gratiæ plenitudo nullatenus creatura humana* (nec Angelicæ) *capacitate poteſt apprehendi, in quatuor capita dicitur*

Conſequenter gratiæ plenitudine adeò vberi oppletur, quæ cuncti Diui repleantur.
Cellenſ. Abbas.

tur diuidi. Priuilegio tamen Filij sui, suprà totius creaturæ meritum Mater Dei, aspersione Spiritus Sancti, tota Deitatis gratia est superfusa. An non tota gratia Deitatis, tota illa gloria, quæ erat creaturis communicanda coæquaretur, vt electio Virginis posset rata à Domino haberi.

17. *Quòdammodo, elegit sibi totius gloria infinitatem, quam meritorum infinitorum quodammodo pondere impleret,* 3. Reg. 20. Bonau.

Immensiùs adhuc sibi Virgo gloriæ pondus elegit, quod operibus egregiis compleuisse, quis ambigat? Eligit totam absolutè infinitã gloriã? Temerè non asseruero, cũ obiiciã virtutum Deiparæ infinitã quodammodo præstantiã. Sit tibi Regina Sabba Ierosolymã ingressa Deipara hodie Superos scandens. *Regina Sabba ingressa est Ierusalem multo cum comitatu, & diuitiis, & camelis portantibus aurum infinitum nimis.* 3. Reg. 20. Ad quæ Bonauentura in Spec. cap. 11. *Considera in his verbis gloriam Mariæ ingredientis in cælum. Considera in Maria opulentiam meritorum; attulit namque secum aurum infinitum dilectionis Dei, & proximi.* Dũ igitur meritorum assignatur infinitas, quodãmodo infinitas gloriæ Virgineæ prædicatur. Aiebat Bernardinus ad illud. *Optimam partem elegit sibi Maria.* Optimum est, super quod nihil est melius: & in pura creatura super beatam Virginem non est factibilis status. An Dei potentia alligata, vt supra Mariæ statum gloriæ non valeat superior assignari? Certè si infinitam quodammodo sibi gloriam elegit, quonammodo suprà infinitatem beatitudinis superior beatitudo excitabitur? *Super beatam Virginem non est factibilis status.*

18. *Potiùs afferuere eligentem Mariam, solammodò gloriam supra Diuos, à Deo donatam tota fuisse hæreditate.* Eccli. 24. Guarric.

In omnibus, aut illa, requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor. Eccli. 24. Quærebat eligebat sibi Maria eam gloriam, quæ gloriam cunctorum superaret, sed tamen Deus eam tota quodammodò donauit hæreditate, quod ipsa eligere non auderet (asserebam proximè.) Fatur Guarricus ser. de Assump. *Perge Maria, perge secura; requiem quærebas; sed amplioris gloria est, quod tibi datur Regnum, & Imperium.* Quia Maria requiem supra omnes eligens, aut quærens ipsa à Domino tota donatur hæreditate: *Regnum, Imperium.*

19. *Locus Mariæ præparatus à solo Deo potest agnosci, quia infinita quodammodo gloria.* [Iob] 38. Bonau.

Iob Dominus: *Numquid ostendisti Auroræ locum suum?* Cap. 38. Vbi Bonauentura in Spec. Cap. 9. *Quasi dicat: Non tu, sed ego. Non ad te pertinet Auroræ Mariæ locum suum ostendere in cælo, sed ad me. Bene autem dicit suum, quasi appropriando, & discernendo illum ab aliis aliorum Sanctorum locis.* An non saltem cuncti omnium Sanctorum loci locum Mariæ constituent in cælo? Locus planè exiguus est tam immensæ Deiparæ magnitudini. Vnde alius locus, qui à Deo solo, & à Beatorum minimè vllo, possit assignari, non solùm omnium Sanctorum complectens gloriam, sed mirum in modum (quasi infinitè) superans, Virgini adscribendus.

20. *Quasi è vertice Virtutum cælestium incipit hodie volatum instituere.* Cant. 3.

Inducitur hodie Virgo ascendens ad gloriam, mirantibus Cælicolis: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens?* Cantic. 3. E quonam deserto Virgo ascendit? An ex seculo, quod deserto ob cunctarum exigentiam rerum Guilhelmus comparauit? Certè Virgo è terrâ surrexit ad Sponsi cælestes delicias. At postquã super verticem cælestiũ virtutum pedes collocauit, eis affluens deliciis, rursum instituendo volatum operam dedit. Vnde Origenes memor parabolæ illius: *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, non-nè dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad eam quæ perierat?* Oues nonaginta Angelorum choros interpretatur apud cælorum deserta constitutos. Ex hoc deserto deliciis affluens Virgo, post primum è terrâ asceosum, rursum extollitur à Dilecto ad tam augustum fastigium, vt nec cogitatione assequi possimus. Orig. Luc. 15.

21. *Sub specie Throni Dei ascendentis obiicitur, vt gloria Mariæ quasi Dei gloriam æmulari videatur.* Ezech. 1.

Pauimentum ergo Throni Mariæ supremos Cherubinos assigno. Attendas, obsecro. *Supra firmamentum* (inquit Propheta) *quod erat imminens capiti eorum,* Cherubinorum scilicet, *quasi species lapidis Sapphiri similitudo Throni.* Ezech. 1. Ad quę Bonauentura in Spec. Cap. 81. *Maria est Thronus ille Saphiricus, qui sicut in Ezechiel legitur, supra firmamentum Angelorum exaltatus est.* Ascendit ergo in speciem Throni Deipara. Cur non ascendit in speciem Mulieris, supra Thronum sessuræ, sed speciem referens Throni, super quem alius sessurus est? Vt eleuatio hæc ineffabilis innuatur; supra capita enim Cherubinorum exaltatur hodie Maria, vt ipsa in Dei Thronum gloriosum præparetur. *Veni electa mea, & ponam in te Thronum meum.* Vbi Guarricus serm. 1. de Assumpt. *Non poteras signantius describi prærogatiua gloria Mariæ, quam vt Thronus Dei regnantis esse diceretur.* Thronus Dei idem quod Dei gloria à Propheta appellatur. *Similitudo gloria Dei.* Maria ergo eleuata vti Thronus Deificus, idem quodammodo ac gloriæ totius Dei similitudinem referre. Ad quod quidem fastigium Virginis merita alas ministrârunt. Vidimus suprà Sect. 1. ad illud Cantic. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris?* assumptam Mariam, quia per desertum seculi *animum habuit valdè solitarium,* soli Deo addictum, ex operibus ad Mariam & Martham spectantibus. Nunc vel ipsum cælum supra Cherubinorum capita desertum esse dicimus, vbi Maria eadem adhuc opera gerens per desertum, ad Deitatis (si fari liceat) fastigium auolaret. Edisce, ex operibus animo licere apud Superos sibi locum præparare, imò & eligere fastigium, ad quod sit auolandum, fauente Numine. Guarric.

Observatio II.

Ad illa verba:

Maria optimam partem elegit.

Tàm ineffabili gloriæ parte hodie Maria donatur, vt totâ videatur ornata gloriâ, imò ipsius Dei ac Beatorum gloriam esse.

Innuitur, virtutum aspectu homines lætificari. Nùm gloria virtutis?

22. Bernardinus sic exponit: *Verè Maria elegit sibi optimam partem omnes alias creaturas*

Differt ne fruitio Mariæ qualitate, quia eius visio quodammodo comprehensiua est?
Bernard.
Guar.

sperantem claritate visionis, qualitate fruitionis. Tò *qualitas* difficiliter accommodatur. Claritate visionis Virgo eunctas facilè vincit creaturas. Nulli *siquidem anima* (vt Guarrici serm. 1. de Assump. verbis vtar) *tanta plenitudine, aut familiaritate sui copiam videtur diuina Maiestas indulgere, sicut illi, in quâ specialiter præ cæteris residere delegerit.* At *qualitate fruitionis* quomodo Virgo beatos superauit, si cuncti ex visionis claritate beantur? An quia respectu aliorum visio beata Mariæ quodammodo comprehensiua esse videatur? Bellè adûcit Guarricus. Reliquis Diuis promissum sedere *super sedes iudicantes duodecim Tribus Israel. Matri verò, cuius differens est meritum, nihilominus differens promittitur præmium. Ponam in te, inquit, thronum meum. Parum est, vt iudicanti consedeas, nisi & ipsa mihi sedes fias. Vt Maiestatem regnantis, & felicius quò familiarius in te contineas: & specialius præ cæteris incomprehensibilem comprehendas.* Tam augusta enim Virginis gloria, vt si cum reliquorum fælicitate componatur, quasi comprehensiua appareat.

23. Altiùs adhuc auolare curo. Qualitas fruitionis alia dicitur, quia Virgo quodammodo non solum videt, sed à Deo & beatis videtur, quasi cunctos gloriosos efficiat. Sedes Dei vocatur gloriosi. Quid sedes nisi gaudiú à quo, intrans beatus absorbetur? *Intra in gaudium Domini tui.* Virgo Deo sedẽ exhibens, gloria eum quodammodo donat, vt ex comprehensione Mariæ beatus appareat. *Apparuit* Moysi *Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat, quod rubus arderet, &c.* Exod. 3. Rubus planè Maria, quæ glorioso Domino sedem præparauit. Iam Bernardus exponit. serm. *Signum. Illo igne Seraphim accenduntur, Longè aliter Maria meruit non tangi, sed operiri magis vndique circumfundi, & tanquam ipso illo igne concludi.* Concludit-ne arborem seu thronum Deus vt Mariam vndique fælicissimam reddat? Non ambigo. At audax assero eam concludere, aut ambire, vt ex eius contemplatione, ac comprehensione ineffabili gloriâ afficiatur. De accidentatiâ gloria sermo; scio enim solũ Creatorem essentialiter posse beare. Anselmus lib. de Excel. Virg eam *Dei gloriam* vocitauit. Audi Christum ex ore Guarrici ser. 4. Virgini assumptæ profatum. *Concupiuit speciem tuam etiam desiderantius, quàm tu meam. Nec satis glorificatus videor mihi, donec tu glorificeris.* Quid illustrius?

Virgo quodammodo non tam solum videt sed videtur à Deo ac beatis, vt cunctorum sit gloria.
Exod.
Bernard.
Ansel.
Guar.

24. Parum iam asserere, Virginem reliquis beatis gloriam impertiri. Epiphanius serm. de Laud. Virg. *Maria radix gloriæ*, vnde pullulat beatorum gaudium. Bonauentura Opusc. de Laud. Mar. *Gloriosum gloria Mariæ priuilegium est, quod post Deum maior nostra gloria, & maius nostrum gaudium ex Mariâ est.*

Gloria radix Maria beatorum nit.
Epiph.
Bonau.

25. Imo & Angelorum, qui ad Mariam cœlico am clamant, *Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Cant. 6. Annon ô Proceres Dei visioné exsatiati estis? Quid vltra ex Mariæ visione vestræ fælicitati aducitur? Ex ore Petri Damia. serm. 2. de Nat. Mar. respondent: *Summa gloria est post Deum te videre.* Quàm immensa illa gloria, quæ post Dei infiniti visionem adhuc ab Angelis *summa gloria* reputatur. Addit-ne gloria hæc illi gloriæ felicitatem? Idem Damian. serm. 40. de Maria assumptâ locutus, ait: *Hæc est illa dies, qua cælorum officinas* (seu Choros Angelorum, & hominum) *sublimiori gaudio cumulauit, annua mundo, Angelis cõtinua.*

Et Angelis.
Cant. 6.
Damian.

26. Proh! quàm gaudet tota Ecclesia triũphaos Virginis ex aspectu! *Gaudij radicem* Gregorius Nys. ser. de Resur. Virginem appellat. Gaudet-ne Agnus, quem beati sequuntur? *Et delectabar per singulos dies.* Prou. 8 LXX. *Ego eram, cui adgaudebat ipse.* Dauid Dei ex Maria assumpta ineffabile gaudium cecinit exortum. *Surge, Domine, in requiem tuam tu & Arca.* Psalm. 131. Cur Arca eleuanda simul? Vt ex Mariæ gaudeas aspectu. Chrysippus. *Surge, Domine, in requiem tu & Arca. Tua enim requies est Virgo.* Gaudent & Cælicolæ. Aducit ille de Laud. Mar. *Aue, tuum enim est, vere auere, & gaudere; quia tecum est vniuersus lætitia thesaurus.* Et Damascenus Orat. de Assump. *Gaudi inexhaustum gaudij pelagus.*

Totius Curia cælestis gaudium ex Deipara aspectu.
Nysse.
Prou. 8.
Psal. 131.
Chrysip.
Damasc.

27. Et vndenam, ais, Deus, beatique cuncti visâ Deipara collætantur? An de gloria ipsius? Non abnego, sed simul de gratia, & sanctitate eius ineffabili prodire assero lætitiæ radicem. Chrysip. *Quatenus est verissime audire illud: Gratia plena, tecum est vniuersus lætitia thesaurus.* Et Guarricus serm. 1. de Assump. *Tibi posuisti in Maria sacrarium gratia, & thronum gloria.* Ne gratia à gloria diuidatur, & respiciẽs Deiparam gloriosam, simul gratiâ plenam intueatur. vt ediscas ex virtutum contemplatione intuentibus gloriam exoriri. Tam gloriosa virtutis exercitatio.

Gaudet Curia ex contemplatione virtutum Maria.
Chrysip.
Guar.

Observatio III.

Ad illa verba:

Optimam partem sibi elegit Maria.

Assumpti Corporis Deiparæ gloriam recenseo.

Innuens, ex puri corporis obiectu Deum pacari, vt corporibus parcat immundis.

28. Bonum quidem Mariæ ad Superos è corpore solutæ eleuari, meliùs tam ineffabili affici lętitiâ, optimum planè corpus animo hodie beatissimo vniti cælorum in vertice throno collocandum. Optimum quidem, quia (vt vulgariter exponam) huiusmodi beneficio donata, *llegò a lo sũmo, y no tenia mas que d.ſ a.* Quàm iustè Virginis corpori protinus resurgendi, imò à mortis noxiis liberandi gratia addicitur.

29. Olim tres Adolescentes Hebræi fornacis flammis exponuntur, quæ non solum corpora, sed & vestes illæsas reliquere, admirato Rege: *ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis*

Filius præseruans vestes seruorum illæsas, gratiæ iure corpus

Matris præ- ... a cor- ... ione. ... an. 3. ... ug.

eus est: & species quarti similis Filio Dei. Dan. 3. Deus equidem seruorum comes, eorum vestē protexit, & Matris corpus purissimum à mortis iniuria non præseruaret? Augustinus hom. 4. de Assump. *Si elegit diuina voluntas, sola gratia, inter crepitantes vehementium ignium flāmas non solùm puerorum corpora seruare illæsa: verū & ipsa vestimēta seruare inusta: cur abnuat in Matre propria, quod elegit in veste aliena?* Illam particulam preme: *Sola gratia.* Ac si præseruare Virgineum corpus à corruptione sit ex iure Materno iustitia.

30. *Filium resurgentem Deipara imitatur.* Isa. 51.

Resurgens ergo Dominus, vt corpus ad sublimia eueheret, Matrem eodē munere donauit, inclamans: *Eleuare eleuare, consurge Ierusalem.* Isa. 51. Geminatum verbum *eleuare, eleuare,* Virginē respicit animo & corpore assumptam: illud autem *consurge* innuit Mariam ex hoc priuilegio Saluatorem ascendentem imitari. Bernardinus serm. 11. tom. 3. *Maria fuit Ierusalem, quia ipsa extitit Dei visione mirabiliter illustrata. Bis dicit, eleuare, & semel, consurge. Vt eleuationem tam animi, quam corporis in gloria ostenderet: & vt ad Christi similitudinem à mortuis gloriosa resurgeret.*

Bernardin.

31. *Irriguum superius & inferius Maria, vt Filius, accepit à Patre.*

Christo Filio Deus superius ac inferius irriguum exhibuerat. Nam petenti benedictione donari, & cæli, & terræ impendit vbertatem. Nec enim solus Christi animus auolat ad superna, sed aridum corpus cælesti irriguo perfunditur. Fatur Axa Maria: *Da mihi benedictionem, terram arentem dedisti mihi, da & irriguam. Dedit ergo & Caleb irriguum superius, & irriguum inferius.* Iud. 1. Id quod ex Bonauenturæ sententiâ Spec. 13. licet ad Mariæ recēns obeuntē, scandentemque Superos accommodare. *Axa Maria typum gerit, quæ irriguam à Patre cælesti benedictionem suscepit. Dedit enim ei Pater Deus irriguum superius in animo, & inferius in corpore.* Scio Seraphicum de vteri fœcunditate locutum.

Iud. 1. Bonau.

32. *Mariani corporis germinat gloria, sequenti die post obitum.* Num. 17. Ildeph. Bonau.

De Virga Aaron germinante Textus. *Sequenti die regressus Moyses inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui.* Num. 17. Virga autem Maria apud Filij Sacerdotis magni domum cōstituta perficitur, dum animo glorioso additur corporis resurgentis, & assumpti germinatio. Ildephonsus serm. 6. de Assump. *Virga ista sacra est Virgo Maria.* Bonauent. in Spec. c. 10. *In virga Aaron recta Maria rectitudo; in flore autē corporis glorificati pulchritudo; in fructu verò beatitudo animi potest esse signata.* Dixit: *Perficitur*, consultò quidem. Quia scilicet mariæ animo cælesti æternæ addicto in Soperis contemplationi, ipse quasi perficitur corporis gloriâ donatus. Aiebat Anselm. hom. de Assump. *Pars Martha Virgini Maria aufertur: sed bono suo; pars verò Maria,* id est, gloriosi status, *ei perficitur,* dum videlicet gloriosum corpus glorioso animo copulatur, *sequenti die.*

33. *Maria post paruum interstitium ab ecclypsi liberatur, resurgente corpore.* Eccli. 43. Damasc.

Vidisti Solem interposito minoris corpore luminaris radios supprimere? Maria tibi sit Sol, Luna sepulchrum, siue mors, quæ exiguo interstitio temporis radios subduxit, mox corpore surgente, vt gloriam aspicientibus cūctis exhibeat. Fatur D. Ioannes Damasc. serm. 1. de Dormit. Deip. illud respiciens Eccli. 43. *Sol in aspectu* (Lunæ) *annunciat exitum. Quemadmodum hic splendidissimus Sol, tametsi cum à Lunari corpore aliquantisper obducitur, quodammodo deficere, caliginéque obrui videtur: non tamen à luce sua excedit, quæ breui internallo decedente Luna, rursus emicat. Ad eundem modum tu quoque fons perennis veri luminis, etiam si ad breue aliquod temporis spatium morte obtegeris: tamen immensi luminis, & immortalis vitæ, ac vera beatitudinis benedictionem nobis fundis.* Vbi Doctor non solum asserit Virgineum corpus post paruum interuallum surrexisse gloriosum, sed nunquam huiusmodi amisisse fulgorem. Vt præproperam sic resurrectionem corporisque glorificationem adstruat. Ac si diceret. Tam festinè surrexit, tam citò corpus, marianum gloriæ fulgoribus fuit donatum, vt videatur in morem Solis corpore Lunæ obducti, radij nunquam vitalis vim exuisse, sempérque gloriosos fouisse fulgores.

Difficile planè humanæ resurrectionis mysterium. Vnde hoc verbum in ore duorum testium omni quidem exceptione maiorū Deus prouidit, dum Christi & Mariæ corpora apud cæli culmina fulgent. De Iesu testimonio constat Ecclesiæ ex Fidei assertione. De testificatione Mariæ cecinit Vates, *Thronus eius sicut Sol in cōspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.* Ps. 88. Vbi Bernardinus citat. *Thronus Dei Filij Mater eius est, quæ in conspectu illius sicut Sol fulgens est quantum ad gloriam animæ: & sicut Luna perfecta in æternum quātùm ad gloriam corporis sine defectu.* Et adiicit. *Proinde gloria Resurrectionis est testis fidelis.* 34. *Testes resurrectionis corporum Iesus, & Maria.* Ps. 88. Bernardin.

Profectò corpus Virginis ad gloriam mox assumptū magno peccatorum commodo. Etenim Christo Domino (qui arcus, apud nos, erat Patrem emolliens) in Iudicem mutato, Virgo corpus purissimum Patri ac Filio obiiciens carnem nocentissimam venia donāt. *Arcum meum* (ait Dominus) *ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & terram. Cúmque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus, &c.* Gen. 9. Maria in Superis arcus est, offert Domino irato immaculatam carnem, vt corporibus immundis venia impendatur. Bernardinus serm. 1. de Natiu. Mar. tom. 3. *Maria est arcus fœderis sempiterni positus in cælo, vt,* propter carnem eius, *non interficiatur omnis caro.* Edisce immundæ carnis aspectus Deum ad vindictam excitare: puri autem corporis obiectu Numen pacari; vt ad puritatis amorem exciteris. 35. *Ex obiectu puri corporis Maria Deus immundis parcit.* Gen. 9.

Observatio IV.

Ad illa verba:

Optimam partem elegit sibi Maria.

Optima hodie pars Mariæ contigit, dum elargitioni donorum præficitur; partem enim gloriæ reputat miseris succurrere.

Edocemur, nos minimè amittere quod proximo egenti impendimus.

36.
Bernard.4.



Dhuc Bernardinus Senen. illam ptemit particulam: *Optimam partem*, dùm profatur: *Optimam partem elegit sibi Virgo copiositate largitionis.* Tunc enim Virgo arbitratur partem optimam sibi contigisse, cùm ad elargitionis cælestium munerum ministerium eligitur. Alij ad dignitatis fastigium assumpti tunc se optimo munere donatos esse existimant, cùm expilatione subditorum accrescunt. Haud sic Maria Regina, gaudet se assumptam ad imperium, vt subditis succurrere valeat, quotum sibi deputat incrementa. Adstat Filio apud Superos, vt benedictiones impetret peccatori.

37. Fatur Dominus: *Vulnerâsti cor meum, soror mea sponsa, vulnerâsti cor meum.* Cant. 4. Vbi Rupertus: *Alij quondam fortes & validi me tenuerunt, & dicentem: Dimitte me, non dimiserunt; & luctando contra Deum fortes fuerunt. Tu autem & vulnerâsti cor meum. Et illi quidem luctando, atque vincendo aeternam sibimet benedictionem, & necessariam populo suo indulgentiam obtinuerunt. Tu autem, quid inuenisti, quid accepisti vulnerando cor meum?* An benedictionem tibi acquisiisti? Iam benedictionibus cunctis redundabas, fante Angelo: *Benedicta tu in mulieribus.* Quid ergo iam beatitudine fruens inuenisti? Mihi inueni gratiam, & veniam, dùm peccatoribus inueni. *Elegit sibi Maria partem optimam.*

Maria non sibi, sed nobis postulat, quia bona collata nobis reputat sibi esse donata.
Cant. 4.
Rupert.

38. Augustinus lib. 2. qq. Euang. q. 2. arbitratur hanc partem Virginis beatitudinē signare. Profectò non aptè beatitudo partis nomine appellata est, si beatitudo sit Dei visio, quam cuncta bona comitantur; si pars est beatitudo Mariæ, altera pars conficiens totum, quænam est? Profectò copiosè posse homines largitione donari; *Optimam* (aiebat Bernardinus) *partem elegit sibi Maria copiositate largitionis.* Partem elegit sibi optimam, quia totalē beatitudinem acquisiuit, dùm parti visionis beatificæ pars alia addicitur, scilicet posse hominibus copiosè largiri.

Pars gloriæ Mariæ nobis succurrere.
Bernardin.

39. Quodammodo enim sibi incōpletam gloriam comparâsse videretur Deipara, si egentibus hominibus succurrere non valeret. *Factum est vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Luc. 16. Et cur sinus Abrahæ ditissimus apud requiem, quà gloriâ figuratur, pauperem Lazarum excepit hospitio? An non ex Augustini mente pars Mariæ non aufertur, secùs Marthę ministerium, quia apud Superos miseria non ingemiscit? Respondet aptè Chrysol. ser. 121. *Re verà parum se beatum credidit, si in ipsa superna gloria ab hospitalitatis cessaret officio.* Parte enim beatitudinis se existimabat mutilatum, si non posset egenti succurrere. Haud aliter Maria parte donata gloriæ comparti comparandæ dat operam, dùm nostris laboribus prouidet, & ærumnis.

Quasi incompleta Mariæ gloria, dùm nobis non prouideret vt saluemur.
Luc. 16.
Chrysol.

40. *Elegit sibi.* Si largiri pars gloriæ est Deiparę, largiendo sibi gloriam acquirit. *Mecum*, ait, *sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia.* Prou. 8. Vbi Symmachus legit: *A me sunt diuitiæ, & gloria, &c.* τὸ *Mecum* innuit Virginem sibi gloriam possidere. τὸ *A me* asserit ex Maria quasi è fonte ad nos gloriam emanare. Si possidet, quonam modo profundit? Quia illud ipsum possidere Mariam cælestem beatitudinem, idem est ac nobis illam communicare, quasi parum, aut minimè se beatam crederet, si pars illi gloriæ deficeret, dùm homines beari non curaret. Vt ergo gloriam omnimodam possideat, & non parum, aut nihil, necessum fuit, illud ipsum gloriam possidere, idem esse ac à Mariâ in homines deriuari.

Dùm largitur suam nobis gloriam sibi retinet.
Prou. 8.
Symmach.

41. An priuatur Deipara eà gloriâ, quam hominibus impendit? Profectò Virgo donando ditescit, vt edoceat illos, qui non donant, ne largitate premantur inopiâ. Eusebius Emis. hom. 4. in Epiph. *Hoc bonum dando non consumitur, sed dilatatur, & magis dùm transfertur, acquiritur. Ac miro modo & transmittitur, & retinetur. Siquidem salubri iucundoque commercio, & accipientis lucrum, & tradentis augmentum est.*

Donando nobis Virgo diuitias gloriæ, ditescit.
Emiss.

42. Hinc Paulus: *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.* Roman. 9. O bone, quæ te dementia cœpit, vt cuperes cælesti beatitudine priuari, vt beatitudine fratres donarentur? Sciebat Paulus illud bonum dando non consumi, & transmittendum fratribus, & simul retinendum. Vnde non solùm partem gloriæ reputat proximis succurrere, sed & totum arbitratur, dùm totam gloriam succurrendis fratribus impendi desiderat.

Paulus ideò totā gloriam dabat, quia dando retinebat.
Rom. 9.

Observatio V.

Ad illa verba:

Optimam partem elegit sibi Maria.

Maria è Regno Filij elegit sibi misericordiæ parti præfici, vt peccatoribus succurrere Cælicola valeat.

Vbi innuitur, Principem necessariò munificentiâ ornari.



43. D. Petrus Dami. asserit optimam Mariæ Regni cælestis partem contigisse, quia sibi elegit misericordiæ negotia prouidere. *Duo hæc audiui* (aiebat Dauid Rex) *quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia.* Partem illam Regni, quæ misericordiæ deputatur, sibi Maria optimam quidem cæli elegit portionem, vt liceat profari: *Potestas*, seu iustitiæ dispensatio, *Deo est, & tibi, Domina, misericordia.*

Damia.

44. Fatur Matthæus, *Assumpsit Iesus Petrum: & Iacobum, & Ioannem, & duxit eos in montem, & transfiguratus est ante eos.* Cap. 17. Vbi Hieronymus: *Duci in montem*, vt transfigurationis gloriâ potirentur, *pars Regni Christi est.* Ac si diceret; Hodie Regni æterni potestas reuelatur. Pars Regni huius iustitia, pars misericordia, quâ Discipuli gloriâ fruuntur,

Cùm Christus vtramque Regni potestatem administrat, pronior ad misericordiam, quid Maria, quæ sola miseri-

tur, quà de *excessu* pietatis Dominicæ sermo profertor. Cur igitur apud cæli simulacrum Christus partem illam, quæ misericordiæ adscribitur, sibi ministrandam assumit, si etiam potestas siue iustitia Deo est? Quia apud gloriæ cõspectum pronior Deus ad misericordiam, quam ad iustitiam. Cùm autem Deipara partem misericordiæ sibi assumat, ex Dei munere, partem Deus iustitiæ administrabit. Si igitur Iudex ipse dum vtriusque partis Regni potestatem exercet, pronior est ad misericordiæ euulgationem, quid Maria, cui sola misericordiis proferendis, pars pietatis adscribitur, præcipuè cum gloriæ conspectus influat misericordiæ largitionem?

[...]lia pars [a]scribitur [M]att. 27. [H]ieron.

45. Profectò Maria à Deo donata fuit tali gloriæ specie, quæ aliis amat communicari. *Signum magnum apparuit in cælo Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Apoc. 12. In cuius expositionem ad memoriam affero Augustini sententiam, partem illam optimam, quæ Mariæ contigit, Deiparæ gloriam exprimere; quæ quidem pars est simul hominibus misericordiam impendere: vt idem quodàmodo sit Mariam gloriâ potiri, ac necessariò addictam esse hominibus miserendis. Iam locum expendo. Ait Bernardus Mulierem Sole amictam Virginem esse gloriâ stipatam. Cur gloriæ Mariæ simulacrum Sol adscribitur: in stellarum ac Lunæ cõspectu? Vt ex necessario munere Solis necessarium Mariæ munus innuatur. Necessum est Soli stellis lumen impertiri? Necessum Virgini gloriosæ hominum misereri, ac instar Solis *super bonos, & malos* exoriri. Aut gloria exuatur Deipara, aut partem Regni, scilicet misericordiam dispensando administret.

Quasi necessariò gloriosa Virgo nostra promidos miseretur. Apoc. 12. Aug. Bernard.

46. An non Maria à misericordiæ elargitione defessa aliquando deficiet? Minimè verò. *Sol quotidie nascitur.* An vlla die à lucis ministerio abstrahitur? deserit gramina? fructuum obliuiscitur? hominibus, reliquisq; animãtibus nõ vitalis apparet? Profectò pars illa *optima* à Maria Sole *non auferetur.* Regibus Synesius lib. de Rego. hãc sententiam dicauit. *Princeps cum in bonis conferendis liberalitate sit praditus, tum nihilominus de ea re fatigandus magis est, quàm Sol suos in stirpes, atque animantia radios effundens. Neque enim lucere laboriosum est ei, vtpote cuius in natura splendor, & fons ipse luminis continetur.* Si Princeps non solum misericordiæ, sed & iustitiæ, tam pronus ad misericordiam (quasi dante naturâ) est, vt nunquam ei sit laboriosum (etiam hîc apud laborum vallem) misericorditer subditis occurrere: quid Regina solius misericordiæ in Throno requiei æternæ constituta?

Nunquam à Maria Solis beneficii conditio auferetur, quia partem misericordia in Regno administrat. Sinesi.

47. Ezechiæ iacenti nouissimæ proximo calamitati Deus vitam produxit ex signo Solis retrorsum recurrentis. 4. Reg. 20. Et cur Regis vita producta in cursus Solis incremento adnotatur? Vt vita Regis producta, simul Solis vita producatur; quia nunquam non Princeps Solis munificentissimi morem exerit. Augustinus lib. 2. de Mirab. cap. 18. *Conuenienter tale signum Regi in mortis expectationem posito aptissimum euenit, quod Dominus per Solem fieri taliter disposuit.* Mortuo Rege Sol moritur: Regis vita producta Sol rursum producitiorem excitatur ad vitam. Τὸ *tale signum* preme, dum refereos ad memoriam ex lib. 3. Mariæ obitum, quem Apostoli, ac cuncti fideles lacrymis prosecuti fuere, eiusdémque resurrectionem, ac in Superos translationem contemplatus edisces ex Bernardi sententia *signum* in cælis apparuisse Mulierem indutã *Sole.* Quia scilicet resurgente Maria Sol resurgat necessũ est, nouis influxibus terram donaturus. Edisçant Principes, munificentiam erga subditos necessariò cum regno colligari.

[...] vita Regis producitur vita Solis. In Maria resurgente Sol resurgit, nunquam non orbem illuminaturus. 4. Reg. 20. Aug.

Bernardi.

48. *Rectè Arca Sacramentorum* (loquor cum Ildephonso serm. de Assump.) *Virgo Maria est, supra quam sanè Propitiatorium, & Cherubim hinc inde obumbrantia figurantur. Quia Maria est Propitiatorium salutis humanæ.* Patres Propitiatorium Dei misericordiam passim exponunt. Tota Dei misericordia apud Mariam super Cherub vertice collocatam? Nunquam non Solis in morem benignitatis influxus hominibus impendet.

Semper Maria Propitiatorium totam misericordiã dispensans. Ildeph.

49. Vel cum Mariæ animus ad Superos eleuatus est, cadauer exanime Solis in morem rutilabat. De quo Andreas Cret. hom. de Assump. *Erat in medio illud luminosum corpus Deiparæ, quod Dei Verbi totam capiebat plenitudinem. Quod quidem, dum videbatur in lecto, vnguenti sanctificationis suaui odore totam perfundebat naturam.* Quid mirum totam naturam esse à cadauere Mariani odore perfusam, si erat *luminosum corpus.* Sol enim minimè emortuus in Mariâ etiã cum mortuum corpus conspicitur. Quid cum resurgat immortale nunquam intermoriturum? *Optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.*

Vel ipsum corpus exanime Maria in morem Solis munificũ: quid ipsa apud Superos? Cret.

50. Epiphanius l. 3. cont. hær. c. 79 ostendit Deiparam Regium munus apud terricolas non obiisse. *Non permisit Deus beata Maria dare Baptisma, non benedicere Discipulos, non imperare in terra iussit: Sed solum ipsam sanctificationem esse voluit.* Cur ita? Vt quæ in terris ipsa sanctificatio erat, in cælis esset ipsa Gloria, ipsum Regnum: & quæ imperium non obierat apud vallem lacrymarum, apud fælicitatem quasi repressam misericordiæ potestatem profunderet.

Hic Maria munus Regiũ non obiuit, vt in cælo vtilius & impẽsius obeat. Epiph.

Observatio VI.

Ad illa verba.

Optimam partem sibi elegit Maria quæ non auferetur ab eâ.

Sollicitudinem, quam Maria assumpta præ se fert (vera Martha) circa hominum salutem confirmo.

Vbi moneo, peccatores, quorum causa geritur, simul sollicitos esse oportere.

51. AN à Maria auferatur vnquam munificentiæ dispẽsandæ munus apud Superos operæ pretium videamus; ne frustra

Nimium necesse Diuorũ

intercessioni. Damian.

frustra spes hominum Reginæ addicatur assumptæ. Damianus serm. 1. de Nat. Mar. *Nũquid quia ita Deificata, ideo nostra humanitatis oblita es? Nequaquam ô Domina.* O Regina, cui partẽ dispẽsandæ misericordiæ ad miseriç nostræ subleuationem certum est contigisse. In æternum subsistis? Numquam non per te subsistemus, quia à te non subtrahitur pietas dum subsistentia non adimitur.

52\. *Subsistentia Mariæ apud Superos peccatorum subsistentia, ac vita est.* Prou. 8.

Mecum (ait Virgo assumpta) *est consiliũ, & æquitas.* Pro. 8. Si consilium tribunalis iudiciarij, & æquitas Mariæ addicitur, quonammodo peccatores subsistent? Quia sibi non solùm misericordiam eligit, sed & sæpè iudicium & æquitatem à Filio Iudice, enixè profusis precibus, accipit, vt totus sit melleus peccatoribus consilij effectus. Quidam vertunt ex Hebræo *Mecum æquitas, mecum subsistentia.* An Maria subsistens exprimitur, vel hominũ vita? Vtrũque à Doctoribus, & meritò. Nam Mariæ assumptæ æterna apud cælos subsistentia peccatorum subsistentia est, qui quidem iam diu diffluxissent instar ceræ à facie Dei iræ conflagrantis.

53\. *Ex Mariæ Solis influxu viuimus post Assumptionẽ nostra vita effecta vitalis.* Damasc.

An non vita hominum Sol? Maria vt Sol eleuatur. *Progreditur sicut Aurora consurgens, electa vt Sol.* Vt innuatur ex influxu Mariæ homines subsistere. Damasc. de Dormit. Virg. *Nobis quemadmodum erit vita vitalis, si Mariã non habeamus, cum quã versemur?* Discessit, ad cælos assumpta est; quid misero peccatori? vita ei vitalis non est. Absit. Ad cælos enim eleuatam Mariam semper habemus. Sole enim induta semper benignitatis radios effundit; vt nostra *vita sit vitalis.*

54\. *Maria collũ Ecclesiæ, ea assumpta producitur collum, non aufertur ad vitam hominum.* Cant. 7.

Num Maria è cælo vitam poterit homini ministrare? Collum erat in terra, per quod spiraculum, & cibum recipientes vita donabamur. Ad Superos assumpto collo, protinus moriemur. Dilatatur quidem collum, non aufertur. *Collum tuum sicut turris eburnea.* Cant. 7. O colli magnitudo turri eleuatissimę cõparata! Hęccine pulchra colli similitudo? Profectò si Maria collum fuit apud terram, & eleuata ad Superos collum est dilatatum quidem vt turris, ne vitali spiritu, aut alimonia te existimes ob discessum Virginis esse priuatum. Bernardin. Sen. ser. 3 de Nom. Mar. *Sicut per collum spiritus vitales a capite diffunduntur per corpus, sic per Virginis nomen.* Ergo non solũ præsens visibiliter, sed & inuocata collum est hominibus vitam ministrãs. Et Bonau. in Psalt. *Respirate ad Mariam perditi peccatores.* Ad Mariam respirandum assumptam, vt attracto eius spiritu, & influxu viuere possimus.

Bernardin.

Bonau.

55\. *Maria assũpta Sol, cuius influxus nũquam deficiens.* Bernard.

Sol est? Eius nunquam defecturos influxus contemplamini Bernard. sup. *Missus. Ad Virginem sicut ad medicum, sicut ad arcanum Dei, sicut ad rerum causam respiciunt & qui in cælo* (apud ipsam assumptam) *sunt, & qui in terrâ, & qui in inferno habitant, & qui nos præcesserunt, & qui sumus, & qui sequuntur. Et nati natorum, & qui nascentur ab illis* (Vide an pars misericordiæ Virgo vnquam auferatur à Virgine?) *Qui in inferno sunt, vt eripiantur; qui sequuntur, vt glorificentur.* Ansel. lib. ora. *Per te clementa renouãtur, homines saluantur.* Ildeph. ser. de Assumpt. *Totus Mundus hodie condignâ iubilatione lætatur, Tartarus tantummodo vlulat, fremit, & submurmurat, quoniam gaudium huius diei, claustris infernalibus inclusis, aliquod remedium, & refrigerium præstat.*

Ildeph.

56\. *Vel damnatis Maria assũpta aliquo modo succurrit.*

O Mariæ ineffabilis ex Assumptione pietatis ostensio! Aliquod-ne remedium, & refrigerium præstat gloria tua Tartaro inclusis, miseris damnatis? An inaugurationis, seu coronationis Reginæ tantæ die, vt constet ei addictã eam Regni partem, quæ ad misericordiæ largitionẽ spectat, vel damnatis ipsis aliquod impenditur refrigerium? Audite Doctorem adiicientem: *Non audent* (vt opinor) *ministri Tartarei hodie attingere suos captiuos, quos recolunt redemptos illius sanguine, qui pro Mundi salute est dignatus nasci de Virgine.* Non meum est sententiæ nunc veritatem examinare, sed libentissimis auribus excipere an imosum Ildephõsi deuotionis affectum, vt Mariani Solis ineffabilem positis benignitatem contemplari. Illud probabile asseruero cum Rutilio Benzonio, ad Psalm. 86. & aliis beneficium punitionis citra condignum intercessioni Deiparæ deberi. Vt *pars* illa à Maria nunquam auferatur, si æterna circa damnatos est eius intercessio.

Ildeph.

57\. *Sola Maria sollicita circa salutis nostræ negocia.*

Dum audio historiam Mariæ ac Marthæ ab Ecclesiâ Virginis Assumptioni accommodari, videóque Mariam sedentem, Marthámque satagentem, ac sollicitam admodum intueor: Subit mihi dubitatio an fuisset nobis vtilior ac melior pars Marthæ, quàm Mariæ; causæ enim peccatorum sollicitâ procuratione indigent. Sed cùm Virginem assumptam video causis nostris intendere, cognosco Marthæ sollicitudinem pigritantem si cum Mariæ nostræ sollicitudine comparetur. Bonauentura in Spec. c. 6. ex Augustino fatur. *Vnam ergo, ac te solam ô Maria, pro nobis in cælo fatemur sollicitam.*

Bonau.

58\. *Pia fraude Maria instar Rebeccæ, benedictionem aliàs dãnandis peccatori procurat.* Gen. 27. Damian.

Lis apud Dei tribunal ab Esau & Iacobo excitatur, quisnã benedictione sit potiturus. Fauet Iudex Isaac Esau primogenito, fauet Rebecca Iacobo, & pia fraude benedictionem ei procurat, Gen. 27. En Maria quasi iustitiæ Dei insidiatrix, cælestem benedictionẽ hominibus negotiatur, Petro Damiano fante. *Et illic ergo carnalis vxor, & hic spiritualis sponsa Maria virtus fuit in propria sententia diuersitate præualuit.* Præstitit enim hæc efficaciter à Deo decerni, quòd sollicitâ negociatione pro benedicendis hominibus communi maledictione damnandis procurauit.

Nec mirum si talem aduocatam peccator ad Dei tribunal immisit, quæ & Filiũ pro nobis adduxit aduocatum. Vnde Arnoldus tract. de laud. Mar. *Diuidunt, ait, coram Patre inter se Mater, & Filius pietatis officia, & miris allegationibus muniunt redemptionis humanæ negotiũ.*

59\. *Caueat peccatores, non nimium credere intercessioni, sed precibus sperandare.* Gen. 21.

Monuerim tamen operæ pretium esse non simul cum sollicita, ac satagente Maria causæ nostræ curam impendere, dum clamoribus, ac precibus profusis nostrum geri negotiũ ostẽdamus. Ferme iam exanime Ismaële præ siti, discedit Agar ne morientem intueatur. *Et sedens contra, leuauit vocem suam, & fleuit. Exaudiuit autem Deus vocem pueri, vocauitque Angelus Dei Agar* Gen. 21. Vbi Basil. Seleu. Orat. 39. mysticè in Agar flente Mariam asserit pro nobis pereuntibus exorantem figurari. Si orat

Basil. Seleu.

Maria,

Maria, si flet, quonammodo exauditum à Domino puerum affirmatur? An quia Maria personam gerens peccatoris exorat? Non abnegarim. Sed conuenientius instituto existimo innui, simul & pueri & matris esse profusas, preces quia simul cum orante, ac sollicita Matre Maria oportet peccatores orare, & sollicitudine sæpè satagenti diuinum ferri Iudicis ad tribunal.

Observatio VII.

Ad illa verba:

Optimam partem elegit sibi Maria, quæ non auferetur ab ea.

Quasi omnipotens vti Deus Deipara assumpta, ad partem Regni, seu misericordiæ administrandam.

Vbi filij monentur, parentum præceptis subiacere.

60. *Maria asistpta omnipotentia quodammodo à Deo exhibetur.*

LLA particula: *Optimam partem* supremā Virginis gloriā euulgat. Præficitur enim, vt vidimus partis Regni administrationi, vt misericordiæ munera hominibus largiatur. At huiusmodi circa dispensationem misericordiæ munus non infirmum, non vacuum potestate, non solo ex nomine elogium insurgit. Potentissima enim est Virgo misericordiæ, vt decet Reginā, administratrix. Ansel. de laud. Virg. c. 12. *Sic te Deus hodie exaltauit, vt omnia secum possibilia esse donauerit. Tu velis, & nequaquam fieri non poterit.* Ideo Mariam assumptam orantes, eius potentiam ipsi obiicere licet. Damiao. ser. 44. *Moueat te natura, potentia moueat, quia quantò potentior, tantò misericordior esse debebis.* Ineffabilis ergo Virginis misericordia, aptius (liberiùs quidem, & audaciùs) infinitam vocitaro; quia eius potentia quodammodo infinita, vt decet Conditorem.

Ansel.

Damian.

61. *Maria tam potens, vt quodammodo ad personas Trinitatis pertineat.* Mat. 6. Tertul.

Instruens Dominus fideles circa orationis exercitamentum, sic edocet preces Immittendas: *Pater noster, qui es in cælis.* Mat. 6. Cur Ecclesiæ oratio non fit ad Filium, seu Spiritum sanctum, sed ad Patrem? Tertul. l. de orat. c. 2. *Sic ergo vos orabitis: Pater noster. In Patre Filius inuocatur, nec Mater quidem præteritur. Siquidem in Filio, & Patre Mater recognoscitur: de qua cōstat Patris, & Filij nomen.* Quid si Matris nomen præteriteretur? An non sufficeret Patrem aut Filium rogare? Certè postquam Deus Regni partem Virgini administrandam commisit, licet sit omnipotens, vult à Virgine simul beneficia impetrare curemus, quasi potentia Dei iam à Virginis potentiâ penderet. Ad quē sensum allicio Anselmi sententiam: *Sic te Deus exaltauit, vt omnia secum possibilia esse donauerit.* Tò *Secum* innuit & Dei & Virginis potestatem ad omnia adeo illigari inuicem, vt Deus omnia iam cum Maria possit, & Mariæ cum Deo omnia possibilia esse videantur. Quod quidem munus accepit à Rege sibi partem imperij administrandam subiungente.

Ansel.

Quid si non solùm à Deo exaltatur adeò vt *omnia secum possibilia* esse receperit, sed ipsa possit Conditori præcepta præscribere? Vulgare illud Damiani alibi datum sub alio prætextu serm. 2. de Nat. *Accedis ante illud aureum humanæ reconciliationis altare non solum rogans, sed etiam imperans.* Angelus ait: *Dominus tecum.* Luc. 1. Dominum esse quid cum Maria? An subiacere Deum Mariæ potestati. Num Mariæ potestas in Ierusalem. *In Ierusalem*, ait, *potestas mea.* Eccli. 24. Non iam solis hominibus imperia licet præscribere, sed & Angelis, sed & ipsi Conditori, quem contineo meæ submissum voluntati. Bonauentura in Spec. c. 8. *Quia Dominus potentissimus tecum est, idea & tu es potētissima secum*, id est, circa illum, ad tuū imperium, alliciendum. *Potentissima es apud ipsum, vt verè dicere possis: In Ierusalem potestas mea.* Ioannes Rusbrochius lib. de septem gradibus amor. ait, *Maria omnis gratiæ, & peccatus, & misericordiæ mater est, & aduocata, & mediatrix nostra, media intercedens inter nos & Filium suum, qui nihil petenti negare potest, cùm sit illius Mater.* 62.

Conditori Maria præcepta præscribit, in calo constituta. Damian. Eccli. 24. Bonau. Rusbro.

Nihil negare potest? Nihil prorsus? Si obstat Deitatis dispositioni? An audax asseruerim diuinam dispositionem aliquando inuerti, ac quodammodo immutari, vt Virginis imperium detur exequutioni? Testor Nuptias, *Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & erat Mater Iesu ibi.* Accidit, vt vinū penè absumeretur, & misericordiæ mater accederet ad Filium fata: *Vinum non habent.* Cui Dominus: *Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea?* Ioan. 2. At Maria sciens Filium nihil petenti Matri negare posse, ministrantibus inquit. *Quodcumque dixerit vobis facite.* Et vndenam ô piissima Mater collegisti Christum tuo imperio subdendum, dum audisti verba præ se quidem ferentia, aut saltem sonantia repulsam: *Quid mihi, & tibi est mulier? Nondum venit hora.* An putas ob intercessionem tuam horam à Patre assignatam ad miraculum esse inuertendā? Hoc (ait Virgo) solummodo scio Filium meū nihil Matri petenti posse abnegare? Chrysost. hom. 20. in Ioan. *Quamuis dixerit: Nondum venit hora mea, postmodum fecit quod Mater dixerat.* Si dixerat Mater si imperauerat, quonammodo Filius posset non obedire. Ediscant hinc filij imperiis parentum non reluctari. 63.

Nihil potest Deus Matri abnegare postulanti. Ioan. 2. Chrysost.

EPILOGVS

EPILOGVS

AD DEIPARAM DOMINAM.

TE ô Virgo, tot cælestibus muneribus præfatis obæratam contemplatus, curaui hisce elogiis non tam commendare te, quam Conditorem, ac largitorem tuum munificentissimum laudibus efferre. Et quidem cupit Sponsus à te gratis vocibus excipi. *Sonet*, inquit, *vox tua in auribus meis*. Cant. 2. Ad quæ Rupertus lib. 2. *Sonet vox tua in auribus meis, & audiam ego: Magnificat anima mea Dominum. Hoc ergo gaudium meum est impletum, quia me delectat audire vocem confessionis, atque gratiarum actionis*. Licèt autem Dominus eius gaudium impletum esse profiteatur, tamen te sollicitè quæritantem video, qui Deum pro tot tantísque beneficiis tecum collaudare possint. Chrysostomus ad illud Luc. 2. *Et erant mirantes parentes eius*, inquit. *Et quidem Maria tacitè magnificat; Angelus euangelizat; Magi agnoscunt; Pastores adeunt; Angelorum exercitus choros ducunt; stella è cælo indicium facit; Simeon vaticinatur; Anna prophetizat; terra verba facit; cæli dant vocem*. Sufficit-ne ô Domina? Adhuc ingrata deprehendar, conferens enim *in corde* beneficia accepta, & gratitudinem expositam, mirum in modum à muneribus vincitur gratitudo. Liceat ergo Panegyricos, ô Regina, meos laudantium tot choro dulcisono adscribi vt in gratiarum actionem simul profundantur. Scio planè huiusmodi tibi tam gratum obsequium, vt pro pulcherrimo ducas ornamento. *Murenulas aureas faciemus tibi*. Cant. 1. Quod premens Rupertus lib. 1. profatur, *Murenulas aureas faciemus tibi, id est, ornamenta benedictionis, & gratiarum actionis, benedicendo, & gratias agendo Deo, quod sic fecit tibi: Ideo Opusculum hoc euulgari curo*, (oro omine felici) *vt non sit locus, vbi vox laudis huius non audiatur, quæ tuum Nomen celebrans iugiter te ambiat, & quodammodo de collo dependeat*. Sic Abbas.

Cant. 2. Rupert. Chrysost. Cant. 1. Rupert.

Laus Deo, Virgini Dominæ meæ, Josepho, Antonio, Ignatio.

Index

INDEX
AD SACRAS CONCIONES DE DEIPARA.

Aduerte Lector, in hoc Indice vocem illam secundò, *post numerum paginæ propterea additam, quia primus centenarius a 101. vsque ad 199. circa ordinem paginarum* secundò *irrepsit.*



RIMO ac secundo volumine de Sanctis, gerendorum iuxta morem nunc communiter disertis, excultisque concionatoribus approbatum, sacrorum sermonum conceptacula exhibui. Vnde superuacaneum duxi cuilibet Tomo Syllabum Concionum de sanctis, & de Tempore affigere, quia decem reliqua volumina fere simul in lucem edita omnia de sanctis, ac de Tempore Euangelia dilucidant: cuilibetque sectioni Euangelicæ illustrandæ copia vberrima exponitur. Attamen ad augustiorem anni Dominici vbertatem, imperitis etiam morem exerens, quæcumque de sanctis, & de Tempore suo Panegyricorum, & Obseruationum moralium titulo exhibui, ad perfectas Conciones adducam. Tertio igitur hoc volumine Deiparentis solemnia plurimis concionibus exornabo. Quarto Tomo Apostolorum gloriam efferam. Quinto Religionum fundatores, eorumque præcellsiores filios perfectis sermonibus celebrabo. Sexto autem, Angelorum, Martyrum, Confessorum, Fœminarum illustrium, omniumque Diuorum præconia proferam: ingerens quidem ex primo, & secundo volumine nonnulla solemnia, quæ ad materiæ perfectionem pertinere videntur. Enim vero, sex aliis de Tempore Tomis: omnes de Tempore tractatus perfectas ordine suo digeram in conciones: ex primo, & secundo Tomo de Sanctis assumens cuncta illa, quæ è Christi vita, & solemnibus Ecclesia assolet Euangeliis de Tempore præfigere. Ne autem vlla mea elucubratio in Dominæ meæ Deiparentis non cedat obsequium, cui libet argumento ad salutationis Angelicæ apparatum, non nihil è Patrum penu prælibabo. Præterea aduerte, eandem thesim nunquam à me duplici concioni adaptari, sed vnicæ. Nam licet sine repetitionis næuo ex pluribus cuiusque thesis probationibus posses bis, ac sæpius idem argumentum variis in concionibus exornare, consultò vberiorem materiam cuilibet concioni aptaui, vt darem concionatori quid seligat, quidque in magis opportunam adseruet instantiam.

De Deiparentis vita.

DEiparæ vitam expressurus, eiusdem Virginis preces imprecabor. O quam potēs oratione Maria! Gregorius Nicomed. omnipotentem precibus appellauit. Chrysologus autem. *Per orationem fit Moyses, Pharaonis Deus, & ad triumphos suos militare sibi omnia mandat elementa. Per orationem Virgo fit vniuersa tanquam Dea creatura.*

CONCIO I.
De Deiparæ Nobilitate.

Nobilis in portis vir eius. Prou. 30.

Nobilitas Mariæ Deifica quodammodo, quia Spiritus sanctus sponsus eam Reginam à primo in mundum introitu vsque ad exitum fecit, vt eius imperio nobilitaretur. Anselmus, *Spiritus sanctus Reginam imperatricem cæli, & terræ, ac omnium, quæ in eis sunt, sponsam suam fecit.* — *Nobilitas Maria.*

1. Sponsa Maria Spiritus sancti? Ergo ad eius præconium spectabat Regia nobilitate exornari. *O quanta ad spiritualia, ac augusta quæque nobilibus aptitudo* lib. 1. sect. 1 n 11. p 9.

2. Sanctitatis nobilitate excelluit Deipara. *Haud laudabilis tēporaria siue spiritualis*, n. 20. p. 11.

3. Ex coniugio spirituali Mariæ cum Spiritu sancto Deiparens exsurgit. Hinc plane omnium nobilissima. *Humilitatem nobilitati agnatam hinc effer.* n. 28 p. 13.

4 Regnum Mariæ expono. *Vbi de subditorum gloria sub Domino illustri* à n. 34. &c p. 13. & seq.

CONCIO II.
De Mariæ parentibus.

Qui fuit Eli. Luc.

1. Eli, seu Ioachimi, & sponsæ eius Annæ elogia recenseo ex Maria filia. *Iuuenes, illustri nomini debere opera respondere, sanctissimum quemque minime a querela securum, filios parentibus assimilari, laudabile esse viduam, non nubere.* lib. 1. sect. 2. n. 21. &c. p. 20. — *Ioachimus, Anna.*

2. Ioachimi & Annæ laudes ex nomine. n. 22. ibid. Ioachimi & Annæ conuersatio apud homines sine reprehensione. n. 26. p. 21.

3. Sanctitas Parentum Virginis ex fructu colligitur. n. 31. ibid.

4. Anna semel nupta, Maria vnigenita. n. 38. p 22

5. Eli Nazaræus. Nazareth Dei parentis patriam celebro, innuens, mores frequenter patriæ respondere. n. 43. 23.

CONCIO III.

De parentum sterilitate.

Simile est Regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Mat. 13.

Ioachimus Anna. Richardus Laur. *Maria thesaurus absconditus in agro primi sterili, postea autem fœcundissimo.*

CONCIO IV.

De eadem parentum sterilitate.

Simile est Regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Mat. 13.

CONCIO V.

De Nomine Mariæ.

Et nomen Virginis Maria. Luc. 1.

Annunciatio. Mariæ. Nomen Mariæ. Anselmus lib. de excel. Virg. c. 6. *Velocior est nõnunquam salus, inuocato nomine Maria, quã inuocato nomine Iesu.* Quid augustius potest excogitari? Ratio est, quia Christus Iudex est. *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio* Ioa. 5. Virgo Patrona tantum cuius sola est misericordia. Bernardus. *Ad Patronam accedere, quid trepidat humana fragilitas. Nihil austerum in ea, nihil terribile, tota suauis est.*

CONCIO VI.

De Nomine Mariæ.

Et nomen Virginis Maria. Luc. 1.

CONCIO VII.

De Mariæ Typo.

Prima vespertina concio de Maria figurata. Sex conciones vespertinas exhibeo ad Dominæ gloriam proferendam, ex illustrioribus eiusdem typis.

CONCIO VIII.

De Mariæ Typo.

CONCIO IX.

De Mariæ Typo.

CONCIO X.

De Mariæ Typo.

2. Fœderis

Ant.de Escob.& Mend. Tom. III. LII 2 CONCIO

CONCIO XVIII.

De Nuptiis Mariæ.

Mater Iesu Maria Ioseph. Mat.1.

Iosephus. *Fecit* (ait Richardus Lauren. *Deus Iosephum adiutorium simile Virgini*. Iosephus similis sponsæ? O præcelsas viri glorias.

1. Iosephus similis Deiparæ, quia in lege veteri figuratus. *Hinc innue, specialem sanctitatem filiorum specialem parentum dilectionem requirere, munera, seu dona specialia*. lib. 2. sect. 1. n. 58 p. 103.

2. Deiparæ prædestinationem, & electionem Iosephi imitatur electio. *Innue, prædestinato cuique agnatos esse labores* n. 55. p 104.

3. Mariæ, & Iosephi persimilis nobilitas. *Assere, vberiori gloria repleri, qui celsioribus Diuis hærent alumni* n 58 p. 105.

4. Iosephi in vtero sanctificationem expende. *Vnde colliges, Pastores animarum sanctissimos futuros, vt digne tanto muneri incumbant*. n. 61. p. 106.

CONCIO XIX.

De Nuptiis Mariæ.

Cum esset desponsata. Mat.1.

1. Iosephi extinctum peccati assere fomitem, *Iosephus.* vt Mariam sponsam referret *Innuens, bello effectu sopito in sensibus, vosse illos effectu illustres reperiare trium hos*. lib 2. sect. 1. n 6, p. 107.

2. Communis Mariæ, ac Iosephi Patria Nazareth commendetur. *Moneas interim, posse, nos cuilibet difficili ministerio operam incumbere, si eligamur à Deo, minimè de aptitudine dubitando*. n. 71. p. 107.

3. Iosephi votum virginitatis esset, quod ab vxore didicit virginum Magistra. *Edoceantur vxores fieri coniugum Magistrae, eos, & exemplo, & precibus ad virtutem allicientes*. n. 74 p. 108.

4. Mariæ ac Iosephi nomina mirificè cohęrēt. *Innuas hinc tanto iustum promtiorem ostendo, ad proximos sublenandos, quanto meritis est angustior*. n. 80. p. 110.

CONCIO XX.

De Nuptiis Mariæ.

Cum esset desponsata. Mat.1.

1. Coniugum persequnt æqualitatem, seu si- *Iosephus.* militudinem ex Laurentio. Parentem Iesu Iosephum illustra. *Ostendens, eum filiis sese tenerrimum præstare parentem, præcipuè iis, qui cum preces Mariæ persoluunt, simul orant Iosephum*. lib. 2. sect. 1. n. 89. p. 11.

2 Mariæ ac Iosephi similem astrue pulchritudinem. *Innuens ex pulchritudine argui sanctitatem: ex fœditate morum corruptiorem*. n. 103 p. 114.

3. Mariæ ac Iosephi patrocinium, potestatemque hominibus subueniendi confirma. *Ostendens, Diuos eis propensiors affectu succurrere, qui eorum curant virtutes imitari*. n. 107. p. 114.

4. Iosephi Resurrectionem, ad cælosque translationem robora. *Inde amantium argue identitatem*. n. 114. p. 115.

CONCIO XXI.

De Mariæ conceptu.

Missus est Angelus. Luc. 1.

1. Temporis, quo peractus Mariæ conceptus expende mysterium. *Vnde moneas, formationem indicere reformationem: cunam autem sepulchrum exponere*. lib. 2. sect. 2. n. 18. p. 120. *Annunciatio Mariæ*

2. *Missus est Angelus Gabriel*. Archangeli Gabrielis encomia perstringe. *Innuens, Angelum custodem valde hominum addictum saluti*. n. 24. p 121.

3. *Spiritus sanctus superueniet in te, &c.* Verbum à Virgine concipiendum carne indutum, ipsam cælestibus donis præparauit. *Edoceatur communicaturus, vir nouum noua germina proferre, vt tanto hospiti specialiter domus præparetur*. n 32. p. 122.

4. *Aue gratia plena.* Iesu conceptum cælestia charismata in illo instanti collata plenæ Virgini, comitantur. *Edoceamur auditores, gratiam referre pro munere accepto*. n. 58. p. 123.

5. *Aue gratia plena, &c.* Angelicæ salutationis elogia recense. *Rosarij Marians reuerenter commendans recitationem omnino salutarem*. n. 47 p. 125.

CONCIO XXII.

De Mariæ cantu.

Exsurgens Maria. Luc. 1.

1. *Magnificat anima mea Dominum.* Multipliciter Deum Maria magnificauit. *Ostende, ab illo Deum magnificari, qui peccati tyranno non paret, qui Dei imaginem, seu propriam animam efficit grandem, quique Deū laudibus effert*. lib. 2 sect. 3. n. 16. p. 130. *Visitatio Mariæ.*

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Humilitas ineffabilis Virginis illustretur. *Assere interim, cunctas virtutes condiendas humilitate, vt grata exponantur conditori*. n. 25. p. 132.

3. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent* Magnificatam à Deo Virginis humilitatem expone. *Vbi de humilium exaltatione pulchra recense*. n. 36. p. 134.

4. *Fecit potentiam in brachio suo.* Dei potentia priuilegiorum Deiparæ mensura est. *Ostende, quam studiose Spiritus sanctus de virtute in virtutem suos promoueat alumnos*. n. 51. p. 136.

CONCIO XXIII.

De Iosephi timore.

Cum esset desponsata. Mat.1.

1. *Cum esset iustus.* Perfecta Iosephi iustitia prędicetur. *Ostendaturque, homines iustos iustissimos, seu perfectissimos à tribulatione reddi*. lib. 2. sect. 4. n. 28. p. 144. *Iosephus.*

2. *Voluit occultè dimittere eam.* Excellentiæ egregiæ Deiparæ elucent in Iosephi suspicione. *Adstrue, fulgorem virtutis mediis in tribulationibus amplius innotescere*. n. 14. p. 142.

3. *Noli*

CONCIO XXXI.

De Maria curæ Ioannis addicta.

Stabat autem iuxta crucem Ieſu mater eius. Ioa. 19.

CONCIO XXXII.

De conſtantia Virginis iuxta crucem.

Stabat autem iuxta crucem Ieſu Mater eius. Ioa. 19.

CONCIO XXXIII.

De Mariæ ſolitudine.

Stabat autem iuxta crucem Ieſu Mater eius. Ioa. 19

CONCIO XXXIV.

De Martyrio Deiparæ.

Stabat autem iuxta crucem Ieſu Mater eius. Ioa.19.

CONCIO XXXV.

De Mariæ luctu.

Stabat autem iuxta crucem Ieſu Mater eius. Ioa. 19.

rum poſt Ieſum. *Age de duriſſima amicorum diuiſione.* Ex tom. 1. de Sanct. libr. 12. ſect. 4 num. 38. p. 493.

2. Luctus Deiparæ Filio innocentiſſimo, pulcherrimo, & ſapientiſſimo orbatæ. *Hinc eruiga, quam graue ſit parenti bono filio priuari.* numer. 44. p. 493.

3. Luctus Deiparæ, aſpectu ſuo Filium vulnerantis. *Adnota ad mores, compaſſionem dilecti patientis amantem vulnerare.* n. 48. p. 494.

4. Luctus Deiparæ loco Ieſu Matris effectæ fidelium, & peccatorum. *Solatio hinc delinquentes afficere ſatage.* n. 53. p. 495.

CONCIO XXXVI.

De vita Deiparæ poſt Reſurrectionem.

Exurge gloria mea, exurge Pſalterium, & cithara. Pſal. 56.

1. Exurgente Domino, Mariæ Spiritus cum Ieſu commortuus reſurrexit. Nec enim poſſet Cithara Maria Pſalterium ſuum non ſequi reſurgentem. *Si paſſionis ſocij, & conſolationis debent eſſe participes.* lib. 3. ſect. 5. numer 35. pag. 135. *ſecundò.*

2. Cur autem exſurgit *Cithara*? Profecto Maria virtutũ omnium harmonia dulciſſimum Ieſu ſuperſtes concentum emiſit ad totius Eccleſiæ exultationem. Virginis miram ſanctitatem illuſtra. *Oſtendens, perfectiſſimum animum ſimul premi exilio, ac beatitudine Patriæ potiri.* n. 70. p. 139. *ſecundò.*

3. Speciales ſanctitatis actiones Mariæ ſuperſtitis recole. *Innuens, quam ſit apta regimini prudens Principis ſynceritas.* n. 78. p. 141. *ſecundò.*

CONCIO XXXVII.

De Mariæ Magiſterio.

Et inſipientibus locuta eſt. Relinquite infantiam, &c. Prou. 9.

Perfectiſſimum Mariæ Magiſterium. libr. 3. ſect. 5. n. 9. & 44. p. 130. & 116. *ſecundò.*

Hinc ſumatis (inquit Ambroſius lib. 2. de Virginib.) *licet exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, oſtendunt.*

1. Maria vitæ docuit exemplo. n. 45. p. 136. *ſecundò.*

2. Ineffabilis Mariæ peritia. num. 51. p. 137. *ſecundò.*

3. Totam Eccleſiam dogmata veritatis Maria edocuit. n. 56. ibid.

4. Catholicam veritatem Maria ab hæreſum incurſu vindicauit. n. 65. p. 139 *ſecundò.*

Interim, quæſo, Euangelici miniſtri proprietates aſsigna, ad Concionatorum, ac Magiſtrorum, Patrumque familias eruditionem.

CONCIO XXXVIII.

De Maria Cæſarauguſtana, ſeu de Pilari.

Et radicaui in populo honorificato, & in plenitudine ſanctorum detentio mea. Eccli. 24.

Primas in populo honorificato admodum ex Deiparæ apparitione radices Marianum obſequium poſuit, ineffabili Cæſarauguſtæ, totiuſque Hiſpaniæ gloria. lib. 3. *ſect.* 6. n. 1. &c. p. 14. *& ſeqq. ſecundò.*

1. Ex Iacobi precibus neceſſitas Marianæ inuocationis oſtenditur. *Innue, Roſarij vim aduerſus inuiſibiles animi hoſtes.* numer. 8. pag. 143. *ſecundò.*

2. Cæſarauguſtæ gloria ex Deipara ipſam quærente. *Innue, Deum a peccatoribus requirendum, haud a Deo requiri expectaturis.* num. 13 p. 144. *ſecundò.*

3. Cæſarauguſtanorum, ſeu Hiſpanorum ex Virginis apparitione ſalus. *Mone ..., ſanctos excitantes non eſſe precibus indigni ..., id enim ... lucem non ſpectantibus.* n. .9 p. 145. *ſecundò.*

4. Specialem Deiparæ erga Hiſpaniam affectum annuncia. *Adnotans, ſpecialem in nos Dinorum, curam ex ſpeciali in ipſos noſtra deuotione ortum ducere.* n. 24. p. 147. *ſecundò.*

5. *Et in plenitudine ſanctorum detentio mea.* Ideo Deipara apud Hiſpaniam commoratur radicat quidem, quia apud Nationem hanc Sanctorum plenitudo. Verum enim erga Virginem Hiſpaniæ ſtudium eſt eiuſdem virtutum imitatio. *Adnota hinc Diuos imitatione quidem, non vacuis preculis honorari.* Obſeru. 5. p. 148. *ſecundò.*

CONCIO XXXIX.

De vitali Mariæ Morte.

Ne ſuſcitetis dilectam, quo ad vſque ipſa velit. Cant. 2.

Mortem Deiparæ dulciſſimo ſomno ſimilem ex eiuſdem circunſtantiis oſtende lib. 3. ſect. 7. à n. 1. p. 149. *ſecundò.* *Aſſũptio Mariæ.*

1. Quam anxie Virgo expetierit, vitam cum morte commutare. *Exilij huius hinc miſeriam expende, æternæque felicitatem gloriæ: quantoque exultans iuſtus ſolatio afficiatur lacrymarum profluuio, ac vtilitatis proximorum conſideratione.* n. 35. p. 55. *ſecundò.*

2. Vitalis Marianæ mortis elogia recenſe. *Edocens, mortis incorruptibilitatem ſæpe virginitatis integritati reſpondere.* n. 45 p. 157. *ſecundò.*

3. Mariæ mors non ſolum vitalis ſed glorioſa dulci illo ſomno expreſſa. *Sanctorum glorioſum obitum pondera.* n. 55. p. 158. *ſecundò.*

CONCIO XL

De ſepultura, & tranſlatione Deiparę.

Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum. Luc. 10.

1. Ex Marthæ miniſterio circa cadauerum *Aſſepult. Mariæ.*

conditionem Deiparentis sepulturam memora, funereæ pompæ,ac sacratissimi corporis depositionem exprime. lib. 5.sect.8.à numer.1.p.164. *secundo.*

2. Assumptæ Deiparæ volatum illustra ex Mariæ volitus ad superos contemplationis officij memoria. *Innuens, quanta laboribus gloria à Domino preparetur.*n.16.p 167.*secundò.*

3. Marianæ gloriæ vis ineffabilis confirmetur ex Dei maternitate (veteri enim Mariæ castellum inuit.) *Hinc edoceantur filij, parentibus honorem impendere.*n.31.p.169 *secundò.*

4. A nobis hodie recedit Deipara,ac nobiscom in protectionem,ac auxilium commoratur. *Innue,eum,qui prox.mo auxiliatur, p.ss simul contemplationis dul.ca ine frui.*o.38.p.170.*secundo.*

CONCIO XLI.

De Mariæ pulchritudine.

*Tota pulchra es amica mea,& macula non est in te.*Cant.4.

Assertio Mariæ. Richardus Laur. lib. 1. *Maria tota pulchra in corpore, & macula non est in corde eius, nec in corde n[...]*

1. Corporea Mariæ pulchritudo æterna, immarcescibilis,quia vera. *Hinc propera in omnem nil pulcor tua ue recense defectus.* lib. 3. sect.9.n. 26.p 1[...] *secundò.*

2. Corporea Mariæ pulchritudo nunquam fefellit, quia aspectatæ, fuit genitrix puritatis. *Edoce, nec sanctas pulch as formas asp iciendas, vulnerat enim qualibet pulch itudo.*n.31. pag.177. *secundò.*

3. Virginis corporea pulchritudo non homines arripit ad libidinem:sed Deum pellicit,vt pacem, seu veniam peccatoribus impertiat. *Ostende, summo to ca iam pulchritudinem Deo notam esse,minimè impudicam.* num. 38. pag.178. *secundò.*

CONCIO XLII.

De Mariæ pulchritudine.

Tota pulchra es. Cant. 2.

Assertio Mariæ. Pergit Richardus citat.*Et tota pulchra est Maria in anima per sanctitatem.*

1. Spiritualis Mariæ pulchritudo Deum, & cætuitas debellauit *luae excita ad humilitatis Mariana cunctarum virtutum exercitium moderantes,mutationem.* lib.3 sect 9 n. 4[...] p. 1[...]9 *secundò.*

2. Spiritualem Virginis pulchritudinem describe. *Innuens, quarum nos virtutum apparatu Dei sponsam ornari deceat.*0.52.p. 180.*secundo.*

Deiparentis Conceptio.

CONceptionis Mariæ solemnia encomiis celebraturus Epithalamij illud exprimo: *Hortus conclusus.* Cant.4.*Conclusus plane* (ait Damascenus *quia ad hunc paradisum, Mariam scilicet, serpe ns a itum non habuit.Paradisus quidem*(Ephtê inquit) *totius amœnitatis, totius voluptatis* (fatur Damianus.Bene sponsus, *Emissiones tua paradisus.* Cant. 4. *Omnia enim tua* (Bernardo authore) *& amœnitatis,& venustatis sunt plena.* Tuam pulchritudinem, Virgo rosea, spinarum satellitium potius defendit, quam offendit. *Exorta enim es,* (Victorinus ait) *vt flos de spinis, sed spinis carens. Eua quidem*(fatur Bernardus)*spina fuit, Maria rosa; Eua spina vulnerando, Maria omnium affectus rosa mulcendo; Eua spina infigens omnibus mortem, Maria rosa reddens salutiferam omnibus sortem.*

CONCIO I.

De Mariæ Conceptione.

Liber generationis Iesu Christi. Matth.1.

Richardus Laur.lib. 12. *Maria est liber grandis,de quo dicitur Isaia 8. sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis. Dicitur Liber iste grandis,quia scriptus grandibus legibilibus literis. Significat Maria innocentiam vnn grandis legibilis est litera.* Nihil clarius Conceptione purissima,legibilis omnibus litera exponitur.

1. *Liber* Marianus fine væ Dei Filij manu, scriptus. *Innue, illum verè Deipa a Conceptionem ce eirare, qui omnino a culpa curas abstinere.* lib.4. sect.1.n.18 p.188.*secundo.*

2. *Generationis Iesu Christi.* Mariæ Conceptioni purissimæ Christi purissima Conceptio assimilatur. *Hinc collige parentum,ac filiorum similitudinem.*n.22.p.189.*secundò.*

3. *Iesu Christi.* Nomen Iesu Mariam ab originali præseruauit contagio. *Age de grato animo dulciter liberatoris nomen proferente.* n.27. p. 190. *secundò.*

4. *Filij Dauid,Filij Abraham.* Iunior Dauid contra naturæ leges seniori Abrahæ prælatus, asserit Mariam haud naturæ, sed gratiæ legibus subiacere. *Admone, non debere conqueri, dum videmus nobis praeferri, qui postbabendi videbantur.* n. 31.ibid.

5. Ad mores præterea, Dauid peccator iusto Abrahæ præponitur;*quia Iesus ex misericordia natus, ex peccati occasione ad miserendum allicitur.* n.12.p.197.*secundò.*

CONCIO II.

De Mariæ Conceptione.

*Abraham genuit Isaac.*Matth.1.

1. *Abraham* Stelliferam omnino Mariam progignit obedientem ab inobedientium captiuitate immunem. *Ostende, quam cœlo sit proxima obedientia:quam inferno inobedientia addicta.* lib. 4. sect.1 n.17.p.196.*secundò.*

2.*Genuit Isaac.*Isaac celebrat Deiparæ in Cõceptione exultationem, ex qua mundi lætitia. *Edoce hinc, veram exultationem in conscientia puritate exoriri,*n.31.p.197.*secundò.*

3.*Genuit*

CONCIO III.

De Mariæ Conceptione.

Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius. Mat.1.

CONCIO IV.

De Mariæ Conceptione.

Phares autem genuit Aram. Mat.1.

CONCIO V.

De Mariæ conceptione.

Naason autem genuit Salmon. Mat.1.

CONCIO VI.

De Mariæ conceptione.

Obeth autem genuit Iesse. Mat.1.

CONCIO VII.

De Mariæ conceptione.

Dauid autem genuit Salomonem. Mat.1.

CONCIO VIII.

De Mariæ conceptione.

Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Mat.1.

CONCIO IX.

De Mariæ Conceptione.

Abias autem genuit Aſa. Mat. 1.

CONCIO X.

De Mariæ Conceptione.

Ioram autem genuit Oziam. Mat. 1.

CONCIO XI.

De Mariæ Conceptione.

Achaz autem genuit Ezechiam. Matth. 1.

CONCIO XII.

De Mariæ Conceptione.

Amon autem genuit Ioſiam. Mat. 1.

CONCIO XIII.

De Mariæ Conceptione.

Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. Mat. 1.

CONCIO

CONCIO XIV.

De Mariæ Conceptione.

Jechonias autem genuit Salathiel.
Matth.1.

Salathiel. Salutatio Angelica Mariam astruit ab originali immunem.libr. 4. sect.4.numer.19. p.248.

1. Angelus oratione illa: *Aue gratia plena, Dominus tecum*, purissimam celebrat conceptionem, primo quidem dictione, *Aue*.n.20.p.248.

2. Particula, *Gratia plena* à luno semper plena Maria omnem in ipso Draconis capite defectum, seu eclysim exclodit. n.24.p 249.

3. Verbum, *Dominus tecum* firmat, semper cum Virgine Deum à primo conceptionis instanti. n. 30.p.250.

4. Verbum, *Benedicta tu inter mulieres* ob Elisaberba additum, Mariam probat fortissimè hostem in primo conceptionis instanti comminuisse.n 34.p.251.

5. Particula denique. *Et benedictus fructus ventris tui*, Marianæ conceptionis gloriam concelebrat.n.39.p.251. *Interim innue, latitiam ex gratia oriri. Omnem locum aptum ad virtutem esse volenti: Dei præsentiam peccatum excludere: Fœminas laudabiles ex fortitudine ad vitia superanda: parentesque ex filiis bene commendari.*

CONCIO XV.

De Mariæ conceptione.

Salathiel autem genuit Zorobabel.
Matth. 1.

Genuit Zorobabel. Magister Zorobabel edocet per cuncta secula vsque ad seculum futurum æternam purissimæ conceptionis gloriam à Patribus,& Doctoribus prædicari.

1. Primo seculo Andreas, Thomas, Matthæus, Lucas, Marcus, thesiphon, Ignatius, & Dionysius Areopagita virgineæ conceptionis gloriam prædicant. *Innue, semper colendam virtutem ab eo, qui saluti proximorum operam aliquando daturus est.* lib.4.sect.4.n.44 p.253.

2. Seculo secundo Iustinus,& Irenæus immaculatam conceptionem profitentur. *Assero, omnimodam puritatem decere eum, qui verbum sacrum est auditurus* n.50.p.254.

3. Seculo tertio Hippolytus, Origenes, Thaumaturgus, Chrysippus, Dionysius Alexandrinus, & Cyprianus Marianæ conceptionis puritatem euulgarunt. *Innuo, virginitatis integritatem ex Dei præsentia, seu meditatione stabiliri.* numer. 53. pag. 254.

4. Quarto seculo Chrysostomus, Cæsarius, Sophronius, Timotheus, Hieronymus, Nyssenus, Ambrosius,& Athanasios Mariæ subscribunt puritati. *Innue, dominos seu heros non debere peccati subiacere seruituti.* n.59.p.256.

CONCIO XVI.

De Mariæ conceptione.

Salathiel autem genuit Zorobabel.
Matth.1.

Pergo Zorobabelis Magistri seculorum doctrinam expendere.

1. Augustinus, Chrysologus, Leo, Maximus, Sedulius, Cyrillus, Proclus Basilius Seleu. Theodoretus, ac Eusebius Emissenus quinti seculi lumina lucem immaculatæ conceptionis spargunt. *Innue, præsentem hominis iustitiam præcipuos operire defectus.* libro 4. sectione 4. numero 67 pagin. 257.

2. Sexto seculo Fulgentios Andreas Cret. Anastasiusque Synaita Marianæ conceptionis puritatem contestantur. *Collige, bono filio debere assimilari parentem.* numer.7-.pag.258

3. Septimo seculo Ildephonsus, Hesychius, Eligius, Antiochus, Venantius, Cosmas Ierosol. Concilium Toletanum, Synodus Nicæna, & ipse hostis Mahometus conceptionem sine labe concelebrarunt. *Assero, puritatem [illegible] confidentiam esse necessariam.* numero 80. pagin. 259.

4 Seculo octauo. Alcuinus, Paulinus, Damascenus, Germanus Conciliaque varia immaculatæ conceptionis asserunt puritatem. *Innue, quam difficilis castitatis custodia* n.88.p.260.

CONCIO XVII.

De Mariæ conceptione.

Salathiel autem genuit Zorobabel,
Mat. 1.

Magistri Zorobabelis de seculorum concentu adhuc doctrinam expendo.

1. Nono seculo Strabus, Theophanes, Nicephorus, & Ansbertus Marianæ conceptionis fulgorem emittunt *Innue, dies festos animi colendos puritate.* lib.4.sect 4 n.93.p.261.

2. Seculo decimo Idiota,& Fulbertus Carnotensis illustres fuere conceptionis purissimæ assertores. *Collige, parentum iustitiam quodammodo in prolem influere. Vbi de Angelis tutelaris munificentia.* n.97.p.261.

3. Seculo vndecimo Anselmus, Petrus Damianus Petrus Cellensis, Bruno, & Iuo Carnot. conceptioni immaculatæ præstant obsequium. *Assere, conceptionis cultores a malis eripi, bonis redundare.* n.99.p.262.

4. Hugo, Richardus, Potbo Victori. Petros Blesensis, Arnoldus Carnot. Petrus Cosmestor, Rupertus, ac Bernardus duodecimo seculo conceptionis immaculatæ assertores. *Innue, iustitia agnatum, & pro peccatoribus precari, & continuis agitari laboribus.* numero 104. pagin. 263.

CONCIO

CONCIO XVIII.

D Mariæ Conceptione.

Salathiel autem genuit Zorobabel. Mat.1.

CONCIO XIX.

De Mariæ Conceptione.

Abiud autem genuit Eliachim. Matth.1.

CONCIO XX.

De Mariæ Conceptione.

Sadoch autem genuit Achim. Mat.1.

CONCIO XXI.

De Mariæ Conceptione.

Eleazar autem genuit Matham. Mat. 1.

CONCIO XXII.

De Mariæ Conceptione.

Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ. Mat.1.

CONCIO XXIII.

De Mariæ Conceptione.

Ex qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Mat.1.

CONCIO XXIV.

De Mariæ Conceptione.

Liber generationis Iesu Christi. Matth. 1.

Mariæ Natiuitas.

D. Ildephonsus asserit serm. de Nat. Virg. Angelorum Choros hodie cecinisse. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus.* An non natalitium Domini carmen hoc celebrauit? Ita planè, sed eum Maria nascitur idem resonat verius, quasi exorta Virgine, Deus necessariò hominibus exoriatur. Vnde in natali Virginis de Christi natiuitate memoria recolitur: *De qua natus est Iesus*. Mat. 1. farur Doctor, *Hodie dilectissimi, natalitia Mariæ celebramus, ante cuius thorum multitudo cælestis exercitus decantauit, Gloria in excelsis Deo, &c. Ergo ipsa* (adiicit) *interuenire dignetur, vt & ego vos solemniter exhortari queam, ad profectum salutis vestræ: vosque deuotè percipere valeatis; vt simul nos omnes in eius laudibus digni inueniamur.*

CONCIO I.

De Mariæ Natiuitate.

Liber generationis Iesu Christi. Matth. 1.

CONCIO II.

De Deiparæ Natiuitate.

Liber generationis Iesu Christi. Matth. 1.

CONCIO III

De Mariæ Natiuitate.

Abraham genuit Isaac. Mat.1.

Isaaci significationem euolue, ad lætitiam ex Mariæ Natali no exprimendam. lib.5.sect.2.n.1. p.309.

1. *Genuit Isaac.* Natus Isaac domus exultatio, celebrat Natalem Mariæ, ex quo vniuersi lætitia exoritur. *Ostende, solemnia sacra veram sequi exultationem.* n.2.ibid.

2. *Isaac autem.* Isaac typus Saluatoris ostendit, ideo in Mariæ Natali gaudendum, quia ex ipsa salus nascitur. *Interim mone, ex spirituali lætitia vitam hominum quodammodo beari.* n.8 p.310.

3. *Genuit Iacob.* Iacob Natiuitatem Mariæ colit, eam natam Rebeccam ostentans, vt peccatores cælestem benedictionem assequerentur. *Hinc patet, necessarium hominibus Mariæ patrocinium.* n.13.p.311.

CONCIO IV.

De Mariæ Natiuitate.

Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Mat.1.

1. *Genuit Phares, & Zaram de Thamar.* Iubilans Thamar, Mariam celebrat natam ex palma, homines victoriis donaturam. *Adnota, vitam hominis solere infantium imitari.* lib.5. sect.2. n. 23.p. 313.

2. *Salmon autem genuit Booz de Rahab.* Exultans Rahab præcinit, Mariam exorituram, vt potentia vtatur, ad peccatorum reductionem: vt eos doceat plenitudinis redundantia. *Assere legem potentiæ esse, dilatari ad miserorum sublevationem.* n.27.p.314.

3. *Booz autem genuit Obeth ex Ruth.* Lætatur Ruth, nata Maria, præsignans futuram despectarum spicarum, seu peccatorum collectricem. *Interea edoce, nullius viuentis desperatam salutem: dandamque operam rusticorum spiritualium vitiam.* n.35. p.315.

4. *David autem genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.* Gestit gaudio Bersabee, dum prædicat natam Mariam peccatorum causis procurandis. *Ostende, quam necessarium sit delinquentibus Virginis patrocinium.* n.39.p.316.

CONCIO V.

De Mariæ Natiuitate.

Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Matth.1.

1. Duodecim tribus gestiunt, dum memorant, per Mariam mundo æternam salutem à Domino donatam. *Assere, peccatoris diligentiam necessariam esse ad sanctitatem.* lib.5.sect 2.n.16.p.312.

2. *Iesse autem genuit David Regem.* Fortis David colit Mariam natam, vt Angelorum exercitus sit aduersus dæmones in hominum custodiam. *Innue, virtutum odore dæmones effugari: Angelorum præsidium hominis necessarium.* lib.5.sect. 3. n. 2.p. 317.

3. *David autem genuit Salomonem.* Salomon pace, ac lætitia affluens, signat Mariam nasci, vt prædestinatorum Virgo Mater existat. *Monet Virginitatem fœcunditatis esse parentem.* n.7.p.318.

CONCIO VI.

De Mariæ Natiuitate.

Salomon autem genuit Roboam. Mat.1.

1. *Genuit Roboam.* Roboam asserit Virginem nasci abyssum cum impetu hominum aridam irrigantem. *Innue, diuitias in commune commodum exponendas.* lib.5.sect.3.n.11.p.319.

2. *Roboam autem genuit Abiam.* Abia Deum Patrem signans, docet Mariam ex gratia Primogenitam esse hominibus fratribus subleuandis. *Admone, Primogenitos debere infirmioribus fratribus subuenire.* n.16.p.320.

3. *Abias autem genuit Asa.* Asa enunciat, Mariam natam laborantibus hominibus releuandis. *Innue, quam dura sit sine Deo, & Maria laborum sustenentia.* n.20.ibid.

CONCIO VII.

De Mariæ Natiuitate.

Asa autem genuit Iosaphath. Mat.1.

1. *Genuit Iosaphath.* Iosaphath ducet, Mariam nasci, vt iudicem cœlestem emolliat, homines ex hædis in agnos mutans. *Interim admone, quonam modo à sinistra in dexteram ex eleemosynæ operibus properandum.* lib.5.sect.3.n.25.p.321.

2. *Iosaphath autem genuit Ioram.* Ioram habitator excelsus, profitetur, duce nata Maria, ad patriam æternam progressuros homines; num aliter? *Edoce, quam necessaria sit ad pœnitentiam, Mariæ intercessio.* n.28.p.322.

3. *Ozias autem genuit Ioatham.* Ioatham indicat, Mariam natam, vt suauissimum, efficacissimum medicamen generi humano vulnerato adhiberet. *Adnota, quam plerumque efficacia sint suauia medicamina.* n.34.p.323.

CONCIO VIII.

De Mariæ Natiuitate.

Ioatham autem genuit Achaz. Mat.1.

1. *Genuit Achaz.* Achaz innuit, Mariam cælestem paradisum nasci, cuius visione homines quodammodo beantur, & comprehensores fiunt. *Ostende interim, animum virtutibus ornatum Dei constitui paradisum.* lib.5.sect.3.n.40.p.324.

2. *Iosias autem genuit Iechoniam.* Iechonias præparatio Domini docet, in Mariæ Natalitio quasi præparatam fuisse Filij sanctissimi perfectionem. *Ostende, parentes sancti filij decere sanctitudinem.* lib.5.sect.4.n.2.p.326.

3. *Salathiel*

CONCIO IX.

De Deiparæ Natiuitate.

Zorobabel autem genuit Abiud. Matt. 1.

CONCIO X.

De Mariæ Natiuitate.

Sadoch autem genuit Achin. Mat. 1.

Mariæ Præsentatio.

Maria trimula apud Templi paradisum virtutum fructus exponit in floribus, iam diuini amoris affecta languore. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Cant. 2. Amedæus hom. 1. de laud. Mar. *Qui sunt hi flores, nisi prima in laude eius mysteria*, siue prima in Templi paradiso germinatio? *Mala vero explicat Apostolus dicens: Fructus spiritus sunt charitas, gaudium, pax, &c.* Gal. 5. stipatur Maria malis, enim fit, quod scriptum est: date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. Prou. 31. in portis ab operibus collaudatur Puellula, cum vix orbem ingreditur, & iam contemplationis, & actionis opera exponit augustissima. *Sed quia de veris floribus,* (adiicit Pater) *& sempiterno fructu iustitiæ Maria sermo se tulit, necesse est, vt adiuti dono spiritus eosdem flores, & fructus exequamur.* An non eiusdem Mariæ Puellulæ intercessione?

CONCIO I.

De Mariæ Præsentatione.

Loquente Iesu ad turbas. Luc. 11.

CONCIO II.

De Mariæ Præsentatione.

Beatus venter, qui te portauit. Luc. 11.

CONCIO III.

De Mariæ Præsentatione.

Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud Luc. 11.

Sanctitas Virginis hisce è verbis innuitur, celebratur. Maria equidem in Templum adducitur Templum augustius: Sancto Sanctorum sistitur Sancto Sanctorum eleuatior. lib. 6. sect. 1. n. 24. p. 344.

1. Templum Maria Ierosolymitano Templo receptum. n. 25. ibid.

2. Maria Sancta Sanctorũ cunctos Diuos vincens sanctitate. n. 33. p. 345. Innue, charitatis affectu posse nos Diuorum merita, nostra efficere.

CONCIO IV.

De Mariæ Præsentatione.

Beatus venter qui te portauit. Luc. 11.

1. *Qui te portauit.* Venter Mariæ virgineus portans Christum, simul portat virgines Iesu sponsas. Filia Dei Maria apud Delubrum virginum Mater ostentatur. *Innue virginitatem, Dei, Angelorum, ac hominum esse parentem.* lib. 6. sect. 2. n. 38. p. 346.

2. Maria infans sine exemplo prima vouens virginitatem, Virginum Magistra. *Explica, speciale aut præmium, aut supplicium virtutis, aut vitij inuentoribus respondere.* n. 44. p. 346.

3. *Beati qui audiunt verbum Dei, &c.* Beata Maria prædicatur, ante quam Domino vbera exhibeat nutriendo. *Admone, iustos sanctitate ad vberiora munera praeparari.* n. 50. p. 347.

CONCIO V.

De Mariæ Præsentatione.

Beati, qui audiunt verbum Dei. Luc. 11.

Beati, qui audiunt. Independenter à Maternitate Maria in Templo audiens verbum, & custodiens illud beatissima prædicatur.

1. Maria beata appellanda, priusquam Mater efficitur, quia eius virginitas semper Deum incolam sortita est. Vnde si beata ventre concipiens beata planè concipiens & mente. *Ostende, castitatis gloriam, infernum impudicitiæ.* lib. 6. sect. 2. n. 55. p. 348.

2. Vt Mariæ virginitas esset paradisus, eam omnino abstraxit à terra Angelico cibo educandam. *Adnota, virginitatem in solitudine conseruandam esse.* n. 61. p. 349.

CONCIO VI.

De Mariæ Præsentatione.

Beati, qui audiunt verbum Dei. Luc. 11.

1. *Qui audiunt.* Dei verbum Maria audiuit, & apud Templi adyta sese in Domini præparauit sponsam. *Edoce, virgines (eas præcipue, quæ Monasterio dedicandæ sunt) decore in adytis commorationem.* lib. 6. sect. 3. n. 6. p. 351.

2. Maria Templo clausa, totæ exædificationi à cunabulis iecit fundamina. *Admone sæmus ac præcipue, virtutis repente exorta minime credendum.* n. 11. p. 352.

3. Hostes Maria à cunabulis apud Templi adyta debellauit. *Exprime, apud infantiam superandas esse passiones, vt perfecta victoria comparari valeat.* n. 16.

CONCIO VII.

De Mariæ Præsentatione.

Beati, qui audiunt verbum Dei. Luc. 11.

1. *Audiunt verbum.* Audiuit Maria. *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.* Psalm. 44. Et vt gratissimum Deo offerret holocaustum, à parentibus separatur. *Admone, gratissimum Deo, filios, relictis parentibus, ad claustra confugere.* lib. 6. sect. 3. n. 22. p. 354.

2. *Beati, qui audiunt.* Maria antequam Christum conciperet, sanctitate fulgens ostentatur. Educandarum iuuencularum normam expone. n. 27. p. 355.

3. *Qui audiunt verbum.* Maria apud Templum orationi intenta verbum audiebat, quod actioni studens, exequebatur. *Contemplationis, & actionis copulandæ exhibe documenta.* n. 33. p. 356.

CONCIO VIII.

De Mariæ Præsentatione.

Beati, qui audiunt verbum Dei. Luc 11.

1. *Qui audiunt.* Maria apud Templum misericordiæ in egenos oliua fructibus virtutum ornata, orationis vigilantia custodiens puritatem. *Ostende, eleemosyna domo Deum excipi: in Monasterio virtutes augeri, continuo rigu: castimoniam que orationis exercitiis conseruari.* lib. 6. sect. 3. n. 40. p. 357.

2. *Qui audiunt.* Parentes Virginis verbum Dei audiunt & custodiunt: dum vota emissa, de adducenda ad Templum puella, adimplent. *Innue, ex votorum impletione homines quasi in Deos conuerti.* n. 47. p. 358.

3. *Qui audiunt.* Scalam Mariam gradus quindecim scandentem sequamur. Hæc enim via, hic ducatus necessarius nobis ad ascensum. *Hinc necessitatem Mariani obsequi ostende.* n. 52. p. 359.

Deiparæ Annunciatio.

QVis queat Verbi incarnati mysteria discutere, nisi Virginis, quam Archangelus gratia plenam affirmat, auxilio lingua in modulos exeratur. Et quis audeat cælestia arcana vestigare, nisi prius Deiparæ eorem auxiliatricem curet adire. Amedæus hom. de Deip. laud. apposite. *Omnis rationabilis anima inuestigans cæli secreta mysteria, inuenit illam in mulieribus benedictam, illam plenam gratia, quæ Deum genuit. Hæc Virgo beata omni luce clarior, omni suauitate gratior, omnique potentatu sublimior totum mundum illuminat. Gloriosis ergo meritis eius introducat nos Rex in cubiculum suum, & referet nobis arcana secretorum, pandat nobis gaudia genitricis suæ.*

CONCIO I.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus Gabriel. Luc. 1.

Angeli nuncij explica elogia, ad Deiparæ gloriam obiiciendam.

1. *Missus est Gabriel.* Principi Gabrieli præscribit Deus quidquid Mariæ prolocuturus est à Deo solo digne laudandæ. *Innue, concionatores terrenis affectibus exuendos, ad Diuorum magnalia celebranda.* lib. 7. sect. 1. n. 12. p. 364.

2 *Gabriel.* Principi Gabrieli apposité Incarnationis committitur arcanum. Edoce interim, Regiam esse secreti obseruationem. numer. 16. pag. 365.

3. *Gabriel.* Dei fortitudo Gabriel Mariam fulcit, vt Deum valeat sustinere. *Adnota, Deum spirituali ex ædificationi adhibendum, ne pondere corruat beneficiorum.* n. 20. p. 365.

CONCIO II.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus. Luc. 1.

Virginitatis Deiparæ gloriam speciatim annuncia.

1. *Ad Virginem.* Lætus Angelus ad Virginem humanæ salutis perficiendæ anxiam aduenrauit. Edoce custodum Angelorum solicitudinem circa salutem nostram venerari. libr. 7. sect. 1. n. 24. p. 366.

2. *Ad Virginem desponsatam.* Virgo nuptias honorat, sed amplius commendat virginitatem. Ostende, virginalem, seu cælibem statum coniugali esse præferendum n. 44. p. 369.

3. *Ad Virginem.* Mariæ virginitas digna Deo. *Prædica, virginitatem Deitati affinem esse.* n. 48. p. 369.

CONCIO III.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus. Luc. 1.

1. *Ad Virginem.* Virginitatis Deiparæ Martyrium prædica. *Ostendens, virginitatem diuturnam gloriam Martyrij æmulari.* lib. 7 sect. 1. n. 54. p. 370.

2. *Ad Virginem.* Virginitas Mariæ pulchri Adolescentis deterretur obiectu. *Innue, virgines pauore afficiendas in virorum conspectu.* n. 58. p. 371.

3. *Ad Virginem.* Tam firmum virginale propositum Mariæ, vt eligeret Dei Mater non esse, si virginitas posset ex fœtu violari. *Ostende, ad virginitatis, seu castitatis conseruationem, lapideum futurum esse propositum.* n. 61. p. 371.

CONCIO IV.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus. Luc. 1.

Galilæam, ac Nazareth laudibus effer, ad Deiparæ gloriam.

1. *In ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.* Galilææ, ac Nazareth circa elogia Virginis circunstantiæ. Maria in ciuitate habitat, vbi fideles pacis vinculo colligantur. *Hinc, quæso, Societatis Iesu Congregationes, seu sodalitia commenda.* lib. 7. sect. 1. n. 29. p. 367.

2. Nazaræus Christus ex virga Mariana flos. *Hinc humilitatis celsitudo præsentetur.* n. 33. p. 367.

3. Apud sacram Nazareth Virgo solummodo cum Angelo sermonem instituit *Age de reuerentia Marianis exhibenda delubris.* num 37. p. 368.

4. Deipara à Iudæa in Gentilitatem Euangelium adduxit. *Exprime, Hispaniam fidelem ex Maria intercessione.* n. 40. p. 368.

CONCIO V.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus. Luc. 1.

Cur è Virgine desponsata Christus exoritur? lib. 7. sect. 1. n 63. p. 372.

1. *Ad Virginem desponsatam.* Desponsatur Maria, vt matrimonij quodam augusto commodo frueretur. *Ostende hinc, quam aptum sit coniugium ad legis obseruationem.* n. 66. p. 372.

2. *Desponsatam.* Nubit Deipara, vt Principem fallat mundialem. *Virorum ad fæminarum domos ingressus taxantur.* n. 81. ibid.

3. *Desponsatam.* Maria vxor à Ioseph ducitur; vt virginitas humilitati agglutinaretur. *Expone, castitatis munimen humilitatem esse.* numer. 75. pag. 373.

4. *Desponsatam.* Maria matrimonio illigatur, vt Iesus sit Filius coniugij sancti præmium. Filios enim probos coniuges à Deo accipiunt coniugalis fructum sufferentiæ. n. 78. p. 374.

CONCIO VI.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus.Luc.1.

CONCIO VII.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus.Luc.1.

CONCIO VIII.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus Luc.1.

CONCIO IX.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus .Luc.1.

CONCIO X.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus.Luc.1.

CONCIO XI.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus.Luc.1.

CONCIO

CONCIO XVIII.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus.Luc.1.

1.*Spiritus sanctus superveniet in te.* Maria iam sanctissima, Spiritus sancti noua effusione ad Domini receptionem præparatur. *Sacerdotes tacent, qui non sese quotidie speciali præparatione ad corporis Dominici receptionem exornant.* lib. 7.sect. 3.n.88.p.411.

2. *Superueniet in te.* Soper plenam Virginem Spiritus sanctus quasi immensâ adbuc confinxit capacitatem implendam. *Edoceantur auditores,de Virgine altissima sapere.*n.90 p.412.

3.*Et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Tam magna Deipara,vt sola Altissimi virtus eam potuerit obumbrare .*Innue,ad muneris celsitudinem pertinere,quod accipientis aciem non præstringat.* n. 94. p.413.

CONCIO XIX.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus.Luc.1.

1.*Et ecce Elisabeth cognata tua,&c.*Mariæ conceptus Elisabethę nunciatur,ne à consiliis Regis in vniuersi vtilitatem Virgo putaretur aliena. *Exprime,specialia beneficia domesticis impendenda.* lib.7.sect.3.n.97.p.413.

2. *Ecce Elisabeth.* Reuelatur Mariæ Elisabeth fœcunditas,vt mox cogitet de obsequio cognatæ impendendo. *Innue cogitationem, seu præmeditationem grauibus negotiis præmittendam.* n.101.p. 414.

3. *Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Non dixit omne factum,sed omne verbum;vt ostendat,Deo, & Mariæ idem esse facere,quod loqui.*Edoce,Deificum esse,circa Dei obsequium,potius factis vti, quam verbis.* numer.104. pag.415.

CONCIO XX.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus.Luc.1.

1.*Ecce ancilla Domini.* Mira Mariæ humilitas, mundo edidit Saluatorem e cęlis abstractum.*Innue,Deum ob hominis superbiam,recedentem à nobis, ob humilitatem reduc*.libr.7.sect. 3.numer.107. p.415.

2.*Ecce ancilla Domini.* Celsitudo Marianæ humilitatis ostendatur. *Adnota,nouissimum,ac supremum locum nunquam non copulari.*n.115.p. 417.

3.*Fiat mihi.*Matris obedientiam Christus illustrat, dum sibi eam obiicit aduocatam apud Patrem. *Ostende,obedientiam virtutum existere ornamentum.*n.122.p.418.

CONCIO XXI.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus.Luc.1.

1.*Fiat mihi.*Deus humanitate induendus,Virginis consensum expectauit ; & noluit sumere carnem,nisi dante ipsa.*Explica,quanti Deus æstimet hominis offerentis voluntatem.* libr.7. sect.3. n. 126.p.418.

2. *Fiat mihi.* Consensus Virginis præstantia, ac valor expendatur. *Innaturque,à Deo præmium & verbis, & operibus iustorum ineffabile præparari.* n.135.p.420.

3.*Fiat mihi.* Verbum fiat precum loco profudit Deipara, vt tantum beneficium impetraret. *Exprime orationis exercitamenta ad salutem conferre.*n.141 .p.421.

CONCIO XXII.

De Mariæ Annunciatione.

Missus est Angelus.Luc.1.

Incarnationis die vineam Domini Deiparam ostende,si tulerit occasio,vt dies Annunciationis sexta illa feria celebretur : vt dicenti mihi in Salmanticensi collegio celebrante Virginis sodalitij solemnia iam contigit.libro 7.sect. 3. num. 145. p.421.

1. Vinea Maria ineffabiliter crescit, perficitur; vti bottum Christum proferat. *Innue,filios parentibus assimilari.*n.146.p.422.

2. Vinea Maria pene immensæ misericordiæ lac pro vino reddit.*Adnota,virtutes ex obsequio in Virginem sumere incrementa.*n.151. ibid.

3. Mariana vitis fulcro increato nitens, nunquam terra fuit prostrata.*Admone,alumnos Virginis eius fœcundam Maternitatem imitari.* n. 155. p.423.

4 Celsitudo huiusce vitis ex humilitate. *Delos Maria alumnos excita ad humilem submissionem.*n.160.p.424.

Deiparæ Visitatio.

Maria Deum vtero excipiens,in montana cum festinatione ascendit. Et quomodo posset Deo plena Ioannem vacuum non replere. Amedæus hom.8.de laud.Virg.*Igitur,ait,cæli reginam, Matrem vitæ,fontem misericordiæ,deliciis affluentem, & innitentem super dilectum suum,*que in vtero gestat, *sedulo celebremus officio,& laude licet impari prædicemus.Feramus animos in sublime,intuentes diligentissime,quod virga elegantissima orta de radice Iesse, ramorum suorum mirabili extensione sese expandit, vt filium Adæ*(Ioannem)*ab æstu,à turbine,& à pluuia vmbra desiderabili protegeret,fructuque saluberrimo aleret esurientem.*

præcelso

CONCIO VII.

De Mariæ Visitatione.

Exsurgens Maria. Luc.1.

Deiparæ Expectatio.

Expectans anxia clamabat Ecclesia. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera Matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam nemo me despiciat.* Cant.8. sic expendit Amedæus hom. 1. de laud. Virg. *Inueniam te foris in luce, qui es secretum Patris, inueniam te sponsum procedentem de thalamo. Et deosculer vnita tibi, in perceptione carnis tuæ, & sanguinis: & iam non simus duo, sed vna caro. Et iam nemo me despiciat. Non Deus Pater, videns proprium Filium incarnatum. Non Angelus Sanctus adorat Deum hominem factum. Non superbus dæmon, delens à Christo, se superatum.* Profecto expectatio hæc Ecclesiæ vnius Virginis pietate innititur, quæ quidem sola vtero continet Saluatorem. Adiicit Pater. *Hinc sola Virgo meruit suscipere, sola parere, sola lactare in votis & ardenti prestolatione deprecantis Ecclesiæ.* Ergo è sola Maria expiendus sponsus. Quam certa spes Ecclesiæ, si virginitas communitati thesaurum exponet.

CONCIO I.

De Mariæ Expectatione.

Missus est Angelus. Luc.1.

Missus Angelus vt à Virgine consensum exquireret ad Verbi incarnationem, e cuius ortu hominum salus.

CONCIO II.

De Mariæ Expectatione.

Missus est Angelus. Luc.1.

CONCIO III.

De Mariæ Expectatione.

Missus est Angelus. Luc.1.

CONCIO IV.

De Mariæ Expectatione.

Missus est Angelus. Luc.1.

CONCIO V.

De Mariæ Expectatione.

Missus est Angelus Luc.1.

CONCIO VI.

De Mariæ Expectatione.

Missus est Angelus .Luc.1.

CONCIO VII.

De Mariæ Expectatione.

*Missus est Angelus.*Luc.1.

Deiparentis Purificatio.

CONCIO I.

De Mariæ Purificatione.

*Postquam consummati sunt dies purgationis Mariæ.*Luc.2.

CONCIO II.

De Mariæ Purificatione.

*Postquam consummati sunt.*Luc.2.

2. Maria

CONCIO III.

De Mariæ Purificatione.

Postquam consummati sunt dies, &c. Luc. 2.

CONCIO IV.

De Mariæ Purificatione.

Postquam consummati sunt dies. Luc. 2.

CONCIO V.

De Mariæ Purificatione.

Postquam consummati sunt dies. Luc. 2.

CONCIO VI.

De Mariæ Purificatione.

Postquam consummati sunt dies. Luc. 2.

CONCIO VII.

De Mariæ Purificatione.

Postquam consummati sunt dies. Luc. 2.

CONCIO VIII.

De Mariæ Purificatione.

Postquam consummati sunt dies. Luc. 2.

Deiparæ Dedicatio ad niues.

Miraculosa ex niuis pulchritudine dedicatio Templi Deiparam exprimit Dei Templū virginitate niueum, fante Ildephonso ser. de Assumpt. *Maria est Dei Templum, in quo verus Deus versatur non in figura, vel anygmate; sed in veritate, reconditus in niueo vtero Virginis.* An non Templum orationis domus? Certe Virgo non solum orationis domus, sed ipsa pro hominibus exoratio. Germanus. *Potens est auxil um Virginis ad salutem, & non indiget intercessore.* Templum materiale est domus orationis, sed intercessione orantis indiget, vt exoratio eis fit. At Maria Templum est, ac simul Virgo exorans; vnde intercessore orante non indiget.

CONCIO III.

De Mariæ Dedicatione.

Extollens vocem, &c. Luc. 11.

CONCIO IV.

De Mariæ Dedicatione.

Extollens vocem. Luc. 11.

CONCIO V.

De Mariæ Dedicatione.

Extollens vocem. Luc. 11.

CONCIO VI.

De Mariæ Dedicatione.

Extollens vocem. Luc. 11.

CONCIO VII.

De Mariæ Dedicatione.

Extollens vocem. Luc. 11.

Deiparæ Assumptio.

Christi excitantis Mariam dormientem vox illa: *Surge propera, amica mea & veni, &c.* Cant. 2. Omnimodam enim puritatem Deiparæ omnimodæ gloriæ decebat ornatus. Si tota pulchra sine macula, quomodo non tota daretur illicò beatitudini? Audi Amedæum hom. 7. de laud. Virg. *Dominus assistens egressæ de corpore, ita prædicat laudes eius: Tota pulchra es, ô Mater mea, & macula non est in te. Tota pulchra in cogitatu, in verbo, in actu: pulchra ab ortu in finem. Surge ergo immaculata mea, & veni. Iam hyems transijt absentia mea, imber lacrymarum tuarum abiit, & redeunte sole, flores Angelici apparuerunt tibi. Vox tua ô turtur castissima, audita est, tempus Assumptionis aduenit.*

CONCIO I.

De Mariæ Assumptione.

Intrauit Iesus in quoddam Castellum. Luc. 10.

CONCIO II.

De Mariæ Assumptione.

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Luc. 10.

CONCIO III.

De Mariæ Assumptione.

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Luc. 10.

CONCIO IV.

De Mariæ Assumptione.

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Luc. 10.

CONCIO V.

De Mariæ Assumptione.

Intrauit Iesus in quoddam castellum.

Luc. 10.

CONCIO VI.

De Mariæ Assumptione.

Intrauit Iesus in quoddam castellum.

Luc. 10.

CONCIO VII.

De Mariæ Assumprione.

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Luc. 10.

CONCIO VIII.

De Mariæ Assumptione.

Intrauit Iesus in quoddam Castellum.

Luc. 10.

datum, vt sibi eligeret gloriæ thronum, quam operibus impleret. Vnde arguitur, ad Deificum quodammodo verticem fuisse eleuatam. *Innue, ex operibus posse nos thronum gloriæ eligere*. lib. 12. sect. 3. n. 12. p. 554.

2. *Optimam partem elegit*. Tam ineffabili gloriæ parte hodie Maria donatur, vt tota videatur gloria ornata: imò ipsius Dei, ac Beatorum gloria esse. *Mone, virtutum aspectu homines laetificari. Num gloria virtutes* n. 22. p. 555.

CONCIO IX.

De Mariæ Assumptione.

Intrauit Iesus in quoddam castellum.
Luc. 10.

1. *Maria optimam partem elegit*. Assumpti corporis Deiparæ gloriam recense. *Inuenis, ex puri corporis obiectu Deum pacari, vt corporibus parcat immundis*. lib. 12. sect. 3. n. 28. p. 556.

2. *Optimam partem elegit*. Optima hodie pars Mariæ contigit, dum elargitioni bonorum præficitur. Partem enim gloriæ reputat, miseris succurrere. *Adnota, nos minimè amittere, quod proximo egenti impendimus*. n. 38. p. 558.

CONCIO X.

De Mariæ Assumptione.

Intrauit Iesus in quoddam castellum.
Luc. 10.

Mariæ assumptæ intercessionem laudibus euncia.

1. *Optimam partem elegit sibi Maria*. Nobis dixeris aptè. Virgo enim è Regno Filij elegit sibi misericordiæ parti præfici, vt peccatoribus succurrere cælicola valeat. *Innuatur, Principem necessariò munificentia ornari*. li. 12. sect. 3. n. 43. p. 558.

2. Sollicitudinem, quam Maria assumpta præsefert (vera Martha) circa hominum salutem confirma. *Admoneas, peccatores, quorum causa geritur, simul sollicitos esse oportere; ne nimium Diuorum intercessioni credatur*. n. 51. p. 559.

3. Quasi omnipotens vti Deus Deipara assumpta, ad partem Regni, seu misericordiam administrandam. *Moneantur filij, parentum præceptis subiacere*. n. 60. p. 562.

Ad Conciones vespertinas.

PRæter sex conciones, quas de Maria figurata expressi, & ad marginem adnotaui, totam Deiparæ Historiã ea serie, qua sæpe ex suggestu expressi habes Paraphrasis loco lib. 1. 2. & 3. Tuum erit in sex Conciones intersecare narrationem, è laudibus Deiparæ argumenta eliciendo ad morum compositionem, quæ quidem index rerum vbertim suppeditabit. Sin autem non dedignare, meos modulos imitari: sic Historiam in sex conciones diuisi, sic argumenta moralia exposui.

Historiæ Deiparæ.

CONCIO I.

Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.
Psal. 86.

DAuid totam Marianæ historiæ constitutionem hoc Psalmo concelebrat. Richa. Laur. lib. 11. de laud. Mar. *Maria est illa ciuitas, de qua in Psalmo. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Hæc gloriosa sunt, quod eam à Ioachimo & Anna generatam beatam dicunt omnes generationes*. Vix enim concipitur, & exoritur, cum redundans hominibus eius precibus gratia profertur. Salut.

Genealogia Mariæ exprimitur. Parentum virtus rutilat, sterilitas exponitur. Apud Templum orãtes à Sacerdote ablegantur, ad Montana confugiunt. Ioachimo in monte oranti, Annæq; in horto precanti Angelus promittit Mariæ natalitium. Concipitur, nascitur, expressis miris sabbatici fluminis, fontis olei, &c. Trimula puellula ad Templum adducitur. *Lege Paraphrasis lib. 1. de Maria innupta totam seriem vsque ad Mariæ in Templo habitationem ascensum.* Histor.

1. Ad Deiparæ præconium spectat Regia exornari nobilitate. Apta quidem ad augustissima Clauf.
quæque spiritualia. lib. 1. sect. 1. n. 13. p. 9.

2. Mariæ nomen laudibus efferatur, è quo tanta peccatoribus commoda. Amarissimum pelagus in Filij passione. Omnium gratiarum mare. Omnium creaturarum Domina. Stella maris. Humilis & excelsa. Illuminatrix nostra. Cuncta hæc argumenta moribus aptata habes libr. 1. sect. 3. tota. p. 31. & seqq.

3. Iuxta probaticam Piscinam nascitur Maria futura hominum Piscina ægrotantium. *Vbi carpuntur, qui consulto peccatis addicti sunt spe Marianæ protectionis*. lib. 1. sect. 5. n. 39. p. 66.

4. Angelorum custodiæ Virginis assignatorum satellitium illustra. *Vnde asseras, bonorum operum munitionem Angelorum custodia addendam, ad omnimodam animi securitatem*. n. 52. p. 69.

5. Annæ vberibus Virgo potata. *Oportet enim, filios materno lacte nutriri*, n. 56. ibid.

CONCIO II.

Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.
Psal. 86.

Isidorus, *Ciuitas est concors hominum multitudo societatis vinculo adunata*. Rich. Laur. lib. 11. *Maria dicitur quasi ciuium vnitas. Ciues huius ciuitatis Mariæ puellæ* (in Templo degentis) *sanctæ cogitationes, deuota affectiones, feruentia desideria, quæ omnia tendebant ad illud vnum, quod est necessarium*. Profectò Martha Mariæ erat vnita, quia contẽplationem puellulæ actio sequebatur. *Regebantur ciues isti consilio Spiritus sancti, quia ciues consilio sunt regendi*. Hoc consilium puellulæ Mariæ precibus impetrare satagire. Salut. 1

Apud Templum puellula commoratur omnium fœminarum speculum. Contemplationi addicitur, manuum exercitamentis nauat operam. Ab Angelis cibo cælesti nutritur. Parentum claudit oculos. Ad delubrum redit, votum virginitatis

nitatis prima emittit. De nuptiis agitur. Traditur puella Iosepho. Discedente viro vsque ad tempus celebrandis nuptiis deputatum, concipit è Spiritu sancto Deiparens, inuisit cognatam, reuersaque à sponso redeunte inuenitur h bens de Spiritu sancto. Cuncta habes Parapbrasi lib. 1. post medium, & initio Paraphr sis lib. 2.

Clauf. Sese Maria Templo dedit. Speculum ab omnibus virginibus adspiciendum, dum aliæ fœminæ specula materialia offerunt. *Ostende fœminas projectioni vacantes arma deccre, non speculo.* lib. 1. sect. 5. n. 60. p. 70.

2. Puellæ Mariæ ab Angelo oittitæ priuilegium pondera. *Innuens, communicatione ... nutre in opem satiari. Dum fidelis spirituali cibo reficitur à Domino, inops temporario reficiatur.* lib. 1. sect. 6. n. 45. p. 77.

3. Mariam signiferam omnium virginum puritatis voto alligatorum illu tra. *Colligens, quodcumque virtutis magisterium apud Deum esse augustissimum, sicut pessimum vitij exemplar.* numer 75. p. 82.

4. D. Iosephi sponsi Virginis senecta illustretur. *Interim proferatur, inuenta virtutum canis ornanda documentum.* lib. 2. sect. 1. n. 7. p. 101.

5. Fabrilis Iosephi ars honorabilis commendetur. *Vnde honesta paupertatis gloria exponatur, in solatium artificum.* n. 43. ibid.

CONCIO III.

Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Psal. 86.

Salut. Quid gloriosum proferrur? David Christum præuidit Deiparentis fundamen futurum, & ex improuisò clamauit. *Fundamenta eius in montibus, sanctis.* Richardus Lauren. lib. 11. *Ecce ego mittam (ait Pater fundator) in fundamentis Sion lapidem angularem, id est, Christum. Erat enim ciuitas Maria fundata supra firmam petram, quæ est, Christus.* Quonammodo Christus vt fundamen apponitur Mariæ, si fundamen conceptio est? Quia Christum paritura, in Cooceptione quodammodo ei vti fundamen apponitur. Mariæ Conceptio ipse Christus est. O prodigium! *Propheta* (addit ille) *prauidens excellentiam huius ciuitatis Maria quasi vehementer admiraas gloriam eius, ex improuiso prosilit in hæc verba: Fundamenta eius in montibus sanctis.* Maternitatis ergo Marianæ gloriam expressuri, eandem Deiparam præcenur.

Histor. Iosephi præcordia fœtus sacri perturbat aspectus, æquore pacato celebrantur nuptiæ, Virgo emittitur in Bethlehemo, mysterius adest, Purificationi dat studium. Absconditur Agnus à lupo. Zacharias occiditur virginitatis Marianæ assertor, nauigio se committit Dei familia properans ad Ægyptum. Cuncta hæc exprimit Paraphrasis lib. 2.

Clauf. 1. Iosephi timor Virginis gloriam manifestat. *Ostende, homines iustos iust stati, sen perfectissimos à tribulatione reddi.* lib. 2. sect. 4. n. 28. p. 144.

2. Partum Mariæ absque dolore celebra. *Ostendens dolorem si qui voluptatem.* lib. 2. sect. 5. n. 30 p. 151.

3. Plusquam Martyrem ex Simeonis gladio Mariam ostende. *Afferens, assiduam laborum sustinentiam Martyrium augustum imitari.* lib. 2. sect. 6. n. 21. p. 167.

4. Ex Iesu ac Mariæ identitate hæc Martyr asseratur. *Colligo, filios martyrizare. Vnde matres virtus eius ornari debent, in filiorum commendationem.* n. 35. p. 70.

5. Martyrium Mariæ horribile prorsus vberius illustra. *Vnde ostendas diligentem in dilectum afframari.* n. 50 p. 172.

CONCIO IV.

Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Psal. 86.

Salut. Marianæ ciuitatis illud gloriosum prædico, quod non solum Israelitici populi incolas suos ciues admittat; sed & ad Barbaras affecta exilio purgat Regiones Ægypti accolas ad Iesum reductura. *Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Æthyopum hi fuerunt illic.* Richardus Laur. 11. *Commendatur ciuitas Maria a ciuium multitudine, qui cum prius illis Babylonis, per eam fiunt filij Ierusalem. Vnde sequitur. Ecce a lenigena, &c.* Remigius apposite, *Ecce alienigena, id est, alieni prius à Deo, Maria auxiliatrice, recipiunt Regnum calorum.*

Histor. Exilio addita Virgo laborum traditur sustinentiæ. Infantium Bethleemiticorum decantatur strages. Ægyptum adit Deipara, ab Aphrodisio excipitur, concidunt idolorum statuæ, mira perficiuntur. Apud Matiream commorantur, reuertuntur ad Patriam, Iesus amittitur infans, inuenitur, Iosephus occumbit, Indicat cuncta lib. 2. Paraphrasis.

Clauf. Exilij Mariæ, ac Iosephi gloria. *Vnde mancipia Virginis edoceantur, cuncta bona per Mariæ manus homini bus è Iesu manu deriuari.* lib. . sect. 7. n. 27. p. 180.

2. Deus per Mariam Iosephumque est inocnieodus. *Ostendas, Iesum solum modo a requirentibus inueniri, non ab otio torpentibus.* n. 34. p. 181

3. Subiectio Iesu Mariæ & Iosepho, mirum in modum eorum dignitatem manifestat. *Mone, filios parentib. sub eci debere, præ pue sanctitate decoratos.* n. 37. p. 182.

4. Ex subiectione Iesu ad Virginem, Mariani Regni gloriam expone lib. 2. sect. 5. n. 89 p. 161. Regni Mariani tituli. n. 92. ibid. De Mariani Regni ditione. n. 99. p. 162.

CONCIO V.

Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Psal. 86.

Deiparæ pietas vtrique diffunditur, quæ in nuptiis Chanæ exorta prædicatur Vnde Richardus Laur. lib. 11. *Commendatur ciuitas Maria ab vtilitate, quæ consistit plus in conuersione peccatorum (quam in aqua in vinum conuersione) & in collatione gratiarum. Ideo sequitur, memor ero Rahab, & Babylonis scientium me. Per Rahab enim meretricem intelliguntur anima more meretricio voluptatibus seruiens, & vitiis prostituta, & per Babylonem, illi, qui in confusione malorum primo positi, operibus se probant ciues æterna confusionis. Memor, inquam, ero illorum, si confundantur bona confusione, & ad sinum Matris misericordia toto corde confugiant, qua est ciuitas refugij.*

Histor. Apud Chana aquæ in merum impetrat conuersionem

uersionem, Christum sequitur vsque ad patibulum, sepulchro tradit, excipit exsurgentem, ascendentem aspectat, Ierosolymam miraculis solatur, pergit in Asiam, in Antiochiam, Apostolorum Magistra, fidelium Mater, mediatrix peccatorum. Cæsaraugustæ relinquit sacerrimæ suæ præsentiæ monumenta. Exponit omnia hæc Paraphrasis lib. 3.

Clauf. 1. Ex nuptiis Canæ Deiparæ munificentissimam misericordiam laudibus effert. *Colligens, nobis sæpè delinquentibus misericordiam Mariæ, quæ in fontis morem non exhauritur, esse necessariam.* lib. 3. sect. 1. n. 40. & 51. p. 197. & 199.

2. Fidelium Maria, peccatorum licet, Mater à Domino assignatur. *Adnota, virginitatem speciali Virginis curæ addictam.* lib. 3. sect. 3. n. 34. pag. 117. *secundò.*

3. Ex Iacobi precibus necessitas Marianæ inuocationis ostendatur. Innuaturque Rosarij vis aduersus inuisibiles animi hostes. lib. 3. sect. 6. n. 8. p. 145. *secundò.*

4. Cæsaraugustanorum, seu Hispanorum ex Virginis apparitione salus. Monej, Sanctos excitandos non esse precibus indignis, id est, ad animi salutem non spectantibus. numer. 19. p. 146. *secundò.*

5. Verum Hispaniæ erga Virginem studium est, eius virtutum imitatio. *Diuos enim honorant non vacua precula, sed eorum facinorum imitat. o.* obser. 5. p. 148. *secundò.*

CONCIO VI.

Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Psal. 86.

Salut. Ciuitas Maria ad cælos transfertur, vt à cælis ad lacrymarum vallem reuertatur effecta iam cælestis Ierosolyma, vidente Ioanne. *Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo nouam.* Apoc. 21. Vt scilicet ciues terricolas possit gloria replere. Apposite Dauid, *sicut lætantium omnium habitatio est in te.* Richardus Laur. lib. 11. *Commendatur ciuitas Maria ab inhabitantium continua exultatione. Vnde sequitur, sicut lætantium, &c. O Ierusalem Maria in cælo collocata, omnes, qui habitant in te, iucundi sunt, & lætantes. In fortissima enim munitione habitant homines securi, & læti.*

Monasterij Sion Deiparens commodis, ac profectibus spiritualibus studium impendit, petit assumi in Patriam, Angelus palmam tradit obituræ, Apostoli dispersi in Sion, miro excitato, congregantur. Obit Virgo, Iudæum sacerrimi cadaueris pompæ conuertit, vitali adhuc Mariæ cadauere Sepulchro traditur, aduenranteque serius Thoma vacuum reperitur, translata ad superos Dei genitrice. Quæ quidem vicarium præsentiæ suæ pissimum reliquit hominibus filiis Testamentum. Paraphrasis lib. 3. omnia exprimit. *Histor.*

1. Vitalis Mariæ mortis elogia recense. *Edocens, mortis incorruptibilitatem sæpe virginitatis integritati respondere.* lib. 3. sect. 7. n. 45. p. 157. *secundò.* *Clauf.*

2. Testamento Deipara specialissimum iustis legat affectum. *Innuens, iustos semper esse iniustis preferendos seu ad præmium, seu ad regimen.* n. 61. p. 159. *secundò.*

3. Testamento Maria legat peccatoribus se nunquam ab illis recessuram. *Monemur, salutis ex obsequio Virginis facilem esse viam.* num. 70. p. 161.

4. Primam conditionem ad legati huius validitatem confirma: scilicet si peccator nunquam à Deiparæ obsequio recesserit. *Adnota, Diuis vsque ad obitum obsequia à peccatoribus libanda.* n. 77. p. 162. *secundò.*

5. Secundam conditionem, ad legati huius validitatem illustra: videlicet si peccator Virgini præstet obsequium non eo prætextu, vt illa ad crimina indulgeat protectionem; sed vt ad pœnitentiam impendat auxilium. *Edocemur, non Diuis inseruire, vt delictis illigemur impunè; sed vt à delictis recedamus.* n. 82. p. 163. *secundò.*

INDEX



INDEX
RERVM PRÆCIPVARVM, QVÆ IN HOC TERTIO VOLVMINE CONTINENTVR.

In hoc indice vox illa secundò *post numerum paginæ additur, quia primus centenarius à 101. ad 199. circa ordinem paginarum huius voluminis duplicatur.*

Annunciatio Mariæ. I.

Nuncius ad Virginem.

Annunciatio II.

Salutatio Angelica.

Annunciatio. III.

Prudens Mariæ consensus.

Aptitudo.

Artifex.

Assumptio Mariæ. I.

Vtriusque sororis ministerium.

Iesus

Assumptio. II.

Marthæ querimonia.

Assumptio III.

Pars Mariæ optima.

Astutia.

Attentio.

Auditor.

Aue.

Auxilium.

Iacob

Conceptio III.

Libri Dominicæ generationis secundus Tractatus.

Conceptio IV.

Tertius libri generationis Iesu tractatus.

Conceptio V.

Libri generationis Jesu tractatus quartus.

Dedicatio Mariæ ad Niues. I.

Virgineæ laudes.

Dedicatio ad Niues. II.

Mariæ vterus.

Dedicatio ad Niues. III.

Virginis vbera.

Dedicatio ad Niues. IV.

Niuea eius Basilica.

Delictum.

Delinquens.

Deuotio.

Deus.

Diabolus.

Expectatio Mariæ I.

Virgo omnium spes.

Expectatio II.

Nostra expectatio ob salutationem Angelicam.

Expectatio III.

Virginis consensus.

Exultatio.

F

Festum.

Fides.

Filia.

Filius.

Fœcunditas.

Fœditas.

Fœmina.

Infantia Mariæ.

L

Labor.

Non

Natiuitas

N

Natiuitas Mariæ I.

Virginei natalitij triumphalis euectio.

Natiuitas Mariæ II.

Lætitia vniuersi.

Natiuitas Mariæ III.

Virgo hominibus exorta.

Natiuitas Mariæ IV.

Ipsius Christi natiuitas.

Natura.

Nobilitas.

Nomen Mariæ.

Nupta Deiparens. I.

Mariæ Nuptiæ.

Nupta Deiparens. II.

Mariæ Conceptus.

Nupta Deiparens. III.

Virginis Canticum.

Nupta Deiparens. IV.

Iosephi Timor.

Nupta Deiparens. V.

Virginis puerperium,

Nupta Deiparens. VI.

Gladius Simeonis.

Nupta Deiparens. VII.

Mariæ exilium & reditus.

Deus

Præſentatio Mariæ. I.

Piæ fœminæ vocis elatio.

Præſentatio. II.

Vteri ac vberum commendatio.

Præſentatio III.

Marianæ ſanctitatis elogium.

Præſentia Dei.

Preces.

Primogenitus.

Princeps, Principatus.

Proſapia Mariæ.

Protectio.